BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
3
E
20
NAPOLI

3
E
20

BENEDICTI FERNANDII BORBENSIS

LVSITANI, E SOCIETATE IESV Theologi,

COMMENTARIORVM atque Obſeruationum moralium in GENESIM,

Tomus Tertius.

NVNC PRIMVM PRODIT,

INDICIBVS *cùm locorum ſacræ Scripturæ, tum rerum memorabilium illuſtratus.*

Cum priuilegio Regis.

SVMPT. IACOBI CARDON ET PETRI CAVELLAT

M.DC.XXVII

AD
B. MARIAM
SEMPER VIRGINEM
DEI MATREM.

TANDEM aliquando ad faſtigium tibi à me (ô digniſſima Dei mater!) conſtructa ædicula conſtitit: in qua tot in tuam gratiam, decúſque aſſurgunt aræ, ſplendent effigies, irradiant picturæ, trophæa pendent, viſuntur monumenta; quot in tam operoſa commentatione ſectiones tuis inſperſæ laudibus concinnantur. Multum, diúque ſudatum. Sed nec ſtructura rectè procederet, nec impoſita demum coronide feliciter abſoluta viſeretur: niſi tuis, ô Regina mundi, auſpiciis inchoata, impenſis continuata, benedictione gratiáque inſperſa ſudoribus artificis ad optatum exitum perduceretur. Ad metas demum tam longi moleſtíque ſtudij, in quo tot per annos ſudando, anhelandóque decurſum eſt, Deo interim filio tuo, téque illius parente ſimul agonothetis, ouantibus pariter & excitantibus voce, ſublatúmque manu præferentibus præmium curſori licuit peruenire. En portum denique inuecta ratis poſt emenſos immenſæ nauigationis labores, conuolutis iam velis, iactíſque anchoris conquieſcit. Quo euentu quid quæſo magis inſperatum, quid magis prodigioſum? Vt nimirum paruula, ſubtilíſque cymba (hoc illi ad ſecundum tomum tuo in exordio nomen indidimus) ſub imperito, parúmque induſtrio nauclero longiſſima ſimul, ac difficillima inoffenſo curſu maria ſuperaret. At illud ipſum, quo Myrmecides quidam inclaruit olim artifex, ſpectandum mortalibus nunc proditur miraculum: Fabricatam pinnis apicula nauim abſcondit. Illa tu quidem, Dei mater, melliflua es,

viderîſque Apis : cuius in vtero diuinum illum Spiritus ſanctus mellis fauum operatus eſt, Verbum Dei hominem factum; cuius dulcedine, ſicut noſtrorum ſcelerum amaritudo mitigatur, ita mearum commentationum acerbiora in dies tædia in prædulcem denique ſuauiſſimi tui nominis perorationem deſierunt. Fabricatam pariter ſuo cum artifice nauclerôque ratim ſuis abſcondit pinnis apicula. Dei parens ſuum iſtud opus & primò inchoauit,& ſubinde perduxit, demûmque abſoluit. Nauiget igitur tantula & carioſa ratis toto ſecura pelago, inſultet fluctibus, procellas irrideat,vada cœca præteruolet,ſyrtes deſpiciat; pericula,naufragiáque illudat.Quid mirum? Suis nauim apicula pennis abſcondit: ab iniuriis tectam, à fluctibus ſartam, imperuiámque reddidit: atque in placidiſſimam ſtationem portus induxit. Sit ergo per te (ô Domina) tuum iſtud opus legentibus gratioſum: ſit tuo iſta Numini, nomin íque ſacra ædes inuiſentibus periucunda: ſit ſpectabilis omnium oculis tuo in curſu quadriga: ſit tuo in ſtadio Curſor tuâ palmâ, brauióque dignus. Sit tuis tecta pennis non iam in ſalo ratis, ſed in portu nauis ad commune bonum pietatis, atque eruditionis fœcunda penus,locuples promptuarium.Sit denique tuus hic inter omnes ſeruos minimus per te,ô clementiſſima Regina, Deo filio tuo ita gratus;vt quem tui nominis ipſe ſtudioſum fecit; cui Moſaicam Geneſim commentanti benignè admodum fauit: nouum ſubindè opus in tuum Lucam ſimili ſtylo architectanti in filij matríſque laudationem, atque obſequium ſolita etiam opem ferat vberiorem.

Benedictvs Fernandivs ſeruus inter omnes minimus.

BEATIS

BEATISSIMÆ
VIRGINI DEIPARÆ
PRO AVCTORE TERTII TOMI COMMENTARIORVM IN GENESIM

emeritus Rhetoricæ Profeſſor dedicat opus.

IN ego, VIRGO, tuas iterum reuolutus ad aras
Virgineam imploro voce tremente manum.
Tecum operis ſubÿ felix primordia: tecum
Functa ſuo exultat munere grata manus.
Natales Iacob remeans opulentus ad oras
Impauidus cœli bellica caſtra videt.
Quid timeat, quem caſtra Dei comitantur euntem?
Mille cruces audet, mille ſubire rogos.
Emicat in luctam miles generoſus: & impar
Nititur inſultans exuperare Deum.
Claudicat, vt gradiens præſtet monumenta decoris:
Eſt decor, in membris ſtigmata ferre Dei.
Heroáſque docet vitæ luctamina. Vitam
Qui ſine lucta agitat, ſtemmata nulla creat.
Muneribus fratrem placat feritate ſuperbum:
Lucrum eſt iratis munera grande dare.
Quid properat furtim Dina (heu!) luſtrare puellas?
Tam citò virgo cadit, quàm citò clauſtra fugit.
Vrbs ferro populata ruit. Sic pendere pœnas
Laſciuus ſtupri corpora cogit amor.
Quæ ſomni exterrent crebrò ludibria mentes,
Hæc puerum inſolito tramite ad aſtra ferunt.
Inuidiâ ſtimulante cohors fraterna Ioſephum
Ad lethum, & pretium ſanguinolenta vocat.
Pallia dimittit dominæ flagrantia tactu,
Tartareo credens igne tepere manum.
Inſons vincla ſubit. Pereat ne gemma pudoris,
Quàm facile eſt caſtis vincula dura pati.
Exilit ad ſceptrum tenebroſo è carcere Princeps,
Exulet vt regno Principis arte fames.

Crimina maieſtas anguſti prodiga cordis
Obruit: & fratrum iura recantat amor.
Inſtar Phœnicis ſurgens rediuiuus ab orco
Pergit in amplexus pignoris ire pater.
Vltima fata inſtant: moribundúſque inſtar oloris
Harmonias, natis omnia fauſta canit:
Oſſa iubet tantùm patrio cumulanda ſepulchro:
Oſſa iubet. Procerum non tumulatur honor.
Hæc eſt, Alma parens, ſeries generoſa tuorum,
Texuit hanc famulus tempus in omne tuus.
Impendi rapidæ tibi quòd diſpendia vitæ,
Glorior, ô VIRGO, *nunc Benedictus ero.*

BEATISSIMÆ VIRGINI DEIPARÆ
pro auctore dedicat opus primarius
Humanitatis Profeſſor.

Extremum ingenui manus ambitioſa laboris,
Et cultum docto pectore promit opus.
Quod placet ante rogos, feſtiua eſt gloria: rarò
Ante obitum incolumes Numina læta ſinunt.
Nec Gelaſinus erit cari populator honoris;
Imò etiam titulos, plectráque blanda canet.
Archetypas animi dotes tibi, VIRGO, *ſacrauit,*
En iterum obſequiis geſtit anhelus amor.
Hæc ſunt Auctoris monumenta perennia: vitæ
Frugiferæ hoc poſcit ſtemma: Placere tibi.

ADMO

ADMODVM R. P. BENEDICTO FERNANDIO Societatis IESV, Ioannes de Pineda eiuſdem Societatis ſalutem in Domino.

ET *ſentiunt grauiter, & cenſent rectè boni & periti literarum arbitri (* BENEDICTE *multis mihi nominibus colende & amande) non idoneum ſolùm, ſed legitimum, atque adeò neceſſarium iam tempus eſſe paulò acriùs tecum expoſtulandi de tua iſta cunctatione & tarditate, an lentitudine, in ſemel cœpto Commentariorum in Geneſim opere abſoluendo; quod ſanè primo volumine fauſtè ac feliciter inſtitutum, altero deinde non minùs proſperè prouectum, ſuo iure expletionem, perfectionémque manus vltimæ deſiderat: requirunt etiam atque ſperant feliciſſimam eruditi omnes. Ac, niſi de induſtria tentas vim deſiderij tarditate acuere, verendum profectò ſit, ne aſperitatis cuiuſdam videatur diutiùs morari hiantes: quod de iſtius animi lenitate ne velim quidem ſuſpicari. Scio illud ſummi Oratoris:* In rebus omnibus difficile eſſe optimi abſolutionem. *Cicer. de claris Orat. Memini & in hanc ipſam rem ſcriptoris eximij:* Nihil rerum ipſam naturam voluiſſe magnum citò effici: præpoſuiſſéque pulcherrimo cuique operi difficultatem: quæ naſcendi quoque hanc fecerit legem; vt maiora animalia diutiùs viſceribus parentum continerentur. *Quint. lib.10.cap.3. Sed difficultatem, ſi quam res magna atque difficilis habuit, ſingulari tuâ induſtriâ, atque eruditione infregiſti ſemel & iterum exorbuiſti potiùs. Quare ſi quæ nunc eſt vlla, illam tu tibi facis. Eam verò nimis tardam atque ſeram naſcendi & procedendi legem non eſt cur expectet quod iam maiori ex parte lucem vidit. An criticam ſuperciliosi huius ſeculi ſpongiam pertimeſcis? inuidum dico & calumnioſum genus hominum, quorum digiti in aliena ſcripta pruriſcunt, & laudem ex aliorum maligna obtrectatione conſectantur. Sed ne hoc quidem ſolidum eſt. Quod enim præmiſſa iam volumina non tulere ſuffragium? A quo non cretâ notaris candidâ? ſiue à doctis, inquam, & intelligentibus; quibus prædoctæ in primis & præeruditæ lucubrationes tuæ nequaquam placere non poſſunt: ſiue à parum doctis, parúmque peritis; ne (vt honori ſuo conſulant) in re illuſtri & indubitata videatur vlla ſibi cum ſapientibus eſſe diſſenſio. Magnum hoc, & in hoc ſeculo ex tanta librorum copia, & ſatietate iam fermè nauſeante permirum. In multitudine (inquit ille patriæ ſuæ vindex, & bene dicendi antiſtes) eſt varietas & crebra tanquam tempeſtatum, ſic ſententiarum commutatio. Sed mira erga te omnium conſenſio: & procul hinc priuata quædam ſtudia, & variationes guſtus. At quid de Lydio illo communi & publico ſacrorum interpretum lapide? Concionatorum ſenſum, vocem, & plauſum dico: quem iſta tua quaſi ſorte & fato collegiſti, vt nullam ipſi aut rebus diuitem, aut ſententiis grauem, aut affectibus incitatam concionem æſtiment, quam ex tuis luculentiſſimis commentariis non locupletarint, non expreſſerint. In illis enim doctrinam ſimul cum gratia certantem (quod de Pſalmis primùm, ac potiſſimùm dictum eſt ab Ambroſio, præf. in Pſal.) inuenire & ſpectare videntur. Quòd ſi fauentiſſimo omnium iudicio, quod experiris, meum etiam, quale quale eſt, adiicere, & communi acclamationi & plauſui exilem, priuatámque vocem applicare velim, non eſt quod verearis: nihil habes, nihil habeo, cur tam longè diſſitus tibi imponam: nec aſſentationem (vtor Hieronymi ad Paulinum verbis, epiſtol.13. ad Paul.) in neceſſitudine ſuſpiceris: vt ſuſcepiſti, ita partes optimi interpretis cumulatè exples, & lautè peragis. Argumentum quidem vt nimis longum, ita ſpiſſum, & operoſum; ſed illuſtre & ſplendidum elucidatione tuâ. Hanc eandem Spartam adornarunt multi: ſed in eo expoſitorum puluere nemo te feliciùs aurigatur. Guſtui omnium ſacis, quod niſi cæleſti alicui cibo non contingit. Quibus magnificentior & ſucciſior placet eruditio, illis reconditæ literaturæ ſupellectilem liberalis, non prodigus explicas.*

tas. Quibus ſapit frugalitas,ita ſuperflua reſecas,vt ſapientiæ tuæ ſapore capiantur; nunquam tamen flaccessis ieiunus & aridus; nunquam tenuis & inops; nunquam parcus, aut auarus. Mitto ſelecta tuæ orationis verba,præſtantem & placidè labentem ſtylum, ſententias graues,neque non argutas acutáſque; quæ & aures vellicent, & animum pungant. Quanta præterea,quàm exquiſita ſanctorum Patrum lectio! quanta aduerſus ſeniores nominandi reuerentia! quàm pulchra ex omni antiquitate & varietate lumina & ornamenta! Video,gratulor te multa perficere,nos multa conari; te poſſe,nos velle. Poſtquam enim penitiori locorum difficilium intelligentiæ,atque eruendo arcaniori nucleo tua deſudauit induſtria: poſtquam amœnioribus indulſiſti ornamentis,luminibus;quàm opportunus,quàm frugifer & ſalutaris ad morum doctrinam, & animorum formationem excurris! Quippe hoc quoque non in vltima interpretis parte poſitum dulci miſcere vtile, exemplo ſapientiſſimi Eccleſiaſtæ:
Eccleſ. 12. Qui quæſiuit vetba vtilia,& conſctipſit ſermones tectiſſimos,ac veritate plenos: Eccl. 12. imò ex norma ſupremi omnium Magiſtri Dei, qui docet nos vtilia. Iſai. 48. transferam,an mutuabor? potiùs inflectam paululùm & detorquebo ad te, quod de Cypriano cenſebat Hieronymus: Cyptianus, inſtat fontis putiſſimi, dulcis incedit & placidus; & cùm totus ſit in exetcitatione vittutum occupatus petſecutionum anguſtiis,de ſcriptutis diuinis nequaquam diſſeruit. ep. ad Paul. Cætera tibi cum illo communia,aut certè ſupparia. Illud in te ſingulare, & magis mirandum, quod de diuinis ſcripturis tam accuratè,tam copiosè diſſerueris in negotio proximorum totus occupatus, totus diſtentus,imò & preſſus anguſtiis,& curis tuendæ pro virili ſalutis animarum; vti ſtrenuum decet noſtræ Religionis,& inconfuſibilem operarium. Cui enim laboranti & indigenti non ſubuenit tuus labor, tua ſolicitudo? ſiue expiandis per confeſſionem pœnitentium noxis, ſiue adeundis Xenodochiis,& conſolandis de doloribus,de inopia, de ſolitudine infirmis, ſiue inuiſendis publicis carceribus,& procurandis,aut leuandis vinctorum neceſſitatibus: ſiue publicis de ſuggeſto concionibus, aut priuatis de pietate colloquiis ad meliorem frugem adducendis fidelibus: ſiue ad Chriſti fidem ac baptiſmum ritè ſuſcipiendum,vel ex Iudaiſmo, vel ex Mahometana ſecta pluribus, qui Oliſiponem confugiunt, inſtituendis: ſiue denique(quod & laborioſius & frequentius eſt)multos iam per annos ter quatérve in hebdomada per fora & patentiora vrbis loca prodeunte(quod celebri fit in toto illo regno apparatu)promiſcuæ multitudinis pompa, rectæ fidei capita, & Chriſtianæ vitæ præcepta pueris ac rudibus edocendis: atque ad veram pietatem fidelibus ingenti numero confluentibus contentâ voce informandis pariter & concitandis. Et in tantis negotiorum & munerum ſpiritalium occupationibus tantum ad ſcribendum, & meditandum otium! ac nulla ſtudiorum remiſſio! quaſi à populi oculis remotus otioſos dies ſine vllo labore,& contentione traduceres. Magna hæc prorſus: an etiam mira? vt quæ integriori ætate,& maioribus viribus nimium in modum maiora videantur. Sed quid tandem non poſſis adiutrice Diua Virgine præſentiſſima indigentium auxiliatrice? cui & te,& tua omnia ſacraſti: à cuius laudibus opus incipis, & agendi atque ſcribendi optima atque ſecundiſſima facis auſpicia: & in cuius præconiis terminas non ſingula tantummodò capita,ſed & ſingulas ſectiunculas,particulas, verſiculos. Quid obſcurum non illuſtrare, quem illuminatrix illa cordium fauoris ſui luce circumfudit? quid non difficile idoneè & diligenter docere,quem erudit,quem inſtruit Magiſtra Euangeliſtarum, Doctrix gentium,informatrix noſtræ Religionis, non poterit? Huic tu Virgini auro puriori appendiſti, & impendiſti auream iſtam pennam. Et quid illa tibi non concedat præmij,quæ non annumeret, non appendat beneficia? ſed vt planè intelligas me nihil amicitiæ dare,ac nullum eſſe ſine macula corpus; nec non decentiſſimæ faciei ſuum eſſe & adeſſe neuum;verbis ipſis magni Baſilij vtar ad Iulianum amicum ſcribentis, cuius duo quoque volumina legerat, & cenſuerat: Vt videas(inquit)quàm non in adulatoris manus,ſed in fratris germaniſſimi tua volumina inciderint, dicam aliquid non tam in cotrectionem eorum, quæ ſctipta ſunt,quàm in cautionem fututorum. Prorſus enim qui tantum habitus & ſtudij ad ſctibendum impendit,& in poſterum deſinet ſcribere. epiſt. ad Iulian.

Aug. 3. de Ciuit. & in ſer. 6. de tēp. Ignat. in epiſt. ad Ioann.

lian. Quid illud tandem ſit, quo nonnulla vitij nota commentationes tuas tenuiter perſtringere audeo, iam indicabo: ſemper tui ſimilis es, ſemper æqualis. Deſidero neuum aliquem, qui reliquas libri partes venuſtiores reddat. Reprehenditne, an commendauit Seneca Lucilij librum? de quo his verbis: Quid ingenij iſte habuit, quid animi dicerem, quid impetus, ſi interquieuiſſet, ſi interuallo ſurrexiſſet, nunc non fuit impetus, ſed tenor, compoſitio virilis & ſancta. *epiſt. 46. Noſti illud non inepti ſcriptoris decuſne, an dedecus?* Nihil peccat, niſi quod nihil peccat. *Plin. lib. 4. epiſt. 26. Curris per excelſa & abrupta ſcripturarum, (non repcas humilis & depreſſius per plana) & tamen ſi curſu labereris, laudandum potius, quàm mirandum. Labentibus enim etiam ſua laus. Hæc vnica tibi nuſquam inceſſit animum aliquando cupiditas colligendi ex tuis areolis lectiſſimorum floſculorum faſciculum, qui ad intelligentiam, & eruditionem, ſiue qui ad mores & diſciplinam. Sed vana prorſus induſtria & voto inani. Quod de profana quadam epiſtola pronunciabat Cordubenſis Stoicus, de te verius.* Totus contextus virilis eſt: inæqualitatem ſcias eſſe, vbi quæ eminent, notabilia ſunt. Non eſt admirationi vna arbor, vbi in eandem altitudinem tota ſylua ſurrexit. Non poſſumus licet tentemus, ex tanta rerum æqualium copia aliquid educere. Pauperis eſt numerare pecus. Quocunque miſeris oculum, id tibi occurrit, quod eminere poſſet, ſi non inter paria legeretur. Quare deponenda iſta ſpes, poſſe ſummatim deguſtari ingenia maximorum virorum. Tota tibi inſpicienda ſunt, tota tractanda. *epiſt. 33. Ergo qui illud non poſſumus, hoc ſaltem ſac poſſimus, quod & potes, vt totum iam in Geneſim opus integrè inſpicere, totum tractare auentibus liceat. Qui duas partes abſoluiſti, tertiam, quæ reliqua eſt, & de qua multa præclara inaudio, auguror, ſpero, matura, accelera, emitte.* Numero Deus impare gaudet. *Virg. Eclog. 8. Scis apud Platonem, & apud Societatem item noſtram, ſapientem non ſibi, ſed Reip. naſci. Labora igitur poſteritati: nóſque & noſtra, tua apud Deum prece, tuo exemplo & labore tuo, vt Eccleſia, ac Societati bonam, cui adſcripti ſumus, militiam militemus. Vale Hiſpali ex noſtro Hiſpalenſi D. Hermenegildi Collegio. Kalend. Nouembr. ann. 1625.*

AD AVCTOREM COMMENTARIORVM ſuper Geneſim nobilis Poëta Luſitanus.

Ingenij torrens, verborum fulmina, pondus
Iudicij, grauitas, eloquiíque tenor.
Quicquid in auctores alios aut gratia, quicquid
Natura, aut ſortis diuidit alma manus:
In te vnó vberiùs coniungitur, emicat vno
Hoc libro ingenium Palladis, Hermis opes.
Chryſologus flores, nitidum Chryſoſtomus aurum,
Et tibi Bernardus mellea verba dedit:
Auguſtum ingenij dedit Auguſtinus acumen,
Ambroſius, quicquid grandius ore tonat.
Quod cecinere Patres, canit hîc Benedictus: in vno
Hoc libro veterum perlege ſcripta Patrum.

AD

Ad Lectorem.

TErtio iam nunc te alloquor, Optime Lector: promiſiſque debitam fidem libero: tertium in tomum diſtulo Moſaicæ Geneſeos poſtrema vnde-viginti capita. En ipſa reddo meis de more commentariis illuſtrata. Hinc vtrámque Iacob, & Ioſeph Patriarcharum ad obitum vſque amborum variis grauiſſimarum rerum euentis plenam, vti à diuino ſcriptore contexitur, hiſtoriam admirabundus perleges: & vti à noſtris multò elaboratis ſtudio commentationibus illuſtratur, non ſine (vt ſpero) eruditionis fructu euolues. Timui equidem ſemper, ne (quod ſæpiùs videtur, nec ſine riſu excipitur) ſuam primò vim totam effundens, effœtúmque priore fœtu ſeſe reddens ingenium prorſus elangueſceret; rebus nimirum ipſo paulatim exhauſto penu deficientibus; ac verbis ob nimiæ ſcriptionis tædium, calamíque hebetudinem, incuria ſeſe ingerente magis in dies quotidie decoloratis, atque inuenuſtis. Icciredò contra impetum fluminis ab ipſo natiuo fonte iugiter fugientis impenſiùs obnitens elaboraui conſultò, vt prioribus poſteriora non reſponderent modò: ſed maiore deinceps induſtriâ, & acriore ſtudio, quàm anteà, in tertium denique tomum ſpecioſius concinnandum inſudarem. Nec vanum (opinor) ſtudium, nec labor irritus: nec falſa præſtantrioris huiuſce fœtus exiſtimatio. Patuit quidem latior modò campus, pinguior gleba occurrit; nitentius longo vſu ad ſulcandum euaſerat aratrum; maior agricolæ ob diuturnam experientiam colendi, ſerendíque peritia. Quid mirum ergo, ſi vberior ſeges repullulans lectoris metenti falci meſſem offerat ditiorem? Spero equidem, humaniſſime Lector, (quod vt aſſequerer ſtudioſè contendi) meritò vt dixeris ab annis annoſam, à canis incanam, à ſenio grauem: atque iccircò maturam verbis, ſeriam ſententiis, rebus locupletem, poſtremam hanc Geneſeos commentationem prodiiſſe. Oportebat enim, vt viro ſexagenario ſua iam oratio caneſceret; haberétque ſuam quandam maturitatem, & quaſi ſenectutem: collectiſque demùm tot per annos ſtudiorum fructibus diteſceret. Certè quanquam in prioribus tomis paſſim (vt ferebat occaſio) ad Catholicam Religionem confirmandam, ad ſinceram fidelium pietatem commendandam, ac mores ad virtutum ſtudia conformandos; deinde pro Chriſti Domini gloria, & digniſſima ipſius parentis Virginis veneratione conſtabilienda ſatis multa diſſerere curauimus: hoc tamen extremo opere conceſſum diuinitùs fuiſſe credimus; vt de Chriſtiana fide contra infideles, ac Iudæos; de Catholica Romana Eccleſia contra illorum germanos noſtri temporis hæreticos: de ſanctorum cultu; de laudibus beatiſſimæ Virginis Mariæ Dei matris; de pietate fidelium erga ipſam Virginem cœli terræque Reginam; de auguſtiſſimis Euchariſtiæ, & pœnitentiæ ſacramentis, contra inferni furias, vitiorum colluuiem, vitioſorúmque hominum portenta, multò plura, longéque illuſtriora, & inuenta ingenio, & exarata ſtylo eſſe videantur. Quæ quidem omnia graui tuo, pióque & beneuolo iudicio, Lector humaniſſime, freti nos præſidio Chriſti Domini, matríſque Virginis patrocinio expendenda relinquimus: déque iam incepta in Lucam Euangeliſtam commentatione prorſus eodem ſtylo atque ordine (faxit Deus, vt & pari ſucceſſu) monitum te hinc eſſe volumus. Vale.

Facultas R. P. Viſitatoris Societatis I E S V in Prouincia Luſitaniæ.

EGo Antonius Maſcarenhas Viſitator Societatis Iesv in Luſitania, poteſtate ad hoc mihi facta à R. P. noſtro Mutio Vitelleſcho Præpoſito Generali eiuſdem Societatis, facultatem concedo, vt *Tomus tertius Commentariorum atque Obſeruationum moralium in Geneſim*, à P. Benedicto Fernandio eiuſdem Societatis Theologo compoſitus, ac grauium doctorúmque hominum eiuſdem Societatis iudicio approbatus, typis manderur. In cuius rei fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Oliſipone 12. Aprilis 1626.

ANTONIVS MASCARENHAS.

Facultas R. P. Prouincialis Societatis I E S V in Prouincia Lugdunenſi.

STephanvs Charletvs Prouincialis Societatis Iesv in Prouincia Lugdunenſi, iuxta priuilegium eidem Societati à Regibus Christianiſſimis Henrico III. 10. Maij 1583. Henrico IV. 20. Decembris 1606. & Ludouico XIII. nunc regnante, 14. Februarij 1611. conceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiuſdem Societatis hominibus compoſitos, abſque ſuperiorum permiſſione imprimant: permittit Iacobo Cardon & Petro Cavellat, Lugdunenſibus Bibliopolis, vt librum hunc inſcriptum, *Benedicti Fernandij Borbenſis Luſitani, è Societate* Iesv *Theologi, Commentariorum atque Obſeruationum moralium in Geneſim Tomus tertius*, ad ſex primos annos imprimere, ac liberè diuendere poſſint. Datum Lugduni die 20. Aprilis 1627.

Steph. Charletvs.

APPROBATIO THEOLOGORVM.

NOs infraſcripti ſacræ Theologiæ Doctores fidem facimus, nos *Benedicti Fernandij Borbenſis Luſitani, è Societate* Iesv *Theologi, Commentariorum, atque Obſeruationum moralium in Geneſim Tomum tertium*, perlegiſſe, omniáque in illo iuxta orthodoxam Catholicæ, Apoſtolicæ ac Romanæ Eccleſiæ, & Sanctorum Patrum ſanam doctrinam ſumma cum eruditione exponi. Lugduni 16. Iulij 1627.

Fr. Robertvs Berthelot Epiſc. Damaſci.

DEVILLE.

R. D. D. Thomæ de Meſchatin la Faye huius libri imprimendi facultas.

THomas de Meschatin la Faye, Comes, Canonicus, & Camerarius Eccleſiæ Lugdunenſis, & Vicarius Generalis in Archiepiſcopatu Lugdunenſi: Opus inſcriptum, *Benedicti Fernandij Borbenſis Luſitani, è Societate* Iesv *Theologi, Commentariorum, atque Obſeruationum moralium in Geneſim, Tomus tertius*, vt in lucem edatur, facultatem concedo. Lugduni 16. Iulij 1627.

MESCHATIN LA FAYE.

Summa Priuilegij à Chriſtianiſſimo Galliarum Rege conceſſi.

LVDOVICI XIII. Galliæ & Nauarræ Regis Diplomate ſancitum eſt, ne quis in regno ſuo, aliíſve locis ditioni ſuæ ſubiectis, intra decem annos, à prima editionis die computandos, excudat, vendat, excudendum, vendendúmque quouis modo, & ratione curet librum, qui inſcribitur, *Benedicti Fernandij Borbenſis Luſitani, è Societate* IESV *Theologi, Commentariorum atque Obſeruationum moralium in Geneſim Tomus tertius*, præter IACOBVM CARDON & PETRVM CAVELLAT, Bibliopolas Lugdunenſes, aut illos, quibus ipſimet conceſſerint. Prohibitum inſuper eâdem auctoritate Regiâ omnibus ſuis ſubditis, eundem librum extra regni ſui limites imprimendum curare, vel quempiam, vbicumque fuerit, ad id agendum impellere, ac inſtigare, ſine conſenſu dictorum IACOBI CARDON & PETRI CAVELLAT. Idque omne ſub confiſcatione librorum, aliíſque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expreſſis. Datum Pariſiis die 16. Ianuarij 1621.

De mandato Regis,

Signatum

POTIER.

INDEX

INDEX LOCORVM SACRÆ SCRIPTVRÆ,

QVÆ SPARSIM IN HOC VOLVMINE CITANTVR, ET EXPLICANTVR.

C. caput, S. ſectionem, N. numerum indicat.

EX VETERI TESTAMENTO.

Ex Geneſi.

Cap. 2. NON eſt bonum hominem eſſe ſolum. c.50. ſ.1. n.11
3. Eritis ſicut Dij. c.53. ſ.1. n.16
In ſudore vultus tui veſceris. c.49.ſ.4.n.4
In dolore paries filios. c.35.ſ.10.n.15
Collocauit ante paradiſum Cherubim. c.32. ſ.10.n.3
4. Peccatum in foribus aderit. c.42.ſ.2.n.4
5. Tulit illum Deus. c.50.ſ.1.n.2
6. Filiæ hominum. c.32.ſ.2.n.9
8. Senſus & cogitatio hominis. c.50.ſ.2.n.17
9. Non erit deinceps diluuium. c.32.ſ.5.n.4
10. Sichem filius Heuæi. c.34.ſ.4.0.1
13. Per iter quo veniat. c.32.ſ.4.n.2
15. Sopor irruit. c.33.ſ.7.n.6
18. Ego ſum terra,& cinis. c.36.ſ.1.n.19
19. Pluit ſuper Sodomam ſulphur. c.32.ſ.10. n.3.& c.34.ſ.1.n.3.& n.13.& c.35.ſ.1.n.7
21. Iura mihi ne noceas. c.32.ſ.4.n.5
22. Tolle filium tuum. c.41.ſ.4.n.12
Offeres holocauſtum. c.33.ſ.10.n.7
Non extendas manum. c.32.ſ.10.n.9
24. Abraham ſenex. c.47.ſ.3.n.24
25. Deficiens Abraham. c.47.ſ.3.n.4
Maior ſeruiet minori. c.32.ſ.2.n.10
Fuerunt vitæ anni Abrahæ. c.35 ſect.14. num. 12
Congregatus eſt. ibid.n.18
26. Diuiſſimus auctum benedictione. c.39.ſect.4. n.3
27. Ego & mater tua adorabimus te. c.47.ſect.3. n.25
28. Si fuerit Deus mecum. c.35.ſ.5.n.13
29. Imple hebdomadam. c.49.ſ.9.n.11
30. Addat mihi Dominus filium. c.35.ſ.10.n.14
32. Non te dimittam. c.41.ſ.2.n.2
37. Ecce ſomniator. c.50.ſ.3.n.29
44. In ſenectute natus. c.37.ſ.1.n.2
45. Quaſi è graui ſomno euigilans. c.37.ſect.8. n.11
47. Dies peregrinationis meæ. c.50.ſ.2.n.6
48. Angelus qui eruit me. c.52.ſ.13.n.11
49. Catulus leonis. c.41.ſ.6.n.4

Ex Exodo.

Cap. 1. Filij Iacob creuerunt. c.32.ſ.5.n.3
Opprimamus eum. c.32.ſ.14.0.15
2. Defenſis puellis adaquauit oues. c.49.ſect.16. n.2
3. Solue calceamentum. c.32.ſ.5.n.6. & c.35.ſ.5. n.18
Ego ſum Deus Abraham. c.41.ſ.2.n.2
Aſcendit clamor eorum. c.41.ſ.5.n.1
Vidi afflictionem populi. c.39.ſ.7.n.18
Quomodo audiet me Pharao. c.41.ſ.3.n.2
Non dimittet vos. c.47.ſ.1.n.19
4. Obſecro Domine. c.49.ſ.9.n.1
Tardioris linguæ ſum. c.32.ſ.8.n.9
Filius primogenitus meus. c.48.ſ.2.n.5.
Volebat occidere eum. c.49.ſ.5.n.3
8. Egreſſus à te orabo. c.32.ſ.1.n.1
12. Calceamenta in pedibus. c.35 ſ.5 n.18
13. Azyma comedetis. c.35.ſ.4.n.6
Ne quando pœniteat populum. c.41.ſ.4.n.4
Tulit oſſa Ioſeph. c.49.ſ.16.n.7
14. Egreſſi in manu excelſa. c.33.ſ.1.n.3
Erat nubes tenebroſa. c.49.ſ.12.n.3
Extendit virgam. c.49.ſ.16.n.5
15. Cantemus Domino. c.47.ſ.3.n.8
Equum,& aſcenſorem proiecit. c.49.ſ.16.n.5
In fortibus ſimilis. c.49.ſ.20.n.6
16. Nullus relinquat ex eo. c.49.ſ.8.n.14
Scatere cœpit vermibus. c.37.ſ.4.n.18
18. Eſto tu populo in his quæ ad Deum. c.43.ſ.1. 0.19.& c.49.ſ.4.0.6
19. Audieritis vocem meam. c.41.ſ.4.n.12
Totus mons terribilis. c.32.ſ.10.n.3
Ne tranſeant terminos. c.34.ſ.5.n.20
20. Honora patrem. c.46.ſ.vnica.n.18
23. Hodie incipiam mittere terroré. c.35.ſ.5.n.2
Miſerebor cui voluero. c.40.ſ.2.0.6
Non accipias munera. c.43.ſ.1.n.5
24. Hic eſt ſanguis fœderis. c.31.ſ.9.n.13

Opus lapidis ſapphyrini. c.34.ſ.8.n.10
35. In propitiatorio duo Cherubim. c.32.ſect.9. n.3
Ero paratus tibi. c.46.ſ.vnica n.2
28. Facies tunicam. c.41.ſ.4.n.18
39. Sumes adipem. c.35.ſ.4.n.6
32. Fac nobis Deos. c.41.ſ.7.n.11.& c.32.ſect.9. n.8
Surrexerunt ludere. c.34.ſ.1.n.4.& c.43.ſect.2. n.20
Vlulatus auditur in caſtris. c.39.ſ.7.n.3.& cap. 45.ſ.1.n.7
Dimitte me. c.46.ſ.vnica n.2
Dele me de libro tuo. c.32.ſ.9.n.7
Occidat vnuſquiſque fratrem. c.33.ſ.15.n.8
Conſecraſtis manus veſtras. c.49.ſ.4.n.3.16. & 19
33. Tetendit extra caſtra. c.35.ſ.3.n.3
Oſtende mihi faciem tuam. c.41.ſ.3.n.8
Faciem meam videre non poteris. c. 32. ſ. 15. n.19
34. Cuſtodis miſericordiã in millia. c.35.ſ.4.n.11

Ex Leuitico.

Cap.2. Nec quicquam mellis adolebitur. c.43. ſ.2.n.4
3. Nec ſanguinem, nec adipem comedetis. c.50. ſ.3.n.30
4. Si populus vniuerſus tale commiſerit. c. 49. ſ.4.n.2
13. Veſtimenta diſſuta, caput nudum. c.49.ſ.2, n.22
14. Iubebit erui lapides. c.49.ſ.11.n.3
18. Turpitudinem vxoris patris tui ne diſcooperias. c.35.ſ.13.n.2
19. Coram cano capite ſurge. c.49.ſ.1.n.4
Agrum non ſeres diuerſo ſemine. c.33.ſect.6. n.1
21. Sacerdotis filia deprehenſa in ſtupro. c. 34. ſ.4.n.11
Ne ſupra patre contaminetur. cap. 47. ſect.3. n.21
Non egredietur Sacerdos de ſanctis. c.49.ſ.4. n.25
25. Septimo anno ſabbatum erit terræ. c.33.ſ.6. n.1
Numerabis ſeptem hebdomadas. c.49.ſ.9.n.11

Ex Numeris.

Cap.1. Numerabitis per turmas. c.32.ſ.5.n.3
6. Sic benedicetis filiis Iſraël. c.49.ſ.2.n.18
Vir ſiue mulier, cui fuerit votum. c.49.ſect.21. n.3
11. Auferam de ſpiritu tuo. c.41.ſ.7.n.2.& c.49. ſ.14.n.3
Congrega mihi ſeptem de ſenioribus. c.49.ſ.1. n.6
Ventus egrediens coturnices detulit. c.49. ſ.4.n.35
Non poſſum ſolus ſuſtinere. c.49.ſ.14.n.3
12. Per ſomnium loquar. c.35.ſ.1.n.7
13. Mitte viros, qui conſiderent. c.37.ſ.4.n.10
Stirpem Enach vidimus. c.49.ſ.5.n.7
Vocauit Oſee filium Nun. c.35.ſ.12.n.9
14. Magnificetur fortitudo. c.32.ſ.5.n.2
Implebitur gloria Domini vniuerſa terra. c.49. ſ.11.n.5
15. Surrexerunt contra Moyſem, c.49.ſ.2.n.6
17. Inuenit germinaſſe virgam. c.45.ſ.2.n.8
18. Filiis Leui dedi decimas. c.49.ſ.4.n.3
22. Habentes diuinationis pretium. c.32.ſ.5.n.6
25. Arrepto pugione ingreſſus eſt. c.49.ſ.3.n.17
28. Libabitis vini partem. c.35.ſ.9.n.13
31. Præuaricatus eſt populus. c.49.ſ.5.n.2

Ex Deuteronomio.

Cap.1. Vide terram, quam Dominus dabit tibi. c.37.ſ.4.n.9
5. Faciens miſericordiam in multa millia. c.37. ſ.4.n.5
16. Munera excæcant. c.32.ſ.5.n.7
23. Non abominaberis Idumæum. c.36.ſ.6.n.1
25. Plagarum modus. c.49.ſ.3.n.7
Iudices ſi dignum viderint plagis. ibid.
30. Prope eſt verbum in ore tuo. c.42.ſ.1.n.15
32. Impinguatus incraſſatus. c.41.ſ.4.n.1
Sanguinem vuæ biberet. c.49.ſ.4.n.32
Vtinam ſaperent. c.49.ſ.4.n.35
Vaſtauit eos gladius. c.49.ſ.8.n.18
Expandens alas ſuas. c.49.ſ.10.n.8
Ipſi me procurauerunt. c.49.ſ.11.n.6
Cum medulla tritici. c.49.ſ.7.n.10
33. Viuat Ruben & non moriatur. c.49.ſ.1.n.33
Audi Domine vocem Iudæ. c.49.ſ.12.n.22
Quaſi primogeniti tauri pulchritudo. c.41.ſ.4. n.12
De pomis cœli. c.34.ſ.1.n.8
Lætare Zabulon. c.49.ſ.14.n.22
Benedictus in latitudine Gad. c.49.ſ.6.n.6
Sicut dies iuuentutis tuæ. c.49.ſ.16.n.3
Nephthali abundantia perfruetur. c.49.ſ.8.n.5
Dan catulus leonis. c.49.ſ.15.n.19
Amantiſſimus Domini habitabit. c.44.ſ.vnica. n.6
Mortuus eſt Moyſes. c.31.ſ.2.n.9.& 11.& c.35. ſ.6.n.10.& c.50.ſ.1.n.5

Ex Ioſue.

Cap.2. Celebrauit Paſcha. c.33.ſ.9.n.10
Elanguit cor noſtrum. c.35.ſ.5.n.2
4. Magnificauit Dominus Ioſue. c.32.ſ.13.n.2
5. Angelus habens gladium. c.32, ſ. 10. n. 3. & c.49.ſ.20.n.7
Hodie abſtuli opprobrium. c.41.ſ.5.n.2
6. Sola Rahab viuat. c.49.ſ.11.n.19
7. Quid facies magno nomini tuo. c.32.ſ.5.n.2
Achab tulit de anathemate. c.33.ſ.10.n.7
13. Si vis holocauſtum facere. c.32.ſ.13.n.10

Ex Iudic.

Cap.4. Si venis mecum, vadam. c.39.ſ.3.n.18
Tolles de filiis Nephthali. c.49.ſ.14.n.25
5. Obtulerunt animas ſuas. c.49.ſ.14.n.23
Diuiſo contra ſe Ruben. c.49.ſ.1.n.36
Barach veſtigia ſuot ſecuti. c.49.ſ.18.n.2
Noua bella elegit. ibid n.3.& n.11
Galaad quieſcebat. c.49.ſ.17.n.8
Quare habitas inter terminos. c.49.ſ.1.n.37
Cor meum diligit principes. c.49.ſ.21.n.22
Colliſi ſunt currus. ibid.
Stellæ manentes. ibid.
6. Ros in ſolo vellere. c.49.ſ.8 n.9
8. Non dominabor veſtri. c.34.ſ.8.n.14
13. Angelus apparuit Manue. c.32.ſ.10.n.3
14. Examen apum in ore leonis. c.49.ſ.15.n.5
15. In mandibula aſini. c.49.ſ.15.n.13
Sitiens clamauit. ibid.

Fons inuocantis de maxilla. ibid.
Combuſſerunt mulierem. c.49.ſ.15.n.6
16. Cùm moleſta eſſet ei. c.39.ſ.6.n.3
18. Ire fecerunt paruulos. c.49.ſ.2.n.12
19. Concubina iacebat. c.35.ſ.11.n.7
Confregit cerebrum. c.49.ſ.18.n.3
21. Datæ vxores de Galaad. c.49.ſ.22.n.1

Ex Ruth.

Cap.1. Non me vocetis Noëmi. c.39.ſ.1.n.5
2. Locutus es ad cor ancillæ. c.39.ſ.6.n.13
4. Soluebat homo calceamentum. c.49.ſ.10.n.7
Cedo iure propinquitatis. c.49.ſ.1.n.2

Ex lib. Regum primo.

Cap.3. Vocauit Dominus Samuel. c.33.ſ.4.n.7.
Dominus eſt, quod bonum eſt faciat. c.33.ſ.5.n.5
4. Filij tui Ophni & Phinees. c.33.ſ.13.n.7
Tranſlata eſt gloria ab Iſraël. c.49.ſ.9.n.6
5. Philiſtiim tulerunt arcam Dei. c.49.ſ.20.n.8
6. Nolite dimittere eam vacuam. c.50.ſ.3.n.5
Ibant vaccæ mugientes. c.35.ſ.11.n.20
7. Ab humeris & ſupra eminebat. c.47.ſ.1.n.2
8. Non te abiecerunt, ſed me. c.41.ſ.4.n.13
9. De induſtria ſeruaui tibi. c.32.ſ.5.n.6
10. Tulit lenticulam olei. c.32.ſ.7.n.20
Vnxit te Dominus. c.34.ſ.8.n.9
Dixit patruus Saul ad eum. c.49.ſ.5.n.7
Quis pater eius? c.32.ſ.2.n.6
Num & Saul inter Prophetas? c.45.ſ.1.n.5.
15. Nonne cùm paruulus eſſes? c.49.ſ.22.n.5:
Peccaui, ſed nunc honora me. c.34.ſ.5.n.15:
Siccine ſeparat amara mors. c.35.ſ.11.n.7
16. Tulit cornu olei. c.32.ſ.7.n.20
Surge, vnge eum. c.37.ſ.3.n.6
Vnxit eum in medio fratrum. c.48.ſ.2.n.9
Dauid tollebat cytharam. c.33.ſ.2.n.1
17. Venio ad te in nomine Domini. c.49.ſ.2.n.11
Centre in caſtra. c.34.ſ.6.n.4
18. Saul vicit mille. c.49.ſ.17.n.7
Diſplicuit in oculis Saul ſermo. cap.34.ſect.5.n.15
20. Arripuit Saul lanceam. c.41.ſ.1.n.12
21. Hæc via polluta eſt. c.49.ſ.22.n.13
22. Doëg Idumæus reſpondit. c.49.ſ.21.n.7
23. Tradidit eum Dominus in manus meas. c.37.ſ.5.n.11
24. Quis inimicum dimittet? c.33.ſ.2.n.1. & cap.37.ſ.7.n.11
Nunc ſcio quòd regnaturus ſis. c.33.ſ.2.n.8
25. Ait Dauid, accingatur vnuſquiſque. c.49.ſ.20.n.3
Ligata in faciſculo viuentium. c.35.ſ.12.n.10. & cap.47.ſ.3.n.5
26. Sopor Domini irruerat. c.33.ſ.7.n.5
Nunquid vox hæc tua. c.33.ſ.8.n.4
Nolui extendere manum meam. cap.33.ſect.2.n.1.

Ex lib. Regum ſecundo.

Cap.1. Retribuet vobis miſericordiam. c.47.ſ.3.n.20
3. Ioab percuſſit eum. c.33.ſ.7.n.1. & cap.34.ſ.7.n.1
Mortuus eſt Abner. ibid.
Veniat ſuper caput Ioab. c.49.ſ.2.n.3
6. Tulerunt arcam Dei. c.49.ſ.2.n.3
Oza extendit manum. c.49.ſ.1.n.5
Ante Dominum ludam. c.49.ſ.4.n.16
7. Ego tuli te de paſcuis. c.37.ſ.1.n.5
Quem redemiſti tibi. c.39.ſ.7.n.19
Miſericordiam meam non auferam. c.41.ſ.7.n.5
Inuenit ſeruus tuus cor ſuum. cap.35.ſect.6.n.6
Sedens orauit Dauid. c.43.ſ.2.n.8
Quis ego ſum Domine Deus. c.35.ſ.7.n.4
Vt loquereris de domo ſerui tui. ibid.
11. Dormiuit Vrias ante portam. cap.41.ſect.6.n.9
Etiam Vrias occubuit. c.38.ſect. vnica, num.15
12. Peccaui Domino. c.35.ſect.4.n.1. & c.49.ſ.5.n.13
13. Oppreſſit eam & cubauit. c.34.ſ.4.n.12.
Maius eſt hoc malum quod nunc agis. n.13
Percutite & interficite. c.50.ſ.3.n.4
14. Nati ſunt Abſalon filij. c.49.ſ.1.n.3
15. Reporta arcam Dei. c.32.ſ.1.n.4. & c.49.ſ.10.n.8
Dauid ſcandens & flens. c.33.ſ.1.n.4. & c.50.ſ.3.n.13
16. Dimitte eum, vt maledicat. c.45.ſ.1.n.14
Reſpiciat Dominus afflictionem meam. num.15
Egredere vir ſanguinum. c.49.ſ.5.n.13
18. Non habeo filium. c.49.ſ.1.n.3
19. Fratres mei vos. c.49.ſ.9.n.15
Sicut Angelus Dei es. c.33.ſ.4.n.3
20. Non eſt pars nobis in Dauid. cap.32.ſect.2.n.11
Quaſi oſculans eum. c.50.ſ.3.n.4
21. Filius ſaltus polymitarius. c.41.ſ.6.n.7
Crucifixerunt eos. c.49.ſ.21.n.2
23. Nomina fortium Dauid. c.49.ſ.7.n.2
24. Vade, numera Iſraël. c.33.ſ.10.n.7
Sufficit nunc, contine manum. c.32.ſ.10.n.3

Ex lib. Regum tertio.

Cap.1. Abiſag pulchra nimis. c.41.ſ.2.n.14
Pete mater mea. c.50.ſ.3.n.34
Ducite eum in Gihon. c.32.ſ.7.n.20
2. Vt ſapiens vt ſcias. c.41.ſ.7.n.4
Ioab apprehendit cornu altaris. c.32.ſ.14.n.39
3. Ego ſum puer paruulus. c.41.ſ.7.n.4
Dabis ſeruo tuo cor docile. c.49.ſ.5.n.8
4. Erat cibus Salomonis. c.33.ſ.6.n.3
8. Nebula impleuit domum Domini. c.49.ſ.9.n.4
Si fugerit populus. c.50.ſ.3.n.24
9. Sanctificaui domum hanc. c.50.ſ.3.n.24
10. Fecit de lignis thyinis fulcra. c.48.ſ.2.n.25
11. Scindam regnum tuum. c.35.ſ.1.n.5
12. Ego addam ſuper iugum veſtrũ. c.33.ſ.6.n.2
14. Mundabo reliquias domus. c.48.ſ.2.n.23
15. Ambulauit in peccatis patris ſui. c.49.ſ.21.n.1
17. Corui deferebant panem. c.43.ſ.2.n.3
Hydria farinæ non deficiet. c.32.ſ.3.n.6
18. Quicunque exaudierit in igne. c.42.ſ.1.n.11
Aquã fundite ſuper holocauſtũ. c.37.ſ.1.n.15
Ignis vorauit holocauſtum. c.32.ſ.8.n.9.
Abſcondi Prophetas. c.31.ſ.3.n.6
Nubecula parua aſcendebat. c.32.ſ.12.n.8
19. In ſibilo auræ tenuis. c.37.ſ.4.n.13
20. Mutauit aſperſione pulueris os ſuum. c.32.ſ.7.n.20

21. Da mihi vineam tuam. c.33.ſ.3.n.1
Dabo tibi vineam meam. ibid.n.2
Achab proiiciens ſe in lectum. c.33.ſ.3.n.5. & cap.34.ſ.5.n.15
Achab dormiuit in ſacco. c.33.ſ.1.n.4
22. Ménc dimiſit ſpiritus. c.41.ſ.4.n.5

Ex lib. Regum quarto.

Cap.2. Fiat in me duplex ſpiritus.c.47.ſ.1.n.6.& cap.49.ſ.13.n.13
Duo vrſi deuotauerunt. c.49.ſ.9.n.10
4. Ne illudas me. c.42.ſ.3.n.9
Nunquid habes negotium. c.43.ſ.1.n.11
Offerebant vaſa. c.32.ſ.3.n.6
In mœrore eſt affecta. c.32.ſ.6.n.5
Faciamus ei cœnaculum. c.32.ſ.13.n.14
In medio populi habito. c.49.ſ.1.n.8
Caput meum doleo. c.35.ſ.13.n.4
5. Lauare ſepties. c.32.ſ.3.n.3
Tolle benedictionem. ibid.
Pater etſi rem grandem. c.33.ſ.11.n.7
6. Ecce mons equorum. c.39.ſ.3.n.8
Plures nobiſcum ſunt. c.32.ſ.1.n.7
Duxit eos in Samariam. c.49.ſ.4.n.33
7. Surrexerunt & fugerunt. c.49.ſ.4.n.33
12. Dixit Ioas omnem pecuniam. cap.35. ſect.5. n.14
13. Sagitta ſalutis. c.41.ſ.5.n.7
18. Quis Deus qui poſſit eruere. cap.50. ſect.3. n.15
19. Ezechias opertus ſacco. c.34.ſ.8.n.13
Percuſſit in caſtris Aſſyriorum.c.32.ſ.8.n.1. & ſ.10.n.3
23. Ioſias Rex occiſus eſt. c.38.ſ.13.n.12

Ex lib. Paralipom. primo.

Cap.1. Iudas erat fortiſſimus. c.49.ſ.6.n.2
6. Leunculos ex auro. c.35.ſ.7.n.12
11. Sedens in cathedra. c.49.ſ.7.n.2
21. Surrexit Satan. c.32.ſ.5.n.3
26. Vidi offerre decimas. c.32.ſ.9.n.3

Ex lib. Paralipom. ſecundo.

Cap.3. Fecit clauos aureos. c.50.ſ.3.n.19
14. Grandis terror inuaſerat. c.35.ſ.5.n.2
24. Videat Dominus,& requirat.c.39.ſ.4.n.4. & 5
Sepelierunt eum non in ſepulchro Regum. c.39. ſ.4.n.4

Ex lib. Eſdræ primo.

Cap. 1. Omnia regna dedit mihi Deus. c.35.ſ.1. n.9

Ex lib. Eſdræ ſecundo.

Cap.8. Comedite pinguia. c.43.ſ.2.n.19

Ex lib. Tobiæ.

Cap. 3. Dæmonium nomine Aſmodæus. c. 38. ſ.vnica n.6
12. Dignaretur dimidiam partem habere. c.33. ſ.11.n.10
Orationem obtuli. c.38.ſ.6.n.12

Ex lib. Iudith.

Cap.7. Præcepit incidi aquæductũ. c.37.ſ.3.n.16
9. Deus patris mei Simeon. c.34.ſ.9.n.10
Denudauerunt fæmur. c.49.ſ.3.n.1
13. Pugionem exoluit. c.49.ſ.10.n.7
14. Vna mulier Hebræa fecit confuſionem.c.49. ſ.18.n.4

Ex lib. Eſther.

Cap.2. Cuncta obſeruabat. c.32.ſ.4.n.1
Mardochæus manebat ad ianuam. c.41.ſ.6.n.8
3. Mardochæus non flectebat genu.c.34.ſ.5.n.16
6. Iuſſit aſcendere ſuper equum ſuũ. c.41.ſ.1.n.1
14. Ne tradas Domine ſceptrum tuum. c.36.ſ.1. n.13
15. Vidi te quaſi Angelum. c.33.ſ.4.n.3

Ex lib. Iob.

Cap.1. Vir erat in terra Hus. c.50.ſ.1.n.2
Scidit veſtimenta ſua. c.48.ſ.2.n.13.& cap.50. ſ.2.n.1
Nudus egreſſus ſum. c.48.ſ.2.n.15
Dominus dedit,Dominus abſtulit.c.33.ſ.5.n.5
2. Sedens in ſterquilinio. c.50.ſ.3.n.14
3. Ponit humiles in ſublimi. c.37.ſ.1.n.9
Vincti non exaudierunt. c.49.ſ.14.n.20
Antequam comedo ſuſpiro. c.43.ſ.2.n.6
5. Homo natus ad laborem. c.49.ſ.14.n.3
6. Nec caro mea ænea eſt. c.39.ſ.5.n.9
Nec fortitudo lapidum. c.50.ſ.2.n.2
Fratres mei præterierunt me. c.49.ſ.17.n.7
Confuſi ſunt. c.49.ſ.17.n.7
Inuolutæ ſunt ſemitæ. ibid.
7. Militia eſt vita hominis. c.49.ſ.25.n.3
9. Terra data eſt in manus impij. c.43.ſ.1.n.7
Curuati ſunt qui portant orbem. c.41.ſ.4.n.8
13. Conſumere me vis peccatis. c.41.ſ.7.n.2
14. Homo natus de muliere. c.47.ſ.1.n.16
15. Sonitus terroris. c.50.ſ.3.n.1
18. Et mare loquitur. c.49.ſ.13.n.6
19. Spoliauit me. c.50.ſ.2.n.1
23. Orabam filios vteri mei. c.48.ſ.2.n.2
A facie eius turbatus ſum. c.35.ſ.5.n.19
24. Sic in tenebris quaſi in luce. c.49.ſ.1.n.14
26. Obſtetricante manu eius. c.47.ſ.3.n.19
27. Hæc eſt pars hominis impij. c.49.ſ.21.n.2
28. Perditio & mors dixerunt. c.41.ſ.2.n.12
29. Videbant me iuuenes. c.41.ſ.7.n.1
Iuſtitia indutus ſum. c.49.ſ.4.n.4
In nidulo meo moriar. c.49.ſ.22.n.6
30. Frater fui draconum. c.49.ſ.20.n.2
31. Quam partem haberet in me Deus. c.49.ſ.1. n.15
Nunquid non perditio eſt. ibid.
Ignis vſque ad perditionem deuotans.c.34.ſ.6. n.18.& cap.49.ſ.1.n.14
Si abſcondi quaſi homo peccatum.c.35.ſ.4.n.1
Deus conſiderat vias meas. c.35.ſ.5.n.19
34. Violenta ſagitta mea. c.50.ſ.3.n.3
38. Nunquid oſtendiſti. c.50.ſ.1.n.12
40. Putas me aliter reſpondiſſe. c.35.ſ.9.n.9
42. Iob ſeruus meus orabit.c.32.ſ.5.n.14.& cap. 33.ſ.8.n.11
Ite ad ſeruum meum Iob. c.50.ſ.3.n.52

Ex Pſalmis.

Pſal.1. Beatus vir,qui non abiit. c.32.ſ.3.n.8. & cap.39.ſ.6.n.9.& cap.49.ſ.2.n.20
In via peccatorum non ſtetit. c.47.ſ.1.n.14
Tanquam lignum quod plantatum eſt. c. 49. ſ.19.n.6
Non ſic impij,non ſic. c.50.ſ.1.n.9
2. Quare fremuerunt gentes. c.49. ſ. 7. n. 13. & cap.33.ſ.10.n.6
Aſtiterunt Reges terræ.cap.32.ſ.2.n.9.& c.34. ſ.8.n.13.& c.36.ſ.1.n.9.& c.49.ſ.1.n.1
Et nunc Reges intelligite. c.53.ſ.3.n.2.& cap. 34.ſ.5.n.12. & cap.35.ſ.8.n.17
Et populi meditati ſunt inania. c.33.ſ.10.n.6
Dominus dixit ad me. c.33.ſ.11.n.15
Dabo tibi gentes in hæreditatẽ. c.49.ſ.10.n.9
Reges eos in virga ferrea. cap.33. ſect.9. n.2. &

& cap.43.ſ.1.n.10.& cap.49.ſ.8.n.15
Seruite Domino. c.49.ſ.7.n.15
Qui habitat in cœlis, irridebit eos. c.32.ſ.14.n.35.& cap.33.ſ.10.n.6
Apprehendite diſciplinam. c.43.ſ.1.n.9
Beati omnes qui confidunt in eo. c.32.ſ.3.n.12
3. Pſalmus Dauid cùm fugeret. c.32.ſ.5.n.1
Domine quid multiplicati ſunt. c.33.ſ.1.n.1.& 2
Tu autem Domine ſuſceptor meus. c.32.ſ.3.n.9.& ſ.5.n.15.cap.33.ſ.1.n.2
Non eſt ſalus ipſi. c.33.ſ.1.n.2.& cap.35.ſ.9.n.10
Ego dormiui. c.32.ſ.5.n.1
Quoniam tu percuſſiſti. c.35.ſ.9.n.10
Dentes peccatorum confregiſti. c.43.ſ.1.n.18
4. In tribulatione dilataſti mihi. c.32.ſ.1.n.4
Filij hominum vſquequo. c.32 ſ.2.n.9.& c.35.ſ.10.n.4
Mirificauit Dominus ſanctum. c.32.ſ.6.n.4.& cap.45.ſ.1.n.9
Sacrificium iuſtitiæ. c.32.ſ.3.n.8
Signatum eſt ſuper nos lumen. c.32.ſ.4.n.5
5. Dirige in conſpectu tuo viam meam. c.39.ſ.1.n.10
Sepulchrum patens eſt guttur. c.39 ſ.6.n.13
Decidant à cogitationibus ſuis. c.32.ſ.4.n.3
6. Domine ne in furore tuo. c.33.ſ.6.n.18
Miſerere mei Domine. c.47.ſ.3.n.18
Sana me Domine. c.49.ſ.2.n.27
Infirmus ſum. c.50.ſ.3.n.16
Lauabo per ſingulas noctes. n.14
7. Si reddidi retribuentibus. c.50.ſ.3.n.5
8. Pro torcularibus. c.46.ſ vnica n.7
9. Miſerere mei Domine. c.49.ſ.22.n.3
Factus eſt refugium pauperi. c.33.ſ.3.n.15
Exaltas me. c.34.ſ.5.n.13
Laudatur peccator. c.49.ſ.37.n.12
Oculi eius in pauperem. c.47.ſ.1.n.10
Deſiderium pauperum. c.49.ſ.1.n.32
Nomen eorum deleſti. c.35.ſ.13.n.10.& c.49.ſ.5.n.18
Conuertuntur peccatores. c.48.ſ.2.n.24
10. Intenderunt arcum, c.45.ſ.1.n.8
11. Defecit ſanctus. c.45.ſ.2.n.6
Propter miſeriam inopum. c.49.ſ.21.n.14
Linguam noſtram magnificabimus. c.48.ſ.2.n.1
13 Deus de cœlo proſpexit. c.47.ſ.1.n.10
Conſilium inopis confudiſtis. c.49.ſ.13.n.3
Nonne cognoſcent omnes. c.34.ſ.8.n.9
Qui deuorant plebem meam. c.33.ſ.3.n.7
15 Funes ceciderunt mihi. c.49.ſ.11.n.18
Dominus pars hæreditatis meæ. c.49.ſ.14.n.12
Nec memor ero nominum. c.43.ſ.1.n.10.& cap.35.ſ.13.n.10
16. Adipem ſuum concluſerunt. c.32.ſ.3.n.3.& cap.43.ſ.1.n.12
Cuſtodi me vt pupillam. c.32.ſ.9.n.1.& c.36.ſ.1.n.17
17. Dominus fortitudo mea. c.32.ſ.7.n.19
Retribuet mihi Dominus. c.48.ſ.2.n.26
Cuſtodiui vias Domini. ibid.
Filij alieni mentiti ſunt. c.32.ſ.14.num.14.& 15
Aſcendit ſuper Cherubim. c.35.ſ.7.n.6
Eduxit me in latitudinem. c.49.ſ.11.n.1
Perfecit pedes meos. c.39.ſ.3.n.11.& 15
Quoniam in te eripiar. c.35.ſ. .n.10.& 11
18. In omnem terram exiuit ſonus. c.32.ſ.14.n.5.& cap.49.ſ.11.n.2.& ſ.12.n.25
In ſole poſuit tabernaculum. c.41.ſ.6.n.15
Exultauit vt gigas. c.35.ſ.7.num.21
Ab occultis meis munda me. c.34.ſ.4.n.6
Si mei non fuerint dominati. ibid.
Cœli enarrant gloriam Dei. c.37.ſ.2.n.6
19. Veni in altitudinem maris. c.35.ſ.1.n.3
21. Pro ſuſceptione matutina. c.34.ſ.1.n.12
Vota mea Domino reddam. c.43.ſ.1.n.8.& 9.& cap.49.ſ.4.n.31
Ego ſum vermis. c.37.ſ.4.n.18.& cap.47.ſ.1.n.5.& cap.49.ſ.8.n.10
Conſiderauerunt & inſpexerunt me. cap.37.ſ.6.num.3
Spes mea ab vberibus. c.40.ſ.2.n.21.& 22
Tauri pingues obſederunt me. c.41.ſ.4.n.1
In te proiectus ſum. c.41.ſ.6.n.21
Erue a framea Deus. c.49.ſ.1.n.11
22. Virga tua & baculus tuus. cap.32.ſect.4.num.10.& cap.49.ſect.1.num.20.& ſect.10.num.4
Dominus regit me. cap.32.ſect.13.n.16.& c.33.ſ.9.num.2
Paraſti in conſpectu meo menſam. cap.34.ſ.7.num.10
In loco paſcuæ. c.40.ſ.2.n.22
23. Domini eſt terra. c.32.ſ.4.n.3
Accipiet benedictionem. c.32.ſ.11.n.4 & cap.33.ſ.5.n.6
Attollite portas. c.49.ſ.12.n.8
24. In te confido. c.32.ſ.3.n.12
Vnicus & pauper. c.33.ſ.3.n.15
Dulcis & rectus Dominus. c.49.ſ.21.n.18
Diriget manſuetos. ibid.
25. Ego autem in innocentia mea. cap.48.ſ.2.num.16
26. Exquiſiuit te facies mea. cap.32.ſect.10.num.10
Si exurgat aduerſum me. c.49.ſ.20.n.7
In petra exaltaſti me. c.49.ſ.22.n.11
27. Fortitudo plebis ſuæ. c.32.ſ.7.n.19
Refloruit caro mea. c.47.ſ.3.n.26
28. Vox Domini præparantis. c.49.ſ.18.n.7
29. Ego dixi in abundantia mea. cap.41.ſ.3.num.6
Conciditi ſaccum meum. c.49.ſ.4.n.16
Vt cantet tibi gloria mea. ibid.
30. Quoniam fortitudo mea. cap.32.ſ.7.n.19
Obliuioni datus ſum. cap.40.ſ.1,num.13.& c.50.ſ.2.num.21
In te ſperaui. cap.50.ſect.3.n.15.& 16.
Reſpexiſti humilitatem meam. ibid.
31. Pro hac orabit, c.32.ſ.5.n.14
Conuerſus ſum in ærumna mea. cap.34.ſ.5.num.4
Nolite fieri ſicut equus. c.34.ſ.4.n.5 & 6.& 13.& c.49.ſ.3.n.8
Remiſſæ ſunt iniquitates. c.49.ſ.5.n.13
32. Non ſaluatur Rex. c.32.ſ.5.n.12
33. Inquire pacem. c.32.ſ.2.n.2
Angelus Domini in circuitu, c.32.ſ.10.n.9
Beatus qui ſperat in eo. c.33.ſ.9.n.4
Deleo iniquitates, c.34.ſ.6.n.5
Iuxta eſt Dominus his, c.35.ſ.9.n.10
Dominus cuſtodit oſſa. c.50.ſ.2.n.11
Pauper clamauit. c.33.ſ.3.n.14
34. Confundantur & reuereantur. c.37.ſ.6.n.3
35. Torrente voluptatis tuæ. c.33.ſ.6.n.22
36. Inimici Domini mox vt honorificati. c.33.ſ.3.num.4

Noli æmulari in eo. c.41.ſ.4.n.10
Non vidi iuſtum derelictum. c.43.ſ.2.n.3
Subditus eſto Domino. c.50.ſ.3.n.16
37. Sagittæ tuæ infixæ ſunt. c. 33.ſ.5. n. 24. & cap.35.ſ.11.n.1
Non eſt pax oſſibus meis. n.2
In flagella paratus ſum. c.35.ſ.13.n.9
38. Ecce menſurabiles poſuiſti dies. c.34. ſ.6. n.13.& cap.47.ſ.1. n.15. & cap.49.ſ.21.n.13
Poſui ori meo cuſtodiam. c.49.ſ.20.n.3
Et ſilui à bonis. n.5
39. Expectans expectaui. c.33.ſ.9.n.6.& cap.50. ſ.3.n.39
Sacrificium & oblationem. c.49.ſ.13.n.18
Eduxiſti me de lacu.c.37.ſ.6.n 9.& cap.41.ſ.2. n.3
Ego autem mendicus ſum. c.32.ſ.3.n.25
Et ſtatuit ſupra petram pedes. c.41.ſ.2.n.3
Comprehenderunt me iniquitates. c.50. ſ. 3. n.23
40. Confirmaſti ſuper me. c.41.ſ.2.n.23
Etenim homo pacis meæ. c.49.ſ.2.n.8
Qui dormit, non adiiciet. c.50.ſ.1.n.3
Tu autem Domine miſerere mei. c.50.ſ.3.n.6
In hoc cognoui. ibid.
Propter innocentiam ſuſcepiſti. c.48.ſ.2.num. 26
41. Fuerunt mihi lacrymæ. c.49.ſ.2.n.8
Fluctus ſuper me tranſierunt. c.42.ſ.2.n.7
In die mandauit Dominus. c.32.ſ.9.n.4
42. Quia tu es Deus fortitudo mea. c. 32. ſ. 7. n.19
Emitte lucem tuam. c.32.ſ.14.n.3
Iudica me Deus. c.48.ſ.2.n.27
43. Domine in nomine tuo. c.32.ſ.12.n.6
Poſuiſti nos tanquam oues. c.35.ſ.9.n.9
Mortificamur tota die. c.49.ſ.1.n.37
Paſſer inuenit. c.49.ſ.13.n.14
Exurge quare obdormis. c.49.ſ.12.n.23
44. Pro iis, qui commutabuntur. c. 32. ſ. 12. n.13
Speciosus forma præ filiis hominum. c.32.ſ.9. n.11. & cap.39.ſ.2.n.2. & 3.& c.49.ſ.12. n.16. & cap.50.ſ.1 n.11
Accingere gladio tuo. c.49.ſ.12.n.24
Audi filia. c.32.ſ.14.n.36
Aſtitit Regina. c.41.ſ.2.n.19
In fimbriis aureis. n.20
Myrrha & gutta. c.32.ſ.6.n.9
Virga directionis. c.41. ſ.5.n.5. & cap.49. ſ.8. n. 1
Omnis gloria eius. c.33.ſ.4.n.9
Principes ſuper omnem terram. c.49.ſ.18.n.7. & cap.30.ſ.3.n.6
46. Plaudite manibus. c.49.ſ.10.n.10
Principes populorum. c.49.ſ.12.n.20
48. Relinquent alienis diuitias. c.47.ſ.3.n.16
Anima eius in vita ipſius. c.35.ſ.1.n.9
49. Meus eſt orbis terræ. c.33.ſ.5.n.1
Arguam te. c. 35.ſ.11.n.2
Ego dormiui. c.49.ſ.7.n.9
Sacrificium laudis. c. 33.ſ.5.n.1
50. Cor contritum. c.32.ſ.2.n.5.& ſ.8.n.7
Dele iniquitatem meam. c.37.ſ.8.n.4
Vt iuſtificeris in ſermonibus. c 41.ſ.1.n.12. & cap.49.ſ.3.n.4
Holocauſtis non delectaberis. c. 49. ſ. 11. n.18
Cor nouum crea in me Deus. c.33.ſ.1.n.15
Aſperges me Domine. c.41.ſ.2.n.16
51. Sicut nouacula acuta. c.49.ſ.2.n.7
5-. Trepidauerunt timore. c.32.ſ.3.n.1
5 . Non deficiet de plateis. c.32.ſ.2.n.6
Iacta ſuper Dominum. c.33.ſ.9.n.8.& cap.45. ſ.20.n.2.& ſ 13.n.3
Contriſtatus ſum. c.41.ſ.2.n.2
Molliti ſunt ſermones. c. 49.ſ.20.n.2
Conturbatus ſum voce. c.40.ſ.2.n.15
55. In me ſunt Deus vota. c.33.ſ.5.n.2
56. Filij hominum dentes eorum. c.49. ſ. 20. n.2
Ephrem fortitudo capitis. ſ.21.n.17
58. Conuertentur ad veſperam. cap. 32. ſ. 14. n.29
Diſperge illos in virtute tua.c. 42. ſ.1. n.9. & cap.49.ſ.9.n 3
Exaudi me Domine. c.49.ſ.12.n.17
59. Oſtendiſti populo tuo dura. c.34.ſ.7.n.7
Tollite hoſtias. c.41.ſ.3.n.10
Meus eſt Manaſſes. c.49 ſ.1.n.4
61. Deo ſubiecta eſto anima mea. c.33.ſ.2.n.11
Diuitiæ ſi affluant. ſ.3.n.13
62. In velamento alarum. c 49.ſ.22.n.11
63. Sagittæ paruulorum. c.32.ſ.14.n.35
Tranſiuimus per ignem. c.32.ſ.11.n.6
65. Mentientur tibi inimici tui. c.34.ſ.7.n.3. & cap.50.ſ.3.n.8
66. Deus miſereatur noſtri. cap.32.ſect. 11. n.9. & ſ.33.n.10.& 11
Confiteantur tibi populi. n.11.& 12
67. Mirabilis Deus in ſanctis. c.32.ſ.6.n.9
Deus Iſraël ipſe dabit. ſ.7.n.19
Eduxit vinctos in fortitudine. c.42.ſ.2.n.11
Diſſipa gentes. c.49.ſ.3.n.16
Viderunt ingreſſus tuos. c.49.ſ.8.n.11
Principes Zabulon. c.49.ſ.8.n.7
Dormiatis inter medios cleros. c.49.ſ.21.n.8
68. Veni in altitudinem maris. cap.32.ſ.4.n.6. & cap.35.ſect.3.num.6.& cap.49.ſect.13.n.2
Ego ſum pauper & dolens. c.33.ſ.3.n.15
In me pſallebant. c.37.ſ.7.n.3
Opprobria exprobrantium. n.4
Tempeſtas demerſit me. c.42.ſ.2.n.7.& 8
70. Repleatur os meum laude. c.33.ſ.4.n.11. & c.35.ſ.13.n.11
71. Honorabile nomen eorum. c.43.ſ.4.n.11
Deſcendet ſicut pluuia. c.49.ſ.12.n.5
Permanebit cum ſole. ſ.21.n.16
Replebitur maieſtate eius. ibid.
Omnes gentes ſeruient ei. c.49.ſ.5.n.18
72. Dies pleni inuenientur. c.35.ſ.1.n.20.& ſect. 13.num.20
Prodiit quaſi ex adipe. c.37.ſ.6.n.11
Poſuerunt in cœlum os ſuum. c.49.ſ.22.n.20
73. Operatus eſt ſalutem. c.32.ſ.10.n.16
Dediſti eum eſcam. c.33.ſ.3.n.7
Confregiſti capita draconis. c.49.ſ.16.n.4
74. Calix in manu Domini. c.32.ſ.14.n.25
Cùm accepero tempus. cap.35.ſ.2.n.12.& ſect. 11.num.3
Iuſtitias iudicabo. ibid.
75. Factus eſt in pace locus eius. cap.32.ſ.2.n.2
Verbum autem Domini. ſ.14.n.17
Dormierunt ſomnium ſuum. c.40.ſ.2.n.2
Aufert ſpiritum principum. c.41.ſ.4.n.9
Notus in Iudæa Deus. c.49.ſ.11.n.2
76. Memor fui Dei. c.35.ſ.6.n.3
Deuaſtauit eam aper. c.48.ſ.2.n.18
77. Saturati ſunt. c.35.ſ.6.n.7
Ceciderunt in medio caſtrorum. ibid.
Adhuc eſcæ eorum erant. ibid.
Percuſſit omne primogenitum. c.49.ſ.1.n.10

Percuſſit petram. num.20
Pluit illis manna. c.46.ſ.vnica.n.10
Ianuas cœli aperuit. ibid.
Dilexerunt eum in ore ſuo. c.49.ſ.1.n.31
Filij Ephrem intendentes. ſ.20.n.12
79. Sedes ſuper Cherubim. c.49.ſ.32.n.23
80. Lingua ſua mentiti ſunt. c.34.ſ.7.n.3
81. Deus ſtetit in ſynagoga. c.34.ſ.8.n.8
Neſcierunt neque intellexerunt. ibid. & c.48. ſ.2.num.5
Mouebuntur omnia fundamenta terræ. ibid.
82. Imple facies eorum. c.41.ſ.2.n.11
83. Elegi abiectus eſſe. c.45.ſ.2.n.6. & cap.43. ſ. 1.n.11.& c.35.ſ.1.n.13.& 14.& cap.37.ſ.7. n.8. & c.35.ſ.13.n.11
Dabit legiſlator. c.49.ſ.19.n.6
84. Dabit benignitatem. c.32.ſ.14.n.17
Benedixiſti Domine. ſ.13.n.18
Obuiauerunt ſibi. c.49.ſ.11.n.10
Veritas de terra orta eſt. ibid.
Iuſtitia de cœlo. ibid.
Terra noſtra dabit fructum. n.11.
Mitigaſti omnem iram. c.32.ſ.11.n.8
Salutare tuum da nobis. c.49.ſ.9.n.16
86. Glorioſa dicta ſunt. c.49.ſ.5.n.19
Fundamenta eius in montibus. c.49.ſ.11.n.19
Memor ero Rahab. ibid.& ſ.21.n.8
In ſcripturis populorum. ibid.
Dominus narrabit. ſ.23.n.1.
Diligit Dominus portas Sion. c.34.ſ.5.n.13.& c.49.ſ.11.n.21.& 22
87. Inter mortuos liber. c.49.ſ.23
Poſuerunt me in lacu inferiori. c.37.ſ.6.n.9.
88. Quis in nubibus æquabitur. c.49.ſ.21.n.11
90. In manibus portabunt te. cap.32. ſ.10. n.1
Flagellum non appropinquabit. cap.49.ſ.13. num.14
Non accedet ad te malum. c.33.ſ.10.n.13
Eripiam eum & glorificabo. c.35.ſ.9.n.10
Cum ipſo ſum in tribulatione. c.41.ſ.2. n.3
A laqueo venantium. c.49.ſ.5.n.5.& n.21.& ſ. 6.num.2
Et a verbo aſpero. ibid.
Circundabit te veritas. ſ.13.n.2
91. Plantati in domo Domini. c.33.ſ.7.n.10
93. Cor meum dereliquit me. c.32.ſ.6.n.6
Secundùm multitudinem dolorum. cap. 35. ſ. 6.num.3
Conſolationes tuæ. c.45.ſ.2.n.18
Deus vltionum Dominus. c.50.ſ.3.n.6
94. Præoccupemus faciem eius. cap.32.ſ.5.num. 12.& c.41.ſ.1.n.10
95. Afferte Domino gloriam. c.41.ſ.3.n.7
96. Adorent eum omnes Angeli. c.49.ſ.5.n.18
Dominus regnauit. c.49.ſ.10.n.6
98. Honor Regis iudicium. c.40.ſ.2.n.6
100. Miſericordiam & iudicium. c.35.ſ.6.n.5
Non dixit in conſpectu oculorum. cap.39.ſ. 1.num.10
101. Populus qui creabitur. c.49.ſ.1.n.27
Oblitus ſum comedere. c.49.ſ.4.n.38
Dies mei ſicut vmbra. c.49.ſ.21.n.15
Sicut nycticorax. c.50.ſ.3.n.24
102. Potentes virtute. c.32.ſ.1.n.6
103. Ortus eſt ſol. c.32.ſ.9.n.4
Confeſſionem & decorem induiſti. cap. 35.ſ. 5.num.5
Panis cor hominis confirmat. c.49.ſ.4.n.31
Petra refugium herinaceis. c.49.ſ.13.n.14
104. Conuertit cor eorum vt odirent. cap.37. ſ.2.num.12
Ferrum pertranſiit. c.40.ſ.1.n.1
Dedit de terra eorum ranas. c.49.ſ.13.n.4
Humiliauerunt in compedibus. cap. 42. ſ. 1. num.5
Vocauit famem. num.5
105. Didicerunt opera eorum. c.32.ſ.14.n.15
Patres in Ægypto non intellexerunt. cap.35 ſ. 5.num.17
Dedit eos in miſericordias. c.39.ſ.1.n.4
106. Confitemini Domino. c.35.ſ.5.n.17
107. Meus eſt Manaſſes. c.49.ſ.1.n.4
Exurgam diluculo. c.49.ſ. 12.n.25
108. Noluit benedictionem. c.32.ſ.11.n.9
Diabolus ſtet à dextris. c.49.ſ.2.n.8
Dilexit maledictionem. ſ.8.n.4
Fiant filij eius orphani. num.5
Scrutetur fœnerator. num.6
Non ſit illi adiutor. ibid.
Perſecutus eſt hominem. num.10
Excuſſus ſum ſicut locuſtæ. ibid.
109. De torrente in via bibet. c.32.ſ.4.n.7
Ex vtero ante luciferum. c.33.ſ.5.n.12
Virgam virtutis. c.49.ſ.8.n.15
Dixit Dominus Domino meo. c.49.ſ.12.n.25
110. Magna opera Domini. c.35.ſ.8.n.2
Confeſſio & magnificentia. ibid.& cap.49.ſ.6. num.16
Eſcam dedit timentibus. c.43.ſ.8.n 9
Memoriam fecit. c.49.ſ.6.n.14
111. Diſperſit, dedit pauperibus. c.33.ſ.5.n.8
112. Obdormiam in morte. c.47.ſ.3.n.9
113. Nomini tuo da gloriam. c.41.ſ.3.n.7
Qui conuertit petram. ibid.
114. Humiliatus ſum. c.42.ſ.1.n.13
Dominus & Deus iuſtus. c.49.ſ.3.n.5
Pericula inferni. c.50.ſ.3.n.23
Cuſtodiens paruulos. c.37.ſ.2.n.15
115. Pretioſa in conſpectu Domini mors. cap. 50. ſect.1.n.2.& num.10.& ſect.2.n. 11.& cap.35. ſ.6.num.15
O Domine quia ego ſeruus tuus. c. 33. ſect.1. num.11.& cap.35.ſ.6.n.15
116. Veritas Domini manet. c.49.ſ.11.n.24
117. Abundantia in turribus tuis. cap. 49. ſect.2. num.24
Hæc porta Domini. c.49.ſ.3.n.13
Vox exultationis & ſalutis. c.47.ſ.3.n.6
118. Dilataſti cor meum. c.32.ſ.1.n.4
Me expectauerunt peccatores. c.32.ſ.9.n.6.& cap.49.ſ.3.n.16
Bonum mihi quia humiliaſti me. cap.32.ſect. 8.num.6.& cap.41.ſect.1.num.8.& cap. 42.ſ.1. num.14.& cap.50.ſ.3.n.14
Prius quàm humiliarer. c.32.ſ.8.n.7
Fiat cor meum immaculatum. c.33.ſ.1.n.15
Viam mandatorum cucurri. c.35.ſ.6.n.2
Aufer opprobrium meum. c.33.ſ.6.n.5
Confige timore tuo. c.33.ſ.5.n.23.& 24
A iudiciis tuis timui. num.26
In viis eius ambulauerunt. c.43.ſ.1.n.2
Longè à peccatoribus ſalus. num.3
Tempus faciendi Domine. c.41.ſ.7.n.9
Vt diſcam iuſtificationes tuas. c.42.ſ.1.n.14
Defecit in ſalutare tuum. c.43.ſ.2.n.14
Conſilium meum iuſtificationes. cap. 46.ſect. vnica.num.12
Lucerna pedibus meis. c.49.ſ.35.n.10
Vocem meam audi. c.50.ſ.3.n.19
Iudicia tua iucunda. ibid.
Tribulatio & anguſtia. num.23
119. Ad Dominum cùm tribularer. c.32.ſ.6.n.4

Incolatus meus prolongatus eſt. cap. 47. ſ. 1. num.15
123. Cùm exurgerent homines. c.33.ſ.11.n.1
Cùm iraſceretur furor eorum. num.2
126. Ecce hæreditas Domini. c.49.ſ.14.n.15
Cùm dederit dilectis. c.49.ſ.23.n.6
127. Labores manuum tuarum. c.35.ſ.1.n.2
129. De profundis clamaui. c.41.ſ.2.n.11
Copioſa redemptio. c.49.ſ.21.n.19
131. Inuenimus eam in campis. c.49.ſ.11.n.11
Vbi ſteterunt pedes eius. ſ.14.n.16
Memento Domine Dauid. ſ.3.n.2
De fructu ventris tui. c.41.ſ.4.n.2
138. Nox illuminatio mea. c.47.ſ.3.n.4
Proba me Deus. c.33.ſ.9.n.16
140. Non communicabo. c.49.ſ.3.n.16
Oleum autem peccatoris. c.49.ſ.17.n.2
Singularis ſum ego. ſ.6.num.12
141. Me expectant iuſti. c.32.ſ.9.n.6.& cap.49.ſ. 3.num.16
Voce mea ad Dominum. c.50.ſ.3.n.6
143. Fulgura coruſcationem. c.49.ſ.3.n.16
146. Numerat multitudinem. c.32.ſ.5.n.3
147. Poſuit fines tuos pacem. c.32.ſ.2.n.3

Ex lib. Prouerb.

Cap. 1. Vocaui & renuiſtis. c.32.ſ.1.n.3
2. Exultant in rebus peſſimis. c.37.ſ.7.n.2
3. Lignum vitæ eſt. c.49.ſ.22.n.6
4. Comedunt panem impietatis. c.37.ſ.7.n. 2. & cap.33.ſ.3.num.8
7. Vem ſituamur cupitis. c.32 ſ.9.n.8
8. Dominus poſſedit me. c.47.ſ.2.n.12
9. Sapientia ædificauit. cap.50.ſ.3.n.24.& c.37.ſ. 5.n.19.& c.49.ſ.4.n.37
10. Subſtantia diuitis vrbs. c.32.ſ.5.n.8
Stultus per riſum operatur. c.34.ſ.2.n.6
Non occidet Dominus fame. c.43.ſ.2.n.3
Memoria iuſti cum laudibus. c.50.ſ.1.n.8
11. Qui abſcondit frumenta. c.33.ſ.3.n.5
Semper in egeſtate ſunt. c.33.ſ.3.n.4
Circulus aureus in naribus. c.39.ſ.2.n.9
Vbi ſuperbia, ibi contumelia. c.48.ſ.2.n.5
14. Nouiſſima autem eius. c.34.ſ.3.n.1
Putredo oſſium. c.37.ſ.3.n.12
Extrema gaudij luctus. c.49.ſ.15.n.7
In timore Domini fiducia. c.50.ſ.3.n.1
15. Reſponſio mollis. c.32.ſ.2.n.3
16. Indignatio Regis. c.34.ſ.8.n.11
17. Stultus homo plaudit. c.33.ſ.6.n.19
Corona ſenum. c.35.ſect.14.num.2.& cap.50. ſect.1.num.1
18. Iuſtus vt leo confidit. c.32.ſ.5.n.17
Frater adiuuatur. c.33.ſ.8.n.12
Cùm in profundum malorum. c.49.ſ.3.n.11
Donum hominis dilatat viam. c.32.ſ.5.n.5
19. Homo indigens. c.33.ſ.6.n.8
Hilaritas Regis. c.34.ſ.8.n.11
Humilem ſuſcipit gloria. c.37.ſ.1.n.9
20. Beatos poſt ſe filios. c.35.ſ.14.n.2
21. Vir obediens. c.32.ſ.1.n.6
22. Pronus ad miſericordiam. c.32.ſ.11.n.4
23. Ne attingas terminos. c.37.ſ.2.n.11
Venite comedite. c.43.ſ.1.n.7
24. Poſui in corde meo. c.41.ſ.7.n.5
26. Qui abſcondit ſcelera. c.39.ſ.2.n.10
Dicit piger, leo eſt. c.42.ſ.1.num.6
Virga in dorſo. c.34.ſ.6.num.2
28. Semper eſt pauidus. c.50.ſ.3.num.3
Fregit impius. c.50.ſ.3.n.1
30. Tria mihi difficilia. c.34.ſ.6.n.14
Per tria mouetur terra. c.45.ſ.2.n.9
Leo fortiſſimus. c.49.ſ.6.n.1
31. Mulierem fortem. c.48.ſ.1.n.32. & cap.49.ſ. 20.n.9.& c.47.ſ.1.n.10
Procul & de vltimis finibus. c.49.ſ.11.n.11
Sindonem fecit. ibid.
Veſtiti duplicibus. c.50.ſ.3.n.4

Ex lib. Eccleſiaſtæ.

Cap. 1. Qui addit ſcientiam. c.49 ſ.14.n.9
3. Vnus interitus homini & iumento. cap.50.ſ.1. num.9
Saturitas diuitis. c.43.ſ.2.n.6
Cor ſapientium vbi triſtitia. c.34.ſ.5.n.4
10. Væ tibi terra. c.41.ſ.7.n.4
Beata terra cuius principes. c.43.ſ.2.n.2

Ex lib. Canticorum.

Cap.1. Oſculetur me. c.49. ſ.17.n.11.& c.50.ſ.2. num.21.& c. 43.ſ.1.n.9
Equitatui meo. ſ.16.num.5
Nigra ſum. ſ.19.n.8.& c.39.ſ.5.n.5
Introduxit me Rex. c.50.ſ. 3.n.40.& cap.37.ſ. 2.n.16.& cap.34.ſ.8.n.16
Si ignoras te. cap.47.ſ.1.n.9.& cap. 49.ſect.4. num.15
Cuſtodem in vineis. cap.41.ſ.6.n.11.& cap.33. ſ.2.num.15
Filij matris meæ. c.49.ſ.14.n.22
Botrus Cypri. c.49.ſ.6.n.9
Inter vbera mea. n.10.& cap.32.ſ.9.n.11
Memores vberum tuorum. c. 37.ſ.2. n.16.& c. 34.ſ.8.n.17.& c.33.ſ.6.n.19
Recti diligunt te. c.34.ſ.8.n.17
Lectulus noſter floridus. c.41.ſ.4.n.10
Paſce hædus tuos. c.33.ſ.7.n.13
Meliora ſunt vbera tua. c.33.ſ.1.n.18
Vbi paſcas. c.32.ſ.2.n.10
Nardus mea. num.11
Dum eſſet Rex in accubitu ſuo. cap. 32. ſ. 10. num.5
Oleum effuſum nomen tuum. cap. 32.ſ.12.nu. 10.& 12
Curremus in odorem. ſ.14.n.20
Murenulas aureas. c. 32.ſ.10.n.4
Lilium inter ſpinas. ſ.2.n.10
2. Similis capreæ. c.49.ſ.18.n. 6. & cap. 34.ſect.1. num.11
Aperi mihi ſoror. c.49.ſ.22.n.6
Sub vmbra illius. n.11.& c.37.ſ.1.n.9
Paſcitur inter lilia. cap.32.ſ.9.n.11.& ſect.10. num.11
Reuertere dilecte. c.32.ſ.10.n.10
Similis eſto capreæ. cap. 32.ſ. 10. num.12.& num.13
Ficus protulit groſſos. c.32.ſ.14.n.13
Ordinauit in me. c.33.ſ.4.n.5
Læua eius ſub capite. cap.39.ſ.3.n. 5. & c.43. ſ.2.num.17
Amore langueo. c.35.ſ.14.n.20
Flos campi. cap.41.ſ.4.n.20.& c.47.ſ.3. n. 26. & 28
Vox turturis. ſ.6.num.14
Capite nobis vulpes. c.39.ſ.7.n.12
Euigilare faciatis. c.48 ſ.1.n.1
Fructus eius dulcis. c.49.ſ.7.n.8
Sonet vox tua. c.49.ſ.15.n.3
3. Inueni quem diligit anima mea. cap. 32. ſect. 10

30. num. 14. & cap.48.ſect.1.num.1.
In lectulo meo quæſiui. c.34.ſ.1.n.2
Tenui eum nec dimittam. c.32.ſ.10.n.14.& c, 33.ſ.1.n.18.& c.34.ſ.5.n.8
Ferculum ſecit. cap.34.ſ.7.n.17.& cap. 41.ſ.5. num.12
Sexaginta fortes. c.49.ſ.16.n.4
Quæ eſt iſta? c.49.ſ.23.n.5
Sicut virgula fumi. c.39.ſ.1.n.8
4. Hortus concluſus. c.34.ſ.1.n.13
Tota pulchra es.c.41.ſ.2.n. 19. & c. 47.ſect.2. num.13
Fauus diſtillant. c.43.ſ.2.n.15
Macula non eſt in te. c.33.ſ.5.n.13
Dentes tui ſicut grex. c.49.ſ.1.n.26
Sicut vitta coccinea. c.49.ſ.4.n.26
Turris Dauid. c.50.ſ.2.n.21
Mille clypei pendent. ſ.21.n.8
5. Vt paſcatur in hortis. c.47.ſ.3.n.5
6. Pulchra vt luna. c.32.ſ.1.n.8
Decora ſicut Ieruſalem. c.35.ſ.7.n.5.& ſ. 9. n. 7.& c.32.ſ.2.n.11
Electa vt ſol. c.37.ſ.3.n.16
Adoleſcentularum non eſt numerus. cap. 35. ſ.8. n.18
Si floruiſſet vinea. c.40.ſ.1.n.17
Anima mea conturbauit. c.49.ſ.14.n.13
Suauis & decora. c.49.ſ.18.n.4
Aſcendit ſicut aurora. c.32.ſ.9.n.11
7. Quid videbis in Sulamite. c.32.ſ.1.n.8
Paſcitur inter lilia. c.32.ſ.12.n.13
Statura tua. c.45.ſ.1.n.12
Venter tuus. c.41.ſ.7.n.25
Choros caſtrorum. c.47.ſ.3.num.5. & cap.32. ſect.1.n 8
Oculi tui ſicut piſcinæ. c.46.ſ.vnica.n.16
Vulneraſti cor meum. c.48.ſ.2.n.34
Ad me conuerſio eius. c.49.ſ.6.n.10
8. Iam hyems tranſiit. c.34.ſ.1.n.10
Fortis vt mors dilectio. c.49.ſ.1.n.18
Ego murus. c.49.ſ.2.n.23.& 24
Quis mihi det te ſugentem vbera. cap.43. ſ. 2. num.16
Fuge dilecte mi. c.32.ſ.4.n.6

Ex lib. Sapientiæ.

Cap. 8. Non habet amaritudinem. cap. 49. ſ. 6. num.10
10. Dedit certamen. c.41.ſ.1.n.3
Deſcendit cum illo. c.49.ſ.20.n.6
Donec afferret ſceptrum. c.37.ſ.1.n.15& c.39. ſ.1.num.4
11. Iuſtè omnia diſponis. c.32.ſ.1.n.2
19. Campus germinant. cap.32.ſ.8.n.10.& c. 33. ſ.8.num.1

Ex lib. Eccleſiaſtici.

Cap. 1. Accedens ad ſeruitutem Dei. cap 39.ſ.7. num.9
2. In tempore obductionis. c.34.ſ.5.n.14
5. De propitiato peccato. cap.37.ſ.6.n.2.& c. 49. ſ.3.n. 3
Altiſſimus eſt patiens redditor. ibid.
6. Amicus fidelis. c.33.ſ.8.n.11
Si poſſides amicum. c.49.ſ.20.n.1
7. Filiæ tibi ſunt. c.34.ſ.5.n.22.& ſ.3.n.1
Non oſtendas faciem hilarem. cap. 34. ſect.5. num.22
8. Neque improperes. c.37.ſ.2.n.5
9. Longè abeſto ab homine. c.40.ſ.1.n.7
Communionem mortis ſcito. ibid.
10. Regnum à gente transfertur. c.47.ſ.2.n.10
Qualis rector ciuitatis. c.32.ſ.9.n.5
Auaro nihil ſceleſtius. c.35.ſ.5.n.14
13. Diues locutus eſt. c.32.ſ.2.n.5
Pauper locutus eſt. ibid.n.6
Subuertent illum. c.32,ſ.1.n.5.& 6
Splendidum in panibus. c.32 ſ.11.n.4
Quaſi palma exaltata. c.45.ſ.5.n.13
15. Nomine æterno hæreditabit. cap. 50. ſect. 1. num.9
17. Eleemoſyna quaſi ſacculus. c.49.ſ.4.n.14
19. Qui credit citò. c.39.ſ.4.n.10
22. Vindicta ſicut leo. c.42.ſ.2,n.4
23. Tenebræ circundant me. c.45.ſ.2.n.2
24. Rigabo hortum meum. c.43.ſ.1.n.23
Qui creauit me requieuit. c.49.ſ.11.n.12
In me omnis ſpes vitæ. c.49.ſ.11.n.8
Ex ore Altiſſimi prodiui. num.9
Spiritus meus ſuper mel. c.35.ſ.8.n.3
25. In tribus beneplacitum. cap. 44. ſect. vnica. num.13
27. Si quæris iuſtitiam. c.39.ſ.7.n.21
29. Repromiſſio nequiſſima. c.32.ſ.5.n.8
31. Nequius oculo. c.34.ſ.3.n.2
Qui poſt aurum non abiit. c.35.ſ.9.n.3
32. A filiis tuis caue. c.49.ſ.20.n.1
33. Panis & diſciplina. c.39.ſ.1.n.12
35. Speciosa miſericordia. c.32.ſ.11.n.4
36. Dirige nos in viam iuſtitiæ. c.33.ſ.5.n.10
Stultorum infinitus eſt numerus. cap. 33. ſ.6. num.20
38. Qui abſtinens eſt. c.43.ſ.1.n.6
Honora medicum. c.50.ſ.1.n.6
Propter delaturam. ſ.2.n.2
41. De patre impio queruntur filij. cap.37. ſ. 4. num.4
47. Dauid in ſaxo funda. c.32.ſ.4.n.3
49. In omni ore quaſi mel. c.37.ſ.1.n.10
Ioſeph princeps. c.49.ſ.10.n.18
Memoria Ioſiæ. c.50.ſ.1.n.8

Ex Iſaia.

Cap. 1. Filij ſcelerati. c.48.ſ.2.n.24
Super quo percutiam. c.49.ſ.3.n.5
Arguite me. c.49.ſ.5.n.8
Terra veſtra deſerta. c.49.ſ.11.n.16
Manus veſtræ ſanguine plenæ. n.18
Incenſum abominatio eſt mihi. ibid.
Laboraui ſuſtinens. c.49.ſ.13.n.7
Cùm fueritis velut quercus. c.50.ſ.3.n.8
Mundi eſtote. num.35
Filios enutriui. c.32.ſ.13.n.2
Blaſphemauerunt ſanctum. c.32.ſ.13.n.2
Quo mihi multitudinem victimarum, c. 33.ſ. 4.num.1
Solennitates veſtras odiuit. num.2
Auferte malum. c.35.ſ.2.n.18
Lauamini,mundi eſtote. num.7.& cap.41.ſ.2. num.12
Cùm extenderitis manus. c.37.ſ.6.n.4
Si leuaueritis manus. c.38.ſ.vnica.n.21
Defendite viduam. num.10
Væ genti peccatrici. c.39.ſ.6.n.8
Heu conſolabor. c.35.ſ.11.n.12
Populus meus non intellexit. cap. 32. ſect.12, num.12
2. Venite aſcendamus. c.35.ſ.3.n.7
Repleta eſt terra equis. c.41.ſ.1.n.11

Replera

Repleta eſt terra idolis. ibid. & cap.43.ſect.1. num.17
Confluent ad eum omnes. c.49.ſ.10.n.1
Incuruabitur altitudo. ibid.
Ingredere in petram. c.50.ſ.3.n.23
3. Dabo pueros. c.41.ſ.7.n.4
Effœminati dominabuntur. ibid.
Non ſum medicus. num.21
Auferet prudentem. c.42.ſ.3.n.6
Prudentem eloquij. c.49.ſ.3.n.5
Robur panis. cap.49.ſect.6. num. 10. & c. 35. ſect.6.n.3
Ruit Ieruſalem. ſ.7.num.14
Pro ſuaui odore fœtor. ſ.8.n.13
Mulieres dominatæ ſunt. c.39.ſ.7.n.13
Dicite iuſto. num.13
4. Apprehendent ſeptem mulieres.cap.33.ſect.7. num.8
In die illa germen Domini. c.33.ſ.7.n.15
5. Nubibus ne pluant. c.31.ſ.14.n.31
Quid debui facere. c.39.ſ.4.n.6
Væ qui trahitis iniquitatem. cap. 43. ſect. 1. num.15
Fortitudo vt fauilla. num.14
Non habuit ſcientiam, cap.42.ſ.2.n.9.& c.48. ſect.2.n.5
Dilatauit infernus. c.43.ſ.2.n.5
6. In anno,quo mortuus eſt. c.32.ſ.1.n.1
Velabant faciem eius. c.32.ſ.10.n.5
Dominus Deus ſabaoth, ſ.12.n.18
Vidi Dominum. ſect.13.num.11. & c. 38.ſect. vnica num.4
Alis velabant faciem. c.50.ſ.3.n.17
Væ mihi quia tacui, c.32.ſ.8.n.9
Tetigi labia tua. ibid.
7. Dabit Dominus ſignum. c.32.ſ.3.n.1
Vocabitur Emmanuel. ſ.12 n.3
Dices ad eum vide. c.35.f.8.n.2
Pete tibi ſignum. cap.41.ſect.1.num. 13. & ſ. 3.num.13
Ecce virgo concipiet. ibid.& cap. 49. ſect. 9. num.16
Puer natus eſt nobis. num.14
In eo gentes ſperabunt. c.49.ſ.10.n.1
Dabit Dominus ipſe. c.37.ſ.5.n.20
8. Antequam ſciat puer vocare. c.41.ſ.5.n.10
Voca nomen eius Accelera. ſ.6.n.4
Adducet Dominus aquas. c.32.ſ.4.n.4
Abiecit aquas Siloe.cap.32.ſ.7. n. 10. & c. 49. ſect.9.n.10
9. Principatus ſuper humerum eius. cap.31. ſ. 4. num. 7. & cap. 33. ſect. 6. num. 2. & ſect. 7. num.9
Cuius imperium ſuper humerum eius. cap.32. ſect.4.num.7.& cap.49.ſ.14.num. 16. & c. 32. ſect.10.num.6
Paruulus datus eſt. c.41.ſ.6 n.11
Pater futuri ſeculi. c.32.ſ.11.n.3
Multiplicaſti gentem. c.35.ſ.8.n.6
Terra Zabulon. c.49.ſ.18.n.6.& 8
Paruulus natus eſt. cap.49.ſ.5.n.17.& cap. 37. ſect.1.num.4
Lætabuntur coram te. c.49.ſ.10.n.9
10. Aſſur virga furoris. c.49.ſ.8.n.15
Reliquiæ ſaluæ fient. c.49.ſ.11.n.15
Væ ſcribentibus. c.34.ſ.4.n.10
11. Puer paruulus minabit. c.47.ſ.1.n.8
Flos de radice eius. num.17
Spiritu labiorum interficiet. c.49.ſ.3.n.5
Delectabitur infans. cap.35.ſect.6.n.1.& c.41. ſ.6.num.4
Quaſi agnus manſuetus. c.37.ſ.3.n.3
Percutiet terram virga. c.41.ſ.5.n.6
Deſolabit linguam maris. c.32.ſ.1.n.7
Egredietur virga de radice. c. 31. ſect. 4.num, 10.& ſect.14.num.21.& cap. 37. ſect.1.nu.11. & 13.& c.47.ſ.3.num.6.& c.49.ſ.7.n.7.& ſect. 11.num.6
12. Exulta & lauda habitatio. cap.46.ſect. vnica. num.11
Ecce Deus ſaluator. ibid.
13. Onus Babylonis. c.36.ſ.1.n.10
14. In anno,quo mortuus eſt Achaz. cap.32.ſ.1. num.1
Ceſſauit exactor. c 49.ſ.8.n.15
15. Qui fugerint de Moab. c.32.ſ.13.n.20
16. Moab ſuperbus valde. cap.32.ſ.4.n.3.& c.50. ſ 3.num.5
Super muros cocti lateris. num.3
Vlulabit ad Moab. c.31.ſ.4.n.4
Emitte agnum. c.32.ſ.13.n.10
18. In vaſis papyri. c.31.ſ.14.n.6
Nubes roris. c.33.ſ.10.n.13
Cymbalo alarum. c.32.ſ.14.n.6
19. Aſcendet ſuper nubem leuem.cap.33.ſect.10. num.12
20. In tribulatione murmuris. c.42.ſ.2.n.11
21. Pone menſam. c.49.ſ.4.n.30
22. Figam paxillum. c.31.ſ.4.n.8
Dabo clauem domus Dauid. cap. 49. ſect. 14. num.17
24. Maledictio vorabit. c.33.ſ.9.n.14
In conſpectu ſenum ſuorum. c.49.ſ.4.n.28
Erubeſcet luna. ibid.
25. Triturabitur Moab. c.49.ſ.6.n.3
26. Spiritum ſalutis. c.33.ſ.6.n.11
Memoriale tuum. c.49.ſ.1.n.18
Intra in cubiculum tuum. ſ.10.n.17
Aperite portas. c.49.ſ.11.n.6
Viuent mortui tui. c.50.ſ,1.n.4
27. Quis dabit me ſpinam. c.31.ſ.14.n.31
28. Peregrinum opus eius. c.31.ſ.4.n.6
Ecce ego mittam. c.35.ſ.9.n.21
Qui credit non confundetur. cap. 49.ſect.13. num.1
Errantes à vino. c.40.ſ.1.n.2
29. Erit ſicut ſomnium. c.40.ſ.1.n.1
30. Aſſer paucbit. c.49.ſ.8.n.15
Comminuetur ſicut conteritur. cap.35.ſect.9. num.12
31. Super aſtra cœli ponam. c.43.ſ.1.n.17
Ecce cum iuſtitia regnabit. cap. 39. ſect. 3. num.16
Erit vir ſicut qui abſcondit. num.17
33. Qui ambulat in iuſtitiis. c.50.ſ.2.n.16
Qui obturat aures. num.17
Habitabit in excelſis. ibid.
Munimenta ſaxorum. num.18
Regem in decore ſuo videbunt. nu.21
Parietis ſtipulam. c.50.ſ.3.n.5
Angelum pacis. c.37.ſ.2.n.6
36. Facite mecum benedictionem. c. 31.ſect.11. num.5
37. Angelus percuſſit. c.32.ſ.8.n.9
Venerunt vſque ad partum. cap.38.ſect.vnica. num.19
38. Diſpone domui tuæ. c.50.ſ.2.n.23
Adiiciam ſuper dies tuos. c.31.ſ.3.n.5
40. Conſolamini popule meus. c.32.ſ.6. n. 13. & c.49.ſ.9.n.13
Fœnum aruit. c.31.ſ.14.n.17
Ecce Rex veſter. c.33ſ.7.n.12

Aſſument pennas. c.33.ſ.10.n.9.& 12
Loquimini ad cor. c.34.ſ.4.n.14
Quis menſus eſt manu aquam. cap. 47. ſect.1. num.55
41. Seruus meus es. c.33.ſ.5.n.11
Perſequetur eos. c.33.ſ.10.n.10
Aperiam in ſupinis collibus. c.48.ſ.2.n.22
42. Ecce ſeruus meus. c.43.ſ.5.n.11
43. Dic tu peccata tua. c.35.ſ.1.n.14
Cùm tranſieris per aquas. cap. 46. ſect. vnica. num.12
Deleo iniquitates tuas. c.49.ſ.21.n.20. & cap. 37.ſ.8.n.5
45. Deus abſconditus. c.49.ſ.14.n.14
Rorate cœli. c.49.ſ.2.n.17
Dorſa Regum vertam. c.49.ſ.18.n.6.
46. Oſſa veſtra germinabunt. c.50.ſ.5.n.13
47. Dedi te in lucem. c.41.ſ.6.n.10
48. Sicut flumen pax tua. c.42.ſ.1.n.10
Ab oriente adducam. c.32.ſ.12.n.4
49. Circundabit eos quaſi ſponſa. cap.49.ſect.12. num.13
51. Me inſulæ expectarunt. c.33.ſ.9.n.5
Poſui verba mea in ore tuo. c.34.ſ.1.n.8
Conſolabitur Dominus Sion. cap. 49. ſect. 9. num. 15
Attendite ad me popule meus. ibid.
52. Regnabit Deus tuus. c.33.ſ.5.n.15
Pulchri ſuper montes pedes. c.33.ſ.10.n.10.& c.49.ſ.4.n.15
Aſſur calumniatus eſt. c.39.ſ.7.n.19
53. Aſcendet ſicut virgultum. cap.32.ſ.8.n.10.& c.37.ſ.5.n.19
De terra ſitiente. c.33.ſ.5.n.12
Dabit impios pro morte. c.35.ſ.2.n.15
Si poſuerit pro peccato. c.45.ſ.1.n.10
Nouiſſimum virorum. c.47.ſ.1.n.5
Et quaſi abſconditus vultus eius. ibid.
Quaſi agnus coram tondente ſe. cap.46.ſ.12. num.6
Tinctis veſtibus de Boſra. num.8
Poſuit in eo iniquitatem. c.49.ſ.14.n.15
Sicut ouis ad occiſionem. c.33.ſ.7.n.3
Domine quis credidit. c.37.ſ.5.n.19
55. Quærite Dominum. c.43.ſ.9.n.2
Venite, emite. c.36.ſ.2.n.22.& c.37.ſ.7.n.22.& 23.& c.49.ſ.12.n.25
Nec viæ veſtræ. c.48.ſ.2.n 9
56. Speculatores eius cæci. c.32.ſ.6.n.3
Nomen ſempiternum dabo. c.32. ſ.12.n.14.& c.50.ſ.1.n.9
Si elegerint quæ ego volui. c.32.ſ.12.n.14
58. Cum effuderis eſurienti. c.48.ſ.1.n.3
59. Impegimus meridie. c.32.ſ.14.n.2
Veritas non potuit ingredi. c.49.ſ.11.n.10
Peccata noſtra reſponderunt. c.50.ſ.3.n.2
60. Germen plantationis. c.33.ſ.7.n.10
Vt nubes volant. c.33.ſ.10.n.12.& c.49. ſ.13. num.14
Suges lac gentium. c.47.ſ.2.n.6
61. Pallium laudis. cap.49.ſ. 12.n. 3. & c.41.ſ.2. num.12
Vt mederer contritis. c.46.ſ.vnica.num.22.& c.49.ſ.5.n.15.& ſ.9.n.15
Vnxit me Dominus. c.34.ſ.9.n.14
62. Vocabitur tibi nomen. c.32.ſ.12.n.14
Eris corona gloriæ. ibid.
Habitabit iuuenis cum virgine, cap.34.ſect.5. num.9
Gaudebit ſuper te Deus. ibid.
Eligite lapides. c.49.ſ.12.n.9
63. Torcular calcaui ſolus. c.37.ſ.5.n.9
64. Quaſi pannus menſtruatæ. c.35.ſ.2.n.12
Tu pater noſter, nos lutum. c.40.ſ.2.n.8
65. Seruos ſuos vocabit. c.32.ſ.12.n.5
Expandi manus meas. cap.49.ſ.8.n.13. & ſ.20. num.19
Inuenerunt me. num.20

Ex Hieremia.

Cap. 1. Virgam vigilantem video. cap.33.ſ.6.n. 4.& c.41.ſ.5.n.5
Quid tu vides? c.39.ſ.6.n.12
2. Portæ eius deſolamini. c.43.ſ.1.n.4
Dereliquiſti Dominum. c.35.ſ.1.n.7
Oblitus eſt mei diebus multis. c.32.ſ.9.n.2.& ſ.13.n.3
Deuorabit gladius. c.50.ſ.3.n.19
3. Auerſatrix Iſraël. c.43.ſ.2.n.9
Conuertimini filij. c.43.ſ.2.n.10
Dormiemus in confuſione. c.49.ſ.8.n.15
In tempore illo vocabunt. c.33.ſ.5.n.11
4. Gaude & lætare. c.36.ſ.1.num.8
5. Adhinniat. c.39.ſ.3.n.9
Pharetra eius. c.34.ſ.3.n.4
6. Sicut frigidam facit ciſterna. cap. 42. ſect. 2. num.16
7. Nec inclinauerunt aurem. c.49.ſ.8.n.2
Audite vocem meam. c.33.ſ.6.n.9
9. Aſcendet mors per feneſtras. cap. 34. ſect. 3. num.4
Extenderunt linguam. c.49.ſ.10.n.3
12. Congregaui eos. c.33.ſ.3.n.4
Facta eſt mihi hæreditas. c.34.ſ.6.n.13
Quaſi leo in ſylua. c.49.ſ.7.n.12
Auis diſcolor. c.49.ſ.17.n.6
Lugebit terra. c.35.ſ.3.n.4
14. Factus es quaſi colonus. c.32.ſ.4.n.6
Domine fac propter nomen. c.33.ſ.6.n.5
15. Occubuit ſol. c.49.ſ.7.n.10
17. Scriptum in ſtylo. c.41.ſ.2.n.4
Væ perdici. c.49.ſ.18.n.9
22. Si fuerit annulus. c.41.ſ.4.n.15
23. Dominus iuſtus noſter. c.32.ſ.12.n.3
Eſtis onus Domini. c.49.ſ.3.n.3
28. Viri tui pacifici. c.49.ſ.18.n.9
29. Illius erit pax veſtra. c.50.ſ.3.n.6
31. Fœmina circundabit virum. cap. 37.ſect. 3. num.15
Patres noſtri comederunt. c.37.ſ.4.n.4
32. Eme agrum argento. c.50.ſ.2.n.12.& 13
35. Vade ad domum Rechabitarum. cap.33.ſ.4. num.8
Non bibemus vinum. num.9
Pro eo quod obediſtis. ibid.
48. Relinquite ciuitates. c.49.ſ.21.n.7
50. Quomodo confractus eſt. c.39.ſ.3.n.10

Ex Threnis.

Cap. 1. Abſtulit omnes magnificos. cap. 45.ſ. 1. num.9
3. Oculus meus deprædatus eſt. cap. 48. ſect.1. num.2
Non defecerunt miſerationes. c.49.ſ.13.n.6
4. Paruuli petierunt panem. c.35.ſ.12.n.16
Spiritus oris noſtri. c.49.ſ.8.n.5
5. Serui dominati ſunt. c.45.ſ.2.n.9
Pellis noſtra quaſi clibanus. c.41.ſ.7.n.19
Patres noſtri peccauerunt. c.37.ſ.4.n.4

Ex Ezechiele.

Cap. 1. Ecce ventus turbinis. c.50.ſ.3.n.20
Manus hominis ſub pennis. c.32.ſ.5.n.15
4. Sume tibi laterem. c.32.ſ.4.n.4
7. Germinauit ſuperbia. c.43.ſ.1.n.4
9. Signa Tau ſuper frontes. c.40.ſ.2.n.9
13. Non oppoſuiſtis murum. c.49.ſ.2.n.24
Expandi amictum meum. c.49.ſ.12.n.2
16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ. cap. 34. ſect. 1. num.3
17. Aquila grandis. c.41.ſ.7.n.23.& c.47. ſect. 3. num.18
18. Filius non portabit. c.37.ſ.4.n.5
Iniquitatum eius non recordabor. cap. 43.ſ.2. num.12
20. Dedi eis præceptum. c.34.ſ.1.n.4
34. Seruus meus Dauid. c.34.ſ.1.n.3

Ex Baruch.

Cap. 3. In terris viſus eſt. c.33.ſ.5.n.11
Deus miſericors es. c.50.ſ.3.n.16
Excelſus,& immenſus. c.50.ſ.3.n.24

Ex Daniele.

Cap. 2. Suſcitabit Deus regnum. cap.49. ſect.12. num.18
Lapis ſine manibus. c.34.ſ.4.n.5
Et ego non in ſapientia. c.41.ſ.3.n.9
3. Non eſt confuſio confidentibus. cap. 32. ſ. 3. num.12
Deus noſter potens eſt eripere. c. 49.ſ.1.n.38. & ſ.20.n.14
Peccauimus, iniuſtè egimus. c.32.ſ.2.n.3
Quaſi ventum roris flantem. c.32.ſ.8.n.10
Non eſt princeps. c.45.ſ.2.n.9
4. Peccata eleemoſynis redime. c.32.ſ.5.n.10. & c.33.ſ.5.n.6.& c.49.ſ.1.n.27
Forſitan ignoſcet. num.13
Videbam,& ecce arbor. c.40.ſ.1.n.9
Filia eius pulcherrima. c.41.ſ.7.n.21
7. Libri aperti ſunt. c.37.ſ.3.n.4
Ecce beſtia terribilis. c.48.ſ.2.n.18
Comedens atque comminuens. num.19
Ecce cornu aliud paruulum. num.21
Tria de cornibus auulſa ſunt. ibid.
In cornu iſto os loquens. ibid.
Tres Reges humiliabit. ibid.
Tradentur in manu eius. num.12
Regnum & poteſtas. ibid.
Populum ſanctorum. ibid.
Iudicium ſedebit. ibid.
Senex & antiquus dierum. c.49.ſ.1.n.4
8. Conſurget Rex. c.39.ſ.3.n.4.12
9. Perſeuerabit deſolatio. c.32.ſ.14.n.26. & c.49. ſ.7.n.14.& ſ.9.n.9
Vſque ad conſummationem. c.35.ſ.2.n.3
Non erit populus eius. c.49.ſ.1.n.27
Septuaginta hebdomadæ. c.49.ſ.9.n.11
Ab exitu ſermonis. ibid.
Occidetur Chriſtus. c.49.ſ.12.n.6
11. Dominum eorum Deum. c.39.ſ.3.n.12
12. Veniet tempus quale non fuit. cap. 32. ſ. 14. num.28
Saluabitur populus. c.49.ſ.11.n.15
Qui docti fuerint fulgebunt. cap. 49. ſect. 3. num.18
13. Suſcitauit Dominus ſpiritum pueri. cap. 49. ſ.1.n.6
Exclamauit Suſanna. c.39.ſ.7.n.16
14. Daniel comedit. c.45.ſ.2.n.3

Ex Oſea.

Cap. 1. Ponent ſibimet caput vnum. c. 32.ſ. 14. num.26
Miſerebor & ſaluabo. c.35.ſ.1.n.7
2. Percutiam eis fœdus. c.32.ſ.2.n.7.& c.33.ſ. 8. num.8
Arcum & gladium. ibid.
Ecce ego lactabo eam. c.32.ſ.6.n.13
Dedi ei frumentum. c.33.ſ.5.n.9
Ducam eam in ſolitudinem. c.34.ſ.4.n.14
Auferam fornicationem. c.35.ſ.4.n.6
Exaudiam dicit Dominus. c.37.ſ.2.n.6
Ibat poſt amatores. c.46.ſ.vnica.n.10
Sponſabo te mihi. c.32.ſ.12.n.7
Seminabo eum in terra. ibid.
3. Conſolatio abſcondita eſt. c.35.ſ.6.n.11
Diligunt vinacia. c.32.ſ.14.n.32
4. Repellam te ego. c.32.ſ.6.n.3
Paſcet eos quaſi agnum. ſ.7.n.6
Sicut vacca laſciuiens. c.34.ſ.5.n.16
Peccata populi mei comedent. c.43.ſ.1.n.19
5. Ego eruditor. c.49.ſ.1.n.22
6. In die tertio ſuſcitabit. c.32.ſ.10 n.12
Veniet quaſi imber. c.41.ſ.3.n.23
9. Ephraim velut auis. c.34.ſ.3.n.4
Percuſſus eſt Ephraim. c.49.ſ.8.n.2
Radix eorum. num.8
Quaſi auis auolauit. ſ.21.n.3
10. Ex diebus Gabaa. c.49.ſ.4.n.17
Tranſibo ſuper pulchritudinem. ſ.6.n.4
Arabit Iudas. ibid.
Confringet ſulcos. ibid.
Ephraim vitula docta. nu.3
11. Deus ego. c.32.ſ.13.n.13
Ex Ægypto vocaui. c.42.ſ.3.n.2
Humiliabitur ſuperbia. c.48.ſ.2. n.5
12. Fleuit & rogauit. c.32.ſ.7.n.8.& c.32.ſ.10.n. 10.& ſ.11.n.1
Directus eſt ad Angelum. c.32.ſ.13.n.16.& ſ. 7.n.1
Ad iracundiam me prouocabit. c.50.ſ.3.n.18
13. Adducet Dominus ventum. c.49.ſ.8.n.12
14. Pereat Samaria. c.35.ſ.8.n.3
Tollite vobiſcum verba. c.49.ſ.5.n.12
Ero quaſi ros. num.15
Voca nomen eius. num.18

Ex Ioële.

Cap. 1. Alimenta perierunt. c.41.ſ.7.n.20
Computruerunt iumenta. ibid.
2. Deus benignus & miſericors. c.34.ſ.9.n.12

Ex Amos.

Cap. 1. Super tribus ſceleribus. c.36.ſ.1.n.1
Eo quòd perſecutus eſt. num.2
Mittam ignem in Teman. num.3
3. Viſitabo ſuper vos. c.41.ſ.5.n.9
Leo rugiet. c.49.ſ.7.n.15
4. Percuſſi vos in vento vrenti. c.49.ſ.3.n.10
Aſcendere fecit putredinem. c.41.ſ.5.n.9
5. Subridet vaſtitatem. c.41.ſ.5.n.9
Cognoui multa ſcelera veſtra. ibid.
Vaccæ pingues. c.41.ſ.4.n.2
Conuertitis in abſynthium. c.50.ſ.3.n.18
6. Qui dormitis in lectis eburneis. c.35.ſ.10.n.4

Vaſa

Vaſa cantici. num.5
Ingredientes pompaticè. c.35.ſ.13.n.4
Fructum iuſtitiæ. c.50.ſ.3.n.18
7. Stans ſuper murum. c.39.ſ.3.n.10
Ponam truliam. c.40.ſ.2.n.12
Egredere, fuge. c.42.ſ.2.n.8
Vxor tua in ciuitate. ibid.
Rebellauis contra te. num.2
Stabat ſuper murum. c.49.ſ.3.n.27
8. Iurauit Dominus. c.32.ſ.7.n.14
9. Vocat aquas maris. c.32.ſ.1.n.4
Stillabunt montes. c.37.ſ.1.n.5
Filij Æthiopum. c.39.ſ.4.n.8

Ex Abdia.

Cap. 1. Auditum audiuimus. c.47.ſ.3.n.15
Omnes viri fœderis tui. c.49.ſ.6.n.8

Ex Iona.

Cap. 1. Vt fugeret in Tharſis. c.49.ſ.3.n.9. & c.49.ſ.11.n.7
Mittite me in mare. c.49.ſ.11.n.8
Et remigabant. num.9
Clamauerunt viri. ibid.
2. Abiit in Niniuem. c.39.ſ.3.n.15.
3. Homines & iumenta non guſtent. c.50.ſect.3.num.12
Surge & vade. c.50.ſ.3.n.30
Aſcendit vermis. c.49.ſ.8.n.10

Ex Michaa.

Cap. 2. Surgite & ite. c.39.ſ.5.n.2
Aſcendet pandens iter. c.50.ſ.1.n.3
4. Turris nebuloſa. c.35.ſ.13.n.1.& cap.49.ſ.9.num.7
Ponam claudicantem. c.49.ſ.12.n.19
Doce & ſatage. c.41.ſ.2.n.8
6. Vt darem te in perditionem. c.42.ſ.2.n.12
Quis Deus ſicut tu. c.49.ſ.5.n.14
7. Index in reddendo eſt. c.32.ſ.5.n.7
Quaſi paliurus. ibid.
Redimat Deos ſuos. c.41.ſ.2.n.8
Proiiciet in profundum. c.49.ſ.21.n.20

Ex Nahum.

Cap. 1. Mundans non faciet. c.39.ſ.4.n.8
Conuiuium eorum. c.48.ſ.2.n.17
2. Catulus leonis. c.49.ſ.7.n.12
3. Corruens in corporibus. c.35.ſ.12.n.1
Dominus patiens. c.39.ſ.4.n.7

Ex Abachub.

Cap. 1. Nunquid non tu à principio. cap.49.ſ.6.num.6
2. Scribe viſum. c.49.ſ.6.n.6
Quomodo vinum. ibid.
Repente conſurgent. num.8
Eris in rapinam. c.49.ſ.18.n.9
Euigilabunt inſidiatores. ibid.
3. Opus tuum in medio annorum. c.49.ſ.12.n.13.& c.41.ſ.2.n.22
Percuſſiſti caput. c.49.ſ.16.n.4
Audiui auditionem tuam. c.36.ſ.1.n.17
Egreſſus es in ſalutem. c.32.ſ.14.n.27
Cùm iratus fueris. c.34.ſ.2.n.7
Ibi abſcondita eſt fortitudo. c.35.ſ.4.n.15

Stetit & menſus eſt. c.35.ſ.9.n.16
Aſcendes ſuper equos tuos. c.39.ſ.3.n.8
Deus Dominus fortitudo mea. c.39.ſ.3.n.9
Dedit abyſſus vocem ſuam. c.41.ſ.2.n.18
Sol & luna ſteterunt. num.23
Cornua in manibus eius. c.49.ſ.21.n.20
Poſuit flumina in deſertum. c.41.ſ.7.n.16
Super excelſa ſtatuet. c.39.ſ.3.n.16

Ex Sophonia.

Cap. 1. Dies ille dies iræ. c.42.ſ.1.n.14
Vlulate habitatores pilæ. c.49.ſ.9.n.10
3. Saluabo claudicantem. c.35.ſ.9.n.8
Inde ſupplices mei. c.36.ſ.2.n.15
Dominus Deus tuus. c.37.ſ.2.n.4
Silebit dilectio tua. n.5.& 6
Vt congregem gentes. c.49.ſ.21.n.18

Ex Aggæo.

Cap. 1. Si tulerit homo carnem. c.35.ſ.7.n.10
2. Adhuc modicum. c.49.ſ.9.n.4

Ex Zacharia.

Cap. 1. Inter myrteta. c.38.ſ.vnica.c.20
3. Nunquid non iſte torris. c.33.ſ.11.n.4
Audi Ieſu ſacerdos. c.37.ſ.6.n.12
Cælabo ſculpturam eius. c.49.ſ.13.n.14
4. Deſpexit dies paruos. c.40.ſ.1.n.8
5. Hæc eſt oculus. c.49.ſ.8.n.3
Egrediebatur amphora. ibid.
6. Ecce vir oriens nomen eius. c.38.ſ.12.n.3.& ſ.14.n.37.& c.49.ſ.8.n.14
7. Noluerunt attendere. c.32.ſ.14.n.36
8. Apprehendent ſeptem homines. c.49.ſect.12.num.26
9. Lapides ſancti eleuabuntur. c.32.ſ.13.n.12.& c.49.ſ.17.n.8.& ſ.21.n.12
Onus verbi Domini. c.49.ſ.6.n.15.& 16
Frumentum electorum. c.49.ſ.12.n.28
Conuertimini ad munitionem. c.49.ſ.10.n.2
10. Tranſibit in mari. c.41.ſ.2.n.8.& c.42.ſ.2.n.7
Confortabo eos in Domino. c.42.ſ.8.n.7
11. Virgam amygdalinam. c.32.ſ.4.n.7
Virgam appellauit decorem. c.39.ſ.2.n.5
Aperi Libane. c.49.ſ.8.n.28
12. Ponam Hieruſalem. c.35.ſ.9.n.17.& 18
In die illa proteget Dominus. num.23
Effundam ſuper domum. c.46.ſ.vnica.n.3
13. Fons patens. c.32.ſ.11.n.17.& c.49.ſect.6.num.11
Homo agricola ego ſum. c.39.ſ.4.n.7.& c.49.ſ.14.num.4
14. Erit Dominus vnus. c.49.ſ.10.n.6

Ex Malachia.

Cap. 1. Ab ortu ſolis. c.49.ſ.6.n.19
Poſui montes eius. c.32.ſ.2.n.1.& c.33.ſect.7.num.10
Ecce mitto Angelum meum. cap.32.ſect.15.num.8
Pater ego ſum. c.37.ſ.8.n.28
3. Vanus eſt qui ſeruit. c.47.ſ.3.n.3
Statim veniet ad templum. cap.49.ſect.9.num.5
4. Surge tritura. c.49.ſ.6.n.3
Orietur vobis ſol. c.49.ſ.10.n.8
Dies Domini magnus. c.49.ſ.21.n.21

Ex lib. 1. Machab.

Cap. 1. Diuiſit illis regnum. c.50.ſ.3.n.36
3. Ablata eſt voluptas Iacob. c.35.ſ.6.n.2
6. Iuit ſub pedes elephantis. c.49.ſ.15.n.13
7. Homo Sacerdos venit. c.49.ſ.2.n.22

Ex lib. 2. Machab.

Cap. 2. Arcam & altare intulit. c.49.ſ.9.n.6
11. Leonum impetu irruentes. c.32.ſ.8.n.4.& c. 49.ſ.8.n.18

EX NOVO TESTAMENTO.

Ex Matthæo.

Cap. 1. IESSE genuit Dauid Regem. c.33. ſ.2.n.8
Ex ea, quæ fuit Vriæ. c.49.ſ.1.n.21
2. Vox in Rama. c.35.ſ.12.n.6
Procidentes adorauerunt. c.49.ſ.4.n.28
3. Parate viam Domini. c.32.ſ.13.n.8
Hic eſt filius meus dilectus. c.33.ſ.1.n.11
Sic decet nos implere. num.12
4. Acceſſerunt Angeli. c.32.ſ.10.n.1
Acceſſit tentans eum. c.33.ſ.7.n.2
Hæc omnia tibi dabo. ſ.5.n.1
Faciam vos fieri piſcatores. c.34.ſ.8.n.12
Relictis retibus ſecuti ſunt eum. ibid.
Terra Zabulon. c.49.ſ.18.n.7
Pœnitentiam agite. c.49.ſ.18.n.10
5. Beati pauperes. c.32.ſ.2.n.6.& c.48.ſ.2.n.14.& c.33.ſ.3.n.13
Beati qui lugent. c.46.ſ.vnica.n.21.& c.40.ſ.2. n.9.& c.47.ſ.3.n.6.& c.32.ſ.6.n.5
Beati miſericordes. c.32.ſ.5.n.11
Aſcendit in montem. c.32.ſ.6.n.12
Magnus vocabitur. c.32.ſ.7.n.9
Pluit ſuper iuſtos. c.33.ſ.2.n.9
Qui fecerit & docuerit. c.33.ſ.6.n.16
Si oculus tuus ſcandalizat. c.33.ſ.7.n.5
Mœchatus eſt eam. c.34.ſ.7.n.14
Eſtote perfecti. c.35.ſ.7.n.2
Sic luceat lux veſtra. c.39.ſ.1.n. 7. & c.50.ſ.3. num.12
Benefacite iis qui oderunt vos. c.45.ſ.1.n.12. & c.50.ſ.3.n.26
Nemo accendit lucernam. c.49.ſ.1.n.30
6. Quærite primùm regnum Dei. c.43.ſ.2.n.4
Theſaurizate vobis. c.49.ſ.1.n.34
Omnia adiicientur vobis. c.32.ſ.2.n.7
Conſiderate lilia. ibid.
Panem noſtrum. c.43.ſ.2.n.3.& cap.33.ſect.9. num.10
Intra in cubiculum tuum. c.37.ſ.3.n.4
Neſciat ſiniſtra tua. ibid.
Non eritis ſicut hypocritæ. c.32.ſ.6.n.11
Noli tuba canere. c.32.ſ.9.n.3
Pater noſter qui es in cœlis. ſect.12.n.12.& c. 33.ſ.9.n.3
Dimitte nobis debita noſtra. cap. 33. ſect. 2. num.6
Adueniat regnum tuum. cap. 49. ſ. 15.n.18
7. Arbor mala malos fructus facit. cap. 49. ſ. 1. num.25
Pulſanti aperietur. c.49.ſ.3.n.12
Docens ſicut poteſtatem habens. c. 33.ſ.6.n.17
Qua menſura menſi fueritis. c.35.ſ.1.n.2
8. Aſcendente eo in nauiculam. c.35.ſ.3.n.5
Venti & mare obediunt ei. num.6
9. Conducit operarios. c.32.ſ.11.n.2
Non veni vocare iuſtos. c.41.ſ.2.n.11
10. In viam gentium ne abieritis. c.32. ſ. 14.n. 38.& c.49.ſ.10.n.7.& 9
Eſtote prudentes. c.33.ſ.7.n.1
Fugite in aliam. c.35.ſ.1.n.3
Sicut ſerpentes. c.37.ſ.4.n.15
Beelzebub vocauerunt. c.37.ſ.5.n.4
Tradet frater fratrem. num.5
Inimici hominis domeſtici eius. cap.49. ſ. 20. num.1
Nolite poſſidere aurum. c.32.ſ.2.n.8
11. Qui minor eſt in regno cœlorum. c. 32. ſ.5. num.18
Regnum cœlorum vim patitur. c.32.ſ.10.n.1. & c.49.ſ.11.n.13
Mittens duos diſcipulus. c.32.ſ.13.n.6
Ecce ego mitto Angelum. c.32.ſ.13.n.8
Mitis ſum & humilis corde. c.33.ſ. 6. n.15. & ſ.8.n.3
Omnia mihi tradita ſunt. c.37.ſ.4.n.12
Ego reficiam vos. c.37.ſ.7.n.12.& c.43.ſect.1. num.7
Et non ſaltaſtis. c.41.ſ.1.n.12
Venite ad me omnes. c.49.ſ.14.n.22
12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti. cap. 32.ſ. 10. num.12
Ex abundantia cordis. c.39.ſ.6.n.13
13. Superſeminauit zizania. c.32.ſ.9.n.9
Nonne hic eſt fabri filius. c.37.ſ.4.n.17
Colligentes zizania. c.37.ſ.8.n.15
14. Erat contrarius ventus. c.32.ſ.9.n.10
Duodecim cophinos. c.49.ſ.8.n.11
Ioannes Baptiſta ſurrexit. c.40.ſ.20.n.16
15. Non ſum miſſus. c.32.ſ.14.n.38.& c.49.ſ.11. num.14
Ne deficiant in via. c.33.ſ.6.n.17
Cum publicanis manducat. c.37.ſ.4.n.14
Cœci & duces cœcorum. c.46. ſ.vnica.n.17
O mulier magna eſt fides tua. c.49.ſ.11.n.14
De corde exeunt cogitationes. c.50.ſ.3.n.13
16. Non erit tibi hoc. c.32.ſ.12.n.3.& c.49.ſ. 19. num.2
Cauete à fermento. c.42.ſ.3.n.4
Quid prodeſt homini. c.32.ſ.12.n. 9. & c.33. ſ.3.n.2.& c.49.ſ.2.n.23
Portæ inferi non præualebunt. c.35.ſ.9. n. 17. & c.49.ſ.2.n.3.& ſ.4 n.35.& ſ.6. n. 9. & c.50. ſ.1.n.17.& c.48.ſ.2.n.25
Tu es Petrus. c.49.ſ.19.n.2
Oporteret ire Ieroſolymam. c.49.ſ.19.n.2
Vade retro. c.49.ſ.16.n.2
Scandalum es mihi. num.3
17. Dicebant exceſſum eius. c.33.ſ.5.n.8
Nubes lucida obumbrauit. c.33.ſ.10.n.13
Inuenies ſtaterem. c.49.ſ.14.n.20
Nihil impoſſibile erit vobis. c.35.ſ.9.n.7
Hoc genus dæmoniorum. c.49.ſ.1.n.16
18. Angeli eorum ſemper vident. c.32.ſ.10.n.9
Si pes tuus ſcandalizat te. c.37.ſ.1.n.7
Corripe eum inter te. c.37.ſ.1.n.16
Suffocabat eum. c.37.ſ.5.n.12
Væ mundo à ſcandalis. c.39.ſ.6.n.7
Debebat ei decem millia talenta. c.40.ſ.1.n.4
19. Centuplum accipiet. c.33.ſ.5.n.7.& c 32. ſ.3. num.11
Qui ſe ipſos caſtrauerunt. c.32.ſ.11.n.13
Camelum per foramen acus. c.33.ſ.5.n.12
Diues difficile intrabit. c.35.ſ.5.n.14
Quod Deus coniunxit. c.49.ſ.14.n.12

Serua

Serua mandata. c.32.ſ.7.n.9
Vende omnia. c.49.ſ.1.n.3
20. Dic vt hi duo filij mei. c.32.ſ.6.n.7
Neſcitis quid petatis. c.35.ſ.10.n.14
Miſit operarios. c.35.ſ.14.n.5
21. Locauit vineam. c.32.ſ.11.0.2.& c.34.ſect. 8. num.9
Quj ceciderit ſuper lapidem. c.35.ſ.9.n.21
Hic eſt hæres. c.47.ſ.3.0.15
Super aſinam ſedere fecerunt. c.49.ſ.11.n.12
Venite occidamus eum. c.49.ſ.11.n.18
22. Intrauit rex vt videret. c.49.ſ.2.n.29
Ligatis manibus & pedibus. c.49.ſ.1.0.30
Reddire quæ ſunt Cæſaris. c.49.ſ.14.n.19
Non habens veſtem nuptialem. c.32.ſ.3.n.11
23. Omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt. c.35.ſ.1. n.2.& c.39.ſ.4.n.5
Vocari ab hominibus Rabbi. c.36.ſ.1.n.16
Relinquetur vobis domus. c.49.ſ.1.n.27
Implete menſuram. c.49.ſ.8.n.4
Quæ ſe humiliat. c.42.ſ.1.n.13
24. Congregabuntur & aquilæ. c.32.ſ.14.n.29
Ne fiat fuga veſtra. c.47.ſ.3.n.9.& 10
Niſi breuiati fuiſſent dies. c.48.ſ.2.n.22
Prope eſt in ianuis. c.49.ſ.13.n.18
Stellæ cadent. c.33.ſ.6.n.12
Venientem in nubibus. c.49.ſ.8.n.2
Non relinquetur hic lapis. c.49.ſ.9. n. 6. & ſ. 11.num.3
Cœlum & terra tranſibunt. c.32.ſ.3.n.3
25. Quando te vidimus eſurientem, c.32.ſ. 2. n. 11.& c.33.ſ.5.n.7
Mihi feciſtis. c.32.ſ.11.0.3.& c.48.ſ.1. n. 2.& c.49.ſ.1.0.34
Neſcio vos. c.33.ſ.2.n.7.& c.35.ſ.6.n.12
Statuet oues à dextris. c.33.ſ.6.n.4
Venite benedicti. c.33.ſ.5.n.7.& c.49.ſ. 15.0. 18.& c.41.ſ.2.n.21
Stridor dentium. c.35.ſ.11.n.3
Eſuriui,& dediſtis mihi. c.49.ſ.1.n.35
Dediſtis mihi bibere. c.35.ſ.14.n.5
In carcere eram. c.39.ſ.7.n.22
Tradidit illis talenta. c.41.ſ.3.n.9
Vocauit ſeruos ſuos. c.41.ſ.6.n.14
Ite maledicti. c.49.ſ.21.n.21
Abſcondit pecuniam. c.49.ſ.1.n.12
26. Vigilate & orate. c.32.ſ.6.n.2
Amodò non bibam. c.49.ſ.4.n.29
Hoc eſt corpus meum. num.32
Hic eſt ſanguis meus. c.49.ſ.12.n.21
Diſcipuli indignati ſunt. c.49.ſ.15.n.1
27. Confidit in Deo. c.32.ſ.2.0.4
Verè filius Dei erat iſte. c.31.ſ.sc.n.7.& ſ.14. num.35
Deſcendat de cruce. c.32.ſ.14.n.15
Blaſphemabant mouentes capita. c. 32.ſ.14.n. 26.& c.42.ſ.2.n.14
Seductor ille dixit. c.37.ſ.5.n.4
Acceperunt arundinem. c.39.ſ.6.n.19
Quare me dereliquiſti. ſ.7.n.26
Sanguis eius ſuper nos. c.38.ſ.vnica. 0. 21. & cap.42.ſect.2.num.14.& ſ.3.n.4.& cap.49.ſ. 8. num.8
Qui dormierant ſurrexerunt. c.50.ſ.2.n.20
Latrones qui crucifixi erant. c.49.ſ.15.n.1
Sedentes ſeruabant eum. c.49.ſ.7.n.9
Tenebræ factæ ſunt. c.49.ſ.8.n.1
Mundus ego ſum à ſanguine. c.49.ſ.11.n.10
Emiſit ſpiritum. c.49.ſ.21.n.19
Nil tibi & iuſto iſti. c.49.ſ.19.0.34
Per inuidiam tradidiſſent eum. c.44.ſ.vnic.n.1

28. Nunciate fratribus meis. c.32.ſ.13.n.18
Docete omnes gentes. c.49.ſ.12.n.26
Ecce ego vobiſcum ſum. c.32.ſ.12.n.4.& ſ.14. n.26.& c.35.ſ.3.n.6.& c.41.ſ.6.0.14
Data eſt mihi omnis poteſtas. c. 37.ſ.1.n.5.& ſ.4.0.12.& c.45.ſ.2.n.5.& c.49.ſ.21.n.19
Exterriti ſunt. c.50.ſ.5. n.23.
Nocte venerunt & furati ſunt. c.49.ſ.11.n.14.
Nos ſuadebimus. c.49.ſ.7.n.11

Ex Marco.

Cap. 3. Reſtituta eſt manus. c.33.ſ.2.n.9
4. Magiſter non ad te pertinet. c.32.ſ.8.n.8
5. Mitte nos in porcos. c.43.ſ.1.n.16
6. Videns eos laborare. c.32.ſ.9.n.10
Volens eos præterire. ſ.10.n.11
Nonne hic eſt faber. c.37.ſ.4.n.17
9. Sine virga. c.45.ſ.2.n.13
In ignem & aquam. c.35.ſ.7.n.13
10. Centies tantum nunc. c.32.ſ.3.n.11
Filioli quàm difficile eſt. c.32.ſ.13.n.28
14. Cœpit pauere. c.49.ſ.12.n.23
16. Surrexit,non eſt hic. c.32.ſ.14.n.16
Prædicate Euangelium. c.49.ſ.11.n.19
Euntes in mundum. c.49.ſ.18.n.7
22. Exprobrauit incredulitatem. c.49.ſ.15.n.1

Ex Luca.

Cap. 1. Quomodo fiet iſtud. c.32.ſ.2.n.4.& c.33. ſ.4.n.4.& c.39.ſ.4.n.10
In ſanctitate ſeruiamus ei. c.32.ſ.4.n.11
Beata quæ crediditi. c.32.ſ.3.n.13. & c. 40.ſ. 2.num.11
Virtus Altiſſimi obumbrabit. c.32.ſ.3.n.13
Exurgens Maria abiit. c.34.ſ.2.n.10
Manſit quaſi menſibus tribus. c.34.ſ.2.n.10
Gratia plena. c.34.ſ.4.n.18
Ne timeas Maria. c.34.ſ.3.n.26
Regni eius non erit finis. c.35.ſ.8.n.16
Ecce concipies. c.35.ſ.10.n.14.& c. 49. ſect.8. num.19
Inueniſti gratiam. c.36.ſ.1.n.18
Ecce ancilla Domini. c.32.ſ.2.n.11.& ſ. 11. n. 8.& c.33.ſ.1.n.13.& cap.36.ſect.1. n. 19.& c. 42.ſ.1.n.13.& c.49.ſ.5.n.19.& c. 49. ſ. 19.n.4. & c.41.ſ.6.n.2
Beatam me dicent. c.37.ſ.1.n.10
Non eſt impoſſibile apud Deum. cap.37. ſ.5. num.19
Depoſuit potentes. c.41.ſ.4.n.9
Magnificat anima mea. c.41. ſ.3.n.9. & c.42. ſ.2.n.16
Fecit in me magna. c.49.ſ.5.0,19
Spiritus ſanctus ſuperueniet. cap.49.ſ.14,n.15.
Reſpexit humilitatem. c.36.ſ.1.n.18 & cap.37. ſ.1.num.9. & cap.41. ſ.1.num.3. & ſect.6.num. 2. & cap.49.ſect.12.num.12.& cap.49.ſect.19. num.4
Salutem ex inimicis. c.37.ſ.5.n.10
2. Vt deſcriberetur vniuerſus orbis. cap.32.ſ 4. num.3
Paſtores vigilabant. c.32.ſ.6.n.1
Gloria in excelſis Deo. c.33.ſ.8.n.8
Quid eſt quod me quærebatis. cap.33.ſect.9. num.2
In terra pax hominibus. c.34.ſ.6.n.15. & c.37. ſ.2.num,6
Poſitus eſt in ruinam. c.37.ſ.5.n.20
Annuncio vobis gaudium. c.41.ſ.6.0.13

Inuenietis Infantem. c.41.ſ.8.n.4.& 6.& 8
Conſeruabat omnia verba. c.42.ſ.2.n.16
Venit in ſpiritu in templum. c.49.ſ.9.n.17
Nunc dimittis. c.49.ſ.10.n.2.& c.50.ſ.1.n.4
Non erat ei locus. c.49.ſ.17.n.4
Pertranſibit gladius. c.49.ſ.20.n.9
3. Expectatio gentium. c.49.ſ.10.n.5
4. Non ſinebat ea loqui. c.42.ſ.3.n.2.& c.49.ſ.5. num.5
Surrexit legere. c.49.ſ.3.n.18
Quid nobis & tibi. c.32.ſ.14.n.18
5. Exi a me. c.32.ſ.2.n.4
Eris homines capiens. ibid.
Aſcendens in vnam nauim. c.35.ſ.7.n.4
Non veni vocare iuſtos. c.45.ſ.9.n.25
Cum publicanis & peccatoribus. c.49.ſ.5.n.16
Surge & ambula. c.50.ſ.3.n.31
6. Virtus de illo exibat. c.33.ſ.2.n.7
Væ vobis quia videtis. c.35.ſ.2.n.20
7. Fides tua te ſaluam fecit. c.35.ſ.14.n.14
Mulier in ciuitate peccatrix. c.42.ſ.2.n.18
Quia peccatrix eſt. c.45.ſ.1.n.6
Lacrymis rigauit pedes. c.46.ſ.vnica.n.22
Propheta magnus ſurrexit. c.47.ſ.1.n.8
Venit filius hominis manducans. c.49.ſ.5.n.16
Caput meum non vnxiſti. c.49.ſ.17.n.2
Capillis ſuis tergebat. c.50.ſ.3.n.22
8. Quid mihi & tibi IESV. c.43.ſ.1.n.16
Si tetigero fimbriam. c.49.ſ.11.n.15
9. Eamus & emamus. c.35.ſ.7.n.7
Permitte ire & ſepelire. c.47.ſ.3.n.21
Increpauit IESVS ſpiritum. c.49.ſ.1.n.16
Vbi caput reclinet. c.49.ſ.17.n.4
10. Dæmonia ſubiiciuntur. c.32.ſ.8.n.8. & ſ.14. num.19
Optimam partem elegit. c.32.ſ.9.n.4 & c. 35. ſ.7.num.14
Dignus eſt operarius. c.32.ſ.11.n.2
Beati oculi qui vident. c.49.ſ.12.n.18
11. Ambulat per loca inaquoſa. cap. 32. ſect. 14. num.33
Reuertar in domum meam. num.34
12. Ignem veni mittere. c.32.ſ.10.nu.4. & c. 49. ſ.1.num.20
Complacuit Patri veſtro. c.40.ſ.1.n.19
Baptiſmo habeo baptizari. c.49.ſ.12.n.23
13. Dimitte illam & hoc anno. c.32.ſ.10.n.7
Hieruſalem quæ occidis. c.34.ſ.7.n.5
14. Qui ſe humiliat. c.32.ſ.7.n.15.& c.49.ſ.5.nu. 17.& 18
Legationem mittens. c.35.ſ.10.n.11
Qui non renunciat. c.33.ſ.3.n.13
Exi in vias. ibid.
15. Inueni ouem meam. c.33.ſ.4.n. 12. & c.49.ſ. 10.num.8
Perierat & inuentus eſt. c.34.ſ.9.n.7
Miſericordia motus. c.34.ſ.9.n.14
Cecidit ſuper collum eius. ibid.
Surgam & ibo. c.37.ſ.3.n.5
Proferte ſtolam. ibid.& c.41.ſ.2.n.18
Peccatores recipit. c.37.ſ.4.n.14
Inueni drachmam. c.41.ſ.2.n.12
Quanti mercenarij in domo. num.9
Ibo ad patrem meum. c.42.ſ.2.n.16
Gaudium erit in cœlo. c.46.ſ.vnica.n.21
16. Deridebant eum. c.32.ſ.3.n.12
Facite vobis amicos c.32.ſ.5.n.9
Vt moreretur mendicus. c.32. ſ.10. n. 9. & c. 35.ſ.6.n.9
Recepiſti bona. c.35.ſ.5.n.16
Mendicus nomine Lazarus. c.40.ſ.1.n.19
Vt portaretur ab Angelis. c.50.ſ.2.n.7
Mammona iniquitatis. c.50.ſ.2.n.17.
Redde rationem. c.33.ſ.6.n.19
17. Si habueritis fidem. c.49.ſ.20.n.6
18. Oportet orare. c.50.ſ.3.n.33
Multo plura in hoc tempore. c.32.ſ.3.n.12
19. Subſternebant veſtimenta. c.49.ſ.1.n.37
21. Leuate capita veſtra. c.32.ſ.3.n.9.& c.33.ſ.1. num.3
In patientia veſtra. c.41.ſ.7.n.14
Appropinquat redemptio. c.49.ſ.15.n.18
Tribulatio magna. ibid.
22. Qui habet ſacculum. c.32.ſ.2.n.8
Amputauit auriculam. c.32.ſ.14.n.20
Inuenit eos dormientes. c.34.ſ.5.n.11
Iuda oſculo tradis. c.34.ſ.7.n.2
Diſpono vobis regnum. c.34.ſ.7.n.10
Triſtis eſt anima mea. c.39.ſ.7.n.25
Deſiderio deſideraui. c.43.ſ.1.n.8
Donec impleatur in regno. c.49.ſ.4.n.28.& 19
Velauerunt faciem eius. c.49.ſ.7.n.14
Egreſſus foras fleuit. c.49.ſ.12.n.17
23. Inualeſcebant voces. c.32.ſ.12.n.11
Vnus de latronibus. c.49.ſ.15.n.21
Pater dimitte illis. c.33.ſ.2.n.9.& c.49.ſ.8. n. 8.& c.40.ſ.20.n.19.& c.49.ſ.7.n.9
Neque tu times Deum. c.35.ſ.10.n.6
Hodie mecum eris in paradiſo. c.40.ſ.2.n.10
Domine memento mei. num.11
Facti ſunt amici. c.49.ſ.2.n.1
Nondum quiſquam poſitus erat. c.49.ſ.4.n.22
Percutientes pectora. c.52.ſ.10.n.7
Pater in manus tuas. c.37.ſ.8.n.10
24. Mane nobiſcum. c.33.ſ.10.n.10

Ex Ioanne.

Cap. 1. Ecce Agnus Dei. c.32.ſ.13.n.6
Deum nemo vidit vnquam. c.52.ſ.13.n.17
In propria venit. c.34.ſ.7.n.7
Sui eum non receperunt. c.42.ſ.2.n. 12. & c. 47.ſ.3.n.15
Mundus eum non cognouit. c.49.ſ.6.n.12
Inuenimus Meſſiam.
2. Vinum non habent. c.48.ſ.1.n.11
Fuit ædificatum templum. c.49.ſ.9.n.5
Et menſas ſubuertit. c.49.ſ.21.n.18
3. Sic Deus dilexit mundum. c.32.ſ.3.n.7.& ſect. 10.num.4.& cap.34.ſ.6.n.14.& c.37.ſ.2.n.8.& c.43.ſ.2.n.16
Oportet exaltari. c.32.ſ.10.n.6
Illum oportet creſcere. c.32.ſ.13.n.6
Dilexerunt magis tenebras. c.32.ſ.13.n.7
Qui de cœlo venit. c.32.ſ.13.n.17
Omnis qui credit non pereat. c.32.ſ.13.n.18
Non venit vt iudicet. c.32.ſ.13.n.18
Iam iudicatus eſt. c.35.ſ.9.n.22.& c.49. ſect.5. num.18
Qui malè agit. c.49.ſ.13.n.9
4. Dediſſet tibi aquam viuam. c.32.ſ.3.n.7
Fons aquæ ſalientis. c.35.ſ.6.n.3.& c. 35. ſ. 8. num.11
Meus cibus eſt. c.42.ſ.2.n.18
Erat ibi fons Iacob. c.48.ſ.2.n.30
In labores eorum introiſtis. c.49.ſ.10.n.9
5. Et ego operor. c.32.ſ.8.n.2
Excuſationem non habent. c.32.ſ.7.n.9
Vt animam ponat. c.32.ſ.10.n.5
Quomodo vos poteſtis credere. c.33.ſ.1.n.6
Non quæro voluntatem meam. c.34.ſ.6.n.3
Gloriam ab inuicem accipitis. c.36.ſ.1.n.16

Accuſat

Accuſat vos Moyſes. c.42.ſ.2.n.13
6. Panis qui de cœlo deſcendit. c.35.ſ.6.n.3.& c.50.ſ.2.n.18
Si quis manducauerit. c.49.ſ.4.0.38
Qui manducat hunc panem. c.49. ſ. 6.n.21.& c.50.ſ.2.0.19
Viuet in æternum. c.49.ſ.17.n.9
Reſuſcitabo eum, c.49.ſ.17.n.10
In me manet. c.50.ſ.2.n.21
Caro mea verè eſt cibus. c.43.ſ.2.n.7.& c.49. ſ.6.n.21
8. Vos ex patre diabolo. c.32.ſ.14.n.14
Ex fornicatione non ſumus. c.38.ſ.vnica.0,1
Seruus eſt peccati. c.37.ſ.8.n.13
Tulerunt lapides. c.39.ſ.6.n.30
Statuunt eam in medio. c.41.ſ.5.n.8
Nec ego te condemnabo. ibid.
10. Operibus credite. c.32.ſ.14.n.13
Fiet vnum ouile. c.33.ſ.14.n.29
Oues illum ſequuntur. c.35.ſ.3.n.4
Mercenarius qui non eſt paſtor. c.32.ſ.9.n.9
Ego ſum via. c.50.ſ.1.n.3
Non pertines ad eos de ouibus. c.41.ſ.7.n.9
Alias oues habeo. c.49.ſ.10.n.1
Animam ſuam dat. c.40.ſ.20.n.20
11. Vbi poſuiſtis eum. c.34.ſ.9.n.7
Ecce quem amas infirmatur. c.48.ſ.1.n.1
Iam fœtet. c.50.ſ.3.n.21.
12. Pater clarifica filium. c.42.ſ.20.n.6
Quando vidit gloriam eius. n.7
Omnia traham ad me ipſum. c.41.ſ.5.n.12. & c.40.ſ.20.n.16
Granum frumenti. c.41.ſ.7.n.26.& c.45.ſ.2. n.11.& c.49.ſ.10.n.9
Effudit ſuper caput. c.49.ſ.15.n.1
Ego ſi exaltatus fuero. c.37.ſ.4.n.13
13. Ante diem feſtum Paſchæ. c.47.ſ.3.n.7
Vt tranſeat ex hoc mundo. c.32.ſ.4.n.6
A Deo exiuit. c.37.ſ.4.n.17.& 18.
Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum. c.32. ſ.13.n.18
Qui lotus eſt. c.35.ſ.2.n.13
Nemo ſciuit diſcumbentium. c.45.ſ.1.n.7
Cui panem intinctum dedero. ibid.
14. Ego ſum via, veritas. c.32.ſ.13.n.10
Pacem meam do vobis. c.45.ſ.2.n.13
Surgite eamus hinc. c.49.ſ.24.n.13
Vado ad Patrem. c.50.ſ.1.n.3
15. Vt diligatis inuicem. c.33.ſ.1.n.17
Ego ſum vitis. c.33. ſ.2.n.16. & c.46.ſ.vnica. n.8.& c.49.ſ.11.n.13
Hoc eſt præceptum meum. c.33.ſ.8.n.9
Vos de hoc mundo non eſtis. c.49.ſ.1.n.27. & ſ.19.n.7
Viderunt & oderunt. c.49.ſ.12.n.25
16. Natus eſt homo in mundo. c.35.ſ.10.n.13
Nunc preſſuram habebitis. c.42.ſ.1.n.2
17. Clarifica filium. c.32.ſ.13.n.13
18. Cur me cædis. c.33.ſ.2. n.4. & c.50.ſ.3.n.4
19. Pilatus magis timuit. c.33.ſ.11.n.5
Latus eius aperuit. c.37.ſ.8.n.20
Conſummatum eſt. c.42.ſ.6.n.1
Inclinato capite. c.41.ſ.5.n.12
Inualeſcebant voces. c.42.ſ.2.n.8
Ecce homo. c.42.ſ.3.n.11
Recepit eam in ſua. c.44.ſ.vnica.n.6
Qui me tradidit. c.35.ſ.6.n.7
Ecce mater tua. c.48.ſ.2.n.34.& 35
Non habemus Regem. c.49.ſ.8.n.4.& ſ.11.n.3
Spineam coronam. c.49.ſ.10.n.5
Tolle tolle. c.49.ſ.11.n.3
Baiulans ſibi crucem. c.49.ſ.14.n.26
Stabat iuxta crucem. c.45.ſ.1.n.13.& c.49.ſ.20. n.6.& c.50.ſ.1.n.11
20. Noli me tangere. c.32 ſ.10.n.15.& c.34.ſ.5. n.8.
Vidit linteamina. c.49.ſ.6.n.15
21. Cingebas te. c.33.ſ.4.n.6
Paſce oues meas. c.35.ſ.7.n.6.& c.47.n.8
Recubuit ſuper pectus. c.44.ſ.vnica. n.16
Alius cinget te. c.49.ſ.11.n.12

Ex Actibus.

Cap.1. Perſeuerantes vnanimiter. c.50.ſ.3.n.3
2. Muſto pleni. c.46.ſ.vnica.n.24
3. Pœnitemini. c.40.ſ.2.n.8
Quid admiramini in hoc. c.49.ſ.8.n.4
Aurum & argentum non eſt mihi. c. 49. ſ.1. n.14
Autorem vitæ interfecerunt. c.49.ſ.8.n.4
4. Ponebant ante pedes. c.32.ſ.3.n.11
5. Ananias & Sapphira. c.49.ſ.1.n.7
7. Incircumciſis cordibus. c.32.ſ.14.n.14.& c.33. ſ.2.n.3
Qui prænunciabant de aduentu. c.34.ſ.7.0.5
9. Ecce enim orat. c.32.ſ.6.n.8.
Spiritus Domini rapuit Philippum. c.32.ſ.13. n.13
Huius viæ viros. c.33.ſ.10.5 & ſ.3.n.14
Ego oſtendam illi. c.37.ſ.8.n.7
Adhuc ſpirans minarum. c.49.ſ.22.n.
Vas electionis. c.50.ſ.3.n.22
Nomine Ananias. c.49.ſ.5.n.19
10. Commune ne dixeris. c.33.ſ.8.n.8
Macta & manduca. ibid.
Pertranſiit benefaciendo. c.34.ſ.1.n.2
12. Angelus eius eſt. c.32.ſ.1.n.8
Voces Dei non hominis. c.32.ſ.2.n.5
Petrus ſeruabatur. c.35.ſ.5.n.4
Oratio fiebat ſine intermiſſione. c.50.ſ.3.n.33
13. Indignos vos iudicatis. c.35.ſ.11.n.15
Ecce conuertimur ad gentes. cap.32. ſect.14. n.31.& 33.
14. Dij ſimiles facti hominibus. c.32.ſ.8.n.2
19. Ieſum noui & Paulum. c.32.ſ.7.n.18
20. Nihil horum vereor. c.37.ſ.5.n.16
27. Donauit tibi Deus. cap.32.ſect.3.n.4 & ſ.5. num.17

Ex Epiſt. ad Romanos.

Cap 1. Iuſtus ex fide viuit. c.35.ſ.5.n.12
Virtus Dei eſt omni credenti. c.41.ſ.1.n.14
Mutauerunt gloriam Dei. c.40.ſ.1.n.15
Mercedem erroris ſui. c.39.ſ.5.n.12
Fides veſtra annunciatur. c.49.ſ.6.n.13
2. Diuitias caritatis. c.45.ſ.1.n.11
Spe gaudentes. c.33.ſ.9.n.8
Non eſt perſonarum acceptio. cap.49.ſect.23. num.1
Ita eſt indignatio. c.41.ſ.1.n.24
3. Nónne & gentium. c.44.ſ.vnica.n.1
Iuſtitiam Dei commendat. c.41.ſ.1.n.12.
4. Non hæſitauit. c.33.ſ.9.n.7
Dans gloriam Deo. num.8
Credidit Abraham. c.32.ſ.3.n.12
5. Regnauit mors. c.47.ſ.1. n.6. & c.50. ſect.1. num.3
Superabundauit & gratia. c.37. ſ.2. n.5. & c. 41.ſ.7.n.17
Cùm inimici eſſemus. c.37.ſ.4.n.16

Habemus acceſſum. c.40.ſ.1.n.10.& 12
6. Non regnet peccatum. c.45.ſ.5.n.1.& cap.35. ſect.4.num.7
Non eſt ſub lege. n.2
Tanquam ex mortuis viuentes. c.35.ſ.4.n.8
Complantati ſimilitudini eius. c.35.ſ.2.n.2
7. Sentio aliam legem. c.49.ſ.2.n.28
Quis me liberabit. c.32.ſ.7.n.12
8. Omnis creatura ingemiſcit. c.50.ſ.3.n.13
Mortificamur tota die. c.49.ſ.5.n.38. & c.50. ſ.3.n.37
Non ſunt condignæ paſſiones.c.32.ſ.2.n.11.& ſ.7.n.7.& c.40.ſ.1.n.18.& c.42.ſ.1.n.9
Poſtulat pro nobis. c.46.ſ.vnica.n.3
Scrutatur corda. n.3.& 5
Qui ſecundum propoſitum vocat.c.48. ſect.2. n.11
Quis nos ſeparabit. c.35.ſ.11.n.16
Primitias ſpiritus habentes. c.49.ſ.18.n.8
De peccato damnauit. ſ.12.n.4
9. Vaſa iræ. c.49.ſ.2.n.7
Reliquiæ ſaluæ fient. c.46.ſ.vnica.n.17.& cap. 49.ſ.11.n.18
Quem vult indurat. c.40.ſ.2.n.6
Aliud in contumeliam. n.8
10. Hoc eſt verbum fidei. c.41.ſ.1.n.15
Dominus omnium diues. c.49.ſ.13.n.1
11. Et ego Iſraëlita ſum. c.32.ſ.11.n.11
Cæcitas ex parte contigit. c.32.ſ.14.n.28
Spiritum compunctionis. c.34.ſ.7.n.7
Quæ aſſumptio niſi vitæ. c.35.ſ.11.n.14
Vt eos æmulentur. c.37.ſ.2.n.9
12. Date locum iræ. c.45.ſ.2.n.13.& cap.50.ſ.3. n.6
Pacem habentes. c.32.ſ.2.n.2
Vince in bono malum. c.33.ſ.2.n.3
Nox præceſſit. c.50.ſ.2.n.3
13. Hora eſt de ſomno ſurgere. c.25.ſ.14.n.18
Tributa præſtatis. c.49.ſ.14.n.19
Abiiciamus opera tenebrarum. c.49.ſ.21.n.7
14. Deſtruere opus Dei. c.39.ſ.6.n.9
15. Deus autem ſpei. c.49.ſ.8.n.10
16. Declinate ab illis. c.49.ſ.13.n.9

Ex Epiſtola prima ad Corinth.

Cap.1. Nunquid Paulus pro vobis.c.32.ſ.13.n.4
Factus eſt nobis iuſtitia. c.32.ſ.14.n.22
Factus eſt ſanctificatio. c.32.ſ.14.23
Factus eſt redemptio. n.24
Infima mundi elegit. c.37.ſ.1.n.14
Vt non glorietur omnis caro. n.15
Contemptibilia elegit. c.49.ſ.18.n.8
In Domino glorietur. c.32.ſ.8.n.18
3. Neque qui plantat. 32.ſ.13.n.4
Lac vobis potum dedi. c.49.ſ.12.n.20. & ſ.22. n.9
Superædificat ſuper. c.33.ſ.3.n.11
4. Quæritur inter diſpenſatores. c.41.ſ.3.n.8
Illuminabit abſcondita. c.45.ſ.2.n.1
Spectaculum facti ſumus. c.32.ſ.1.n.7
Vultis in virga veniam. c.33.ſ.6.n.5
5. Paſcha noſtrum. c.47.ſ.3.n.7
Nec cibum ſumere. c.49.ſ.2.n.21
Modicum fermentum. c.49.ſ.15.n.2
Iudicaui tradere Satanæ.c.50.ſ.3.n.14.& c.32. ſ.11.n.7
6. Molles regnum Dei non poſſidebunt. c.38. ſ.vnica. n.7
Fugite fornicationem. c.39.ſ.3.num.9.& c.49. ſ.15.n.5
Corpus non fornicationi. c.49.ſ.1.n.22
Et nos ſuſcitabit. n.23
7. Tribulationem carnis habebunt.c.32.ſ.4.n.10. & c.49.ſ.15.n.4
Bonum eſt mulierem non tangere. c.39.ſect.6. n.21
Præterit figura. c.40 ſ.1.n.10
8. Percutientes conſcientiam. c.39.ſ.6.n.10
Non manducabo carnem. n.14
Pauper factus eſt. c.41.ſ.6.n.6
9. Caſtigo corpus meum. c.35.ſ.8.n.17
Omnibus omnia factus. c.32.ſ.3.n.10
Qui altari deſeruiunt. c.49.ſ.4.n.11
10. In figuris contingebant.c.32.ſ.12.num.10.& c.50.ſ.3.n.37.& cap.37.ſ.8.n.9.& c.42.ſ.3.n.3. & c.47.ſ.3.n.14
Non patietur vos tentari. c.39.ſ.6.n.24
Scripta ſunt ad correptionem. c.43.ſ.1.n.7
Petra erat Chriſtus. c.49.ſ.1.n.34.& ſ.13.n.14
Si quis vos vocat. c.49.ſ.1.n.21
11. Imitatores mei eſtote. c.32.ſ.9.n.7. & c.49. ſ.14.n.23
Probet ſeipſum homo.c.33.ſ.9.n.7.& c.35.ſ.2. n.10
Oportet hæreſes eſſe. c.35.ſ.9.n.20
In qua nocte tradebatur. c.46.ſ.vnica.10
Quotieſcunque manducabitis. c.50.ſ.2.n.18
12. Paulus vinctus Chriſti. c.32.ſ.7.n.13
Ne quis me putet eſſe. ſ.8.n.2
Stimulus carnis meæ. ibid.
13. Caritas patiens eſt. c.33.ſ.2.n.11
Non eſt ambitioſa. c.43.ſ.2.n.14
Caritas omnia ſuſtinet. c.45.ſ.1.n.12
Cum eſſem paruulus. c.49.ſ.12. n.19. & ſ.21. n.8
14. Ignorans ignorabitur. c.33.ſ.1.n.6
Nolite pueri effici.c.38.ſ.vnica.n.20.& cap.31. ſ.3.n.1
15. Corrumpunt bonos mores. c. 33.ſ.11.n.1.& c.39.ſ.6.n.14.& c.49.ſ.1.n.13
Perſecutus ſum Eccleſiam. c.35.ſ.11.n.16
Mihi tanquam abortiuo. ibid.
Gratia Dei ſum id quod ſum. n.19
Minimus Apoſtolorum. c.44.ſ.vnica.n.3
Abundantius omnibus laboraui. n.4
Non ſum dignus vocari. c.49.ſ.22.n.7
16. Viriliter agite. c.49.ſ.14.n.3
Salutant vos Priſcilla & Aquila.c.34.ſ.2.n.12

Ex II. ad Corinthios.

Cap.1. Triſtitia abſorbeatur. c.32.ſ.13.n.9
Odorem notitiæ ſuæ. c.39.ſ.1.n.7
Triumphat nos in Chriſto. c.47. ſ.1. n.18. & c.41.ſ.5.n.2
Virtus in infirmitate. c.50.ſ.1.n.2
3. Epiſtola mea vos eſtis. c.33.ſ.6.n.7
Non ſufficimus cogitare. c.41.ſ.2.n.14
4. Vt ſublimitas ſit. c.37.ſ.1.n.15
Momentaneum & leue. c.40.ſ.1.n.18
Mortificationem ieſu. c.50.ſ.3.n.37
5. Vetera tranſierunt. c.49.ſ.1.n.27
In Chriſto noua creatura. c.49.ſ.3.n.5
Per fidem ambulamus. c.33.ſ.10.n.9
6. Omnia poſſidentes. c.32.ſ.2.n.6
Deſpondi vos. c.32.ſ.13.n.5
8. Propter nos pauper. c.49.ſ.17.n.4
9. De benedictionibus & metet. c.32.ſ.11.n.4
Seminat in benedictionibus. c.33.ſect.5.num. 6
Diſperſit, dedit pauperibus. ibid.

10. Sermone contemptibilis. c.35.ſ.11.n.16
Virtus in infirmitate. c.50.ſ.3.n.2
11. Vt minus ſapiens dicam. c.44.ſ.vnica.n.4
Sine macula & ruga. c.34.ſ.6.n.13
Quinquies quadragenas. c.49.ſ.3.n.7
12. Cùm infirmor. c.34.ſ.5.n.24.& c.32.ſ.8.n.6
Audiui arcana verba. c.49.ſ.22.n.9
Raptus vſque ad cœlum. c.32.ſ.7.n.12

Ex Epiſtola ad Galatas.

Cap.1. Si hominibus placerem. c.36.ſ.1.n.16
Aſcendi Ieroſolymam. c.49.ſ.5.n.21
Anathema ſit. c.49.ſ.13.n.24
2. Viuit in me Chriſtus. c.49.ſ.22. n.9. & c.35. ſ.11.n.17
Tradidit ſemetipſum. c.50.ſ.3.n.9
Quia reprehenſibilis erat. c.50.ſ.3.n.27
3. In manu mediatoris. c.32.ſ.13.n.12
Pro nobis maledictum. c.37.ſ.7.n.4. & c.49. ſ.14.n.16
4. Sub elementis mundi. c.32.ſ.10.n.3
Factum ex muliere. c.39.ſ.6.n.18
Quos iterum parturio. c.41.ſ.2.n.8
Cùm venit plenitudo. c.49.ſ.20.n.9
5. Iugo ſeruitutis contineri. c.32.ſ.14.n.24
Caro concupiſcit. c.35.ſ.4.n.12
6. In ſpiritu lenitatis. c.33.ſ.6.n.12
Dum tempus habemus. c.35.ſ.6.n.15
Si præoccupatus fuerit. c.35.ſ.3.n.10
Mundus mihi crucifixus. c.35.ſ.14.n.9

Ex Epiſtola ad Epheſios.

Cap.1. Inſtaurare omnia in Chriſto.c.47.ſect.4. n.12
2. Diues in miſericordia. c.35.ſ.7.n.8
Propter nimiam caritatem. c.41.ſ.1.n.13. & c.46.ſ.vnica.n.10.& c.50.ſ.3.n.10
4. Sol non occidat. c.33.ſ.2.n.11
Captiuam duxit captiuitatem. c.49.ſ.6.n.19
Vnus Dominus,vna fides. c.49.ſ.13.n.8
Ipſe eſt qui aſcendit. c.49.ſ.20.n.16
5. Redimentes tempus. c.35.ſ.14.n.9
Immunditiam. c.38.ſ.vnica.n.7
Sacramentum hoc magnum. c.34.ſ.6.n.13
Nec nominetur in vobis. c.49.ſ.1.n.21
6. Accipite armaturam Dei. c.50.ſ.2.n.23

Ex Epiſtola ad Philippenſes.

Cap.1. Et mori lucrum. c.35.ſ.14.n.21
Cupio diſſolui. c.49.ſ.23.n.5
2. Omne genu flectatur. c.32. ſ.12.n.5. & c.37. ſ.1.n.5.& c.49.ſ.5.n.18
Exinaniuit ſemetipſum. c.49.ſ.8.n.10
Omnis lingua confiteatur. c.49.ſ.6.n.12
Omnes quærunt quæ ſua ſunt. c.49.ſ.17.n.7
Lucetis ſicut luminaria. c.49.ſ.20.n.9
3. Quorum Deus venter eſt. c.33.ſ.9.num.15.& c.35.ſ.4.n.16.& c.49.ſ.13.n.9
4. Qui me confortat. c.49.ſ.14.n.3
Gaudium & corona mea. c.49.ſ.3.n.19

Ex Epiſtola ad Coloſſenſes.

Cap.1. In quo habitat omnis plenitudo. c.47. ſ.3.n.14
2. Nemo vos decipiat. c.35.ſ.12.n.5
Triumphans illos. c.49.ſ.7.n.4
3. Immunditiam. c.38.ſ.vnica.n.7
Viri diligite vxores. c.49.ſ.15.n.5
Obedite parentibus. ibid.
Abſcondita eſt cum Chriſto. c.49.ſ.1.n.27
Viſcera miſericordiæ. c.32.ſ.5.n.14
Non eſt perſonarum acceptio. c.49.ſ.23.n.8

Ex Epiſt.I.ad Theſſalonicenſes.

Cap.2. Omnibus hominibus aduerſantur. c.32. ſ.14.n.14.& c.34.ſ.7.n.6
4. De dormientibus. c.50.ſ.1.n.3
5. Hæc eſt voluntas Dei. c.33.ſ.9.n.14

Ex Epiſt.I. ad Timotheum.

Cap.2. Mediator Dei & hominum.c.40.ſ.1.n.12, & c.47.ſ.3.n.15
3. Non neophytum. c.41.ſ.7.n.7
Filios habentem ſubditos.c.49.ſ.5.n.9.& c.32. ſ.9.n.5
Oportet eſſe ſobrium.ibid.n.6.& c.49.ſ.4.n.21
Qui epiſcopatum deſiderat. c.37.ſ.1.n.11
Oportet eſſe doctorem. c.49.ſ.5.n.9
6. Cupiditas radix. c.33.ſ.3.n.3
Mergunt in interitũ. c.47.ſ.2.n.4. & c.49.ſ.13. n.5

Ex Epiſt. ad Timoth. II.

Cap.2. Iuuenilia deſideria. c.49.ſ.1.n.5
Oportet docibile eſſe. c.49.ſ.5.n.9
Qui legitimè certauerit. c.41.ſ.2.n.7

Ex Epiſt. ad Titum.

Cap.1. Factis autem negant. c.49.ſ.1.n.29
2. Argue cum imperio. c.33.ſ.6.n.17

Ex Epiſtola ad Philem.

Cap.1. Cùm ſis vt Paulus ſenex. c.33.ſ.4.n.6

Ex Epiſt. ad Hebræos.

Cap.1. Et adorent eum. c.33.ſ.11.n.19. & c.49. ſ.5.n.18
Adminiſtratorij ſpiritus.c.32.ſ.10.n.1.& c.49. ſ.11.n.21.& c.39.ſ.3.n.6
2. Semen Abrahæ apprehendit. c.48.ſ.2.n.10
Pro omnibus guſtaret mortem. c.49.ſ.23.n.2
3. Moyſes fidelis in tota domo. c.41.ſ.3. n.8. & c.49.ſ.4.n.19
5. Factus eſt cauſa ſalutis. c.34.ſ.7.n.1
Exauditus pro ſua reuerentia. c.32.ſ.1.n.2
7. A meliore benedicitur. c.31.ſ.11.n.5
Pontifex ſanctus impollutus. c.49.ſ.21.n.12
9. Sine ſanguine non fit remiſſio. c.35.ſ.9.n.13
11. A longè aſpicientes. c.33.ſ.9.n.12
Iuxta fidem defuncti. c.35.ſ.14.n.7
Adorauit faſtigium virgæ. c.47.ſ.3.n.16
12. Propoſito gaudio ſuſtinuit.c.32.ſ.11.n.12.& c.49.ſ.14.n.16
Deus ignis conſumens. c.49.ſ.12.n.4
Profanus vt Eſaù. c.32.ſ.2.n.1
13. Improperium eius portantes. c.35.ſ.3.n.6

Ex Epiſt. Iacobi.

Cap.1. Dat omnibus affluenter. c.31.ſ.13.n.2
Lex perfectæ libertatis. c.32.ſ.14.n.24
A concupiſcentia abſtractus. c. 41. ſ.2.n.6. & c.49.ſ.3 n.9

2. Dæmones

2. Dæmones credoni. c 49.ſ.5.n.18
Fides ſine operibus mortua. c.32.ſ.7.n.9
3. In multis offendimus. c.49.ſ.1.n.17
4. Petitis & non accipitis. c.35.ſ.10.n.14
Appropinqoante Deo. c.32.ſ.3.n.6
5. Multum valet deprecatio. c.49.ſ.1.0.17
Orate pro inuicem. c.50.ſ.3 0.33

Ex Epiſtola Petri I.

Cap. 1. In quem deſiderant Angeli. c.42.ſ.7.nn. 18.& c.49.ſ.6.0.15
Non videntes creditis. n.27
2. Regale ſacerdotium. c.49.ſ.4.n.27
Lapia offenſionia. c.49.ſ.13.n.14
Conuerſi eſtia ad paſtorem. c.32.ſ.6.n.2
Humiliamini ſub potenti manu. c.32.ſ.7.n.14
Pertulit in corpore ſuo. c.33.ſ.8.n.3
Vobis relinquens templum. c.33.ſ.6. n.17. & cap.33.ſ.3.n.6
3. Deglutieos mortem. c.35.ſ.6.n.12
4. Vt incipiat iudicium. c.49.ſ.2.n.25
5. Humilibus dat gratiam. c.36.ſ.1.n.18
Ipſi eſt cura de nobis. c.37.ſ.7.n.1

Ex Epiſtola Petri II.

Cap.2. Melius erat illi non cognoſcere. c.49.ſ.2. 0.4

Ex Epiſtola Ioannis I.

Cap.1. Veritas in oobis non eſt. c.42.ſ.1.n.12
2. Antichriſti multi ſunt. c.49.ſ.11.n.24
Superbia vitæ. c.36.ſ.1.0.10
3. Vt filij Dei nominemur. c.32.ſ.14.n.24
Animas ponere. c.33.ſ.8.n.9
Omnis qoi peccat non vidit. c.43.ſ.1.0.2
5. Mundus io maligno poſitus. c.49.ſ.20.n.1. & ſ.21.n.12.

Ex Epiſt. Ioannis II.

Cap.1. Senior Electæ dominæ. c.33.ſ.4.n.9

Ex Apocalypſi.

Cap.1. Præcinctum zona aurea. c.49.ſ.12.n.12
Laoit noa à peccatis. ibid.
Fecisti nos Deo regnum. c.49.ſ.4.n.27
2. Vincenti dabo. c.49.ſ.5.n.15
Memento vnde exeideris. c.41.ſ.2.n.15
3. Incipiam te euomere. c.49.ſ.13.n.7
Ego ſto ad oſtium. c.35.ſ.9.n.5
Quia tepidus es. c.49.ſ.2.0.4
4. Quatuor ſeniores. c.49.ſ.4.n.30.& 31
Viginti quatuor. c.45.ſ.2.n.3.& c.49.ſ.1.n.4
5. Vidi Agnum tanquam occiſum. c.33.ſ.2.n.2
Ipſe eſt leo. c.49.ſ.6.0.5
6. Vincens vt vinceret. c.49.ſ.6.n.6. & 9.& ſ.6. n.11
8. Aſcendit fumus. c.32.ſ.9.n.11
9. Equus albus. c.35.ſ.11.n.17
10. Oportet te iterum prophetare. c.32.ſect.15. n.5
12. Mulier amicta ſole. c.32.ſ.12.n.15
Signum magnum. c.33.ſ.10.n.14
Trahebat partem ſtellarum. c.49.ſ.15.n.12
Draco ſtabat ante mulierem. c.49.ſ.15.n.12
Datæ ſunt mulieri alæ. ibid.
14. Beati mortui. c.35.ſ.8.n.16
Sequuntur Agnum. c.33.ſ.7.n.13
19. Deum adora. c.32.ſ.13.n.5
Conſeruus tuus ſum. c.32.ſ.13.n.5
Rex Regum. c.33.ſ.8. n.16. & c.45.ſ.2.n.5. & c.49.ſ.4.n.28.& n.31
21. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum. c.39.ſ.3.n.5

BENE

BENEDICTI FERNANDII

BORBENSIS LVSITANI, E SOCIETATE IESV,

COMMENTARIORVM IN GENESIM TOMVS TERTIVS.

CAPVT TRIGESIMVMSECVNDVM.

1. IACOB quoque abiit itinere quo cœperat: fuerúntq; ei obuiam Angeli Dei. A

2. Quos cùm vidiſſet,ait: Caſtra Dei ſunt hæc: & appellauit nomen loci illius Mahanahim, id eſt, Caſtra.

3. Miſit autem & nuncios ante ſe ad Eſau fratrem ſuum in terram Seir,in regio- B
nem Edom:

4. Præcepítque eis, dicens: Sic loquimini domino meo Eſau: Hæc dicit frater tuus Iacob: Apud Laban peregrinatus ſum, & fui vſque in præſentem diem.

5. Habeo boues, & aſinos, & oues, & ſeruos,& ancillas: mittóque nunc legationem ad dominum meum,vt inueniam gratiam in conſpectu tuo.

6. Reuerſíque ſunt nuncij ad Iacob, di- C
centes: Venimus ad Eſau fratrem tuum,& ecce properat tibi in occurſum cum quadringentis viris.

7. Timuit Iacob valde: & perterritus diuiſit populum qui ſecum erat: greges quoque & oues & boues,& camelos in duas turmas.

8. Dicens: Si venerit Eſau ad vnam turmam, & percuſſerit eam, alia turma, quæ reliqua eſt,ſaluabitur.

9. Dixítque Iacob: Deus patris mei D
Abraham,& Deus patris mei Iſaac: Domine qui dixiſti mihi: Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi:

10. Minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & veritate tua quam expleuiſti ſeruo tuo. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum: & nunc cum duabus turmis regredior.

11. Erue me de manu fratris mei Eſau, quia valde eum timeo: ne fortè veniens percutiat matrem cum filiis.

12. Tu locutus es, quòd benefaceres mihi, & dilatares ſemen meum ſicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non poteſt.

13. Cúmque dormiſſet ibi nocte illa, ſeparauit de his,quæ habebat,munera Eſau fratri ſuo,

14. Capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas,& arietes viginti.

15. Camelos fœtas cum pullis ſuis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti,aſinas viginti,& pullos earum decem.

16. Et miſit per manus ſeruorum ſuorum ſingulos ſeorſum greges, dixítque pueris ſuis: Antecedite me, & ſit ſpatium inter gregem & gregem.

17. Et præcepit priori, dicens: Si obuium habueris fratrem meum Eſau: & interrogauerit te, Cuius es? aut, Quò vadis? aut,Cuius ſunt iſta quæ ſequeris?

18. Reſpondebis: Serui tui Iacob, munera miſit domino meo Eſau: ipſe quoque poſt nos venit.

19. Similiter dedit mandata ſecundo, & tertio,& cunctis qui ſequebantur greges, dicens: Iiſdem verbis loquimini ad Eſau, cùm inueneritis eum.

20. Et addetis: Ipſe quoque ſeruus tuus Iacob iter noſtrum inſequitur: dixit enim: Placabo illum muneribus quæ præcedunt, & poſtea videbo illum, forſitan propitiabitur mihi.

21. Præceſſerunt itaque munera ante eum, ipſe verò manſit nocte illa in caſtris.

22. Cúmque maturè ſurrexiſſet, tulit duas vxores ſuas, & totidem famulas, cum vndecim filiis, & tranſiuit vadum Iaboc.

23. Traductíſque omnibus quæ ad ſe pertinebant,

24. Manſit ſolus: & ecce vir luctabatur cum eo vſque mane.

25. Qui cùm videret quòd eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit.

26. Dixitque ad eum: Dimitte me, iam enim aſcendit aurora. Reſpondit: Non dimittam te, niſi benedixeris mihi.

27. Ait ergo: Quod nomen eſt tibi? Reſpondit: Iacob.

A 28. At ille, Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſraël: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis.

29. Interrogauit eum Iacob: Dic mihi, quo appellaris nomine? Reſpondit: Cur quæris nomen meum? Et benedixit ei in eodem loco.

30. Vocauítque Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens: Vidi Deum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima mea.

B 31. Ortúſque eſt ei ſtatim ſol, poſtquam tranſgreſſus eſt Phanuel: ipſe verò claudicabat pede.

32. Quam ob cauſam non comedunt neruum filij Iſraël, qui emarcuit in femore Iacob, vſque in præſentem diem: eo quòd tetigerit neruum femoris eius, & obſtupuerit.

SECTIO PRIMA.

Iacob quoque abiit itinere quo cœperat: fuerúntque ei obuiam Angeli Dei. Quos cùm vidiſſet, ait: Caſtra Dei ſunt hæc: & appellauit nomen loci illius Mahanahim, id eſt, Caſtra.

1. DILVCVLO à Iacob digreſſus Laban in patriam Haran, domum rediit. At Iacob à monte Galaad, in quo pernoctarat, in Chananæam, quò tendebat, inſtitutum cum ſuo comitatu rurſus continuauit iter. Venientem à Meſopotamia Iacobum comitatus fuerat, vt creditur, multíque ſubſcribunt, Angelus Meſopotamiæ cuſtos cum ſuis, vſque ad confinia: nunc verò ex Chananæa, quam ibat ingreſſurus obuiam ei procedit cum ſuis inferioribus Angelorum cohortibus eiuſdem prouinciæ cuſtos Angelus. Vtramque turmam Angelorum inuicem occurrentium inſtar acierum ordinatarum, hinc inde auxilio paratam ſubitò conſpicatus exclamauit: *Caſtra Dei ſunt hæc.* Caſtra, quia vidit quaſi duas ſimul legiones militiæ cœlorum; cuius eſt Imperator Deus; icciréò vocatur Deus Sabaoth, hoc eſt, exercituum. Sic enim explicat D. Aug. *Caſtra Dei quæ vidit Iacob in itinere nulla dubitatio eſt, quòd Angelorum fuerit multitudo: ea quippe in ſcripturis militia cæli nominatur*; qu. 101. in Geneſ. Diſceſſit igitur Laban, & continuò pergens Iacob cœleſtia ingreditur myſteria, militiam Angelorum contuetur, diuinis perfruitur viſionibus, quibus omnibus ad præſentiam Labani caruit. Adeò pernicioſus, & ſibi, & aliis peccator eſt, vt ſua præſentia Dei viſitationem, quâ ipſe indignus eſt, ab iis, qui digni erant prorſus auertat. Flagellatus muſcarum colluuie Pharao rogat Moyſem vti precibus tandem diuini furoris vindictam amoueat. Igitur Moyſes reſpondet: *Egreſſus à te orabo Dominum, & recedet muſca.* Exod. 8. Egreſſus à te orabo, quia tecum,

Angeli ſunt militia cæli.

D. Auguſt.

Præſentia mali bonis valdè nocet.

Exod. 8.

C nec ſanctè, vt opus eſt (orare,) nec demum impetrare potero; indignus es, cuius in præſentia Deus etiam ſeruorum ſuorum preces exaudiat. Egreſſus à te orabo Dominum. Videlicet, *quia Deus* (occurrit Abulenſ.) *ei appariturus erat, & locuturus: quod non decebat in domo Pharaonis; quia illi, qui ibi aderant, erant indigni audire Angelum cum Moyſe loquentem, aut videre.* Sed heu miſera mortalium conditio? Regis aula qui locus eſt, & honoratior, & celebrior, indigna eſt, quam ſubintret Angelus, in qua audiatur; in qua Deus & oretur, & exoretur. Nocet improbus, & cùm præſens adeſt, & cum eodem ſimul viuit tempore, ne ſcilicet, etiam ſancti viri conſuetis Dei perfruantur illuſtrationibus; & loco nimirum, & D tempori, ætatíque ſuæ pernicioſus. Enimverò ſcribit Iſaias: *In anno quo mortuus eſt Achaz, factum eſt onus iſtud.* cap. 14. Pulchrè dicit, *in anno quo mortuus eſt*, nimirum vbi Rex impius fato conceſſit: Sic enim explicat Origen. *In diebus Achaz regis iniqui non potuit Iſaias videre viſum; ſed ex quo mortuus eſt Rex nequam, cuius erant dies peſſimi, tunc potuit Propheta videre viſionem Dei.* homil. 1. in lib. Iudic. Idem Iſaias ſcripſerat: *In anno quo mortuus eſt Ozias, vidi Dominum.* cap. 6. *Cùm ille* (declarat S. Chryſ.) *Rex impurus mortuus eſſet, tunc vidi Dominum: nam anteà Deum non videbam nobis iratum. Venit mors impuri, & ſoluit iram.* E *Silet ſpiritus gratiæ; non oſtenſus eſt Deus, eò quòd ſub impuro illo non erat gratia*; homil. 4. in Iſaiam. Fuit quidem Rex ille ob ſacrilegium diuinitùs leprâ percuſſus. Sed quid peccauit Propheta, vt illo tunc ſilentio puniretur? Reſpondet S. Cyril. Alexand. *Tacuit Dominus, non quidem Prophetas ſanctos afficiens contumelia, ſed potius admonitione eorum indignos declarans eos, qui etiam præter legiſlatoris voluntatem in mundo cohabitarent.* Tanta ſcilicet eſt

Præſens malus bonorum impedit preces.

Domus mali diuinam inſtitutionẽ non recipit. Abulenſ.

Diuinis indigna Regũ palatia.

Peccator pernicioſus. Iſai. 14.

Origen.

Iſai. 6.

D. Chryſ.

Peccati labes, & malignitas.

Cyril. Alex.

eſt peccatoris malignitas, & impuritas peccati, vt etiam mundum in quo viuit, & mortales eiuſdem ætatis coinquinet, ac tabefaciat.

Procop

Caſtra Dei.] *Caſtra vocat* (inquit Procop.) *exercitus cœleſtium virtutum, quibus præfectus eſt Michaël vt tueatur, & gubernet populum Iſrael.*

Angelorum præſidium

Armatos nimirum ſeſe videntur Iacobo Angeli oſtentaſſe, vt animos darent pergenti vlteriùs, & fratrem Eſau proculdubio aduenturum valde pertimeſcenti. Subnotauit enim optimè S. Chryſoſt.

D. Chryſ.

Poſtquam (inquiens) *ceſſauit timor Laban, excepit eum timor fratris. Propter hoc miſericors Deus animare iuſtum volens, & omnem eius metum diſcutere, fecit vt Angelorum videret caſtra.* homil. 58. in Geneſ. Simile quid ſcribit Procop. ad hunc modum :

Procop.

Caſtra apparuerunt Iacobo, ne formidaret Eſau fratrem, ſcilicet, cogitando, quòd Dominus exercituum ipſum protegat, eiúſque ſit adiutor, & auxiliator Deus Iacob. Inter hos ſoceri, fratriſque timores vix vnum declinanti, alterúmque fortè grauiorem ante oculos habenti, diuina occurrit virtus, quæ iuſtis, & ſanctè ſpectantibus præſtò ſolet eſſe.

Dei præſidium iuſtis præſtò eſt.

Nam (vt hîc adnotauit S. Ambroſ.) *perfectis, & fidelibus diuina ſolent adeſſe præſidia.* lib. 2. de Iacob cap. 6.

D. Ambr.

Sinit quidem Dominus ſuos interdum affligi, vt quaſi omni diuino præſidio eſſe deſtituti videantur; & hoc occulto, ſed non iniuſto iudicio. Scribit enim luculentè S. Saluian.

Iudicium Dei occultum, ſed iuſtum.
D. Saluia.

Nequaquam iniuſtum poſſumus dicere, in quo diuinum eſſe iudicium non poſſumus denegare; quia ſumma iuſtitia eſt voluntas Dei: Neque enim ideò iniuſtum eſt, quod diuinitas agit, quia capere vim diuinæ iuſtitiæ homo non valet. lib. 1. de prouid. Quare cùm videas iuſtos viuere inopes, aut abiectos in ſæculo, aut improborum violentiis afflictari; contrà verò peccatores in ſæculo bonis omnibus circumfluentes, veluti de miſeriis omnibus humani generis triumphare; ne quæſo Deum iniuſtum ſuſpiceris; enimverò ſumma iuſtitia eſt voluntas Dei.

Cur boni affliguntur, mali triumphant.

Et quidem iuſtis omnia cooperantur in bonum; quod in Iacob manifeſtò cernitur. Perſecutiones enim Labani, timoréſque, ac moleſtiæ itineris, & fugæ pericula in choros Angelorum, in caſtra Dei tandem deſierunt.

Felix tribulationum finis.

Dic igitur: *Cùm ſis ô Domine iuſtus, iuſtè omnia diſponis, & cum magna reuerentia diſponis nos.* Sapient. 12.

Sapient. 12.

Quæ quidem verba egregiè ſolantur iuſtum, afflictum, & laborantem, cùm in illis demonſtretur quanti faciat Deus ſeruos ſuos, quorum in vtilitatem etiam afflictiones, & vitæ calamitates diſponit. Audi S. Saluiani perpulchram expoſitionem.

S. Saluian.
Mira hominis dignitas.

In iſto (inquit) *Scriptura loco, non gubernatio tantùm ſacra, ſed etiam dignitas declaratur humana. In hoc enim, quòd diſponit nos, vis diuinæ gubernationis; in hoc autem, quòd cum magna reuerentia, culmen humanæ oſtenditur dignitatis.* lib. 2. de prouident. Cum magna reuerentia diſponit nos Deus omnipotens, fortè Chriſti Domini filij ſui ſanguinem, meritáque in nobis reueritus, qui *clamantem in cruce exaudiuit pro ſua reuerentia*, ad Hebræos 5.

ad Hebr. 5.

Nos verò ipſi ſic omni reuerentiâ inuicem reputamur indigni, vt mutuis obtrectationibus, conuiciis, violentiis, iniuriis, odiiſque miſeri conflagremus.

Mutuæ hominum iniuriæ.

3. Probantur quidem tribulationibus iuſti; ſed etiam iiſdem à Deo irrogatis improbi caſtigantur; quod quiſque dum patitur, ad maiorem ſui humilitatem de ſe ipſo iudicare debet.

Saluia.
Deus punit citra condignum.

Enimverò (vt idem Saluian. admonet) *nequaquam nos patimur illa, quæ facimus, & multò*

A *mitiùs nobiſcum Deus agit, quàm nos cum Deo.* lib. 3. de prouid. At recurrimus tandem ad preces; ſed quæriam ſunt preces noſtræ? Audi Dominum ipſum dicentem: *Clàmaui ad vos, & non exaudiſtis me; & vos clamabitis ad me, & non exaudiam vos.* Prouerb. 1.

Prouerb. 1.

Benè adiungit ad hunc locum idem Saluian. *Quid enim dignius, aut iuſtius? non audiuimus, non audimur. Non reſpeximus, non reſpicimur.*

Oratio quâ irrita.
Saluian.

Porrò iis Domini verbis adhuc admirabilem ipſius benignitatem oportet agnoſcere, ac reuereri; quippe, cùm à nobis contemnatur, non aliam grauiorem minatur vindictam, quàm vt contemptus, contemnat etiam; quod eleganter adnotatum ſubſcripſit idem Saluian. dum hæc apponit:

Saluian.
Pœna talionis exigitur à peccatore.

Quis rogo ex carnalibus dominis
B *hac cum ſuis lege agere contentus eſt, vt contemnat tantummodò ſeruos ſuos, qui fuerat ab eis ipſe contemptus? quamquam nos non hac ſolùm iniuria contemnamus Deum, quâ contemni à ſeruis ſuis carnales ſolent; quia ſeruorum hic contemptus eſt maximus, ſi non faciant, quod iubetur. Porrò autem nos omni ſtudio, non ſolùm iuſſa non facimus, ſed contra id facimus, quod iubemur.* Hæc Saluian.

Duplex Dei contemptus à peccatore.

Sat quidem grauibus digni ſuppliciis iudicamur, eò quòd mandata Dei homunciones non exequimur. Cæterùm quòd etiam contra ipſamet Dei mandata nihil non molimur, quæ tantæ par impudentiæ, ac temeritati pœna irrogabitur? Grandis profectò inuerecundia, & malignitas ſerui, quæ facere iubetur, non exequentis: at omnem
C excedit modum, ſi contra quod iubetur, alacris, ridénſque efficiat. Nam ſi damnatur ſerui pigritia, quid fiet de malitia? Dixit Dominus: *Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi*; vt hoc eodem capite ſcribitur, & ſuprà iam ſcriptum eſt. Audiuit Iacob, paruit iubenti Domino.

Obedienti præſto eſt Dei præſidium.

Quidni ergò tam promptè obediens Dei præſidium vbique paratum inueniat, & caſtra Dei, turmáſque Angelorum auxilio aduenientium intueatur? Et quidem Angelos miſit peregrinanti ſeruo ſuo Dominus, vt nimirum, & ſolatium, & præſidium ſimul afferrent; recrearent pariter feſſum; atque animarent metuentem. *Pulchrè* (ait meritò S. Hieron.)

D. Hier.

ad fratrem iturus inimicum, Angelorum ſe comitantium excipitur choris.
D de quæſt. Hebraic. Vocat choros, cùm dicantur caſtra; vtrumque ſcilicet eſt in Angelis; eſt fortitudo & oblectatio, milites Dei ſunt, cytharœdi, & cantores ſunt ad deterrendum impios, & aduerſarios Dei nihil Angelis fortius, bellacius nihil ac terribilius: ad oblectandos Dei ſeruos, & cœleſti quadam lætitiâ perfundendos nihil dulcius, & amœnius.

Angeli tuentur & recreant.

4. Conſolando Angeli communiunt homines; armat diuina conſolatio, ingentes facit animos ad perrumpenda omnia, quæ ſeſe offerent ardua, & horribilia. Cœleſti perfuſus voluptate animus nihil non leue; ac facile ducit.

Armat conſolatio diuina.

Viam mandatorum tuorum cucurri (ait Regius vates)
E *cùm dilataſti cor meum.* Pſalm. 118.

Pſal. 118.

Dilatatur homini cor, cùm diuinâ viſitatione munitur, cùm ſuperno gaudio delibutum ex anguſtiis in ſpacioſum, ac liberum campum educitur: quin etiam ea vis eſt diuinæ gratiæ, vt non ſolùm poſt tenebras ſperanti lucem adducat; & poſt tempeſtatem oſtendat cœlum ſudum, ac ſerenum, & poſt Labani perſecutionem choros Angelorum, & cœlituum legiones offerat; ſed etiam, (quod maius, ac dulcius habetur) inter ipſas tenebras lucem, in procellis tranquillitatem,

Vis diuinæ gratiæ & voluptatis.

in mediis perſecutionibus diuinæ lætitiæ ſuauiſſimam ſeruis ſuis communicet voluptatem: quod vno verbo expreſſit in ſe ipſo expertus David: *In tribulatione dilataſti mihi.* Pſalm. 4. In ipſo vtique abſynthio dulcedinem, in ipſo mœrore ſolatium; in ipſis periculis ponit Dominus ſecuritatem. Qui videlicet (ait Propheta) *vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ, Dominus nomen illi.* Amos 9. Quaſi hoc vnum ſit vel maximè, in quo ſeſe dominum demonſtret, qui potens ſit à ſalſo mari aquas ſurſum efferre, dein abſterſa omni ſalſedine in dulces pluuias, quibus irriget orbem, commutare; in ſymbolum videlicet tribulationum huius vitæ, quas ablutâ omni amaritudine in ſuauiſſima interioris hominis ſolatia transmutet. Explicat enim locum S.Hieron. his verbis. *Dominus amariſſimas aquas maris vocat, & effundit eas ſuper eos qui faciem ſuam verterunt ad Dominum. Ideò autem vocat amaras aquas, vt dulces faciat, & graues ſalſugine aquas ſua in altum iuſſione ſuſpendat: eliquánſque eas, & æthereo calore decoquens, diſpenſet in pluuias, vt arentia quoque rigentur imbribus.* Vno verbo ſymbolum euoluit S.Cyril.Alex. *Dominus eſt, qui cæleſtia adminiſtrat adeò viribus præpotens, vt rerum quoque extantium naturas in quod voluerit citra difficultatem transformet.* Ad hoc probandum adducit locum de aqua Marà in dulcem fontis irrigui liquorem conuerſa. Sic enim adiungit: *Amara quidem erat aqua illa Marà: ſed vbi Deus Moyſi lignum in aquam immittere iuſſit dulcedinem concepit. Lignum illud typus fuit pretioſæ Crucis, per quam lex dulcis & quaſi ad potum aptiſſima euaſit; tametſi in hiſtoria amaritudinem habeat.* Proh grande miraculum; Crux aceto, felle, ignominiis, doloribus plena legem Moyſis amaram in dulcem Chriſti transmutauit: & quæ Chriſto patienti fuit amariſſima, nobis credentibus legem gratiæ peperit ſuauiſſimam.

Pſal. 4. — *In tribulationibus diuina gratia.* — *Amos 9.* — *D.Hier.* — *Rerum naturas Deus transmutat.* — *D Cyril. Alex.* — *Crux Chriſti mundo dulcis.* — *Lex Chriſti dulciſſima.*

5. *Caſtra Dei.*] Satis, ſupérque ad defendendum ab omni periculo Iacobum vnus foret Angelus: cùm Angelicæ virtuti nulla vis in rebus creatis, aut reſiſtere, aut comparari poſſit. Quid ergò legiones Angelorum, quid caſtra occurrere neceſſe eſt? Deinde quid eſt, quod non apparuiſſe, ſed fuiſſe Iacob Angeli obuiam dicuntur? In primis circa inuſitatum loquendi modum de Angelorum aduenientem excipientium occurſu bona illa ratio eſt, quam aſſignat Rupertus his verbis: *Non dictum eſt, quia apparuit Angelus, vel apparuerunt Angeli ei, quod & multis accidit: ſed dictum eſt, quia fuerunt ei obuiam Angeli Dei, quod inſigne ſonat victoris, & emeriti, cui pro gloria triumphi pompa cæleſtis obuiam procedens feſtiua exceptione lætum obſequium præbuerit.* in Geneſ. lib. 8. cap. 2. Laborauerat quidem multos per annos Iacob patienter, & conſtanter iniurias, dolóſque Labani ſuſtinendo; & vt erat impiger ſtrenuúſque virtutis athleta, Deique miles, cum barbaro idololatra, & omnibus cooperto vitiis hoſte decertans, nec de ſancto mentis ſtatu decidit, nec vllam virtutis fecit iacturam, nec patientiam, æquanimitatémque amiſit, nec in tanta, támque infami colluuie vitiorum, quibus Laban ipſiúſque familia ſcatebat, vel tantulâ vitioſæ contagionis labe infectus fuit: quæ quidem omnia inſignem athletam demonſtrant, & animum imperatoriâ quadam gloriâ conſpicuum: atque adeò admirabiles conteſtantur victorias. Quid ergò iam nunc reſtat, niſi poſt victorias triumphi, poſt prælia feliciter confecta palmæ, pompæ, præmia, honores, & gloria in mundo feliciſſima? *Et vellè* (inquit Rupertus) *talem habuit occurſum, qui ſub obedientia peregrè militauerat, in fide certauerat, in ſpe victoriam perfecerat, in charitate dilatatâ eius animâ profundiſſimas beneficiis diuinis gratias agebat: Minor ſum (inquit) cunctis miſerationibus tuis Deus patris mei Abraham.* cap. citato. Debentur virtutum operibus præmia, debentur victoriis, quas iuſti decertando cum vitiis, & aduerſa æquanimiter ſuſtinendo reportarunt, triumphi apud cælites, atque inſculpta in terris pro exemplo imitationéque mortalium trophæa. Maximè verò promeruit hæc præmia Iacob obedientia, quam parentibus profectionem illam valde difficilem, periculíſque plenam imperantibus exhibuit, & hanc quoque alteram Deo reditum ad parentes iubenti præſtitit. Quod inſuper adnotauit idem Rupert. his verbis. *Igitur Iacob, poſtquam præceptum patris peregit, reuertenti obuiam fuerunt Angeli Dei, vt ſciamus, quia poſt obedientiæ laborem cuique viro fideli ſupereſt ſupernis illum reuelationibus glorificari, & cæleſtium ſpirituum crebrâ viſitatione iam in hac vita remunerari.* cap. 3.

Rupert. — *Angeli feſtiue iuſtum excipiunt.* — *Mira virtus Iacob.* — *Præmia viri iuſti.* — *Rupert.* — *Mira obedientiæ præmia.* — *Rupert.*

6. Magna laus obedientiæ, cui non ſolùm in cœlo, ſed etiam in terra meritò præmia donantur. *Vir enim obediens loquetur victoriam.* Prouerb. 21. Vide coniunctam cum obedientia victoriam, eámque adeò facilem obedienti, quàm ſit ipſa vox; ipſe dum loquitur obediens, vincit, ac triumphat; & quidem non eſt tantùm diuina gratia, ſic ſe in liberam magnificentiam effundens ad honorandam obedientiam: ſed eſt etiam opus diuinæ iuſtitiæ obedientis merita remunerantis. Obedienti ſe Deus præbet, & Dominum magnificum, & iudicem æquiſſimum. Sic enim præſentem locum explicat Beda; *qui fideliter iuſſis ſubditur diuinis: huius loquela ad victoriam perueniet; quia dum per obedientiam ſuam deſideria vincere ſatagit, per iuſtitiam iudicis poſtmodum victoriæ palmam percipiet.* Sed quorſum victoriæ, palmæ, triumphi cum obedientia coniunguntur, cùm nihil æquè infirmum, vile, abiectúmque, atque obedientia videatur? nimirum aliis ſubiici, parere ad nutum, inclinatis ceruicibus, clauſíſque oculis, captiuo mentis iudicio, mutóque ore, velociter, atque impigrè in mandata hominis obediendo procurrere, ſumma videtur eſſe infirmitas, abiectióque ſeruilis. At nihilominus canit regius Vates de Angelis Deo obtemperantibus: *Potentes virtute facientes verbum illius.* Pſalm. 102. Vbi vides potentiam cum obedientia coniunctam; potentes Angelos, paritérque obedientes; quod optimè S. Chryſ. expendit: *potentes dicit, quòd Deum amant, & illius dicto vbique parent.* profectò ſic res habuit: reprobi Angeli, quia Deo parere noluerunt, adeò imbecilles, ac miſeri extiterunt, vt cùm in cœlo conſiſtere non poſſent, inde fuerint ad profundiſſimam inferorum abyſſum prolapſi. Contrà verò ſancti Angeli, eo quòd diuinis imperiis obtemperarunt, potentes virtute, cui nulla vis creata poſſit obſiſtere, in cœlo per omnem æternitatem conſiſtent. Denique hunc locum de victoriis iuſtorum, quas Angeli feſtiuis concelebrant pompis, exemplo ipſius Domini IESV confirmat idem Rupertus hæc adiungens: *Sic ipſe Chriſtus poſtquam tentationes vicit, exceptus eſt victor ab Angelis, reliquit enim eum tentator: Et ecce acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei. Sic pro modulo ſuo quoque electorum quantò ſuperiores homini*

Prouer. 21. — *Victrix & triumphans obedientia.* — *Beda.* — *Potentia eſt obedientia.* — *Pſal. 102.* — *D.Chryſ.* — *Angelorum lapſus, & ſtatus.* — *Peccatum debilitat.* — *Rupert.* — *Matth. 4.*

hominibus ſiunt, tantò proximi Deo effecti miniſterio fruuntur Angelorum. Rectè ad locum Matth. 4. de teutatione Domini colligit S. Hieron. *Præcedit tentatio, vt ſequatur victoria. Angeli miniſtrant, vt victoris dignitas comprobetur.* Neque tantùm Chriſti Domini, ſed etiam cuiuſcunque iuſti, qui vincit diaboli tẽtationes, dignitatem ſuo miniſterio Angeli conteſtantur; vt S. Hilarius ſic adnotanit. *Poſt diaboli fugam Angeli Chriſto miniſtrant, oſtendentes à nobis victo, calcatóque diaboli capite, & Angelorum miniſteria, & virtutum in nos cæleſtium officia non defutura.* Can. 3. in Matth.

D Hieron.

Seruiunt Angeli homini diabolum vincenti.

D. Hilar.

7. Et quidem admirari ſimul, ac venerari Dei noſtri miſericordiam neceſſe eſt: tentat quippe vnus ex gehennalibus cohortibus Chriſtum; miniſtrant plures Chriſto Angeli. B *Plures* enim (aiebat Eliſæus angelorum exercitum conſpicatus) *nobiſcum ſunt, quàm cum illis*. 4. Reg. 6. Subtilitor adhuc elicit ex hoc loco S. Chryſoſt. *Duo ſunt Angeli permanentes cum homine, ſcilicet bonus & malus; & bonus quidem aliquando inuiſibilem ſe reddens ante diabolum, ſubtrahit ſe, vt det diabolo licentiam tentandi, & ſtans expectat tentationis euentum.* Ita S. Chryſoſt. homil. 5. in Matth. Quare homo conſtitutus inter Angelos, hinc inde, aut impugnantes, aut defendentes fit vtriſque ſpectaculum, iuxta illud Apoſtoli. *Spectaculum facti ſumus mundo, & Angelis, & hominibus.* 1. Corinth. 4. Ad quæ verba egregiè diſſerit S. Bernard. *Ita planè* (inquiens) *& malis & bonis pariter. Illos enim ſollicitat inuidia paſſio; iſtos compaſſio miſericordia, vt* C *in nos inceſſanter intendant; illi quidem defectum noſtrum; iſti profectum deſiderantes.* ſerm. 31. de paruis ſerm. Quod ſi victi cadimus, tripudiant hoſtes; de nobis celebrant triumphos; at ſi vincimus; *Recedit* (inquit S. Chryſoſt.) *à nobis diabolus, & poſt tentationis victoriam accedentes Angeli nobis miniſtrant, & gaudium operantur.* Certè, vel ob hanc vnam cauſam (cùm multò plures, & grauiores ſuperſint) conari omni ratione debuiſſemus, vt ſuperatis tentationibus, diabolóque victo, & illuſo Angelum cuſtodem, cæteróſque cælites agonis theatro, & ſpectaculo aſſidentes noſtra victoria mirandum in modum delectaremus. Quod autem Angelus, maximè penes quem hominis cuſtodia, tutelaque eſt, decertanti cum dia- D bolo adſiſtat; impugnatúmque ſoucat, exciter, muniat, nemo eſt qui dubitet. Iccircò vnicuique homini vnus eſt à Deo deputatus Angelus, qui ſit velut pædagogus, tutor & cuſtos hominis, cui potiſſimum adſiſtat periclitanti.

Vnus Angelus tentat, plures defendunt.

4. Reg. 6.

D. Chryſ.

1. Cor. 4.

Homo inter Angelos in agone.

D. Bern.

D. Chryſ.

Angeli cuſtodis munera.

8. Hoc ipſum ſi Petrus in carcere Ieroſolymitano detentus, & ligatus, atque adeò propediem ſiſtendus patibulo euidenter expertus eſt, vti ſcribitur Actor. 12. Et quidem intempeſtâ nocte Petrus è carcere ab Angelo ereptus in ſanctũ cœnaculum, vbi plures erant è fratribus, ſe contulit; pulſantíque fores occurrit ancilla, cognitáque Petri voce præ gaudio non aperiens ianuam ſtatim intro recurrens nunciauit ſtare Petrum ante ianuam, igitur quibuſdam inſanire viſa eſt; E dicebántque multi: *Angelus eius eſt*, ita ſcribit S. Luc. Sed vndenam colligunt Angelum eſſe Petri, qui pro illo pulſaret? nimirum ex periculo, in quo Petrus erat, egregiè colligebant. Quod S. Chryſoſt. in hunc modum expendit: *Petro illi dicebant, Angelus eius eſt; & hoc verum eſt, quod vnuſquiſque Angelum habet, & vnde venit illis in mentem tunc Angelum eſſe? à tempore illud coniectabant.* homil. 26. in Acta. Optima quidem illorum coniectura, imò, & conſequentia ex pericu-A lò Petri Angelum illius adeſſe; nec enim incluſo Petro, detentóque in vinculis, ipſius Angelus cuſtos, aut conniuere, aut ociari poſſet. Eſt Petrus in carcere, periclitatur, mortem expectat: ergo Petri Angelus cuſtos, vt periclitanti opem ferat, vt vinctum liberet, vt educat è carcere, vt è mortis faucibus eripiat, & inuigilet, & circumconcurſet, & nihil non moliatur neceſſe omnino eſt. Periclitatio hominis occaſio eſt Angelo peropportuna ſubueniendi, tutandíque. Vbi laborat homo ibi proculdubio Angelum adeſſe credendum eſt. Meritò Iacob locum, in quo vidit Angelos, caſtra Dei appellauit, quò memores eſſent poſteri Angelica ſe tutela vbique, ſempérque defendendos, ſi in fide Domini, vt pater il- B lorum Iacob perſeuerarent, atque fideliter inhærerent. Quid plura? Habemus Angelos cuſtodes, caſtra Dei nobis præſtò ſunt, nos circunſtant, & communiunt, vt de quacumque animâ fideli meritò poſſis dicere: *quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?* Cant. 7. Primò quidem intelligitur de Chriſti Domini Eccleſiâ, in qua fidelium cœtus, & chori ſunt, & caſtra. *Chori* ſcilicet (explicat Rupert.) *laudantium dilectum, acies pugnantium contra diabolum propter dilectum.* lib. 6. in Cant. Maximè verò hæc Sulamitis filia Hieruſalem virgo Dei Mater eſt, *pulchra vt luna, electa vt Sol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* Cantic. 6. Pulchra vt luna; *Sicut enim* (inquit Rupert.) *luna lucet, & illuminat luce, non ſua, ſed ex* C *Sole concepta: Sic tu, ò beatiſſima, hoc ipſum, quod tam lucida es, non ex te habes, ſed ex gratia diuina, gratia plena. Electa vt Sol nobis, quia ſicut ex te natum Dei Filium Solem verum, adoramus, vt Deum verum: ſic & te veneramur, vt veram Dei genitricem, ſcientes, quia totus honor impenſus matri, ſine dubio redundat in gloriam filij: Et quidem natura, non tu idem es, quod ille Sol; ſed nihilominus tanta es, vt te honoret ipſe Sol honore, quo decet filios honorare parentes ſuos. Qui enim dixit, honora patrem & matrem, non dubium quin & ipſe honoret, & ab omnibus amicis ſuis ſuam velit honorari matrem.* lib. 6. in Cant. Arbitror etiam ob hanc cauſam terribilem à Deo factam eſſe Dei matrem, vti caſtrorum acies apparet ordinata; videlicet, vt & in- D ferorum cohortibus terrori ſit; & hominibus ſit perfugio, ſit munimento, ſit fiduciæ; nouerintque proinde fideles, cùm Virginem Dei Matrem implorant, cùm ante pedes illius procumbunt, precéſque fundunt; cùm ſuauiſſimum illius nomen inuocant, cùm ad illam, vel à vitiis vel à dæmonibus agitati, velut ad arcem, ad aſylum, ad caſtra Dei confugiunt; ſe ſe in tuto agere, atque hoſtium incurſibus omnino poſſe reſiſtere.

S. Petrus in carcere.

Actor. 12.

D. Chryſ.

Mira Angeli cuſtodis vigilantia.

Iuſtos Angeli fouent ac tuentur.

Cant. 7.

Chori & caſtra in Eccleſia Dei.

Rupert.

Cant. 6.

Rupert.

B. Maria encomia.

Deus matrẽ Virginẽ honorat.

B. Maria fidelibus ſecuritas.

SECTIO II.

E *Miſit autem & nuncios ante ſe ad Eſau fratrem ſuum in terrã Seir, in regionem Edom. Præcepítque eis, dicens: Sic loquimini domino meo Eſau: Hæc dicit frater tuus Iacob: Apud Laban peregrinatus ſum, & fui vſque in præſentem diem. Habeo boues, & aſinos, & oues, & ſeruos, & ancillas: mittóque nunc legationem ad dominum meum, vt inueniam gratiam in conſpectu tuo. Reuerſíque ſunt*

nunc ad Iacob, dicentes: Venimus ad Eſau fratrem tuum, & ecce properat tibi in occurſum cum quadringentis viris. A

1. Eſau ægerrimè ferens propenſiorem ergà Iacob voluntatem parentum, Chananæam reliquerat, ſeſéque in vicinam Idumæam habitaturus cum vxoribus, & filiis contulerat.

Idumæa deſcriptio.

Eſt autem Idumæa terræ Chanaan vicina, illíque verſus Auſtrum iungitur; quà verò ſol occidit, verſus Damaſcum porrigitur; ad Orientem confinis eſt Arabiæ in finibus ſuperioris Bethoron. Habet hæc regio montem percelebrem pluribus nempe oppidis habitatum, qui Seir, & mons Edō in ſacris literis vocari conſueuit: Tota hæc regio ceſſit poſteris Eſau. B Potuit autem Iacob iſtā fratris migrationem fido aliquo nuntio à matre Rebecca, quæ abeunti promiſerat: *poſtea mittam, & adducam te inde huc.* ſupra cap. 27. aut fortè aliquo (vt fit) ex inde in Meſopotamiam aduentante intelligere.

Geneſ. 27.

Quòd autem Eſau montana Idumææ ſibi ad habitandum elegerit, non ſine ſingulari Dei prouidentia factum credimus, vt totius deinde Chananææ poſſeſſio libera cederet poſteris Iacob. Quod ipſe Dominus indicauit: *Dilexi Iacob, Eſau autem odio habui: & poſui montes eius in ſolitudinem, & hæreditatem eius in dracones deſerti.* Malach. 1.

Malach. 1.

Sed quid in Eſau inuenit Deus Omnipotens, vt odio proſequeretur hominem, paternā benedictione ac priuilegio primogenituræ priuaret, & miſero montes, & vaſtas Idumææ ſolitudines habitationi attribueret? C *Nimirum Eſau* (reſpondet Theodoret.) *odio Dominus eſt perſecutus ob malitiam morum: dilexit verò Iacob, quod virtutis ſtudioſus eſſet.*

Theodor.

Morum diſparitas Iacob & Eſau.

At quænam illa morum conditio infeſtum atque infenſum Deo, & hominibus reddidit Eſau, contra verò Iacob gratum, & amabilem? *Videlicet Iacob* (inquit S. Cyril. Alex.) *vita bonus, & amans Dei; Eſau præfractus, & intractabilis, & ad pocula non imparatus.*

Cyril Alex.

Ac nomen quidem ipſum præferebat iſtam ingenij duritiem agreſtiúmque morum inamabilem quandam, & barbaram feritatem. *Eſau enim* (adiungit S. Cyrillus) *latinè quercus exponitur: fuit enim durus & inflexibilis, inſtar duræ quercus; & iuxta Apoſtolum erat terrenus & profanus.* ad Hebr. 12. D

ad Hebr. 12.

Sic ille. Ergo cur Eſau non ſibi omnium conflaſſet inuidiam, & maleuolentiam, *qui* (occurrit S. Hieron.) *hiſpidus erat, & ſanguinarius, venationibus, ſyluis, & veſtiis delectabatur?*

D. Hier.

Contra verò Iacob cunctis non eſſe amori non poſſet, *qui* (adiungit S. Hieron.) *leuis, & ſimplex erat, & innocenter habitans domum.* Benè id quidem, ſed quid meruere poſteri Eſau, vt ſuam poſteà viderint à nepotibus Iacob funditus euerſam Idumæam? Significauit id quidem Dominus in parente Eſau, quod de poſteris pariter illius intelligendum eſſe voluit.

Mali parentis mala ſoboles.

Quin etiam (interpretatur Theodor.) *Eſau genus, quoniam progenitoris mores æmulatum eſſet, ſemper neglexit Dominus, & nulla cura ſua proſecutus eſt.* E

Theodor.

Malus quidem parer, malam vtique ſui ſimilem edidit ſobolem. Supplicium ergo ſuorum ſcelerum pertulit, quæ parentis infecta eſt vitiis proles. Non oriuntur cum natura mores, & vitia filiorum, nec de vitioſis naſcuntur parentibus; quippe tam filij de probis improbi, quam probi de improbis interdum naſcuntur.

Vitia addiſcuntur.

Vitia ſiquidem ab homine addiſcuntur: nec aliunde faciliùs, ac tenaciùs, quàm ex parentum aſpectu, conſuetudine, ipſóque exemplo A in filiorum animos illapſa, infixáque inhæreſcunt.

2. *Miſit nuntios,*] Anxius Iacob de periculoſo in Chananæam ingreſſu propter viciniam, ac fortaſsè occurſum fratris Eſau, prudenter egit, de præmittendis nuntiis, qui diligenter explorarent, quonam tandem animo eſſet in fratrem Eſau. Et quia ſæpiùs euenit, vt duriora cautibus pectora leniantur, & præferocis, ac ſuperbi hominis iracundia refrænetur blanda, & ſupplici compellatione: hoc vſus artificio Iacob, Eſau, qui frater erat, dominum compellat, vt placatum ſibi ac beneuolum reddat Eſau. Etſi autem præſtantior longè Iacob fratre ſuo eſſet, & iure primogenituræ, & diuinis muneribus, quibus mirificè pollebat; B nihilominus (quod prudentia dictabat) ad humilitatis, & modeſtiæ ſigna, quibus animi valde capiuntur, exhibenda deſcendit: quo in ſenſu egregiè ita diſcurrit Procop. *Iacob vbique excellentior habetur iure primogenituræ, intúſque auxilio diuino. Non tamen abnuit ſe inſinuare fratri, eiúſque captare beneuolentiam, dominum eum abſque turpi adulatione vocans. Reipſa igitur illud diuinæ ſcripturæ oraculum explenit; quantum in vobis eſt pacificè cum omnibus viuentes.* Procop. *Modeſtia & humilitate vincuntur animi.*

Citat locum ex Apoſtol. qui habet, *ſi fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habentes.* ad Roman. 12. ad Rom 12.

Nimirum, etſi homines, quibus cum agitis, & odio & malitiâ pacem vobiſcum habere nolint, eam vos tamen, quantum in vobis erit, pro C virili, & cum omni conatu, diligentiaque inquirite, iuxta illud. *Inquire pacem, & perſequere eam.* Pſalm. 33. Pſal. 33.

Et quia inquirendam, & perſequendam dicit pacem, & quia quantum in nobis erit ad pacem habendam omni ſtudio elaborandum dicit, illius inueniendæ conſeruandæque difficultatem ſignificat; quaſi dicat inquiri poſſe pacem, non facilè tamen inueniri. *Difficilis inuentu pax.*

Quod egregiè S. Auguſt. in hunc modum expendit. *Non tibi dixit, habebis hic pacem; quære illam, & ſequere eam. Quo illam ſequor? quo præceſſerit, & tu cùm ſurrexeris amplecteris pacem, vbi tibi nemo moleſtus erit. Quæramus hic pacem, conſequemur autem in fine.* D. Auguſt.

Non eſt terra pacis locus, de ſolo ipſo dictum eſt cœlo; *Qui poſuit fines tuos pacem.* Pſal. 147. Pſal. 147.

D Vbi dicitur iuſto in gaudium Domini ingredienti: *Factus eſt in pace locus eius.* Pſal. 75. in Hebr. *Factum eſt in Salem vmbraculum eius.* *Pax emendatur.* Pſal. 75.

Videlicet, (occurrit S. Hieron.) *non eſt vmbraculum Domini, niſi vbi pax eſt; vbi Zelus, atque diſcordia, ibi non eſt protector Deus. Locus Dei non eſt, niſi in anima, quæ pacem habet; pax eſt ſaluatoris hæreditas.* D. Hier.

Sic ille. Cæterùm monet Propheta, vti pacem quæramus amiſſam & fugientem ſeu fugatam potiùs ſequamur: licèt in cœlo, vbi locus illius eſt, inueniri demum poſſit. Quare optimè animaduertit S. Auguſt. *Pacem ex parte hic habeamus, vt ex toto corde illic habere mereamur. Quid eſt ex parte? Concordes ſimus hic, diligamus proximum quomodo nos; ſed non poſſumus, niſi exiſtere rixa aliqua, quomodo inter fratres, & E ſanctos extiterunt; ſed non quæ occiderent concordiam: non quæ interimerent charitatem: nam & tibi ipſi reſiſtis aliquando, & tamen non te odiſti, rixam ergo tecum habes, ſed iſta rixa ad concordiam tendit.* hæc Auguſt. D. Auguſt. *Rixæ non tollant concordiam.*

3. Optima ratio inquirendi pacem, qualem ſcilicet quiſque ſecum habet, talem cum aliis habeat neceſſe eſt. Erunt (quæ noſtra eſt miſeria, & imbecillitas) rixæ, lites, & interdum aſperiora verba, ſed qualia ſecum ſubtriſtis, & ſubiratus quis habet, quibus amor & concordia non extinguitur: *Qualis pax eſſe debeat.*

guitur: vnde potiùs dolor aliquis, quàm furor iracundiæ ſuboritur. Colligit demum S. Auguſt.

D. Aug.

Quiſquis pacem non cùm hîc eſt quæſierit, pacem non habebit, cùm venerit. Pacifici enim filij Dei appellantur, quibus æternam ſuam hæreditatem, teguumque ſolis Deus pacis diſtribuit. *Adimplenit Iacob* (adiungit Procopius) *illud quoque: ſeruum Domini non oportet pugnare: Nam* (vt habet prouerbium) *reſponſum blandum mitigat iram.* Prouerb. 15. At, inquies, indignum hoc eſſe Iacobi dignitate, vt vir primogenituræ ac paternæ benedictionis priuilegio inſignis, vſque adeò ſe abiiciat, vt blando illo verborum lenocinio iratum fratrem placare contendat. Profectò laudi, admirationique eſt hac ipſa in re Iacob, vti Procop. ſic apponit:

Procop.

Prouerb. 15.

B

Vbique Iacobus illud ſalutare præceptum ſeruare cognoſcitur: quantò maior es, tantò magis te humilia, & inuenies gratiam apud Dominum; pacem quoque omnibus anteponit bonis. Magna quidem vis, & humilitatis, & manſuetudinis, ad peruincendos animos quantumuis feroces, & iracundos, nec tam facilè iratum tibi ob tua delicta Deum placabis, quàm ſi te coram ipſo humilies. *Cor enim contritum, & humiliatum Deus non deſpiciet.* Pſalm. 50. Sic enim grata Deo eſt humilitas, vt ad illam ſe libens, lætus, beneuolúſque incliner. Hinc benè colligit S. Auguſt. *Hoſtis, quia excelſus eſt Deus, ſi te excelſum feceris, longinquabitur a te: Si te humiliaueris, propinquabit ad te.* *Victima* ſcilicet (ait S. Chryſoſt.) *Deo grata, & iucunda eſt humilitas.* Probátque hoc ipſum ex pueris in Babylonica fornace diuinitùs illæſis & canentibus, quorum humili ſupplicationi accepta tot illa miracula attribuit. Sic enim ſcribit ad prædictum Pſalmi locum. *Tres illi pueri, qui in Babylonica fornace erant, fornacem in rorem conuerterunt, & elementa immutarunt, ignis vim, & facultatem extinxerunt, à tyranno conſtricti, ab igne ſoluti ſunt, ſupplicibus verbis vtebantur. Peccauimus, iniuſtè egimus, vt poſſimus inuenire miſericordiam, ſed in animo contrito, & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur.* Daniel. 3. Ex hoc igitur Pſalmo (notat Theod.) *cùm generoſi illi pueri ſacrificium Deo gratum dedicaſſent, humilitatem mentis, cordíſque contritionem Domino attulerunt.*

Procop. *Placat iram humilis & mitis.*

Pſal. 50.

D. Aug. *Grata Deo humilitas.*

D. Chryſ.

C

Victrix humilitas & miraculoſa.

Dan. 3. Theod.

D

4. Peccauerat Dauid, & iccirco in vltionem peccati expulſus à regia vrbe, regnóque fugiebat: accurrunt ergo Sacerdotes cum arca Domini, vt illius præſentiâ, præſidióque mœſtum, & profugum ſolarentur, & confirmarent. *Arcam Rex in vrbem reduci iubet.* 2. Reg. 15. nimirum, inquiens, (vt interpretatur Theodoret.) *non poſſum mecum circunferre, accuſatricem hinc audio legem, non mœchaberis, non occides; ego autem venerandam conculcaui legem.* quæſt. 30. in 2. Reg. Et quidem hac tam inſigni humilitate peccator verè, ac ritè contritus meruit, vt quamprimùm, & feliciſſimè à Deo ad reuiſendam arcam, vrbémque regiam reuerteretur. Vnde obſecro Petrus à Domino in ſummum Eccleſiæ principatum eſt euectus? Videlicet poſt admirabilem piſcium capturam ex verbo Domini, Petrus procidit ad genua IESV dicens: *Exi à me, quia homo peccator ſum Domine.* Luc. 5. O raram hominis humilitatem? *reducens enim ad conſcientiam* (inquit D. Cyrill.) *patrata delicta, tremit, & trepidat, & velut immundus mundum non credit ſe poſſe ſuſcipere.* In cathena S. Thomæ. Vide iam nunc humilitatis efficaciam; quantum ſcilicet Petro ſe conſortio Chriſti indignum iudicanti lucrum attulerit. Reſpondet enim Dominus. *Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens.*

2. Reg. 15. Theod. *Dauid humilitas.*

Lucrum ex humilitate.

E

Luc. 5. D. Cyrill.

Humilitas S. Petri fundamentum.

A

Luc. 5. Humani ſcilicet generis conuerſio, & gubernatio, quæ piſcium capturâ ſignificantur, in Petri humilitate, velut in ſolido fundamento conſederunt. Prudenter Iacob, ad aſylum humilitatis in tanta illa rerum perturbatione confugit, ſeruum ſe ac peregrinum appellat: nec id fictè dictum putemus. Verus enim humilis non fuco vtitur; non doloſè loquitur, cùm ſe ſuáque deprimit, & extenuat; planè quod ſentit animo, effatur voce. Verè abiectum, peccatorem, nihili demum, vti iudicat, ſe confitetur, & perſuadet, aut certè perſuadere contendit; gaudet nimirum, quòd huiuſmodi opinionem de ſe aliis inducat. Quam veræ humilitatis formam vnicus illius magiſter in Cruce ſuo exemplo præſcripſit, ac demonſtrauit. Exprobrabant Domino crucifixo Iudæi: *Confidit in Deo, liberet eum: dixit, quia filius Dei ſum.* Matth. 27. Tunc ergò Dominus voce magna, vt palam ab omnibus audiretur, clamauit: *Deus Deus meus, vt quid dereliquiſti me?* En ô Domine quid ſibi vult clamor iſte doloribus, & querimoniis plenus? Vereor equidem, ne iſti carnifices, cùm te audiant conquerentem, deſertúmque à Deo tua ipſius confeſſione, inde ampliua ſibi perſuadeant, falsò te dici filium Dei, cùm tam acerbis cruciatibus æſtuantem, à Deo nihilominus velut aliquem diuinæ maieſtatis proditorem videant derelinqui; fuerit iſtud malorum hominum de Chriſto, etſi falſum omninò iudicium: ſatis fuit humilitatis magiſtro iſtius doctrinæ hominibus inculcandæ vtilitas, vt prauam inimicorum opinionem, ſeſe ita humiliando, velut peccator à Deo derelictus eſſet, confirmare quodammodo videretur. Humilis vtique confitetur, & perſuadet aut perſuadere nititur. Frater Eſau eſt Iacobus, & iure primogenituræ longè illo excellentior: at ſeruum tamen ſe nominat, illum verò dominum: deinde ſe in omnibus cum Eſau gerit, ac ſi verè illius eſſet vile quoddam mancipium, quod in conſequentibus apertum fiet. Mira hæc humilitatis excellentia in ſanctiſſima Virgine Dei Matre mirandum in modum illuxit. Enimverò cùm optimè diuinarum ſcripturarum myſteria noſſet: Dei filium de Virgine Matre ſtirpis Dauidicæ, Bethlehemitica, tali tempore, quod tunc aderat, naſciturum: cúmque etiam Angeli verba rectè intelligeret, ſibi ab ipſo denuntiatam Matris Dei dignitatem: nihilominùs *turbata eſt in ſermone eius,* quæſiuit prudentiſſimè, *quomodo fiet iſtud?* Luc. 1. Igitur ô Domina quid rogas, ſi non dubitas? denuntiari te Matrem Dei audis, probéque intelligis; quid ſubinde quæris amplius? Planè rogat, quia humilis: non ſuam Angelo de diuinis myſteriis, & conſiliis prodit ſapientiam: ita ſe gerit, ac ſi rudis, imperitáque foret. Videri vult rerum diuinarum inſcia, vt ab Angelo neceſſe habeat edoceri, Deóque iubenti obedire; humilis enim confitetur, & perſuadere nititur.

Luc. 5.

Humilitatis nota.

B

Matth. 27.

Chriſtus in cruce magiſter humilitatis.

C

B. Maria inſignis humilitas.

D

Luc. 1.

E

5. *Apud Laban peregrinatus ſum.*] Ne fortè ſuſpectus eſſet Iacob fratri ſuo Eſau, quòd à parentibus iam pridem diſceſſiſſet, & tandiu abeſſet, nunciat duram multis annis ſeruitutem apud Labanum vtriuſque auunculum inſtar exulis, & mercenarij ſeruiiſſe; dignum proinde videri, quem frater miſertus, & beneuolus hoſpitio & amore excipiat. Deinde ſuas quas illic iuſto, & magno labore acquiſiuit, fratri diuitias indicat, ne grauem, aut indecorum egeſtate futurum, reditúque pauperis filij paternas opes imminuendas exiſtimet. Non iactat arroganter

iuſtus diuitias, quas nouit diuino beneficio acceptas, nec illis ad vanitatem, & peccandi licentiam abutitur. Videas hîc iuſtum opibus abundantem, vti vidimus Laban impium familiari ſubſtantia valdè imminutum, quod quidem diuino conſilio iuſtè omnia diſponente fieri credendum eſt. In hoc argumento multa diuinitùs

D.Chryſ. *Cur Deus malos ditat.*

dicuntur a S.Chryſ. Sic igitur inſit. *Diuitiæ iſtius ſæculi malis, bonisque communes ſunt. Dat ergò illas Deus malis, vt non habeant quid de Deo queri. Item non illas dat bonis, vt æterna bona de Deo ſperent, & non propter aliquod temporale colant Deum, ſed gratis. Item non illas dat malis, vt paupertate humilientur. Item dat illas bonis, vt dent formam malis, quomodo vtantur illis. Ergo dat iſta temporalia bonis, & malis; ſed ſe non dat niſi tantummodo bonis.* in Pſal.

Cur Deus dat & negat diuitias.

B

33. Quibus in hoc argumento nihil dici poteſt luculentius, ac verius. Deus eſt qui Iacobum, armentis, gregibus, ſeruis, pecunia, ſupellectili; filiis etiam (quod multò excellentius eſt) amplificauit: & iuſtus ille fuit Iacob, qui & bonis à Deo acceptis ad ipſius obſequium rectè potuit, nouitque vti, & cæteris deinde mortalibus ſanctè quoque bonis temporalibus vtendi egregiam formam præſcripſit. Nuntiat ſuam ita copioſam ſubſtantiam Iacob fratri ſuo, cuius nouit ingenium, quippe bona huius mundi potiùs, quàm cœleſtia æſtimaret: dedignaretúrque proinde, atque abiiceret fratrem ſi pauperem aut miſerũ videret. Fœtet pauper filiis huius ſæculi, paupertas ſumma eſt ignominia: ne mutire quidem audet pauper; ſolis eſt diuitibus loquendi & libertas, & impunitas. Pulchrè ſcribitur: *Diues locutus eſt, & omnes tacuerunt: & verbum illius vſque ad nubes perducent; pauper locutus eſt, & dicunt, quis eſt hic? & ſi offenderit, ſubuertent illum.* Eccleſ 13. Exclamare hîc licet: ô peruerſum hominum iudicium! ô cæcum, ac temerarium ingenium! Siccine vt ſtulti, vt inſani, vt improbi dicta, factáque celebrentur, eo quòd ſit ille diues! loquitur diues, licèt imperitum, licèt ridiculum, ac puerile verbum: acclamant illicò ſycophantæ, aſſentatores; optimè, nunquam ſic locutus eſt homo! Legitur hoc ipſum de Herode: qui veſtitus veſte regia ſedit pro tribunali, & concionabatur ad Cæſarienſes; populus autem acclamabat: *Dei voces, & non hominis.* Actor. 12. Et vſque adeò ſtolidus eſt Herodes, vt credat adulatoribus, ſéque prauo aſſentantium iudicio metiatur. Benè Q. Curtius ſcripſit: *Pernicioſa adulatio, perpetuum regum malum eſt, quorum opes aſſentatio ſæpiùs, quàm hoſtis euertit.* lib. 8. Meritò Conſtantinus Magnus dicere ſolebat: *Adulator eſt forux, & tinea palatij*: ita in eius vita ſcribit Aurel. Victor. Falluntur principes; nec enim hoc cenſent adulatores, quod loquuntur; aliud in ore, aliud in corde gerunt; imò & in facie laudant, à tergo ſubſannant; quod S. Chryſ. egregiâ ſimilitudine in hunc modum expreſſit; *Quemadmodum pueri ludentes ex fœno coronas inuicem imponunt, coronatum autem ſæpenumerò eius rei ignarum, poſt tergum irrident; ita ſane, & nunc, qui te in faciem prædicant, apud ſe ipſos clanculùm ſubſannant.* homil. 17. in epiſtol. ad Rom. Quid igitur finis te decipi? eſt veterator, qui adulator. Blanditur cauda catulus, ſed venenum inſpergit ſerpens. Cæterùm hanc vel maximè certam, etſi turpem abiecti, ac ſordidi homines quæritandi ſibi viam inuenerunt. At contra S. Auguſt. *mauult pati ſupplicium, quàm fœdè adulatione conſequi beneficium.* epiſtol. 68. Huius tamen arrogantiæ pœnas illicò dedit Herodes conſumptus vermibus.

Infamis mundo paupertas.

C

Diuitiæ æſtimantur.

Eccleſ. 13. *Diues in honore licèt ſtultus.*

D

Act. 12.

Q. Curt. *Grande malum adulatio.*

Aur. Vict. *Principes falluntur.*

D.Chryſ. *Fallax adulator.*

E

D. Aug. *Turpis adulatio.*

A

Quia nimirum (inquit S. Chryſ.) *accepit populi acclamationem, & dignum ſe putauit eſſe adulatione.* homil. 26. in Acta. Nemo eſt, ſi homo eſt, ſi peccator eſt, qui opprobriis dignus non ſit. Extranea, peregrina, prorſuſque aliena homini laudatio eſt.

D.Chryſ. *Homo indignus laudatione.*

6. Audiuimus de diuite, audiamus nunc de paupere. *Pauper locutus eſt, & dicunt: quis eſt hic? & ſi offenderit, ſubuertent illum.* Eccleſ. 13. Miſellus, nec vocem habet, quam ore diſmittat, ſcilicet paupertate intercluſam: elinguis, & mutus habetur. Quod ſi fortè vnquam hiſcere audet, ſtupor eſt; quid eſt hoc (inquiunt diuites) & fatur ille? Vnde illi vox? vnde lingua? ſecum fortaſsè muſſitat pauper; at coram aliis, quis illum (qui mutus eſt) loquentem audiat? Proh miſeram, ac deplorandam inter homines miſeriam pauperis! Sic prophetantem Saulem, hoc eſt, inter Prophetas, aut certè religioſos viros diuina eloquentem myſteria mirabantur homines. Videntes autem omnes qui nouerant eum, quòd eſſet cum Prophetis, & prophetaret, dixerunt ad inuicem: *Quænam res accidit filio Cis? Num & Saul inter Prophetas? & quis pater eius?* 1. Reg. 10. plebeius homo erat, & pauperibus natus Saul; ac proinde omnibus fuit miraculo, quòd inter graues, ſacróſque viros loqui poſſet, auderétque. Hunc ſenſum huic loco reddit Hugo Cardin. ad verba Eccleſ. 13. prædicta. Accedit altera ſubinde pauperi calamitas: *Et ſi offenderit, ſubuertent illum.* Eccleſ. 13. Si miſer aliquando vel leuiter errabit; in miſerum omnes acturum & linguas diſtringent, & vires exproment; ea quidem eſt mortalium peruerſitas, vt in diuite, quæ lethalia ſunt, exectanda, non modò leuia, & nihili habeantur, ſed etiam laudentur: at in paupere ſi error ſit, nullus non lethalis videatur; ſi virtus ſit, vti vitium vituperetur. Quid plura? Sic hominibus exoſa ſemper extitit paupertas, vt pro grandi onere, quo ingenia retardantur, ac deprimuntur ſymbolicè habita fuerit. Enimverò vulgatiſſimum eſt illud Iuuenalis.

Eccleſ. 13.

Miſera pauperum.

B

1. Reg 10.

Hug Card.

C

Paupe odio habetur.

Iuuen. *Paupertas onus.*

Haud facile emergunt, quorum virtutibus obſtat
Res anguſta domi:

Et ex Græcis citatur ille ſenarius, οὐδὲν πενίας βαρύτερον ἐστὶ φόρτιον. Nullum pauperie moleſtius eſt onus. Denique vt vno verbo concludam inter infelicia miſeriarum malorúmque nomina, quæ pro veſtibulo inferorum excubare confinxerunt antiqui, egeſtas fœdo habitu, oréque reponitur, vti eleganter cecinit Poëta.

D

Paupertas turpis. Æneid. 6.

Veſtibulum ante ipſum, primiſque in faucibus Orci
Luctus, & vltrices poſuere cubilia curæ:
Pallentéſque habitant morbi, triſtiſque ſenectus,
Et metus, & maleſuada fames, & turpis egeſtas.

Sic diſtortè, atque iniquè iudicant de paupertate filij huius ſæculi; ſed longè aliud eſt virorum ſpiritualium de illa eadem, quam toto corde amplectuntur, vti omnibus mundi theſauris pretioſiorem, & iudicium, & cum affectu verbis pronunciata commendatio. Audi vnum egregium virtutis æſtimatorem S. Bernard. contra eos, qui paupertatis onere prægrauantur: Sic effatur: *Magna quædam penna eſt paupertatis, qua tam citò volatur in regnum cœlorum: Nam in aliis virtutibus, quæ ſequuntur, promiſſio futuro tempore indicatur; paupertati non tam promittitur, quàm datur: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum,*

E

D. Bern. *Paupertatis commendatio.*

Matth,

Matth. 5. Paupertas in cœlum vehit.

Matth. 5. *cùm in cæteris dicatur, hæreditabunt, conſolabuntur*, ſerm. 4. aduent. Vide quàm aberrent toto cœlo amatores mundi: lapidem, ouus, montem æris, & chalybis paupertatem vocant; quam religioſi ac perfecti viri pennam, qua in cœlum ſubuehitur anima, intrátque in regnum Dei, prædicant & amplexantur. Quid quòd illi paupertatem refugiunt, oderúntque vtpote rerum humanarum extremam indigentiam? falluntur miſeri, ſi paupertatem voluntariam, quam Chriſtus Dominus Apoſtolis, & religioſis commendauit, intelligant. Hæc enim theſauros habet ſecum; locupletes, & glorioſos efficit. Nihil planè ditius, nihil potentius euangelicâ paupertate: audi nunc etiam eundem Bernard. *Ego ſi exaltatus fuero à terra (audacter dico) omnia traham ad me ipſum; nec enim temerariè vſurpo mihi fratris mei vocem, cuius me indue ſimilitudinem. Quod ſi ita eſt, non putent diuites ſæculi fratres Chriſti ſola poſſidere cœleſtia, quia ea ſola audiunt in promiſſione. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Matth. 5. *poſſident & terrena quidem, tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.* 2. Corinth. 6. ſerm. 51. in Cant.

Paupertas euangelica laudatur. — *Bern.* — *Diues paupertas.* — *2. Cor. 6.*

Apoſtolorũ paupertas glorioſa.

7. Probatũ hoc euidenter eſt in Apoſtolis, qui à Domino miſſi ad euangelizandum per orbem, pauperes, ſine ſacculo, ſine pera, ſine calceamentis, ſine virga, vbique tamen terrarum excepti fundarunt Eccleſias, & velorum gentium, vrbium, familiarum, domorum & ſubſtantiæ cuiuſque mortalium domini nec ſubſidio ad vitam neceſſario, nec tecto, nec veſtitu caruerunt; imò & ampliſſimos patrimonio Chriſti redditus pepererunt; Et licèt pauperes, diuitum, & magnatum ludibrio ſint expoſiti; nihilominùs Apoſtoli, quamuis in ſumma paupertate vniuerſum orbem peruagantes, nec à fortibus debilitari, nec à magnatibus opprimi, nec à diuitibus conculcari potuerunt; in cuius veritatis teſtimonium Dominus prædixerat: *Percutiam eis fœdus in die illa cum beſtia agri, & cum volucre cœli, & cum reptili terræ, & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra, & dormire faciam fiducialiter.* Oſeæ 2. Ita per orbem inter tyrannos, armatorúmque exercitus: inter feras, & ſerpentes incedebant ſecuri, velut in propriis ædibus manerent, & in lectulis tutò conquieſcerent: quin etiam admirabili ſecuritate ingentia flumina ſine rate, ſine ponte, tranſuadabant, iuxta illud: *Et deſolabit Dominus linguam maris Ægypti, & leuabit manum ſuam ſuper flumen in fortitudine ſpiritus ſui, & percutiet illud in ſeptem riuis, ita vt tranſeant calceati.* Iſai. cap. 11. Planè ſuis Deus Apoſtolis peruium ac facilem reddidit orbem; terræ illis vniuerſæ domos aperuit, & terram, & mare expandit. Meritò igitur Apoſtoli, vniuerſimque iuſti ſuam omnem curam reiiciunt in Deum, ab illius pendent prouidentia, in paterna illius ſolicitudine, ac vigilantia ſpem ſuam, ac fiduciam collocatam habent, vt quibus demandatum eſt: *Quærite primùm regnum Dei, & hæc omnia adiicientur vobis.* Matth. 6. Digni ſunt enim iuſti, dum cibi, veſtíſque, ac vitæ obliti, totos ſe deſiderio cœleſtium bonorum impendunt, quibus & neceſſaria corpori ſubſidia præter animæ emolumenta ſuperabundent. Rectè hinc S. Chryſ. colligit: *Tu ergò quære iuſtitiam, & non tibi deerit panis: quoniam ſicut propter mala opera fructus terræ ſubducitur, ſic propter bona abundat.* Probátque doctrinam ex Geneſ. 3. *Dictum eſt (inquit) ad hominem: Maledicta terra in operibus tuis. Vnde videas, quia propter peccata hominum maledicitur terra, vt non germinet; benedicitur autem cùm bona opera fecerimus.* homil. 16. in Matth. *Conſiderate lilia agri quomodo creſcunt, non laborant, nec nent:* adiungit Dominus fiduciam ſeruis ſuis in diuina prouidentia commendans exemplo lilij, cuius pulchritudo ab illa prorſus dependet. Talem ſe Domino, ac ſponſo ſuo præſtabat illa, quæ iccircò vocatur ab ipſo lilium, *ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.* Cant. 1. ad quem locum, hunc eundem, quem propoſuimus ſenſum eruens ita effatur Theodor. *Ideò lilium ſponſus vocat ſponſam, vt quæ, neque neat, neque texat, ſed omnem reiiciens ſolicitudinem ab ipſo ſponſo veſtiatur, & nutriatur.* Sic animæ ſpem, ac fiduciam in Deo poſitam ipſemet donare conſueuit; nunquam enim deeſt ſperantibus in ſe, ſpes in illo ſperantem non confundit.

Oſeæ 2. — *Apoſtolorũ dominatus.* — *Iſai. 11.* — *Iuſti abundant.* — *Matth. 6.* — *D. Chryſ.* — *Matth. 6. Cura & ſpes in Deum.* — *Cant. 1.* — *Theod.*

8. Imò & promptiùs occurrit, abundantiùs fauet, cùm hominem videt in Deo, quàm in cæteris omnibus, potius confidentem; Accipe obſecro huiuſce argumenti teſtimonium. Electos Dominus diſcipulos ſuos mittit ad euangelizandum; ſed tamen præcipit; *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris: non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta:* Matth. 10. En Dominus omnem ſuis diſcipulis curam adimit, & ſolicitudinem vitæ. Et (quod optimè adnotauit ibidem S. Chryſ.) *immenſam ſuam potentiam ipſis patefacit, quod & poſtea commemorauit dicens: Nunquid aliquid vobis defuit, quando vos nudos, & abſque calceis miſi?* hom. 33. in Matth. Itaque nihil eis defuit; vt & ipſi conteſtati ſunt, cùm omni humano ſubſidio deſtituti à Domino miſſi ſunt: quippe Dominus nihil eos pati ſinebat, efficiens, vt omnia eis vbertim affluerent: penes Dominum erat illorum prouidentia, & paterna ſuſtentatio: vti puerorum; cùm adhuc infirma eſt ætas in parentum prouidentiam tota cura incumbit. Cæterùm poſtea in vltima cœna iam ab eis diſceſſurus, dixit: *Quando miſi vos ſine ſacculo, & pera, & calceamentis, nunquid aliquid defuit vobis? at illi dixerunt; nihil; Dixit ergo eis. Sed nunc qui habet ſacculum, tollat ſimiliter & peram.* Luc. 22. Quorſum Dominus nunc peram, veſtes, calceos, & ſubſidia monet, præcipítve, vt comparent? Ne tantùm diuinæ confiderent prouidentiæ, qua minùs deinceps ad huiuſmodi ſubſidia vitæ iuuarentur; ac proinde (vt erant iam robuſtiores) ad tolerandam rerum humanarum indigentiam ſeſe compararent. Quod S. Chryſ. ſubtiliter ita propoſuit. *Initio quidem nihil eos pati ſinebat, ſed vbique aderat muniens, & circumuallans eos, faciénſque vt omnia eis vbertim affluerent: cùm verò tempus eſſet, vt virilitatem ſuam ipſi declararent, ſubtraxit aliquandiu beneficium, præcipiens eis, vt etiam per ſe ipſos multa perficerent: quaſi dicat, tunc vobis omnia affluebant cùm mitterem vos ſine pera. Sed nunc volo vos, & paupertatem experiri; adhibete & vos veſtram diligentiam, & induſtriam.* homil. 26. ad Rom. de Priſcilla, & Aquila. Itaque vbi totum erat negotium diuinæ prouidentiæ, nihil omninò deerat Apoſtolis; vbi verò neceſſe fuit eos dura & grauia pati, humana induſtria ſucceſſit, & Dei prouidentia ſeſe aliquantulum ſubtraxit; quam interpretationem egregiâ ſimilitudine comprobat in hunc modum: *Quemadmodum aues pullos ſuos fouentes tandiu in nido ſedentes alunt, donec illorum plumæ increſcant: quas dum increuiſſe viderint, eos primùm circa nidum volitare docent; dein adminiculo ſuo totos deſtituunt. Ita faciebat Chriſtus.* Hinc igitur colliges, quantum homini valeat vera.

Domini cura pro Apoſtolis. — *Matth. 10.* — *D. Chryſ.* — *Luc. 22.* — *D. Chryſ.* — *Præſtat nobis Dei prouidentia, quàm noſtra induſtria.* — *S. Chryſ. Chriſtus mater erga Apoſtolos.*

vera, fideliſque in Deum ſpes, ac fiducia: quàm A verò ſubinde, aut parum, aut nihil humana conferat induſtria, ſi eam diuina deſtituat prouidentia.

Procop. *Fratrum concordia.*

9. Prudenter agit Iacob præmittens nuncios ad fratrem; *Ne fortaſſis* (occurrit Procop.) *Eſau exiſtimaret ipſum aduentare vt hoſtem, quod tamo tempore moratus eſſet inter alienigenas.* Venit ad fratrem frater, non hoſtis ad hoſtem: & diues perhumaniter tamen fraternam renouans amicitiam ne fratrem minùs opulentum opulentior dedignari videretur, in quo etiam (vti ferebant illa tempora) ſe vt Deo notum & carum fratri commendat, quippe quem Dominus peramplâ familiâ, & locuplete ſubſtantiâ in terris fecerat perbeatum. Typus autem Chriſti Domini, vt B aliàs, ita & nunc Iacob extitit; vti enim afflictus à Labano, amicitiæ tamen fœdus cum eodem conſtituit, & odio habitus hoſtili ab Eſau, fraternam nihilominùs caritatem cum ipſo inſtaurat, fratrémque vocat, quem fugerat hoſtem: Ita Chriſtus Dominus cum hominibus de Deo ſemper malè meritis, & cum ipſo mundo à quo non cognitus, non exceptus, ſed flagellatus, & occiſus eſt; miſſis ad illos, & iſtum nunciis euangelium pacis, & ſempiternæ cum Deo amicitiæ fœdera deferentibus concordiam, & amorem mutuum copulauit. Quod luculentè Procop. ſic adnotauit. *Affligitur Chriſtus a mundo, & nobilibus mūdi; Tandémque interueniente diuinâ gratiâ ad pacē concordem conueniunt ex diuerſis ſtudiis Chriſtus, &* C *mundus: ſicut pax conſtituitur inter Iacobum, & Labanum; & propter miſſos nuncios comiter excipitur ab Eſau.* Expende ſeriò Chriſtum à nobilibus affligi. *Aſtiterunt enim Reges terræ & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Deum, & aduerſus Chriſtum eius.* Pſalm. 2. Vides nobilitatem ſæculi aduerſus Deum, & Chriſtum filium eius coniurantem? *Quare* (optimè S. Chryſ.) *fremuerunt gentes, & principes, currus vitij, & ſceleris, cuius eſt auriga diabolus.* Quæſitum pro reſponſo erit: aduerſantur Chriſto principes; quia currus vitij ac ſceleris, quia diabolum geſtant aurigam. Nam licèt in plebeis, & vulgaribus hominibus plura quoque inſint vitia, & ſcelera videantur, tamen in viris D primariis, & nobilibus, eò grauiora notantur vitia, quò euidentiùs pateſcunt, & illuſtrius dignoſcuntur. Latere nequit in ſole, ſi qua fortè ineſſet macula; quis enim mundo conſpicuam ſolis non cernit, & notat eclypſim? Et ſolem tamen orientem in conniuenti nullus inſpectet oculo? Planè ſic illuſtriùs eminent in principibus, clariúſque notantur vitia, quàm virtutes; tenebræ, quàm lumina. Meritò iratus ad illos Dominus cum indignatione clamat. *Filij hominum vſquequò graui corde? vt quid diligitis veritatem, & quæritis mendacium?* Pſalm. 4. Transfert ex Hebræo S. Hieron. *Filij viri vſquequò incliti mei ignominioſè diligitis vanitatem quærentes mendacium?* En habes in ipſa litera nobiles, & principes, contra quos E Chriſtus inclamat. Sed quid illi nocuerunt? quid in illis mali Dominus præſtringit, atque inſectatur? Ex ipſamet litera S. Chryſoſt. elicit: *Quoſnam vocat filios hominum? eos, qui viuunt in improbitate, qui ſunt procliues ad vitium. Quòd autem eos, qui ſunt ad vitium propenſi, vocat filios hominum; audi. Videntes filij Dei, filias hominum.* Geneſ. 6. Filij quidem Dei vocantur iuſti, filij, & filiæ hominum, ſolito, & iuſto vitioliores, ac turpiores. Vnde non incongruè nobilitas vocatur eos vitiorum; quippe cùm in nobilitate vitia exacuantur; longéque fiant ſplendidiora: & conſequenter acutiùs feriat, altiùs penetret, grauiùs vulneret nobilium (ſi fortè impuri ſint) effuſa libido. Cum nobilibus diuites coniunguntur, eadem ſiquidem hodie eſt cum diuitiis nobilitas, vti iam de ſuo tempore conqueſtus aiebat S. Saluianus, ad hunc modum. *Aut iidem ſunt nobiles, qui & diuites; aut præter nobiles ſunt tamen & ipſi quaſi idem nobiles, quia tanta eſt miſeria huius temporis, vt nullus habeatur magis nobilis, quam qui eſt plurimum diues.* lib. 3. de prouid. Cæterùm verus nobilitatis ſplendor, non in diuitiis, nòn in dignitatibus ſæculi, ſed in virtutum ornamentis conſiſtit, quod S. Cæſarius in aula Imperatoris, vel maximè conſpicuus probè intelligebat: de B quo ſcilicet ſcribit in hunc modum frater ipſius S. Gregor. Nazianz. *Quòd maximum cenſendum eſt, non commiſit, vt à gloria, aut ab iis, inter quas verſabatur, deliciis animæ ſuæ nobilitas corrumperetur; quin potius cùm multa & magna ipſi ſuppeterent, ad dignitatem tamen hoc primum erat, quod Chriſtianus & eſſet, & nominaretur? Sic vt alia omnia cum hoc vno collata, ludus quidam, ac nugæ ipſi eſſent.* orat. 10. At Chriſtianum (ea meliore quàm noſtra ſit ætate) non modò veræ fidei profeſſio, ſed vitæ ſanctioris probatio demonſtrabat.

Pſal. 2. — P. Chryſ. — *Nobiles contra Chriſtum.* — *Vitium in nobilibus eminet clariùs.* — Pſal. 4. — D. Hier. — D. Chryſ. — Geneſ. 6. — *Nobilitas eos vitiorum.* — D. Salu. *Nobilitas vbi diuitiæ.* — D. Gregor. Naz. *Vera nobilitas ex virtute.*

10. *Reuerſique nuncij.*] Nunciauerunt planè (vt credere par eſt) Eſau placatum, & honoris, amoriſque cauſa obuiam venire. Quod prudenter effecerat Iacob ſua illa legatione, quam præ- C miſit. Præſertim in gratiam ſuæ humilitatis, ac modeſtiæ, quam fratri per nuncios exhibuit à Deo mutatum eſt cor Eſau, & priori extincta ira placatum; quod ita S. Chryſoſt. animaduertit. *Præmittit nuncios, vt placato eius furore clementem facere poſſet; id quod & factum eſt Deo cor illius demulcente, & tractabile extincta ira faciente. Nam ſi Labanum qui tanta concitatione perſequebatur, timere fecit per ea, quæ ad ipſum dicebat: multò magis fratrem manſuetiorem fieri erga iuſtum fecit.* homil. 58. in Geneſ. Humiliauit ſe Iacob fratri, dominum illum, & ſeruum ſe nominans; atque ideò præpotentem, & iracundum fratrem placauit. Certa quidem rectáque ad Deum via humilitas eſt: D dignúmque facit hominem, in quem diuina confluant dona; vti de præaltis montibus in conuallem defluunt aquarum torrentes. Neſciens ſponſa vbinā ſuum inuenire poſſet dilectum ſciſcitabatur: *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes.* Cantic. 1. audiuitque; *Si ignoras te ô pulcherrima mulierum, abi poſt veſtigia gregum, & paſce hædos tuos.* Per veſtigia pecudū, ductúque hœdorum recto itinere graditur, & peruenit ad Deum anima: ſcilicet in recordatione ſuorum ſcelerum, & matura conſideratione ſuæ vilitatis; quippe quæ ſecum habet, ac nutrit etiam vitiorum cupiditates, & prauorum affectuum paſſiones inſtar pecudum laſciuientes, quæ nobilitatem animæ, non parum deprimunt, atque humiliant. Er- E gò propriæ infirmitatis, & miſeriæ conſcia, memórque præclarum ſanctæ humilitatis actum eliciet; quo deinde ad contemplationem, & veram Dei ſui caritatem eleuabitur. Et quia prælatis, quòd aliis præſident, periculum eſt, ne in ſuperbiam euaneſcant, humilitas in hunc modum præſcribitur. Nouerint ergò ſequi ſe veſtigia gregum, paſceréque hœdos; nec tantum etiam ſudando proficere, vt hœdos in caulis, & in grege non habeant. *Paſce* (interpretatur optimè Theod.) *non oues ſolùm, ſed etiam hædos tuos. Hædorum nomine peccatores intelligit diuina ſcriptura.* Quaſi dicat

D. Chryſ. *Humilitas placat iratum.* — *Humili à Deo gratia infunduntur.* — Cant. 1. — *Prauæ affectiones vti pecudes laſciuiunt.* — *Prælatus humilitate informetur.* — Theod.

A dicat prælato Dominus:nó dico,vt ſolùm paſcas oues, ſed etiam hœdos : Nam quid mirum, quid magnum efficies , ſi bonos, ſi mites , ſi obedientes regas; ſi agnos ducas;cum iis non ſudandum, non laborandum;at iubeo,vt paſcas hœdos, tuaque induſtria illos in agnos,ouéſque tranſmutes; tuam ſcilicet modeſtiam , cùm te viderint , & manſuetudinem imitantes , depoſita hœdorum laſciuia,& aſperitate in ouium, agnorúmque puritatem,ac lenitatem traducentur. Vniuerſum dixerim ergà ſubditos maiorem efficacitatem ineſſe in lenitate Prælati , quàm in admonitione, ne dum in correptione. Rectè ſiquidem dictum eſt à S.Bernard : *Non eruditio, ſed vnctio docet*. lib. de conuerſ.ad Cleric.cap.21.

Mali ſubditi quomodo regendi.

Efficax prælati manſuetudo. D.Bern.

B 11. Placauit, vti diximus, fratrem humilitate Iacob , qui licèt dominus fratris ſui à Deo fuerit conſtitutus,*maior ſeruiet minori*. Geneſ.25.nihilominùs ſe fratris ſeruum nominat. Sed quid ais ſancte Iacob ? vocas dominum,quem ſeruum tuo regendum ſuſcepiſti imperio? vbi ius primogenituræ , quam tua induſtria peperiſti ? Sic ſe habet Iacob,ac ſi,quæ diuinitùs acceperat , priuilegia ſua , dignitatéſque neſciret. Nihil ſanè iuſtis tam psoprium eſt , quàm vt in ſe ipſis nihil magnum,& eximium videanr.Nihil æquè celebrem fecit Dauidem, atque ipſius diuina prophetia Pſalmis diducta, quæ ſcilicet Prophetarum haud dubiè ſapientiſſimum,& acutiſſimum fuiſſe conteſtatus. Attamen diuinum id opus tandem con-

C cludens non coronidem ex Regio diademate,ſed ex humilitate pauperculi paſtoris appoſuit. Sic enim ad finem poſtremi omnium pſalmorum,etſi in ordine ponatur ſeptuageſimus primus (quod Genebrard. & alij notarunt) hæc verba præſcripſit : *Defecerunt laudes Dauid filij Ieſſe* , Pſalm.71.ô raram illis,& noſtris etiam ſæculis humilitatem? Rex tantus,victoriis, triumphiſque penè ſtupendis, ac prodigioſis per omnes gentes , ætatéſque memorandus non obliuiſcitur, haud neſcit, non tegendum ſilentio putat , quinimò, & æternitati commendat, ſuo cantu ad cytharam percelebrat, quòd ſit filius Ieſſe, illius nimirum Bethlehemitici agricolæ, cuius ipſe filius pauculas paſcebat oues ; & quem propterea maleuoli cauillaban-

D tur ; *Non eſt nobis pars in Dauid , neque hereditas in filio Iſai*. 2. Reg. 20. Pulchrè in hoc ſenſu eruditiſſimums noſter Lorinus ad calcem Pſalm.71. ſcribit,*cùm expreſſum hic ſit nomen patris Dauid, videre ſcilicet exaggerationem diuinæ liberalitatis , ac propria quoque laudis ipſius Dauid , quando apponitur patris nomen ; non ſolùm quòd ex tam humili radice Rex , ſed tantus Propheta extiterit*. Quid quòd Moyſes cùm maximis eſſet à Deo ſupra omnes Prophetas muneribus cumulatus , quippe cùm Deus cum illo vti amicus cum amico loqueretur;in ſeipſo,nihil aliud,nec videbat, nec in monumentis ſcriptum eſſe voluit , quàm vt ſeruus Dei, mortique,vt cæteri hominum ſubiectus , & in valle ſatis obſcura & impura ſepultus ſine

Humilis ſua dona non videt.

Genef.25.

Rara Dauid humilitas.

Genebrar.

Summ genus abiectum detegit humilis.

2.Reg.20. Lorin.

Rara Moyſis humilitas.

E honore vllo ſepulturæ , mortalibus videlicet ignotæ, habeatur,& prædicetur ; ipſius enim illa Deuteronomij verba eſſe creduntur ante obitum præſcripta. *Mortuus eſt Moyſes ſeruus Domini in terra Moab iubente Domino , & ſepeliuit eum in valle terra Moab contra Phogor , & non cognouit homo ſepulchrum eius*. Deut.34. Timuit ſcilicet humilitatis amator , ne ſi non ſe mortuum dixiſſet, ac ſepultum , Iſraëlitæ immortalem arbitrarentur;aut ſi glorioſum eius ſepulchrum , & mortalibus conſpicuum remaneret , ne fortè illius re-

Deut.34.

A liquiis diuinum quendam honorem illi poſteri omnes deferrent ; *quamobrem* (inquit Ioſephus) *Moyſes ſe ipſum in ſacris voluminibus mortuum prædicauit, veritus ne propter excellentem virtutem a Deo raptum prædicarent*. lib.4. antiq. cap. 8. Adeò propria eſt , & quaſi congenita ſanctis viris humilitas, quæ ſuas cuique virtutes, meritáque occultat ; vt etiam poſt hanc vitam in extremo iudicij die cùm iam omninò conſtiterint extra omne periculum arrogantiæ , vanæque elationis ; ſua fraternæ caritatis opera , quibus procul dubio ſempiternam gloriam promeruerunt , nec videant oculis, nec memori animo recordentur. Cùm enim Dominus illorum opera ſigillatim enarrabit. *Dediſtis mihi manducare,& bibere;operui-*

Ioſeph.

Suam Moyſes mortem ſcripſit.

Humilem latent ſua virtutes.

B *ſtis me ; viſitaſtis* : ipſimet ſuorum obliti operum ſciſcitabuntur : *Domine, quando te vidimus eſurientem,ſitientem,nudum*. Matth.25. Quid hoc eſt,viri ſanctiſſimi ? an neſciebatis quod pauperibus impenditur, Chriſto Domino (vti ipſe vos docuit) impendi ? Dein ſi huiuſmodi opera miſericordiæ in Chriſti obſequium , & amorem exercuiſtis, nunc vbi ſenſus , memoriáque viuacius vigent, obliti prorſus ignoratis?*Vide* (inquit Theophyl.) *Sanctorum candorem quomodo propter modeſtiam negent ſe illum paui ſſe*. Proprium vtique eſt virtutis athletis , vt modeſtos ſe præbeant , & proprias virtutes occultent , etiam coram Deo, quem nihil omninò lateat , atque in die iudicij , vbi iam nullus erit ſuperbiæ locus , & vbi omnia tum fa-

C cta , tum cogitata patebunt. S. Anſelm. non ad obliuionem huiuſmodi bonorum operum refert , ſed ad quandam diffidentiam eorundem, quæ ſolet eſſe magnum veræ humilitatis argumentum. Sic enim effatur. *Non diffidunt de verbis Domini , ſed ſtupent de tanta ſublimatione , vel de maieſtatis eius magnitudine ; vel quia videtur paruum eſſe, quod egeram bonum*. Nimirum ante oculos habent viri ſancti,Apoſtolicum illud : *Non ſunt condigna paſſiones huius temporis ad futuram gloriam*. ad Rom.8. Et quicquid licet arduum , ac difficile in hac vita pro cœleſti gloria ; ad quam anhelant, moliuntur, ad illius comparationem nihili æſtimant ; quamquam maioris multò perfectionis eſt Dei obſequium ; & amorem,etiam merce-

Matth.25.

Theoph.

D.Anſelm. *Diffidentia humilis.*

ad Rom.8. *Amor in Deum non mercenarius.*

D di cœleſtis gloriæ anteferre. Purus enim amor mercenarius non eſt. Et (quod egregiè ſcripſit S.Ambroſ.) *Imitatores Chriſti non propter ſpem boni ſunt, ſed pro amore virtutis*. in Pſalm.72. ad finem. Quare licèt nullum virtuti præmium foret propoſitum , ipſa tamen virtus digna eſt , quæ à rationali animo per ſe vehementer expeteretur. Diſſeruimus hucuſque de humilitate hominum Sanctorum , quæ licèt præclara , & admirabilis, explicari tamen poteſt ; at quam beatiſſima Virgo Dei mater in ſe habuit , Deóque exhibuit, quis quæſo mortalium , aut etiam beatorum ſpirituum dignè prædicabit ? Illa ſcilicet cuius ſanctitate poſt Deum nulla maior , imò nec illi par aut eſſe,aut cogitari poteſt, ancillam ſe Dei, cùm

S.Ambr.

Ipſa homini virtus præmium eſt

E in matrem ab ipſo ſuam eligeretur , appellabat. *Ecce ancilla Domini , fiat mihi ſecundùm verbum tuum* ; Luc. 1. ad quem admirandæ humilitatis actum Verbi Diuini conſecuta eſt incarnatio ; vt meritò dicere liceat poſt Dei gratiam , & amorem Beatiſſimæ Virginis humilitati deberi Verbi incarnationem. Sic enim Virgo ipſa ſanctiſſima myſterium aperuit. *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo,nardus mea dedit odorem ſuum*. Cant.1. Enimverò accubitus iſte Regis cœleſtis , Verbi ſcilicet, cui omnia dedit Pater in manus , intelligitur ſinus

B.Mariæ humilitas. Luc.1.

Humilitas B.Mariæ Deum attraxit. Cant.1.

D. Aug. D Greg. Rupert. D. Bern.

ſinus æterni Patris, æternáque felicitas, iuxta D. Auguſt. lib. 1. de Trinitate, cap. 8. S. Gregor. & ad hunc locum, & lib. 35. moral. cap. 13. Rupert. atque Bernard. Ad illum igitur cœleſtis Regis accubitum ſeu potiùs ad verbum ipſum in ſecreto æternæ felicitatis, atque in ſinu Patris conſiſtens nardi fragrantia, hoc eſt, Virgineæ humilitatis odor ſuauiſſimus penetrauit; indéque Verbum ad incarnationis myſterium peragendum, & inuitauit, & adduxit. Per nardum quippe humilitas deſignatur, vti S. Bernard. in hunc modum ediſſerit: *Bonus humilitatis odor, qui de hac valle plorationis aſcendens, perfuſis circumquaque vicinis regionibus ipſum quoque regium accubitum grata ſuauitate reſpergat.* ſermon. 42. in Cant. Quod autem hæc intelligantur de humilitate Virginis B beatiſſimæ, quam Deus maximè ad incarnationem deſcendens reſpexerit, idem Bernard. oſtendit iſthæc adiungens: *Quid eſt aliud: Nardus mea dedit odorem ſuum; quàm placuit mea humilitas? non mea ſapientia, non mea nobilitas, non mea pulchritudo, quæ nulla erant mihi; ſed quæ ſola inerat humilitas, dedit odorem ſuum, id eſt, ſolitum. Solito placet Deo humilitas; ſolito planè Deus humilia reſpicit; & ideò cùm eſſet in accubitu ſuo, id eſt, in excelſo habitaculo ſuo; accubitus enim Regis ſinus eſt Patris, quia ſemper in Patre Filius: illuc quoque humilitatis odor aſcendit.* Hæc S. Bernard. Pulcherrima ſanè, ac pretioſiſſima virtutum omnium eſt humilitas, cuius odor ſuauiſſimus aſpirat vſque ad ſinum æterni Patris, ipſumque Verbum mira ſua C perfundit ſuauitate.

D. Bern.

Mira fragrantia humilitatis.

SECTIO III.

Timuit Iacob valde: & perterritus diuiſit populum qui ſecum erat: greges quoque & oues & boues, & camelos in duas turmas, dicens: Si venerit Eſau ad vnam turmam, & percuſſerit eam, alia turma, quæ reliqua eſt, ſaluabitur. Dixitque Iacob: Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Iſaac: Domine qui dixiſti mihi: Reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi: Minor ſum cunctis miſerationibus tuis, & veritate tua quam expleuiſti ſeruo tuo.

Timor ex infirmitate.

1. TImuit *Iacob valde.*] Homo erat, humani à ſe nihil alienum putabat, quòd in fratris cum quadringentis viris aduentu pertimuerit. Hominem in turbidis rebus metuere, perturbarique propriæ infirmitatis eſt; maximè quia conſcius erat ſe non benè de fratre meritum. Cæterùm hæc perturbatio nequaquam tollit fidem promiſſorum, quæ a Deo acceperat. Poterat quidem vereri, ne iratus frater aliquam ederet ſtra- E gem, ac ſimul tamen credere, ſuum à Deo ſemen aliqua ſibi ignota ratione conſeruandum; quòd autem timor iſte propter Dei promiſſiones Abrahæ factas, ſua, & ſuorum morte in vanum fortè ceſſuras Iacob animum exagitaret, Procopius optimè animaduertit, hoc modo: *Timebat Iacob, ne repentè ſemen Abrahæ intercideret, in quo expectabat, vt promiſſiones Dei euentum ſortirentur.* At timor quidem nonnunquam laudabilis, interdùm vitio, & probro datur. Enimverò increpatur vanus timor illorum, qui *illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Pſalm. 52. Timor vtique puerorum eſt, quibus nos eſſe perſimiles non vult Apoſtolus, cùm ait: *Nolite pueri effici ſenſibus.* 1. Corint. 14. Etenim (vt egregiè interpretatur S. Chryſ.) *pueri etiam terribilium rerum nullam ducunt rationem; ſed ſæpè etiam in ignem manus immittunt, perſonas autem inanes videndo pertimeſcunt.* homil. 36. in 1. Corint. Sic nos miſeri, nec peccata, vti ſunt horribilia, nec mortem animæ ortam ex illis; nec ipſam denique cum diabolo gehennam timemus, ſed ſponte quærimus, & amplectimur. Contrà verò paupertatem, humilitatem, caſtitatem, aliáſque huiuſmodi rerum ſanctiſſimarum, & pulcherrimarum B ſpecies, tanquam orci furias, ac tartari laruas reformidamus, & execramur. Ad virtutis aſpectum, imò & nomen horreſcimus, non quòd aut deformis, aut inſuauis illa ſit, ſed quòd ardua, difficiliſque homini videatur; tam latè ſcilicet patens, vt perfectè illam conſequi rarò aut nunquam in tota vita quis poſſit. Cæterùm, etſi verum hoc ſit, eſt tamen, quod hominem in ſtudio virtutis adeò interminatæ conſoletur, vti S. Gregor. Nyſſen. philoſophatur ad hunc modum: *In virtute hunc perfectionis terminum eſſe dicimus, quòd nullus in ipſa ſit terminus; etenim virtutis id ipſum terminus eſt, quòd interminata ſit.* de virtutis aſſecutione quàm difficillima. Deinde ne quis in ea deficiat animo, ac langueſcat, hæc C adiungit: *Et ſi totum conſequi nequeas, tamen in omnibus, quæ bona ſunt, non paruum eſt lucrum (niſi deſipias) vel partem eorum aliquam conſequi.* de vita Moyſis. Enimverò ad magna & ardua, vel tantulum aſpirare laudabile multum eſt; & quantulacunque virtus omnia mundi bona mirandum in modum excedit; audendum igitur, & omni virium conatu in ſtudium virtutis incumbendum homini eſt. Quælibet enim bona operatio ſic animum oblectat, ſic ipſas quoque vires & ſuſtentat, & auget; vt quantò quis ſecundùm virtutem operatur, tantò valentior ſit ne labori ſuccumbat; tantóque fortiùs, & alacriùs ſubinde operetur; & ad maiora virtutum compendia vlteriùs rapiatur. Hinc il- D lud optime ſcribitur à S. Gregor. Nyſſ. *Solùm virtutis actio nutrit laborem, viréſque auget.* de vita Moyſis.

Procop.

Timor vanus.

Pſal. 52.

1 Cor. 14. S. Chryſ.

Peccator timet vt puer.

Vnde virtus difficilis.

D. Gregor. Nyſſ.

Nullus virtutis limes.

Lucra ex actione virtutis.

D Greg. Nyſſ.

2. Portò autem alter eſt laudabilis timor, cui aduerſatur temeritas, & proiecta, inſanáque audacia. Timendum ſcilicet eſt, vbi præſcribit prudentia. Rogauit noſtra ætate Rex iuuenili audacia exultans, cùm bellum ſanè arduum, ac ſummè periculoſum meditaretur, inſignem quendam, ac toto penè orbe celebrem ducem, qui bellum huiuſmodi multis verbis diſſuadere nitebatur: Cuius eſſet coloris timor? coloris (inquit) cordatorum, & prudentium; Rex igitur timere neſcius cum paucis, pene infinitos numero aggreſſus prælio, ſuæ vitæ, ac gentis, regni- E que miſerandum fecit naufragium, vt meritò Poëta luxerit: *O Rex malo noſtro intrepidus, noſtro exitio fortis?* Nimirum Reges ac Principes timeri volunt, non timere. Sed quicquid ſit de timore erga homines, erga Deum timor adeò illis neceſſarius eſt, vt abſque illo, nec Reges eſſe, nec regere benè poſſint; quod Rex ille prudentiſſimus, & ſanctiſſimus probè nouerat, cùm aiebat. *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram, ſeruite Domino in timore.* Pſalm. 2. Senſus eſt, quicumque aliis dominamini, & imperatis,

Timor laudabilis.

Exitialis audacia.

Timendus Deus à Rege. Pſal. 2.

ratis, aperite quæſo oculos, quos aliquando fulgor imperij perſtringit, & mūdanæ vanitatis nebula offundit; aures dein attigite, vt ſalutarem percipiatis doctrinam: Seruite Domino in timore; dum ſcilicet aliis timori eſtis, timete pariter Deum; cui quidem ſeruitis imperando: Dei videlicet ſerui, hominū verò domini; ne quæſo impetetis, vt qui timeri ab hominibus velit, ſed qui timere Deum, illiſque obedire, ac deſeruire contendat. Proh quàm periculoſum, infelixque erit imperium, vbi nulla timoris, & obſequij Dei aut ratio, aut recordatio habetur? *Monentur ergo Reges ſeruire, ac timere, quod quidem illis perdifficile reddit ſuperbia, vt luculentè oſtendit* S.Chryſ. *in regulo, cuius filius infirmabatur Capharnaum, non minus importuna, quàm indecora poſtulatione. Tanta certè eorum ſuperbia eſt, qui principatus præfecturáſque gerunt, vt neque calamitatibus victi ad humiliora deſcendant. Vade ille de quo Ioannes ſcribit, trahens illum dicebat: Propera, atque deſcende.* Ioan.4. homil.27. in Matth. Victus nempe regulus calamitate filij morientis ad precandum ſeſe demittit: ſed imperio tamen aſſuetus, ſuperbia, faſtúque tumens Dominum ipſum, cuius opem humilis homo implorabat, ſuperbus regulus imperiosè compellabat, deſcende. Addiderim noluiſſe Dominum intrare domum reguli, ne hominem honoris cupidum ſua præſentia (vti maximè cupiebat) honoraret, quod Abul. ſubnotauit, quæſt.7. in 4.Reg.5.

D.Chryſ.

Superbia principum. Ioan.4.

Abulenſ.

3. Ibi etiā animaduertit idem conſultò, & prudenter Eliſæum per nuntium mandaſſe Naaman Syro: *Vade, lauare septies in Iordane*; quod ægerrimè ferens homo recedebat, dicens: *putabam quòd egrederetur ad me, & ſtans inuocaret nomen Domini Dei ſui, & tangeret manu ſua locum lepræ & curaret me,* &c. hæc Syrus non modò lepra corporis, ſed animi quoque, ſuperbia ſcilicet infectus cum ſtomacho expromebat, pluris honorem, quàm ſanitatem faciens, aut certè iſtam ſine illo tenuens, honorari, quàm ſanari malebat. ſuperbiam igitur hominis perſpectam curare volens Propheta, nō illi fores aperuit, non illum intrò excepit, nō foràs egreſſus affari dignatus eſt; quod Abul. ita expreſſit: *Non exiuit ad eum propter aliqualem faſtum Naaman, quia ipſe volebat quòd exiret ad eū Eliſæus, & honoraret eū, & ſic ſanaret ipſum, ſed miſit nuntium,* &c. hæc Abul. loco citato. Hæc noſtra vanitas, & innata ſuperbia: hic inſanus honoris appetitus, toti quanti ſumus lepra ſcelerum ſcatemus miſeri, & fatemur ante confeſſarium & nihilominus honorari ab illo volumus, aſſurgat nimirum comiter, humiliterque alloquatur, excipiat honorificè, audiat, non obiurget aſperiùs; præſtet in primis honorem, deinde ſalutem animæ, Deique gratiam (vt miniſter eſt illius) operetur. O dedecus, ô dementia! nec ipſam ſalutē animæ, cœlique gloriā abſque inani, & ridiculo mundi honore admittimus, volumuſque? Curare igitur priùs voluit Propheta ſuperbiam Syri, quàm lepram: animam in primis, deinde corpus ſanare. Proinde hominem in humilitate exercuit, atque etiam obedientia, qua principis arrogantia deprimeretur. *Nam cùm qualibet aqua ſatis eſſet ad huiuſmodi ablutionem; præſcribit tamen homini, vadat in Iordanem, ſeptieſque illo amne lauetur.* Nimirum (vt animaduertit Abul.) *propter meritū obedientia.* q.10. Quæ duæ virtutes, humilitas, & obedientia eximiam ſolent ante Deum pro homine legationem ſubire. Sanus igitur animo & corpore Naaman, iam nunc humilis, & ſupplex, longè videlicet illo minorem ſe reputans rogat: *Tolle quæſo benedictionem à ſeruo tuo.* 4. Reg. 5. vbi optimè occurrit

Naamā ſuperbia. 4.Reg.5.

Cura honoris ambitio. Abulenſ.

Primus honor ante cōfeſſarium.

Abulenſ. *Humilitas & obedientia impetrans.*

4 Reg 5.

Ben.Fernand.in Geneſ.tom.3.

Caiet. *munera appellat benedictionem, eo quòd non vt merces, ſed loco gratiarum prodibant ab anima eius.* Obiter expēde eleemoſynam vocari benedictionem, tum quia in gratiarum actionē pro acceptis à Deo beneficiis, homo eidem refert in paupere; tum etiā, quia Dei beneficium eſt, quòd homo pro eiuſdē obſequio pauperibus eroget eleemoſynam; quippe cùm exinde à Deo benedictionem recipiat, quia non ſolùm corpori, & animo dantis eleemoſynā Dei miſericordia, & gratia rependatur: ſed etiam (quod experientia quotidiana comprobat) ipſamet ſubſtantia rei familiaris, & pecunia; vnde pauperibus manauit ſubſidium, nouis inſuper magniſque incrementis augeatur.

Caiet.

Eleemoſyna benedictio.

Grande lucrum eleemoſynæ.

4. *Diuiſit populum.*] Timuit quidem Iacob, ſed non animo conſternatus ita ſuccubuit, vt veluti clauo rationis amiſſo ſui neſcius; & oblitus conſilij, tanquam in incertum fluctibus, & ventis traderetur. Egregiè ſiquidem omnia diſpoſuit, duas velut acies conſtituens, ita vt pretioſiſſima quæque vltimo eſſent loco. Quare ſecundæ agmen extremum Rachel, & Ioſeph, cariſſima pignora, ſuauiſſimique affectus claudebant. Videlicet irruens in acies Eſau in priorem furorem omnem expromet: ab altera ſubinde cædendo vlterius iam bene ſatur, expletáque iracundia prorſus abſtinebit; aut illa, interim dum bellicus gliſcet furor, opportunum effugiendi locum habebit. Prudens quidem, ſanctúſque vir, & Deo conſtanter fidit, & humanæ induſtriæ nihil amiſit. Quod luculentè admodum expendens S.Auguſt. hæc ſubinde colligit: *Admonendi ſumus hoc exemplo, vt quamuis credamus in Deum, faciamus tamen, quæ facienda ſunt ab hominibus in præſidium ſalutis, ne prætermittentes ea Deum tentare videamur.* q.102. in Geneſ. Regula quidem prudentium ea virorum eſt: vt in quolibet arduo negotio, ſic omnes quiſque humanæ induſtriæ neruos extendat, ſic vires expromat, ita conſulat, ſtudeat, deſudet, ac ſi à Deo nihil præſtandum foret: ſimúlque etiam ſic Deo confidendum, ſic illius imploranda gratia, præſidium expoſtulandum, ac ſi nulla vis, atſque humana exigeretur; Non ſine nobis noſtrum commodum vult Dominus operari, ſed vt cooperatores illi ſimus. Iactabatur tempeſtatibus in ſalo nauis, in qua Paulus vinctus Romā deportabatur; propéque erat naufragium; *Ergo Paulo oranti aſtitit Angelus Dei, dicens: Ne timeas Paule: Ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum.* Act. 27. certa igitur fides ſalutis omnium vectorum; nullus omninò periturus, quicquid violentiæ à pelago intenderetur, quidquid mali nauis incurreret: Cæterùm paulo poſt periclitante amplius naui, & vt ſcribitur: *Nautis quærentibus fugere de naui, cùm miſiſſent ſcapham in mare, dixit Paulus Centurioni, & militibus: Niſi hi in naui manſerint, vos ſalui fieri non poteſtis.* Act.27. Quid ita Paulus loquitur? An non dixit Angelus neminem è vectoribus periturum: cur igitur nunc omnes peribunt, ſi nautæ diffugiant? Anne verbum Dei prorſus infallibile, eiuſque indubitata promiſſio, imo & poteſtas omniū operatrix nautas exigit, & a nautarum induſtria, miniſterióque dependet? *Dixit Paulus* (occurrit hoc loco S. Chryſ.) *vt detineat nautas, & prophetia non excidat.* Nimirum ex diuino decreto cuncti vectores è periculo incolumes erant euaſuri, ſed tamen ea ratione, vt nautæ regerent, ac deducerent, nauim; ſcapháque præſtò eſſet, in qua poſt, alios alij in portum educti demum exilirent; nec enim ſine induſtria, laboréque hominum iiſdem opem Deus præſtare decreuerat.

Timor non prudentia.

D.Auguſt.

Homo cooperatur Deo.

Act.27.

Hominis induſtria cum Dei gratia.

D.Chryſ.

5. Idem ægrotanti Ezechiæ Regi accidiſſe legimus; miſſus enim Iſaias à Deo nuncius Regem ſic eſt allocutus. *Hæc dicit Dominus Deus: audiui orationem tuam: Ecce ego adijciam ſuper dies tuos quindecim annos*,&c. Iſai.38. Certus igitur factus Propheta de futura ſanitate Regis; nihilominus vt ſcribitur: & iuſſit Iſaias, vt ſumerent maſſam de ficis, & cataplaſmarent ſuper vulnus, & ſanaretur. Iſai. 38. Poterat quidem Deus Regis vlcus ſua virtute ſanare, ſed noluit abſque medicina cooperatrice, quòd & induſtriam humanam exigeret, & medicorum artem egregiè commendaret; quare optime animaduertit Sanctus Hieron. *Iuxta artem medicorum omnes ſanies ſiccioribus ficis, atque contuſis in cutis ſuperficiem prouocatur; ac per hoc oſtendit non ſpernendam eſſe medicinam, quæ vſu conſtet, & experimento, quia & hanc fecerit Deus.* Planius ad noſtrum inſtitutum S.Baſil. ex his iiſdem verbis Iſaiæ colligit hanc ſententiam. *Cùm omnem incolumitatis ſua ſpem habere in manibus medicorum, plane iumentorum ſimile ſit, tum hoc, omnes penitus, quæ ab ea proficiſcantur vtilitates fugere hominum eſt valde in ſua ſententia pervicacium.* in Reg. fuſius diſputatis, interrogat. 55. ſumendum igitur eſt præſidium medicinæ, ſed Dei potentiæ, ac miſericordiæ potiùs credendum, & ab ipſis ſperandum. Etenim vt S. Cyril. Alexandrinus, Procop. Gloſ. Interlinearis, Lyran. & Hebræi animaduertunt, medicamentum illud ficorum regio vlceri noxium erat; ne videlicet arbitremur certius in medicina, quàm in Dei virtute præſidium eſſe poſitum; quinimò nobis demonſtraret Dominus abſque ſua ipſius voluntate hominum remedia, nec prodeſſe, nec obeſſe ægrotis poſſe; fierique ſæpiùs, vt deluſa medicorum arte, vel etiam contrariis, & noxiis aliquando adhibitis medicamentis à Deo ſanitatem effici: *eſt enim* (vt ibidem adnotauit S. Cyril. Alex.) *paradoxorum, & incredibilium ſemper effectrix manus omnipotentis, & hæc nimirum manus opitulatrix meat per ea, quæ ſunt à communi opinione abhorrentia.* Naturæ ſiquidem conditor ſupra naturam plurima operatur, vt illius virtutem potiùs, quàm naturæ vires, artiſque humanæ ſubſidium, & quæramus, & revereamur.

Iſai 38. — Medicina commendatur. — D.Hier. — D.Baſil. — Supra medicinã Dei potentia. — Cyril.Alex. — Deo, quàm arti magis fidendum.

6. Iubetur viduæ Sareptanæ, cui ſumma in egeſtate conſtitutæ miſericors Deus abundè victum largiri decreuerat, vti prius Eliæ Prophetæ de lecytho olei, ac de pugillo farinæ, quæ duo tantùm mulieri ſupererant, placenulam faceret; quo facto miraculum adeò memorandum eſt conſecutum, vt amplius toto ſterilitatis tempore, nec oleum, nec farina deficeret. 3. Reg. 17. Non enim ſine illa viduæ miſericordia erga Prophetam Dei miſericordia miraculum adeò eximium voluit operari. Rectè igitur D. Ambroſ. ſcripſit: *Vidua, quæ ſuſcepit Eliam, & exiguo cibo perpetuum toto tempore famis inuenit alimentum, & mercedem accepit mirabilem, vt nunquam de lecytho oleum, & de hydria farina deficeret.* lib.1. de Abraham cap. 5. Vide quanto cum fœnore lucrum recipiat; quæ pro Deo pauperibus datur eleemoſyna. Non conceditur ignauis, atque otioſis Dei gratia; nec altera ſubinde vidua de vxoribus Prophetarum per Eliſæum diuino miraculo immenſam olei copiam accepit, quin priùs illa diligenti ſtudio, & vaſa hinc inde comparauerit, & ſigillatim effuſo, ac ſuccreſcenti oleo repleuerit. 4. Reg.4. Ad hæc fuit hoc miraculum veluti præmium bonorum operum, quæ aliquando maritus huiuſce mulieris edidit: Theodoretus enim quæſtione 14. in 4. Reg. cum aliis arbitratur hunc fuiſſe Abdiam Achabi diſpenſatorem, qui Prophetas Domini ſeruauit, aluítque. 3. Reg.18. vt ſcilicet in vxore vidua, & orfanis liberis eximiam in Dei ſeruos pietatem viri & parentis Dominus perſolueret. Denique ſecundùm hanc Theologiam diuinæ gratiæ humanam curam exigentis cooperatricem Iacobus Apoſtolus admonet: *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis.* Iacob. 4. Vbi altera ſine altera nequaquam ſortitur effectum. Cæterùm quod ſubtiliter expendit Caietan. diligenter animaduertendum eſt. *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis*, ait Apoſtolus, *non quod* (inquit Caiet.) *noſtra appropinquatio præueniat Dei gratiam ſimpliciter & abſolutè, ſed appropinquatio noſtra effectus gratiæ præuenientis præuenit hanc ſpecialem gratiam appropinquationis diuinæ, vel per gratiam gratum facientem, vel per augmentum gratiæ.* Hunc etiam locum eruditè interpretans noſter Salmer. apponit: *Appropinquate per preces nimirum, & orationes agitatis huc, atque illuc à dæmone tentante. Sed niſi ipſe vocet, & præueniat, quis poterit appropinquare? at ipſe certè ſtat ad oſtium cordis tui, & pulſat. Si aperis, intrat ad cænam tecum, & pugnat pro te contra dæmonem.*

3.Reg 17. — Cooperari gratia diuina. — D.Ambr. — Eleemoſyna fœnus. — 4.Reg.4. — Theodor. — 3.Reg.18. — Cooperari diuina gratia. — Iacob.4. — Caietan. — Præueniens gratia præuenitur. — Salmer.

7. *Dixitque Iacob.*] Poſitis ergo quæ conſilium humanum & induſtria exigebat; alterum ſubinde quod requiri potius ad negotij felicem exitum, & primum habere locum diximus, Iacob aggreditur; videlicet ad impetrandam Dei gratiam, & virtutem, ſine qua in nihilum recident humana conſilia, induſtria, conatúſque. Illámque Iacob per orationem à Domino expoſtulat; eſt enim oratio aptiſſimum inſtrumentum ad impetrandam Dei miſericordiam. Mirum eſt, quid ſit cur cùm multa expetantur, ad conſequendam animæ beatitudinem, tum vel maxime valere oratio videatur. Enimverò Dominus de aqua diuinæ gratiæ cum Samaritana differens adiungit: *Si ſcires donum Dei, & quis eſt, qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forſitan petiſſes ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam*, Ioan.4. Senſus hic eſt: Si ſcires ô mulier donum Dei; Græcè additur articulus magni momenti, illud donum τὴν δωρεάν, inſigne illud donum Dei, videlicet, filium eius datum hominibus vt vitam æternam habeant; iuxta illud: *Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret*,&c. Ioan. 3. ſcites quoque hunc filium Dei eſſe eundem, qui tecum hîc loquitur: vtique ἂν ᾔτησας αὐτόν, ſic legitur Græcè; ſtatim petiſſes illum, hoc eſt, illi orationem tuam offerres æternam ſalutem implorando: oránſque demum impetrares, & gratiam, & vitam ſempiternam. Itaque ſi crederes, orares; ſi orares, impetrares beatitudinem. Tanti Deus noſtram æſtimat orationem, vt illi poſt diuinam miſericordiam, quæ bonorum omnium fons eſt, noſtram ſalutem maximè acceptam referendam oſtendat. Nihil profectò animæ dulcius, nihil pretioſius oratione; Nam vt benè S. Ambroſ. ſcribit: *Orationibus deuota ſaginatur anima.* ſerm. 27. Pinguefacta igitur, pulchra imò & viribus aucta, robuſtaque anima nihil pro Dei obſequio, vel arduum, ac difficile non aggreditur. Quod in ſe ipſo Dauid expertus Deum affatur: *Manè aſtabo tibi, & videbo.* Pſal.5. Hebr. אערך *egherac*, inſtruam, diſponam, ordinabo ſcilicet tibi preces; verbum eſt militare. Ducã ſcilicet, velut in aciem

Mira vis orationis. — Ioan.4. — Ioan.3. — Oratio valet ad beatitudinem. — D.Ambr. — Pſal.5.

preces

Armat & pugnat oratio.

preces meas, quibus armatis, & præliantibus vim regno tuo faciam, pectus tuum, & viſcera impugnabo, aures tibi feriam, extorquebo denique violenter voluntatem tuam expugnās, quod orando expoſco; inſtruam quoque preces, aut me in precibus armabo, vt difficillima quæque negotia fortis, audaxque aggrediar: vti Iacob in graui illo periculo aduentantem fratrem, quem offenderat, oratione ſeſe obarmat, munitque.

Oratio fœcunda.

8. Et quidem prudenter Iacob orationem adhibet, non ieiunam ac ſterilem, ſed plurimis fœcundam virtutibus, mirabili ſiquidem artificio gratiarum actionē, confeſſionem propriæ vilitatis, fiduciam in Deo ſuæ obſecrationi admiſcet. Refert inprimis gratóque animo celebrat Dei miſerationes, ac beneficia, quibus fuerat affectus, quorum grata recordatio, ac commemoratio Deum maximè oblectat, & ad noua maioraque ſubinde conferenda obligat, ac penè compellit.

Gratitudo erga Deum. Lyppom.

Benè Lyppoman. expendit: *Gratias Deo de præteritis agit beneficiis, vt dignum ſe futuris exhibeat. Non enim accipiendus eſt idoneus, qui de exhibitis minimè gratus exiſtit.* Certa nimirū illa cenſetur S. Chryſoſt. ſententia: *Deo nihil gratius, quam & ſibi, & aliis gratum eſſe pro beneficiis collatis.* homil. 2. in 1. ad Corinth.

D. Chryſ.

Principum gratitudo erga Deum.

Iccircò Dauid principes, & magnates ſæculi, qui bonis à Deo datis mirandum in modum, ſupra omnes affluunt, ad gratam animi Deo reddendam ſignificationem ita exhortatur. *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſperate in Domino.* Pſal. 4. Quaſi dicat, iuſti eſtote erga Deum; Deo quæcumque accepiſtis rependite, obſequio nimirum, amore, gratiarúmque actione, quæ tam pio, tam beneuolo, támque magnifico benefactori iure optimo debentur.

Pſal. 4.

Execrabilis ingratitudo.

Quis autem ingratum hominem non execratur? Vile quidem, abiectúmque vitium, quin etiam porcinum dixerim ingratitudinem. *Beatus quippe vir qui in via peccatorum non ſtetit*, dicitur Pſal. 1. Sed quis iſte erit, qui ſtat in via peccatorum? *Sicut ij* (reſpondet Clem. Alex.) *qui cùm dominum videantur timere peccant, vt porcus. Eſuriens enim clamat, repletus autem non agnoſcit dominum.* ſtromat. 2. refertque hanc olim fuiſſe huius loci explicationem à S. Barnaba Apoſtolo traditam.

Pſal. 1. Clem. Alex.

Egregio ſanè porcorum typo ingrati homines exprimuntur, illud quidem animal, vt ſpurcum eſt, ſequitur præeuntem porcarium, grunnitúque ſuo applaudit, & blanditur quodammodo ſiliquas excutienti, ad cibúmque vocanti; at deinde glandibus ſuffarcinatum relicto porcario in volutabrum, cœnúmque regreditur.

Ingratitudo porcina.

Sic habent ingrati homines Deo, dum illius dona ſuſcipiunt, & donantem agnoſcunt, & aliqualem eidem habent gratiam; at ſubinde donorum obliti, Deúmque neſcientes, ad vomitum ſuorum ſcelerum, & in ſtercora peccatorum reuertuntur. Itaque porcinum vitium ingratitudo eſt.

9. Nihil planè Dauid in memoria ſic expreſſum, viuúmque habebat, nihilque frequentius in ore gerebat, canebat in pſalmis; ſcriptíſque mandabat, quam Dei beneficia, quibus humilem, ac vigem rependebat gratiam.

Dauid gratitudo erga Deum. Pſal. 3.

Tu autem Domine (aiebat) *ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.* Pſal. 3. Quibus verbis compendioſè Dei munera commemorantur. Tu ſcilicet, ô Domine mihi clypeus es, mea defenſio, vndique me ab omnibus, tum animæ, cum corporis munitum habes periculis; tu es gloria mea, quam hodie inter mortales poſſideo, regno, fa-

Ben. Fernand. in Geneſ. tom 3.

milia, opibus, honoribus, victoriis, & triumphis à te factus ſum clarus, & glorioſus; & quam in cœleſti regno poſt hanc vitam ſpero, gloria tu mihi es. Tu exaltans caput meum: à caula ſcilicet in aulam, à pera in purpuram, à pedo in ſceptrum, à captis ad regnum, a plectro in triumphos: tuum eſt quicquid magni, & boni habeo; & in tribulationibus, quæ animum debilitant, ceruicem deprimunt, totum proſternunt hominem, in ſpem, in fiduciam, in veram lætitiam, mirandámque patientiæ voluptatem erigis: tandémque, (vt ſpero) emenſo vitæ curriculo cum tuis amicis illud à tuo ore excipiam: *Reſpicite & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra.* Luc. 21.

Chriſti gratitudo.

Luc. 21. D. Auguſt.

S. Auguſt. verba Dauidis interpretatur de Chriſto homine, qui gratias agit Deo ob diuinitatis cum humanitate hypóſtaticam vnionem. Sic enim ſcribit: *Tu autem Domine ſuſceptor meus es, ſecundùm hominem dicitur Deo, quia hominis ſuſceptio eſt Verbum caro factum. Gloria mea, gloriam ſuam Deum dicit etiam ille, quem ſic ſuſcepit Dei Verbum, vt ſimul cum eo Deus fieret. Diſcant ſuperbi qui non libenter audiunt, cùm eis dicitur: Quid gloriaris quaſi non acceperis.* Profectò cùm tam variis, tam præclaris, tam continuis à Deo beneficiis affecti ſimus, hoc vnum ſi ratione ſenſúque vtimur cauere debemus, ne peccando ingrati ſummo benefactori habeamur; quod quidem vitium ipſis etiam inferni incendiis horribilius eſſe putandum eſt; vt eleganter ita propoſuit S. Chryſoſt. *Si non tanti gehennam fecerimus, ut nobis gehenna formidabilius ſit, vt in talem, ac tam beneficum amicum* (Deum ſcilicet) *ingrati videamur & perfidi.* homil. 7. in 1. ad Corinthios. Quamobrem ſi à peccando nos gehennæ timor non auertit; ingratitudinis (quod peccantes incurrimus) deteſtabile malum nos deterreat.

D. Chryſ. *Gehēna horribilior ingratitudo.*

10. Dein orationem vt accepta, gratáque Deo ſit, humilitas comitari debet: ſic Iacob cum Deo agens; *Minor* (inquit) *ſum cunctis miſerationibus tuis.* Nulla equidem, vel minima gratia, vel miſeratione tua dignus ſum.

Humilitas in oratione.

L X X. tranſtulerunt, ἱκανοῦταί μοι, *ſufficiat mihi*; ſenſus eſt, plus ſatis, & plus quam merear in me hactenus contuliſti. Chald. vertit, *minora ſunt merita mea omnibus miſericordiis, & beneficiis, quæ feciſti cum ſeruo tuo.* Aquilas vertit. *Elongatus ſum ſupra omnes miſericordia, & veritate. Verba quidem ſunt* (ait Procop.) *gratitudinem declarantis: quaſi diceret: ſatis mihi eſt, & abundat.*

Aquil. Procop.

Nimirum facta comparatione ad merita mea, quæ paucula, & penè nulla ſunt. Sic Iacob indignum ſe Dei beneficiis iudicans futuris dignum ſe reddit; Deus enim humilibus dat gratiam: fieri enim haud ſolet, nec poteſt, vt verè humilis apud Deum iritas, & infructuoſas preces effundat.

Humilis orando impetrat.

Quid quæſo magis diſplicet agricolæ, quid miſer vehementius dolet, ac deflet, quàm ſi adulto vere ſegetem contemplatus grandes, & latos conſpiciat calamos, in iiſdem horrere ſpicas longioribus ariſtis, directóque in altum culmo ad leuem quemlibet motari flatum. Signum planè ſterilitatis; multum glumæ, paleæ, ventique; at parum, propéque nihil grani, & tritici; at ſi fruges onuſtis, & prægrauibus premuntur ſpicis, dorſúmque in terram velut humiliatæ inclinantur, ſignum vbertatis: voti compos exultat, tripudiat agricola; ſic ergo habet anima: Vbi elatio, ibi vanitas; virtus nulla, vbi humilitas, propriíſque ſenſus, & iudicij

 vilitas,

vilitas, & abiectio; ibi grande fructuum pondus virtutum, & gratiarum abundantia. Optime quidem vanitatem arrogantium vulgari quadam ſimilitudine S. Chryſoſt. exprimit his verbis; *Superbi mihi videntur accenſæ ſtupæ ſimiles eſſe; nam & illa poſt incendium, tumidum quid eſſe videtur, at modicum vero paſſa contactum, totum amiſit, omne cinere vilior apparent. Tales ſunt, & illorum animi; & quemadmodum aquatilæ ampullæ facile rumpuntur, ita & illi.* homil. 20. in Epiſtol. ad Rom. Videas etiam quotidie papyrum, panniculum, & quid aliud eiuſmodi, ſi comburatur, in latum veluti follem intumeſcere, quod ſi leuiter tangas, aut oris flatulo ventiles, illicò in auras, in fumum, in nihilum euaneſcere. Iactu etiam lapidis in aquam, ſubitò in orbes, girúſque aliis alios capaciores tota circumuoluitur piſcina; Itémque vbi vel fontis, riuulique præceps liquor decurrit, vel in arenam maris vndæ deſpumant, ingentes ebulliunt, flatuoſæque ampullæ, quæ tamen cùm nihil contineant ſolidum, diffluunt ſtatim, & diſparent. Hic eſt arrogantium, ac ſuperborum hominum, & vanus exitus, & ridiculus. At bonorum (vti vocat ibidem Sanctus Chryſ.) mater humilitas ſolidarum virtutum & cœleſtium gratiarum fructu (vbi habitat) fœcundam reddit animam. Et quidem Iacob vti verè humilis vilitatem ſuam, & indignitatem agnoſcit, minorem ſe dicens, atque indignum miſerationibus Domini, quod ita conſuetum eſt, & quaſi proprium viris ſanctis, vt tales eſſe non poſſint ſine iudicio iſto propriæ vilitatis; Quod Apoſtolus etiam iis, qui ſpiritu inter alios eminent ſic indicabat. *Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, attendens teipſum, ne & tu tenteris.* ad Galat. 6. Hoc ipſum idem Apoſtolus faciebat, iuxta illud: *Omnibus omnia factus ſum; Iudæis, tanquam Iudæus, &c.* 1. Corinth. 9. *Non vtique* (declarat S. Auguſt.) *vt ipſum delictum fallaciter ageret, aut ſe id habere ſimularet, ſed vt in alterius delicto, quod etiam ſibi accidere poſſet, attenderet; atque ita alteri tanquam ſibi ab altero vellet, miſericorditer ſubueniret. Sic cuilibet homini Paulus in errore, vel peccato conſtituto compatiendo, quia eſſe potuiſſet, tanquam qui ſe hominem cogitaret, omnia omnibus factus eſt.* Epiſt. 19.

D. Chryſ. Euaneſcit ſuperbia.

D. Chryſ. Humilitatis fœcunditas.

ad Galat. 6.

1. Cor. 9. Compaſſio proximi. D. Auguſt.

11. Minorem ſe quoque dicit veritate Domini, quam expleuit ſeruo ſuo, veritatem vocat Dei promiſſa, ſeu fidem in promiſſis explendis, quam Iacob ex parte iam expertus, confidit ſubinde de reliqua in futurum: vt ſicut fidelem, ac veracem hucuſque ſe Dominus illi præſtitit, talem ſic deinceps exhibeat. Bonus quidem, & magnus Dominus, ſolúſque inter omnes dignus cui noſtram ſeruitutem perpetuò addicamus: quippe qui ſeruos nunquam promiſſa fraudat mercede. Eius enim promiſſio ipſamet omnino veritas eſt. Et quidem veritas, quia veros ſeruos non fictos, vera merita non ſimulata reſpicit, ſanctitatis ad præmium, non alius humani reſpectus habet rationem. Icciteo qui auſus fuit regales ſeſe intrudere ad nuptias non habens veſtem nuptialem in ſempiternum damnatur. Matth. 22. Et meritò quidem, vti exp[illegible] S. Ambroſ. hoc pacto: *Ligatus in tenebras expellitur, non ſolùm quod peccator erat, ſed quia cùm peccator eſſet, ſanctitatis ſibi meritum vendicauit.* ſerm. 14. Dupliciter ille malus erat, & nudus gratia, vitiis coopertus: & nihilominus in diuina ſeſe intromittens, quod ſanctis hominibus deſtinatum eſt præmium, ſibi

Humilitas ad beneficia Dei.

Matth. 22.

D. Ambr.

Virtutis ſimulator.

A audacter, temereque arrogabat. Verè deinde Iacob ſe minorem diuina veritate, ſuaque merita multò inferiora Dei beneficiis, ac præmiis vocat. Vltra enim condignum Deus hominis ſoluit, quod & Petro, & cuicumque alij, qui ſua pro Deo reliquerit promiſſum eſt ab ipſamet veritate. *Centuplum accipiet.* Matth. 19. *Centies tantum nunc in tempore hoc.* Marc. 10. *Multo plura in hoc tempore.* Luc. 18. Quòd autem in Petro completa ſit hæc Domini promiſſio, ita S. Chryſoſt. oſtendit: *Quid obſecro magni Petrus dedit? Nonne rete confractum, & calamum, & hamum ſolum? ſed tamen terra illi vniuerſa domos Deus aperuit, & terram, & mare expandit. At nemo non in ſuas ædes illum vocauit, atque adeo bona ſua a ſe diuendita ad illius pedes de-* B *ferebant, neque enim in manus committebant, vt qui non id ſibi audentia ſumebant; tantum illi honorem vnà cum munificentia tribuebant.* in Epiſt. ad Rom. cap. 3. homil. 7. Itaque pauperculum piſcatorem & qui etiam illa ipſa retia & omnem deinde ſpem habendi pro Deo reliquit, ſic Deus omnipotens etiam in mundo honorauit, vt quaſi dominum illum rerum omnium familiarium & pecuniarum conſtitueret, & pro inſigni honore cenſuerint fideles, quòd ſua dona ad pedes piſcatoris exponerentur Actor. 4.

Dei præmia vltra merita hominum.

Matth. 19. Marc. 10. Luc. 18. D. Chryſ.

S. Petri poteſtas in mundo.

12. Plena in Deum fiduciæ oratio fuit Iacob, ex acceptis iam beneficiis in ſpem erigebatur. Confidens in Domino, quòd alia ſubinde vt promiſerat in ſeruum ſuum eſſet collaturus. Hæc eſt C illa fi[illegible] Deum, ſiue fiducia, quam frequenter commendant diuinæ literæ. *Beati omnes, qui confidunt in eo.* Pſalm. 2. *Non dixit,* (ait S. Aug.) *ſecure omnes, qui confidunt in eo, tanquam hoc ſolum inde habeant, quod non puniantur; ſed beati dixit, vbi eſt bonorum omnium ſumma, & cumulus.* Et cùm beatitudo cœleſtis ſit in primis immenſa Dei gratia, ſimulque fructus, & præmium bonorum operum hominis, mirum ſane dictu eſt, quòd beati dicantur qui confidunt in Domino, vt beatitudo illa peculiari quadam ratione fructus, & præmium noſtræ in Deum fiduciæ eſſe videatur. Hæc maxime Abrahamum ita commendauit, vt dignum fecerit, quem Dominus multis, & egregiis donis cumularet. *Credidit* (ſcribitur) *Abraham Deo,* D *& reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* ad Rom. 4. quem locum alibi iam explicauimus. Credidit, hoc eſt, confiſus eſt Dei promiſſis, quòd ſenex de vetula filium ſuſciperet: & quòd in ipſo filio, quem iubebatur occidere, ſuum eſſet ſemen multiplicandum, & in eodem gentes benedicendæ. Summè igitur placuit hæc Abrahæ fiducia; & quidem meritò; Nam (vt optimè diſſerit S. Chryſoſt.) *generoſiſſimi eſt animi, & philoſophicæ ſententiæ, & ſublimis cogitationis, & germanæ charitatis erga Deū: Deum quidem honorat quiſquis illius mandata implet: multo autem melius hic, qui fide philoſophatur; ille enim obedit, hic verò conuenientem de Deo opinionem accipit, eúmque glorificat, atque admiratur vehementius ipſa operum demonſtratione.* homil. 8. in Epiſt. ad E Roman. Magnoperè Deum honorat, qui ſuam fidem ſpémque in Deo reponit. Profectò ſi hæc fides ſpeſque in Deo diuitibus eſſet, & ſuæ animæ benefaciendo ſalubriùs, ſanctiúſque conſulerent, & pauperum miſeriæ meliùs leuarentur. Putant illi ſuam ſi erogent ſubſtantiam perditum iri, cùm pauperum amantibus grandia Deus, qui nec fallitur, nec fallit, etiam bonorum terreſtrium augmenta repromittat. Corui miniſterio Eliam Deus pauit in deſerto; Propheta miſſus à Deo in lacu leonum Danieli conſti

Felix in Deo fiducia.

Pſal. 2. D. Auguſt.

Fiducia ſummas beatitudo.

ad Rom. 4.

D. Chryſ.

Fidem Deo Deum honorat.

[illegible] ex eleemoſyna.

constitutis prandium apponit; imò & cœli aues
paſcit, & agrorum plantis vitam præſtat. *Et tu*
D.Cypr. (exclamat S. Cyprian.) *Chriſtiano Dei ſeruo ali-*
quid exiſtimas defuturum? Quid facit in domo fi-
dei perfidum pectus? quid qui Chriſto non credit, ap-
pellatur; & dicitur Chriſtianus? Phariſæ tibi magis
congruit nomen; Nam cùm Dominus de eleemoſynis
Luc.16. *diſputaret, Phariſæi irridebant eum.* Luc.16. *Quales*
nunc in Eccleſia quoſdam videmus, quorum præcluſæ
aures, & corda cæcata nullum de ſpiritualibus, ac ſalu-
taribus monitis lumen admittunt. lib. de opere, &
eleemoſyna. Prudens ille, felixque aiebat: *Deus*
Pſal.24. *meus in te confido, non erubeſcam.* Pſalm. 24. *Nec*
enim pudor eſt, & confuſio confidentibus in Deum.
Dan.3. Daniel.3.

13. Hæc vna eſt ſummarum laudum, quæ de
beatiſſima Virgine commemorantur: exclamauit
enim Elizabeth cùm à Virgine ſalutaretur: *Bea-*
Luc.1. *ta, quæ credidiſti, quoniam perficientur ea, quæ dicta*
Mira B. Mariæ fides in Deum. *ſunt tibi à Domino.* Luc. 1. Admirabilis fuit in
Deum fides Beatiſſimæ Virginis, admirabilis et-
iam in Deum fiducia; vtraque in verbo (*credi-*
diſti) intelligitur. Credidit Virgo Angelo Dei le-
gationem exequenti, Dei mandata referenti, Dei
incarnationem nuncianti. Credidit Deo myſte-
rium ſupra omnem creaturarum captum, & in-
telligentiam maximum operaturo. Eſt enim In-
Iſai 7. carnatio Verbi per antonomaſiam ſignum. *Da-*
bit Dominus ipſe vobis ſignum. Iſai.7. quod Rex He-
bræus, ne tentaret Deum, petere auſus non eſt.
Et quidem pulchrè in Hebræo Rege perfidia, &
cæcitas Iudæorũ Virginis partui aduerſantium
Procop. figuratur, & exprimitur; ad quem locum Pro-
Summum miraculum Virgo Deum pariens. phetæ, ſic eleganter diſſerit Procop. *Signum vobis*
etiam inuitis, ſignum (inquam) *quod omnium ſuperat*
opinionẽ, cuiuſmodi ne natura quidem ipſa nouit, Deus
largitur. Deus enim ex Virgine nullo nuptiali congreſſu
naſcetur; Iudæi dicunt puellam nuptam; ſed quomodo ſi-
gnum eſſe, vel quicquam poteſt eſſe admirabile, ſi quæ
virum paſſa eſt, mulier pariat? Eſt enim ſignum pro-
digioſæ cuiuſdam rei, & ab hominum conſuetudine re-
motæ demonſtratio. Signum igitur dictum eſt naſci il-
lum Emmanuelem ex ſancta Virgine. Hoc tam exi-
mium diuinæ bonitatis, ſapientiæ, atque omni-
potentiæ ſignum operari Deo tunc tandem in
ipſamet volenti ſanctiſſima Virgo credidit. Et
cùm eſſet affectu inſigniter humilis, tanto mira-
culo ſeſe idoneam haud reputaret; & cùm eſſet
creatura, Immensúmque illud diuinæ Incarna-
tionis pondus ſuſtinere non poſſet; credidit ni-
hilominus Deo ſumma illa omnia nuncianti, &
complenti vti Angelus promiſerat. *Spiritus San-*
Luc.1. *ctus deſcendet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit ti-*
bi. Luc. 1. Confidit Deo Virgo humiliſſima ſe,
cùm eligeretur in Dei matrem ab illo meritis, &
B. Maria digna Dei mater. gratiis cumulandam, ſcilicet, tanto filio dignam
fore. *Enimverò* (vt ſcribit luculentè S.Bernard.)
D.Bern. *Deum huiuſmodi decebat natiuitas, quæ non niſi de*
Virgine naſceretur. Talis congruebat Virgini partus,
vt non pareret niſi Deum: proinde factor hominum, vt
homo fieret, naſciturus de homine, talem ſibi ex omni-
bus debuit deligere, imò condere matrem, qualem & ſe
decere ſciebat, & ſibi nouerat placituram. Sic S.Bern.
homil.2. ſuper Miſſus.

14. Confidit Deo humiliſſima Virgo, quòd
in tanta, & ſub Deo maxima dignitate, ſic ab ipſo
confirmaretur, vt quemadmodum Virgo, ſic et-
Mira B. Mariæ humilitas & puritas. iam humilis eſſe non deſiſteret, nec virginitatis
iniuriam, nec humilitatis periculum incurreret.
Voluit quippe (adiungit Bernard.) *Deus, eſſe Vir-*
D.Bern. *ginem, de qua immaculata immaculatus procederet*
A *omnium maculas purgaturus: Voluit & humilem, de*
qua humilis & mitis corde prodiret. Dedit Virgini
partum, qui ei iam ante & virginitatis inſpirauerat
votum, & humilitatis prærogauerat meritum. Hæc
Bernard. *Ancillam ſe dixit, ancillam ſe ſemper ex-*
hibuit. Deuotus enim animus infulis beneficiorum cre-
ſcit ad obſequium, augetur ad gratiam, non ad arro-
gantiam proſilit. Hæc S.Petr. Chryſol. ſerm.142. D.Petr. Chryſ.
Quod quidem ſummæ admirationis eſt, vt Bern.
exclamat. *Quæ eſt hæc tam ſublimis humilitas, quæ*
cedere non nouit honoribus, inſoleſcere gloria neſcit?
Mater Dei eligitur, & ancillam ſe nominat. homil.
4. ſuper Miſſus eſt. O pulcherrimam, & ſuauiſſi-
mam virginitatis, & humilitatis in matre Dei
mixturam! has præcipuè virtutes in matre ſua
B Deus homo eſſe voluit. *Earum ſcilicet,* (ait S.
Bern.) *in ſe virtutum neceſſarium omnibus ſaluberri-* D.Bern.
múmque exemplum oſtenſurus. homil.2. ſuper Miſ-
ſus. Porrò cùm virginitas rara, & paucorum ſit, *Humilitas*
humilitas tamen, & communis, & omnium eſſe *ſummè ne-*
debet; nec enim in cœlum, vnde ſuperbi ceci- *ceſſaria.*
derunt, niſi humiles intrare poſſunt; nec ipſa-
met virginitas quicquam meriti habet apud
Deum, aut etiam ſtare poterit, ſine humilitatis
fulcimento. Quocirca D. Auguſt. optimè defi- D.Auguſt.
niuit: *Cuſtos virginitatis, caritas: locus autem hu-*
ius cuſtodis, humilitas. lib. de Virginitate, cap.51. *Humilita-*
& conſequenter virgines ita ſeq. cap. 52. allo- *te virgines*
quitur: *Pergite viam ſublimitatis pede humilitatis;* *ſtant, &*
Bona quæ vobis adhuc deſunt, tantò dantur faciliùs, *aſcendunt.*
C *quantò deſiderantur humiliùs.* Aſcendit pede humi-
litatis ad cœleſte regnum virginitas; manca illa
eſt, iacétque humi, quæ caret humilitate.

SECTIO IV.

In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, & nunc
cum duabus turmis regredior, &c.

1. EX edito colle, in quo Angelos viderat, &
caſtra Dei nominarat Iacob, ſubiectam de-
inde planiciem Moab, Iordanémque fluuium à
longe proſpiciens commemorat, quantum Deo
D ſuo debeat, quantis ab illo affectus ſit beneficiis.
Quippe cùm ſolus ſine comitatu, ſine vehiculo,
ſine cultu, paratúque rerum, ac familiæ, nimi-
rum pedes, atque inops cum ſcipione vtique aut
paſtoris, aut mendiculi è Chananitide in Meſo-
potamiam profugiens Iordanem illum ipſum
tranſierit. Dixi, *cum baculo.* Hebr. *bemaqli* בְּמַקְלִי
quæ præpoſitio, *b* בְּ omnium in Hebræo frequen- Pereir.
tiſſima, omnes aliarum ſignificatus habet, vt eru- *Iacob gratitudo erga Deum.*
ditè hoc loco demonſtrat noſter Pereir. Quare
hîc in baculo eſt, cum baculo; vt cùm dicitur
percutere in gladio, ſeu in ore gladij, ſignificat
cum gladio, inſtrumento quo fit percuſſio, & il-
lud Luc.1. in Cantic. Zachariæ. *In ſanctitate ſer-* Luc.1.
E *uiamus illi*, pro cum ſanctitate. Solum enim bacu-
lum in tranſitu Iordanis in Meſopotamiam ve-
niens Iacob habuerat, cum quo comite, & vehi- *Beneficia*
culo incederet. Igitur ſanctus vir beneficium Dei *Dei recolenda.*
agnoſcit; Non ſum (inquit) ingratus miſericor-
diæ Domini; non deleui de memoria quid ac-
ceperim, manet alta mente repoſitum, qualis ego
fuerim, quàm ſolitarius, nudúſque hâc olim in-
ceſſerim. Nunquam iuſtus, veréque humilis et-
iam in ſublimiore ſtatu poſitus ſui quiſquis ſit,
aut ante fuerit obliuiſcitur. Sic de illa non mi-
nùs prudenti, quàm pulchra, non magis Regina,

Cognitio ſui propria inſtiorum. — Eſther 2. — *Mira humilitas Reginæ.* — *Humilitas religioſorũ.* — Dionyſ. Carth.

quàm ſancta Eſther legimus. *Quicquid ille* (ſcilicet patruus, & nutritius Mardochæus) *præcipiebat, obſeruabat Eſther: & ita cuncta faciebat, vt eo tempore ſolita erat, quo eam paruulam nutriebat.* Eſther cap. 2. O fœminam in omni æuo prædicandam! etiam in regno cum purpura, cum ſceptro, cum corona, puellam ſe illam reputat, ac videt, quæ a Mardochæo nutriebatur: ſic humilis, ſic obediens nutritio, ac ſi nunc in eodem eſſet bumilitatis ſtatu: Hæc ſumma laus religioſorum hominum vt nunquam primævæ ſuæ conditionis in tyrocinio obliti, ſic etiam nunc annis, & canis venerandi, literis conſpicui, doctrina celebres, ſacerdotio coronati ſe modeſte gerant, humiliter, promptéque obediant, vt eo tempore ſoliti erant, qoo tyrocinium ingreſſi adhuc in pueritia inſtituebantur. Benè Dionyſ. Carth. ad hunc locum animaduertit: *In hoc patent humilitas, & obedientia Eſther. Quidam verò paululum promoti mox intumeſcunt, & obedire deſpiciunt ſuis parentibus, aut magiſtris, ſeu his, à quibus ſunt inſtituti.* Icciircò iuuentus hodie impatiens diſciplinæ in vitia fœdè collabitur, nec Deum, parentéſque reuerita, ſed nefariis corrupta moribus, quicquam virile, ſtrenuum, generoſúmque, aut molitur, aut etiam meditatur. Domuere orbem vniuerſum Romani, quo tempore incorrupta morum vigebat diſciplina, iuuenéſque iam labori, armiſque maturi, etiam matrum ſubiecti imperiis abiectiora ab iiſdem impoſita miniſteria prompti, & alacres exequebantur; qood Lyricus Poëta priſcorum Romæ iuuenum virtutem commemorans eleganter ita expreſſit:

Iuuenũ bona inſtitutio. — Horat.

Sed ruſticorum maſcula militum
Proles Sabellis docta ligonibus
Verſare glebas, & ſeueræ
Matris ad arbitrium reciſos
Portare fuſtes, &c.

Sic Horat. lib. 3. Ode 6.

Geneſ. 13. — *Gratitudo Abrahæ erga Deum.*

2. Ad Iordanem, quem olim inops, & ſolitarius cum pedo Iacob traiecerat, nunc ampla familia, & ſubſtantia opulentos regreditur, grandi profectò animi ſenſu priorem illam miſeriam recolens; quod ex Abraham generis ſui auo, & fidelium patre videtur didiciſſe. Enimverò *Abraham* (vt ſupra vidimus) *reuerſus eſt de Ægypto diues valde per iter quo venerat à meridie in Bethel vſque ad locum vbi prius fixerat tabernaculum.* Geneſ. 13. Cur autem eodem prorſus itinere quo venerat, rediret in Palæſtinam ibi ſect. 1. nu. 6. vnam aſſignauimus cauſam: hæc altera, quæ etiam occurrit, cum hoc reditu Iacobi in Iordanem egregiè conuenit. Videtur igitur Abraham eodem, quo venerat pauper, reuerſus eſſe iam diues itinere, vt illa ipſa loca reuiſens recordaretur prioris ſuæ miſeriæ, atque inopiæ. Hic (ſecum diceret) conſedi cum familia ſine ſubſidio, ſine viatico, laſſus, fame, ſitíque enectus, exhauſtus viribus; & laborantem pariter vxorem, comitéſque æſtuantes, graui quidem ſenſu mœrens aſpiciebam; & qui ſolatio indigebam, curabam vtcumque ſolari; hoc nos deinde hóſpitio ægrè tandem excepti, cùm non eſſemus ſoluendo data demum fide cibum meliori poſtmodum fortuna ſoluendum ſumpſimus. Illic verò vti eramus inopes, ſpeciéque miſeri, ac deſtituti ab hoſpitio prorſus excluſi aliò, & ſæpiùs in viam publicam diuertimus. Sed ô bone Deus (à quo tanta rerum omnium mutatio) nunc lætos, diuites, cum pecunia, cum ſeruis, cum vehiculis, cum omni rerum affluentia redeuntes ad hæc ipſa loca iidem nos contuentur, excipiunt, ſalutant, ac demirantur, quos in extrema illa calamitate, aut ſolabantur, aut etiam abhorrebant. Itaque iuſtus Abraham immortales Deo ſuo gratias agebat ſuam recognoſcens miſeriam, ac vilitatem, illiúſque benignitatem largiter effuſam, & memori mente, & grato animo, & pia laudatione celebrabat. Et qui verè humilis ſemper extitit ſuæ vilitatis nunquam paſſus eſt obliuionem, nec de ſe, quàm de paupere, miſeróque peregrino, amplius quicquam aut nouerat, aut cogitabat: ſpecioſius deinde aliud, quod in ſe videbat, gratus, & pius diuinæ gratiæ acceptum referebat.

Propria vilitas ſemper recolenda.

Intoleranda ſuperbia. — Iſai 16. — D. Hieron. — Luc. 2. — *Maior Auguſti ſuperbia, quàm imperium.* — D. Ambr. — Pſal. 23. — Eccleſ. 47.

3. Non ita verò habent ij, qui ſublimiorem adepti fortunam etiam quòd homines ſint, omninò videntur obliti, quorum etiam maior mentis ſuperbia, quàm honoris dignitas, dignitatiſque maieſtas; vti de fortitudine Moabitarum dixit Propheta. *Audiuimus ſuperbiam Moab; ſuperbus eſt valde. Superbia eius, & arrogantia eius, pluſquàm fortitudo eius.* Iſai. 16. *Quamuis ſuperbus* (ait S. Hieron.) *& arrogans exultet Moab; tamen plus audet, quam eius patitur fortitudo.* Sic ille. Obtinet Auguſtus Cæſar imperium Romanum multò anguſtius, quàm ipſi termini ſint orbis terrarum; & iubet tamen homo ſuperbus, *vt deſcribatur vniuerſus orbis.* Luc. 2. Et quid tu quæſo habes in Perſis, Parthis, Medis? Quid tibi cum India, & totius Orientis vaſtiſſimis prouinciis; quid cum Sinis, Tartaris, Iaponiis, Afris, Angolanis, Moṓomotapis, aliiſque propè infinitis gentibus, quarum ne nomen quidem, ac fama Romam hucuſque peruenit? Et putas te vniuerſo orbi terrarum imperare? profectò ſuperbia, & arrogantia tua pluſquàm fortitudo, dignitas, & imperium tuum. Rectè ad locum Luc. S. Ambroſ. *Quis poterat profeſſionem totius orbis exigere, niſi qui totius orbis habebat imperium? Non enim Auguſti, ſed Domini eſt terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo.* Pſal. 23. *Gothis non imperabat Auguſtus, non imperabat Armeniis, imperabat Chriſtus.* Quid de ſuperbo Golia dicam? ſuperbia eius pluſquàm fortitudo eius. Plus de ſe, quàm paterentur vires præſumebat; atque ideò tam facilè proſtratus, peremptúſque eſt, vti ſcribitur: *Dauid in ſaxo funda deiecit exultationem Goliæ.* Eccleſ. 47. ac ſi illo in homine aliud nihil eſſet niſi arrogantia; plúſque ſuperbiæ, atque elationis haberet ille, quàm carneæ molis, & roboris. Quamobrem Dauid non gigantem, ſed gigantis arrogantiam, & elationem deieciſſe, ac peremiſſe videtur. Golias immanior gigas prauo, & ſuperbo iudicio ſuo, quàm corpore fuit. Appoſitè regius vates cecinit. *Decidant à cogitationibus ſuis.* Pſal. 5. *Prophetia eſt, non maledictio*, ait S. Auguſt. Exitus nimirum ſuperborum, qui tandem ex altiſſimis æquè, ac vaniſſimis ſuarum cogitationum in ipſo fundatis vento caſtellis, ac montibus in immenſam calamitatum profunditatem miſeri præcipitantur.

Golia ſuperbia maior quàm corpus. — Pſal. 5. — D. Auguſt. — *Ruina ſuperborum.*

Bellũ Deus gerit cum ſuperbis. — Cyrill. Alex. — D. Baſil. — Iſai. 16.

4. *Bellum* (ait S. Cyril. Alex.) *gerit Deus cum ſuperbis, & pugnat cum iis, qui de ſe modeſtè ſentire nolunt; imò fruſtrà intumeſcunt, & altè tollunt ſupercilium, ſuæque naturæ ignorant imbecillitatem.* Hæc ille ad prædictum locum Iſaiæ. Quare cùm (authore S. Baſil.) *flagitioſa ſit ſuperbiæ affectio, morbúſque; Dominus adhibet medelam, tollitque Moab ſuperbiam. Ideircò* (inquit) *vlulabit ad Moab: his qui lætantur ſuper muros coctì lateris, loquimini plagas ſuas.* Iſai. 16. *Quod quidem ſecuritatem murorum innuit,*

D. Baſil.

nuit, qui lateribus conſtructi (vt perhibent) inſignem habent firmitatem. At S. Baſyl. ſecus & legit, & intrepretatur. Ita Symmachus vertit : *Qui latantur in muro fictili, ſiue teſtaceo. Cæterùm quid teſta, aut vaſe fictili eſt captu facilius?* Iraque ſuperbi muro teſtaceo innituntur : quod ſi attenderint, decident vtique de cogitationibus ſuis conſiderantes ſuam ipſorum vilitatem, ac miſeriam : cadentes enim de vanitate ſuarum cogitationum, in qua de ſe pluſquàm, quod ipſi ſunt, præſumunt, in ſe ipſos demum, hoc eſt, in homines, atque adeò in puluerem ac cinerem delabuntur.

Propria vilitas humiliat ſuperbos.

Nihil prioribus illis ſæculis, aut pulchrius, aut firmius eſſe videbatur, quàm Hieruſalem Hebræorum metropolis : Illius tamen, quodcumque eſſet, munimento, & ornamento fruſtrà confidebant habitatores; quos propterea Dominus admonet, ſuæ meminerint infirmitatis, cùm iubet Ezechieli : *Sume tibi laterem, & pones eum coram te, & ſcribes in eo Ciuitatem Hieruſalem.* Ezechiel. 4. Siccine Domine, non in auro, argentóve, aut pretioſo alio metallo iubes depingi tam præclaram, tam ſpecioſam, tamque munitam, ac toto orbe celebratam Hieruſalem Regum Iſraëlitarum ſedem regiam, Hebræique imperij metropolim; ſed in latere, luto ſcilicet non benè cocto, quòd facilè diſſoluitur, ea deſcribitur Ciuitas, cui fidelium Eccleſia comparatur? *Decora ſicut Hieruſalem.* Cant. 6. Nimirum (quod egregiè animaduertit S. Hieron.) *vt vrbs, quam putabant eſſe firmam, & inexpugnabilem, fragiliſſimo lateri comparetur, qui ad tactum aquæ illicò ſoluitur, vt de qua prius dictum eſt; Nunquid petra duriſſima, vel deſerti mons eſt filia Sion, vertatur in laterem, qui inundatione Babylonica corrumpatur, iuxta illud : Adducet Dominus ſuper vos aquas multas, & fortes, Regem Aſſyriorum.* Iſai. 8. Hæc S. Hieron. Quæ ſecuritas igitur poterat eſſe iis, qui tam fragili nitebantur fundamento? Quid quòd non in latere, ſed in puluere lateris deſcribitur Hieruſalem, vti adnotauit idem Hieron. Symmachus interpretatur *πλινθίον, plinthion*, quem laterculum, & abacum appellare poſſumus, in cuius puluere ſolent geometræ lineas, radióſque deſcribere. Iubetur ergò Propheta Hieruſalem in puluere deſcribere. Sic ille. Ad humilitatem ſcilicet Hieruſalem, vti nouerit, & ſuam gloriam, & omnia quæ ſub cœlo ſunt in puluerem redigenda. Sed altera huius lateris explicatio ad noſtrum inſtitutum videtur accommodatior, quam etiam apponit S. Hieron. *Poſſumus laterem, & ſuggillationem Iſraëlis accipere; quòd in luto, & latere ſeruierit Pharaoni.* Deſcripta ergò in latere Hieruſalem ſuis ciuibus in mentem reuocat illius calamitoſi temporis, quo in operibus luti, & palearum dum in Ægypto tenerentur captiui, miſerandum in modum affligebantur. Quare feliciore in ſtatu conſtituti Hebræi meminerint antiquæ infelicitatis in Ægyptiaca ſeruitute, vt deinde humiles in ſuperbiam non efferantur; & grati pio tam inſignem ſoi benefactorem Deum animo prædicent, ac venerentur.

Ezech. 4.
Infirma rerum magnarum conditio.
Cant. 6.
D. Hier.
Iſai. 8.
In puluerem gloria mundi deſinit.
D. Hier.
Prior ſtatus miſeriæ recolatur.

5. *Et nunc cum duabus turmis regredior.*] Qui tam pauper, ac miſer prius hùc venerim, vt ſolum in manu ſcipionem haberem : Nunc (quæ ſumma rerum eſt diuinitùs facta mutatio) regredior amplo, & ſpecioſo familiæ, gregúmque circumcinctus comitatu. Memini qualis anteà fuerim, æſtimo nunc, & prædico quantus ſim in gratiam Dei mei, cuius benignitati acceptum adſcribo quicquid in me felicitatis video, ac

A poſſideo. Tranſeo rurſus Iordanem iſtum? Præteritam recordor ærumnam, præſentem agnoſco, & recolo lætitiam : Non peſſimum ingrati Deo crimen admiſerim obliuioni tradens quantis hucuſque ab illo affectus ſim beneficiis. Meritò peſſimum dicitur vitium ingratitudo; quod etiam Rex ille Palæſtinus Abimelech, cùm gratis vellet agrum dedere Abrahamo, eidem ſignificaſſe videtur, cùm dixit : *Iura mihi per Dominum ne noceas mihi, & poſteris meis.* Geneſ. 21. Ex Hebræo fonte hic eruitur ſenſus : *Iura quod horrebis falſum te exhibere.* Quod ita Caiet. exponit : *Falſum ſiquidem ſe exhibet homo beneficiis receptis reddendo malum pro bono; Nam beneficio reſpondet benefacere.* Communis hæc eſt hominum labes : Ingrati Deo malum pro bono reddimus, ſcelera pro donis, iniurias pro beneficiis rependimus. Planè falſus, mendax, & perfidus eſt homo ingratus: peccatum eſt execrabile Ingratitudo, cuius vel tantum nomen horrere debet homo, & abhorrere. Dicent ſtupidi, atque impij mortalium quidam, ne Deo ſe obligatos eſſe fateantur, debitámque gratiarum actionem illi perſoluere : *Quis oſtendit nobis bona?* Reſpondet ſapientiſſimus, ac piiſſimus Rex : *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine*: Pſal. 4. O Domine (inquit) amoris tui, ac fauoris, quem nobis beneuolentiſſimè præſtas, teſtimonium haud obſcurum eſt, vel ſub ſpecu deliteſcit. Ipſummet lumen eſt, adeò conteſtanda nobis ſunt, cœlo, terræque

Ingratitudo peſſimum vitium.
Geneſ. 21.
Caiet.
Falſus qui ingratus.
Pſal. 4.
Dei beneficia luce clariora.

C manifeſta tua in nos collata beneficia, vt ne vel ignorare quidem, aut obliuiſci poſſimus; in fronte ipſa geſtamus, veluti accenſam in eminenti loco facem ſignatum, vt ex verbo Hebræo *Niſſà* colligitur, idem eſt atque eleuatum vti vexillum quod eruditiſſimus Genebrardus adnotauit. Pulchrè Dei amor, & beneuolentia erga homines vexillum ſupra nos erectum dicitur, quippe ad cognoſcendum, & amandum bonorum omnium autorem Deum nos excitat, ipsúmque demonſtrat. Impius erit, ſtipes, & cautes erit quiſquis temerè ſignum diuinæ prouidentiæ, ac beneuolentiæ à Deo in nobis tanquam ſublatum vexillum, Dei quotidiana beneficia palam omnibus conteſtans, & prædicans aut negare auſit, aut non videat. Eſt ô Domine tuus amor, tuus fauor erga nos, eleuatum vexillum, ſub quo militemus; ad cuius præſentiam aut animis etiam affixam recordationem alacri ſtudio, validóque obuia quæque obſtacula perrumpente conatu, in tui obſequium, laudem, amorémque grati, & ſubiecti conuolemus.

Genebr.
Dei amor erga nos conſpicuus.
Sub Dei amore militandum.

6. Cum duabus turmis regreditur in patriam Iacob, & in hoc maximè Chriſtum Dominum (vt benè declarat S. Aug.) è terra in cœlum poſt paſſionem Crucis in aſcenſione ſua redeuntem repræſentat. *Verum eſt, (inquit) baculo Crucis Chriſtus apprehendit mundum, & cum duabus turmis, id eſt, cum duobus populis ad Patrem redijt cum triumpho.* ſerm. 80. de tempore. Peregrinus in terra Dei filius triginta tres annos cum Laban, cum mundo, cum hominibus verſatus eſt; Deinde *ſciens, quia venit hora eius vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.* Ioan. 13. cum duabus turmis, vna ſuorum Apoſtolorum, altera diſcipulorum, & vniuerſim omnium fidelium in cœlum, primò in ſua aſcenſione, demúmque in die iudicij in omnem æternitatem regnaturus reuertetur : Nam quòd peregrinus in terra fuerit, Iſaias oſtendit, cùm totam illius (vt vocant) in terra diſpenſationem appellat, *peregrinum opus eius ab eo.* Iſai. 28. quod ſcilicet

D. Aug.
Ioann. 13.
Chriſti aſcenſio.
Iſai. 28.

executus eſt per naturam humanam diuinitati ſuæ, ac perſonæ prorſus alienam, & peregrinam.

Chriſti peregrinatio in terra.

Vnde Hieremias admirabundus ait: *Quare futurus es quaſi colonus in terra & quaſi viator declinans ad manendum?* L X X. legunt: *Quare factus es quaſi aduena in terra, & quaſi indigena diuertens ad manendum?* Hierem. 14. quod S. Hieron. ad præſens inſtitutum ita commentatur:

Hier. 14.
D. Hieron.

Noſtri de futura Chriſti diſpenſatione dici putant; quod futurus ſit peregrinus in terra, & paruo tempore terra vſurus hoſpitio. Itaque peregrinum ſe Dei Filius in terra homo factus, & cum hominibus conuerſatus exhibuit, imò, & fugitiuum, cuius fuit typus ille, qui fugit à facie Domini Ionas Propheta; quod S. Hieron. exponit illa verba interpretans. *Propter me exorta eſt hæc tempeſtas, mittite me in mare.* Ion. 1. quæ fuit Chriſti Domini notiſſima figura. *Ionas (inquit) in mare fugitiuus, naufragus, mortuus ſaluat nauiculam fluctuantem, ſaluat Ethnicos, in diuerſas prius ſententias mundi errore iactatos. Et Oſeas, Amos, Iſaias, Ioël, qui eodem tempore prophetabant, populum in Iudæa nequeunt emendare. Ex quo oſtenditur ſedari non poſſe naufragium, niſi morte fugitiui.*

D. Hieron.
Ionas fugiēs Chriſtum repræſentat.
Ion. 1.

B

Chriſtus dicitur fugitiuus.

Fugitiuus dicitur Chriſtus Dominus, & quia de cœlo Dei Filius veluti fugiens in terram deſcendit; rurſúſque à terra in cœlum fugiens aſcendit. Nouerat iſtud ſponſi ingenium cùm aiebat ſponſa: *Fuge dilecte mi.* Cant. 8. Porrò non niſi per Iordanem in baculo, per fluenta paſſionis cum baculo Crucis è mundo tranſiit ad Patrem. Quod paſſio Domini per aquas in ſcriptura ſignificari ſolita ſit, nemo non videt. Satis illa ſint Domini patientis verba in Pſalmo. *Veni in altitudinem maris & tempeſtas demerſit me.* Pſalm. 68. Nam Chriſtus hîc loquitur, vti animaduertit S. Auguſt. additque, *paſſionem Domini in hoc Pſalmo cognoſcimus. Equidem paſſum eum nouimus, tempeſtate illum demerſum eſſe, quia præualuit ſeditio ad eum occidendum,* &c.

Cant. 8.

C

Pſal. 68.
Paſſio Chriſti tempeſtas.
D. Aug.

7. Sed quia cum Iacob in fluuio ſumus, non in mari, de illius etiam teſtimonium proferamus. *De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput.* Pſalm. 109. Vbi communiter Doctores intelligunt Domini paſſionem. *De torrente* (inquit S. Hieron.) *bibit Dominus, & guſtauit mortem. Dominus bibit de torrente, quia humiliatus eſt vſque ad mortem Crucis.* Sic Auguſt. Vidimus Iacob, Dei ſcilicet filium hominem factum in Iordanis tranſitu, in paſſionis fluenro: Videamus baculum, vtique Crucis, In Hebræo *Maquel*, virga; quo nomine vtitur Hierem. 1. *Virgam amigdalinam ego video.* Hebr. *Maquel xaquid.* Et Zachar. 11. *Accepi mihi duas virgas.* Hebr. *Xene magloth.* hanc virgam, hunc baculum Chriſtus Dominus Dei filius in mortem vſque portauit, quaſi trophæum ſuarum, & noſtrarum victoriarum, cui, ſcilicet, erigendo (ſic omni dignam cenſuit Crucem honore) ipſa quibus à mundo, etſi per luſum, ac riſum indutus fuerat ornamenta regia depoſuit, ſatis ſe honoratum ratus, ac prædicans, veréque Regem, ſi tam præclarum ſui principatus manibus ſuis tolleret, & humeris portaret monumentum, & ornamentum. Benè idcircò S. Ambroſ. *Pulchrè* (inquit) *aſcenſurus Crucem Dominus regalia veſtimenta depoſuit.* Paulóque ante præmiſerat: *Bonus odor noſtri profectus eſt, vt primo Crucis ſuæ trophæum ipſe erigeret; deinde martyribus traderet erigendum.* in cap. 23. Lucæ; quod enim non ignominiæ, ſed honori, gloriæque ſit Domino ſua Crux, optimè Iſaias vno verbo demonſtrauit: *Et factus eſt* (inquit) *principatus ſuper humerum*

Pſal. 109.

D. Hier.

D

D. Aug.

Zach. 11.

Glorioſa Crux Chriſto.

E

D. Ambr.

A *eius*, cap. 9. *Tunc* (explicat S. Auguſt.) *Chriſtus principatum ſuper humerum habuit, quando Crucem ſuam admirabili humilitate portauit. Non incongruè Crux Chriſti ſignificat principatum: Nam per illam & diabolus vincitur, & totus mundus ad Chriſti notitiam vel gratiam reuocatur.* ſerm. 71. de tempore.

Iſa. 9.
D. Auguſt.
Suam Chriſtus crucem veneratur.

Ac ſubtiliter quidem Tertull. quærit quid ſit, quòd Chriſti principatus in humero potius, quàm in manu, aut capite præferatur? Sic enim ſcribit. *Cuius imperium ſuper humerum eius*, ait Iſai. 9. *Quis omnino Regum inſigne poteſtatis ſuæ humero præfert, & non aut capite diadema, aut manu ſceptrum, aut aliquam propriæ veſtis notam? Sed ſolus nouus Rex nouorum æuorum Chriſtus Ieſus, nouæ gloriæ & poteſtatem, & ſublimitatem ſuam humero extulit, Crucem ſcilicet.* lib. 3. aduerſus Marcion. cap. 19. Tam grande videlicet, immenſúmque gloriæ pondus, non alibi, quàm ſuper humeros portari debuit: Cui etiam (ſi fas ita dicere) ſuam Deus homo maieſtatem voluit ſupponere, atque ſubiicere, vt nobis baiulans ſuam Crucem oſtenderet, & quàm ſibi iucundum, glorioſúmque iudicarit pro nobis humiliari, ac pati, & nobis ſuam commendaret Crucem, ignominiáſque redderet expetendas, & glorioſas.

Tertull.

Iſai. 9.

B

8. Enimverò pereleganter Crucis Dominicæ gloriam contemplatus ita Dominum ipſum alloquitur S. Cyprian. *Aſcendiſti Domine palmam, quia illud Crucis tuæ lignum portendebat triumphum de diabolo, vel de nequitiis ſpiritualibus victoriam: erántque in manibus tuis duo cornua, in quibus erat fortitudo tua abſcondita, & imperium tuum ſuper humerum tuum, in ipſo patibuli tui baiulatu, portabas ligne, quod tuleras, euectionis, & paſſionis anxietates ſuſtinens, & labores.* tract. de paſſion. Chriſti; vti baculum Iacob portabat, & portantem illud ſuſtentabat; ita & Chriſtus Crucem baiulans in Cruce ipſa ſuffixus hærebat, atque vniuerſa gloria, ſplendórque regni Chriſti, in Cruce continetur. Quod idem Iſaias eleganti quadam ſimilitudine ab ipſo Deo Patre expreſſum conſcripſit his verbis: *Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in ſolium gloriæ domus patris eius. Et ſuſpendent ſuper eum omnem gloriam domus patris eius.* Iſai. cap. 22.

D. Cyprian.
Laus Crucis Chriſti.

C

Iſai. 22.

Locus eſt ſubobſcurus, & variè ab interpretibus explicatus. Sed in primis locum iſtum eſſe Dei Eccleſiam nemo eſt, qui neget. Quare S. Hieron. apponit. *Figam illum paxillum in loco fideli vbi conuentus fidelium eſt. Vnde & credentes in Chriſto fideles appellantur.* Procop. legit, in loco tuto, immotum ſcilicet eſt, & æternum Chriſti regnum. Sed quiſnam iſte paxillus? Regem communiter ad literam intelligunt complures, fauéntque L X X. qui vertunt Principem in loco fideli, ex quo fixo, & immobili, vt quem vnum vniuerſi ſuſcipiant, & ſuſpiciant, omnia in regno dependeant, ab illo ſcilicet, pax & defenſio, & belli adminiſtratio, & cunctorum honor, ac ſuſtentatio. Sed videant filij ſæculi, quàm leui, ac fragili fulcimento nitantur, ſuáſque ſpes facili negotio caſuras ac perituras defigant: paxillus eſt non ferrum, & paxillus non trabes, non ſtipes, nec cippus. O paruulam, ô propè inanem, ac nihili, quam mundus admiratur regalis potentiæ gloriam, & firmitatem! Sat nobis hanc regalis gloriæ inconſtantiam, conteſtatur ea quam hodie luget Hiſpania, mors Philippi III. Regis. Proh quantæ humanarum ſubſtructionum moles, quæ huic paxillo innitebantur, cum ipſo ruente pariter corruerunt.

D

D Hier.

Procop.

Infirma regis dignitas.

E

Spes mundi corruunt.

9. Chriſtum Dominum in paxilli ſymbolo

accipiunt

accipiunt S.Hieron. Proco. Leo Caſtro, & alij; & quidem Cruci affixum, vt paxillum parieti additum, ac non incongruè ipſammet Domini Crucem non tam in Caluariæ foueis ſurrectam, quam in Eccleſia Dei velut defixum monumentum, ac trophæum victoriarum, & triumphorum Chriſti poſſumus accipere; Quod autem paxillus dicatur, ne putes ineptum, quippe humilitas, ignominia, & ſcandalum Crucis ab infidelibus Chriſtiano populo exprobratur. Cùm tamen tota Dei gloria e Cruce pendeat; meritóque exclamet ad Dominum Pontifex Leo: *Crux tua omnium fons benedictionum, omnium eſt cauſa gratiarum, per quam credentibus datur virtus de infirmitate, gloria de opprobrio, vita de morte*: ſerm. de paſſ. Licet autem omnes ſanctorum ordines Dominicæ Crucis pulcherrimi fructus ſint, vaſa dicuntur a Propheta de paxillo ſuſpenſa, vt bene interpretatur Procop. Maximè tamen intelliguntur ſancti martyres, qui paſſionem Domini & imitantur, & in ſe ipſis repræſentant. Quare S. Ambroſ. legens illud Iſaiæ ſupra indicatum. *Cuius principium ſuper humeros eius*, apponit ſubinde: *Principium illud Crux Domini eſt principium fortitudinis, quo via ſanctis eſt reſerata martyribus ad ſacri certaminis paſſionem*. lib. 3. de fide cap. 4. Vbi eodem ſenſu procedens de huiuſmodi principio late diſſerit. Principium ait noſtræ virtutis Chriſtus eſt, &c. Qui ergo virtutem aliquam perquirit, ad illius recurrat principium; de Chriſto Cruci affixo tanquam de fonte manant gratiæ, virtutes petuntur: ſine baculo Iacob non tranſiit Iordanem, cum baculo viam carpens vidit viſiones Dei, & Meſopotamiam ingreſſus pulcherrimo coniugio potitus eſt, ampla liberorum corona honoratus, iumentorumque, gregum, & magnarum opum felicitatem adeptus eſt. Cum baculo nimirum Crucis ſumma omnia & Deo digna Chriſtus Dominus in terra operatur. Per Crucem ab illo quicquid in nobis, & magnum & bonum eſt, accipimus. *Eſt enim Crux* (ait S. Damaſc.) *clypeus, atque armatura, & trophæum aduerſus diabolum; Crux iacentium excitatio eſt, ſtantium fulcimentum, infirmorum baculus, ouium virga, reſipiſcentium adminiculum; malorum omnium depulſio; bonorum omnium cauſa; reſurrectionis planta, vitæ æternæ lignum* lib. 4. de fide Orthodox. cap. 12.

Crux Chriſti fons bonorum. — Leo. — Procop. — D. Ambr. — *Crux Chriſti principium martyrum.* — *Crux inſtrumentum virtutum Chriſti.* — D. Damaſc. — *Crucis encomia.*

10. Profectò peccator, qui ad pœnitentiam reſurgere contendit, cùm diuinæ iuſtitiæ timor hominem deterret, & propriæ turpitudinis confuſio, & verecunda ſcelerum conſcientia, mentem deprimunt, vires, ſenſusque, & animum proſternunt, ſi baculum Crucis aſſumit, vbi Dei ſanguis omnia purificans, vbi corpus agni immaculati propitiatio, & victima, vbi Dei hominis infinita merita, vbi omnium cœleſtium gratiarum theſauri, vbi omnes miſericordiæ, ac miſerationes Domini, vbi redemptio, venia, remiſſio, reconciliatio, ſalúſque, & omnia bona hominibus à Deo repoſita ſunt; incredibili ſpe, roborétque ad contritionem ſcelerum & purioris vitæ amorem, ſtudiúmque excitatus vehementer exardeſcit. Crux itaque baculus eſt peccatori vt reſurgat, iuſto ne cadat, ſed tutò incedat, firmiter perſeueret, beſtias fuget, propellat obſtacula, viam muniat, hoſtes confundat. Crux tabula naufragis nauis, portum intrantibus, quadriga currentibus, animæ fulcrum, lectica ad quietem ſempiternam. Verſauimus fœtum myſteriis baculum Iacob; ſed non eſt quòd ab eo virgam ſeparemus, quippe vtrumque Propheta coniunxit, & in vtroque ſibi dicit eſſe ſolatium conſtitutum, ita inquiens: *Virga tua & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt*, Pſal. 22. *baculus vtique* (vel vidimus) Crux ipſa Domini IESV, atque vt eam vocat S. Chryſt. *Crux cæcorum dux, claudorum baculus, ſuſtentatio inopum, conſolatio pauperum, tribulatorum requies, ægrotantium medicus, inualidorum virtus, deſperatorum via*. Chryſ. hom. de Cruce tom. 3. At cum baculo coniunctam vult, amátque Propheta virgam, non aliam opinor, quam, quæ ſtabat iuxta Crucem IESV Mater eius ſemper virgo Maria. Illa, ſcilicet, de qua Iſai. loquitur. *Egredietur virga de radice Ieſſe & flos de radice eius aſcendet*. cap. 11. *Virga* (explicat S. Hieron.) *Mater eſt Domini, ſimplex, pura, ſincera, nullo extrinſecus germine coherente, & ad ſimilitudinem Dei vnione fœcunda. Virga flos Chriſtus*. Epiſt. 22 ad Euſtoch. Similis explicatio S. Ambroſ. de Beata Virgine, ſic habet: *Ipſa eſt virga germinans florem, quia pura, & ad Dominum corde libero directa virginitas, quæ nullis in hoc ſæculo curarum anfractibus reflectatur*. lib. de exhortat. ad Virg. Hinc obiter colliges, & nuptas, & non virgines terreſtrium curarum anfractibus ad mundum reflecti; ſola virginitas, & acutam, qua cœleſtia inſpiciat, habet aciem oculorum, & directo in cœlum inceſſu graditur, & niueis fertur alis in Deum; quæ virgo non eſt, humi repit, lippis oculis irradiantem puritatis ſplendorem non potuit intueri; Curarum ſcilicet, & ſolicitudinum, & affectuum ſæcularium fumo, præſtrictus oculus grauiter hebetatur. *Eo* (inquit S. Cyrill. Alex.) *neceſſe eſt vt corporis oculus in fumo illacrymetur*. hom. 9. tom. 2. Nuptæ quidem *tribulationem carnis habebunt*, vti monet Apoſt. 1. Corinth. 7.

Crux peccatorem ſolatur, & excitat. — *Crux baculus.* — *Crucis encomia.* — Pſal. 22. — D. Chryſ. — Iſai. 11. — D Hier. — *B. Maria virga dicitur.* — D Ambr. — *Comparatio inter nuptas & virgines.* — D. Cyrill. Alex. — 1. Cor. 7.

11. In hoc igitur teſtimonio Iſaiæ (vt S. Bern. adnotauit) *florem filium, virgam intellige matrem; quoniam & virga floruit abſque germine, & virgo concepit non ex homine, nec virga viroris florio læſit emiſſio; nec virginis pudorem ſacri partus editio*. homil. 2. ſuper Miſſus. Hæc poſt baculum virga, poſt Crucem Domini virgo Domini mater Dauidem conſolatur; & quamuis ille peccator ſit, ea verò innocentiæ, puritatiſque mater, ille tamen in ſpem erigitur certam ſibi ad filium Iudicem in matre aduocata fiduciam, faciléque ingreſſum habere. Vti enim firmiter credimus beatiſſimam Virginem Dei matrem eſſe; ita experimur quotidie matrem illam fidelium, & vnicum peccatorum haberi perfugium. Eia nunc qui peccauimus, qui Deum timemus, quos diuina inſectatur vltio, ad hanc aram miſericordiæ confugiamus; ante illam ſupplices & læti de ſpe veniæ proclamemus cum S. Cyrill. Alex. *Salue per nos ſancta Deipara, pretioſus totius orbis theſaurus, lampas inextinguibilis, ſceptrum rectæ fidei, templum indiſſolubile, locus eius, qui loco capi nequit. Salue per quam ſancta Trinitas per orbem glorificatur, per quam cœlum exultat, per quam dæmones fugantur, per quam lapſus homo in cœlum recipitur; per quam gentes ducuntur ad pœnitentiam*. homil. contra Neſtorium. Non eſt prætereunda lectio Hebraica, vbi duæ ponuntur voces *xébet, mixghan*, virga, baculus. Et quidem *xébet* propriè eſt virga, baculus, calamus, ſceptrum. Quapropter apprimè vocari etiam poteſt Virgo Dei mater baculus, cui fideles innitimur, quo ſtamus, & ſuſtentamur calamus eſt, quo Deus miſericors nobis ſua dona, beneficiaque, imò & ſalutem æternam deſcribit. Ad Matris quippe virginis preces Deus ipſe filius eius nobis ſuam benignitatem diffundit, noſtrorum

D. Bern. — *Fiducia in B. Maria.* — Cyr. Alex. — *Salutatur B. Maria.* — *Pietas in B. Mariam commendatur.*

ſcelerum

A ſcelerum veniam exarat, & piis erga illum, ſtudioſiſque fidelibus diuinæ prædeſtinationis (cuius eſt in Virginem Matrem pietas vnum inter alia effecta) executionem, & complementum inſcribit. Sceptrum iam manibus geſtat regni cœleſtis æternæ gloriæ pignus, quiſquis Virginem Dei Matrem & pectore gerit, & corde veneratur, & ore perſonat, & obſequiis colit, & moribus imitatur.

SECTIO V.

Erue me de manu fratris mei, vſque ad *Muneribus*.

B

1. HVmilitatis eſt, timorem ſuum confiteri, & generoſi, conſtantiſque animi ſic manifeſtato metu humiliari; quod quidem multò, quàm victoriæ, ac triumphi, Dauidem fecit illuſtriorem. Quis quæſo aut principum, aut verò etiam ducum huius mundi auſus vnquam fuit timorem, ſi quem aliquando habuit, ſignis, & verbis prodere; aut ſi quid infauſtum pertulerit, ingenuè confiteri? Summa hæc laus extitit Dauidis. Sic enim Pſalmos inſtituit; primum de iuſtis, beatiſque viris, ſecundum de Meſſia; in tertio de ſe ipſo, ſuiſque rebus fari incipiens, admirabilem ſanè titulum præfixit: *Pſalmus Dauid cùm fugeret à facie Abſalon filij ſui*; vel, vt legunt alij; *cùm fugeret metu Abſalon.* Quid ais o Rex? vbi leones, vrſique manibus diſcerpti? Vbi gigantes ſaxo proſtrati? Quale iſtud exordium; non à victoriis, non à triumphis? ó rem inauditam! ô incredibilem, humilitatem dicam, an fortitudinem! à fuga, à metu narrationem, cantumque ſuarum rerum exorditur. In omnem poſteritatem tranſmittit, æternitati mandat, cythara, & cantu celebrat, quòd metuerit, quòd fugerit vir adoleſcentulum; Imperator tyronem, aſſuetus prælio, natúſque ad arma dux, ignauum, delicatum, cincinnatum; pater denique filium: quin etiam haud minori eſt admirationi, quod deinde concinit: Cæſo exercitu proditorum, filio trucidato, regnóque pacato, in regiam vrbem cum triumpho rediens nihil adſcribit ſibi, nihil ſuum dicit: Ego (inquiens) *dormiui, & ſomnum cepi, & exſurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.* Pſalm. 3. Alij vertunt, *ego iacui, & dormiui, atque euigilaui; quia Dominus me ſuffulcit*; ac ſi dormienti miſericors Deus victoriam ſine ipſius conſilio, ſiue brachio operatus detulerit. *Domini* (adiungit) *eſt ſalus*, id eſt, ſoli Deo debetur, quòd filium non tam vicerim, quàm fugerim; quòd æſtuanti iam, & velut cum morte luctanti ſalus à ſummo illata medico aduenerit: non dico victoriam, ſalutem appello; nec iſtam à Deo meis donatam meritis (quid enim mali peccator non merear?) ſed in tui populi fidelis gratiam mihi, & regno meo ſalutem conceſſiſti. *Et ſuper populum tuum benedictio tua*, &c. Non ego merui, ſed populus tuus iſtam, quæ à tua benignitate in illum infuſa, in me quoque redundauit. Hæc illa eſt tam eximia, tam inſueta Regibus, tam inaudita ducibus humilitas Dauid: digna ſanè, quam Dominus (vti ſolet exaltare humiles) in regnum, & (quod illuſtrius eſt) in ſanctorum gloriam, ſplendorémque extulerit, vt ſtatim cecinit: *Tu autem Domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.* Pſal. 3. Multi quidem, & multiplicati ſunt hoſtes mei; ſed illis, quot, & quàm varij ſunt, hoc vnum ego pro me oppono: *Tu Domine.* Tribulant me, ſed tu ſuſceptor meus es. Valde vtilis mihi, & pretioſa illorum tribulatio, quæ me in manus tuas detulit, de qua me proclamantem tua ſuſcepit benignitas. Debeo quoque multum inſurgentibus in me: occurriſti tu quidem Domine, & ſuſceptum me in regnum, & in gloriam, fruſtra illis delere conantibus, euexiſti.

Pſal. 3.
Mira Dauid humilitas.
Suam canit fugam Dauid.
Pſal. 3.
Deo refert ſua bona Dauid.
Gratiam & laudem Deo refert Dauid.

2. *Tu locutus es*, &c.] Egregia ſanè precandi, & impetrandi ratio: meritóque admiratus ait S. Chryſ. *Vide iuſti religioſum animum, & magnam gratitudinem, quomodo non aliud precatur Dominum quàm vt ſuas promiſſiones adimpleat.* Sic ille hom. 58. Nullæ ſunt in nobis rationes, quæ Deum moueant, vt nobis quicquam boni faciat: ſunt autem plurimæ ac maximæ, quæ Deum contra nos prouocent arméntque in vltionem. Vna tota, & ſumma ratio benefaciendi hominibus eſt ipſa Dei bonitas, ac miſericordia; quòd ſi præceſſerit aliqua Dei promiſſio, eandem omninò cum veracitate ipſius pro ratione precandi, & impetrandi erit. Mouet igitur Iacob, & quodammodo Deum compellit, vt in tam graui periculo trepidanti homini promiſſam toties opem ferat. Et *ſicut* (ait Caiet.) *inter gratias commemorauit opulentiam, ita inter veritates diuinas, commemorat promiſſionem ſibi factam vt non eius meritis, ſed ad verificandum diuina verba liberet eum.* Sic ille. Dicit itaque: Quia promiſiſti Domine tantam fore generis mei multitudinem, ideò libera me vna cum vxoribus, & liberis: Nam ſi ego & illi ab irato fratre fuerimus trucidati, nequaquam pollicitationes tuæ adimplebuntur, peribit tua veracitas, & meæ in te ſpes incaſſum recident. Conſule igitur honori tuo, ne tibi perfidiæ, aut mendacij labes inuratur. Eodem pacto Ioſue cùm ignominioſam ſui exercitus cladem deploraret, Deum, ne vlteriùs ad exitium Hebrææ gentis vindictam produceret, vt ſui nominis famam vniuerſis illis gentibus celebrem, ac metuendam proſpiceret, ac tueretur; ita non tam monuiſſe, quàm coegiſſe videtur. *Et quid facies magno nomini tuo?* Ioſue 7. hucuſque ſcilicet, ó Domine, ſub vmbra magni tui nominis ab Ægypto muniti, armatique per tot rerum diſcrimina in promiſſam terram pergimus, tamque potens, & glorioſus vbique Deus Hebræorum creditur, & auditur, vt vel ſolo ipſius nomine audito infidelium gentes conſternentur, ac prouinciæ Hebræis ſub illo pugnantibus, aut tradantur ſponte, aut facilè debellentur. Hæc eſt tui nominis fama, quam rumor acceptæ plagæ, ſi non protſus tollet, at certè magnopere infirmabit: noſtrum itaque infortunium in tui nominis, & gloriæ ignominiam pariter redundabit. Hæc verò tam efficax ratio Deo ipſi omnipotenti viſa eſt, vt proſtrato humi, deplorantique Ioſue reſponderet: *Surge, cur iaces pronus in terra*, &c. Didicit quidem Ioſue hunc potentiſſimum ad flectendum Deum precandi modum, cùm ſcilicet Dei gloria, diuinique nominis honor, cuius nos tueri cauſam oſtendimus ab orantibus proponitur vti validiſſimum argumentum, quod petitur impetrandi. Sic enim iratum Dominum, & ab exitio, quod Hebræis minabatur, opinione ſui nominis, quod haud dubiè læderetur, reuocauit. *Magnificetur ergò fortitudo Domini, ſicut iuraſti*, &c. Num. 14. Vbi Procopius. *Confirmationem* (inquit) *eorum, quæ Deus partim præſtitit, partim præſtare promiſit, eam, quæ ſe deceat quamuis indignus ſit populus, poſtulat. Obtrectabunt enim* (ait) *gentes*

D. Chryſ.
Dei bonitas & veracitas tota ratio benefaciendi.
Caiet.
Egregia precandi ratio Iacob.
Ioſue Deum orando cogit.
Ioſ. 7.
Gloria Dei ratio impetrandi.
Num 14.
Procop.

(Section letters in the margin: A, B, C, D, E.)

gentes potentia tua, quaſi per illud iter ad quod eos adduxiſti, deducere non potueris.

3. Igitur Iacob promiſſiones Dei in medium adducit, timens vt homo, ne ſi cum familia perimatur ab Eſau, periclitentur Dei verbo apud homines læſo, eiúſque veritate irriſa: Cùm vtique Deus grauiter ſe prodat offenſum, non modò ſi mendacij à blaſphemis, & inſanis arguatur; ſed etiam ſi quis auſit illius veritatē ſi minus in dubium vocare, at tentando certè periclitari. Veritatem quidem ſuam, ac fidelitatem in promiſſionibus indubitatam vult eſſe, & fieri manifeſtam. Promiſerat Abrahæ fore illius *ſemen multiplicandum, vt puluerem terræ*, Geneſ. 13. & ſicut *ſtellas cœli*. Geneſ. 26. nimirum, vt dinumerari non poſſet; quare diuino conſilio decretum eſt, vt & referrentur in album à Moyſe pauculi illi, qui cum Iacob Ægyptum ſunt ingreſſi. Exod. 1. Et paulò inferiùs ſcribitur: *Filij Iſrael creuerunt, & quaſi germinantes multiplicati ſunt, ac roborati nimis impleuerunt terram.* Exod. 1. & 6. cap. numerantur principes familiarum: vniuersáque deinde multitudo recenſetur cap. 1. Num. Videlicet, vt oſtendatur veritas diuinarum promiſſionum, multiplicandum ſcilicet nimis Abrahæ ſemen, quod deinceps vſque ad Dauid prodigioſis ſanè incrementis, ita multiplicatum eſt, vt iam ſicut puluis terræ, aut ſicut ſtellæ cœli numerari non poſſet, quod Dominus expreſsè promiſerat. Igitur impia, & diabolica fuit tentatio, quæ permouit Dauidem, vt gentem Hebræam ſemen Abrahæ vellet in numerum referre. Sic enim legimus: *Conſurrexit autem Satan contra Iſraël, & concitauit Dauid, vt numeraret Iſrael.* 1. Paral. 21. Suggeſtionem, & inſultum diaboli vocat. *Etenim* (vt animaduertit Theod.) *quoniam diuinis promiſſionibus erat contraria eiuſmodi numeratio, ea de cauſa nominauit eam ſatanæ cogitationem.* q. 37. in lib. 2. Reg. Quod benè intelligens Dauid, cùm graſſantem impunè, atque vrbes, & oppida regni populantem videret luem, exclamauit in cœlum: *Ego qui peccaui, ego qui malum feci*, &c. 1. Paral. 21. & 2. Reg. 24. Sed quod iſtud fuit Dauidis peccatum? An non peccauit homo, qui numerando populum, quem Deus promiſerat præ multitudine dinumerandum non fore; quaſi (liceat dicere) mendacij Deum arguebat? *Culpa fuit*, (inquit S. Ambroſ.) *quoniam voluit ſcire numerum totius plebis, quæ ſecum erat: quod ſcire Deo ſoli debuit reſeruare.* Sic ille epiſt. 28. Id enim ſibi Dominus proprium ſignificarat, cùm ſemen Abrahæ innumerabile dixerat futurum ſicut ſtellas cœli, at de ipſo ſcribitur: *qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.* Pſalm. 146. Quare optime idem Ambroſ. adiungit, *Dauid contra interdictum mandauerat numerari populum, & voluerat noſſe cuncti exercitus quantitatem: atque inclytè cœpit quòd nocuit*. in Gloſ. ordin. Nihil ita certum; firmúmque & indubitabile, vti promiſſio Dei: *cœlum, & terra tranſibunt, verba autem Domini non tranſibunt*, Matth. 24. &, *Veritas Domini manet in æternum.* Pſal. 118. Et quomodo manet? Reſpondet S. Auguſt. *Manet in æternum, ſiue in eis quæ promiſit iuſtis; ſiue in eis, quæ minatus eſt impiis.* Sic ille.

Exod. 1.
Num. 1.
Infallibilis Dei promiſſio.
1. Par. 21.
Theod.
Dauid peccat numerando populum.
D. Ambr.
Pſal. 146.
Matth. 24.
Pſal. 112.
D. Aug.

4. Cùm hæc ita ſint, grauiter Deum offendit, qui de illius veritate audeat dubitare. Vidit olim Dominus audaces, ac temerarios illos, prorsúſque amentes, qui turrim Babylonicam ad cœlum vſque conſtruere moliebantur. Ergo cum ſuis Angelis, aut verius etiam tota Trinitas diuinarum perſonarum deſcendere è cœlo inducitur ad ludificandam audacium hominum temeritatem, cœlóque aſſurgentem molem, ne vlteriùs procederet, labefactandam; quod & præſtitit. Cur ita? quia cùm palam fuiſſet conteſtatus; *non erit deinceps diluuium diſſipans terram.* Geneſ. 9. tantùm illi mortales, & perfidi fuerunt & inſani, vt nihilominùs de promiſſione, pactóque dubitantes turrim illam in ſublime, quo diluuium alterum non poſſet pertingere, attollerent. Igitur diſiecta fuit ea moles; ne monimentum infidelitatis humanæ in terra remaneret.

De Dei promiſſionibus perfidè dubitatur.
Geneſ. 9.

Separauit de his, quæ habebat, munera Eſau.] Primum omnium Iacob vt iuſtus auxilium ad præſentem neceſſitatem precibus à Deo expetiuit; deinde quod exigitur ab homine, omnes induſtriæ neruos ad placandum, & ſibi conciliandum fratrem adhibet. Enimverò de toto grege (qui valde copioſus erat) plurima deligit capita fratri munera, ſingulas nimirum ſpecies congreges ſimul, iuſſo inter gregem, & gregem interuallo relinqui; vt ſic diutius ſpectaculi pompa Eſau detineretur, & plura, ac ſplendidiora munera viderentur, quibus ille mirandum in modum delinitus meliorem ergà fratrem depoſitis odiis mentem indueret. Potentiſſima vtique ſunt ad inflectendos hominum animos munera, quæ appoſitè vocauit Ouidius *acceptiſſima*, epiſtol. 16. *cæca* dixit *munera* tragicus Seneca Hyppol. 9. *muneribus animos corrumpi*, dixit Horatius 1. ſerm. Satyr. 9. & *leniri muneribus congiariis epulis multitudinem imperitam*, dixit Marc. Tull. 2. Philip. Quid de plebe loquor, cùm ſuos, quos falsò appellabant, & venerabantur Deos, muneribus etiam placari, vincíque Poetæ cecinerunt; vnde illud:

Mira vis munerum.
Ouid.
Senec.
Horat.
M. Tul.

Munera (crede mihi) placant homineſque Deóſque,

Ouid.

Et illud eiuſdem.

Placatur donis Iupiter ipſe datis.

Meritò igitur Claud. vocauit *dulcia dona*, Epigr. 40. & *corrumpentia ſenſus dona.* Idem 6. Paneg. *donum veneno illitum*, dixit Liuius lib. 6. de vrbe, adeò mentes, ſensúſque tranſmutant munera, quaſi veneno hominem tabefactum à ſeipſo abalienent.

Claud.
Liuius.

5. Cæterùm iſthæc, & alia plura è prophanis petita munuſcula humanæ literaturæ ſtudioſis relinquamus. Vera illa, & grandia, quæ de diuinis literis proferemus; *Fortè* (inquit Iacob) *placabo eum muneribus*; dictum quidem ad illam ætatem; at in noſtra, *fortè* illud non habet locum. Certò (diceret hodie) proculdubio prorſus hominem placabo muneribus, quicquid voles, impetrabis, ſi contendas muneribus. Via donis ad quælibet concupita munitur. Audi egregium ſancti Spiritus teſtimonium: *Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes ſpacium ei facit.* Prouerb. 18. Viam ſcilicet, etiam inter ardua rupium, ſolitudinum inuia, denſa ſyluarum, aperit latam, planam, facilémque reddit etiam magnis mundi principibus, tutò adeundis. At (inquies,) quid opus habent principes donis, quæ offeruntur à plebe, cùm plurimis & maximis illi circunfluant? Reſpondere poſſem, cùm diuitibus pariter cupiditatem increſcere. Sed potiùs dico delectari donis principes, non quòd indigeant, ſed quòd illis à plebe oblatis principum maieſtas recognoſcatur: etſi enim minora multò ſint, quæ offeruntur ipſa, quæ donis colitur, principum dignitate. *Verùm* (inquit Plin.) *& diis lacte ruſtici, multæque gentes ſupplicant,*

Nihil non efficiunt munera.
Prou. 18.
Principes cur donis gaudeant.
Plin.

A *ſupplicant, & mola tantùm ſalſa litant, qui non habent thura; nec vlli ſuis vitio deos ſolere, quoquo modo poſſet.* præfat. operis ad Veſpaſ. Lyran. tamen locum explicat non de ipſis principibus; ſed de illorum miniſtris, qui obſtricti muneribus aditum ad dominos facilem aduentantibus præbent. *Hoc* (inquit) *patet in curiis principum & prælatorum; quia qui dat oſtiariis & mediatoribus, procedit vltra ad præſentiam eorum.* Quod quidem adeò certum eſt, & quotidianum, vt multò ſtet miſeris ad Regem venientibus etiam vel ſolus aditus, vel vna tantùm ſalutatio, & allocutio: grandéque lucrum importet aulicis venalis iſta Regum præſentia. Nulla proinde, vel copioſa, ſatis pecunia eſt, vt non dicam diploma, ſed verò etiam loquelam Regis poſſit emercari: Quòd ſi princeps muneribus, ſi non capitur, & mutatur; at certè delectatur, & flectitur; quid paupere fiet indice; quid ſcriba inope, quid tenui principis adminiſtro? quotus quiſque eſt, qui oblata deſpiciat munera, & reiiciat.

Lyran. Fit via facilis ad principem muneribus.

B *Vis in pecunia.*

6. Quid ſi tantus ille Propheta Samuel, vt homo tamen, haud noſtræ conditionis immemor, Saulem pridie quàm in Regem Hebræorum iuſſu Dei perungeret, ac perunctum populo acclamaret; in publico epulo voluit muneribus allicere: atque in poſterum obligare? Scribitur enim: *Dixit Samuel coco; Da partem, quam dedi tibi, & præcepi, vt reponeres ſeorſum apud te; leuauit autem cocus armum, & poſuit ante Saul: dixitque Samuel, Ecce quod remanſit, pone ante te, & comede, quia de induſtria ſeruatum tibi, quando populum vocaui.* 1. Reg. 9. *ſcilicet,* (inquit Abulenſ.) *in hoc non ſolùm Samuel beneuolum affectum ſuum oſtendere in Saulem: ſed etiam eum coram toto populo honorare voluit.* q. 16. ad eundem locum. Iam nunc, antequam regni ſceptrum, & coronam homini tradat, muneribus illum obſtringere conatur; ſciens vtique illis eſſe ad permouendos animos vim admirabilem. Perficiunt munera, quod rationum momenta perficere non potuerunt: imo vbi dediſti, confeciſti negotium. Miſit Balac Rex Ammonitarum, & Moabitarum nuncios ad Balaam ariolum, vti Hebræos maledictis, ac diris, infauſtiſque imprecationibus execraretur; atque vt ab homine, quod auebat obtineret, regalia planè miſit munera. *Perrexerúntque* (ſcribitur) *ſeniores Moab, & maiores natu Madian habentes diuinationis pretium in manibus.* Numer, 22. Munera ſcilicet deferebant, quibus augur delinitus poſtulatis illorum acquieſceret. Pulchrè autem in Hebr. & apud L X X. vti S. Auguſt. q. 47. Orig. & alij legunt, non habetur pretium; quod ab interprete explicationis gratia intelligitur appoſitum. Sed tantum ita legitur: *Et diuinationes in manibus eorum.* Et quidem Regis munera, quæ deferebant ariolo, diuinationes appellantur: Nam vt habetur in Gloſſa; *Vt pœna peccati dicitur peccatum, ita pretium diuinationis, dicitur diuinatio,* &c. Tanta ſcilicet in muneribus vis eſt, ſic omnem rem conficiunt, vt iam arioli diuinationem quam expetunt regij miniſtri datam in manibus habeant, qui pro illa obtinenda in iiſdem deferunt munera. Idem munus eſt, atque diuinatio. Da, & habes quicquid voles. O infelicem ætatis noſtræ conditionem! cuncta ſunt modò venalia, nihil non perficit pecunia; nihil non ipſa pecunia eſt. Diplomata Regum, principum honores, præfecturæ, magiſtratus, (faxit Deus ne ſint etiam Epiſcopatus, & Eccleſiarum prælaturæ) iudicum ſententiæ, ipſum hodie ſunt, quod pecunia.

Samuel obligat Saulem muneribus.

C

1. Reg. 9. Abul.

D

Num. 22.

Gloſſ. Rem omnē conficiunt munera.

E

Omnia in ſeculo venalia.

A 7. De ſuo ſæculo, imò & potiùs noſtro ſcripſit Propheta: *Princeps poſtulat; & iudex in reddendo eſt; & magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ.* Mich. 7. Princeps quidem à populo ſubſidia petit, tributa exigit, atque vtinam violenter, & inique non extorqueat, & iudex, legiſque peritus, mille rationes, iutáque roganti principi reddit; quibus probet licere quod libet. Et inſignis legis doctor (magnum vocat) principi ſententiam ſuam indicat, non iuxta legem, ſed iuxta cupiditatem gratiæ acquirendæ apud principem; non enim profert quid in Chriſtiana conſcientia ſentiat, ſed quid prauitas aſſentatoris ſuggerat. Hæc interpretatio non aliena eſt à commentario S. Hieron. quod ad hunc locum ſic habet. *Ipſe princeps petit, & iudex verba pacificè loquitur: accipit enim munera, deſiderium animæ ſuæ, quod manifeſtum eſt. Munera enim excæcant oculos etiam ſapientum.* Deuter. 16. *Viuificant quoque animam, quam viuificare non debuerant, & interficiunt eam, quæ merito ſuo, & virtutibus viuit; & hoc faciunt propter dona, quæ poſtulant impudenter, & turpiùs accipiunt.* Sic ille: quod ſi munera excæcant oculos etiam ſapientum; quid fiet imperitis, & rabulis, qui venalem ſcientiam habent, nec tam libro, quàm cibo ſtudent, non illi intelligendo, ſed iſti acquirendo? excæcant oculos munera. Quale igitur fiet iudicium, vbi animi corrupti, & cœci ſunt oculi? a cœco iudice, quæ niſi cœca, & iniqua procedet ſententia, quæ ſcilicet reum abſoluat, innocentem condemnet: domino ſua diripiat, & aliena latroni adiudicet: atque ita dignum vita perimat: (ſic intelligo dictum S. Hieron.) *indigno vitam peruerſo iudicio attribuat?* Perditæ tunc res erant regni Iudaici; etenim vt ibidem Propheta apponit: *qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus; & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe.* Mich. 7. Deplorata ſanè Reipub. ſalus, in qua Principes, qui leges condunt, iuſtè, ſanctéque adminiſtrare, atque aliis inculpatæ vitæ, morúmque exemplo præire debent, ſunt cardui ſentibus horridi, & ſpinis paliuri acutis, qui aliena bona tenaciter prehendunt, prehenſaque depeculantur. Sunt etiam iudices, qui non iuſtitiæ, ſed auaritiæ ſtudent, quibus tanquam tribulis, & vepribus, quicunque D accesſerint, aut integram, aut ſaltem laceram relinquant pecuniam, & ſubſtantiam, ac vitam: & nonnunquam inde infixis ſpinoſæ rubi aculeis vulnerati, ſine corio, & ſanguine vix tandem abſcedant neceſſe eſt. Fuerint iſthæc Prophetæ in ſuam ætatem dicta; noſtram verò cœlus Aſtræa relinquens iterum reuiſit: ſaxit Deus.

Mich. 7. *Tributa principis ad libitum.*

Index iniquus & adulator principis. D. Hier.

B

Deut. 16. *Munera excæcant.*

Scientia & ſententia venali.

C

Mich. 7.

Auaritia principum & iudicum.

8. *Fortè* (inquit Iacob) *placabo eum muneribus.* Cum dubio loquitur: nec enim adhuc nouerat, quanta in dando vis, ac potentia conſtituta ſit, qualem, ſcilicet, egregia quadam ſimilitudine Sapiens poſteà explicauit: *Repromiſſio nequiſſima multos perdidit dirigentes, & commouit illos quaſi fluctus maris.* Eccleſ. 29. Fertur pelago nauis & vento, & fluctu, in portum ſecundis: at (ſit interdum) E oborta tempeſtate maria intumeſcunt, nauímque identidem conuulſam demum, aut abſorbent vndarum vorticibus hauſtam, aut in ſcopulos, ſyrtéſque alliſam miſerabili naufragio diſperdunt. En quid repromiſſio, quid munera tandem efficiunt. Rectus quidem erat, & integer iudex (Minoa diceres, aut Rhadamantum) à iuſtitia neſcius dimoueri, ſic proſperum curſum tenebat. At ex aduerſo neſcio quis aut grandem pecuniam promittens, aut pretioſa mittens munera: Bone Deus quàm periculoſam excitauit

Eccleſ. 29. *Tempeſtas virtutum ex muneribus.*

procellam;

procellam qua vehementer etiam atque etiam iudicis animus repercuſſus, fracto demum integritatis & conſtantiæ rigore, in fœdum iniuſtitiæ barathrum impactus hæſit! ah, quot viduæ, quot virgines, quot nuptæ, ſecundo in cœlum curſu nauigantes, oborta promiſſionum, & munerum procella ſæpiùs conuulſæ miſerádum pudicitiæ, & (quod inde frequenter conſequitur) vitæ pariter cum honore naufragium fecerunt? Non minùs elegans, appoſitáque illa eſt Salomonis ſimilitudo, *Subſtantia diuitis, vrbs fortitudinis eius*. Prou. 10. Nimirum *diuites*, (vt explicat Beda) *confidunt in diuitiis, quaſi in vrbe munita*. Non igitur eò penetrant leges, iuráque legum: impunè diuites peccant, impunitatem facit pecunia: Quis enim apparitor, quis iudex contra diuitem auſit B quicquam moliri, quē vndique opes circundant, qui ſeſe iactis pecuniæ munerúmque miſſilibus contra quoſque pro iuſtitia molientes munit, ac tuetur! Quoſnā quæſo oculos non feriunt numi? quodnā pectus munerum ictibus impetitum nihilominus perſtat immobile; nec auri, argentíve ariete quaſſatum fatiſcit? Sunt in vrbibus præſertim maritimis caſtella, & arces munitiſſimæ, quarum, hoſtiles ſi propiùs tentant accedere claſſes, ſulphureis tormentis transfoſſæ demerguntur.

Impunitas ex diuitiis. Prou. 10. Beda.

Rarus, quem non pecunia vincat.

9. Huiuſmodi eſt apud nos arx S. Iuliani ad fauces Tagi, Oceano imminens inacceſſas inter, & impenetrabiles constructa rupes, egregium ſanè Oliſipone & monimentum, & præſidium; C Cui quidem arci dictitant peritiſſimi rerum æſtimatores, nullam in orbe (de maritimis ſermo eſt) æquè munitam, & inexpugnabilem videri; ergo ſi nauim propè velificantem diſploſa ex hac arce tormenta concutiant, quid quæſo, & nautis, & naui fiet? Sic planè diues ex arce ſua velificantes aggreditur, aliquando in pauperem fœminam velut bombardam, vel aureum ornamentum, vel argenteum vaſculum, vel ſericam veſtem, vel tritici corum, vel ipſos inferni ſatellites, mortem, ignémque ferentes numos diſplodit. Quî ergò tam fragile conſiſtet lignum, quin hauſtum fluctibus in profundum impuritatis demergatur? Proculdubio (quod experientia quotidiana compertum habetur) nullum viro ad omnem petulantiam maius eſt incitamentū, quàm D rerum affluentia; nullum verò maius fœminæ periculum ad ruinam, quàm ex inopia contingit. Plures paupertas quam laſciuia mulieres perſuadedit. Nulla grauior tentatrix, nullus ad impuritatem fortior leno, quàm ipſa neceſſitas. Capiantur valde mortales muneribus, capiuntur quoque cœlites ipſi; quo de argumento eſt illa Domini parabola de villico iniquitatis, quem dicit prudenter feciſſe, cùm debitores heri ſui peregregiis in ſui gratiam pellexit muneribus, remittens ſcilicet aliquantulum ex debitis. Ex qua parabola Dominus ipſe colligit: *Facite vobis amicos de mãmona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Luc. 16. Prudentem dixit Dominus villicum iniquitatis. E Etenim (vt obſeruat S. Ambroſ.) *licèt peccauerit, tamen quia ſibi in poſterum ex indulgentia Domini quæſiuit auxilia, prædicatur.* Monemur hinc datis terræ muneribus cœleſtem promereri gloriam: & per eleemoſynas quibus inopia miſerorum ſubleuetur, nobis in regno Dei pulcherrimas iuxta, & ampliſſimas, in quibus ſempiternum cum Deo ducamus æuum, ædes comparare. *Vt largiendo* (explicat S. Ambroſ. *pauperibus, Angelorum nobis, cæterorúmque ſanctorum gratiam comparemus.* Quod ita certum, firmúmque habetur, vt aliter patere

Arx S. Iuliani munitiſſima Oliſipone.

Arx tentationum pecunia.

Paupertas fœminarum tentatio.

Luc. 16. *Eleemoſynis cœlum comparatur.* D. Ambr.

A cœleſtis gratiæ ingreſſum hominibus S. Chryſ. non arbitretur, cuius hæc eſt ſententia: *Impoſſibile quidem, impoſſibile inquam eſt, & ſi innumera faciamus bona ſine eleemoſyna cœleſtis regni, vel veſtibulum quidem attingere.* homil. 22. in Ioan. ad finem, vbi etiam ex parabola decem virginum ſubinfert ſine luce in lampadibus non intrandum per cœli ianuam: *Cuius ignis* (admonet) *lux ita ſeruatur ſi in vaſa oleum, dum hanc vitam viuimus colligamus: quod nobis, neque poſt hinc migrationem amplius, neque niſi per manus pauperum colligere permittitur.*

D. Chryſ.

10. Videri poſſunt iſta hyperbolicè dicta; ſed tamen oſtenduntur, quàm ſeriò & grauiter à ſanctis Doctoribus eleemoſyna commendetur: quanti Deus noſtra ſibi oblata in pauperibus munera, & B grato recipiat animo, & auguſtiſſimis donis rependat. Profectò quiſquis peccator eſt, verè dixerit: Placabo illum muneribus, quæ præcedunt, & poſteà videbo illum. Placandus ſcilicet, ac propitiandus, quem ſceleribus offendimus, Deus per bona opera, maximè eleemoſynas; vti Daniel Propheta ſceleſto Regi cômendauit: *Quamobrem conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum.* Daniel. 4. Erat quidem Nabuchodonoſor in ſubditos valde inimicus, à quibus iniuſta, & immania exigebat tributa. *His ergò* (apponit Theodoret.) *inexplebilem illius crudelitatem declarat, quam in ſibi ſubditos exercuerat. Vis, inquit, clementiæ fructum recipere? hanc eandem erga eos oſtendito, qui vnam tecum ſortiti ſunt naturam;* C *Ita enim iudici perſuadere poteris, vt minas extinguat, neque ſinat eas ad exitum perduci.* Patroni ſunt pauperes, aduocati ſunt, quorum Deus precibus noſtra condonat flagitia. Et quidem, vt ſignificatur in ſupradicta parabola, de alienis bonis, oleo ſcilicet, ac tritico domini ſui aſtutus ille villicus amicos, & domos ſibi comparauit; vt hinc nouerimus, non de noſtris, ſed de bonis Dei à quo cuncta bona procedunt, offerre nos Deo eleemoſynas in pauperes, nec enim Deo quicquam noſtrum condonamus, ſed illi quod ſuū eſt reddimus; quare optimè S. Saluianus admonet: *Cum offert* (inquiens) *Deo quiſpiam facultates ſuas, non offerat quaſi præſumptione donantis, ſed quaſi humilitate ſoluentis; nec offerat,* D *quaſi totum debitum reddens, ſed quaſi vel paruum de magno reddere cupiens; quia etiam ſi tradat, quod habet pro modo rerum non reddit, quod debet pro magnitudine peccatorum.* lib. 1. ad Eccleſ. Cathol. Itaque ſi noſtra bona pro Dei obſequio Euangelicam paupertatem amplexi renunciamus, vel illa ſaltem, aut cuncta aut partim pauperibus Chriſti erogamus, Deo ſua perſoluimus. Deinde minora ſemper ſunt omnia, quæ offerimus, quàm quæ habemus flagitia eleemoſynis expianda. Colligit ergò ſapienter Epiſcopus: *Offerat hoc animo, vt hoc ipſum inter præcipua Dei beneficia reputet, quòd & animum offerendi dedit; plus ſibi in his, quæ Deo offert præſtari æſtimet, quàm illis, quæ habet, quia hoc, quod habetur ab homine, temporarium eſt; quod autem Deo* E *offertur ſempiternum.* Hæc idem Saluian.

Gratiſſima Dei eleemoſyna.

Daniel. 4. *Venia criminum per eleemoſynas.* Theodor.

De donis à Deo datis ſit eleemoſyna.

Saluian.

Dei grande beneficiū eſt animus dandi eleemoſynam. S. Saluian.

11. Singulare quidem Dei beneficium, quod quis miſericordiæ viſcera induat, plúſque ſit, & largus in pauperes. Eſt enim vnus è maximis æternæ prædeſtinationis effectibus miſericordia, & eleemoſyna. *Beati ſiquidem miſericordes,* (ait Dominus) *quoniam ipſi miſericordiam conſequentur.* Matth. 5. Videlicet, cùm iudex in reum, vel inſito affectu propenſus eſt, vel ab illo acceptis muneribus beneuolè affectus, quicquid deliquerit, in ſpem tamen erigitur fore, vt abſoluatur: ille ſiquidem iſtius culpas expendens, partim diſſimulat,

Eleemoſyna prædeſtinationis effectus.

Matth. 5.

ſimulat, partim ſic obtegit, vt in apertum non prodeant; alias etiam leuiores, quàm vt plecti mereantur, videat; denique reum liberum, & laudatum dimittit. Sic planè Dei iudicium habet erga miſericordes, qui demum à iudice beneuolo, captóque muneribus, non à culpis modò abſoluti iudicantur, ſed inſignibus quoque honorum titulis nobilitantur. Et luctum quidem & ſignum pariter æternæ miſericordiæ, quam à Deo in cœlis homo accipiet, humana eſt in proximos miſericordia. Pulchra ſiquidem illa eſt ſententia S. Chryſ. *Eſt ſanctorum genus omne beneuolum, propenſóque ergà alios affectu.* homil. 14, in 8. ad Roman. Iccirco Apoſtolus admonet: *Induite ſicut electi Dei ſancti viſcera miſericordia.* ad Coloſſenſ. 3. Proprium ſcilicèt electorum eſt vt ſint miſericordes, & quidem ab affectu interno viſcerum. Et quemadmodum veſtis & virum ornat, & notum reddit: ſic apud Deum, hominéſque honoratur ille, qui miſericors eſt in pauperes, etiam adhuc in terris cœleſtium ciuium amictu prænotatur. Hinc optimè colliges illud S. Leonis apprimè dictum, & diuitibus perquàm ſalubre: *Certum eſt vnumquemque noſtrum anima ſua benefacere, quoties miſericordia ſua inopia ſuccurrit aliena. O mira prudentia, & bonitas Creatoris, vt vno facto duobus vellet eſſe ſuccurſum!* ſerm. 1. Videlicet eleemoſynam, & corpori pauperis & animæ diuitis ſuccurritur; illi, vt famem depellat; iſti, vt peccata expiet.

Abſoluitur reus per eleemoſynā.
Diuinā humana imitatur miſericordia.
D. Chryſ.
ad Coloſ. 3.
D. Leo.
Duplex ſubſidium in eleemoſyna.

12. *Placabo* (inquit Iacob) *muneribus, quæ præcedunt, & poſtea videbo illum.* Inſignis quidem hominis prudentia: non ad ipſum cum fratre congreſſum differt munera, quæ tunc, quia ſera fortaſſe non reciperētur; ſed antequam videat oculis, placare nititur muneribus aduentantem. Propitiandus ergò nobis eſt Deus, pœnitentia, lacrymis, precibus, eleemoſynis ante ipſius aduentum, ante, ſcilicet, mortem hominis, ac Dei iudicium. *Præoccupemus* (ait Propheta) *faciem eius in confeſſione.* Pſal. 94. S. Hieron. intelligit de confeſſione ſacramentali: *Priuſquam* (inquit) *nobis auerſa facie iraſcatur, confiteamur peccata noſtra.* Blaterent nunc hæretici, obganniántque contra ſalutare pœnitentiæ ſacramentum. Dices confeſſionem laudis intelligi. benè; & iſta frequens eſt in Scripturis; ſed eam hîc non ſeparauit Propheta à confeſſione peccatorum, quod S. Auguſt. in hunc modum explicat: *Eſt confeſſio laudantis, & eſt confeſſio gementis; illa ad honorem pertinet eius, qui laudatur; iſta ad pœnitentiam pertinet eius, qui confitetur. Confitentur homines cùm laudant Deum; confitentur cùm accuſant ſe, & nihil dignius facit lingua.* O verbum pulcherrimum! confeſſione ſacramentali nihil dignius facit lingua; quàm vt peccata ritè confiteatur: Dices, multò eſſe dignius, cùm Dei laudes confitetur. Reſpondet D. Aug. *Nunquid, & hoc non pertinet ad laudem Dei, quando confiteris peccata tua? Imò verò maximè pertinet ad laudē Dei, quia tantò amplius laudatur medicus, quantò plus deſperabatur ægrotus: tantò maior laus eſt ignoſcentis, quantò maior exaggeratio eſt peccati confitentis. Vt Deum laudes, te accuſes.* Nimirum ſumma laus Dei eſt, quòd hominem ſuo præcepto moueat, vt ſua ipſe flagitia peccator confiteatur, doleatque: vt ipſe ſui, & accuſator ſit, & carnifex. Laus Dei eſt noſtra confeſſio, quia noſtrum iſtud iudicium ſuperexaltat Dei miſericordiam, quæ confitentem abſoluit, miríſque replet ſuæ gratiæ donis pœnitentem. In vita igitur ante mortem Deique iudicium ritè de peccatis emittenda confeſſio eſt,

Placandus confeſſione ſacramentali Deus.
Pſal. 94.
D. Hier.
Aſtruitur contra hæreticos confeſſio ſacramentalis.
D. Auguſt.
Optima actio linguæ confeſſio peccatorum.
D. Auguſt.
Summa Dei laus noſtra confeſſio.
Confeſſio ritè facienda in vita.

Scilicet (ait S. Aug.) *venturus eſt, præoccupemus faciem eius in confeſſione prius, antequam veniat, nos confitendo damnemus quod fecimus, vt ille quod coronet, non quod damnet inueniat.* Hoc pacto placabimus Deum muneribus, quæ præcedunt, & poſteà læti, ac ſecuti videbimus faciē eius. Benè Theodor. in hunc quoque ſenſum interpretatur: *Ante ſupplicij tempus pœnitentiam agamus, & priuſquam in nos ſententiam proferat, Dominum demulceamus.* Secum igitur pro ſe ſupremi iudicis, defert ſententiam, qui munera iudici, & in eleemoſynis, atque in vera pœnitentia præmiſit.

D. Auguſt.
Theodor.

13. Non caret myſterio illa vox addubitantis (*Forſitan.*) *Forſitan propitiabitur mihi*; Eandem Daniel appoſuit Chaldæo Regi, cùm eleemoſynas commendauit: *Forſitan ignoſcet delictis tuis.* Daniel. 4. Vim huius vocis exponit S. Saluian. his verbis: *Hoc ipſum, quod dicit forſitan, ſpem indicat, non fiduciam pollicetur. Ex quo intelligi poteſt, quàm difficilè iam in ſupremis poſiti peccatores qualibet munificentia ad perfectam indulgentiam peruenire poſſint: quando Propheta ipſe, qui ſuadet propitiationem Dei inquirendam, promittere tamen non auſus eſt promerendam; dat conſilium de metu, & tamen dubitat de effectu; hortatorem ſe ngendo, non impetrandi autorem facit.* lib. 1. de Eccleſ. Cathol. Si pœnitentia dum incolumis, & integer quis eſt, agatur, vti ſuſpecta non eſt, ita à metu libera eſſe poteſt: at in morte, cùm non peccata homo, ſed hominem peccata videntur dimittere, haberi poteſt ſuſpecta videlicet, non illius notæ, ac perfectionis, quam Deus à peccatoribus exigit: qualem videtur habuiſſe Nabuchodonoſor, quippe qui poſt aliquot menſes à regno ab aula, à mortalium conſortio in ſyluas, ingenium beſtiæ, habitúmque & figuram induens procul eſt expulſus. *Nimirum* (vti animaduertit Theod.) *hæc omnia Nabuchodonoſor euenere, qui Dei longanimitate non opportunè vſus eſt.* orat. 4. in Dan. Quare Chaldæus Rex, aut nullam egit pœnitentiam, qua deprecaretur Dei vindictam; aut valde imperfectam, ideóque indignam, quæ Dei gratiam promereretur. S. Hieron. illam eandem vocem (*Forſitan*) expendens optimè colligit; *Cùm beatus Daniel praſcius futurorum de ſententia Dei dubitet, rem temerariam faciunt, qui audacter peccatoribus indulgentiam pollicentur.* Audax igitur, ac temerarius eſt peccator qui perfectam ſuorum ſcelerum pœnitentiam ad extremum vitæ halitum, mortíſque irreuocabile punctum differt; expectans à Deo grandem aliquam, raróque datam miſericordiam, & gratiam, qua tandem adiutus in extremis, & pœnitentiam agat, & ſalutem conſequatur. Rectè in hanc ſententiam de huiuſmodi peccatore adiungit ad ſupradicta S. Saluian. *Intelligere itaque peccator non acta errorum pœnitenten poteſt, quanta ei, & quàm larga in ſupremis munificentia opus eſt, qui vult obtinere à Domino per ſeram deuotionem quod non poteſt vſurpare per legem. Magna profectò vt verè pœniteat, ac denique ſaluetur, Dei miſericordia qui ſuam ad mortis anguſtias confeſſionem diſtulit: & largiſſima qua diues eſt in pauperes magnificentia, vti Dei gratiam eo puncto mereatur, opus habet:* Vtrumque ſenſum in verbis ſancti Doctoris intelligo.

Daniel. 4.
D. Saluia.
Non caret metu pœnitentia in extremis.
Suſpecta pœnitentia in morte.
Theodor.
Nabuchodonoſor impœnitens.
D. Hier.
Temerè ad mortem pœnitētia differtur.
Angeli & ſancti piè inuocandi.
Saluian.

14. Mittit Iacob per nuncios munera Eſau. *Placabo* (inquiens) *illum muneribus.* Et villicus ille amicos ſibi officiis, ac beneficiis deuinciens conciliat, qui amotum à villicatione, cùm grati eſſe debeant, hoſpitio, menſaque recipiant

Quit

Quis non videat bis ſignificari conciliandam
oobis, ac promerendam Angelorum, ac ſancto-
rum gratiam,& præſidium,qui nobis erga Deum
ſint internuntij, noſtras deferant preces, bono-
rum operum munera offerant, Deúmque nobis
propitium reddant, & beneuolum. Magnum ſa-
nè in cœlitibus, qui iam de ſeipſis ſecuri, de no-
bit tamen vti de fratribus, adhuc in ſalo flu-
ctuantibus nimium ſoliciti cum Deo viuunt,
Multũ valet ſanctorũ inuocatio.
habemus præſidium cooſtitutum. Et quidem
pro remiſſione noſtrorum ſcelerum obtinenda
plurimum valet ſanctorum apud Deum inter-
pellatio, iuxta illud Prophetæ: *Pro hac orabit ad*
Pſal. 31.
te omnis ſanctus in tempore opportuno. Pſal. 31. Suis
enim precibus, cui aſſiſtunt, indulgentiam mi-
B ſeris, qui peccamus, & gratiam impetrant. Ad-
huc mortalem vitam io terris agebat Iob: at ea
gratia valebat apud Deum, vt illius meritis, ac
precibus errores iis hominibus, quibus valdè
iratus erat Dominus, ipſe condonaret. Sic enim
legimus: *Dixit Dominus ad Eliphaz: Iratus eſt fu-*
ror meus in te, & in duos amicos tuos. Ite ad ſeruum
meum Iob; Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis:
faciem eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur ſtulti-
Iob. 42. *Valet apud Deum interceſſio ſanctorum.*
tia. Iob. 42. Patronum illis Iobum indicat de-
precandi ſupplicij, quod merentur; quippe cu-
ius patientia Deo erat quàm acceptiſſima, nec
erat tunc ei ſimilis in terra, vti diuinæ literæ
conteſtantur. Abeuntem in cœlos Eliam con-
tuitus exclamauit Eliſæus: *Pater mi, currus Iſrael,*
4. Reg. 2.
C *& auriga eius.* 4. Reg. 2. Significans vtique in v-
oo illo viro ſanctitatis eximiæ omne gentis He-
bręæ præſidium, & ornamentum, quæ duo in
militaribus copiis, & viribus continentur, eſſe
Magnum in ſanctis præſidium.
conſtitutum. Legunt alij, *Currus, & equites,* alij
militia. Hebr. פרשיו *paraxam.* Benè igitur ad li-
Theodor.
xeram occurrit Theodor. *Reges aliarum gentium*
equis vtentes, & curribus ſtabant in acie; ea de cauſa
magnum Eliam appellauit currum, & equitem Iſrael,
vt qui ſolus ſufficeret, & ad fundendos, & profligan-
dos hoſtes, & rurſus ad dandam alienigenis hoſtibus
victoriam. quæſt. 8. in 4. Reg. Clariùs in hunc
Abulenſ.
eundem ſenſum exponit Abulenſ. *In Hebræo* (in-
quit) *dicitur: Currus Iſrael, & militia eius; quaſi*
dicat; gentes quando pugnant, confidunt in curribus,
D *& in militia: Iſraelitæ autem habebant Eliam loco*
curruum, & militiæ; quia preces eius erant ſufficientes
magis ad defendendum Iſrael, quàm currus, & arma.
quæſt. 20. in 4. Reg.

15. Non ſaluatur enim Dei populus per mul-
tam virtutem, etſi gigantes habeat pro pediti-
Præſtat vnus ſanctus, quàm multi exercitus.
bus; & omnis illius equitatus ad ſalutem fallax
eſt, & vanus, vti vel ipſe teſtatur, qui rem ex-
Pſal. 32.
pertus eſt Dauid Pſalm. 32. & ratio illa vna eſt,
D. Hieron.
quam apponit S. Hieron. *Quia* (inquit) *alibi di-*
Pſal. 3.
cit: Domini eſt ſalus. Pſalm. 3. Nam ſi hominum
ſalus in ſolo Deo eſt, illéque iis, quibus digna-
tur concedit: potentior ad illam conſequendam
ſibi, & aliis comparandam erit vnus vir ob ſan-
ctitatem Deo gratus; quàm peditum, equitúm-
E que exercitus florentiſſimus. Meritò ad eundem
D. Auguſt.
locum admonet D. Auguſt. *Ad Dominum omnes,*
in Deo omnes. Spes tua Deus ſit, fortitudo tua Deus
Spes & fiducia in Deo.
ſit, firmitas tua Deus, exoratio tua ipſe ſit, adiuto-
rium cùm laboras ipſe ſit. Quando ſalus hominis
in ſolo Deo eſt, non aliunde eam expectet aduen-
turam; Dein ſummam habeat fiduciam, ſpém-
que, in bonitate infinita Dei illam ſcilicet ab il-
lo conſequendi. Hac enim obarmati fidelium
exercitus, etſi minùs aliquando, & viribus, &
armis inſtructi florentiſſimas infidelium acies

A ſæpe numero profligarunt; grande quidem præ-
ſidium in fiducia iſta, ſiue (vt loquitur ipſe Do-
minus) in fide Dei conſtitutum habemus; ſed
neceſſe amplius eſt, vti noſtra merita ex bonis
operibus adiungamus; aliter vana, & valde te-
Spes in Deo ſimul cum bonis operibus.
meraria noſtra erit in Deo fiducia. Vtrumque
ſimul copulandum egregiè docetur illa tam ce-
lebri apud Ezechielem viſione; fœta quidem
myſteriis animalia triumphalem currum quo
Deus homo vehebatur, agitabant. Et (adiungi-
tur) *manus hominis ſub pennis eorum in quatuor par-*
Ezech. 1.
tibus. Ezechiel. 1. Sed quæ manus iſtæ hominis,
Theod.
quæ alæ animalium? Reſpondet Theod. *manus*
ſub alis, inuiſibilis, & varia Dei energia. Nam alibi
manum appellat efficacitatem. Noſtræ quidem alæ,
B quamquam ſint aquilarum, nequaquam à terra
Neceſſariò exiguntur bona opera.
in altum ſubuolabunt, niſi manibus Dei hominis
fulciantur: nec etiam manus ipſæ Dei attollere
ſolent hominem, ſi homo alas non expandat,
non excitet ad volandum; aut etiam in alia in-
terpretatione ad eundem tamen ſenſum, alæ ven-
to agitatæ, hoc eſt, fides, ſpéſque in Deum non
feruntur ab aura diuini ſpiritus, ſine manibus ho-
minum, ſine induſtria, laboréque, ac bonis ope-
ribus, quæ fidenti, & ſperanti in Deo magnas
præſtant operas.

16. Profectò, & manus, & alas habebant Moy-
ſes, Ioſue, atque Apoſtoli Domini, qui terram
ipſam difficultatibus, & periculis, quodammodo
conſtratam tam ſecuri terebant, & peragrabant,
Securi cum Deo per orbem Apoſtoli.
C ac ſi propriis in ædibus, vel in templis Dei quiſ-
que illorum conſideret. Iccircò accedentem ad
rubum inter ſyluas Moyſem affatur Angelus:
Solue calceamenta de pedibus tuis; terra enim, in qua
Exod 3.
ſtas, ſancta eſt. Exod. 3. quod alter deinde Ange-
lus dixit Ioſue terram promiſſionis bellicoſiſſi-
mis habitatam gentibus ingredienti; cuius loci
Procop.
luculenta eſt explicatio io huoc modom Proco-
pij: *Securitatem pollicetur Angelus Ioſue, quemadmo-*
dum Moyſi; Diſcipulis autem Dominus, nec virgam,
nec peram, nec calceos conceſſit, dedit verò eis poteſta-
tem calcandi ſuper ſcorpiones & ſerpentes. in 5. Ioſue.
Ite (inquit Dominus diſcipulis) ad omnes gen-
tes, circuite vniuerſum orbem, non eſt quòd
barbaras nationes, prouincias, aut toto orbe diſ-
D ſitas, aut ſub torrido cœlo iacentes, aut rupibus,
& montibus arduas, aut infelici ſterilitati addi-
ctas, aut feris, & ſerpentibos horridas timeatis:
tam ſecuri meo præſidio incedetis, ac ſi terram
ſanctam, hoc eſt, ab omni periculo, malóque, &
Abulenſ. *Elias in curru raptus.*
noxa liberam nudo pede contingeretis. Aliter et-
iam explicat Abulenſ. locum illum ſuperiùs in-
dicatum. 4. Reg. cap. 2. *Currus Iſrael & auriga eius.*
Dicendum (inquit) *quod Eliſæus vidit quando rapie-*
batur Elias, tunc in curru igneo, & ipſe ibat ſuper cur-
rum ſicut auriga dirigens equos: dixit; Currus Iſrael,
& auriga eius, id eſt, video currum, & aurigam. Dixit
Sanctus regno & orbi totum bonum.
currus Iſrael, quòd ille currus ferebat in ſe totum bo-
num Iſrael, ſcilicet Eliã, qui erat totum bonum Iſrael.
Pulchrè ſanctus vir totum bonom regni dicitur,
E nec vtilius aliud prouinciæ, vrbi, & orbi quic-
quam Deus prouidebit, quàm ſi iuſtos, ſanctóſ-
que viros (eorum eſt enim effector Deus) illi at-
tribuat.

17. Certè cùm nauis à Palæſtina in Italiam
epibatis referta nauigaret, obortáque tempeſta-
te naufragium eſſet ſubitura, Paulus Apoſtolus,
qoi ſimul vinctus Romam vehebatur, ſocios de-
ploratam iam ſalutem omninò deſperantes ſola-
tur. *Suadeo vobis bono animo eſſe; amiſſio enim nul-*
lius animæ erit ex vobis, præterquàm nauis: Aſtitit

mihi Angelus Dei dicens: Ne timeas Paule: ecce donauit tibi Deus omnes, qui nauigant tecum. Actor. 27.

Act. 27. Salutaris præſentia viri ſancti.

Proh quam vtile, quàm ſalutare fuit naui, nautis, & vectoribus vnius Pauli præſentia! Quare optimè animaduertit S. Chryſoſt. *Quod dictum Paulo, donauit tibi eos: tantum dictum eſt; digni quidem erant, qui perirent, quoniam inobedientes fuerant, verumtamen in tui gratiam hoc fit.* Vide quantum profuit illi naui præſentia Pauli; quàm ſalutaris mundo vir ſanctus eſt, in cuius gratiam, & pericula depelluntur, & vita mortalibus donatur. Percommodè colligit S. Chryſ. *Ita iuſti, licèt in tempeſtate ſint, licet in mari, licèt in pelago, nihil graue patiuntur, quin & alios ſecum ſeruant, ſi nauigantes, periclitantes, & naufragium ſuſtinentes, ſi & vincti per Paulum ſeruati ſunt, cogita quid eſt eſſe virum ſanctum in domo.* homil. 53. in Acta.

Securitas ex præſentia ſancti.

Tuta ſunt omnia, vbi ſanctus adeſt: ac licèt in hoc mari magno, & ſpatioſo, vbi reptilia, quorum non eſt numerus, vbi graues procellæ, crebra naufragia; vel ſi vnus apud nos aderit ſanctus, velut in portu erimus ſecuri. Quapropter ſeriò

D.Chryſ.

& prudenter admonet infra idem Chryſoſt. *Retineamus apud nos ſanctos, nec erit tempeſtas; imò etiamſi fuerit tempeſtas, erit ſerenitas, & tranquillitas, & à periculis liberatio.* Quænam quæſo tempeſtas grauior, quàm muliebris eiulatus, & lamentatio, vbi ante oculos matris filius emoritur? Ea tamen procella viduæ filium demortuum lamentantis ad preces ſancti Prophetæ diſſerenauit vndique, 4. Reg. 4. quod hic ſubnotauit

D.Chryſ.

idem Chryſoſt. additque conſequenter; *Vbi pedes ſanctorum ingrediuntur, nihil erit, quod contriſtet. Aſſueſce, vt pauimenta domus à talibus calcentur pedibus, & non calcabit dæmon illic.*

Felix domus, quæ ſanctum excipit.

Magna quidem laus ſanctitatis, magna ſanctorum potentia, quorum præſentia dæmones exterrentur, & fugantur. Sed vnde hoc? Reſpondet egregiè ſanctiſſimus pater, *ſicut enim vbi fragrantia eſt, ibi non habet locum graueolentia: ita vbi ſanctum eſt vnguentum, ibi ſuffocatur dæmon, lætificat ſimul agentes, animam recreat, odorem diffundit.* Hæc ille.

Cum ſancto dæmon eſſe non poteſt.

Quid enim fœdius, & purulentius vitiis, & vitiorum adminiſtro, incentoréque diabolo? quid verò ſuauius, ac purius ſanctitate, ſanctiſque hominibus? Nihil timendum vbi illa, & iſti adſunt. Ne timeas. apponit denique S. Chryſoſt. *Reuerentur ſanctorum veſtigia, ſicut leonem vulpes. Iuſtus enim* (ſcribitur) *vt leo confidit.* Prouerb. 18.

Prouer. 18.

Introducamus ergo leones in domum, & omnes expellentur beſtiæ, non clamantibus, ſed ſimpliciter loquentibus illis. Non enim leonis rugitus beſtias ſic fugat vt iuſti oratio dæmones. Hæc omnia Chryſ. O felicem prouinciam, o vrbem fortunatiſſimam, in

Tutum in ſanctis præſidium.

qua multus eſt ſanctorum numerus! tot habet leones, quot ſanctos. Securum planè regnum, inuictum omninò conſiſtit, quod leonibus vndique circumuallatum aduerſus dæmones, aduerſus hæreſes, & vitia, aduerſus infidelium arma eſt.

18. Valent quidem plurimum iuſti apud Deum, & mortalibus proſunt adhuc in terra degentes; at quantò magis & valebunt, & proderunt in cœlo cum Deo ſempiternum æuum ducentes, de ſeipſis ſecuri, & nobis valde ſoliciti? Gratiores quippe Deo, quia & ſanctiores in cœlo beati ſunt, quàm in terra viatores. Enimverò iuxta Domini ſententiam: *Non ſurrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptiſta; qui autem minor eſt in regno cœlorum, maior eſt illo.* Matth. 11.

Excellentior eſt beatus viatoribus. Matth. 11.

Locus quidem ob ſui difficultatem varios ha-

A bet explicatus, vt vir eruditiſſimus è noſtris Maldonatus luculente diſpungit. Cæterùm (quod ad rem pertinet) cum S. Hieronymo libet in hunc modum interpretari: *Simpliciter intelligimus, quòd omnis ſanctus qui iam cum Deo eſt, maior ſit illo, qui adhuc conſiſtit in prælio. Aliud eſt enim coronam victoriæ poſſidere, aliud adhuc in acie pugnare.*

Maldon.

D.Hier.

Præſtant quidem beati viatoribus in ſtatu maximè; illi ſiquidem Deo iam ſecuri fruuntur, iſti adhuc in ſpe, fidéque ambulant; nec vllum gratia, quantumuis magna ſecurum ita reddit, vt ab ea excidere pro fragilitate carnis, & ſtatu militiæ, ac tentationis, Deo permittente, non poſſit: quare S. Thom. in hoc ſenſu præſentem locum explicans, ita ſcribit. *Dicendum quod ali-*

Status beati multò excellentior ſtatu viatoris.

D.Thom.

B *qui homines etiam in ſtatu viæ ſunt maiores aliquibus Angelis, non quidem actu; ſed virtute, in quantum ſcilicet, habent caritatem tantæ virtutis, vt poſſint mereri maiorem beatitudinis gradum, quàm quidam Angeli habeant. Sicut ſi dicamus ſemen alicuius magnæ arboris eſſe maius virtute, quàm aliquam paruam arborem, cùm tamen multò minus ſit in actu.* 1. p. quæſt. 117. art. 2. ad 3. Idem Matth. 11. *Habet* (inquit) *hanc dignitatem Ioannes, quòd eſt in quodam confinio; quia maior viatoribus, & minor comprehenſoribus. Et qui inter beatos eſt minor, maior eſt quolibet viatore; & ideò præſentem ſtatum appellat Dominus pueritiam.* Corinth. 13. *factus ſum vir, euacuaui, quæ erant paruuli; & hoc verum eſt intelligendo de maioritate actuali; actu enim maior eſt,*

Corint. 13.

C &c. Hæc verò comparatio non modò fit cum Angelis, ſed etiam cum hominibus iam beatis; par eſt in illis, & in his ratio. Hactenus de ſanctis in cœlo, & de iuſtis in terra hominibus, quos Deo gratos, & mundo perutiles dicimus, ſermo fuit; at ſerui omnes Dei ſunt.

19. De Regina verò iuſtorum, & beatorum, de Matre ipſa Dei, quanto ſcilicet ipſi filio, vt vera mater in honore, & amore ſit, quantum ex illa iugiter hominibus, & munimentum, & emolumentum proueniat, quis dicendo explicabit? Vilia ſunt quæcumque noſtra, & à nobis ſunt: ſumus enim quàm viliſſimi; & Deus in nobis non à nobis merita (quæ ſine ipſius gratia eſſe non poſſunt) ad præmium: ſed infinita,

Inexplicabilis gratia & pietas B. Mariæ.

D & grauiſſima flagitia contuetur ad ſupplicium. Nihilominus (quæ Dei benignitas eſt) de cordibus, de oribus, de manibus quicquid boni poſſumus in illius obſequium offeramus, vt ſaltem in extremo ſeruorum Dei conſcripti numero eſſe mereamur. Diffidit tamen peccator ſeſe conſiderans, timet, & meritò, ne ipſe, ſuáque Deo puriſſimo diſpliceant. Ergo teipſum, ac tua (quiſquis es) Mariæ commendare memento (admonet S. Bernard.) *vt eodem alueo ad largitorem gratiæ gratia redeat, quò influxit. Neque enim impotens erat Deus, vt ſine hoc aquæ ductu infunderet gratiam prout vellet, ſed tibi vehiculum voluit prouidere.*

D. Bern.

Vtiliſſima nobis interceſſio B. Mariæ.

Quid niſi cum fiducia ſumma matrem gratiæ obſecremus, vt per illam grati Deo, acce-

E ptique efficiamur? Miſit Iacob per nuntios, ac miniſtros munera Eſau; dixitque. *Fortè placabo eum muneribus.* Forte appoſuit, aliquantulum addubitans. *Tu verò indubitanter per Virginem Matrem Deo filio tua & ſuſpiria, & deſideria, tuas preces, lacrymáſque mitte; placabis huiuſmodi muneribus etiam iratum iudicem. Ideò* (adiungit Bern.) *modicum iſtud, quod offerre deſideras, gratiſſimis illis, & omni acceptione digniſſimis Mariæ manibus offerendum, tradere cura, ſi non vis ſuſtinere repulſam.* Ita Bernard. in Natiu. B. Mariæ de aquæ ductu.

D. Bern.

Per Mariam Deo noſtra offeramus.

Vtique

Vtrique totum homini præſidium, tota ſecuritas in Virgine Dei Matre ſita eſt. Pulchrè idem Bernard. *Filioli hæc peccatorum ſcala, hæc mea maxima fiducia eſt, hæc tota ratio ſpei meæ. Inueniſti,* (ait Angelus) *gratiam apud Deum. Feliciter ſemper hæc inuenit gratiam, & ſola eſt gratia, qua egemus.* Sic ille eod. ſerm.

D.Bern. *Spes & fiducia in B. Maria.*

SECTIO VI.

Præceſſerunt itaque munera ante eum, ipſe verò manſit nocte illa in caſtris. Cúmque maturè ſurrexiſſet, tulit duas vxores ſuas, & totidem famulas, cum vndecim filiis, & tranſiuit vadum Iaboc. Traductíſque omnibus quæ ad ſe pertinebant, manſit ſolus.

1\. PRæmiſit Iacob nuntios, muneráque ad fratrem Eſau, hominem illorum ſupplicibus verbis, & iſtorum potenti quodam illicio placaturus. Poſtridiè ſummo mane vxores, liberos, familiámque traduxit per Iabboc in qua traductione diei pars melior cõſumpta: reliquum diei, ac noctem in eodem quo ante quieuerat, loco viſionibus Angelorum celebri (caſtra Dei vocarat) ſubſiſtens inſumpſerat. Sed quis iſte Iabboc? *Fluuius eſt* (ſcribit S. Heron.) *qui fluit inter Philadelphiam, & Geraſam, in quarto milliario eius, & vltra procedens Iordani fluuio commiſcetur.* lib. de locis Hebraic. Itaque Iabboc fluuiolus ex ſiniſtris Galaaditidis mótibus profluens, in Scriptura torrens vocatur, quòd ſtatis anni temporibus in modum torrentis exuberet aduentitiis aquis, vſque adeò, vt cùm exundat, non niſi reperto vado pedibus tranſiri queat; quod vadum dicitur hic pertranſiſſe Iacob. Iccircò Ioſephus torrentem vocat. Procop. dicit eſſe fluuium Arabiæ, & ſuo tempore Iambicem vocari. Iacob igitur quà torrens vadum præbebat, vniuerſam tranſmiſit familiam; dein ipſe in citeriore parte ſubſtitit, inprimis, vt animaduerteret bonus paterfamiliâs nunquid per negligentiam, aut omiſſionem retrò fuerit relictum; ſimulque, vt ea nocte ſolus quietè cum Deo ageret, ardentérque ſupplicaret feliciter omnia in bonum Dominus ipſe converteret, nec mali quicquam à fratre acciperet. Diligentiam qualis in patrefamiliâs, & in prælato requiritur, ſedulam, & operoſam exhibuit Iacob per ſeipſum, non per alios tantùm regendæ familiæ dans operam. Enimverò ipſemet maturè, hoc eſt, præſtò, & opportunè ſurrexit, nec enim omnium poſtremus è ſomno, & è lecto ſurgere debet, qui præeſt familiæ; indecorum eſt, & graui cenſura notandum, vt penes quem domus inclinata recumbit, aliis iam euigilantibus, imò & operi demum inſudantibus, vnus tamen ille ignauia, & ſomno adhuc ſopitus, aut ſtertat vtramque in aurem, aut ſaltem intra lecti ſtragula teneatur. Poſtremus igitur cubet, primus euigilet neceſſe eſt. Iccircò etiam præter alios ſenſus, Aaronis virga (vt alibi iam præmiſimus) & *amygdalina*, & *vigilans* dicitur: iugis enim vigilantia exigitur à prælato, & à patrefamilias, vniuerſiuſque ab aliorum rectore, & curatore; ſic paſtores, quibus gaudium magnum ortus Domini euangelizatum eſt, *Vigilantes* ab Angelo inuenti dicuntur. Luc. 2. *Et bene paſtores vigilant* (inquit S. Am-

Iabboc fluuius. D.Hier.

Ioſephus. Procop.

Bonus pater familias.

Vigilantia patris & prælati.

Luc. 2. D.Ambr.

A broſ.) *quos bonus paſtor informat.* Paſtor itaque bonus ille, qui natus in ſtabulo, reclinatus in præſepio, infantilibus lacrymis, & vagitibus tam ſibi adimebat ſomnum, quàm paſtores ad vigilandum excitabat, & omnes ad operandum inſtruebat. *Me ſiquidem* (ait Ambroſ.) *illius infantia vagientis abluunt fletus, mea lacryma illa delicta lauerunt.* Sic ille in 2. Luc. Vigilat Dominus in præſepi lacrymando; Prælatus ergò in ſede ſua, pater domi ſuæ, princeps in regno ſuo vigilet operando.

Natiuitas Domini.

2\. Iccircò Dominus tres ſuorum diſcipulorum ſibi maximè familiares nocte ipſa paſſionis ad Patrem ex hoc mundo tranſiturus admonuit. *Vigilate, & orate.* Matth. 26. *Videlicet manere ſecum*
B (ait S. Hilar.) *peruigiles admonet. ſciebat enim ingruente diabolo fidem eorum conſopiendam. Et parem ſecum vigilantiam imperat, quibus eadem paſſio imminebat.* His S. Hilarij verbis videtur oſtendi diabolum ab ipſo Domino IESV, nomine ſpiritus ſignificari, cùm dixit: *Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.* Matth. 26. Nimirum admonuit Dominus: *Vigilate, & orate.* Poterant quidem illi occurrere: O Domine quorſum vigilantiam nunc, & orationem indicis? Quid nunc maxime vigilare, & orare nobis opus eſt? *Vt non intretis in tentationem,* ait Dominus. Adeſt videlicet tentator, qui opportunam ſemper ad tentandum quærit occaſionem. Ea nunc percommoda offertur inimico contra veſtram in me fidem ar-
C mato. Rurſus ô Domine cur modò timendum ab hoſte? An non ille ociabitur, ignauiáque torpeſcet, ſinétque oblatam ſibi occaſionem præteriri. *Vigilate,* inquam, *& orate* (monet Dominus) *ne intretis in tentationem.* Præſtò adeſt tentator ſpiritus, impiger, promptus, paratus nunquam non ad tentandum; *circuit quærens quem deuoret;* at homo infirmus caro, & lutum eſt. Quod quidem primò de Apoſtolis ſubnotatum cæteris pariter Eccleſiæ prælatis videtur conuenire; omnes pertentat hoſtis, illos maximè ſoporare contendit, ne ſeipſos, ac ſubditos vigilanti oculo videant, ac debita prouidentia tueantur. S. Hier. locum explicat ſubtiliter: *Quod præcepit: Vigilate mecum; non à ſomno prohibet, cuius tempus non erat*
D *imminente diſcrimine; ſed à ſomno infidelitatis, & torpore mentis.* Vigilantiam Dominus tribus illis indixit, non quidem à ſomno corporis (vt S. Hier. ſubnotauit) nec enim oculi dormire poſſunt, vbi timor mentem perturbans, animam diſcrucians, ſenſum fatigans, curam, ac ſolicitudinem ingerit, ſomnum verò, atque omnem ignauiam expellit. Quis ergò dormiat inter arma, inſidias, hoſtéſque: quis vndique telis dæmonum impetitus, & conniuere, & ociari poterit? Quis paſtor gregem ante oculos habens circumcinctum lupis hiantibus, omnem abiiciens curam ignauiſſimo ſe tradat ſopori? Non indicitur prælato vigilantia ſolùm, aut potiſſimùm circa reditus Eccleſiæ, ac domeſticam pecuniam. De ſalute animarum
E agitur, hoc opus, hic labor eſt. de ſpiritu potiùs, quàm de prædiis, ac numis, de anima potiùs, quàm de corpore; de cœlo potiùs, quàm de terra: de Deo, non de mundo vigilandum, operandum, deſudandúmque prælato eſt. *Quieuit quidem Deus* (ait S. Ambroſ.) *ab operibus mundi, ſed non ab operibus ſanctis, cuius ſempiterna, & iugis operatio eſt, ſicut Filius ait: Pater meus vſque modò operatur, & ego operor.* Ioan. 5. *vt ad ſimilitudinem Dei ſecularia noſtra opera, non religioſa ceſſarent.* in 13. Luc. Optima quidem inſtitutio

Omnibus indicitur vigilantia. Matth. 26. D.Hilar.

Vigilantia in tentationibus.

Vigilantia prælatis neceſſaria. D.Hier.

Vigilantia in periculis.

D.Ambr.

Ioan. 5.

prælati; nimitum Deus ſeptem dies temporalibus mundi operationibus præfixit; at ſpiritualibus, annos, ſæcula, æternitatémque aſſignauit.

Quæ prælati cura.

Nouerint igitur prælati, non colligendis reditibus, numerandæ pecuniæ, fabricandis ædibus, plantandiſque viridariis, ſed honori Dei, animarúmque ſaluti, nō multum, ſed totum planè tempus impendendum eſſe.

3. Vno verbo effingit S. Petrus prælatum ad exemplum Chriſti ſummi paſtoris: *Conuerſi eſtis ad paſtorem, & Epiſcopum animarum veſtrarum.* 1. Petr. 2.

1.Petr.2.

Audiant qui Epiſcopatum, aut deſiderant, aut poſſident: Verum Eccleſiæ paſtorem, qui Chriſtum ſequitur, & imitatur, Epiſcopum eſſe animarum, non verò (vt impolitè dicam) burſarum, non pecuniarum. An non ſummus paſtor, ſic fuit Epiſcopus animarum, vt etiam pro illis animam ſuam poſuerit? Primum ergò qui pro ſeipſo regendis animabus ſubſtituit Petrum in amore Dei ex quo naſcitur amor proximorum, nec alter ſine altero poteſt conſiſtere, ter voluit periclitari, rogans nimirum; *Petre amas me?* Ioan.21.

Epiſcopus animarum, non pecuniarum.

Et quidem (vt rectè animaduertit S.Ambroſ.) *interrogabat, non vt diſceret, ſed vt doceret, quem eleuandus in cœlum amoris ſui nobis velut Vicarium relinquebat.* in cap. 24. Luc.

D Ambr.
S. Petrus Chriſti Vicarius.

In amore Petrum ſui Vicarium futurum examinat. *Congruit videlicet* (ait S.Thom.) *hæc examinatio officio. Multi enim paſtorale officium aſſumentes vtuntur eo, ſicut ſeipſos amantes.* 1. Timoth. 4. *Et qui non amat Dominum, non eſt idoneus prælatus, ſed magis ille, qui non quærit, quæ ſua ſunt, ſed quæ IESV Chriſti, & hoc amore eius; & ideò neceſſaria eſt examinatio de dilectione ad prælatum.*

D.Thom.
1.Timoth. 4.

Sed quid eſt, quod Dominus Petrum in ſcientia, & vigilantia, de quibus hucuſque ſermo fuit, & quæ neceſſaria ſunt prælato, non examinauit? quia ſcilicet ambæ in Petri nomine ſupponebantur, & præferebantur: quod S. Thom. ſubtiliter adnotauit: *Petrus enim* (inquit) *interpretatur agnoſcens, quod neceſſarium eſt prælato, quia ponitur vt ſpeculator; qui autem cæcus eſt, malus ſpeculator eſt. Speculatores eius omnes cæci, omnes neſcierunt.* Iſai.56. *Et quia tu ſcientiam repuliſti, repellam te ego, ne ſacerdotio fungaris mihi.* Oſeæ.4. *Illi quidem* (vt S.Hieron. ad locum Iſaiæ animaduertit) *ſpeculatores cæci in cuſtodia gregis Domini dormiebant, & amabant cubile, per quod voluptas corporis indicatur, at ſpeculatores Domini, de quibus erat Ezechiel* cap. 3. *appellabantur Videntes.* Prælatus itaque patérque familiàs nouerit ſe ſpeculatorem eſſe, cuſtodem, videntem, agnoſcentem, & ſcientem à Domino appellari.

D.Thom.
Iſai.56.
Oſeæ 4.
D.Hieron.

4. Subſtitit etiam Iacob in citeriore torrentis ora, remotus ab arbitris, vt quietè cum Deo ageret illa nocte.

Orationis encomia.

Nihil tam frequens, tam familiare, tam dulce iuſtis, atque oratio eſſe conſueuit: hoc cœleſti epulo illorum mentes paſcuntur, & oblectantur ad hoc aſylum, ex vitæ incommodis, & corporis miſeriis, ex rerum humanarum infortuniis, ex malorum hominum iniuriis, & moleſtiis, ex dæmonum incurſibus, & illecebrarum irritamentis iuſti confugiunt. Sic Dauid de ſeipſo confitetur: *Ad Dominum cùm tribularer, clamaui.* Pſalm. 119.

Pſal.119.
Oratio tribulatis perfugium.
D Hier.

En tribulatus ad orationis perfugium ſe colligit, orátque inſtanter clamando, nec fruſtrà; quippe adiungit: *& exaudiuit me.* Vbi rectè S. Hieron. commentatur: *Tres res in vno verſiculo explicantur; anguſtia, preces, exauditio: quia nemo tribulatur, niſi, qui viuere in Chriſto piè deſiderat. Oportet ergò, vt non vocum clamore; ſed cordis humilitate proclamemus ad Dominum, ſi cupimus exaudiri.*

A Iccircò valde vtilis haberi debet tribulatio, quæ cōpellit ire ad Deum, benignìſque eiuſdem auribus clamoſam ingerere deprecationem.

Tribulatio valde vtilis.

A Deo quidem nobis aduenit noſtrum in bonum tribulatio. *Quia multos* (ait hoc loco S. Hilar.) *aut periculi metus, mortiſque terror, aut damni anxietas, aut pecuniæ dolor, aut orbitatis telum, dolorúmque vulnera ad Deum vocem efferre compellunt.*

D.Hilar.

Qui fortaſſis Deum obliuiſcerentur (vt eſt hominum ſtoliditas) prorſúſque neſcirent, ſi omnia illis ad libitum proſpera eueniſſent, ſi nullis eſſent afflictionibus pertentati.

Obliuio Dei ex proſperitate.

Ad Dominum (ait Propheta) *cùm tribularer, clamaui; & exaudiuit me.* Pulchrè S. Chryſoſt. animaduertit; *Vidiſti lucrum afflictionis, & promptitudinem clementiæ.* B *Lucrum afflictionis, quòd hominem ad puras preces fundendas adduxerit: clementiæ autem promptitudinem, quòd vocanti Deus ſtatim annuerit. Sunt quidem in afflictione preces puriores, & maior eſt Dei in nos beneuolentia.* in prædictum Pſalm.

D.Chryſ.

Sed vnde iſta precum maior puritas in afflictione? Putarim, quòd animus camino afflictionis abſtergat ſordes vitiorum, puriórque vti aurum ignibus, ac nitidior, conſequentérque Deo ſimilior reddatur.

Puritas ex tribulatione.

Certè afflictus (modò & fidem habeat, & prudentiam) à terra in altum erigitur, cœlum animo penetrat, vſque ad conſpectum Dei; ſuóſque gemitus, & lacrymas, & preces etiam in ipſum Dei ſinum exponit.

5. Hæc autem orantis eleuatio per afflictionem C eleganti admodum ſimilitudine ab eodem Chryſoſtomo explicatur his verbis: *Quemadmodum & aqua, dum per plana & ampla ſpatia fertur, non in altum exurgit, ſed tenuem ſeſe latè quaquaverſus expandit; cum autem manu artificum ſubitus colligente, ſtringentéque coacta fuerit in anguſtum, iam inde ſolicita omni telo velocius ſe in excelſum iaculatur, petitque regionem ſupernam: ſic mens humana dum otioſa, & liberior, quam expediat, degit; diffunditur, latéque defluit; cùm autem rerum euentu aſperiore ſubitus coarctante ſolicitetur, iam agilius ſe extrudit, & intentas, dilucidáſque orationes mittit in excelſum.* hæc ille homil. 5. de incomprehenſ. Dei natura.

Purior & potentior oratio ex tribulatione.

Similitudo aquæ viſitur quotidie in fontibus Eboræ, Stremotiique, & aliis permultis, D qui ad illorum exemplar in tota ferè Luſitania extruuntur ex ſublatis in altum marmoribus.

Piſtil aqua in altum ſubſultans.

Quis ergò diceret aquam elementum graue, ac ſuopte pondere in centrum dilabens poſſe in ſublime ferri, ac ſurſum contrario curſu proſilire? Vtique ex præaltis natalium fontium præcipitans cogitur in depreſſam veluti lacunam, indéque conſtricta in altum ferri compellitur; pérque arctos ſyphunculos violenter quaſi liberiorem captans ſphæram forâs erumpit. Sic planè humiliata, & conſtricta tribulationibus anima Prophetæ in cœlum vſque aſſurgens, *ad Dominum* (ait) *cùm tribularer, clamaui.* At quæ tanta iſta orationis apud Deum gratia, vt (ſi ab af- E flicto animo procedat) non repellatur? Illa eſt tribulationis vtilitas, vti ex Eliſæi probat exemplo.

Oratio in tribulatione exauditur.

Si enim Eliſæus (inquit) *cùm eſſet homo, non permiſit, vt diſcipulus venientem ad ſe mulierem extruderet, dicens: Dimitte eam, quia mœrore eſt affecta anima eius.* 4. Reg. 4. *Nihil aliud volens ex eo oſtendere, niſi quòd excuſationem, & defenſionem maximam habet afflictio: multò magis Deus eos non repellit, qui cùm triſti, & anxia anima ad eum accedunt; & ideò Chriſtus quoque eos beatos pronunciat, qui lugent; & miſeros, qui rident.* Matth. 5. in Pſalm. 129. Optimè quidem. Nam ſi homo

D.Chryſ.
4.Reg.4.
Matth. 5.

tantum

A tantum afflictioni mœrentis fœminæ detolit; quid non ſperandum erit de viſceribus miſericordia affluentibus Dei noſtri, qui totus amor eſt? Orandum igitur, & clamandum eſt in tribulatiooibus ad Dominum. *Iam autem ipſe clamor* (ait S. Hilar.) *ad Deum noſtra erit requies, & ipſa conuerſio deprecandi maxima pars, ac ſpes eſt ſalutis.* in Pſalm. 119. Tam efficax oratio eſt, vt vel ipſa ſola præparstio cordis ad orandum velut ſingulare quoddam beneficium Dei habeatur; ſpes nimirum æternæ ſalutis, & vnus ex poriſſimis effectibus prædeſtioationis.

D. Hilar.
Oratio prædeſtinationis effectus.

6. Quare hoc vnum inter cætera negotium orandi nobis, & frequentius, & familiarius, & pretioſius eſſe debet. Orationis enim encomia ſic eleganter deſcribit S. Chryſ. B *Aptiſſima arma oratio eſt, theſaurus certè perpetuus, diuitia inexhauſta, portus quietus, occaſio tranquillitatis; denique autor, parens, fons, & radix bonorum omnium, & innumerabilium oratio eſt.* homil. 4. de incompreh. Dei natura. Nouit diabolus quantum in oratione habeamus, & præſidium, & theſaurum, ideóque inuidiæ liuore percitus omnes contendit neruos, vti ab orandi ſtudio nos auertat. Quòd ſi nihilominùs oramus, mille rerum vaniſſimarum, & aliquando fœdiſſimarum ſuggeſtionibus oos interturbat, vt etiam frequenter (quæ malignitas hoſtis, & hominis infirmitas eſt) ante conſpectum Dei ad orandum aſſidentes, peruolantibus aliò mentibus libera quoquouerſum, & inuerecunda fetatur cogitatio. C Senſerat Prophets iſtam humani cordis infelicitatem, déque illa poſtmodum aſſurgens aiebat: *Inuenit ſeruus tuus cor ſuum, vt oraret te.* 2. Reg. 7. Inuenit, quod amiſerat, aut quod aufugerat. Nimirum (vt exponit S. Aug.) *inuenire ſe dixit cor ſuum, quaſi ſoleret ab eo fugere, & ille ſequi quaſi fugitiuum, & non poſſe comprehendere, & clamare ad Dominum; quoniam cor meum dereliquit me.* Pſalm. 93. in Pſalm. 85. O quoties corpus eſt ante aras, & cor in patinis? Genua in templo procumbunt, & mens per forum, & plateas obambulat, lingua Deo preces fundit, & cogitatio in vanis, & turpibus detinetur. At ô admirabilem gratiam orationis! ſeu potiùs ô ſummè amabilem Dei beneuolentiam! Nouit D ipſe figmentum noſtrum, videt noſtræ inconſtantiam mentis, inſtabilitatem cogitationum noſtrarum. Iccircò bonus Dominus clementer nos audit tam inquietè orantes, ſuſtinet patienter preces ruſticorum. Et (quod pulchrè adiungit S. Auguſt.) *expectat tamen à nobis orationem: & quando illi eam dederimus, accipit gratè, & exaudit, nec meminit tantas, quas incondutè fundimus; & accipit vnam, quam vix inuenimus.* in Pſalm. 85. Mira profectò dignitas orationis, vt vna tantùm ad Deum ritè, ſanctéque emiſſa tanto in pretio ab illo æſtimetor, vt mille alias, quæ propter negligentiam & incuriam ingratæ, imò & vitioſæ ſunt, non ad hominis pœnam, à Deo in album referantur, vnam Dominus ſanctam, & iuſtam E attendens orationem, plures ſimul vitioſas, aut diſſimulat, aut obliuiſcitur, & propter illam libenter iſtas remittit.

D. Chryſ.
Orationis encomia.
Diabolus orationi aduerſatur.
Vana malaque interturbant orationem cogitationes.
2. Reg. 7.
D. Aug.
Pſal. 93.
Mentis inconſtantia inter orandum.
S. Auguſt.
Vna ritè facta oratio multas excuſat vitioſas.

7. Sic planè Deo accepta eſt hominis oratio, támque potens ad impetrandum quicqoid petitur, vt etiam quæ imprudenter fit ab eo, qui neſcit, quod petat, Deum ſic permoueat, vt Dominus ipſe apertè denegare non ſoſit, quod neſcienter poſtulatur. Enimverò cùm mater filiorum Zebedæi petiſſet: *Dic vt hi duo filij mei ſedeant vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno* A *tuo.* Matth. 20. Cùm inepta foret poſtulatio, non tamen ille reſpondit; nolo, non faciam. Noo quidem manifeſte negauit; ſed oſtendit neſciri quod peteretur, ne videlicet minùs orationem reuereretur & orantem confunderet; orationiſque autoritas deinde infirmaretur; ſed elegantiùs, quàm vſquam alibi, & ſubtiliùs hoc ipſum accipe à S. Ambroſ. *Dominus* (inquit) *cæli, atque terrarum verecundabatur* (*vt ſecundùm aſſumptionem carnis, & virtutes animæ loquar*) *verecundabatur, inquam, & vt ipſius verbo vtar, confundebatur matri pro filiis poſtulanti etiam ſuæ ſidis conſortium denegare.* lib. 5. de fide cap. 3. Neſciunt Dei noſtri viſcera nobis denegare, quod petimus; maximè verò, ſi mater pro filiis petat. Et matrem iſtam B meritò excuſat S. Ambroſius. *Non inuerecunda petitio, quæ non ſibi, ſed liberis conſulebat.* Deinde paulò inferius adiungit: *Non debuit medicus omnium deſtitutam matrem, & ægram adhuc mentem pudoris contectu ſauciare, ne poſtulato ſibi ſuperbiùs denegato, quaſi immoderata petitionis damnata mæreret.* Iccircò non matri, ſed filiis reſpondit, ne mulier confunderetur. *Denique* (concludit ſanctus Pater) *Dominus, qui honorandam ſciret eſſe pietatem, non mulieri, ſed filiis eius reſpondit.* Itaque Dominus, etſi matris petitioni haudquaquàm annuit; tamen illius pietatem non confudit, nec orationem contempſit, debitóque hoore priuauit.

Non audet orationi Deus denegare.
Matth. 20.
D. Ambr.
Reueretur orationem Deus.
S. Ambr.
Honoratur à Deo pietas parentum.

8. Securus agit etiam cum hoſtibus, qui ſe C orationis armat præſidio. Timebat & quidem meritò Saulum ſpirantem minarum aduerſus Chriſti nomen, gregémque illud vt prorſus deleret, iſtum, vt omninò perderet Ananias: Cui Dominus; *Vade, quære Saulum; Ecce enim orat.* Act. 9. Pulchrè S. Chryſ. occurrit: *Orat, (inquit Dominus) igitur ne time.* Sic ille. Vbi enim adeſt oratio, timor abeſt, malum omne procul inde abſcedit, vbi ad Deum fit oratio, ideò nec ab homine, nec homini quicquam mali poteſt, debétve timeri, quem piè orantem videmus. Orationis (liceat dicere) omnipotentiam etiam barbarus, & perfidus Rex Ioram filius impiiſſimorum parentum Achab, & Iezabel probè nouerat, cùm in obſidione Samariæ ad extremum periculum, cùm belli, D tum famis redactus præmiſit militem, qui caput Eliſæi amputaret; quaſi Prophetæ totam illam adſcriberet calamitatem, quippe qui pro illa depellenda Dominum non deprecaretur: nec enim ſi Eliſæus oraret, Deus Samariæ ſalutem denegaret; non ſua Regem ſefellit opinio, ob merita ſiquidem, ac preces Prophetæ Dominus ſequenti die profligato diuinitùs Syrorum exercitu Samariam liberauit, & caſtra hoſtium opulentiſſima Samaritis attribuit, vti legimus 4. Reg. 6. Quòd ſi viri ſancti mortalibus tantum proſunt, etiam cùm malè afficiontor minis, atque iniuriis; quid quæſo boni ab iiſdem ſperandum non erit, ſi piè, ſi humiliter honorentur, eorúmque auxilium humiliter imploretor? Quid orante poten- E tius Elia? Clauis vtique cœli fit. verbum Eliæ; iubet enim, vt occlodatur cœlum, & occluditur; orat ſubinde vti aperiatur, ſubitóque aperitur, Deo nimirum (liceat dicere) obediente voci hominis, vt nobis cœlo ipſo conteſtante Dominus demonſtret ſanctos ſuos non ſolùm in cœlis poſſe, quod volunt, ſed etiam in cœleſtibus impetrare quodcunque petierint.

Tutum orationis præſidium.
Act. 9.
D. Chryſ.
Oratio fugat timorē.
Valet plurimum ſanctorum inuocatio.
Potens oratio ſanctorū.

9. Præceſſerunt Iacob munera per nuncios ad Eſau; præcedant ſimiliter preces noſtræ per cœlites ipſos, quos imploramus, ad Deum, quem

noſtris offenſum delictis, ideóque iratum noui-
mus, placandum nobis,& conciliandum. Gratiſ-
Multum apud Deum ſancti valent. ſimi ſunt viri ſancti Deo, plurimum valet apud
illum eorundem gratia. *Mirificauit ſiquidem* (vti
Propheta cecinit) *ſanctos ſuos*, Pſalm. 4. Sanctis
Pſal.4. ſuis ornatum, atque honoratum ſeſe arbitratur,
ac demonſtrat, quod in epithalamio Dei atque
Eccleſiæ celebratum audimus: *Myrrha, & gutta,
& caſia à veſtimentis tuis.* Pſalm. 44. Sed quæ ſunt
Pſal.44. *Sanctis ſe Deus exornat.* iſta diuini ſponſi veſtimenta, quibus *in die deſpon-
ſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius* (vt ſcribi-
Cant.3. tur Cant. 3.) adornatum ſe, ac viſendum exhi-
bet, niſi viri ſancti odoribus virtutum fragran-
tes, cœleſtium donorum ſplendoribus collucen-
tes, ac pretioſiſſimis meritorum gemmis diſtin-
D.Aug. cti? Declarat enim ad hunc modum S. Auguſt.
*Veſtimenta eius ſunt ſancti eius, electi eius, ſine macu-
la, & ruga, propter maculam abluens in ſanguine,
propter rugam extendens in Cruce.* Tam pretioſi
ſunt in conſpectu Domini, vt ſanguinem ſuum
fuderit, quo illos,& puros, & ſanctos efficeret,
Feſta ſanctorum in Dei ornatum. quibus per annum multiplicatis ſolemnitatibus,
& in ſeſe redeuntibus feſtis diebus, adornatus
prodit nunc vno pretioſo, nunc altero pretio-
ſiore, ac nullo non eleganti amictus. *Mirabilis
Pſal.67. ſanè Deus in ſanctis ſuis.* Pſalm. 67. *In iſtis* (expo-
D.Hier. nit S.Hieron.) *magis mirabilis eſt Deus, quam in
cæteris creaturis, quod eos poſt multas tribulationes
euexit in ſublimitatem cælorum.* Mira quidem ſan-
ctorum dignitas. mira etiam illorum gratia apud
Deum; magna ſubinde in eorundem precibus, ac
meritis ſpem, & fiduciam habemus conſtitutam.
Sancti Deo grati, nobis perutiles. Præmiſerat enim Propheta: *Date gloriam Deo ſu-
per Iſrael, magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.*
Pſal.67. Et quidem nubium ſymbolo ſignificari
ſanctos nemo neſcit; illorum quippe doctrinâ,
virtutum exemplis, miraculis, gratiiſque, & In-
terceſſionibus Dei dona diſpenſantur, & morta-
lium corpora, mentéſque irrigantur. *Illi* (ait hoc
Theod. loco Theod.) *velut quadam nubes aquam è pelago
Spiritus ſancti haurientes irrigationem hominibus af-
Vtiliſſima ſanctorum inuocatio. ferunt.* Eſt itaque ſpiritus ſanctus veluti mare im-
menſum, & interminatum omnium donorum,&
gratiarum; ex quo cœleſtem huiuſmodi aquam,
precibus maximè, gemitibus, ſuſpiriis, lacrymis
hautimus: at verò ſancti quorum imploramus
nomina, & præſidia expoſcimus, ſunt illi, qui
noſtra vota velut vaſcula pelago admouent, ple-
náque nobis,& redundantia reddunt.

10. Porrò ſi tam grati, tamque pretioſi (vti
vidimus) Deo propter ſanctitatem meritorum
ſunt ſerui, quis dignè valeat explicare quanta ſit
Beatiſſimæ ſemper Virginis Mariæ apud Deum
gratia, quam omnibus plenam gratiis Spiritus
ſanctus reddidit, & in cuius vtero, ipſamet diui-
nitas Verbi omnium fons gratiarum requieuit?
Si de meritis ſermo eſt, profectò ſic perſuaſum
mihi habeo (quod & alij priùs concelebrarunt)
vnius Deiparæ merita, & gratiam, & gloriam
B.Maria gratia excedit omnium iuſtorum collectam gloriam. proculdubio vberiora,& præſtantiora eſſe, quàm
ſint omnia etiam collectim ſumpta, quæ in om-
nibus prædeſtinatis reperiuntur;& ratio illa quæ
affertur mirum in modum conuincet. Videlicet,
ordinem illum ſeruauit Deus ſapientiſſimus, &
potentiſſimus, vt in Angelis ſecundùm cuiuſque
dignitatem elargitus ſit ſupernaturalia dona:
quare ſupremi ordinis ſpiritus enim abundan-
tiore gratia creati ſunt, quàm qui ſunt inferioris;
at iſtum eundem ordinem, quem in illuſtrandis
gratuitò ſeruis Deus elegit, potiùs cum matre
ſua digniſſima, & iuſtorum omnium Domina

A ſeruari æquum eſt; vt ſicut infra Deum nulla eſt
par dignitas dignitati Matris Dei, ita quæ à Deo
matri ſuæ gratia data eſt, excedat vniuerſam gra-
tiam, quæ per Angelos, & homines diuiſa fuit.
Rectè id quidem, & meritò; at Virgini Matri ſua
ſint priuilegia, ſua propria ornamenta: noſtra ve-
rò quid intereſt, quòd illa ſit, & vocetur *abyſſus
gratiarum, fons virtutum, officina miraculorum*, vti à
Damaſceno,& ab aliis appellatur. Hoc vnum ma- Damaſc.
ximè nobis prodeſt, quòd mater ſit miſericor- *B.Maria miſericordia.*
diæ, anchora noſtræ ſpei, præſidium noſtræ fidu-
ciæ, ara noſtri perfugij, quòd illius manibus Dei
beneficia diſpenſentur, quòd maturè, certóque
adſit illius opem ac nomen piè, humilitérque
implorantibus.

B 11. *Manſit ſolus.*] Vtique Deo vacans de re- *Contemplãtis quies.*
liquis mundi, & huius vitæ curis non curans;
ſolus cum Deo. O miram hominis felicitatem!
Extra Deum terreſtribus implicati negotiis, velut
in ſalo fluctuamus, animæ quidem ſi non & cor-
poris quoque naufragiis proximi. Soli verò cum
Deo agentes à mundo, & iis quæ in mundo ſunt
feriati extra pelagus in portu conquieſcimus.
Damnat hypocritarum vanitatem iuxtà, & ſtul-
titiam Dominus, qui ſcilicet, orando plateas, &
fora vrbium quærebant, vt ab hominibus orandi
habitum contemplantibus, & intrantibus ina-
nem gloriolam aucuparentur. *Cùm oratis* (in-
quit) *non eritis, ſicut hypocritæ, qui amant in ſynago-
gis, & in angulis platearum ſtantes orare.* Matth.6. Matth.6.
C Et quidem circa plateas ſubtiliter hoc adnota-
uit S. Chryſ. *Non dixit in plateis, ſed in angulis* S.Chryſ.
*platearum, vt ne ſi in plateis orauerint, quaſi ſimula-
tores religionis vituperarentur, ſed in angulis, vt vi-
deantur, & abſconditè orare. Aſtuta vanitas; ſicut
enim, quia hoc ipſum abſconditè orare laudabilius eſt,
ideo fingunt ſe abſcondere, vt dupliciter laudentur.
Primò, quia orant; ſecundò, quia abſconditè orant.* *Hypocritarum oratio.*
Inſignis planè hypocritarum ſuperbia, & huma-
næ laudis libido: ex oratione ſua duplicem ve-
nantur laudationem, & quòd orationi ſtudeant
cum Deo piè, ritéque agentes; & quòd ad oran-
dum angulos captent ob humilitatis amorem,
ſuámque ſuperbiam, quodam quaſi velamino
humilitatis obumbrent. Benè S.Chryſ. iuſtéque
D inuehitur: *Dic hypocrita, vt quid vis, vt videaris
orans? Nónne quia laudabilis res eſt orare? Vt quid
ergo non vis eſſe laudabilis, qui vis vt lauderis? O in-
ſania vanitatis; eſſe nolunt, quod deſiderant apparere
hypocritæ.* homil. 13. in Matth. Nimirum cùm ſu- *Superbia fuco humilitatis ornatur.*
perbi ſint, ſuperbi tamen videri nolunt, & cùm
humilitatem oderint, humilitatem tamen effin-
gunt; Tanta eſt humilitatis gratia, vt etiam ſu-
perbia, ne ab hominibus exſibiletur ſaltem fuco
adornetur humilitatis. Porrò (vti occurrit S. S.Chryſ.
Chryſ.) *in ſynagoga vetat orare, eo ſcilicet propoſito,
vt videatur à conuentu hominum; præterea in media
ſynagoga orat, qui in medio multitudinis malarum
cogitationum orat, vndique mundialibus ſolicitudini-
bus circundatus, quæ ſuper cor incautè mentis aſcen-
E dunt, & videntur ſynagoga malorum; Omnes enim iſtæ* *Variis interturbata cogitationibus oratio.*
*variæ ſpecies cogitationum diuerſi ſunt immundi ſpi-
ritus.* Vbi ergò,& quomodo ſit orandum, nobis
deinde præſcribit Dominus: *Tu autem cùm oraue-
ris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora Pa-
trem tuum in abſcondito*, Matth.6. ſecretum loci,& Matth.6.
quandam à terrenis curis, & negotiis vacatio-
nem commendat. *Claude* (inquit) *oſtium tuum. Vt
nemo* (apponit S.Chryſoſt.) *ſit ibi, niſi tu qui oras,* D.Chryſ.
*& ille quem oras. Iubet ergò, vt animus interiorem ſa-
gradiatur intellectum quando orat, vt nihil cogitet, niſi*

de quo

A *de quo orat, & quem orat; & claudat oſtium ſenſus ſui carnalis, vt omnes cogitationes carnales, & ſolitudines foras excludat.* Oraturus itaque noueris te ingredi ſacrarium quoddam in quo te Dominus ipſe maieſtatis præſtolatur. Neceſſe eſt igitur vt foris turba omnis,& ruſtica, & impura, & mutilis relinquatur, curarum ſcilicet, ſolicitudinum, negotiorum, affectuum, & cogitationum terræ, mundi, & carnis, ne vel orantem hominem inturbent, vel Dei, qui aſſiſtit oranti, oculos, aureſque offendant.

Oratio quieta & intenta, ſolitariáque cum Deo.

12. Ac ipſa quidem (vt ita dicam) orationis maieſtas iure ſuo expoſtulat omnem animi puritatem,& cordis attentionem, quo ſanè argumento vſus idem Chryſ. prædicta homil. ſic edisſerit. B *Vis ſcire dignitatem orationis? mox vt de ore proceſſerit ſuſcipiunt eam Angeli manibus ſuis, & offerunt ante Deum, ſicut dicit Angelus Tobiæ. Ego ſum, qui orationem tuam obtuli ante Deum.* Tob. 12. *Quanto ergo glorioſa eſt, tantò cautè ſeruanda eſt, ne propter homines facta vileſcat.* In ſecreto igitur, non loci tantùm ſed animi quoque agenda oratio eſt, amat illa ſeceſſum, ſtrepitum fugit Et Dominus ipſe IESVS à turbis ad ſolitudinem, à campis, quò gentes conuenerant, in auios montes oraturus ſe conferebat. Sic legitur: *Videns IESVS turbas aſcendit in montem* Matth. 5. & *Dimiſſa turba aſcendit in montem ſolus orare.* Matth. 14. Cuius facti myſterium ſic enoluit S.Chryſ. *Propterea Dominus crebro deſerta petit, & ſolus orans plerumque pernoctat, vt eius exemplo, tam à tempore,* C *quam à loco tranquillitatem orandi quæramus: tranquillitatis quippe mater eremus eſt, quietis portus, omnis turbationis expultrix:* homil. 51. Non caret etiam myſterio, quòd cùm Dominus in monte ſolus oraret, nauicula, quam aſcenderant diſcipuli, iactaretur in ſalo tempeſtatibus, vt ſcribitur: *Veſpere autem facto, ſolus erat ibi; nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus.* Matth. 14. Nimirum (vt exponit S.Hieron.) *Domino in montis cacumine commorante, ſtatim ventus contrarius oritur, & turbat mare, & periclitantur Apoſtoli: & tandiu imminens naufragium perſeuerat, quamdiu IESVS veniat.* Vt hinc diſcipuli colligerent ſuo experti malo, quàm ſit Domini præſentia ſalutaris, quàm periculoſa mortalibus Dei, ſi quando ſe proripit, abſentia, hominémque diuino fauore, auxilióque deſtitutum, cum fluctibus, & cum naufragiis finit colluctari. *Tempeſtate igitur* (ait eo loco S. Chryſ.) *ipſos per totam noctem laborare permittit, vt tempeſtatis, & temporis terrore perculſi magis ipſum deſiderarent, & firmam eius, atque perpetuam memoriam retinerent.* Nulla re magis edocemur, quàm periculis: his compulſi ad Deum confugimus: his inſtructi, Deum piè, ritéque deprecamur; experimur etiam quàm pium, & miſericordem patrem habemus, qui clamantes exaudit, laborantibus & orantibus acturùm ſuccurrit, vt hic factum eſt. Deinde (quod egregiè ſubnotauit idem Chryſ.) *non priùs ſe Dominus reuelauit, quàm magnitudine terroris ſuperati vna* E *omnes voce clamitaſſent. Quantò enim maior erat trepidatio, tantò lætior; atque gratior præſentia Domini illis apparuit.* Hæc ille. Facit quidem lætiorem, quæ præcedit tempeſtas, ſerenitatem; dulcior poſt famem cibus, poſt ſitim potus; gratior poſt ægritudinem ſanitas, longè quidem ſuauior viſitatio Domini, quam illius quædam veluti deſertio, atque obliuio anteceſſit; ſic habet poſt tentationem pro Deo viriliter ſuperatam, & victoria,& requies. Rectè id quidem:

D.Chryſ. Dignitas orationis.

Tob. 12.

Matth. 5. & 14.

D. Chryſ. Quieta Chriſti Domini oratio.

Matth. 14. D.Hier. Dei præſentia hominibus ſalutaris.

D Chryſ. Dei deſiderium accendit tribulatio.

Clamandū in tribulatione ad Deum.

A 13. Cæterùm illud etiam oſtendiſſe mihi videtur Dominus, quantum ſit inter vitæ contemplantis, & operantis ſtudia diſcrimen: quantoque ſit felicius cum Deo in monte colloqui, quàm in pelago tempeſtatibus agitari. Dominus in monte ſolus orat, in mari fluctuant diſcipuli: tranquillum eſt, ac ſecurum orationis otium, periculoſa, & inquieta ſunt vitæ negotia. Ibat illa mundi delicijs irretita poſt amatores ſuos, & Deum ſuum prorſus obliuiſcebatur, cuius tamen clementiſſimus Dominus non immemor, aiebat: *Propter hoc ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem, & loquar ad cor eius.* Oſeæ 2. Nimirum in ſolitudine, non in plateis, non in conuentibus mortalium, ſed vbi ſola cum Deo B ſolo egerit, *loquar* (inquit Dominus) *ad cor eius*, blandiens vt infantulo mater: *mollia, & conſolatoria*, (ait S.Hieron.) *loquar*: Eſt enim loqui ad cor, alloqui, ſeu conſolari. Sic Ruth. 2. *Inueni gratiam apud oculos tuos Domine mi, qui conſolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ.* Sic etiam Iſai. 40. *Conſolamini, conſolamini populo meus, dicit Deus veſter, loquimini ad cor Hieruſalem & aduocate eam.* Vbi S.Hieron. in hunc modum commentatur: *Loqui ad cor idioma ſcripturarum eſt; qui enim ſolatur, recto loquitur, & blandiens conſolator eſt, ad cor loqui dicitur.* In hac igitur ſolitudine, in hoc ſecreto Deus animæ ſibi dilectæ matrem ſe exhibet, lactat illam vberibus ſuarum conſolationum, perfuſamque dulcedine cœleſtium voluptatum inter vbera ſua velut infantulam ſuauiſſimos facit C captare ſomnos diuinæ conſolationis, quibus dulciſſimè ſoporata, quicquid in mundo, & ſplendidum eſt, & illecebroſum, imò & rerum quarumcumque huius vitæ curas, ſtudia, negotiaque prorſus obliuiſcitur. O quis ita cum Iacob maneret ſolus in caſtris Dei: & cum Chriſto aſcenderet in montem ſolus orare! Cogitur interdum Prælatus nauem conſcendere, fluctuantem dirigere, periclitantibus opem ferre; ſed id tamen efficiat poſt montis aſcenſum, poſt colloquia cum Deo habita, poſt orationis ſeceſſum, vbi meotem præparat ad maris tempeſtatem, & mundi tentationem. Imprudens eſt, qui cùm ſe totum aliorum impendat ſaluti, ita ſui ſit inimicus, vt ſuam D prorſus negligat. Sapienter admodum ſcribit hæc de re S.Bernard. ad Eugenium Papam: *Cùm omnes* (inquiens) *te habeant, eſto & tu ex habentibus vnus. Quid ſolus fraudaris munere tui? omnes de fonte puro bibunt pectoris tui, & tu ſitibundus ſedens ſtabis? Qui ſibi nequam, cui bonus? memento proinde non dico ſemper, non dico ſæpè; ſed interdum reddere te ipſum tibi.* lib. 1. de conſider. Furantur te ipſum ſolicitudines, & negotia, vel vitæ, vel regiminis tibique à te ablatum occupant, premúntque totum. Ergò ſi ſapis, vel interdum te proripe, diſruptiſque laqueis te in libertatem vendica, vt liberum à mundi negotiis animum Dei finas colloquiis perfrui, & amplexibus requieſcere. Relinque maria; & naui, & fluctibus nauclerum remitte, in E montem paulìſper aſcende, ne ſi periclitantibus in pelago cures ſuccurrere te ipſum ſtultus & infelix abſorberi fluctibus patiare. Prius quidem in monte ſolus orauit Dominus, deinde ad diſcipulos in mari fluctuantes deſcendit: ab oratione quippe quodlibet eſt auſpicandum negotium: addiderim, & iſto demum exacto ad illam rurſus auidiſſimè redeundum eſſe: quod S.Gregor. Nazianz ita conſuluit: *Quiſquis negotium auſpicatur, non alium meliorem, commodioremque ordinem tenere poteſt, quam vt à Deo incipiat, & in Deo*

conquie-

Securior contemplatiua, quàm actiua vita.

Oſeæ 2.

Diuina conſolatio datur orantibus. Loqui ad cor, quid. D.Hier. Ruth. 2. Iſai. 40.

S.Hieron.

Rerū omnium terrenarum obliuionē parit Dei conſolatio.

Zelus aliorum cum propria cuiuſque cura.

D.Bern.

Nōn opprimendus negotiis animus.

Ante & poſt negotium emittenda oratio.

D Greg. Naz.

conquieſcat. Apolog. 1. Pulchrè felicem ita negotiorum exitum, & deſiderans, & ſperans per orationem illud poëticum Deo dixeris. *A te principium, tibi deſinat*. Porrò etiam tutior tellus, quam pelagus: tutior oratio, quàm nauigatio, tutior ſolitudo montis, quàm nauis ſtrepitus; conſcendant alij myoparonem, in arena ego conſideam; tegant alij nauim maria ſulcantes, ventiſque inſultantes & vndis; humili ego contentus ceſpite vitam, licèt ignobilem, at certè tranſigam ſecuriorem. *Aliorum* (aiebat in hoc eodem argumento S. Gregor. Nazian.) *ſint labores, & honores; aliorum bella, & trophæa, mihi verò à bellis abhorrenti oculos in me ipſum conuerſos habere ſufficiat: abiectius quidem fortaſsè conſilium, verùm minori quoque periculo obnoxium, nimirum æquo interuallo, & à ſummo* B *faſtigio, & à caſu diſtare*. orat. 5. Proxima quidem aſcenſui ruina, proximum nauigationi naufragium: ſic honori vicinum animæ diſcrimen, vt ab hoc tantum quis diſtet, quantum ab illo; *feriúntque ſummos fulmina montes*: pelago plures eduntur naues, quàm redduntur; obedire tutius, imperare multò periculoſius.

Securior vita priuata.
S. Greg. Nazian.
Periculoſū regimen.

SECTIO VII.

Et ecce vir luctabatur cum eo vſque mane, &c.

1. LOcus eſt ex celeberrimis Geneſ. atque, vt ſcribit Rupert. *famoſa lucta, & totius ore Eccleſiæ per orbem celebrata, qua homo cum Deo luctatus eſt*, &c. lib. 8. cap. 6. Conſumpto ſcilicet die, in totius familiæ, gregúmque traiectione vltra fluuij ripas, Iacob in montem ſolus receſſit, vbi cum Deo agens, auxiliúmque ad ſubſequentis diei diſcrimen ex occurſu fratris Eſau ſuppliciter, inſtantérque expoſtulans, in ipſo feruore deprecandi à viro quodam impetitus, & innexis mutuò brachiis in luctam eſt laceſſitus. Sed primò ſtatuendum quis iſte luctator, quem ſcriptura virum appellat. Angelus vtique fuit diuini verbi perſonam gerens, vti Doctores volunt. S. Auguſt. lib. 16. de Ciuit. cap. 39. ſic ſcribit: *Iſrael nomen Iacob ab Angelo impoſitum eſt, qui cum illo fuerat in itinere luctatus, typum Chriſti euidentiſſimè gerens*. Rupert. lib. 8. cap. 5. disiunctiuè loquitur: *Si mecum qui Deus ſum ſiue Angelus Dei pugnare potuiſti*, &c. D. Dionyſ. Areopag. lib. de cœleſti Hierarch. cap. 4. abſolutè contendit omnes viſiones Dei factas hominibus, quæ in ſacris literis narrantur, Angelorum fuiſſe, vt ibi multis verbis oſtendit, & legere quis poterit. Et quidem Angelum hoc loco cum Iacob luctatum manifeſtè probat Oſeas Propheta cùm ita de eodem ſcribit: *In vtero ſupplantauit fratrem ſuum, & in fortitudine ſua directus eſt cum Angelo, & valuit ad Angelum, & confortatus eſt*, cap. 12. vbi Hebraicè nomen eſt *malach* מַלְאָךְ quod verti non poteſt Deus, licèt autem hoc loco Geneſ. ſit *Elohim*, quod & Angelo conuenit, & Deo; reſtringendum tamen eſt iſtud *Elohim* ex illo *malach*. Hanc eandem ſententiam ſequuntur S. Gregor. Papa, Theodoret., & Euſeb. atque è noſtris Perer. & Delrio. Deinde cùm iam conſtet fuiſſe Angelum, quis verò ille, controuertitur. Mihi perſuaſum habeo cuſtodem Angelum ipſius Iacobi extitiſſe, vt luctæ aſſumens occaſionem trepidanti homini timorem adimeret, certámque faceret ſpem

Rupert.
S. Auguſt.
Rupert. Angelus verbum repræſentans luctatur cū Iacob.
D. Dionyſ. Areopag.
Oſe. 12.

A fratris in occurſu paulò poſt ſuperandi. Sed quænam fuerit occaſio luctæ non ſcribitur, an ſcilicet præuia fieret alterius ad alterum prouocatio, an potiùs Iacob ſubitò ſe videret luctatoris innexum brachiis?

2. Fuit autem hæc lucta corporalis, quam Angelus humana ſpecie indutus, & Iacob mutuò exercebant: quam Iacob nimis productam ſentiens, ac dolens, aduertens etiam auguſtius quiddam homine, cœleſtémque referens virtutem in eo eſſe, qui cum luctabatur, lacrymas deinde, precéſque adiunxit, vt in teſtimoniu Prophetæ Oſeæ apparuit; quare non fuit hæc lucta ſolùm per inſtantiam orantis, ſed etiam per contentionem externam, & corporalem colluctantis. Ideo B Symmachus, & Aquila vertunt ἐκυλίετο, *verſabat ſe, & volutabat cum illo*. Sic enim luctantes facere ſolent. In Hebræo verbum *Abag* optimè hîc vertitur *luctari*, à nomine *abag* אָבָק *puluis*, aut *terra tenuis* dicitur, inde verbum *abag* אָבַק *luctari*; Nam luctantes pedibus puluerem excitant; itemque corpora puluere, ſiue arena conſpergunt. Cæterùm locum, in quo luctabantur, olim arena ſternebant, vt ſi forté contingeret cadere, aut in terram prouolui, mollior eſſet caſus, minúſque noxius; in cuius rei vſum præcipuè commendabatur Nili arena, vtpote tenuiſſima, quam in Nerone aduectam ex Ægypto Romanis luctatoribus ſcribit Sueton. Itaque ad verbum ſic exponi poteſt hic locus: *Et vir aſperſus cum eo eſt puluere*, C quod latinè dicitur: Deſcendit cum eo in arenam. Non me fugit eſſe Doctores, & quidem grauiſſimos, qui exiſtiment Iacobum cum cacodæmone ingreſſum ſcilicet in Chananæam regionem prohibente luctatum fuiſſe, huiuſque in auxilium bonum Angelum aduenisſe. Hanc ſententiam tradit Origen. lib. 3. Periarch. quam S. Hieronym. videtur ſecutus in cap. 6. ad Epheſ. & eandem Hebræorum eſſe dicit Lyran. Refert etiam Procop. quod prædictæ ſententiæ fauet magnopere: *Quidam* (inquiens) *vt ex docto quodam viro accepimus, profitentur cum Iacobo concertaſſe diabolum in ſpecie Eſau volentem vincere ipſum. Cæterùm ab Iacob ſtetiſſe Angelum auxiliarem, obcuius auxilium nihil diabolus quiuerit efficere*. Nihilominùs luctatum cum bono Angelo Iacobum apertè de- D monſtratur ex ipſa hiſtoria; laudatur quippe Iacob, quòd cum Deo contenderit, & contra illum præualuerit, ab eóque, demum benedictionem, & nouum acceperit nomen, quod à diabolo præſtari non poterat; & hæc eſt communior Patrum & Doctorum, tam Græcorum, quàm Latinorum expoſitio.

Cum bono, non autem malo angelo Iacob luctatus eſt.
Orig.
S. Hieron.
Lyran.
Procop.

3. At quorſum hæc lucta diuinitùs eſt inſtituta? Nimirum *Angelus* (reſpondet Theodoret.) *illum fiducia roborat, qui fratrem metuerat; quapropter illi victoriam conceſſit; indicauit etiam cauſam victoriæ. Ne timueris* (ait) *hominem, cùm ego tibi victoriam conceſſerim*. q. 91. Et quidem Iacob cùm Angelum vincat, cur hominem timebit? Luctator vincere aſſuetus, vel inde quoque ab victo- E extremam nunc luctam ingrediens victoriam ſibi meritò cum Dei gratia pollicebitur. *Quater ſiquidem* (autore S. Bernard.) *luctatus eſt Iacob. In vtero cum Eſau: in adoleſcentia cum eodem: in Meſopotamia cum Laban: in Bethel cum Angelo*. in ſentent. O egregium luctatorem! Sed ô eximium de hominibus, ac de Angelis triumphatorem! Stantem Iacob inuenit omnis caſus. Nullis ille territus ſuccubuit periculis; aduerſa viriliter aggrediens, à laboribus vires, à periculis audaciam,

Theod.
D. Bern.
Iacob quater luctatus.

Fortitudo Iacob. S.Iren.

ciam, à terroribus animum, à ferro duxit virtutem. *Videlicet*, (vt ſubnotauit S.Irenæus) *Iacob luctans & vincens victoriam in typum Chriſti generabat, de quo Ioan. in Apocal.* 6. l. 4. c. 38. Vicit quidẽ Dominus primò impietatem, atque immanitatẽ Iudæorum, paſſionis ſuæ cruciatus, mortémque infamem pariter & acerbam Crucis: deinde victor exiuit, vt mundum vinceret, cùm ſcilicet,

Chriſti victoria.

per Apoſtolos Crucifixum euangelizantes, fidem ſuam gentium cordibus impreſſit; totúmque ſibi terrarum orbem ſubiugauit. A victoria paſſionis ad conuerſionis victoriam egregius bellator ſimul, & triumphator exiuit.

Virtus eminet in aduerſis.

Fortem aduerſa, conſtantem reddunt pericula: ſplendeſcit ignibus aurum, contritus flammas emittit lapis, noctu intermicant aſtra, procellis demonſtratur nauclerus;

B dux in acie, miles in armis. Hac maximè via conſtrata laboribus omnipotens Deus ſeruos ſuos, eóſque in toto grege principales ad perfectionem virtutis, demúmque ad præmium ſempiternum deduxit, quos voluit afflictionibus perfunctos viuere, verſarique inter nos; vt & illorum exemplo erudiremur, & patientiæ merito

Fortitudo & patientia ſanctorum. D.Ambr.

ſuſtentaremur quod in veteris Eccleſiæ primoribus ſanctis ita oſtendit S.Ambroſ. *Hieremias, Daniel, Eſdras, Ananias, Azarias, & Miſael, ideò in captiuitatem ducti ſunt, vt populo, & præſentia in captiuitate ſolatia, & ſpem euadendæ captiuitatis afferrent.*

Vtile conſortium iuſtorum.

Grande in aduerſis ex conſortio iuſtorum ſimilia ferentium accipimus leuamentum; & magnam futuræ tranquillitatis ſpem concipimus

C ex eorundem ſimiliter laborantium ſocietate, quos vtique Dominus diutiùs afflictari non ſinet, quin etiam ſocios laborum in illorum gratiam, in portum cum iiſdem ſimul adducet.

S.Ambr.

4. *Perfecti quidem* (progreditur S. Ambroſ.) *eſt viri communicatem naturæ ſuſtentare animi virtute, & ad meliora adducere; nec ſuccumbere iis, quæ plerisque terribilia, & formidoloſa videntur:* dicit egregiè ſanctiſſimorum virorum conſtantia, & patientia, quæ ad ſimiles virtutes inuitant, alios qui ſimul habitant, aut verſantur in aduerſis æquo animo tolerandis, confirmari: nec enim conſtantis eſt, fortiſque athletæ grauioris fortunæ

Fortitudo in aduerſis.

caſibus debilitari. *Sed* (vti amplius colligit) *quaſi fortem militem grauiſſimorum caſuum ſuſtinere in-*

D *curſus, conflictus ſubire, & quaſi prouidum gubernatorem nauem in tempeſtate regere, atque occurrendo inſurgentibus fluctibus magis vitare naufragium ſulcando vndas, quàm declinando:* Hæc S.Ambroſ. lib. 1. de Iacob cap. 8. Fortitudo quidem ſpectatur in rebus aduerſis potiùs perferendis, quàm fugiendis;

Ariſt. *Duo actus fortitudinis.*

imò (quod philoſophus in Ethicis docet) cùm duos exerceat actus fortitudo, & aggrediendo, & tolerando ardua: hic alter actus longè præſtantior eſt, & in eo eminentiùs demonſtratur illa: fortiórque proculdubio eſt, qui æquo animo tolerat, quàm qui alacri, audacique labo-

Triumphat patientia.

rioſa quæque, grauioráque aggreditur. Hinc etiam colliges multò excellentiorem palmam illuſtrioremque triumphi gloriam iis deberi, qui

E martyrium fortiter patiendo ſubierunt, quàm qui debellatis hoſtibus per obſtantes Martis cuneos egregiè dimicando victoriam pepererunt.

S.Cyprian. *Encomia martyrij.*

Iure igitur optimo S. Cyprianus in celebrando martyrio ſuam hoc modo expromit eloquentiam: *Omnis conſummatio, & ſtatus vitæ in martyrio eſt collocatus. Hoc fundamentum vitæ, & fidei, hoc præſidium ſalutis, hoc vinculum libertatis, & honoris; & quamuis ſint alia, per quæ adipiſci lux poſſit; tamen ad proximitatem muneris repromiſſi, pœnis me-*

A *liùs patrocinantibus peruenitur.* tract. de laude martyrij. Rectè quidem dicitur, pœnas pro Dei obſequio libenter ſuſceptas, & præſidium, & patrocinium eſſe viris ſanctiſſimis, vt à Deo præmium ſempiternæ gloriæ, & in Chriſti Eccleſia incomparabilem martyrij dignitatem conſequantur. Luctatur cum Angelo Iacob: magna quidem laus, ſed longè maior ſanctorum martyrum, qui cum tormentis, cum morte ipſa, cum tyrannis, cum inferni ſatellitibus pro Angelorũ Deo ipſo colluctantur; & quidem ita ſtrenui, atque inuicti: vti (autore S. Cypriano) *aduerſo maris moles oppoſita reluctatur, feriant licèt fluctus, & reuolutum æquor identidem pulſet, tamen hæret immobilis virtus, nec vndis circumſpumantibus adoperta ſuccumbit,*

D Cyprian. *Mira fortitudo martyrum.*

B *donec per ſcopulos vis digeſta ſe ſupprimat, & ſuperiacens ſaxis in aperta litoris ſpacia victum æquor euadat.* loco indicato. Pulſatur quidem vndique Oceani fluctibus in medio pelago rupes, ſed fruſtrà tamen. Manet vtique rupes immota, franguntur maria, & in ſpumas diſſoluuntur: ſic planè omnis crudelitas tyrannorum, ac dæmonum furiæ contra martyrum animos, corporáque fruſtrà deſæuiunt: ſtat martyrum inuicta conſtantia, torquentur corpora, exultant animi: vita cum ſanguine per cruciatus eripitur, fides purior, glorioſiórque eminet; fitque planè diuinæ gratiæ miraculum, quod S. Cyprian. ibidem appoſuit:

S. Cyprian.

ſcilicet *animare hominem dolore, quo credatur extingui, & id ſibi in augmentum virtutis aſſumere,*

C *quod cruciatui putat prodeſſe qui punit.* Hæc Cyprianus.

Virtus eminet in aduerſis.

5. Latebat quidem intus in anima fides, & caritas, & patientia, ſed per cruciatus corporis eminuerunt forâs virtutes illæ, atque hominum ſenſibus (vti erant) clariſſimæ patuerunt. Quod S.

D.Chryſ.

Chryſ. in patientiſſimo Iob egregiè conſiderauit his verbis: *Niſi diabolus Iobi corpus plagis perforaſſet, radij intrinſecùs non renituiſſent, & ipſius non cognouiſſemus diuitias. Nobis ipſum reddidit clariorem, vt omnes hominem interiorem aſpiceremus.* homil. 5. ad popul. Antioch. videmus fidem, quæ latebat, cruciatibus expreſſam, foráſque per flagella & patibula erumpentem, cùm ſine illius affectu, & pretio martyrium conſtare non poſſit,

D.Aug.

D vti S. Auguſt. in hunc modum edocuit: *Pœna ſimilis eſt bonis, & malis; itaque martyres non facit pœna, ſed cauſa: Nam ſi pœna martyres faceret, omnia metalla martyribus plena eſſent; omnes catenæ martyres traherent, omnes qui gladio feriuntur, coronarentur.* conc. 2. in Pſal. 34. Suas quidem in hoc mari magno Chriſtiana fides habet naues cœleſtium donorum mercibus, & virtutum diuitiis onuſtas, non apparent illæ, non videntur, quæ interiùs aſſeruantur.

Martyres theſaurus Eccleſiæ.

At cùm fractis ad ſaxa nauibus interni pateſcunt receſſus, quicquid opum, gazæ, merciúmque aſportabatur velut è latebris in apertam lucem proditur. *Eſt quidem* (vti vocat

D.Ambr.

S.Ambroſ.) *martyr Chriſti theſaurus Eccleſiæ.* ad Virgin. lib. 3. Latet vtique theſaurus, dum cor-

E pus viuit, & viget: explicatur, & viſitur tum maximè, cùm corporis, vitæque fit naufragium. Martyrum pœnis pariter ac triumphis Eccleſia ditatur, cœleſtis curia nobilitatur, Dei menſa (liceat

D.Aug.

dicere) ſplendeſcit, & oblectatur; quod S.Auguſtin. conſiderat expendens illa verba Pſal. 78. *Poſuerunt Hieruſalem in pomorum cuſtodiam.* Loquitur enim Regius vates de Eccleſia, quam tyranni, & perſecutores, dum in cædibus fidelium Chriſti debacharentur, infinita vbique terrarum multitudine vtriuſque ſexus Chriſtianorum ſpoliarunt,

liarunt, ac velut orbam, & ſine fructibus, ac A frondibus arborem reddiderant. Explicat igitur S.Auguſt. *Ipſa Eccleſia hoc nomine rectè intelligitur: pomorum cuſtodiam, deſertionem intelligendam exiſtimo, quam facit vaſtitas perſecutionum, id eſt, velut cuſtodiam pomorum, quia deſeruntur pomorum cuſtodia cùm poma tranſierint.* Cuſtoditur ſedulò, ac vigilanter pomarium, quandiu poma ſunt in arboribus, vbi verò illa colliguntur, illiſque omniò iſtæ quaſi viduantur: tunc & cuſtodum diſſipantur tuguria, & mœſta fit de pomariis ſolitudo; Cæterùm in tam triſti ſpecie ſolitudinis, poma tamen, quæ ſunt collecta in prædulces menſarum cibos deferuntur. Sic habet vaſtitas perſecutionum, ſic martyrum fructus. Et certe (adiungit S.Auguſt.) *quando gentilibus perſequentibus Eccle-* B *ſia deſerta viſa eſt, in cœleſtem menſam ſpiritus martyrum, tanquam de horto dominico multa, & ſuauiſſima poma tranſierunt.* Porrò non eſt quòd ſibi perſecutores blandiantur, quòd triumphēt de Chriſti Eccleſia, quam Deo permittente, affligendam, ſpoliandámque ſuis fidelibus ſuſceperunt. Diſpar eſt vtrorumque ſors, diuerſi nimium exitus. Iubet enim Rex etiam æthiopi ſeruo, vti poma ex arbore colligat; at collectis in regiam menſam pomis, æthiops fame exæſtuans in ſtabulum curandis equis compingitur. Obtruncat tyrannus Chriſti fideles, replet martyribus Eccleſiam; in cœlum facit triumphantes iuſtorum quos occidit, animas ſubuolare. Cæterùm quandiu iſtæ ſempiterno æuo cum Deo perfruuntur, ille ſem- C piternis cruciatibus inter cacodæmones addictus pœnas luet ſuæ crudelitatis. *Igitur* (benè concludit S. Cyprian.) *toleranda ſunt omnia, patienda cuncta, nec appetendum quo modico gaudeas tempore, & perpetuo puniaris ardore.* Sic ille de laud. Martyr.

Perſecutio tyrannorū.

Eccleſia seu pomarium vaſtatum.

D. Auguſt. *Anima martyrum poma Chriſti.*

Infelix tyrannorum exitus.

D.Cyprian.

6. Luctantur etiam cum Deo, qui propter delicta ſua flagellati debitam exhibent patientiam. Quare in hoc ſenſu egregiè monet S. Bernard. *Luctare cum Angelo, ne ſuccumbas; quia regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. An non luctæ, Dilectus meus mihi, & ego illi? Notam fecit dilectionem ſuam, experiatur, & tuam. In multis enim tentat te Dominus Deus tuus. Suſtinuit te dilectus, ſuſtine tu dilectum, non illum vicère peccata tua, te quoque ipſius flagella non ſuperent, & obtinebis bene-* D *dictionem.* ſerm. in Natiuit. Beatæ Mariæ. Eſt itaque lucta patientiæ, quam ingreditur pœnitens, qui meritas ſuorum ſcelerum (quæ iam à Deo miſericorditer ſunt remiſſa, & quoad culpam protſus deleta) ad ſatisfactionem tamen in hac vita reddendam patienti quidem, & alacri animo perfert ſuſtinens, videlicet Deum flagellantem, ſicut ille hominem ſuſtinuit peccantem. In hac eadem lucta Dominus, etiam amicus ſuus, & maximè familiares exercet, vel ad probationem, vel ad humiliationem: *Declinat enim* (ait S.Bernard.) *ſæpiùs; auertit faciem, ſed non in ira; probationis ſiquidem eſt, non reprobationis* loco indicato. Profectò, cùm nemo ſit mūdus à ſordibus, & in multis offenda- E mus omnes, optimè nobiſcum agitur; ſi potius hîc flagellemur, hîc exuramur, & ſecemur, quàm in æternos cruciatus reſeruemur. Quamobrem ſi quæ noſtra merentur delicta ſpectemus; nemo noſtrum iniuſtè patitur, ſiue à Deo, ſiue ab hominibus affligatur, ſiue (quod ſæpe contingit) vel ab ipſis inanimis creaturis pro vltione læſi Conditoris contra peccatorem conſpirantibus, *Nemo enim* (inquit S. Ambroſ.) *grauior hoſtis, quam qui omnium lædit autorem.* ſermon. 18. in

D Bern. *Luctatur cum Deo pœnitens.*

D.Bern. *Patiens luctatur cum Deo.*

Tribulationibus expiantur delicta.

D.Ambr.

A Pſalm. 118. Communem ſcilicet naturæ hoſtem ſe facit, qui Deum parentem, & Conditorem omnium rerum peccando offendit. Errarunt aliquando viri homines, alioqui ſanctiſſimi; Moyſes, Aaron, Samuel; ergò Dominus miſericordiam patris in iudicis iuſtitia ſeruans non ſinit illos ſine debito ſupplicio excedere, ſicuti Propheta de iiſdem loquens concinit: *Deus tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens in adinuentiones eorum.* Pſal. 98. Sed quid hoc, vt Dominus ſimul ſit propitius, & vlciſcens? Quî obſecro cum miſericordia iungitur vitio? Si miſeretur, quomodo vlciſcitur? Si vltor caſtigat, quomodo propitius condonet? Pulchrè tamen Propheta vtrumque coniungit. *Non ſolùm* (inquit S. Auguſt.) *donans peccata, ſed* B *etiam vindicans propitius fuiſſe. Ille Deus iraſcitur, quem peccantem non flagellat: Nam cui vere propitius eſt, non ſolùm donat peccata ne noceant ad futurum; ſed etiam caſtigat, ne ſemper peccare delectet.* Punit itaque miſericors Dominus in præſenti vita, ne puniat, ſed parcat, ſaluétque in futura. Quid verò infelicius ipſa peccantium felicitate? *Nunc paſcet eos* (ait Propheta) *quaſi agnum in latitudine.* Oſeæ cap. 4. Vltio eſt, non clementia Dei ſinere peccatores, vt ducant in bonis dies ſuos ad interitum, qui tandem inſperatò ſuperueniet; liberéque, ac ſecurè (vt putant) abdomini, ventrique ſeruiant: ſic pecudes ad macellum ſaginantur. Ideò (declarat S.Hieronym.) *paſcentur in lata, & in ſpacioſa via, quæ ducit ad mortem: Et patientia Do-* C *mini, bonique paſtoris eos enutriet ad interitum.* Sic ille. Creſcit miſeris ſua iſta infelicium voluptatum aruina in pabulum ignis ſempiterni.

Peccator rerum communis hoſtis.

Pſal. 98.

D.Aug. *Miſericors Deus caſtigat.*

Oſe. 4. *Infelix malorum proſperitas.*

S.Hieron.

Carnis voluptas pabulum ignis æterni.

7. At ô bene Deus cur virum iuſtum longo, & moleſto feſſum itinere noctu in montibus ſolum, quando, & lectus, & tectum, & menſa non ſuppetunt, ſaltem nudo ipſo ſolo aliquantulum captare ſomnum non ſinis? Tentari Deus ſeruos ſuos, & exerceri vult, vt habeant, quibus luctæ brauium, certaminis palmam, tentationis præbeat coronam. Quapropter (vt benè S.Ambroſ. ſcribit) *ſinit Deus nos ſæpe tentari volens iuſta præmia dare luctantis vtique, non dormientis: non decet redimitos floribus corona, ſed puluerulentos: nec molles delicias, ſed labore exercitatos ornat victoria.* ſerm. 18. D in Pſalm. 118. Vigilat Iacob, excubias noctu agit, colluctatur, deſudat, delaſſatur, ſtat quippe ſudoribus virtus; violenter cœlum rapitur; digna eſt animæ ſalus omnibus laboribus merces; *Nec ſunt condigna paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* ad Rom. 8. Quid quæſo durum poteſt eſſe in præcepto, vbi ſalus eſt in promiſſo? quid arduum in via, quæ in ſempiternam deſinit felicitatem? Quis è ſalo intuens cœli portum alacri animo deſæuientes mundi procellas non ſuſtineat, non excipiat? Conſtanter oportet, ac viriliter tolerare, quod ad honorem, & voluptatem animæ haud interituram profit. Monet proinde S. Auguſt. *Quaſi fluuius venit tentatio: in petra te inueniat; impingat, non deiiciat. Fundata eſt* E *domus ſuper petram.* Matth. 5. in Pſalm. 55. Luctatur cum Deo, qui patienter perſequutiones ſuſtinet, quæ tandem finiuntur, atque in gloriam cedunt patientis. Gemebant Hebræi ab Ægyptiis oppreſſi, & abiectiſſimis operibus addicti duriſſimam trahebant ſeruitutem. At ô felices in ea lucta, quæ ingentes iiſdem peperit diuitias! has ipſimet perſecutores tum maximè illis comparabant, cùm eoſdem grauiſſimè opprimebant. Quod S.Ambroſ. ad hunc modum expendit: *Filij Iſrael dederunt paleas, & receperunt farinam; dederunt lutum,*

D.Ambr. *Tribulatio ad coronam datur.*

Laboribus cœleſtis gloria comparatur.

ad Rom. 8.

D.Aug.

Matth. 5. *Lucta patientiæ glorioſa.*

S.Ambr. *Viliora pro inimicis.*

lutum, & receperunt argentum; dederunt lateres, & A *receperunt aurum.* lib. de manſionib. Ditati quidem Hebræi ſunt ipſiſmet ſuorum perſecutorum opibus; ideò nobis eſſe ſolent vtiles, quas pro Deo ab improbis patimur tribulationes. Sed quid eſt, quòd Iacob a parentibus in Meſopotamiam miſſus, inſidiáſque irati fratris declinans noctu, vbi ſors tulit, in monte, nudo in ſolo, capite ſuper ſaxum reclinato placidos, & ſecuros captauit ſomnos; viditque dormiens ſcalam in cœlum vſque ſurrectam, qua curſitabant Angeli, in cuius ſummis gradibus Deus ipſe innitebatur: at idem Iacob à Meſopotamia regrediens noctem ducit inſomnem; luctatur, non cubat; agitatur, non quieſcit? dices tunc non timuiſſe, nunc timere aduentantem, qui ſe læſum putabat, fra- B trem: timor quippe ſomnum adimit, quietem, & ſecuritatem depellit. Benè ſic vrget timor, ſic diſcruciat. Sed inſuper quæro cur fugiens non timeret perſequentem, qui veniens trepidat ad famam occurrentis? Profectò (dicam quod ſentio) fugiens non metuebat ſibi, quia ſoli: regrediens cum familia metuit ſibi, quia iam non ſoli, ſed vxoribus ſimul, ac filiis, quos vita ſua cariores habebat: iis enim quos impenſe diligimus, etiam tuta, quin vana quoque timemus: reſpondet ad magnitudinem amoris timor. Hinc miſera conditio amantium, qui cuncta timent, ſemper anguntur. Veréque vnus ex antiquioribus dixit: *Toties quis moritur, quoties amittit ſuos.* Amat filios pater, filiis timet omnia, de filiis tantùm C ſolicitus quantum ſui oblitus; in iis enim potiùs, quàm in ſe ipſo viuit. Ergò ſi filius moritur, patrem ſimul commori neceſſe eſt; plores ſi videat mori, ſæpiùs miſer interit; hoc ipſo infelicior, quòd non ſemel mortuus doloris ſenſum amittat, ſed mortuus viuat, viuúſque moriatur, vt diutiùs, & acerbiùs doleat. Quare ó fortunatum illum, qui contempto ſæculo à rerum caducarum affectu, ſtudióque abſtractus religioſam vitam eſt amplexus? Quo de argumento eleganter admodum diſſerit S.Chryſ. Seligam paucula: *Non illic* (in religioſorum ſcilicet conuentu) *auditur vlulatus, & gemitus: vacant his omnibus tecta illa felicia, his triſtibus, his clamoribus libera. Moritur quidem & ipſe; Cæterùm mortem ille nec ducit, nec* D *exiſtimat mortem. Non adſtat ſolutis crinibus vxor, nec pueruli imminentem flentes orbitatem; non famuli expirantem importunis precibus pulſantes, vt ſe cuiquam tutò commendet.* homil. 14. in 1. Tim. Hæc ſæcularium in morte hominum carnificina religioſum non excruciat morientem: reliquit iam pridem ſæculum cum ſuis omnibus, & pompis, & deliciis. Quare (colligit optimè idem Chryſ.) *ſeculi omnibus impedimentis exutus animus vnum inſpicit ſolum, quo pacto maiore cum gratia extremum Deo ſpiritum fundat.* Qui ergò ſolus cum Deo vixit, cum Deo etiam ſolus morietur, aut verò potiùs dormit ſecurus.

Diſcruciat metus.

Vbi amor, inde timor.

Parentum dolor ex filiorum obitu.

Felix religioſorum ſtatus.

D. Chryſ.

Quieta religioſorum mors.

D. Chryſ.

8. Illud etiam in hac lucta, vt extitit mirabile, ſic diligenter expendendum eſt, quòd nimirum, E & corporalis, & ſpiritualis ſimul fuit: Luctator enim Angelus, brachia, crura, pedes, pectus, denique corpus habebat apparens, & phantaſticum; Iacob verò non corpore tantùm, ſed etiam precibus luctabatur, prehenſabant, illigabant, verſabant, agitabant Angelum hominis brachia, eidémque lacrymæ, precéſque longè acriorem vim inferebant, iuxta illud, quod ſupra retulimus ex Propheta: *Præualuit ad Angelum, fleuit, & rogauit eum.* Oſeæ. 12. In hac igitur lucta, & brachiis

Oratio ſimul cum operibus.

Oſe. 12.

A ſimul, & lacrymis geſta res eſt. Vis & oratio ad luctandum cum Deo requiritur; nec enim quod pretioſum eſt, gratis datum, nec magna ſine labore fiunt, aut comparantur; ad impetrandum, quod expoſcis à Deo, & operatio, & oratio exigitur, manus operentur, lingua oret neceſſe eſt, alterius alterum ope ſubnititur; cohæreatque oportet manus cum lingua; hanc illa honorat, ſine illa futilis hæc, ac ridicula eſt. Quid enim tam abſurdum, quàm lingua pia, & vita impia? monſtrum planè, vt cùm piè ores, impiè viuas; ore Chriſtianus, opere Mahometanus. Meritò energumenus irruit in illos, qui malignum ſpiritum in nomine IESV, quem Paulus prædicabat, de corpore miſeri hominis eiicere conaban- B tur: *IESVM noui* (clamat diabolus) *& Paulum ſcio, vos autem qui eſtis?* Actor. 19. Si non eſtis vt Paulus, cur vti Paulus loquimini? Si non creditis in Chriſtum, cur priuilegiis in Chriſtum credentium gaudere vultis? Non veſtris vocibus Ieſum, & Paulum ſonantibus, quos turpitudine morum dedecoratis, obedio, ſed virtus *Ieſu, & Pauli ſanctitas me cogunt.* Benè S.Chryſoſt. explicat. *Vos non creditis, ſed abutentes hoc nomine talia dicitis, igitur deſertum templum, & facile expugnabilia arma eſtis, & ita non eſtis præcones Chriſti, ſed mei eſtis.* homil. 41. in Acta. Hinc optime colligit: *Vide vbique grauiores dæmones, quàm Iudæos, & non audentes contradicere, neque accuſare, vel Apoſtolos, vel Chriſtum.* Ita Chryſoſt. Dæmones quidem ſal- C tem timore Chriſti nomen honorant, & Apoſtolos reuerentur; at Iudæi odio implacabili Chriſtum habentes, ipſius nomen, doctrinam, fideléſque abſque vllo timore perſequuntur. Profectò (quod ad rem colligimus) etiam cacodæmones aliud re dici, aliud opere fieri, vitam linguæ, mores doctrinæ, manus ori contradicere, voce fidelem, factis infidelem eſſe (ad noſtrum pudorem) execrantur. Perfectio quidem Chriſtiani hominis eſt, vt vitæ, morúmque ſanctitas diuinæ, quã ore profitetur, fidei reſpondeat; ſed vtraque carebant Iudæi, contra quos dæmon ille inſiluit.

Lingua & vita echarent.

Actor. 19.

Chriſtũ ore & opere prædicari neceſſe eſt.

D. Chryſ.

Grauior Chriſtianis diabolus, quàm Iudæus.

Os & opus non conuenire etiam diabolus execratur.

9. Illorum enim peccatum per antonomaſiam dicitur infidelitas: ſic enim Dominus: *Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non habe-* D *rent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo.* Ioan. 5. de peccato ſuo, quod nam illud? Vtique infidelitas; in Chriſtum non credere. Quid hoc eſt Domine? Hoc ſolum Iudæi peccatum habent, & ab aliis puri ſunt? An Chriſti fide carere ſolum eſt peccatum: & fidem Chriſti ſi quis habeat, peccatum aliud nullum habet? Non illud tantummodò peccatum in Iudæis erat: peccatis illi omnibus cooperti erant; & præter infidelitatem innumera ſunt etiam alia peccata; & Chriſtianus ritè Chriſtum confeſſus male tamen viuendo peccat, & impœnitens in æternum peribit. Cæterùm ſi Iudæi vnam illam infidelitatem non haberent, remedium vtique ad expianda omnia peccata ſecum haberent; at cum infi- E delitate nullum à peccatis reſurgendo remedium ſubeſt. *Impoſſibile eſt enim ſine fide placere Deo:* Optimè S. Auguſt. *Hoc eſt enim peccatum, quo tenentur cuncta peccata, quod vnuſquiſque ſi non habet, dimittuntur ei cuncta peccata.* tract. 89. in Ioan. O magnam Chriſtiani hominis, & nominis felicitatem! ô egregiam in Chriſto, Chriſtíque fide ſpem, ac fiduciam! Peccat Chriſtianus, ſed fidem habet, quæ remedia ſubminiſtrat ad reſurgendum à peccato, viam docet ad recuperandam Dei gratiam, ſalutare pœnitentiæ ſacramentum in-

Infidelitas ſummũ peccatum.

Ioan. 5.

Felix Chriſtianorum conditio.

iungit; quare,qui ritè credit in Chriſtum,ſi peccet,remedium nouit,ac medicinam peccati; eóque grauior illius temeritas, & imprudentia, ſi lapſus medicinam reſpuat,ſi non iuxta fidem ambulet, viuat, operetur. Videas hinc ó hæretice, quæ tua ſit infœlicitas, vt in tanta vitiorum colluuie,quam ſecum mortalibus hæreſis importat, nullam velis, agnoſcáſque reſarciendis animæ diſpendiis, curandíſque vulneribus medicinam. Laudas Chriſti fidem, malè credis vnam illam ſufficere ad ſalutem, nec fidem ipſam audis, edocentem: *Fides ſine operibus mortua eſt; Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata; Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum*; non reſipiſcit ad veniam peccator, ſine pœnitentia: non lingua, non vox, non profeſſio Chriſtiana cum B impietate operum, cum infidelitate morum admittitur in cœlum; non qui partim fidelis, partim infidelis eſt,ſed totus omnino Chriſtianus,& iuſtus ore,manúque,fide, factóque integer Chriſti ſeruus intrabit in regnum cœlorum.

Fides remedium ad ſalutem.

Fides exigit opera.
Iacob.2.
Matth.19.
Matth 5.

Integer ore & opere Chriſtianus.

10. Congreſſurus die craſtino Iacob cum Eſau, non alio armorum genere, quàm humilitate, vt ſtatim videbimus, parauit animum ad certamen, viréſque ſumpſit cum Deo colluctando;ſine Deo nullum fœliciter negotium peragitur,præmittenda ſemper oratio, implorandum Dei auxilium; priùs cum Deo, deinde cum hominibus agendum. Præterea luctatur cum Deo Iacob, hoc vnum curat; de vxoribus, de liberis, de familia, ne memor quidem quo pacto ſe habeant, quid C ibi agatur; ac ſi nihil horum ad ipſum pertineat. Felix ille qui feriatum à negotiis, ſolíque Deo vacantem imitatur Iacobum; illudque Tertulliani verè poteſt dicere: *Ego ſeceſſi de populo, imò vnicum negotium mihi eſt, nec aliud nunc curo, quàm ne curem*. lib.de Pallio.cap.5. Pulchrè; vnum religioſus curet, vnum illi ſit negotium, omni carere negotio: Creaturarum totiúſque mundi oblitus vni Deo, & corpus, & animum intendat. Quid Iacob prudentius, quid fortunatius? quoties ab hominibus ſeceſſit, Angelos inuenit, Dei congreſſu, & colloquio fruitus eſt. Sic ſolus in monte Angelos, ſcalam cœli, Deúmque vidit, audiuítque; ſic ab domo Labani vxorumque aſpectu abſtractus in montibus paſcendo gregi D intentus cum Angelo,cum Deo familiariter egit. Proh, quantum animæ officiunt mundi negotia, quàm perturbant, quàm perpediunt! Secedendum ab hominibus ad Angelos, à mundo ad Deum; at erunt qui priuatam iſtam, & quietam vitam damnent ignauię,illámque præferant,quæ tota aliorũ commodis impenditur.Ergo Tertull. hanc eandem calumniam referens egregiè diluit in hunc modum: *Vita meliore (dices) magis in ſeceſſu fruare, quam in promptu. Sed ignauo, infamique ſcilicet patria, & imperio Reſpub. viuendum eſt, erat olim iſta ſententia. Nemo alij naſcitur moriturus ſibi.* Hæc verò ſententia,quam prudentia dictat, ſemper vera, ſapiens, & pulchra extitit, ab hominibus (quæ illorum imprudentia eſt, imò & ambitio) exulare videtur: quietem miſeri,ac ſalutem E propriam publicis negotiis, & honorum titulis, & imperandi, regendique muneribus, quàm imprudenter,tam impudenter poſtponunt.

Oratio ad negotia.

Studium loci ſecreti.
Tertul.

Vita contēplans ſuper agentem.

Tertul.

11. Dicant illi, faciant illi quod volent; mihi libet & dicere, & facere cum Tertulliano. Iam verò, & de negotio prouocas: *Ego nihil foro, nihil campo, nihil curia debeo; nihil officio aduigilo, nulla roſtra præoccupo, nulla prætoria obſeruo, cancellos non adoro, ſubſellia non contundo, iura non conturbo, cauſas non elatro, non iudico, non milito, non regno.* A loco indicato. Imprudens etiam ille, qui ſuæ animæ oblitus de aliorum commodo ſolicitus vitam in congerendis opibus ad locupletandos poſt obitum ſuum hæredes conſumit. Huiuſmodi deteſtatus inſaniam S.Saluianus infelicem iſtum hominem ita perſtringit: *Tu immemor tui, oblitus ſalutis tua, de legatariis cogitas, de locupletando hærede ſuſpiras? Ne vllum omninò hominem in prorogandis rebus,ac facultatibus tuis pluſquàm te ames: ne vllis de ſubſtantia tua moriens magis,quàm tibi conſulas.* lib.3. ad Eccleſ. Cathol. ſiunt multi quandiu viuunt, hæredum ſuorum mancipia: illíſque veluti dominis,& corpora,& animas impendunt,ſibi ipſis adeò crudeles, vt pane mucido victitent, incedant pannoſi; nec (quod grauius eſt, magíſque deplorandum) tantulum curæ, ac temporis ad tractandam animæ ſalutem relinquunt: quò miſeri ad hæredum ſuorum etiam delitias, & profuſam ambitionem deſudando macteutur. Rectè igitur concludit idem Saluianus; *Nullum tibi anima tua propinquiorem, nullum iudices cariorem.* O te miſerum! ô ſtultum! quid tibi te ipſo vicinius? quid magis tuum, quàm tu ipſe? quid ergò potius, quid carius tibi quàm tu, quàm anima, ſalúſque tua eſſe debet? hoc vnum cura, vt in cæterum viuas; Cætera verò, quæ vel animæ oberunt, vel certè non proderunt, pro nihilo duci oportet. Luctari cum Angelis,verſari cum Deo, de ſalute ſempiterna, de acquirendis, in cœleC ſtem vitam meritorum opibus agere, mundo interim contempto, id vnum, vel maximum eſt, & humanæ prudentiæ, & Chriſtianæ fidei argumentum.

Quies animi negotiis præferenda.

D.Saluia.
Immemor ſui de hæredibus curat.

Hæredum mancipia.

Saluian.
Primò ſibi quiſque conſulat.

Potiſſima æternæ ſalutis cura.

12. Lucta Iacob cum Angelo perfecti cuiuſque viri, & ſpiritalis contemplationem deſignari arbitratur S.Greg. *Perfecti enim viri* (inquit) *anima cùm contemplari Deum nititur, velut in quodam certamine poſita modo quodam exuperat, quia intelligendo, & ſentiendo de incircumſcripto lumine aliquid deguſtat; modò ſuccumbit, quia & deguſtando iterum deficit.* homil. 14. in Ezech. Fit igitur hæc lucta per intellectum hominis, qui Deum contemplãdo nunc aliquid de diuinis perfectionibus aſſequitur, nunc verò illarum magnitudine ſuppreſD ſus,debilitatúſque concidit.Rurſus anima in cœleſtium rerum meditationem,affectúmque ſublata; & quaſi victrix ſui, ac totius naturæ videtur; at ſubinde cum corpori adhuc inhæreat,ad ipſius infirmitatem deiecta velut pondere carneæ molis deuicta vicem ſuam lamentari cogitur: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* ad Rom. 7. Contrariam æternæ vitæ ſentit ac dicit anima corporis coniunctionem, vti explicat S. Hier. *Ego* (inquiens) *qui ſic detineor; quis me liberabit de conſuetudine mortifera corporali?* Pulchrè S.Anſelm. ad hunc eundem locum apponit: *Hæc eſt vox militis pugnantis, & gementis in labore certaminis. Cui gementi, & auxilium liberatoris imploranti, reſpondetur, gratia Dei te liberabit. Liberari autem* E *à corpore mortis huius,eſt omni ſanato languore cõcupiſcentiæ carnis, non ad pœnam corpus recipere, ſed ad gloriam.* Ergò quaſi victa in certamine ſuccumbit anima dum ſe carnis ſtimulis agitari ſentit, & niſi Dei gratia ferat opem, in voluntabrum vitiorum præcipitari. *Igitur nobis* (ait S.Bernard.) *vndique luctandum eſt. Sic enim, & ab infimis viſco quodam captiua tenetur anima, & à ſummis indigna repellitur, vt nec ab his ſine dolore poſſit auelli, nec ad illa ſine magno gemitu, vel rarò queat admitti. Hinc clamare neceſſe eſt, infelix ego homo,* &c. ſerm. 2. in

D.Gregor.

Lucta eſt animæ contemplatio.

Lucta animæ & corporis.

ad Rom.7.
D.Hier.

D.Anſel.

Periclitatur anima in carne

D.Bern.

in Septuag. Verùm enimverò etſi non ad vitia carnis, certè ad neceſſitates corporis deſcendere cogitur anima. *Corpus enim* (legimus) *quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem.* Sapient. 8. Hinc Paulus in tertium vſque cœlum raptus *audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui*, 2. Corint. 2. Deinde ad corporis vitam ſuſtentandam deſcendens, & quodammodo ad inferiorem iſtum neceſſitatis ſtatum erubeſcens queritur de corpore mortis, & ab illius conſortio contagióque deſiderat liberari.

Dolet anima premi neceſſitatibus corporis. Sap. 8. 2. Cor. 2.

13. Quid quòd etiã cum Angelis in cœlo conuerſatus, & ab ipſo Deo auguſtiſſima recipiens myſteria, ſubinde ad grauiſſimas corporis afflictiones, in fame, ac ſiti, in frigore ac nuditate, in plagis, in carceribus, in catenis pro Chriſto perferendas deſcendere cogebatur? Sed (quæ illius fides, atque in Deum ſuum amor) non tam ſublimitates ſuas apud Deum æſtimat, quàm libenter in infirmitatibus gloriatur. Extollit, prædicátque ampliſſimum ſuæ dignitatis titulum: *Paulus* (inquit) *vinctus Chriſti.* 2. Corinth. 12. *Magnifica* (exclamat S. Chryſoſt.) *Pauli appellatio, non principatus, & honoris nomen; ſed vincula, & catena. Verè magnum, & ſplendidum illum multa alia faciunt. Sed pro omnibus poſuit catenam; hæc enim magis, quàm illa illuſtrem reddebat, & ſplendidum.* hom. 16. ad populum Antioch. At cur Paulus tribulationes pluris æſtimat, quàm reuelationes: non gloriatur, quòd raptus in cœlum ſit, ſed quòd in ergaſtulis teneatur compeditus. Non ſibi de cœlo, in quo agebat cum Angelis, ſed de carcere; in quo vinctus pro Chriſto, cum ſicariis, cum homicidis, & prædonibus tenebatur, quodammodo blandiri viſus eſt? *Cur tandem hoc?* (inquit Sanctus Chryſ.) *quoniam illa quidem Domini benignitatis erant gratuita dona: hæc vero ſerui tolerantiæ, atque patientiæ indicia. Conſuetudo autem amantium eſt, illis magis affici, quæ pro amatis patiuntur, quàm his, quæ ab ipſis beneficiis accipiunt.* Gloriatur igitur Apoſtolus, non de his, quæ à Deo accepit, ſed de his, quæ pro Deo patitur; non Dei dona, etſi omnium maxima, ſed ſua pro Deo vincula in titulum, in ſtemmata honorum aſſumit. Illa ſiquidem indicant Dei gratuitum autorem, hæc ardentem, & laborioſam, periculiſque exercitam Pauli erga Deum indicant caritatem, & conteſtantur. Quid plura? *Sic Apoſtolus* (inquit S. Chryſoſt.) *vincula diligit, & amplectitur, vt ambitioſa mulier monilia ſua.* O patientiam! ó magnitudinem animi! ó amorem Pauli prædicandum hominibus, inuidendum Angelis!

S. Paulus magni æſtimat afflictiones. 2. Cor. 12. D. Chryſ.

D. Chryſ. Gratia Sancto Paulo tribulationes.

D. Chryſ.

14. *Ad hæc Iacobi* (inquit S. Greg. Nazianzen.) *cum Deo colluctatio, quæcumque illa erat, vt ego ipſe opinor, humani moduli cum diuina ſublimitate comparatio, & contentio eſt.* orat. de S. Baſilio. Audet infelſellus homunculus cum omnipotenti Deo luctari; certat ingratus vermiculus lædendo peccatis, quem expertus aduerſus ingratum beneficiis certantem. Audet puluis, & cinis in ſuperbiam efferri, honoremque Deo proprium, homunculus alienum ambire, aucuparique? *Humiliamini* (clamat Apoſtolus) *ſub potenti manu Dei, vt vos exaltet.* 1. Petr. 2. O admirabilem Dei humanitatem? Vides vt infinita maieſtas ad noſtram infirmitatem deſcendit? Proh! quantum Dominus extollit hominem, qui ſe nouit humiliare! O quam potius, & admirandis eum beneficiis locupletare contendit, quem ſuis donis gratum eſſe deprehendit! vtrũque Iacob erga Deum

D. Greg. Naz. Ingratus homo cum Deo beneficiis certat.

1. Petr. 2.

Humilem & gratum Deus locupletat.

A ſanctè præſtiterat: *Minor* (dixit) *ſum cunctis miſerationibus tuis.* Geneſ. 32. Habeo quidem illas, verſóque iugiter memori, gratóque animo; cùm ſubinde ad ipſas me confero, minorem me cunctis inuenio; vltra quàm mereor, quàm valeo, quàm totus ipſemet ſum, tua eſt quæcumque miſeratio: mea omnia merita ſuperat in infinitum, vel vnum ex tuis beneficiis. Quid quæſo Domine tanti æſtimas eum, qui nihili valet, nihil eſt. Hæc fuit tam præclara humilitas Iacob: digna planè, quam Dominus reſpiceret, quam ſic exaltaret, vt parem ſe homini Deus faceret, æquatáque ſua maieſtate, iunctiſque mutuò brachiis cũ homine luctaretur; tantúmque proinde humilem illum gratúmque extulit, vt per iſtius celſitudi-
B nem iurare Deus ipſe non dedignetur: *Iurauit Dominus in ſuperbiam Iacob.* Amos 8. *Per celſitudinem Iacob*, vti Montanus interpretatur. Sic honorat, ſic effert Dominus hominem, qui diuina beneficia, vti valent, magni æſtimat, grato animo celebrat; tanta denique humilitate ſuſcipit, vt quò maior à Deo redditur, eò ſe voſcat, & prædicet minorem.

Geneſ. 32.

Amos 8. Montan.

15. Optima quidem ad honorem via eſt humilitas: *Qui enim ſe humiliat, exaltabitur.* Luc. 14. Rectus ad aſcenſum iter deſcenſus eſt, nec ipſamet celſitudo alia ratione poteſt (ſi fas eſt dicere) vlteriùs aſſurgere, quam ſi è faſtigio ſuo aliquamulum deſcendat; quod admodum diſertè ſcripſit Traiano Imperatori Plinius Iunior his
C verbis: *Cui nihil ad augendum faſtigium ſupereſt, hic vno modo creſcere poteſt, ſi ſe ſubmittat ſecurus magnitudinis ſuæ.* in paneg. 2. Traiani. Itaque ſuprema maieſtas, ſi ſe ad humanitatem demittat, non modò nihil ſuæ dignitatis amittit, ſed potiùs ita videtur aſſurgere poſſe, atque amplificari. Magnus enim quiſquis eſt, vbi ſic magnitudinem ſuam deiicit multum ſibi, atque illi videtur fidere, ſecurus videlicet, tam excelſam illam eſſe, vt nullo debilitari caſu; tam grandem, inſignémque haberi, vt quacunque humiliatione, nec conuelli, nec diminui poſſit. Grandis quidem honor, qui ad omne humilitatis genus ingreditur ſecurus: vti eſt inuictum animi, virtutúmque robur, quod inter pericula tutò verſa-
D tur. Infirma verò illa magnitudo, fragiliſque honor, cui quis diffidit, cùm illum labefactari timet, ſi vel tantulum ad humanitatis ergà paruulos argumentum ſubmittatur. Cõmendauit Dominus ſæpè diſcipulis ſuis humilitatem, non ſolum vt humiles ſuperbiam vitiorum altricem euitarent; ſed etiam vt humilitatis ad altiſſima quæque faſtigia pedibus aſcenderent: humiliarent ſe itaque, vt exaltarentur. An non Beatiſſima Virgo Maria, omnibus inter omnes ratione vtentes creaturas, maximis eſt à Deo nobilitata priuilegiis, decorata gratiis, locupletata donis, vel ab ipſo etiam matris vtero videbatur; digna planè, cuius incomparabilibus meritis, incomparabilis quoque ſub ipſo Deo dignitas trade-
E retur? Et quæ alia quæſo, quàm vt Dei mater eſſet? Igitur & ad hanc infinitam dignitatẽ Virgo ſanctiſſima non niſi per humilitatem aſcendit: digná ſcilicet auguſtiſſima illa maieſtate iam merita, iam opera, iam virtutes, iam gratiæ, iam cœlis purior virginitas effecerat; teſtabat tamẽ vnum, vt in ſublime illud faſtigium aſcenderet, ac certè non alio ſubleuata præſidio; quàm humilitatis efferri potuit, ac debuit. Ergò quam Deus volebat exaltare, humilem priùs eſſe decreuit, ſit pauper opibus, deſponſata opifici, mundo in-

Via ad honorem humilitas. Luc. 14.

Plin.

Aſcèdit per deſcenſum ſublimitas.

Magnus honor in humiliatione ſecurus.

Fragilis honor, qui timet humiliari.

Incomparabilis maieſtas B. Mariæ.

cognita, ignobile in montibus oppidulum habiter, denique ancillam ſe reputet, ſe dicat vti à Deo Regina mundi fiat, abyſſus gratiarum, theſaurus donorum cœleſtium, arca diuinitatis, ſalutis promptuarium, vera Dei Mater. Non igitur amiſit, non diminuit, ſed planè maximam, quæque omnem infra Deum ſuperat dignitatem, cùm ſe maximè humiliauit, Virgo Dei mater conſecuta eſt. Secura ô Domina mundi eſto dignitatis tuæ, licèt eam ad inuiſendos, fouendos, defendendos, iuuandos, conſolandóſque terræ vermiculos, imò & peccatores aliquantulum ſubmittas. Digniſſima Dei mater es, Angelorum Domina, Regina mundi; tametſi te peccatores noſtram ſpem, anchoram, aſylum, matrem denique habeamus, & nominemus.

Per humilitatem aſcēdit B. Maria.

B. Mariæ dignitas beneficentiſſima.

16. Eſt hoc amori proprium, vt honorem iudicet, quicquid etiam contemptibile pro dilecto, aut faciat, aut patiatur: Illud maximè amanti glorioſum eſt, quòd aut facere, aut pati dedecoroſum videtur. Iacobi timorem Dominus de occurſu fratris depulſurus luctam cum meticuloſo iniit. En ô Domine cur tuæ non conſulis maieſtati? Cum Rege ſeruus, cum conditore creatura, cum omnipotente vermiculus, cum Deo ipſum prope nihil complexus init, brachia colligat, ora coniungit, luctando noctem integram contendit? Miſericors Dominus vſque adeò clementiam ſuam, & amorem à nobis cognoſci, ac celebrari gaudet, vt etiam ſuæ maieſtati putet accreſcere, quicquid in maius clementiæ amoríſque argumentum quoquo modo exerceatur. Rectè S. Chryſ. *Magna* (inquit) *Dominus miſericordia, quoniam Iacob occurſurus erat fratri, vt ſciret reipſa, quòd nihil aſperum laturus eſſet: in figura hominis luctari cum illo voluit: Totum autem hoc factum eſt, vt ſe illius humilitati attemperaret, & perſuaderet, vt citra angorem fratri occurreret.* homil. 58. in Geneſ. Attemperauit ſe vtique Deus homo factus vilitati, & infirmitati noſtræ, vt illius infirmitate firmi, & conſtantes, illius timore fortes, & inuicti, illius triſtitiâ nos alacres ad bella cum malignis ſpiritibus, cum illorum adminiſtris, denique cum vitiis efficeremur. *Quid enim magnum fuerat*, (ait S. Bernard.) *ô Domine IESV ſi accedente horâ, propter quam veneras, intrepidus ſtares? An non longè glorioſius fuit, quandoquidem totum propter nos agebatur, vt non modò paſſio corporis, ſed etiam cordis affectio pro nobis faceret: & quos viuificabat mors tua, tua nihilominus, & trepidatio robuſtos, & mœſtitia lætos, & tædium alacres, & turbatio quietos faceret, & deſolatio conſolatos?* ſerm. 1. de S. Andrea. Igitur Deus homo vti aliàs ſic orans in horto ingreſſurus certamen paſſionis noſtras ſuſcepit infirmitates, noſtros oſtendit affectus, vt diuinitatis ſuæ virtutes nobis communicaret, quibus armati, & animati etiam in obſtantia mortis, & cruciatuum omnium diſcrimina pro illius amore conſtanter & alacriter irrueremus.

Amor patiendo eminet.

Admiranda vis amoris Dei erga homines.

D. Chryſ.

Salutaris homini humilitas Chriſti.

D. Bern.

Chriſtus noſtrū accendit amorē.

17. Quamobrem optimè Nicetas ad orat. S. Greg. Naz. de S. Baſilio, luctā huiuſmodi expendens: *Lucta* (inquit) *vnionem Verbi cum carne, quā aſſumpſit ſignificat.* Idem in hac lucta myſterium intelligunt antiqui Patres Irenæus, Tertul. Iuſtin. Martyr, Hilar. & alij. Hinc ille canon Concilij Sardicenſis quem refert S. Hilar. contra Arianos. *Si quis cum Iacob non filium Dei quaſi hominem colluctatum, ſed Deum innaſcibilem, vel Patrem eius dicat, anathema ſit.* Qui ergò in viſionibus ad Patriarchas, & in vaticiniis Prophetarum, atque in

Nicet. Incarnatio Verbi præfiguratur.

Irenæus. Tertul. Iuſt Mart. D. Hilar.

A ritibus, cæremoniiſque legis præſtruebant, (vt ſancti Patres loquuntur) ſalutem hominum, à Iuſtino Martyre dicitur: *Et Angelus, & Deus, & Dominus erat, qui in ſpecie hominis cum Iacobo luctatus eſt.* in Dialog. cum Tryph. ſimiliter Theod. quæſtionem de huiuſmodi lucta egregiè pertractans concludit: *Per hæc omnia docemur, quod etiam hoc loco vnigenitus Deus apparuit ipſi Iacob.* q. 91. in Geneſ. Hoc ipſum Cyrillo Alexandrino videtur adeò certum, vt ex ipſiſmet verbis diuini ſcriptoris apertè colligi arbitretur. Sic enim ſcribit; *Quod homo luctans contra Iacob ſit vnigenitus Dei Verbum quomodo futurus eſſet ſuo tempore in ſpecie noſtra præmonſtrans ſanctis Patribus ex his, quæ Moyſes ſcripſit admodum facilè conſiderauerit quiſquam*, &c.

Iuſtin.

Theodor.

Cyril. Alex.

B Hæc Cyril. contra Iulian. lib. 9. Quo etiam ſenſu luctæ myſterium explicauit B. Athan. ſerm. 4. contra Arian. & Clem. Alex. lib. 1. pædagog. c. 7. Colligatus igitur Deus cum homine, Verbum ſcilicet homo diuinitatis ſuæ virtutem homini communicans ad pugnandum cum diabolo fragilem hominem armauit. *Agebat enim* (inquit ibi Clemens) *& ferebat, qui vna exercebatur, & exercitatorem Iacob aduerſus malignum iniungebat. Erat autem verbum cum Iacob aliptes, & inunctor, & pædagogus humanæ naturæ.*

Athanaſ. Clem. Alex.

Clem Alex.

18. Igitur per aſſumptionem humanæ naturæ, ac veluti per illum Dei cum Iacob complexum, diuinitatíſque, & humanitatis illum quaſi mutuum contactum, vires, animíque imprimuntur homini ad pugnandum cum hoſtibus animæ, déque illis feliciſſimè triumphandum.

C *Ipſe enim* (inquit S. Ioannes Damaſc.) *conditor ac Dominus pro figmento ſuo certamen ſuſcepit, réque ipſa magiſtrum ſe præbet. At quoniam hoſtis inuectâ diuinitatis ſpe hominem pellexerat, ipſe viciſſim carnis integumento allicitur, & ineſcatur. Deus igitur inclinatis cœlis deſcendit, nimirum ſuâ depreſſionis omnis experte ſublimitate citra demiſſionem vllam depreſſâ; atque ad ſeruos ſuos ſe demiſit; & qui Deus perfectus erat, perfectus homo fit, quodque nouarum omnium rerum maximè nouum eſt; imò quod vnum ſub ſole nouum eſt; infinitámque Dei potentiam perſpicuè declarat, efficitur. Quid enim maius quàm Deum hominem effici?* lib. 3. de fid. Orthod. cap. 1. Etſi per incatnationem Verbi humanitas in infinitam dignitatem ſit exaltata, diuinitas tamen, quæ ſubmiſit ſe ad humanitatis aſſumptionem nihil ſuæ dignitatis amiſit; Siquidem *altitudo dignitatis ſecundùm ſubſtantiam, & maieſtatem ſuam* (vt loquitur Richardus) *inhumiliabilis eſt, quia ſumma, & ſuperimmenſa, neque aliquo pacto diminui, extenuari, aut exinaniri in ſe, & ſecundùm ſe poteſt, ſicut nec exaltari: ſecundùm commercium autem, & annexionem ad alterum, humiliata dicitur ipſa Deitatis ſublimitas, quia coniuncta eſt, & vnita humanæ ſubſtantiæ longè inferiore loco conſtitutæ.* lib. 6. de Trinit. propoſ. 6. Illuſtrari poteſt hæc veritas à ſimili. Si enim rationalis anima coniunctionem habens cum corpore, nihil propterea natiuæ deperdit dignitatis, ſed corpus ipſū dignius reddit, viuificátque, & vt propriam ſedem inhabitat. Si rurſum ſolaris radius ad hæc infima porrectus non deiicitur à ſuæ perfectionis gradu, quòd fluminibus, & aquis irradiet, à quibus vapores ſuſtollens ſurſum reducit: quis niſi mentis inops putauerit diuinæ naturæ ſublimitatem aliquid diminutionis ſubire poſſe, quòd ineffabiliter carni coniuncta eam ad excelſam, & humanæ naturæ metas excedentem extollit vnionem.

Incarnatio Verbi hominem armat. D. Io. Dam.

Incarnationis myſteriū declaratur.

D

Richard.

E

19. Luctatur cum Deo Iacob, vt ex conſortio

(quod

(quod præmiſimus) Dei redderetur fortis ad quælibet aduerſa conſtanter ſubeunda. Dei quidem eſt, ſi quæ in nobis eſt fortitudo. *Deus Iſrael, ipſe dabit fortitudinem plebi ſuæ.* Pſal. 67. Cuius loci egregium ſic habet commentarium Theodoreti : *Non temerè hoc loco de Iſrael meminit, ſed quoniam cùm Iacob Eſau tenuiſſet, deinde cùm diuino conſpectu dignus factus eſſet, corroboratus eſt, mentiſque timorem diſcuſſit. Edocet autem nos ſermo eum, qui illum fortem reddidit, & inimicis ſuperiorem effecit, nouum ſuum populum confirmaturum, & pacatum, & inuictum effecturum eſſe.* Hinc eſt quòd Regius vates tam crebrò, tam dulciter, tam eleganter, Dei fortitudinem cantando celebrat, ipſum quoque Deum appellans fortitudinem ſuam : *Dominus fortitudo mea, & refugium meum.* Pſal. 17. *Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu.* Pſal. 30. *Quia tu es Deus fortitudo mea.* Pſal. 42. *Dominus fortitudo plebis ſuæ, & protector ſaluationum Chriſti ſui eſt.* Pſalm. 27. nimirum populi Chriſtiani fortitudo, ac defenſio ipſemet Deus eſt. Idem protector cuiuſque viri fidelis, quem Propheta Chriſtum vocat : vti exponit D. Hieron. *Quicumque in Chriſto baptizatus eſt, & ipſe Chriſtus vocatur : Defenſor ſaluationum, ſeu ſalutarium, quia omnes virtutes Chriſti diuinitas cuſtodit.* Hinc obiter colliges, quæ tanta ſit dignitas hominis Chriſtiani, vt quia baptizatus, & ſacro perunctus oleo, ac diuini ſpiritus gratiâ ſuperfuſus, velut alter Chriſtus Dei filius habeatur. Deinde quælibet virtus in Chriſto ſaluatio, vel ſalus, aut ſalutare dicitur ; quin etiam in Chriſto Domino, vti ſunt infinitæ gratiæ, atque infinita merita, ſic iure optimo dicuntur infinitæ ſalutes, infinitæque ſaluationes. Quàm ergo ſuauiter, tam ſubtiliter ſponſa de ſuo dilecto aiebat. *Botrus cypri dilectus meus mihi.* Cant. 1. Hebr. *Copher*, à radice *Caphar*, placari, propitium fieri, expiare. Eſt quidem iſte dilectus animarum, botrus placationum, racemus expiationum; compactus nimirum ex innumeris placationibus, & ſaluationibus. Quis ergò bone IESV tuam miſericordiam non amet, non celebret, non imploret ? Quis etſi grauibus, & infinitis ſceleribus coopertus deſperet, diffidàtque cùm te habeat, cùm te videat botrum ſaluationum ? vnam Iſaac tantummodò habuit benedictionem, quam iuniori filio datam, occurrenti deinde ſeniori non potuit elargiri. At tu dulciſſime Domine totus es IESVS, totus ſaluatio, totus propitiatio : ac prius equidem mare hauriendo exhauriam aquis, quàm meum clementiſſimum IESVM gratiis, & ſaluationibus.

Noſtra fortitudo à Deo eſt. Pſal. 67. Theodor. Pſal. 17. Pſal. 30. Pſal. 42. Pſal. 27. *Mira dignitas hominis Chriſtiani.* D. Hier. *Chriſtus ſaluationum fons.* Cant. 1. *Mira in Chriſto fiducia.* *Infinita in Chriſto gratia & miſericordia.*

20. Denique reſtat illud vnum in hac lucta euoluendum myſterium. *Luctabatur vir cum eo,* vti annotare cœpimus ; legi poteſt : *Puluere in lucta conſperſus*, à radice אבק *abag*, puluis. Vterque igitur Deus, & homo in lucta conſperſus puluere. Ne quæſo igitur puluerem iſtum abhorreas, quo etiam cum iuſto viro Deus ipſe luctando conſpergitur. Et quis puluis ille, niſi in quem filij Adam reuertentur ? Sepulchralis nimirum pulueris recordatione Deus hominẽ agitat, premitque, vt ſuæ tandem fragilitatis conſcius, futuræque mortis memor, à peccando mentem abducat, Deique gratiam, & benedictionem poſtulet, & conſequatur. Iſto quippe puluere aſperſum Deus hominem tanti facit, intràque brachia fouet, vt Iſraëlem, ſeu principem cum Deo appellet. Multorum ſanè bonorum cauſa homini eſt mortis recordatio. Corpora inficit huiuſmodi puluis, ſed animas pariter exornat. Conuenit quidam ex Prophetis Regem impium Achab hominis impietatem reprehenſurus : *Mutauitque* (ſcribitur) *aſperſione pulueris os ſuum.* 3. Reg. 20. Hebr. *inuolute velamen, apher* אפר bene puluis, & velamen, deturpans corpus, adornans animam, quo peccator ad meliorem vitam reſipiſcens ita mutat faciem, vt ab impio Rege, hoc eſt, à diabolo, cuius ille typum gerit, non poſſit omninò dignoſci. Quis enim ſuæ mortis, & diuini iudicij memoriâ communitus feliciter omnem cum vitiis, & gehennæ furiis certamen non conficiat ? *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis.* Eccleſ. 7. Bene S. Bernard. hæc eadem verba expendens, admonet : *Cogita quò vadas, & contremiſce.* ſerm. de primord. &c. Et quis audeat peccare, ſi cogitet ſe moriturum ? *Monet ſiquidem nos* (inquit ipſemet Bernard.) *horror in exitu, dolor in tranſitu, pudor in conſpectu gloriæ magni Dei. Memoremur hæc nouiſſima noſtra, ne peccemus.* ſerm. contra vit. ingrat. Porrò, quia nihil in mundo ſic eminet, ita conſpicatum eſt, hominùmque oculos, ac mentes rapit, vt regni maieſtas, voluit Dominus vti Reges, qui à Iacob duxerunt originem, non ſine memoria ſuæ fragilitatis, & mortis extremæ regiam ſuſciperent dignitatem : Vnctus quippe Regum Hebræorum primus Saul oleo ex lenticula : *Tulit* (ſcribitur) *Samuel lenticulam olei, & effudit ſuper caput Saulis.* 1. Reg. 10. Lenticula verò eſt vas fictile quadrangulũ in latere habens foramen, per quod fragilitas regni deſignatur. Sic habetur in Gloſſa. Confringitur demum vaſculum fictile, atque in lutum puluerémque redigitur : quò tandem Reges & principes mundi cum ſceptris, & pompis rediguntur. Cæterùm quia Dauid Chriſtum præfigurabat, cuius regni non erit finis, à Samuele vnctus fuit non oleo ex lenticula, ſed ex cornu prælduro, ac firmo. *Tulit enim Samuel cornu olei, & vnxit Dauid.* 1. Reg. 16. Verum enim verò Salomon omnium Regum Hebræorum fortunatiſſimus regnum nihilominus fragile, teſtaceum, puluerulentum, fluxúmque ſuſcepit. Ad hoc enim myſterium ſignificandum vnctus eſt in Gihon. *Ducite eum* (ait Dauid) *in Gihon, & vngat eum ibi Sacerdos.* 3. Reg. 1. *eſt autem Gihon* (vt ſcribit S. Hieron.) *ad radices montis Sion, qui non iugibus aquis, ſed certis horis, diebúſque ebulliat.* in 8. Iſai. Atque vt benè animaduertit Pagn. eſt fons riuuli Siloë. Voluit itaque Dauid filium ſuum Salomonem tali iuxta fontem, & riuulum aquarum vnctione in Regem admonere mundi regna fontibus, & riuis eſſe perſimilia, quæ inſtar aquarum fluunt quidem, murmurant, reſonant, eminent, læta, fœcundáque videntur : ſed ea tandem citò dilabuntur, in lutum præterlabendo incidunt. Denique in mare, ſcilicet interitum deſinunt, ac tumulantur ; vniuerſimque bona huius vitæ breuia ſunt, & caduca, videlicet fontes aquarum non iugiter decurrentium, ſed breui ſpatio perdurantes, per interualla tantùm inter infinitas mundi calamitates elabuntur. Iccircò Iſaias regnum Iudaicum vocauit aquas riuuli Siloë. *Abiecit populus aquas Siloë, quæ vadunt cum ſilentio, & aſſumpſit magis Raſin.* Iſai. 8. *Voluit miſerum* (exponit S. Hier.) *Samaria potiùs Raſin Damaſci Regi ſubiecta eſſe, quàm ſtirpi Dauid.* Quid plura de puluere luctantis Iacob, qui honorem adeptus incomparabilem, vt princeps cum Deo diceretur, ſimul emarceſcente femore claudus eſt effectus ? *Omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur in terram, quæ non reuertuntur.* 2. Reg. 14.

Vtiliſſima mortis recordatio. 3. Reg. 20. Eccleſ. 7. D. Bern. *Fructuoſa mortis recordatio.* 1. Reg. 10. Gloſſa. *Caduca regni dignitas.* 1. Reg. 16. 3. Reg. 1. D. Hier. *Aquis regna ſimilia.* Iſai. 8. D. Hier. 2. Reg. 14.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

SECTIO VIII.

Qui cùm videret, quòd eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit, &c.

1. TOtâ iam nocte Angelus, & Iacob produxerant luctam, quin iſtum ille proſternere potuerit. Vnde grauis quæſtio ſuboritur; quare Angelus hominem non deiecerit, cùm ſit illius valentiſſima, & potentiſſima virtus, vt vel ex illa memorabili ſtrage Aſſyriorum ab vno Angelo edita cõſtat euidentiſſimè: Sic enim ſcribitur: *Factum eſt igitur in nocte illa: Venit Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia.* 4. Reg. 19. & Iſai. 37. Vbi S. Hier. *Centum octoginta quinque millia fortiſſimorum virorum ab vno Angelo, vnâ nocte caduntur, & abſque vulneribus occiſorum mors ſaua diſcurrit excludens à corporibus animas Dei voluntate.* Cur ergò Angelus totâ nocte luctans cum Iacob ſuperare illum non potuit? Abulenſ. & alij reſpondẽt, noluiſſe Angelum, imò & ſimulaſſe ſe ſuperare non poſſe: quare non fuit in Angelo vera impotentia ſuperandi Iacob, ſed ſimulata, & voluntas ei cedendi in lucta, vt per hoc audacior fieret Iacob ad reluctandum, fidentiórque, & animoſior factus, quorumcũque deinceps hominum inſidias, viréſque deſpiceret. Cæterùm cùm ex ſcriptura cõſtet Angelum non potuiſſe, quod longè diuerſum eſt, atque noluiſſe, proculdubiò vera fuit in Angelo impotentia ſuperandi, ex eo videlicet, quod Deus maiorem Iacobo ad reſiſtendum virtutem attribuerit, quàm tota fuerit in Angelo virtus ad ſuperandum: vel etiam (quod potius videtur) ex eo quòd Angelus vteretur potentiâ ſuâ, non ex neceſſitate, ſed ſecundùm arbitrium, & præſcriptum præcipuè diuinæ voluntatis: & quòd Angelus, ex diuino decreto aſſumeret corpus in tãta menſura virium, vt non poſſet ſecundùm eam luctando ſuperare vires Iacob. Hæc eſt Caietan. explicatio. Poteſt etiam dici Deum hactenus cõcurriſſe cum Angelo, vt vehementer in lucta hominẽ agitaret, ſed non ita vt eum ſuperaret. Quare cùm Angelus cerneret Iacobum in lucta perſiſtere, Deúmque non vltra ſecum concurrere, ſed cum concurſu vires ſubtrahere, vt a Iacobo vinceretur, à lucta deſiſtere voluit. Ita noſtri Perer. & Delrio quæſtionem diſſoluũt, & quidem optimè. Hic enim ſolitus eſt modus explicandi ſimilia, quæ legimus, miracula; vti pueros in Babylonica fornace ne tantulum quidem læſit ignis ſubtrahente nimirum cauſa prima concurſum, ſine quo nullus eſſe poteſt cauſæ ſecundæ.

Mira potentia in Angelo. — 4 Reg. 19. Iſai 37. D. Hieron. — Abulenſ. — *Deus ſuſtẽdit ſuũ curſum cauſis ſecũdis aliquando.* — Caietan. — Perer. — Delrio.

2. Tetigit neruum femoris eius. Hebr. *Caph* כף volam, palmam, ſcilicet os illud concauum in quo femur voluitur. Quare Chald. vertit *palmam femoris*. L X X. *latitudinem femoris*, nempe, ſummam interioris femoris partem tangẽdo luxauit, ſuóque de loco ac diſpoſitione dimouit. coxendix ergò emarcuit nimiâ luxatione, & extenſione inutilis reddita, vbi ponitur effectus pro cauſa, יקע *caagh* ſiquidem eſt dimouere, diſſoluere; ſed quorſum Dei voluntate, non caſu dimota eſt ex tactu Angeli colluctantis à naturali ſitu hominis coxa? vt intelligeret, ſe non ſuis viribus, ſed peculiari Dei auxilio præualuiſſe Angelo, & eodem auxilio fratri ſubinde præualiturum. Videns enim Iacob ſe fortiter Angelo reluctari, & quodammodo præualere, ſibi fortè, (vt tam miſera, quàm praua eſt hominis conditio) de ſuo robore nimium placens, & præfidens ſuperbiret; quare potiùs agnoſceret victoriam ſuam, & fortitudinem Deo acceptam fore attribuendam. Senſit enim ex illo femoris ſtupore, ac læſione facilè potuiſſe ab eo, qui cum luctabatur, nõ modò ſe vinci, ſed etiam occidi, niſi aliter Deo viſum, ac placitum fuiſſet. Hanc rationem ſic latiùs explicatam breui Theodoret. comprehendit quæſt. 91. Igitur ſi lucta cum Deo, & quaſi victorem aliquando extolleret; læſio tamen, ac deformitas femoris fragilem hominem deprimeret, atque humiliaret. Sic natura prouiſum eſt apibus, vt quia tantulæ ſunt, faciléque per aëra ferri poſſunt, quocũque aduerſo flatu correptæ, vbi tempeſtatem præſentiunt imminentem, accepto pedibus lapillo ſe librent, grauioréſque reddant, vti Plinius ſcribit in hunc modum: *Apes, ſi cooriatur procella, apprehenſi ponduſculo lapilli ſe librant.* lib. 11. cap. 10. Quod quidem latinus Poëta egregiè ita cecinit, 4. Georg.

Non humana virtuti ac robori fidendum. — Theod. — *Humilitatis pondere inſtus ſe librat.* — Plin. — Virgil.

Excurſuſque breues tentant, & ſæpe lapillos
Tollunt: his ſeſe per inania nubila librant.

Hac ratione conſultum ſibi à Deo Apoſtolus intellexit, vt ſtimulo carnis deprimeretur, ne reuelationum cœleſtiũ altitudine ſuperbiret. *Ne magnitudo* (inquit) *reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus ſatanæ, qui me colaphizet.* 2. Cor. 12. Quæ verba ſic expendit S. Bern. *Argumentum ſuperbiæ priuatio eſt gratiæ, quamquam tamen interdum ſubtrahitur, ſiue retrahitur, non pro ſuperbia, quæ iam eſt, ſed quæ futura eſt, niſi ſubtrahatur. Quare Apoſtolus carnis ſuæ ſtimulos ſuſtinebat inuitus, non quia extolleretur, ſed ne extolleretur.* ſerm. 54. in Cant. Carnis igitur tentatio, veluti pondus deprimebat mentem Apoſtoli, ne vlla vanitatis aura ob magnitudinem reuelationum inaniter eleuaret. Ah quam graue, quámque timendum eſt vitium ſuperbiæ, cui vel caſtigando, vel medicando, vel impediendo diuina gratia ſubtrahatur neceſſe eſt. Quid quòd & Paulus, & Barnabas Iconij primò quidem propter edita miracula pro Diis ab vniuerſa multitudine acclamati ſunt: atque mox ibidem ab iiſdem gentibus penè vſque ad mortem lapidati ſunt? Actor. 14. *Vide* (inquit S. Chryſ.) *in ciuitate illa, in qua tam admirabiles fuerũt, in eadem gratia patiebantur. Id quoque videntibus proderat.* Ne videlicet gentiles Paulum, & Barnabam Deos eſſe, vti appellabant, & immortales, arbitrarentur, permiſſum à Deo eſt, vti ab iiſdem paulò poſt deſpecti, & irriſi, ac penè interempti abirent. Profuit etiam iiſdem Apoſtolis; *Ne quis* (refert idem Chryſoſt.) *me putet, ait Paulus, eſſe ſupra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me.* 2. Corinth. 12. Dicam etiam obiter, quòd Apoſtoli tam grauia paterentur, qui oblatos ſibi falſæ dignitatis honores à gentilibus recuſarent, & execrarentur, ſingulare fuiſſe à Deo conceſſum illis beneficium, quibus nimirum nihil gratius, & glorioſius eſſet, quàm, vt probris, contumeliis, imò & cruciatibus pro Chriſto afficerentur. Enimverò (vt egregiè ſcribit S. Hier.) *Chriſtianis vexilla Crucis ſunt deliciæ; trophæa noſtra vita non pompis, ſed miſeriis reportantur. In noſtra claſſe viri fortes opprobria ſciunt portare, non munera: Nam Chriſti vincula voluntaria ſunt, & vertuntur in amplexus.* in regul. monach. de tribul. & opprob. Sed ad inſtitutum reuertens dico ſæpiùs à Deo conſtitutum eſſe, vt etiam præteritorum laborum ac periculorum, à quibus diuino

2. Cor. 12. — D. Bern. — *Carnis fragilitas humiliat.* — *Durum medicamentum ſuperbiæ.* — Actor. 14. — D. Chryſ. — D. Chryſ. — 2. Cor. 12. — D. Hier. — *Glorioſum pati pro Chriſto opprobria.*

diuino beneficio erepti ſumus, nonnulla in no- A
bis impreſſa remaneant veſtigia, tum ad humili-
tatem noſtram, tum etiam ad memoriam diuinæ
Antiqui mali veſtigia cur adhuc remanent?
gratiæ perpetuò recolendam. Iis enim ſignis
conſpectis meminimus, & noſtræ fragilitatis,
quæ facilè quocunque incommodo labaſcit; &
diuinæ benignitatis, cui quicquid in nobis bo-
num eſt, acceptum referimus. Multa in hanc ſen-
tentiam, eaque præclara, ex antiquorum hi-
ſtoriis adduci poſſent: ſed vnum ego, quia pa-
trium, valdéque memorabile, non poſſum non
referre.

3. Quo tempore vniuerſa Hiſpania poſt Go-
thorum Regum interitum à Mahometanis va-
ſtata, exciſaque, ſub barbaro illo, nefandóque iu-
go tenebatur; in Portugallia tamen aliquot mu- B
nitiora Chriſtiani habitabant caſtella, quæ Sara-
cenum iugum adhuc neſciebant; erat vnum in
campis illis valde ſpacioſis, & fœcundis, quos
Conimbrica doctrinarũ altrix.
peramœnus irrigat Mũda, non procul à Conim-
brica, quæ nunc diuinarum, & humanarum di-
ſciplinarum altrix eſt, quam celeberrima. Viſitur
nunc illud caſtellum in monte maiore vetere,
inter cætera totius regni oppido nobiliſſimo.
Ad hoc obſidendum confluxerat infinita Sarace-
norum multitudo ſub Rege Cordubæ Abderra-
meno, aut Almancore; viſebantur latiſſima illa
camporum æquora, quoquouerſum porrendun-
tur, barbarorum copiis plena: equites, pedi eſque
inſtar locuſtarum omnia occupabant. Acerri-
mum deinde cœptum eſt contra oppidanos bel- C
lum, qui numero pauci, animo tamen impigri, &
præualentes grauem illam intra caſtelli angu-
ſtias molem obſidionis tecti vſque ad triennium
Memorabile facinus Luſitanorum.
pertulerunt. Cæterum pertinaciùs inſtante bar-
baro, nouiſque ſemper, & machinis, & armis, &
militibus in oppugnationem oppiduli ſucceden-
tibus; veritus, qui ducem gerebat Ioannes Abbas
ex ordine S. Benedicti capiendum haud dubiè
caſtellum, ſeque deinde cum omnibus, qui intùs
erant, hoſtili ferro, ac probro mancipandum,
conſilium cœpit, re quidem impium, atque in-
fandum, nec vllis anteà ſæculis, aut patratum,
aut auditum, ſed ob ignorationem ex pia inten-
tione fortitan excuſabile. Eia (inquit) ſocij ad
extremum iam res adducta, capiendum caſtel- D
lum, trucidandi omnes, quibus per ætatem licuit
arma ſumere, oppugnantibuſque obſiſtere. Fœ-
minæ, puerique in ludibrium, atque in prædam
ceſſuri hoſtibus, quibus præter intolerandum
ſeruitutis iugum impendet periculum, ne dece-
pti, aut compulſi Chriſtianam religionem dele-
rant, & ad nefandam Mahometis ſectam transfe-
rantur. Igitur (quod honeſtius eſt, ac ſecurius)
trucidatis prius fœminis, ac pueris, ne barbaro-
rum iniuriis exponantur, facta nos eruptione in
obſtantes hoſtium legiones irruamus, vt ſaltem
fortiter, ac viriliter depræliantes glorioſam in-
ter Saracenorum ſtrages mortem oppetamus. Pla-
cuit omnibus Ioannis conſilium: omnéſque bre-
ui mulieres, puerique, ac veluti cæſo gutture ad E
vnum perempti: atque omnibus demum opibus
incendio abſumptis, ſoli qui reſtabant viui pro-
pugnatores, apertis ſubitò portis, facto impetu
in hoſtes Chriſtum Dominum, & ſanctum Iaco-
bum de more implorantes inuolarunt. Fauit
Deus bellatoribus ſuis, qui licèt pauculi, barba-
rorum illam innumerabilem colluuiem cæſis
nonaginta millibus profligarunt: fugientes de-
Prodigioſa victoria Luſitanorũ.
inde noſtri ſunt perſecuti. Tum caſtra plena om-
nis barbaricæ opulentiæ à noſtris direpta. Ve-

A rùm vbi receptui datum eſt ſignum, ad ſaltum
valde condenſum ne introrſum ſyluarum late-
bras temerè ingreſſi hoſtium paterent inſidiis,
ſubſtiterunt; læti quidem de prodigioſa illa vi-
ctoria, quam ferè incruento Marte diuinitùs pe-
pererunt; at mœſti nimium, & animis plus quam
explicari, aut credi poteſt, exulceratis, ob deplo-
randam fœminarum, & puerorum cædem redeunt
in caſtellum, vt ſuorum cadauera debitis lamen-
tationum, & precationum officiis ad ſepulturam
vſque proſequerentur. Verſam diceres cytharam
in luctum, triumphi gloriam, in pompam ſepul-
chralem. Victis potius, quàm victoribus ſimiles
eiulatu ad cœlum vſque ſublato ſuam, & ſuo-
rum miſerandam infelicitatem deplorantes do-
B mum miſeri reuertebant. Accedentibus ergò iam
ad portas caſtelli (o immenſam Dei clementiam
Stupendum in Luſitania miraculum.
pariter, atque potentiam!) occurrit obuiam vni-
uerſa cæſorum multitudo: mulieres, ac pueri
omnes viui, & incolumes feſtiuis cantibus, &
victoriam bellatorum, & redditæ peremptis vi-
tæ miraculum concelebrant. Quis obſecro in-
credibilem animorum lætitiam, ac voluptatem
in vtriſque meritò explicabit? Cæterùm ad per-
petuum tam inauditi miraculi teſtimonium, ac
monumentum admirabili quodam notati ſigno
videbantur: in cuiuſque ſcilicet gutture, quà
vulnus prius late hiabat, quoddam veluti ru-
brum filum protendebatur. Nimirum quod de
Iacob dixit Gennadius, claudum ex lucta reman- *Gennad.*
C ſiſſe, vt continentem, atque perpetuam luctatio-
nis illius memoriam teneret, de noſtris egregiè
dicam ſanguineo colore inſignita illorum guttu-
ra fuiſſe, vti memoriam tam ſtupendi miraculi,
& qui tum viuerent, & poſteri ſubinde immor-
tales perenniter Deo gratias agentes concele-
B. Mariæ nouum miraculum.
brarent. Magnam quoque Dei matrem Virginem
debitis obſequiis, & colerent, & amarent, cuius
in gratiam, ac preces illud eſſet tam inſigne à
Deo patratum prodigium. Nam prope illum ſal-
tum condenſum, vbi bellatores noſtri ſubſtite-
runt, extructum à Ioanne illo templum eſt, dica-
túmque Virgini Deiparæ, cuius etiam effigies
lignea, idem in gutture ſignum cruoris præferre
viſa eſt, aut quia ſic diuinitùs conceſſa imago
D apparuit; aut quia mortales illi grati, & pij, eam
cui beneficium referebant acceptum illo ſuo
ſigno prænotarunt. Latiùs fortaſsè quàm par
erat, hanc hiſtoriam retulimus, ſed ea tamen di-
gna eſt, quam & noſtri homines obliuionis, ac
taciturnitatis conſepultam eſſe tenebris non pa-
tiantur: & gentes quoque vniuerſæ in maiorem
Dei gloriam, Virginiſque matris honorem, &
ſciant, & admirentur. Teſtantur hoc, vti à me de-
ſcriptum eſt, miraculum præter ipſam ab anti-
quis vſque ad nos deductam traditionem, archi-
ui Ciſtercienſis monaſterij, quod in eo loco ſal-
tus, vbi à bellando ceſſatum eſt, ædificatum hu-
cuſque viſitur: denúmque diligentiſſimus noſtræ
gentis hiſtoriographus F. Bernardus de Britto *F. Bern.*
E lib. 6. Chronoc. Ciſtercienſ. cap. 27. & 28. patrio
ſermone conſcripſit.

4. Sed quid hoc eſt; ô Domine, ſeruum tuum
aduentu fratris perterritum ad luctandum te-
cum aſſumis, vt quia potuit cum Deo colluctari,
hominem deinde non timeat: & quem roborare
vis fiducia tua, mancum denique reddis? claudi-
cantem in fratris conſpectum, congreſſúmque
immittis? vt claudus nimirum omni ſibi ad fu-
Præcepta fuga creſcit fortitudo.
giendum facultate præciſa, quantò infirmior, at-
que impotentior videbatur, tantò fidentiùs

A opem à Deo peteret, expectarétque, ac ſi Dominus diceret: Eia Iacob ingredere in agonem, vbi tibi nulla in pedibus, aut declinandi periculum, aut fuga euadendi ſpes relicta eſt. Hîc tibi aut vincendum, aut moriendum eſt. Vni Deo tuo confide: mancum te reddidi, vt fortis fiduciâ Dei fieres.

Gloſſ.

Claudus quippe (vt Gloſſa ſubnotauit) *effectus eſt, ne fortis timeat fratrem; velut ſi claudicatio eſſet fortitudo, & quia mancus, efficeretur fortis.* Profectò in rebus arduis & periculoſis interdum ipſa deſperatio euadendi animos facit, & viam munit ad ſalutem. *An ignoras* (exclamauit Abner ad Ioab) *quòd periculoſa ſit deſperatio?* 2.Reg.2.

2. Reg. 2.

Certè vbi fuga præcepta eſt, & vehementer increſcit audacia, & qui iam nec vitam ſperans, nec mortem timens in extremum ſe diſcrimen iniecit, B ſæpè numero fortiter agendo, & iſtam euadit, & illam vincendo, ac triumphando retinet glorioſam. Ita Iulius Cæſar (quem vnum ducum omnium, quos memoria gentium celebrat, maximum mihi fuiſſe perſuadeo) vti Suetonius ſcribit:

Sueton.

Luſitanus dux Correa.

ancipiti prælio equos dimittebat, & in primis ſuum, quo maior permanendi neceſſitas imponeretur, auxilio fugæ erepto. Sic ille in vita Iulij. Non minore quidem animi fortitudine Antonius Correa Luſitanus ab Armuzio ad Baharenum inſulam cum claſſe miſſus, vbi primùm in arenam expoſuit milites decem ſupra ducentos, naues procul in pelagus iuſſit ſecedere: dein conuerſus ad milites: Eia inuicti Luſitani, nec fugæ, nec auxilij nobis vlla ſpes; vna in dextris, & animis ſalus. C Ergo Luſitani, vt præferoces ingenio, tumultuariæque pugnæ aſſueti prodigioſo quodam impetu in exercitum Regis Mocrini rapiuntur.

Prodigioſa Luſitanorũ victoria.

Erant in iſto duodecim bellatorum millia, Perſarum, ſcilicet, Arabúmque, ſexcentíque equites Turcæ. Contra hanc multitudinem aperto campo bis noſtri pugnarunt vno die; ac demum Mahometano Rege, pluribúſque Turcarum occiſis, reliquæ fuſæ, fugatæque ſunt legiones; regia vrbs capta, direptáque cum præda opulentiſſima, totáque inſula Luſitano imperio ſubiecta. Hanc adeò memorabilem victoriam, ne mortales fictam, fabuloſamque putarent, aut certè Luſitanos inſaniæ, furoriſque arguerent, P.Maffeius hiſtoriarum Indicarum egregius ſcriptor, vtrique

P.Maffeius.

D obiectioni ſatisfacere ſe ratus, ex ingenio, virtutéque iſtorum hominum, hæc demum colligit: *Luſitanis præferuido ingenio, moræ impatientes cum denis ſingulos concurriſſe, laudem, & gloriam exiſtimant.* lib.8.

Mira Luſitanorum in bellis virtus.

Cæterùm, & hæc, & aliæ ſupra hominum vires à Luſitanis partæ victoriæ de infidelibus diuinæ miſericordiæ noſtris hominibus opitulanti referri à nobis debent, ac ſolent. De Luſitanis enim contra hoſtes Chriſti bellantibus dici optimè poteſt, quod de Machabæis ſcriptura diuina teſtatur.

2. Machab. 11.

Luſitana nõ niſi contra hoſtes Chriſti arma capiunt.

Ibant prompti de cœlo habentes adiutorem, & miſerantem ſuper eos Dominum. Leonum autem impetu irruentes in hoſtes, & muros ferreos parati penetrare. 2.lib. Machab.c.11. Bellum enim E nec nouit, nec ſolet Luſitania niſi contra hoſtes Chriſti mouere.

5. Idem ferè memoratur de Ioanno Pereira Goæ præfecto, qui foris aperto in campo cum Idalcani exercitu nouem circiter millium pugnatorum, & Turcis, & Indis pugnaturus ad ſuos, qui è Luſitanis erant quadringenti, ſic allocutus dicitur: *State animis viri, & omnem ſalutis ſpem, ſecundùm immortalem Deum in dextris, ac virtute reponite. Nam de receptu ne deliberatio quidem reliqua eſt vlla. Cadetur patenti campo fugaciſſimus*

A *quiſque priùs quàm fractis meis viribus ad arcem tanto interuallo perueniat.* Hac ducis oratione incenſi milites cum parua illa ſuorum manu in tam confertam hoſtium multitudinem ardentibus animis impetum dant.

Admiranda Luſitanorũ victoria.

Fuſi, & fugati barbari; ac præter captiuorum turbam mille, & quingenti Luſitano ferro perempti. Cùm tamen è nobis (quod portenti ſimile videatur) ne vnus quidem occiſus, etſi cumplures icti ſagittis. Scribit hiſtoriam P. Maffeius lib.10. hiſtor. Indic.

Maffeius.

Denique quàm certum hoc exploratúmque ſit adempta nimirum ſpe fugæ, vehementiùs aliquando inflammari animos ad res præclarè, ac præter omnem opinionem gerendas; illud etiam in Romanis annalibus, quod de Annibale tradit Liuius, B conteſtatur.

Liuius.

Egregia oratio Annibalis ad milites.

Hic enim poſt traiectas immenſis laboribus Alpes ingrediens tandem Italiam, & cum Romano exercitu ante oculus poſito præliaturus inter alia multa, quibus in concione milites adhortatus fertur, hæc vel maxima illorum animis ad pugnam adiecit incitamenta. *Vobis vincula neceſſitatéſque fortuna circundedit, dextra, læuáque duo maria claudunt, nullam ne ad effugium quidem nauem habentibus: circa Padus amnis, à tergo Alpes vrgent, vix integris vobis, ac vigentibus tranſita. Hic vobis vincendum, aut moriendum, milites eſt, vbi primùm hoſti occurriſtis; & eadem fortuna, quæ neceſſitatem pugnandi impoſuit, præmia vobis ea victoribus proponit.* Hæc Titus Liuius hiſtor.lib.21.

Tit. Liuius.

Periculoſa neceſſitas.

Eſt itaque periculoſa neceſſitas, cùm nulla euadendi C ſpes affulget, vt in deſperationem ac veluti rabiem acti homines prodigioſa interdum edant facinora; quod exemplis à prophanis hiſtoriis comprobauimus. Ac noſtro quidem Iacob claudicanti hæc congrediendi, & colloquendi cum fratre, quem timebat iratum, & armatum, neceſſitas diuinitùs impoſita eſt, vt vir iuſtus humanam induſtriam, opémque ſibi nullam adeſſe intelligens, totum ſe diuinæ gratiæ committeret, à Deo auxilium poſtularet, qui extra Deum nihil planè inueniret, cui poſſet confidere; quamobrem pede carnis debilitatus, in quo aliquantulam fiduciam habebat, ſolo integer, ac præualens pede in Deum fiduciæ incederet, atque in media rerum diſcrimina intrepidus, & alacer inuolaret.

Diffidens in ſe confidit in Deo.

D Non eſt abſimile, quod circa pedes Iacob philoſophatur S.Gregor. homil.14. in Ezechielem.

S.Greg.

6. Certè Apoſtolus de ſeipſo aiebat: *Cùm infirmor, tunc potens ſum.* 2. Corinth.12.

2.Cor.12.

Fragilitas humana humiliat Paulum.

Multa enim, & grauia quotidiè patiebatur, vt afflictus, & deſpectus, (vocat infirmari pro Chriſto humanam miſeriam cuius etiam cum reliquis mortalium particeps erat) altitudinem ſui Apoſtolatus, & ſuarum virtutum, miraculorúmque excellentiam fragilitatis humanæ veluti pondere libratam ne in vanitatem eleuaretur, compeſceret, vt paulò ſuperius dicere cœpimus. Hanc infirmitatem, ſeu tribulationes, quibus pro Chriſto infirmari ſe dicit, eodem loco vocat ſtimulum carnis: *Tentationes* (declarat S. Hieron.) *perſecutionum Apoſtolus ſe ſuſtinuiſſe ſignificat; Angelum Satanæ, qui colaphizet, aut tribulationes ſuſcitando, aut dolores.*

E

D.Hieron.

Tentatio Pauli ad humilitatẽ.

Neceſſe habuit tantus Chriſti Apoſtolus, vt in admirabili illa ſuarum reuelationum ſublimitate, non ſe exiſtimaret ſupra id quod erat, ſed conſcius propriæ infirmitatis hominem ſe meminiſſet. Et quicquid boni, & magni operabatur, diuinæ gratiæ acceptum referret. Hinc etiam benè colligit S.Hieron. admirabilitatem virtutum, ac donorum Apoſtoli, qui ad conſeruandam humilitatem

D.Hier.

Admirabilitas virtutum & donorum Pauli.

litatem illo quaſi fræno indigeret. *Quanta putatis* (inquit) *eſſe, qua celo, vt merito mihi eſſet ſtimulus neceſſarius, qui me hominem eſſe ſemper mihi demonſtraret?* Potentior fiebat ad agonem virtutis ex ipſamet tribulationum, quas patiebatur infirmitate. Sic etiam Paulo, qui cum Deo tam familiariter agebat, Dei ſupra omnes valentiſſimo athletæ, ad humilitatem tactus quoque fuit femoris,& emarcuit neruus. Eandem Iacobi etiā in ſeipſo factam ſenſerat claudicationem qui dicebat. *Bonum mihi, quia humiliaſti me, vt diſcam iuſtificationes tuas.* Pſalm. 118. *Hoc eſt* (exponit S. Ambroſ.) *diuerſis tentationibus, & incommodis exercuiſti. Ergò qui humiliatur non deiiciat animum, ſed magis humiliando proficiat*; ſerm. 9. in Pſal. 118. Rectè ſubintulit ad hunc locum S. Hilar. *Bona omnis paſſio, bonæ omnes tribulationes, per quas ſuſtificationes Dei cognoſcuntur; vt peccantes humilitate emendet; vt delinquentes ſinceritate coerceat, vt ignorantes doctrinâ doceat.* Tam ſalutaris homini ſolet eſſe tribulatio, vel maxime ad comprimendam ſuperbiam, quæ felicitate rerum ſolet intumeſcere.

Pſal. 118. D. Ambr. Prodeſt humiliari.

D. Hilar.

Salutaris contra ſuperbiam tribulatio.

7. Poteſt etiam locus intelligi de humilitate facta per peccatum ex qua homini confuſio naſcitur: erubeſcit enim peccator ad fœditatem peccati, quo infectus apparet ante Deum. Quo in ſenſu videtur paulò ſuperiùs dixiſſe Propheta. *Prius quam humiliarer, ego deliqui.* Pſalm. 118. vbi S Ambroſ. *Peccato* (inquit) *videtur humiliatus, ſed quamuis humilitas iſta, hoc eſt, velut quædam deiectio perturbationis, non virtus ſit: virtutem tamen ſæpè generat, & ſit non pœna, ſed remedium delinquentis. Nec potes indignum te iudicare humilitate, cum propria erroris cognoſcis, in quibus erubeſcendo humiliaris.* ſerm. 9. in Pſal. 118. Hæc eſt ſapientia Dei noſtri, hæc illius erga nos clementia, vt etiam peccata, quibus ipſius iram promeremur, & aduerſum nos meritò concitamus in noſtram vtilitatem conuertat; vt videlicet ex illorum turpitudine confuſi, & peccata ipſa deteſtemur, & in poſterum eadem iterare ſoliciti caueamus. Sic eorum, qui de ſua virtute inaniter præſumebant, neruus ipſe, hoc eſt, propria fortitudo, ſeu potiùs fortitudinis vana præſumptio Deo permittente tangitur, ac marceſcit, vt infirmitatis ſuæ pede claudicantes, diuinæ tantùm gratiæ confidant. Pulchrè in hanc ſententiam exclamat Bernard. *O quàm ſalubrius ad tactum Angeli neruus femoris Iacob emarcuit, quàm Angeli ſuperbientis intumuit, euanuit, ruit? Vtinam & meum neruum Angelus tangat, vt marceſcat, ſi fortè ex hac infirmitate incipiam proficere, qui ex mea firmitate non poſſum niſi deficere*: tract. de grad. humil. §. 2. Longè quidem Deo acceptior eſt peccator, qui ſe humiliat, quàm iuſtus (ſi forte ſit) qui de ſe inaniter præſumit: ideóque vanam iſtius præſumptionem peccati, in quod miſer delabi permittitur, humiliatione ſanare conſtituit. *Sacrificium enim* (ait pœnitens peccator) *Deo ſpiritus contribulatus. Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.* Pſalm. 50. Offert quidem peccator humiliatus & confuſus Deo, quem offenderat, ſalutare ſacrificium, animam ſcilicet pœnitentiæ dolore conciſam, & ſuarum turpitudinum verecundiâ depreſſam, & humiliatam. *Victima* (inquit ad hunc locum S. Chryſ.) *tibi Deo noſtro grata, & iucunda eſt humilitas. Quocirca pectore meo* (ait Propheta) *apprimè humiliato, ac velutis extenuato, gratum tibi ſacrificium offeram, ſacrificij loco animi ſubmiſſionem tibi immolabo.*

Pſal. 118. S. Ambr. Humiliatio in peccatum prodeſt interdum.

Deus peccata in bonum homini conuertit.

D. Bern.

Peccator ſe humilians Deo gratus.

Pſal. 50. Anima contrita Deo victima offertur.

D. Chryſ. Deo ſacrificium humilitas.

8. Porrò claudicans Iacob ex arefacto femo-

A ris neruo humilitatem, quæ Deo virtutum eſt quàm gratiſſima etiam inter ſummos fauores Dei, ac cœleſtia diuinitùs accepta dona conſeruabit; quod in maximis, & auguſtiſſimis ſanctorum ſuorum ipſemet Deus ratum, firmúmque ſemper eſſe voluit: quippe cui nihil tam inimicum eſt, quàm vana hominis præſumptio, quæ à diuina gratia ſubtrahit; quod ſibi perperam impiéque arrogat. Idcirco Dominus Apoſtolos ſuos, quos, vti Iacob nominauerat, principes coram Deo elegit, ſæpiùs ad humilitatem exercuit. Et quidem dimiſſis aliis, diſcipulos tantùm veluti maximè familiares ſecum retinuit: at (quæ hominum infirmitas eſt) ne icircò arrogantiùs de ſe præſumerent, ducit illos ſecum in mare, quod

Apoſtolos Dominus ad humilitatē inſtituit.

B ſubitis fecit procellis agitari, quibus illi coacti clamatum: *Magiſter, non ad te pertinet, quia perimus.* Marc. 4. *Ne videlicet* (occurrit Victor Antiochen.) *diſcipuli ob id ſe efferant, quòd cæteris miſſis ſoli ipſi fuerunt aſſumpti, Dominus grandem tempeſtatem illos tactari ſinit.* in Gloſ. Ordin. Hanc diſcipulorum vanam gloriam, aut certè illius occaſionem, quam Dominus voluit ortâ maris tempeſtate comprimere, Abulenſ. arbitratur eſſe natam ex applauſu mortalium, qui ad miracula per Apoſtolos edita, ſequebatur; gloriantur etiam illi, quòd ſuper dæmonia poteſtatem haberent, quam inanis gloriæ periculo tempeſtatis ægritudinem Dominus ſanauit: *Accepit* (inquit Abulenſ.) *eos in naui Dominus, vt reduceret eos in conſiderationem*

Marc. 4. Victor Antioch.

Tribulatio humiles reddit Apoſtolos.

Abul.

C *ſua fragilitatis: Nam ex eo quod Chriſtus miracula magna faciebat, & iſti adhærebant ei familiariter, honorabantur à turbis; & ipſi ex hoc gloriabantur: & maximè quia Chriſtus conceſſerat poteſtatem faciendi miracula, de quibus maximè exultabant.* Luc. 10. *Domine etiam dæmonia ſubiiciuntur nobis.* Quod autem Apoſtoli, vt adhuc erant infirmi ante aduentum Spiritus ſancti, aliqualem vanitatis culpam incurrerent, videtur colligi ex verbis Domini, qui gloriantes de huiuſmodi poteſtate ad hunc modum compeſcuit. *Nolite in hoc gaudere*, &c. *In quo patet* (ait idem Abulenſ.) *quòd ibi erat aliqualiter gloria humana, per quam in ſeipſis extollebantur diſcipuli, quia aliter Chriſtus eam non vetuiſſet; vt ergò non glorientur in ſeipſis, voluit eis propriam*

Luc. 10.

Compeſcitur gloriatio Apoſtolorum.

D *infirmitatem oſtendere conſtituendo in periculo, de quo non poſſent ſe liberare, & ſic agnoſcerent ſe nihil eſſe.* quæſt. 73. in Matth. Certi ergò Apoſtoli ſint, quòd nihil in ſeipſis, aut magnum aut ſanctum ſine Deo habeant, humilitatem etiam in maximis Chriſti, & mundi honoribus conſeruent; noſcerintque, quàm illud ſit homini ſalutare conſilium: *Qui gloriatur, in Domino glorietur.* 1. Corint. 1. *Quando enim à nobis ipſis, quæ ſupra nos ſunt quærimus, nihil eſt nobis ſtultius, nihil imbecillius*: occurrit ad hunc locum S. Chryſ.

1. Cor. 1. Stulta ſuperbia.

D. Chryſ.

9. At quis nouus iſte modus roborandi hominem, & armandi ad periculoſum irati fratris occurſum exſucto, atque ſtupido femoris neruo? quid æquè contrarium certamini, atque pedis,

E qua baſe totum corpus innititur, claudicatio? vt nimirum diuina virtus, ſapientiáque demonſtretur ſolita in contrariis, atque inter ſe pugnantibus rerum maximarum edere prodigia, vt videlicet in aduerſis, & quaſi deſperatis occaſionum momentis conſtituti meliora diuinæ gratiæ, tantùm ſubnixi à Deo expectemus. Dolebat Iſaias, quòd ex illa Dei admirabili viſione mutus penè, atque elinguis extiterit. *Væ mihi, quia tacui*, cap. 6. Legunt alij, *quia in ſilentium redactus ſum, Et regem Dominum vidi oculis meis.* At ſi Propheta nunc loquitur,

Dei fiducia in aduerſis.

Iſai. 6.

A quitur, quomodo ſe mutum dicit, ac ſilentem? Reſpondeo in primis Prophetam ſcribere, non loqui. *Vel potius* (quod S. Hieron.) *plangit ſe Propheta, quia non fuerit dignus laudare Dominum Sabaoth cum Seraphim.* Vel etiam dici poſſet, ad viſionem diuinæ maieſtatis redditum omninò mutum fuiſſe Prophetam, ſed per miraculum ab Angelo in priſtinam loquendi facultatem ſubinde reſtitutum in hæc ipſa verba prorupiſſe. Sed qua ratione miraculum iſtud editum eſt? *Et volauit* (inquit) *ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigi hoc labia tua*, &c. ô factum ſupra omnem naturam ſtupore, admirationéque plenum? Quid quæſo magis contrarium labiis, linguæ, locutioni, quàm carbo ſuccenſus ori applicatus? Cæterùm hæc vis eſt diuinæ potentiæ: ignitus carbo facultatem ori muto præbet ad expedite loquendum. Moyſes ad Regem Pharaonem cum mandatis à Deo mittitur, cùm tamen ſit linguâ tardus, & incomptus: *Ex quo enim* (inquit ad Dominum) *locutus es ad ſeruum tuum, impeditioris, & tardioris linguæ ſum.* Exod. 4. Quid eſt hoc ô Domine Deus, quem mittis cum legatione ad Regem, tardum in loquendo, impeditum linguâ, blæsúmque, ac fandi neſcium efficis, vbi ſcilicet, maxime linguæ volubilitate, atque eloquentiâ opus eſt? Sic vtitur diuina virtus cauſis ſummè repugnantibus ad effectus multùm diſſimiles inde producendos, vt nouerimus nihil potentiæ conditoris poſſe vnquam obſiſtere. Quid obſecro æquè aduerſum igni, atque aqua: quo alio magis illius flammæ, quàm ſuperefuſa reſtinguuntur aqua? Et nihilominùs ad excitandum diuinitùs ignem, quo victimæ accenſæ in holocauſto conſumerentur, Elias totam circumdedit ſtruem, & irrigauit aquâ. *Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum, & ligna, & lapides, & aquam.* 3. Regum 18.

D. Hieron.

E contrariis Deus mira effic it.

Iſai. 6.

Exod. 4.

Diuinæ potentiæ nihil obſiſtit.

10. Sic naturæ conditor naturam ipſam videtur illudere, dum illius retundens vires, legéſque immutans, quæcumque vult etiam ex contrariis contraria operatur. Præceperat Nabuchodonoſor, vt ſuccenderetur fornax Babylonica ſeptuplum, quàm ſuccendi conſueuerat, atque in medios flammarum globos præcipitari iuſſit Danielem cum ſociis. Quid ergo ſperandum ſubinde, quàm vt illi ignibus hauſti redigerentur in cineres? at ipſi tamen in fornace prata virentia, inter flammas rorem zephiróſque inuenerunt. *Angelus enim Domini* (legimus) *deſcendit in fornacem, & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omninò ignis.* Dan. 3. Vt qui in Deo ſperant, non confundantur; & qui pro Dei obſequio, amoréque affliguntur, certum illius, ac ſalutare auxilium præſtolentur, animáque Deo inſeruiens, vbi ſe viderit à vitiorum illecebris, diabolíque tentationibus impugnari, diuinam opem fidenter imploret. *Oppreſſa quippe* (occurrit ad hunc locum S. Hieron.) *perturbationibus anima, & variis moleſtiis occupata, cùm hominum deſperauerit auxilium, & tota ad Dominum fuerit mente conuerſa, deſcendit ad eam Angelus Domini, ſcilicet, ſermo diuinus, & excutit flammæ æſtuantis ardores: vt nequaquam ignita iacula inimici cordis noſtri arcana penetrent, nec illius fornace claudamur*: Sic ille. Præſtò quippe adeſt Dominus iis, qui ritè, ſanctéque ſperant in eum. Digni planè fuerunt tres illi adoleſcentes, cùm fidem Dei ſui vſque ad incendium fornacis fideliſſimè obſeruarunt, *quibus*

Ex contrariis contraria Deus operatur.

Dan. 3.

In deſperantis ſpes Deo inhærens.

D. Hier.

(vt ibi Theodoret. commentatur) *ſanctus Angelus flammam diſſiparet, & mediam fornacis partem ignitis carbonibus nudans, auram quandam frigidam, ac mediocriter humidam, quæque ſanctis multam afferret voluptatem, non ignem, qui dolorem, & cruciatum pararet, in corpora ſanctorum immitteret.* Sic omnipotens rerum creator ex contrariis contrarios educit effectus: nihilque diuinas literas ſedulò perſcrutanti frequentiùs occurret. Illud vnum ex illis poteſt expendi; qualem ſcilicet Dominus Hebræis ab Ægypto fugientibus in rubro mari tranſitum præbuit: *Nam ex aqua* (vti ſcribitur) *quæ antè erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio; per quem omnis natio tranſiuit, quæ*
B *tegebatur tua manu videntes tua mirabilia.* Sap. 19. Quid obſecro alienius à mari, quàm germinans campus? Quis crederet in mediis aquarum vorticibus prata viteſcere, vernare flores, hominéſque per mediam pelagi abyſſum inoffenſo pede incedentes lilia premere, legere roſas, lectas ibi ſpargere violas? ſcilicet Deo conditori ad libitum creaturæ, vel etiam ſibi ipſis pugnantes, famulantur; viamque noſtræ fidei muniunt, ad myſteria, quæ redemptor ipſe Deus homo ſupra omnem naturam auguſtiſſima eſt operatus. Pulchrè Iſaias exorditur: *Quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui reuelatum eſt? Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti.* Iſai. cap. 53. Vbi apertè Chriſti Domini natiui-
C tatem de Virgine matre vaticinatur. Admirandum quiddam, & omnium miraculorum maximum nouum prædico (inquit Propheta) inter Iudæos editum, & paucis tamen Iudæorum credendum. *Quis credidit auditui noſtro? Paruitatem* (ait S. Hieronym.) *credentium ſignificat ex Iudæis.* Quod autem de Chriſti natiuitate ſit vaticinium, ex ipſiſmet verbis Prophetæ liquidò colligitur. Et quidem vbi legimus: *Aſcendet ſicut virgultum coram eo*, vertunt L X X. *Annunciauimus quaſi paruulum in conſpectu eius. Symmachus* (inquit S. Hieron.) *ramum interpretatur, vt aſſumptum oſtenderet hominem, qui proceſſit de vtero virginali, de quo infertur, ſicut radix de terra ſitienti; Aquila interpretatur inuia, vt virginitatis priuilegium demonſtraret, quod*
D *abſque vllo humano ſemine de terra priùs inuia ſit creatus.*

Theod.

Spes & fiducia in Deo certa eſt.

Sap. 19.

Creaturæ Deo ad miracula famulantur.

Iſai. 53.

D. Hier.

S. Hieron.

Prædicitur B. Maria fœcunda virginitas.

11. Quid ergò tam incredibile, ac tam impoſſibile viribus naturæ, quam vt virgo concipiat, virgo pariat? vt virginis vterus ſine cultura, ſine ſemine clauſus, inuius, impollutus, intactus, florem, ramum, virgultum producat, filium generet, foueat, effundátque? atque natum vbera virgineo lacte inſumentia incorruptæ matris nutriant? ſcilicet, Virginem matrem, & natum de Virgine ſolus ille Deus omnipotens potuit efficere, efficítque cui natura rerum obedit, qui & ex nihilo creaturas condidit, & ex contrariis omninò contrarios producit effectus. Quod quidem diuinæ potentiæ miraculum præcellentiſſimum
E beatiſſima Virgo hunc, & alios eiuſdem Prophetæ, aliorúmque vatum locos probè intellectos habens, de Virgine matre futura Regis Meſſiæ apprimè nouerat; nec proinde Angelo huiuſmodi myſterium nunciante dubitauit: ſed modum illius efficiendi prudenter quæſiuit, vti S. Bern. homil. 4. in Annuntiatione. Euſeb. Emiſſ. S. Anſelm. S. Bonauent. aliique adnotarunt. Certè S. Greg. Nyſſ. orat. de humana Chriſti gener. hanc eandem ſententiam grauiter explicans, ita demum ea perſona Virginis Angelo reſpondet: *Interdicas*

Virgo mater ſummũ Dei miraculum.

D. Gregor. Nyſſ.

terdixi mihi conſuetudinem viri. Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco? Quis carnem Deo conſecratam tanquam ſanctum aliquod oblatum munus oportet intactam, integrámque præſtare, ideircò licèt è cœlo venias nunciare quod humanam ſuperet naturam, tamen me virum cognoſcere nefas eſt. Quomodo ſine viro mater ero? Ioſeph enim ſponſum noui, ſed virum non cognoſco. Denique (vt hoc argumentum concludamus) quid magis oppoſitum honori, quàm deſpectus, contumelia, infamia? quid magis aduerſum vitæ, quàm ipſa mors? At oportuit tamen exaltari filium hominis in Crucis patibulo, vt exaltaretur in gloria, acciperétque poteſtatem in cœlo, & in terra. At viram in cœlo mors illa ignominioſa crucifixi peperit hominibus ſempiternam. Niſi enim granum frumenti caderet in terram, & mortuum fieret, in infinitam iuſtorum, & ſanctorum ſegetem terra noſtra non pullularet. *Ego enim* (inquit ipſemet Dominus) *ſum primus, & nouiſſimus, & viuus, & fui mortuus, & ecce ſum viuens in ſæcula ſæculorum, & habeo claues mortis, & inferni.* Apocal. 1. Quis crederet poſſe hoc fieri, vt mortuus in Cruce, ſepultus ſub humo, paulò pòſt reſurgens in cœlum aſcenderet ſupra vniuerſam mundi machinam regnaturus? Nimirum in ignominia Crucis virtus, & potentia, & gloria diuinitatis Christi reſplenduit; & qui mundum creans, gubernans, terroribúſque de cœlo concutiens, mortalium tamen corda non edomuit, Cruci tandem affixus regnauit à ligno Deus, hominéſque in ſuam fidem, doctrinamque ſubiugauit; cuius ille Iacob typus extitit, cùm infirmatus in carne, aridóque femore claudicans armatum, & iratum fratrem emolliuit, ac ſuperauit.

B. Maria ſuam conteſtatur virginitatem.

Gloria & potentia Chriſti ex morte crucis.

Apoc. 1.

SECTIO IX.

Dimitte me, iam enim aſcendit aurora.

1. Bonus Dei Angelus, qui luctando fiduciam Iacob accenderat, videns iam à ſe peractum Dei ſui mandatum, qui nocturnam iuſſerat luctam, voluit abſiſtere, ac deinde in cœlum redire depoſita illa, quam aſſumpſerat, corporea forma; fortè ne clara luce ſic ementitus hominem ſaltem ab oculis Iacob videretur. Tanta, ſcilicet, eſt Angeli puritas, tamque impura humanæ carnis non quidem à natura, ſed ob peccatum compoſitio, vt vel efficto humano corpore indutus dilucеſcente die apparere Angelus erubeſcat. Vel (ſi fas eſt) dicet aliquis Deum ſic Angelo imperaſſe, ne Iacobo qui cum luctabatur Angelus, humana forma videretur amictus, quæ Regi Meſſiæ de ſanguine ipſius naſcituro non efficta, ſed veræ carnis reſeruata erat. Enimverò duæ omnium illuſtriſſimæ rerum diuinarum viſiones, quæ diuinitùs factæ ſunt Iacobo, ſcala ſcilicet, & lucta, Dei aliquando futuram ex illius gente incarnationē homini præfiguratam oſtendebant, quod bonus, & antiquus commentator Nicetas ad orat. S. Gregor. Nazianz. de laudibus Baſilij egregiè adnotauit, hæc demum colligens: *Scala diuinam ſubmiſſionem præfigurat; lapis angularis, lapidem Chriſtum; lucta vnionem Verbi cum carne, quam accepit; vel comparationem, & contentionem noſtræ naturæ, cum diuina ſublimitate: femoris dolor humanam generationem victam eſſe ſignificat. Nam natura noſtra, ſi cum diuina comparetur, huiuſmodi collatione quaſi graui dolore oppreſſa ſubclaudicat.* Quare cùm Deus ſuam Iacobo incarnationem reuelaret, noluit illius oculis Angelum, vel efficta carne indutum exhibere, ne quis vnquam ſuſpicaretur, non quidem à Deo, ſed ab Angelo aſſumendam hypoſtaticè naturam humanam: aut etiam videtur Dei Filius, vel tantulam ſuæ humanitatis figuram ne Angelo quidem concedere voluiſſe, qui ſolus nimirum eſſet Deus homo, verus hominum frater, ac Redemptor, primogenitus omnis creaturæ, qui nec Angelum apprehendit, nec ab Angelo apprehendi humanam voluit naturam; ſed verus, non effictus homo, qui Deus ſimul erat, ſemen Iacobi apprehendit. Tanti Deus facit humanam naturam, tam grata Verbo eſt noſtra, quam aſſumpſit, ſuámque fecit humanitatem: ſcilicet illam, vt oculi ſui pupillam æſtimat, amátque iuxta illud Regij vatis: *Cuſtodi me vt pupillam oculi tui.* Pſalm. 16. Etenim S. Aug. intelligit per pupillam oculi ſanctiſſimam Chriſti Domini humanitatem. Sic enim ait: *Pupilla apparet exigua: per eam tamen dirigitur acies luminis, quo lux & tenebræ diiudicantur, ſicut per Chriſti humanitatem diuinitas iudicij diſcernens inter iuſtos, & peccatores.* Quid autem vti pulchrius, ita carius, amabilius, ac pretioſius in corpore ducimus, quàm ipſam oculi pupillam. Sic igitur in ſummo pretio, & amore eſt ſacroſancta humanitas diuino Verbo.

Magna carnis ob peccatum impuritas.

Figuratur incarnatio Verbi.

Nicet.

Grata Verbo incarnatio.

Pſal. 16. D. Aug. Humanitas Verbo gratiſſima.

2. *Dimitte me, aurora eſt.*] Nugantur hîc, vti ſolent, Rabbini dicentes; ideò exoriente aurora voluiſſe Angelum diſcedere, quòd illud tempus ſit, in quo Angeli conſueuerint cantare diuinas laudes, iuxta illud: *Vbi eras, cùm me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?* Iob. 38. quaſi diceret Angelus, ſine me in cœlum redire, vt choris Angelorum mane laudantium Deum poſſim intereſſe. At ſtulti fabulam texunt. Non enim certa ſtatáque tempora, & laudandi, & ceſſandi à cantu habent Angeli, ſed potiùs, *qui ſemper vident faciem Patris, qui in cœlis eſt.* Matth. 18. inceſſanter illud triſagium concinunt: *Sanctus, ſanctus, ſanctus.* Iſai. 6. quem perpetuum, iugémque in cœlis concentum intelligere quoque poſſumus in illis verbis Iob: *Concentum cœli quis dormire faciet?* cap. 38. Vbi tamen ad literam ſenſus eſt de admirabili quadam conuenientia, & velut harmonia, quæ ex motibus cœlorum, aſtrorúmque aſpectibus, differentiis, impreſſionibúſque reſultat. Quòd autē Angeli ſine intermiſſione Deum collaudent certum omninò eſt, & ex beatifica viſione, qua perenniter fruuntur, & ex ipſamet Angelica natura, quam nihil eſt, quod à concentu diuinarum laudum, aut inhibere, aut retardare queat. Vtrumque in nobis eſt, & natura ſcilicet corrupta virtutum, ac diuinorum myſteriorum concentui valde inimica, & cùm ſimus in terra, vbi omnia ſpiritum de cœleſtibus cogitantem remorantur, & ad vitiorum ſpurcitias deprimunt, nihil in mente, ſenſúque minus habemus, ac verſamus, quàm Deum: nec aliud magis obliuiſcimur, ac neſcimus, quàm quæ Dei ſunt; cùm tamen (quæ ſit continua Dei nobis beneficiorum collata multitudo) non tam reſpirare, quàm Dei meminiſſe debeamus. Noſtram ergò ſuppliciis omnibus dignam obliuionem conqueſtus Dominus ait: *Populus meus oblitus eſt mei diebus multis.* Hierem. 2. Vnde optimè ſubiutulit S. Hieronym. *Quantò autem maior eſt numerus temporum, quibus obliuiſcimur Domini; tantò maior pœna peccati, quod nec longitudine ſæculorum potuerit edomari.*

Iob. 38.

Matth. 18. Angeli Deū iugiter laudant. Iſai. 6.

Dei memoria ob illius beneficia.

Hierem. 2. D. Hier. Noſtra in Deum ingratitudo.

edomari. Meritò in longum protrahi pœnam no-
ſtræ ingratitudinis oportet, cùm longa tempora
perduret noſtra de Deo, Deique beneficiis obli-
uio. Quare, vt & vitium huiuſmodi, & pœnam
Tertull. pariter euitemus: *oportet* (vti monet Tertull.)
omni tempore, & omni loco memores diuinæ legis in-
cedere, paratos, & inſtructos ad omnem Dei mentio-
nem. ad finem lib. de veland. Virginib. Auocan-
dus noſter eſt affectus à terrenis ad cœleſtia; à
Verus & ardens erga Deũ amor. mundo in Deum, & quò rerum caducarum ſtu-
dia, curæque minùs animam grauabunt, & ſoli-
citam reddent, eò in cœlum, atque in Deum co-
gitatione, amore, deſiderióque expeditiùs aduo-
labit. Hæreamus Deo per affectum cum Angelis,
qui nec ab eius aſpectu, nec affectu, aut ſeparari
poſſunt, aut ceſſare; quod præſtare non poſſu-
mus, quin priùs amorem profanum, ac terrenum,
quo mens noſtra grauiter impeditur, comprima-
mus, imò etiam extinguamus. Enimverò (vti
horum duorum affectuum maximam inter ſe
D. Auguſt. pugnantiam deſcribit S. Auguſt.) *ſicut amor im-*
Vitioſus amor. *mundus inflammat animam, & ad terrena concupi-*
ſcenda, & peritura ſectanda vocat, & in ima præci-
pitat, atque in profunda demergit: ſic amor ſanctus ad
ſuperna eleuat, & ad æterna inflammat, & ad ea, quæ
non tranſeunt excitat animam, & de profundo inferni
leuat ad cœlum. in Pſalm. 121. Iſte quidem inue-
nitur in Angelis, & in iis, qui Angelicam imi-
tantur virtutem. Ille de Angelis fecit dæmones,
& homines in pecudes, cauréſque conuertit.

3. *Aurora eſt.*] Vult Angelus deſiſtere à lu-
cta, vbi dies exoritur, ne admirabilis Dei gratia,
homini præſtita in lucem prodeat, & euulgetur,
Inanis gloria bonorum operum ærugo. atque adeò periclitetur humilitas Iacob ob ina-
nem gloriam, qua quidem ærugine bonorum
operum ſplendores decoloramur. *Nulla vero* (in-
S. Saluian. quit S. Saluian.) *eſt maior fidei deuotio, quàm quæ*
conſcientiam vitat hominum, Deo teſte contenta. Ne-
ſciat (inquit Dominus) *ſiniſtra tua, quid faciat dex-*
tera tua, &c. Et Pater, qui videt in abſcondito, red-
Matth. 5. *det tibi.* Matth. 5. in præfat. lib. ad Eccleſ. cathol.
Tuta ſcilicet ea deuotio fidei, quæ latet homi-
num oculos, linguaſque neſcit; ac ſolum Deum
habet & teſtem, & remuneratorem. *At non Dei*
D. Hier. *mercedem* (ait S. Hieron.) *ſed ſuam receperunt, qui*
Occultanda virtutum opera. *laudati ſunt ab hominibus, quorum cauſa exercuere*
virtutes. ad locum Matth. *Poſuit Deus hominem in*
paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cuſtodiret illum.
Gen. 2. Geneſ. 2. Quid hoc eſt Domine, an non ſatis eſt
operari, quid inſuper vis cuſtodiri? Profectò, &
operatio, & cuſtodia æqualiter exiguntur; fru-
ſtrà quippe bonum opus efficitur, ſi vbi effectum
eſt, non cuſtoditur; incuſtoditum enim abripitur,
euolat, euaneſcit. Claudantur neceſſe eſt fores,
ne foràs erumpant opera, quæ hominum oculis,
& laudibus inquinantur. Laudatur illa quidem
à Deo ſancta anima, quæ *hortus concluſus, fons*
Cant. 4. *ſignatus* dicitur. Cant. 4. Nec enim (ſi pateret, ſi
in publico eſſet) hortus, ſed eremus ferarum;
nec fons, ſed lutum foret. Quid quod etiam Do-
minus ſibi ipſi cuſtodiam huiuſmodi præſcribit:
Exod. 25. *propitiatorium,* ſcilicet, *duo Cherubim.* Exod. 25. &
Iſai. 6. *Domini faciem Seraphim velabant.* Iſai. 6. vt docea-
mur, diuinam, ſi quando in nobis eſt, gratiam
ſanctorúmque operum merita occultare: ſoló-
que Deo teſte contenti virtutes ipſas exercere;
quarum ſolet eſſe tam clara lux, vt licèt mode-
ſtiæ, ac verecundiæ religioſæ tegatur velamine,
foràs tamen emicare, vulgaríque nulla ratione
non poſſit. Grata quidem Deo atque homini-
bus illa eſt virtutis manifeſtatio, quæ ab ipſamet

A inſtat lucis irradiante exoritur, non verò à vo- *Virtus ſua ſe luce prodit.*
luntate hominis ſua merita venditantis inani-
ter proficiſcitur. Alacri quondam ſtudio ad fa-
bricandum Deo ſuo templum Iſraeliticus popu-
lus pretioſa munera certatim offerebat. Rex igi-
tur Dauid ob iſtam populi pietatem Deo gra-
tias agens adiungit: *Populum tuum qui repertus eſt,*
vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria. 1. Paral. 1. Paral. 29.
29. Videlicet in ipſo cuiuſque ore internam ani-
mi lætitiam, & miram cordis pietatem Rex ipſe
contuebatur: nec enim magna illa virtus ani-
morum intra pectoris anguſtias, & cancellos
conſtricta poterat contineri, quin etiam tacen-
tibus linguis ipſa cuiuſque voluntas ſuam foràs
pietatem expromeret. Illam ergo Dauid emi-
B cantem admiratus, vti conſtanter deinde perſe-
ueret, ita Dominum precatur: *Cuſtodi in æter-*
num hanc voluntatem cordis eorum, & ſemper in ve-
nerationem tui mens iſta permaneat; ibidem. Sit igi- *Virtus ipſa ſui præconium.*
tur in nobis tam grandis in corde virtus, vt
cùm in eo capi non poſſit, in publicum erum-
pens, ſui verum, ac ſolum ipſa præconium, ſeſe
manifeſtet. Virtus itaque in animo grandeſcens,
& efferueſcens foràs pietatem voluntatis produ-
cat: non ipſa verò voluntas ad aucupandam ho-
minum laudationem virtutis opera in publicum
exponat. Ingrata Deo, multúmque inimica eſt
ea, alioqui virtutis actio, quæ inanem humanæ
exiſtimationis gloriolam emercatur: Idcircò Do-
minus admonuit. *Cùm facis eleemoſynam, noli tu-*
C *bâ canere ante te,* Matth. 6. Quæ tuba eſt iſta? *Non* Matth. 6.
quia (reſpondet S. Chryſ.) *illi ſtipem ad ſignum* D. Chryſ.
gregant tubarum, ſed maximam in eis volens nota- *Fugienda in operibus vana gloria.*
re oſtentationis infamiam opportuniſſimè tranſlatione
verborum vitij eorum redundantiam publicauit. ho-
mil. 19. in Matth. Igitur canere tuba ſignificat
vanam operis oſtentationem. Et vt ſubtiliter
S. Petr. Chryſol. adnotauit: *Benè tuba, quia talis* D. Petr. Chryſol.
eleemoſyna hoſtilis eſt. ſerm. 9. Nimirum cùm ad
vanam tibi captandam gloriam bonum aliquod
opus in publicum exponis, prælium tibi miſer
indicis, ac Deo, cuius tu humilitatem deſpi- *Vana gloria multiplex damnum.*
cis, contra quem ſuperbus euaneſcis; ac pro-
inde damna omnia ſuperbis irrogata infeliciter
incurris.

D 4. *Iam enim aſcendit aurora.*] Quaſi diceret:
iam tibi tempus eſt ab inuiſibilibus, & diuinis
ad corporalia, & humana negotia tractanda de-
ſcendendi. Sic habet Gloſ. interlin. Præclara,
ſcilicet, orandi, & contemplandi occupatio eſt,
primaſque ſibi arrogat vita contemplatrix: ni-
hil iucundius, nihil ſanctius, quàm ſoli Deo va-
care. Maria ſiquidem ad pedes Domini aſſidens, *Excellentia vitæ contemplatiuæ.*
optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.
Luc. 10. quæ videlicet anima ſanctum in dulci Luc. 10.
hoc otio peragit in terra negotium, in cœlo
poſtmodum per omnem æternitatem continua-
bit. Nihilominùs aliquando ſanctius eſt relicta
contemplatione dare operam vitæ actiuæ, ma-
ximè cùm vel munus à Deo iniunctum ita exi-
E git, vel obedientia ſuperioris præſcribit. Erat
quidem Iacob veluti prælatus, cui ſubditorum,
quos vltra torrentem tranſmiſerat, cura deman-
data erat. *Quare dicit Angelus* (vt expendit Hugo Hug. Card.
Card.) *prælato contemplationi vacanti: Deſine à con-* *Relinquenda interdum contemplatio ob actionẽ.*
templatione, & curre ad opera vitæ actiuæ. Enimverò
tempus nocturnum vſque ad exorientem ſolem
conueniens eſt rerum diuinarum contemplatio-
ni, & ſpiritualium negotiorum tractationi; diur-
num verò temporalium rerum functionibus, quæ
proximis aut ex obligatione muneris, aut ex

præcepto,

præcepto, aut ex caritate præſtandæ ſunt. Noctu igitur vigilet, oret, luctetur cum Deo Iacob: interdiu autem ſanctè agendo impoſitum ſibi munus exerceat, atque opera caritatis. Traditor hæc norma in Pſalm. 103.

Pſal. 103.

Ortus eſt ſol, & congregati ſunt. Et in cubilibus ſuis collocabuntur. Exibit homo ad opus ſuum & ad operationem ſuam vſque ad veſperam. Dies quidem deſtinatus externis negotiis obeundis, nox verò homini ad quieſcendum, in qua feræ, è luſtris egreſſæ per ſaltus agróſque vagantur.

Nox contemplationi: dies actioni deſtinatur.

Quia in die mandauit Dominus miſericordiam ſuam & nocte canticum eius. Pſalm. 41.

Pſal 41.

Vacabo ſcilicet interdiu præſtandis miſericordiæ operibus, noctem contemplando Deum ipſius laudes concinendo impendam. Hoc ipſum eſt, quod ſponſa Dominum inuitans aiebat: *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis; manè ſurgamus ad vineam.* Cantic. 7.

Cant. 7.
HugoCard.

Quaſi dicat (exponit Hugo Cardin.) *priuſquàm egrediamur ad actionem, commoremur paululum in contemplatione, & ſic manè ſurgamus ad opera.* in 32. Geneſ. Primò itaque in villis commorandum, deinde ſurgendum ad vineas; nocte vacandum Deo; manè autem opitulandum proximis; noctu orandum, manè agendum, miniſtrandúmque. Hinc videas, quàm praua, diſtortáque ſit, & ab omni ratione aliena iſthæc hodie nobilium virorum conſuetudo, vt diem ſomno, noctem impendant negotiis. Sanè perſimiles noctuis, & veſpertilionibus cœlo, ſolique inuiſis, & ingratis.

Praua nobilium conſuetudo.

Quin etiam (vti adiungit idem Cardinal.) *ſæpè melius inuenitur Dominus per operationis laborem, quam per otium contemplationis: In lectulo meo quæſiui per noctem, quem diligit anima mea, & non inueni.* Cantic. 3.

Hugo.
Interdum melior actio, quàm contemplatio.
Cant. 3.

Quid igitur facies? ipſa dicit: *Surgam, & circuibo ciuitatem. Paululum cum pertranſiſſem, inueni, tenui eum,* &c. *Nimirum quærens in lectulo, & nocte* (occurrit Theodor.) *non inuenit quieſcentem.*

Theodor.

Licèt enim nocturna quies in lectolo, id eſt, ſancta contemplatio grata ſit, dulciſque dilecto; tamen, quia iam tempus erat ad opera, deinde, vel mortificationis, vel miſericordiæ, vel etiam regiminis prodeundi in publicum; non quieſcit, nec inuenitur in lectulo. Igitur ſapiens anima pauliſper contemplandi quietem intermittens ad circuendum plateas, & vicus exurgit: per actionem videlicet (inquiunt apud Theod. Græci Patres) *velut in foribus ciuitatis, agendóque, & operando inuenit quem quærebat.*

Inuenitur per actionem Deus.
Theodor.

5. Angelus itaque Iacobo, & familiæ illius conſulens ait: *Dimitte me,* &c. *Quaſi dicat,* (vt benè ſubnotauit Dinoyſ. Carthuſ.) *hora iam imminet, in qua oportet te circa temporalia occupari.*

Dionyſ. Carth.

Etſi enim prælatus, ac pater familiâs ante omnia propriæ debeat inuigilare ſaluti, atque in otio ſancto orationis quieſcere; & nocturnis, hoc eſt, ſtatis & pacatioribus vitæ temporibus agendo, ac deprecando colluctari; at cùm res poſtulabit, relictis omnibus etiam contemplandi curis prouidendum familiæ, ſubditorum habendam rationem vel potiſſimùm Deus homini præſcribit.

Superioris erga ſubditos vigilantia.

Certè Apoſtolus illum Epiſcopatu dignum indicabat, qui bonus eſſet ac vigilans pater familiâs: *Oportet Epiſcopum irreprehenſibilem eſſe,* &c. Et paulò pòſt: *Suæ domus benè præpoſitum, filios habentem ſubditos cum omni caſtitate.* 1. Timoth. 2.

1. Tim. 2.
Quomodo coniugati creabantur Epiſcopi.

Quo in loco in primis obſeruandum erit, cùm illa priore Apoſtolorum ætate adhuc eſſet raritas virorum cœlibatum colentium, eligi ſolitos ad Eccleſiæ munera, dignitatéſque viros egregios patres familiâs, non qui etiam tunc haberent vxores, gignendíſque liberis darent operam; ſed qui vidui defunctis coniugibus, aut iſtis etiam de communi virorumque conſenſu ſeparatim in caſtitate viuentibus, immunes, liberique ab illo iugo viuerent continentes. *Non enim Apoſtolus,* (vt benè obſeruat S. Ambroſ.) *dicit facientem, aut gignentem filios, ſed habentem. Itaque qui vnam vxorem* (explicat S. Anſelm.) *habuerit, non habeat ſecundam, ſicut Beatus Hilarius, vel Antiſiodorenſis Germanus.* vtramque explicationem approbat Sanctus Chryſoſt. his verbis: *Vnius vxoris virum; quidam illum qui poſt vxoris obitum conſtituetur Epiſcopus ſignificaſſe intelligunt, alioqui licet eum qui vxorem habeat, quaſi non habentem eſſe.*

D. Ambr.
D. Anſel.
D. Chryſ.

Addit etiam Apoſtolus: *Suæ domus bene præpoſitum.* Videlicet, qui prudenter, & Chriſtianè ſuam regat familiam, & domeſticæ diſciplinæ egregiam præhens experientiam habeatur idoneus Eccleſiæ gubernandæ; quod vel maximè demonſtrabit in liberis, ſi modeſtos, & pudicos ſuo in primis exemplo, ac deinde inſtituens verbo efficiat.

Exēplo pater liberos inſtruat.

Et tanta etiam (vt ſubtiliter adnotauit S. Anſelm.) *ab Epiſcopo caſtitas exigitur, vt ſi filij eius caſti non fuerint, ipſe Epiſcopus eſſe non poſſit, & eodem vitio offendat Deum, quo & Heli Pontifex.* 1. Reg. 4. Non modò in ſeipſo Epiſcopus, ſed in familia ſua omnis honeſtatis laude conſpicuus viuat neceſſe eſt.

D. Anſel.

Oportet autem eum (inquit hoc loco Theophil.) *domeſtica præbere exempla: quia mala* (inquit S. Thom.) *filiorum vita eſſet teſtimonium contra parentem, & prælatum, iuxta illud: ſecundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius. Et qualis rector Ciuitatis, tales & habitantes in ea.* Eccleſ. 10. Et illud, *Ex iniquis ſomnis filij, qui naſcuntur teſtes ſunt nequitiæ aduerſus parentes in interrogatione ſua.* Sapient. 4.

Theoph.
D. Thom.
Malus filius infamia patris.
Eccleſ 10.
Sap 4.

Eſt quidem pater filiis, prælatus ſubditis, dominus ſeruis, exemplar morum, norma vitæ, & quædam veluti lex viua, ingiſque efficaciter perſuadens vitia præſertim; atque adeò ex improbitate ſuorum, quos accipit regendos, ſuæ pariter improbitatis, ægrè admodum repellet ſuſpicionem.

Superioris exemplum efficax.

6. Et quidem Apoſtolus paulò antè deſcribens Epiſcopum, appoſuit: *Oportet Epiſcopum eſſe ſobrium, prudentem,* &c. S. Chryſoſt. legit, *Sobrium, atque vigilantem;* Theoph. *acutum, & perſpicacem;* declarat deinde S. Chryſoſt. hoc eſt; *clariſſimâ mentis acie præditum, innumeróſque habentem omni ex parte oculos, quibus acutiſſimè cuncta proſpiciat. Vigilantem igitur neceſſe eſt illum eſſe, qui non tantùm ſui curam habet, ſed etiam reliquorum.*

1. Tim. 2.
D. Chryſ.
Superioris vigilantia.

Ac fortaſſis cùm plurima, & maxima exigantur in munere prælati, ac patris etiam familiâs, potiſſima hæc eſt vigilantia; quippe qui velut imperator ſit exercitúmque habeat, & caſtra in oculis hoſtium collocata, cuius inter cæteras laudes, ac virtutes, præcipua ſolet eſſe militaris vigilantia. Quo in ſenſu idem Chryſoſtomus adiungit: *Decet eſſe peruigilem eum; qui eiuſmodi eſt, ac ſpiritu viuere, & affectus ſui flammam operibus ipſis oſtendere, ducéſque omnes ſolicitudine atque induſtriâ ſuperare; vt die, noctéque exercitum, & caſtra perluſtret, laboret, & ſui officij munus diligentiſſimè impleat, atque omnium curam, & ſolicitudinem gerat.* hom. 10. in 1. Tim. 3. Flammam (dixit) affectus ſui operibus ipſis oſtendat. Nimirum prælatus non ardere intùs zelo tantùm debet,

Superioris zelus inflammat.

debet, ſed ipſius zeli, quo erga ſuos ioardeſcit, per extetna opera laborando, vigilandóque flammas etiam eructet. Vt enim ignis, vbi eſt accenſus, latere nequit, ſic animarum zelus io corde abſcondi noo poteſt, quin forás erumpens per vigilantiam, & ſolicitudinem ſeſe prodat. Habes filios, ſubditóſque, prorſus habes milites; familia, quam regis exercitus eſt, & caſtra. Bellum igitur geris, hoſtibus vndique circundatus, impugnaturis, aut veriùs iam acerrimè impugnantibus te, tuóſque, vt ſimul coniunctos in ſempiternum detrudant interitum, & nihilominus dormire, aut ſaltem oſcitare intereà non piget, non pudet? *Me expectant iuſti, donec retribuas mihi.* Pſalm. 141. *Me expectauerunt peccatores, vt perderent me.* Pſalm. 118. Vtrumque Regij vatis eſt. Et quilibet noſtrum hinc inde circunſeptus binas inter acies medius conſiſtit. Vna eſt bonorum, altera malorum ſpirituum: illi ad cœlum inuitant, iſti pertrahere conantur in gehennam: illi ad virturem, iſti ad peccatum alliciunt. Et infelix homo interim has inter acies vtrimque impugnatus ocietur, ac dormiat? Deplorabat aliquando huiuſmodi ſocordiam, & ſomnolentiam S. Bernard. hiſce verbis: *Hinc mihi gehenna, inde corona paratur: & inter hanc, & illam medium nugari libet, oſcitare delectat? Vſque adeò nec trahor deſiderio, nec periculo terreor; nec cupidus planè, nec pauidus in quibus magis fuerat neceſſarium, pernicioſiſſimè inſenſibilis ad vtrumque.* ſerm. 51. de paruis. Profectò hinc licet colligere quanta ſit rationalis animæ dignitas, quantum illius pretium, pro qua, ſeu perdenda, ſeu lucranda ipſimet Angelici ſpiritus nihil non moliuntur, cœlúmque, & inferous certatim laborant, ac deſudant. Contrà verò infertur optimè, quanta ſit hominum ſtoliditas, ac dementia, vt animam vſque adeò pretioſam, & appetendam pariter, atque inuidendam nihili faciant, viliſque vendirent, & velut quidpiam à ſe alienum, atque in mundo ſuperuacaneum aſpernentur. Meritò igitur exclamat S. Bernard. *Exurgamus aliquando, nec in vano accipiamus animas noſtras, pro quibus alij tanto zelo, vel in bonum vigilant, vel in malum. Non eſt res parua, quam ſic inſectantur hoſtes, ciues ſic præſtelantur.* Nos verò quorum tantummodò intereſt, nec periclitari noſtram animam exhorreſcimus; nec ad ſummam felicitatem vocati, atque illa perfrui æſtimamus, & celebramus.

Liberi & ſubditi in acie & bello ſunt.

Pſal. 141.
Pſal. 118.

Hominis in bello negligentia.

D. Bern.

Homo negligens inter cœlum & infernũ.

Mira dignitas animæ.

Hominis incuria de propria anima.
D. Bern.

7. At quid hoc eſt, bone vir? Luctabaris noctu cum Deo, manè ad regendam familiam mittetis. An non gratiùs ad honorem, dulciùs ad voluptatem erat verſari cum Deo, quàm hominibus prouidere? Illic tua felicitas; hîc aliena vtilitas. Benè id quidem. Cæterùm ſic Deo grata eſt in proximum caritas, ſic poſtpoſita vtilitate propria (non quidem cum diſpendio gratiæ, ſalutiſque) vel quietis, vel ſanctæ delectationis, alienæ commoditati ad ſalutem proximorum inſeruire Deo placitum eſt, vt iſtam præferens non illam amittat, ſed augeat potiùs. Et quidem Moyſes ſui penè oblitus, ac de populo tantùm ſolicitus, iratum Dominum in ſacrilegio vituli compellat: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti.* Exod. 32. Quid vis ô ſancte vir? Deleri potiùs de libro Domini, quàm videre populum iſtum diuinitùs, prout meretur, punitum eligis? Deleatur omninò iſte populus; quid inde mali, quid tibi diſpendij? Audis Dominum maiora multò pollicentem: *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciámque te in gentem magnam.* Exod. 32. Deleto igitur hoc populo illuſtrior exurget alius, quem regas, honoratior præſes, ductor pacatior. At ſuum Moyſes non quærit cum alieno damno lucrum; ac proinde maiorem ſibi gloriam comparauit, & populo exoptatam veniam impetrauit. *Quoniam* (inquit S. Bernard.) *non quærit quæ ſua ſunt, facilè obtinet omne quod quærit. Planè benignus, qui tanquam caput vnitum membris, genti ſuæ firmà caritate cohærens, aut illam ſaluabit ſecum, aut non poteſt, niſi idem cum illis ſubire periculum.* epiſt. 78. O admirabilem hominis ergà proximos caritatem! O egregium veri prælati exemplar? Impetrauit merito iſtius caritatis à Deo veniam, & gratiam ſuis Hebræis, quorum nefando ſacrilegio extremum debebatur exitium. Et quidem meritò augentur homini dona, & beneficia Dei, qui ſcilicet adeò conſtans, & generoſus eſt, adeóque aliorum amans, & ſibi quodammodo inimicus, vt ſuam quietem laboribus in aliorum commodum ſuſceptis luctum cum Deo vigilantiæ, ſtudióque ergà familiam alacriter poſtponat. Enimverò contemnere quietem, & corporis, & animi ocium abiicere; vitæ tranquillitatem, ad quam omnes labores, & vigiliæ referuntur, repudiare, vt alios regas, in officio contineas, inſtruas, pacifices; mentes eorum omni modo flectere, à vitiis ad virtutem traducere, in virtute conſeruare, à periculis, ne in malum dilabantur, liberare, atque omnes ad id machinationes, & artes adhibere; id demum magni viri, & præcellentis eſſe iudico. Quod tamen non tam præſtabit ingenio, quàm virture: non tam efficiet doctrinarum præſidio, quàm ſuæ vitæ exemplo. Et licèt ad prælati munus magnam vim habeat egregia diſciplinarum commendatio, atque hoc tempore grauitas perſonæ, generiſque amplitudo, ad maiorem ſcilicet authoritatem præfecturæ: nihilominùs integritas morum, pietas animi, Chriſtianæ caritatis fulgor, & ardor; vitæ denique ſanctitas, vt longè maiorem ad regendum habet, ita potiorem locum ad electionem prælati habere debet; Et quidem de ſcientia, & perſonæ illo ſplendore admirabilis mihi videtur ſententia Philonis, quæ ſic habet: *Præcellentia, & ſapientia in poteſtatibus publicis oneroſæ ſunt; in artibus verò vulgares, & humiles.* lib. de profugis. Dictum ſic explico. In eo qui regit, imperátque, ſolet eſſe ſubditis, & humilioribus omnia, vel doctrinæ, vel nobilitatis eminentia, valdè odioſa, grauis, intolerabilis: deſinit enim aliquando in ſuperbiam, qua nihil in commercio, conuictúque mortalium deteſtabilius. Cæterùm in literato, peritóque Doctore laus eſt, vt & ſcientia, & nobilitate emineat; iſta videlicet, ergà diſcipulos commendabilem, illa docendi alios muneri aptiorem reddit. Eminentem igitur magiſtrum volo, prælatum timeo. In hoc enim potior eſt affectus animi, quàm ſplendor ingenij, prudens, ac pius regat; metaphyſicus diſſerat, ac doceat. Ille ſuo exemplo adiuuat, quos prudenter ad laborandum inſtruit; iſte onerum, & alienorum mandatorum inuentor ſatis putat feciſſe quòd imperet, non quòd iuuet; audiant quæſo, qui imperant egregiam S. Saluiani Epiſcopi hac de re ſententiam: *Dura planè prælatorum præcepta exiſtimanda ſunt, ſi plus ab aliis officiorum exigunt, quàm ſibi ſumunt. Porrò autem ſi multò minus cæteris imperant, quàm ſibi,*

Grata Deo ſuperioris in ſubditos cura.

Moyſis pro populo zelus.
Exod. 32.

D. Bern.

Moyſes exemplar prælatorum.

Polliſſimus ſuperiori zelus ergà ſubditos.

Pro ſalute proximi relinquenda propria quies.

Prælati exemplum.

Philo.

Quis bonus prælatus.

Quis bonus Doctor.

S. Saluian.

Bonus deſcribitur prælatus.

ſibi, non modò graues magiſtri, ſed parentes indulgentiſſimi iudicandi ſunt, qui onera, quæ ceruicibus piorum per amoris indulgentiam detrahunt, ſibi per affectum religionis imponunt. lib. 3. de prouident. Promptiùs quidem, ac ſuauiùs ad exemplum, quàm ad vocem ſertur ſubditus obtemperando; operetur ille, ac proculdubio iſte cooperabitur. Quare S. Apoſtolus prudenter admodum aiebat. *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* 1.Cor.11. *Nobis videlicet* (inquit idem Saluian.) *hoc imperat, vt ſe imitemur qui ſibi hoc impoſuerat, vt Chriſti eſſet imitator.* ibidem.

Vnde ſubditis prompta & ſuauis obedientia. 1.Cor.11. S. Saluian.

8. *Iam aurora eſt.*] Egiſti hactenus cum Deo; age nunc cum familia. Vide, inquire num quidpiam re abſente viri, atque erroris vxores, liberi, famuli admiſerint. Solet enim rectoris abſentia plurium eſſe malorum, laxata confeſtim per impunitam libertatem diſciplina, ſubditis occaſio. Nunquam planè tam nefarium, adorando vitulos aureos Hebræorum gens committeret ſacrilegium, ſi præſens rector, ac legiſlator Moyſes adeſſet. Aſcenderat ille in montem vbi admiranda quadam tectus caligine totos quadraginta dies audiendo, & alloquendo Deum tranſegit: *Videns autem populus, quòd moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, dixit Aaron: Fac nobis Deos, qui nos præcedant,* &c. Exod. 32. Benè S. Chryſoſt. abſentiam Moyſis, & Hebrææ gentis inſaniam huiuſmodi expendens demum ita concludit: *Moyſes ſynagogam habebat vxorem, reliquit eam, & fornicata eſt.* homil. de regreſſu ex Aſia. Vti nimirum abſente diu marito inconſtans & malè morata vxor, omni exuto pudore, diſſoluitur in laſciuiam. Quamobrem prudenter agunt parentes cùm filiæ virum eligunt, qui ſtatam fixamque intra penates viuendi habeat rationem; non autem, qui nundinis, militiæ, nauigationíque deditus, longam ab domo, & ab vxore moram facere conſueſcat. An non illa deceptrix, ac meretrix blanditiis iuuenem ad libidinem inuitans, occaſionẽ laſciuiendi nacta eſt ex diuturna mariti abſentia? Sic enim ait: *Veni fruamur cupitis amplexibus; non eſt enim vir in domo ſua, abiit via longiſſima, ſacculum pecuniæ ſecum tulit; in die plenæ lunæ reuerſurus eſt in domum ſuam.* Prouerb.7. tam ingenioſè, támque efficaciter laſciua mulier ratiocinando ad flagitium ſe accingit, amatorémque pellicit, occaſionem ex abſentia longa mariti captans peropportunam. Equidem ſic exiſtimo ſanctiùs iura matrimonij ſeruatum iri, ſi coniuges non diſſiti loco, ſed vno ſemper coniuncti morarentur. Quod de vxore in abſentia mariti teſtatur quotidiana experientia; idem prorsùs in prælati abſentia nunquam ſubditi non experiuntur. *Videns enim* (audiuimus paulò antè) *populus, quòd moram faceret Moyſes*, ille ſcilicet rector, prælatus, pater, & princeps, & qui non otioſè, aut delicioſè alibi teneretur: & qui non in Regum aulis integros annos, in aſſentatione, in ambitione, in vanarum oſtentatione pomparum conſumendo pariter Eccleſiæ redditus, Chriſti patrimonium pauperum ſubſidia indigniſſimè conſumeret: ſed qui cum Deo ſanctiſſimè, & familiariſſimè ageret, de ſeruando, de amplificando ipſo eodem populo, qui tam execrandum flagitium perpetrauit. Et nihilominùs abſente hoc tam ſancto, tam ſanctè occupato rectore, intereà ſubditi perditiſſimè oberrarunt.

Noxia ſubditis abſentia ſuperioris.

Exod.32. D Chryſ. *Abſente Moyſe peccauit populus.*

Abſentia mariti noxia vxori.

Nocet abſentia mariti.

Prou.7.

Nocet abſentia prælati.

Hug. Card.

9. *Quid ergò dicendum* (inquit hoc loco Hugo Cardinal.) *de clericis curatis, qui multo tempore extra diœceſim morantur? nulla ratione excuſantur, quia & Moyſes accepturus legem, & ex præcepto Domini moratur cum Domino. Moyſes perſona Eccleſiæ, Aaron vicarium: ad literam vicarius pecuniam extorquet a populo ſibi commiſſo, de ſalute animarum parum curat.* Deploratur multis in locis hæc infelicitas, nec tamen appoſito remedio curatur. Abſunt à ſuis ſubditis Moyſes, interim Aarones miſerum depeculantur populum, contentique illorum pecuniis impunè peccare patiuntur. Abeſt paſtor; quid fiet ouibus ingruente lupo? at mercenarius ad cuſtodiam relictus eſt. O miſeram cuſtodiam! *Mercenarius*, (ait Dominus) *& qui non eſt paſtor, videt lupum venientem, & fugit.* Ioan.10. *Et adhuc* (occurrit idem Cardin.) *tolerabile eſſet hoc, ſi fugeret mercenarius: ſed ipſe (quod peſſimum eſt) fœdus percutit cum lupo.* Nam ſæpenumerò, qui relinquitur à Prælato vicarius, lucri tantùm ſolicitus, & conniuet ad errata ſubditorum, & prauo ſuæ vitæ exemplo ad turpiſſima quæque patranda, & in iiſdem incendium ſordibus inuitat, aut veriùs impellit. O indignum paſtoris nomine, qui non curas, non luſtras, non vides, quas à Deo curandas, luſtrandas, inuiſendas accepiſti oues! Pulchra illa ſeges erat, cùm primò ſata, & exculta fuit; at *cùm dormirent homines, venit inimicus, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici.* Matth.13. Itaque vbi deficit cuſtodia, ſomnúſque, & ſocordia irrepſit in iis, quibus ſegetis illius cura incumbebat, opportunam ſibi nactus occaſionem inimicus maligno ſemine pulchram illam ſegetem fœdauit. S. Auguſt. per zizania malos ipſos inter bonos in Eccleſia commixtos in Eccleſia intelligens ita explicat: *Dicit, cùm dormirent homines, quia cùm negligentiùs agerent præpoſiti Eccleſiæ; aut dormitionem mortis acciperent Apoſtoli, venit diabolus, & ſuperſeminauit eos, quos malos filios Dominus interpretatur.* de quæſtio. Euangel. Vtique in Eccleſia Chriſti inter ſacramenta, inter Dei auxilia, inter iuſtorum preces, ſanctorúmque exempla, & præſidia, vitiorum quidem ſemina diabolus nec ſeminaſſet, nec illis infectos reddidiſſet pleróſque fidelium, ſi præſentia, & vigilantia prælatorum, doctorúmque tantæ malignitati, & fraudi occurriſſet.

Abſente prælato vicarij latrocinantur.

Vicarius deſtruens Eccleſiam.

Ioan.10. HugoCard.

Prauum exemplũ vicarij.

Matth.13.

Nocet prælati negligentia. D.Auguſt.

10. Quid plura in hanc ſententiam! Dimiſit Dominus aliquando diſcipulos, conſcenderunt nauim, vt mare illud Galilææ traiicerent; ipſe verò abiit in montem ſolus orare. Igitur vbi primùm ſubuecta in altum eſt nauicula, tempeſtas coorta in extremum diſcrimen vectores adduxit. *Nauicula enim* (vt ſcribit S.Matth.) *in medio mari iactabatur fluctibus; erat enim contrarius ventus.* Matth.14. Quid mirum ergò ſi abſente Domino efferueſcit pelagus, intumeſcunt fluctus, reboant venti, deſæuit tempeſtas, impendet vectoribus naufragium? hoc ipſum ſibi timuerant diſcipuli; atque ideò ſine Domino ſuo nequaquam ingredi mare volebant: ſcribit enim Matthæus: *& ſtatim compulit Ieſus diſcipulos ſuos aſcendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum.* Matth.14. Non ſolùm iuſſi, ſed etiam coacti ſunt ſine magiſtro diſcipuli nauim conſcendere. *Quo ſermone* (inquit S. Hieron.) *oſtenditur inuitos eos à Domino receſſiſſe; dum amore præceptoris, ne punctum quidem temporis ab eo volunt ſeparari.* Nec amor ſolus, ſed timor etiam diſcipulos vrgebat, ne ſine Domino, vel tantulum viuerent, ne magnum aliquod (quod certum planè habebant) periculum incurrerent; nec illorum erga Dominum

[illegible]

Matth.14.

D.Hier.

minum nimius amor, nec vanus ſine illo timor. *Rectè enim* (adiungit idem Hieron.) *quaſi inuiti, & retractantes Apoſtoli à Domino receſſerant; ne illo abſente naufragia ſuſtinerent. Denique Domino in montis cacumine commorante, ſtatim ventus oritur, & turbat mare, & periclitantur Apoſtoli: & tandiu imminens naufragium perſeuerat, quandiu IESVS veniat.* Vt hinc doceatur prælatus, rector, pater familias à ſuis non diutiùs abeſſe, licèt etiam orandi, & contemplandi cauſa: illis nimirum venturam haud dubiè procellam, & grandia ſalutis pericula futura pertimeſcens. Ergò laborant illi, iactantur fluctibus, colluctantur cum periculis: quid interim pater, quid prælatus faciet? dormiet fortaſſis, aut iocabitur, aut vanitati, riſibúſque, & epulis indulgebit? Non ſic planè Dominus. quî enim dormiret, cùm ſuos in ſalo ſciret eſſe, cùm procellam illis timeret? *Et videns eos laborantes in remigando, & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos.* Marc. 6. Quid hoc bone IESV; abiiſti in montem ſolus orare; orabas igitur, deinde videns laborantes in mari diſcipulos, ex ipſóne monte vidiſti? & in monte inſtans orationi, quomodo mare, in quo iactabantur Apoſtoli, proſpectabas? Enimverò primò vidit eos laborãtes in mari, deinde venit ad eos circa quartam vigiliam, vtrique ſuam: vigilabat ſiquidem orationi intentus, & in ſuos tamen nauigantes defixus. Acutus eſt enim, ſemper vigilans, longiùs proſpectans, amoris oculus. Orationem igitur intermittit, quietem perrumpit, à monte deſcendit, ſeipſum, ſuáque pro ſalute ſuorum libens, lætúſque relinquit: vt ſcias ſubditorum ſalutem tuis eſſe commodis præferendam.

Prælati cura, & præſentia.

Chriſti exẽplũ ad Prælatos. Marc. 6.

Amor erga ſuos.

21. *Dimitte me, iam enim aſcendit aurora.*] Illa vtique, in quam vel cœlites ipſi defixum oculorum obtutum contendentes, penéque obſtupefacti exclamarunt. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit, ſicut aurora conſurgens?* Cant. 6. Virgo ſcilicet digniſſima Dei mater. *Quandoquidem* (inquit Rupert.) *ſicut aurora finis eſt præteritæ noctis, & initium ſequentis diei: ſic ipſa mundo exoriens finis extitit dolorum, & conſolationis initium.* in Cantic. *Dimitte* igitur *me*, inquit Angelus Iacobo: quid quæſo ô tu quiſquis es, clamoribus, precibus, & lacrymis quaſi colluctando cœlum inſtanter fatigas, vt per Angelos, quorum vnus ego de numero, à Deo exaudiaris, & votorum tuorum, quæ ſupplicando exponis, tandem compos fias? Iam enim aſcendit aurora, deſine cum Angelis rem agere: alia tibi via incedendum, vt rem breui conficias, vt ad impetranda, quæ ſupplex efflagitas, compendiò peruenias: Iam cœlo irradiat, iam iuſtitiæ ſolem ſinu ſuo fouet, ac portat, iam terris nouum, & pulchrum inducit diem beatiſſima & ſuauiſſima Virgo Dei mater, iam gratia plena ſuper omnes Angelos aſcendit coram Deo: iam quæ vera Dei hominis mater eſt, materno complectitur homines affectu: Regina illa eſt, nos ſerui, & quidem potentiùs domina, quàm famuli intercedit, efficaciùs mater, quàm ſerui exorat. Vobis illa mater eſt, nobis Domina: quam nos ſubmiſſio vultu reueremur, vos filiali pietate, ac fiducia propiùs accedentes non oratis tantùm, ſed exoratis. Benè id quidem. Etſi Angeli videant faciem Patris, qui in cœlis eſt, atque hominum, quos cuſtodiunt, orationes in cœlum deferant, eaſque veluti odoratum thus ante Domini altare incendant. Apocal. 8. infinito tamen interuallo ab ea diſtant, quæ ſola dicere poteſt, & ſolet: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia.* Cant. 2. Vnus amor, (inquit Virgo benedicta) filium, & matrem habet coniunctos: nulla illi creatura æquè in amore, atque mater eſt: nihil aut eſſe, aut fingi poteſt mihi tam dilectum, tamque dulce, ac filius eſt, vnicus ille matri filius ſine patre homine: verus, ac ſolus vteri mei fructus: quidni *dilectus ſupra omnia ſit, qui ſpecioſus formâ ſuper filios hominum.* Pſal. 44. Matrſque ſuæ vri filius, ſic & Pater, & Deus eſt? & ego dilecta illi, vt mater filio, ſola ego illi ſum parens; patrem videlicet non habet in terris: totam, quam ſuæ diuinitati vniuit de meis viſceribus, carnem aſſumpſit. Totus filij amor in me vna parente quieſcit. Quid igitur à meo filio non impetrabo? Accedite, precamini, confidite, ſperate. *Dilectus meus inter vbera mea commorabitur.* Cant. 1. Aſſumam in brachia filium mater, affigam vberibus, infantem lactabo. Quid ergo timeatis etſi peccatores? non eſt, quòd magnitudo, & multitudo ſcelerum ſpem amoueat, fiduciam depellat, mœſtos faciat, ac deſperantes, quibus matris vbera filium lactantia totam ſpem & miram conſolationem adducunt. An non idem qui inter vbera commoratur, paſcitur etiam inter lilia, & quæ lilia niſi vbera; quid verò lilium, niſi percelebratum ſymbolum ſpei? Vbi ergo vbera matris, ibi tota hominum ſpes; vbi non vna tantùm vni peccatori ſpes, vnúmque lilium; ſed omnibus planè liliorum, & ſpei prata efflorеſcũt. Nec fiet vnquam, vt præſentata filio vbera, quæ ſuxit matris ſuæ, non impetrent, quod pro ipſis poſtulatur. At ne vos deterreat ipſa ſcelerum nigritudo; *paſcitur inter lilia dilectus*; nimirum oues, quas ex petulcis, iam compreſſa laſciuia, deterſóque fœtore, capris per pœnitentiam effecerat: tam putis, tam ſuaueolentibus in paſcuis recreat, paſcítque, vt eas deinde ſuauiſſimè redolentes, vernantíque gratia nitidas reddat, vt pote quas inter lilia paſcit.

B. Maria aurora. Cant. 6. Rupert.

B. Maria pluſquàm Angeli inuocanda.

Potiſſima B. Mariæ interceſſio.

Apoc. 8.

Cant. 2.

B. Mariæ amor erga homines.

Pſal. 44.

Cant. 1.

B. Maria peccatores inuitat.

Plurima ſpes, & fiducia in B. Maria.

Vbera matris impetrant à filio.

Oues à Chriſto de capris effectæ.

SECTIO X.

Non dimittam te.

5. *NOn dimittam te.*] Deſiſtere à lucta, ſeſéque à brachiis Iacob expedire contendit Angelus luctator; at Iacob non fert, non patitur illum abire; ſenſerat quippe inter luctandum eſſe quid maius homine, etſi humanâ indutum figurâ, diuinum ſcilicet, cum quo luctabatur, non ex eo tantùm quòd neruus femoris ab illo tactus obſtupuerit, ſed (quod potiùs eſt) ex eo, quòd ipſius animus in lucta, miro quodam modo fuerit affectus, inſolitâ nimirum, ac ſupra humanam dulcedine voluptatis delibutus; deinde (vt credere par eſt) ex interiore quodam inſtinctu diuinitus indito, atque illuſtratione mentis; ex quibus proculdubiò Angelum Dei eſſe cognouit; Meritò igitur ab Angelo diſcedere grauiſſimum homini eſt; maximè verò cùm iſte periculum aliquod pertimeſcit. Sunt enim Angeli hominum cuſtodes, & pædagogi, quibus à Deo conditore demandatum eſt, vt tollant de regno eius ſcandala, ne fortè incauti homines, qui ſub illorum tutela ſunt, in aliquod, dum ad cœlum incedunt, impingant, & prolabantur. Neque tantummodo hominem rector viæ deducit Angelus, quod & per ſe magnum eſt: ſed (quod omnem ſpem, & cogitationem humanâ excedit) in

Angeli hominum cuſtodes & curatores.

in manibus portet hominem, ne fortè iſte *offendas ad lapidem pedem ſuum*. Pſal. 90. O admirabilem Dei erga homines benignitatem! Iſtane verò, vt omnipotens Angelum, & curatorem, imò & miniſtrum homunculi efficiat! *Sunt enim omnes adminiſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis*. ad Hebr. 1. Totus quidem ordo actionum in Angelis ergà homines vocatur à Paulo miſſio; etſi autem nullus eſt, nec etiam reproborum, qui careat Angelo cuſtode, quia tamen finis huiuſmodi Angelicæ miſſionis eſt ipſa ſempiterna hominis ſalus, idcircò præcipuè inſtituta dicitur à Deo mittente Angelos propter prædeſtinatos, qui tandem in effectu ſortiuntur iſtius Angelicæ miſſionis fructum, adiutique ab Angelis capiunt B hæreditatem ſalutis; hæreditatem vocat ipſum regnum cœlorum, quod illi ſoli conſequuntur, qui ſunt filij Dei, cohæredes Chriſti, & diuinæ per gratiam ſanctificantem naturæ conſortes. Capiunt iſti hæreditatem: *quo in verbo ſignificat Apoſtolus* (vt D.Thom.inſinuat) *ſtudium, curam, & ſolicitudinem eorum, qui pro virtutibus acquirendis, & animæ ſalute inſtanter, & efficaciter laborant. Regnum quippe cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*. Matth. 11. Luctandum ſcilicet homini eſt cum vitiis, & concupiſcentiis, obluctandum ipſiſmet ſpiritibus inferorum, quo in agone, nos boni Angeli iuuant, excitant, armant, tuentur, victoribus applaudunt, miniſtros ſe vltrò exhibent; quod iam in Chriſto Domino poſt victoriam de C tribus tentationibus reportatam demonſtrarunt. *Cùm* (vti ſcribit Matth. 4.) *acceſſerunt Angeli, & miniſtrabant ei*. Nimirum (ait S.Hilar.) *poſt diaboli fugam Angeli Chriſto miniſtrant; oſtendentes à nobis victo, calcatoque diaboli capite, & Angelorum miniſteria, & virtutum in nos cœleſtium officia non defutura*. canon.3. in Matth.

Pſal 90.
ad Hebr. 1.
Angelorum cuſtodia propter ſalutē æternam.
D Thom.
Beatitudo cur hæreditas vocetur.
Matth. 11.
Laborādum pro beatitudine.
Matth. 4.
D.Hilar.
Celebrant Angeli victorias hominum de vitiis.

2. Meritò reſpondet Angelo Iacob: *Non dimittam te*. Separari quidem ab eo, qui meus cuſtos, defenſor, ac nutritius eſt, nullo modo patitur animus. Idem hodie maiore cum ratione quiſque dicet ſuum Angelum cuſtodem allocutus. Nam cùm poſt incarnationem diuini Verbi; cùm Deum hominem in terris conuerſari cum hominibus, pro illis flagellari, crucifigi, moD rique viderunt Angeli, non modò illi benigniùs, & familiariùs homines iam ipſos reſpiciunt, ſed etiam cum iiſdem verſari, iiſdémque inſeruire gaudent, magnóque in honore ducunt, ſi hominibus Angeli propter Deum hominem famulentur. Et qui creati in ſummo cœlorum empyreo, expertes omnis corporeæ miſeriæ, terrenæ contagionis, & labis vitiorum quibus miſeri ſcatemus homines; & qui ſempiterno æuo in cœlis cum Deo perfruuntur; nihilominùs hominum vſque adeò amantes ſunt, vt continuo deſcenſu, aſcenſúque, hominem ſuum quiſque inuiſentes, atque Deo pro iiſdem ſupplicantes noſtra poſtulata, velut internuncij, ac famuli referre mirum E in modum geſtiant, quo in argumento egregiè præter alia ſcripſit S. Hilarius, quòd hîc adſcribo: *Angeli puſillorum præſunt fidelium orationibus, ſaluatorumque per Chriſtum orationes Angeli quotidie Deo offerunt. Ergò periculosè illi contemnuntur, quorum deſideria, & poſtulationes ad Deum ambitioſo Angelorum famulatu, ac miniſterio peruehuntur*. can. 18. in Matth. Hinc admirari, & venerari oportet, immenſam Dei erga homines miſericordiam, qui Angelos ſuos illis non modò aduocatos ad interpellandum, ſed etiam velut internuncios, & A miniſtros orationum deſtinauit: deinde mira eſt ipſius orationis dignitas, quam Angeli de humano corde, oréque dimiſſam magna cum reuerentia excipiunt, exceptamque, velut de tam præclaro quemlibet honorem ſuperante miniſterio triumphantes in cœlum deferunt, Deóque ſicuti munus gratiſſimum offerunt. Ambitioſum etiam ſubtiliter dicit Angelorum famulatum; quaſi ſpecioſum aliquem honorem, & in ipſo Angelico ordine dignitatem egregiam indicent præeſſe, adeſſéque inter orandum hominibus, eorúmque Deo in cœlum orationes referre. Denique ex iſta caritate Angelorum erga homines comprimitur eorum temeritas, qui nihil penſi habent pauperculis, & abiectis in hoc mundo inferre inB iurias, pro quibus noſſe debeant defenſores Dei Angelos excubare: bellum quippe indicit Angelo, qui hominem illius traditum cuſtodiæ, malè afficit, & perſequitur.

Angeli poſt incarnationem amant & reuerentur homines.
Gaudēt Angeli ſeruire hominibus.
D.Hilar.
Deo Angeli noſtras deferunt orationes.
Mira dignitas orationum.
Honor eſt Angelis famulari orātibus.

3. Illud etiam colligi non obſcurè poteſt ex ſacris literis, Angelos multò poſt Chriſti Domini aduentum, quam ante illum hominibus benigniores, & humaniores ſe præſtare. Enimverò Angelus fuit, qui Adam & Euam noſtri generis parentes ob peccatum è paradiſo terreſtri expulit; Angelus ſine dubio, vbi ſunt in exilium compulſi, ne fortè in paradiſum voluptatis ſeſe vnquam colligerent, *flammantem gladium* euibrans, eodem aditum impediuit. Geneſ.3. Angelus Sodomitas cæcitate percuſſit, auocatiſque de cœlo C ignibus totam illorum regionem cum habitatoribus ſimul conſumptam redegit in cineres. Geneſ. 19. Angelus hoc loco luctando cum Iacob, percuſſo femoris neruo claudum reddidit hominem. En quales tunc erant Angelorum fauores erga homines? Vadenti cum vxore, ac filio infantulo in Ægyptum Moyſi *occurrit Angelus, & volebat occidere eum*. Exod. 4. Angelus erat exterminator, qui vniuerſam Ægyptum *interfectis vnâ nocte cunctis Ægyptiorum primogenitis* in luctu, & ſqualore poſuit. Exod. 12. Ingreſſo terram promiſſionis Ioſue apparuit Angelus *euaginatum habens gladium*. Ioſue cap.5. Manue, vxorem, matrémque Sanſonis Angelus vultu nimiùm terribili alloquutus eſt. Iudic. 13. Angelus erat ille, D qui miniſter diuinæ iuſtitiæ ſeptuaginta millia virorum peſtilentiâ percuſſos in Hieruſalem vno die proſtrauit; *cúmque adhuc extenderet manum, vt diſperderet Hieruſalem*, placato Domino ad preces Regis Dauid iuſſus eſt *continere manum*, & à flagellando amplius cohibere. 2. Reg. 24. Angelus erat, qui vt obſeſſam ab Aſſyriis Hieruſalem liberaret, nocte vnâ percuſſit in caſtris Aſſyriorum, centum octoginta quinque millia. 4. Reg. 19. Quid plura de illo terrore antiquis ætatibus Angelorum, quos timere potiùs, quàm amare homines tunc ſolebant? Satis, ſuperque oſtenditur in promulgatione legis Moſaicæ, quæ facta fuit in monte Sinai: Nam in deſcendente *Angelo mediatore* (ſic Apoſtolus vocat ad Galat. 3.) vt MoyE ſi, & Hebræis, qui aderant, legem illam à Deo indictam publiciùs explicaret, cœpta ſunt in primis audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clangórque buccinæ vehementiùs perſtrepere, totus autem mons Sinai fumare; eo quòd *deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus de fornace; eratque omnis mons terribilis*. Exod. 19. Et quidem ita exigebat ætas illa, & duriora Hebræorum corda terroribus erant perfringenda, vel certè comprimenda; quod Theod. ſic aduertit. *Propterea tubarū voces, ſonitus tonitruum*,

Angelorum terror ante Chriſti aduentum.
Geneſ. 3.
Geneſ. 19.
Exod. 4.
Exod. 12.
Ioſue 5.
Iudic. 13.
2. Reg. 24.
4. Reg. 19.
ad Galat. 3.
Lex Moyſi data cum terroribus.
Exod. 19.
Theodor.

Dura corda Hebræorum.

tonitrua, caligo, & fulgura, & ignes in vertice montis, & ſumus infinitus emittebantur, vt per hæc omnia corda illorum lapidea emolliret. q. 36. in Exod. Deinde cùm Hebræi ſibi confiderent, & quaſi gloriarentur, quòd iram terrorémve Dei ſui, quem in Ægyptios deſæuientem viderant, haudquaquam mererentur, iccircò accepturi à Deo legem, horribilia illa ſpectarunt: Sed audi hoc ipſum ex ipſomet Theodoreto, qui adiungit: *Et quia plagas quidem Ægyptiis illatas conſpexerunt, ipſi verò caſtigationis periculum nullum fecerant, ideo per hæc terret illos vt pueros; vt non ſolùm enim diligant propter immenſa eius beneficia, ſed etiam illum timeant ne ſupplicus afficiantur.* Appoſitè pueros vocat Hebræos, quo nomine ſic illos, & vniuerſos mortales appellat Apoſtolus, ante Chriſti aduentum,

Theod.
Timore Dei homines inſtruit.

B *Nos* (inquit) *cum eſſemus paruuli ſub elementis mundi huius eramus ſeruientes.* ad Galat. 4. Legem Dei, & eloquia Prophetarum intelligit cum aliis S. Hieron. *quòd per hæc quaſi initia, & exordia literarum Dei timorem, qui ſapientia principium eſt, ſuſcipiamus.*

Homines veti pueri.
ad Galat. 4.
D. Hier.

4. Sic terribiles apparebant priſcis ætatibus Angeli, omnia tunc frigus erant, necdum caritatis ardor in mortalium cordibus accenſus timorem foràs expulerat; regnabat ſiquidè mors, donec veniret deſideratus gentibus, qui tamen de cœlo deſcendens *ignem venit mittere in terram.* Luc. 12. ſcilicet, ignem illum Spiritus ſancti, quo (vt interpretatur S. Cyrillus) *habitatores terra frigidi, & quodammodo extincti propter peccatum incaleſcunt ad pietatis vitam.* in Catena.

Amorē Dei in terras ſecum detulit.
Luc. 12.
D. Cyril.

C Nunc verò poſt aduentum Domini, vbi lex amoris, & gratiæ mortalium animis inſedit, non terrori ſunt hominibus Angeli, ſed amori; amant homines Angeli, familiariter tractant; peramicè, ſtudioſéque, velut paranymphi ornant, parantque hominum animas Chriſto ſponſo per fidem, gratiámque, ac beatitudinem copulandas. Sic enim ſponſam ipſam Dei Eccleſiam alloquuntur: *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* Cant. 1. Ornamenta, ſcilicet, ex auro, & argento comparant, quibus animæ adornatæ Deo præſententur. *Hic enim omnis apparatus* (explicat Pſellus) *mirabilem ſponſa, & Virginis ex argento in aurum mutationem ab amicis Verbi, & ſponſi accuratè conquiſitam, id eſt, decorem, & gratiam ſponſa ab Angelis Dei adhibitam ſignificat. Hic enim Domini amicorum eſt mos, vt cùm animam aliquam Virginem ad Chriſtum ſtudiosè feſtinantem nacti ſunt; vndique tanquam custodes illam circundent, atque adiuuent, quo ad illam Domino aptam, gratámque reddant.* apud Theod.

Angelorum amor erga homines.
Cant. 1.
Pſellus.
Angeli animarum paranymphi.

D En qui olim homines territabant Angeli, nunc iiſdem inſeruiunt, adblandiuntur, eorum animas comunt, colorant, ornant, vt pulchræ, grat æque velut ſponſæ Chriſto Regi Reginæ in gratiam, & caritatem copulentur; magnus quidem Angelorum erga homines amor: ſed tamen illi ipſi non magnum vocant, imò ne verum quidem ad comparationem Chriſti erga

E homines amoris. Non enim dicunt aureum, argenteúmque ſuum, quod parant, ornamentum, ſed tantummodo *ſimilitudines auri, & argenti*; vti legunt LXX. & communis eſt Patribus verſio. *Similitudines auri faciemus tibi cum diſtinctionibus argenti.* Et quidem in ſenſu quem præmiſimus, ita Græci Patres apud Theodor. interpretantur: *Non aurum, ſed ſimilitudines auri dicunt; maiora namque ſunt ſponſi dona, quàm miniſtrorum, qua parem non obtinent gloriam.* Quod de donis ſponſi explicant, de caritate potiùs intelligere poſſu-

Chriſti amor ſupra amorē Angelorum erga homines.
Græci Patres.

A mus; ab illa ſiquidem tanquam à ſuo principio dona, & beneficia oriuntur. Quod ſatis euidenter illis Domini verbis comprobatur: *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium ſuum vnigenitum daret,* Ioan. 3. dilexit, dedítque; dandi enim fons & origo eſt dilectio. Nec (vt habet parœmia) dat qui habet, ſed qui amat.

Amor dandi origo.
Ioan. 3.

5. Quia verò amoris ſymbolum ſatis celebre habetur aurum, meritò Angeli ſuum ergà homines amorem non verum, ſed adumbratum dicunt, & quandam ſimilitudinem veri amoris, quem in Chriſto verſus humanum genus admirantur, & venerantur. Enimverò (vt Dominus ipſe conteſtatur) *maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Ioan.

Amoris ſymbolum aurum.
Ioan. 15.

B 15. atque icircò adiungunt Angeli: *Dum eſſet Rex in accubitu ſuo.* Cant. 1. Sic enim Græci cum præcedentibus hæc verba ſimul cohærere intelligunt. Itaque ſuum erga homines amorem Angeli vmbratilem, penéque ficititium iudicant ad comparationem illius, quem Chriſtus Dominus verum, immenſúmque demonſtrauit, *dum eſſet Rex in accubitu ſuo*; videlicet, dum in Cruce Rex appellatus Iudæorum moriens admirabile ſuæ caritatis argumentum pariter, & monumentum edidit. *Accubitum* (quippe Theodor. explicat) *mortem eius appellant. Accumbens dormiuit vt leo.* Geneſ. 49. Itaque caritas Domini Crucifixi IESV, atque pro hominibus mortui ſummam in admirationem, ſtuporémque etiam ardentiores

Cant. 1.
Immenſus Chriſti in cruce amor.
Theodor.
Geneſ. 49.

C in amando Angelos rapuit. *Seraphim quippe* (vti obſeruat S. Hieron. ad 6. Iſai.) *incendentes, ſeu comburentes interpretantur. Ergo de illis ſcribit Propheta Iſaias in illa ſua viſione admirabili. Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum. Seraphim ſtabant ſuper illud, ſex ala vni, & ſex ala alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* Iſai. 6. Alia verſio habet: *operiebant facies ſuas, & pedes ſuos.* Et quidem faciem velantes reuerentiam tantæ maieſtatis oſtendunt, coniunctam tamen ſummo videndi, & cognoſcendi deſiderio, quod volitatio illa ſupra Dominum deſignabat: verecundia quæ cognata eſt reuerentiæ, in velatis pedibus intelligitur. Illud prætereà obſeruandum eſt, quod

D. Hier.
Iſai. 6.
Angeli mirantur & venerantur Chriſti amorem.

D cùm ignitì eſſent, & præ amore velut combuſti, (vt ipſo nomine Seraphim præ ſe ferunt) adhuc tamen tam verecundè, ac reuerenter ſe gerant, ſcilicet ad amorem Chriſti Domini pendentis in Cruce, ipſimet de ſuo amore, veluti vmbra tantùm illius, confuſi, & verecundi; atque adeò velatis vultibus, & pedibus ſubmiſſo animo, & profunda reuerentia Chriſti amorem venerantes. Quid ſi etiam facies veletur, ne propter emicantem ex amore Domini ſplendorem, quem irretortis oculis nulla poſſit creatura ſuſtinere, ardor ipſe Angelorum hebetetur, & offundatur; ac demum tanquam frigus, gelúque eſſe videatur?

Angelorum amor vmbra geluque ad amorē Chriſti.

E 6. Quòd autem thronus iſte, in quo Dei maieſtas, & gloria Prophetæ viſa eſt, Crucem Dominicam ſignificet, non incredibile videri debet, cùm eam hoc nomine frequenter ſancti Patres appellent. Profectò etſi impiorum, & ſtultorum oculis ignominia, non gloria in Cruce ineſſe iudicetur: at qui acutiùs vident, qui prudentiùs iudicant, qui quæ Dei ſunt ſapiunt, nihil excellentius, nihil ſublimius, nihil potentius, quàm ipſammet abiectionem, & ignominiam Crucis Dominicæ inueniunt. Et quidem gloriam Crucis ipſe Paulus gentium prædicator miris vbique

Crux Domini thronus.

præconiis

Tertull. *Chriſtus à cruce regnator.*

præconiis extollit. *Age nunc* (ait Tertull. de hoc ipſo argumento diſſerens) *ſi legiſti penes Dauid: Dominus regnauit à ligno, expecto quid intelligas? Chriſtum vtique, qui exinde a paſſione ligni ſuperatâ morte regnauit.* Deinde Iſaiæ teſtimonio, eandem Crucis gloriam oſtendit comprobatam: *Puer datus eſt nobis, &c. Cuius imperium ſuper humerum eius.* Iſai.9. *Quis omninò Regum inſigne poteſtatis ſuæ humero præfert, & non aut capite diadema, aut manu ſceptrum? Sed ſolus nouus Rex nouorum æuorum Chriſtus IESVS nouæ gloriæ, & poteſtatem, & ſublimitatem ſuam humero extulit, Crucem ſcilicet, vt exinde Dominus regnaret à ligno.* lib. 3. contra Marcio. cap.12.

Iſai.9.

Crucis encomia.

Quid igitur magis glorioſum, quàm ipſa Domini Crux? Cur non regni ſolium, thronum, maieſtatis ſedem, imperij, poteſtatis inſigne Domini Crucem eſſe dixerim? Cur denique Iſaiæ viſionem de Cruce factam fuiſſe quis dubitabit? Certè Dominus ipſe ſuam in Cruce mortem ſignificans dicebat: Oportet exaltari filium hominis. *Ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipſum: hoc autem dicebat, ſignificans qua morte eſſet moriturus.* Ioan.2. *Nam exaltationem ſuam* (occurrit S. Auguſt.) *quid aliud dixit, quàm in Cruce paſſionem.* Præterea idem Dominus paulò antè præmiſerat: *Venit hora, vt clarificetur Filius hominis.* Et mox: *Pater clarifica nomen tuum. Venit ergò vox de cælo: Et clarificaui, & iterum clarificabo.* Ioan.12. Proculdubio, vt videre eſt ex ipſo contextu, agebat Dominus de paſſione Crucis. *Pater* (inquit S. Auguſt.) *clarifica tuum nomen, ſcilicet, in ſua paſſione. Vt Pater clarificet Filium, qui clarificat ſuum nomen etiam in ſimilibus paſſionibus ſeruorum ſuorum.* tract.52. in Ioan.

Ioan.2. D.Aug. *Gloria Dei per crucem.*

Ioan.12.

D.Aug.

7. Conſequenter autem adiungit paulò inferiùs idem Euangeliſta, referens verba Iſaiæ de cæcitate Iudæorum in ſignis, & in morte Chriſti Domini. *Hæc dixit Iſaias: Quando vidit gloriam eius, & locutus eſt de eo,* &c. Clarificatus enim fuit Dominus in ſua paſſione, cùm ſublatus in Crucem admiranda edidit ſigna, totius orbis machinam concutiens, valide clamando expirans, Centurionem, & alios eiuſdem impietatis ſatellites ad pœnitentiam diuinâ quadam vi compellens, & teſtimonium ſuæ diuinitatis extorquens à cordibus, & linguis eorumdem clamantium; *Verè Filius Dei erat iſte.* Matth. 27. *Et omnis turba eorum, qui ſimul aderant, percutientes pectora ſua reuertebantur.* Luc.23. Magnitudo quidem miraculi in eo maximè cernitur, *quòd* (vti expendit D.Hier.) *Centurio ante Crucem in ipſo ſcandalo paſſionis verè Dei Filium confiteatur.* in 27. Matth. Tanta Crucifixi virtus apparuit; ait optimè ad hunc locum S.Chryſ. Oſtendunt hæc omnia, & Crucis gloriam, & Chriſti Domini maximè in ipſa ignominia paſſionis potentiam, & regnum; ac denique immenſum ipſius amorem erga homines, pro quibus libenti animo acerbiſſimam paſſus eſt mortem. Ex quibus optimè colligimus quanto iam nunc ſit honori Angelis, quòd cuſtodiant, curéntque homines, illorúmque familiaritati vltrò ſe inſinuent, gaudeántque fieri adminiſtratorij ſpiritus in ſalutem hominum miſſi, pro quibus omnium Rex, & Dominus, opprobria, cruciatus, & mortem in Cruce ſuſtinuit. Sic planè, ſic Angeli ſe gerunt erga homines, vt ab vno Chriſto IESV, qui pro illis mortuus eſt, in amore vinci patiantur. *Non dimittam te,* dicat ſuo quiſque Angelo cuſtodi, ſcilicet à quo defendar, & protegar, è multiſque euadam periculis. Cur quæſo diuinæ Iuſtitiæ (prout mea

Ioan.2.

Miracula Chriſti in cruce.

Matth.27.

Luc.23.

D.Hier.

D.Chryſ.

Angelorum amor.

A continua, & grauia merentur flagitia) debitas hucuſque non luo pœnas? Cur peccantem in facie omnipotentis Dei, aut cœlum non vſſit fulmine, aut dehiſcens terra non abſorbuit; aut inferni furiis non ego traditus, non incendiis addictus actutùm fui? Quis iuſtam Dei vltionem impediuit? quis agricolæ ſecurim ad radices ficus infœcundæ poſitam inhibuit, ne adacto demum mucrone ſtipes euelleretur ad ignem ſempiternum? Quis ille cultor vineæ, qui iuſſus à Domino ſterilem ſuccidere ficulneam, ne fruſtrà terram occuparet, reſpondit; *Domine dimitte illam & hoc anno, vſque dum fodiam circa illam, & mittam ſtercora.* Luc. 13. Haud dubiè mihi perſuadeo ſanctum Angelum cuſtodem intelligi, qui

Angelus defendit ab ira Dei.

B Dominum placat iratum, qui pro illo, quem cuſtodit, homine intercedit, qui Dei vindictam remoratur, qui vitam peccatori ad pœnitentiam petit, & impetrat producendam, qui opem ſuam, & induſtriam in excolenda ficulnea ſedulò collocandam pollicetur.

Luc.13. *Angelus cuſtos pœnitentiam homini procurat.*

8. *Fodiam* (inquit) *circa illam, & mittam ſtercora.* S. Auguſt. de verbo Domini ad hunc locum intelligit veram ſcelerum pœnitentiam in qua totum eſt peccatoribus remedium. *Foſſa* (inquit) *eſt humilis terra, ſtercus autem in bonum intellige, ſordes ſunt, quæ fructum dant, ſordes cultoris, dolor eſt peccatoris; qui autem agunt pœnitentiam in ſordibus agunt, & veraciter agant.* Ac benè quidem vocantur ſtercora, quæ committimus flagitia: quorum

D.Aug.

Humilitas dolórque pœnitentis.

C tamen acerba recordatio ad pœnitentiam ſtimulat, humilem, & abiecta, vilique ſui, cognitione verecundam reddit animam; ex quo ad diuinam gratiam, virtutúmque incrementa pulchri, & vberes ſolent fructus enaſci, ac decerpi; ſic enim colligit D.Gregor. ad hunc eundem locum: *Peccata carnis ſtercora vocantur: ex ſtercore igitur ad fructum reuiniſcit arbor, quia de conſideratione peccati ad bona ſe opera reſuſcitat anima.* in homil. Euang. Fit autem hæc animæ peccatrici ad humilitatem, & pœnitentiam cultura, in primis ex beneficio Dei clementiſſimi, qui non vult mortem peccatoris, ſed vt magis conuertatur, & viuat; Deinde ex officio Angeli cuſtodis vtilitati, & ſaluti hominis diligentiſſimè inuigilantis. O quantum

Prodeſt cõſideratio peccati.

D.Gregor.

Beneficia cuſtodis Angeli.

D homines noſtris debemus Angelis cuſtodibus? nos illi ab ortu ipſo ad obitum vſque perpetuò comitantur. Quis Angelo fidelior, certiórque amicus? Nunquam Angelus ſuum clientem deſerit, ſit licèt homo mendicus, vlceribus purulentus, vomicarum fœditate abominandus, ſanie totus diffluat, in xenodochio etiam turpi elephantia, & infami quauis putredine, ſemimortuus iaceat, vel in platea Lazarus, vel Iob in ſterquilinio; nec iſte, nec ille fœtet ſuo Angelo; adeſt hic illi inſeparabilis comes. Luctantem cum vitiis hominem iuuat Angelus, armat, animátque; obluctanti aduerſus diabolum præſtò fert opem; vincenti demum gratulatur, Deóque in primis adſcriptam victoriam cum cœlitibus ce-

Angelus homini indiuiduus cuſtos.

E lebrat in triumpho.

9. Iniurias homini ab aliquo alio illatas Angelus in cœlum defert, Deóque præſentat, Dei opem inclamat, vindictam expoſcit, vt quem habet in tutela, vindicet ab iniuria, nocentémque debitis puniat ſuppliciis; quapropter monet ipſe Dominus: *Videte ne contemnatis vnum ex his puſillis: Angeli enim eorum ſemper vident faciem patris mei, qui in cælis eſt.* Matth.18. Vbi adnotabis obiter quanto ſint apud Deum in pretio, quos paruulos, & abiectos, & ferè nihili mundus pen-

Angelus hominis iniurias vindicat.

Matth.18.

 ſitat,

ſitat, cùm vnuſquiſque illorum ſuum Angelum habeat cuſtodem, & aduocatum. Enimverò, (vt

D.Chryſ.

benè animaduertit S. Chryſoſtom.) *hac ratione venerabiles eos facit, dicens, quia Angeli eorum, &c. quare deſignatur eorum ſumma fiducia, & honor præcipuus.* homil.60.in Matth. Licet autem abſolutè quiſque mortalium ſuum habeat Angelum cuſtodem ac tutorem: maximè tamen intelligitur hic locus de puſillis, hoc eſt, humilibus, iuſtiſque hominibus, quorum Angeli maiori cum fiducia, Deum pro illis deprecantur, certiúſque exorant:

Theoph. *Angeli cuſtodes humilium alacres.*

quod Theophylact. ad hunc modum ſubnotauit: *Puſillorum, & humilium in Chriſto, qui parui putantur, magni autem ſunt apud Deum, Angeli vſque adeò familiares ſunt Deo, vt faciem eius ſemper videant, coram ipſo ſtantes.* Negari haudquaquam poteſt,

B

etiam peccatorum cuſtodes Angelos videre faciem Dei; ſunt enim omninò beati; ſed per hoc inſinuatur maior quædam fiducia, qua Angeli iuſtorum accedunt ad Deum, maiórque alacritaa pro iiſdem intercedendi, quàm habeant impiorum cuſtodes, quos illorum improbitas, & indignitas pudore afficit, & ab interpellando aliquantulùm remoratur. *Apparet autem* (adiungit ille) *ex hoc quòd licèt omnes habeamus Angelos, peccatorum tamen Angeli, quaſi propter nos confuſi, minus confidentes ſunt, neque ipſi poſſunt tam liberè videre faciem Dei, & precari forſitan pro nobis.* Vt enim iuſta cauſa fiduciam præſtat accedendi ad iudicem; ſic iniuſta illam adimit. In omni aduerſitate cuſtos Angelus præſtò eſt homini, mœren-

C

tem ſolatur, dolentem recreat, afflictum erigit, trepidantem corroborat, lugenti lætiora ingerit,

Multa homini ab Angelo beneficia.

Gen.22.

nunciátque: Sic Angelus Abrahæ manum, & machæram cohibens patrem à parricidio, filium à morte, vtrumque à ſummis doloribus eripuit. Geneſ.22. Angelus Tobiam à cœcitate, filium ab itineris, ac dæmonum periculis liberauit; vtrique parenti filium ſuperſtitem, diuitem, vxoratum reſtituit; Angelus Agaræ, Dauidi, Abacbub, Danieli, paſtoribus, imò generi vniuerſo mortalium gaudia feſtiuiſſima nunciauit. Quid plura?

Pſal.33.

Angelus Domini in circuitu timentium eum. Pſal.33.

D.Hier. *Timentes Deum defenduntur ab Angelis.*

Benè S.Hieron. ibidem. *Vallantur* (inquit) *præſidio Angelico, qui de cordis puritate timuerint Deum.* Sic ille. O vallum munitiſſimum; ô propugna-

D

colum inexpugnabile Angelicæ virtutis, ac præſentiæ! ô hominis purè timentis Deum, cum pari ſecuritate inſignem felicitatem? Securum reddit hominem cuſtodis Angeli præſidium; felicem

Morienti adſiſtit Angelus.

facit officioſa pietas Angeli, quam homini moribundo exhibet, & mortuo (cùm iuſtus eſt) animam, aut in cœlum, aut certè in purgatorium deducens lætus, ouánſque præſtat: quod quidem licet conijcere ex eo, quod legimus in Euangelio: *Factum eſt autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ.* Luc.16. Cùm

Luc.16.

tamen è contrario diuitis, qui Lazaro ſtipem negauerat, anima ſepeliretur in inferno. Pulchrè S.

D.Petr. Chryſol. *Diuitis & Lazari diſpares exitus.*

Petr. Chryſolog. hoc tantum rerum diſcrimen expendens proclamat: *En fratres, quàm rerum la-*

E

mentanda mutatio! mors pauperis totam vitam diuitis vicit: & elatio ſola pauperis totam diuitis pompam tranſcendit, & gloriam; Meritò ei Angelica officia, meritò diuina deputantur obſequia, cui tam crudeliter negata ſunt ipſa humanitatis extrema. Funus diuitis antecedit lugubris turba ſeruorum; feretrum pauperis præcedit Angelorum pſallentium multitudo. ſerm. 121. Vide quantum homines cuſtodibus Angelis debeamus; quantóque felicior ſit pauper iuſtus, quàm diues impius, vt ille porrectur in cœ-

A

lum Angelorum triumphantium manibus; hic vnà cum dæmonibus in ſempiternos gehennæ cruciatus flammáſque detrudatur. Profectò di-

Infelix diuitis exitus.

uites huius ſæculi meliùs, & ſecuriùs ſibi in æternitatem conſulerent: ſi (quod benè obſeruat S.

P.Chryſ.

Petrus Chryſolog.) ſecum maturè, ſerioque expenderent, *inhumani diuitis, & Lazari pauperis ſtupendas vices, pauendas ſucceſſiones, conditiones admodum lamentandas.* ſerm.66.

10. Porrò autem ſtatus, & habitus animi Iacob hic erat. Confidebat quidem homo poſt longam rerum experientiam diuino ſemper munitus auxilio, quòd ſimili felicitate de tam periculoſo congreſſu cum fratre Eſau tandem euaderet; cui deinde aſſiſtentia Angelorum, quos in

B

caſtris, paulo ante atque olim etiam in ſcala curſitantes viderat, multum conferebat. Erat nihilominùs timor de aduentu fratris tam vehemens in Iacob, vt multò magis etiam in tantis cœli præſidiis terreni hominis iracundiam timeret,

Nimius in Iacob timor humanus.

quàm de illis fiduciam, animóſque aſſumeret; quare Angelus in pœnam diffidentiæ, immoderatique, & iniuſti metus finxit ſe abire, atque ab homine modicæ fidei, quem ſanare non potuiſſet, diſcedere: diſceſſurum tenet Iacob, inſtátque ardentiùs orando, & plorando, vt habetur Oſeæ

Oſe.13.

13. Et hæc eſt lucta ſpiritualis; illa verò corporalis, cùm abire volentem Angelum Iacob manibus apprehendit, ac detinet, nec dimiſſurum à ſe dicit, niſi Angelus benedictionem priùs impen-

C

dat. Sed quænam iſthæc benedictio ſequenti ſectione dicemus. Neque verò alienum eſt, quòd Angelum, cum quo luctatur, dimittere haudquaquam velit Iacob: Etenim (vt in Gloſſa inter-

Gloſſ. *Inſatiabilis contemplatio Dei.*

lin. adnotatur) *anima, quæ internam dulcedinem deguſtat, in ea ſemper morari deſiderat.* Quî ergò complexibus Deum (Angelus Dei gerebat vices) adſtringens homo, (quod quidem abſque incredibili quadam, ſimúlque ineffabili mentis voluptate fieri non poterat,) Deum remittere, Deique renuntiare dulcedinem, aut vellet, aut poſſet? Sic planè vel tantiſper abeuntem ſponſum amans illa ſponſa clamando reuocabat. *Reuertere dilecte mi.* Cant.2. Anima quidem reuocat lacry-

Cant.2.

mis, & precibus Deum quo pacto ante fruebatur,

D

& qui ſubinde diſceſſerat. Videlicet (vt S.Bern.

D.Bern.

animaduertit) *anima cùm ſentit gratiam, agnoſcit præſentiam, cùm non, abſentiam queritur, & rurſum præſentiam quærit.* Hæc ille ſerm.74.in Cant. Sunt viri ſancti diuinis contemplationibus ſtudioſam operam nauantes, *& caritatis* (vti vocat idem Ber-

Amatorium negotium in ſanctis.

nard.) *cultores, amatoriique negotij prorſus indefeſſi ſectatores, quos iam inquietus vrget amor; ſicut ille dicebat: Exquiſiuit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.* Pſal. 26. Optimè S. Bernard. *Quid ni*

Pſal.26. D.Bern.

(inquit) *requirat? neque enim ſubducto ſibi tam dulci ſponſo, interim aliquid aliud non dicam deſiderare, ſed nec cogitare libebit. Reuocatur igitur verbum deſiderio animæ cui ſemel indulſerit ſuauitatem ſui.* Eſt qui-

Sine voluptate non viuitur.

dem voluptas ſummum animæ illicium; nec ſine

E

voluptate viuere poteſt anima, ſiue illam à mundo, ſiue à Deo, ſiue à deliciis terræ, ſiue à delectationibus capter cœleſtibus. Quia verò ſapiens Propheta, non niſi diuinis, quæ vera ſunt, & pura, & diuturna, gaudiis delectatur, eáque ab ipſa Dei beneuolentia, & amore per faciem ſignifica-

Vera voluptas à facie Dei.

tis velut à fonte vbertim fluunt; iccircò indefeſſo Dei faciem ſtudio perquirit. Quid quæſo deſideras ô bone Rex, quid petis, quid requiris? faciem (inquit) Dei mei. *Quid* (occurrit S.Au-

D.Aug.

guſtin.) *ſi te Deus faciet in deliciis iſtis, & voluptate*

gaudiorum

gaudiorum terrenorum immortalem? Reſpondet amator: nolo, quicquid mihi præter illum eſt, dulce non eſt. Quicquid mihi vult dare Deus meus, auferat totum, & ſe mihi det.

Habenti Deum nihil deeſt.

11. Sed hunc diuinarum dulcedinum affectum pretium, ac deſiderium habere non poteſt, capere ſiue niſi ille; *quem* (notat S. Bernard.) *Deus inuiſere ſoleat, cui familiaritas auſum, cui guſtus famem, cui contemptus omnium otium dederit.* ſerm. indicato. Hoc enim maximo etiam interuallo, à terrena diſtat diuina dulcedo; quòd illa vbi percipitur faſtidium, hæc famem pariat. *Deo igitur abeunte* (ait idem Bernard.) *vna interim, & continua animæ vox, continuum deſiderium eius, tanquam vnum, continuúmque: reuertere, donec veniat.* Inſatiabilis enim eſt pietas animæ Deum amantis, cui iam conceſſum fuit videre, & guſtare quàm ſuauis eſt Dominus. Gaudet ille quidem ab anima deſiderari, clamoribus illius delectatur, vtque illam ad deſideria, & clamores vehementiùs excitet, abire ſe fingit, ſimulat diſceſſum, cùm nihil potius, ac dulcius habeat, quàm vt non dimittatur, etiam cùm dicit: Dimitte me, maximè illud à dilecta anima volens extorquere. Non dimittam te. Nam (vt benè, ac vere ſuſpicatur S. Bernard.) *fortè ideò ſubtraxit ſe, quo auidius reuocaretur, teneretur fortiùs. Nam & aliquando ſimulabat ſe longiùs ire, non quia hoc volebat, ſed volebat audire: Mane nobiſcum Domine.* Luc. 24. *Et cùm Apoſtoli laborarent in remigando, quaſi volens præterire eos, nec tunc quidem iſtud volebat; ſed magis probare fidem, & elicere precem.* ſerm. indicato. Vult quidem Dominus à nobis, & amari, & deſiderari, & orationibus excitari, & clamoribus ſolicitari; quod ſi vnquam voluit, nunc verò maxime, poſtquam homo factus apparuit. Hoc enim tempus obſeruans ſponſa dixit. *Dilectus meus mihi, & ego illi; Qui paſcitur inter lilia. Reuertere*, &c. Cant. 2. Eſt quidem ſermo de Deo homine, quin etiam infantulo, qui amorem potiùs conciliat, quàm timorem incutit; quo in ſenſu ita dulciter loquitur Virgo Deipara; (vti commentatur Abbas Rupertus) *Paſcitur inter lilia: quæ nam ſunt lilia, niſi amicus dilecti Ioſeph, & ego dulcis mater, cui dicit, ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Verè ambo lilia, videlicet, pro virginalibus nuptiis, & cohabitatione caſtiſſima. Inter huiuſmodi lilia paſcitur dilectus.* in Cant. Pulchre S. Bernard. liliis virtutes ſignificari arbitratur. *Sponſus* (inquit) *cùm ſit virtus in virtutibus complacet ſibi, & cùm ſit lilium, libenter inter lilia commoratur; & cùm ſit candor, delectatur candidis; Et fortaſsè hoc eſt, quod dicitur paſci inter lilia, candore, & odore virtutum delectari.* ſerm. 71.

D Bern. Faſtidio eſt humana voluptas.

S. Bern. Expers faſtidij voluptas diuina.

Importunus animæ clamor Deo gratiſſimus. S. Bern. *Deſiderat Deus deſiderari.* Luc. 24.

Marc. 6.

Cant. 2.

Rupert. *Inter Mariam & Ioſeph infans IESVS.*

D Bern. *Virtutibus delectatur Deus.*

12. Sed quarum quæſo virtutum candore, odoréque Dominus IESVS maximè delectatur, niſi earum, quæ in matre Virgine, & candidiſſimæ renident, & ſuauiſſimum efflant odorem? iis quippe inuitatus, ac tam fortiter, quàm ſuauiter à cœlo attractus in vterum virgineum, ad brachia, & vbera dulciſſimæ parentis deſcendit. Et quamuis etiam ante incarnationem amari dignus eſſet, vt qui amor ipſe, bonitáſque ipſa Deus ſit, quia verò homo factus bonitatē ſuam, amorémque ſuum potiſſimo omnium, quæ vnquam protulit teſtimonio declarauit mortalibus; iccircò à parente Virgine prehenſus manibus, paſtúſque vberibus dicitur præcipuè dilectus. *Magis enim* (inquit S. Bernard.) *exinde cœpit eſſe dilectus, ex quo & paſci; nec modò exinde, ſed inde. Nam qui in altiſſimis eſt Dominus, in imis eſt*

D Bern. Deus maximè poſt incarnationē diligens & dilectus.

A *dilectus, ſuper ſidera regnans, & inter lilia amans. Amabat ſuper ſydera, quia amor eſt, ſed donec paſcì inter lilia compertus eſt, nec amatus eſt, nec factus dilectus.* ſerm. 70. in Cant. Ac tenuit quidem ſecum multos per annos filium mater, ſed ille tandem redemptionis humanæ negotiū peracturus tranſiit ex hoc mundo ad Patrem, coactúſque ideò fuit à matre, quam vnicè amabat, diſcedere; Mater igitur certa de filij reſurrectione triduum illud mortis, & ſepulturæ pertranſiit deplorando, & inclamando: *Reuertere, ſimilis eſto dilecte mi, capreæ*, &c. Sic enim commentatur Rupert. *Cùm aſpirauerit dies, & inclinatæ fuerint vmbræ, reuertere, id eſt, diluculo reſurge, valde manè, orto iam ſole, plenâ luce reparationis noſtræ, inclinatis, atque deſtructis* B *vmbris mortalitatis noſtræ. Citò reuertere, noli moram facere, quia anima mea deſiderat te.* Verùm quia poſt tres dies reſurrecturum Dominum, & Propheta Oſeas 6. & Dominus ipſe prædixerat, vel ipſis quoque Iudæis de illo atteſtantibus, *poſt tres dies reſurgam*, Matth. 27. Cuius rei typum in Iona propoſuerat: *Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus.* Matth. 12. Matris amor & deſiderium pati non poterat immenſam illam (vt putabat) tridui longitudinem; quare tantum precibus, & lacrymis profecit, vt aliqua ſaltem ex parte triduum illud velut præcidere dignaretur, quo nimirum, & prophetiis nihil detraheret, & piiſſimis votis dolentis C indulgeret matris.

B. Maria filium reſurrecturū inclamat.

Cant. 2. Rupert.

Oſe. 6.

Matth. 27.

Matth. 12. *Abſentia Chriſti tēpus propter matrē præciditur.*

13. Sic igitur Rupertus matrem Virginem vlteriùs loquentem inducit: *Triduo quidem tempus breue eſt, ſed dilectæ, & columbæ tuæ deſideranti, & gementi vulneratâ mente non ſatis dilecte mi feſtinatum eſt. Abbreuia hoc ipſum triduum, & ſimilis eſto in reuertendo capreæ, aut hinnulo, id eſt, velociſſimus eſto ad peragendum curſum tuum.* Denique prophetiis de triduo illo Virgo ſapientiſſima filij ſui acceleratam reſurrectionem ita ſatisfacit. *In corde terræ, id eſt, in ſepulchro tuo, non totum expendas triduum. Sufficit ad complendam veritatem ſcripturarum, ſi partem exiguam primi diei, id eſt, tres horas nouiſſimas, & partem aliquam diei tertij, ſcilicet, ſex horas, quod eſt dimidium noctis cum die ſecundo, id* D *eſt, cum ſabbatho, iacens in ſepulchro tranſegeris: Nam tres integri dies horæ ſeptuaginta duæ ſunt; hoc eſſet nimis longum; ſufficiunt horæ triginta tres.* in 2. Cant. Porrò iuxta huiuſmodi expoſitionem non incongruè dicere poſſumus, lacrymis, & precibus Virginis matris deberi quòd toto illo integróque triduo Chriſtus Dominus in ſepulchro non iacuerit, ſed illius nonnullas præciderit horas, vt celeriùs dolorem matris oblatâ illius oculis ſui præſentiâ prorſus aboleret: Atque adeò philoſophari licet, miram ineſſe vim precibus Virginis, cùm fortaſſe Dei ſtatutum de triduo integro fuiſſet ſub conditione lacrymarum, & precum Virginis beatiſſimæ, quæ ſi fortè interuenirent, (vti contigit) foret nonnihil de integro, abſo- E lutóque triduo in gratiam matris detrahendum. Similia quidem arcana diuinæ ſcripturæ, ac ſacræ Theologiæ ſæpiùs leguntur, & nos in prioribus tomis aperuimus.

Rupert. Cant. 2. Rupert.

Quare non integro triduo Dominus fuit in ſepulchro?

Decreta Dei ſub conditione.

14. Non dimittam te, ait prudentiſſimè Iacob, quis enim magnum aliquod bonum, cuiuſmodi cœleſte, ac diuinum eſt, tādem adeptus, aut ſemel deguſtans dimittere vltrò velit, aut aliò abire patiatur: nec teneat potiùs, apprehendat firmiter, ne iterum elabatur? Prudens illa, vel ſi vnquam tunc vel maximè ſponſa extitit, cùm

longo

longo eſt cultu, ac labore, ſpoliata etiam, vulnerataque demum aliquando cariſſimum inueniens ſponſum aiebat: *Inueni quem diligit anima mea; tenui eum, nec dimittam.* Cant. 3. Enimverò verbum Hebræum אָחַז *ahac*, in fonte, deinde Græcum κρατέω, crateo apud LXX. non ſimplicem detentionem, ſed vna cum apprehenſione ſignificat; Senſus igitur eſt: apprehendi, teneo fortiter apprehenſum, ne amplius effugiat, nec ſi dilabi tentarit, vllo modo id ego patiar: non vltrò dimittam, non ſi volet reſiſtere, aut ego velim, aut ille meis innexus brachiis, amoribuſque poſſit. O ſanctam animam! ó prudentem! o felicem, quæ ſummum adepta bonum ab illo excedere, ſine illo viuere nec velit, nec poſſit. Hoc diuino amore armati, & martyres inter furioſas tyrannorum minas; inter omnia cruciatuum acerbiſſima genera, Deum, Deique ſui fidem firmiſſimè tenentes aiebant: Tenuimus, nec dimittemus. Nimirum tanquam nobiles, ac generoſæ aquilæ, citiùs vitam, & ſanguinem profunderent, quam prædam illam omnibus bonis cumulatæ vitæ e manibus eripi ſibi paterentur; cuius dulcedinem, & ſuauitatem, non animis modò percepiſſent, verùm quodam etiam tacito ſenſu deguſtaſſent. Nec martyres tantùm inuictiſſimi, ſed omnes etiam cuiuſcumque ordinis in Eccleſia viri ſanctiſſimi, Deum Deique gratiam conſtantiſſimè tenentes eandem virtutem inter aduerſa vitæ incommoda, inter grauia mundi, carniſque, & cacodæmonis certamina firmiter admodum conſeruarunt; quos proinde nullus metus infirmare, nullus labor defatigare, nulla pericula deterrere potuerunt. Quæ ſunt itaque iuſtæ, & ſanctæ animæ Deum ſuum etiam per medias quorumcunque hoſtium acies, pérque rerum omnium quantumuis grauia diſcrimina, tandémque inuentum quàm ſuauiter poſſident; tam fortiter complectuntur, tam cunctanter nunquam ampliùs amittendum, aut dimittendum retinere contendunt: Vti ſanctiſſima, & dulciſſima illius mater Virgo dicebat; *Tenui, quem diligit anima mea, nec dimittam.* Cantic. 3. *Videlicet,* (vt explicat Rupert.) *dilecta, & dilectarum dilectiſſima, cæterarum exemplum eſt animarum; vt ſimiliter & ipſæ pro modulo ſuo dilectum quærant, & inuenire cupiant.*

Gaudet à nobis Deus violentiam pati. Cant. 3.

Violentus erga Deum dulcíſque amor.

Amor martyrum erga Deum conſtantiſſimus.

Martyres aquila generoſa.

Inuicta iuſtorum conſtantia.

Perſeuerantia iuſtorū.

Cant. 3. Rupert. *B. Maria exemplar conſtantis amoris.*

15. Quæſiuit diligenter, inuenit feliciter, tenuit peramanter Dominum illius complexa pedes Maria Magdalena; cuius tamen (vt videtur) nimium feruorem Dominus ipſe aliquantulum repreſſit, dicens: *Noli me tangere; nondum enim aſcendi ad Patrem meum.* Ioan. 20. Qui locus cùm in myſtico ſenſu ferè ab omnibus diuerſimodè exponatur, in literali tamen adeò eſt obſcurus, vt communiter (liceat dicere) ignoretur. Tenuerunt quidem Domini reſurgentis pedes aliæ quoque piæ mulieres, quod Dominus permiſit; at Magdalenam inhibuit: *Noli me tangere.* Huius diſparitatis ratio hæc vna potiſſima videtur. Enimverò illæ adorare ſolùm, hæc amplius retinere volebat, ſcilicet amore flagrantior, quàm cæteræ Domini ſui conſpectu, ac pedibus (quod vehementer expetierat) demum poſt longa ſuſpiria, lacrymarum imbres, acerbiſſimóſque animi dolores potita, verbo, réque ipſa contendere, ac dicere videtur: *Inueni quem diligit anima mea: Tenui eum nec dimittam.* Cant. 3. Volebat itaque pia mulier agglutinata quodammodo pedibus Domini, ne iterum dilaberetur, vſque ad mortem cum ipſo permanens ſuum dilectum retinere. Certe hic planus, & literalis procul dubio ſenſus eſt, qui ex verbo Græco aperte colligitur, μή μου ἅπτου, ne me tangas, ἅπτομαι ſiquidem, vt peritiores obſeruant, non ſolùm tangere ſignificat, ſed etiam adhærere, & agglutinare ſeſe. Dicere igitur voluit Dominus: noli me tangere, agglutinata pedibus meis, tanquam ab eis nunquam dum vixeris receſſura, quia nondum aſcendi in cœlum, in quo hæc tibi felicitas ſeruata eſt; frui ſemper Deo, diuiniſque delectationibus perenni quodam ſtatu perfundi, non terræ conceditur, cœlo tantum reſeruatur. Debetur iſta peregregia huius loci expoſitio doctiſſimo patri e noſtris Ioanni Fernandio; qui vtinam illum ſuum ſcripturarum theſaurum vità longiùs producta potuiſſet abſoluere. Vide verbum, Aſcendo. numero 15.

Ioan. 20.

Magdalena pedibus Domini agglutinatu.

Cant. 3.

Perfruis Dei voluptas in cœlo, non in terra datur.

Ioan. Fern.

16. Atque vt clariùs etiam Domini ſenſum percipias aduerte, quæ nam fuerit mens Magdalenæ. Conſtringit Domini pedes timens ne ſtatim diffugiat: Occurrit ergò Dominus: Ne fugam timeas, neve defiſcias, quaſi ſtatim receſſurum in terra non amplius viſura; nondum in cœlum aſcendi, adhuc vobiſcum ero per multos dies, ſæpiúſque tibi dabitur meos deoſculari pedes, meo frui conſpectu. Luſitane dixiſſet, (*deixa per hora nano me detenhas, ainda me nam vou pera o Ceo*) Denique illud non prætereo, quod in huiuſmodi verbo adnotatu eſt quam digniſſimum; dicitur enim ἅπτεσθαι τῆς πόλεως, in deditionem capio Ciuitatem, vt a Plutarcho, & aliis vſurpatur. Volebat igitur Magdalena, quaſi captiuum retinere, qui quidem omnibus natus, & mortuus eſt, & reſurrexit, non vnius tantùm ſed omnium redemptor eſt; non vni ſolum animæ ſic intentus vt reliquarum oblitus præſentia ſua Magdalenam oblectet; alias verò pias fœminas, imò ſuos Apoſtolos, in luctu, orbitatéque ſinat contabeſcere. *Fons iſte patens eſt domui Dauid, & habitantibus Hieruſalem in ablutionem peccatoris.* Zachar. 13. Quis igitur publicum ſibi fontem vindicet, & patentem intercludat? *An non Deus Rex noſter ante ſæcula operatus eſt ſalutem in medio terra.* Pſalm. 73. *In Iudæa, quæ putatur medium terræ* (declarat S. Hieronym.) *vt vniuerſis æquè terris, ac gentibus, & naſci, & mori, & reſurgere intelligatur. Tu Domine Rex noſter* (explicat Theodoret.) *à quo bona cuncta ſumus conſequuti; Curam enim, quam de nobis geſſiſti, omnibus claram feciſti.*

Christus omnibus communis eſt.

Zachar. 13. *Chriſtus æqualis omnium redemptor.* Pſal. 73. D. Hier.

Theod.

17. Si Magdalenam Chriſti oblectat præſentia, nouerit illa ſimili oblectamento alias quoque animas indigere. Deinde terram non eſſe quietis locum, vt ad Chriſti pedes velit perpetuò aſſidere: ſed campum certaminis, vbi pro quiete in cœlum obtinenda indefeſſo conatu laborandum eſt. Relinquat pedes Domini neceſſe eſt, ſeſéque viriliter accingat, vt ſubeundis, quæ reſtant periculis, exantlandis, qui mox imminent laboribus fortiter, & conſtanter animum, viréſque impendat. Sulcanda ratibus ſine velo, temóque maria, Galliarum ſubintrandi portus, habitanda gentium Infidelium Maſſilia, prædicandum à fœmina Chriſti Euangelium, pérque ſolitudines inter feras ſub dio, nudóque in ſolo multos per annos; producto totum per corpus pro amictu capillamento; mira, & prioribus inaudita ſæculis pœnitentia Magdalenam expectat, vocátque. *Noli me tangere,* ait Dominus, ne meis pedibus acquieſcas: etiam pura, ſanctáque gaudia ſi detineant animam, ſi currentem ad cœleſtia remorentur, periculoſa ſunt. Cœlum præmij, terra

Vita præſens ad laborem & certamē.

Admiranda Magdalena opera.

laboris

laboris eſt locus. Prudenter à Braſilia In Luſitaniam, bine Madritium, Romámque ſcripti, non numerati tranſmittuntur numi, quando & maria, & itinera prædonibus infeſta ſunt. Sic honores, ſic opes, ſic voluptates, ſic etiam caſta mentis gaudia, velut ſcripto ſecuriùs in cœlum tranſmittuotur; vbi à Deo reddenda homini poſt hanc vitam reſeruantur: quæ quidem in terra, vbi ſegnities, vana ſecuritas, præſumptio, & ſuperbia, honis operibus, virtutibus, meritis, ſanctiſque animarum gaudiis pepetuò inſidiantor, periculum eſt ne homini obſint potiùs, quàm proſint. Prudentiùs ſibi conſulit, qui quæ bona huiuſmodi dum viuit, aut obtinere, aut poſſidere poteſt, ſolâ Chriſti mortificatiooe, crucéque contentos, illa Deo tranſmittenda in cœlum tradit. Enimverò (vti animaduertit S.Chryſ.) *ſi hic accipis, mortalia accipis; ſin verò illic, aurum permultum purum. Neque enim fieri poteſt* (præmiſerat S. Doctor.) *vt in mortali, ac marcido corpore illas immortales coronas accipias, neque in vitâ hac tumultus, & turbationis plenâ, tum etiam multis mutationibus obnoxiâ ſtabilem illam, & immotam quietem recipias.* homil.7.in epiſtol.ad Roman.

Periculoſa in terris bona, in cœlis tuta.

Prudens ſua in cœlum bona tranſmittit.

P.Chryſ.

SECTIO XII.

Niſi prius benedixeris mihi.

1. NOn dimittere Angelum à lucta vult Iacob, niſi, velut mercedem, ac præmium luctæ priùs, quàm dimittatur, impendat. Et quàm ardenter benedictionem iſtam concupierit, quàm obniaè, & inſtanter flagitaoerit, & quàm piè ac religiosè pro ea ſupplicauerit, moltis, & precibus, & lacrymis fuſis; retienit quidem hoc loeo Moyſes, ſed enarrauit Oſeas Propheta cap.12. vt ſuperiùs iam præmiſimus. Ex quo rectè colligitur, quanta fuerit iſtius benedictionis excellentia, & vtilitas; ſed in quo illa demum conſiſtat, nec ab autore ſcribitur, nec facilè interpretes explicant. S. Hilar. motationem illam nominis de Iacob in Iſraël, ab Angelo factam inſinuare videtur eſſe benedictiooem, quam impertiuit: Sic enim loquitur eum Iacob: *Iacob in lucta es; poſt fidem poſtulata benedictionis Iſraël es.* lib. 5. de Trinitate. Qnod etiam Procopius diſertis verbis ita eſſatur: *Benedicit Iacobum mutando ex alio, in aliud nomen, faciénſque è practico ſpeculatiuum: eúmque qui olim fuerat ſupplantator, & fortis, facit videre Deum. Iſrael enim ſignificat mentem qua Deum cernit.* Perecelebrata inter Patres, & Doctores ſignificatur, (vt innuitur à Procopio) in Iacob vitæ iuſtorum in contempiantem, & agentem diuiſio. Iacoh vnus, idémque ſortitus duo nomina, duplicem illam vitam præferebat: nec enim Iſraël alter eſſe, quàm Iacob; nec iſte ſine illo perfectionem habere poteſt. Sit oportet Iſtaël Deum agooſcens, cum Deo agens, qui laborioſam vitam Iacob exercuit; vanáque erit Iſraëlis nomenclatura, & ſapientiæ prærogatiua vento, non fundamento nititur, vbi contemplationem non ſuſtentat operatio. Hanc totâ ſuâ vitâ, dum in terris ageret Chriſtus Dominus infatigabili ſtudio, & entâ in hominum ſalutem inſudando, atque (vt ſcribitur) henefaciendo pertraoſiens, Actor. 10. maximè docuit. Hæc enim omnibus iniungitur fideiibus, vt abſqoe operatione ſalutem comparare nón poſſe nouerint ſempiternam.

Oſe.12.

D.Hilar.

Procop.

Vita contemplantis, & agentis diuiſio & connexio.

Sancta operatio indicitur.

A oam. An non iccircò Eccleſiam ſuam Dominus vocauit, & vineam, & agricultutam, & nundinas, & theſaurum, & piſcationem, & negotiationem? milléque huiuſmodi parabolis agentem, & laborantem; nihil ab ea ſic alienum, vti otium, & ſegnitiem deteſtatos, expreſſit? Quid, quòd in mundum veniens matri ſuæ beatiſſimæ comitem, ſibíque nutritium non philoſophum, non literatum aliquem in otio diſciplinatum conſeneſcentem, aut vllum è mundi principibus torpentem ſegnitie, ignarum agendi, hoſtémque laboris elegit: ſed ſanctiſſimum Ioſeph, vtrique muneri aptiſſimum, fabrum, pauperem, qui victum labore quæreret ex omni mortalium genere aſſumpſit? Quamobrem & fabri filius, & faber B etiam ab inimicis per ludibrium non ſemel appellatus eſt. *Nónne hic eſt fabri filius?* Matth. 13. *Nónne hic eſt faber?* Marc. 6. Quod filium fabri dicerent, error eſt; quod fabrum, non errabant. Enimverò (vti ſcribit S.Iuſtin.Martyr) *IESVS Ioſephi fabri filius habebatur, fabérque adeò, & ipſe putabatur eſſe. Fabrilia namque cùm in hominibus eſſet, opera faciebat; aratra, & iuga conficiens.*

Laborantem vult Dominus Eccleſiam.

Principes hoſtes laboris.

Cur S. Ioſeph in Chriſti nutritium electus.

Matth.13.

Marc.6.

S.Iuſtin.

Chriſtus faber, non fabri filius.

2. Sed quorſum Domine IESV, ante virilem ætatem, in qua promulgando Euangelio, edendiſque in mundo miraculis animum contuliſti; fabrilem artem amplexus es? *Per hæc* (reſpondet idem Iuſtinus) *& iuſtitia docens ſigna & vitam non otioſam.* Hæc S.Ioſtin. in dialogo contra Tryphonem, ſcilicet magiſter cœleſtis fabrilem exercendo C artem docuit homines, & humilitatem ſeruare in vitæ actionibus, & otium malorum omnium fontem deuitare. Quid igitur? laborat manibus, ſeruili exercetor opere Dominus ipſe mundi conditor; & homoncio indignom iudicat operari, totúſque in ocium diffluit, & ſocordiam? *operarios ille vocat; conducit operarios; mercedem reddit operariis.* Matth. 9. *Dignum ſua iudicat operarium mercede.* Luc. 10. Qui ſcilicet perpetuò laborat, indefeſsóque conato portat pondus diei, & æſtos: quem nec laboris magnitudo, aut longitodo deterret, nec fragilitas carnis abiicít in deſidiam; nec ætas infirma, ſenióque prægrauata in lectum potiùs declinat, quàm in aream deducit. Non ita verò feliciter actum eſt cum agricolis; iis enim D locaoit vineam, eos inuenit infidos, eos demum parricidio contaminatos, immiſſo exercitu prorſus extinxit. Matth. 21. Agricolam minùs probat; hic enim non ſemper operatur, ſæpiùs ociatur, inducias aliqnandiu tellus ipſa concedit agricolæ. Contra verò conducto mercenario vacare, ſi non ad cibum pauliſper, à labore non licet; ſic planè ſalutis æternæ habet negotium, operarios, & mercenarios exigit, quorum eſt, ſine intermiſſione labor, quibus tunc licet tantummodo quieſcere, cùm exacto die pactam recipiunt mercedem. Non admittit verò Dominus ocio indulgentes; nec illos etiam, qui cùm demandata ſibi opera conſtruenda accipiant, non ad diuturnum, & continentem laborem, ſed ad conE ductam ſolummodo conſtructionem operis, vel libuerit, obligantur: Ij quidem interdum laborant, ſæpè etiam vacant, & ociantur. Seruos igitur ſuos vult Dominus, qui operantur, vt Luſitanè dicimus (*de jornal*) non autem (*de empreitada.*) Luctatur Iacob, & de luctatore fit Iſraël, contentione benedictionem aſſequitur; quod ſi iaceret, ſi deſes, ignauúſqoe ſtetterer, profectò nec ageret cum Angelo, nec apud Deum inter Angelos principatum obtineret.

Iuſtin.

Chriſtus faber vt humilitatem doceat, otiũ deuitet.

Otium homini deuitandum.

Matth.9.

Luc.10.

Laboranti redditur merces.

Matth.21.

Cœlum datur conſtanter laborantibus.

Operibus benedictio impenditur.

3. Benè S.Chryſ. *Cura* (inquit) *ac ſolicitudines* D.Chryſ.

gymna

gymnaſium, & ſchola ſunt philoſophia. Cor quidem ſunt afflictiones, & cura. homil. 54. in Acta Apoſtol.

Virtus & ſapientia in operibus.

Exacuunt animum labores, luctæque cùm vitæ incommodis mentem reddunt ſplendentem virtutibus. *Epropter* (adiungit) *pauperes diuitibus ſunt ſapientiores, vtpote multis fluctibus vexati & exerciti.*

Otium & animo & corpori nocet.

Nam corpus quod otioſum quidem, & immobile, morbis magis obnoxium, & fœdum; quod autem mouetur, & laborat, & ærumnis exercetur, formoſius, ac ſanius eſt. Et ferrum quidem ſi vacat, corrumpitur; ſi exerceatur autem, ſplendeſcit. Et ſimiliter anima, quæ mouetur. Putreſcit vitiis anima, hebetatur ingenium; ſordeſcit mens fœdis affectibus, quæ pigro indulget ocio, quæ luctam declinat, Chriſtianam mortificationem abhorret, opera miſericordiæ ſibi magis quàm pauperibus crude- B lis non exercet; nec iure petit Iacob à Deo benedictionem; nec illam Deus concedit niſi luctatori, qui manus extendit, brachia verſat cum Deo, qui opera miſericordiæ in ipſum Deum exercet; *quod enim vni ex his minimis feciſtis, mihi feciſtis*, ait ipſamet veritas. Matth. 25.

Opera miſericordiæ commendantur.

Matth. 25.

Non ſperet igitur à Deo benedictionem, qui ſuam benefaciendo pauperibus non impertit. Non ſibi confidat ad futuram Dei miſericordiam in morte, qui nullam in vita indigentibus exhibuit. Contra verò *beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem in die mala liberabit eum Dominus*. Pſal. 40. vbi S. Auguſt. *Propheta benè optat homines intelligentes ſuper egenum, & pauperem, iſta optatio promiſſio eſt, ſecuri expectant, qui hoc agunt.*

D. Aug.

D. Bern.

Subtiliter D. Bernard. adnotauit. Diuini intelligendum, ſuper egenum & pauperem; neceſſitati enim occurrendum eſt. Sic verò ſcribit ad Regem Siciliæ. *Beatus qui intelligit, non ſuper cupidum, ſed ſuper egenum, & pauperem, illum, inquam, pauperem, qui inuitus petit, & verecundè accipit, & accipiens glorificat Patrem ſuum qui in cœlo eſt*; epiſtol. 207.

Verecundi pauperes quærendi & alendi.

Mendiculi ſcilicet oſtiatim quæritantes victum, obuij frequenter ſunt: ſatis patent oculis, nec opus eſt altiore quadam mentis acie, vti cognoſcantur; at viri nobiles, honeſtæque fœminæ, virgines, viduæ ſuis incluſæ domibus, quæ premuntur inopiâ, & præ verecundiâ, vel etiam honeſto timore, ne periclitentur, in publicum non prodeunt, ad victum emendicandum; egent, vt cognoſcantur, vt ſuſtententur, Chriſtiano ingenio, & pietatis ſubtili diſcurſu. Beatus ergò, qui pauperes huiuſmodi, & mentis oculo deprehendit, & debito alit ſubſidio.

Qua prudens eleemoſyna?

4. *In die mala liberabit eum Dominus*, adiungit Propheta, ſcilicet, in morte miſericors homo Dei miſericordiam conſequetur. Quare S. Bern. in epiſtola illa ad Regem de Dei retributione ita concludit: *Cùm autem Deo ſua gloria de veſtro munere ex ore egentium ita fideliter reſignabitur, vberiori proculdubiò riuo fluat vobis neceſſe eſt fons ille gloriæ, qui diligentes ſe diligit, & glorificat glorificantes, vt qui ſeminat de benedictionibus, de benedictionibus & metat.* 2. Corinth. 9.

D. Bern.

Beata mors lucrũ eleemoſynæ.

2. Cor. 9.

Aperitur quidem lumen diuinæ miſericordiæ cùm in præſenti, tum in futura vita illi homini, qui ſua viſcera non clauſit; ſuum ſinum aperuit, crumenam recluſit pauperibus. Pulchrè verò Apoſtolus eleemoſynam vocat ibidem benedictionem; *ſiue* (explicat S. Hieron.) *à benedicendo; ſiue quia per humanitatem eorum benedictio naſcitur Dei.* Nec tam eſt eleemoſyna dantis, quàm accipientis benedictio: imò & Dei benedictio, quæ in animam, in corpus, in familiam, in ſubſtantiam omnem erogantis largè infunditur. Sic enim explicat D. Thom. *Eleemoſyna vocatur*

D. Hieron.

Eleemoſyna benedictio.

D. Thom.

A *tur benedictio, quia eſt cauſa æternæ benedictionis: Nam per actionem dandi homo benedicitur à Deo.* Pſalm. 23. *Hic accipiet benedictionem à Deo, &c. Et ab hominibus.* Eccleſ. 13. *Splendidum in panibus.* &c. Prouerb. 22. *Qui pronus eſt ad miſericordiam, &c.* Benedictionem etiam accipi vide Caiet. pro multiplicatione, vt ex variis ſcripturæ locis colligitur; quod quidem in emolumentum dantis magnoperè conducit. Ex Dei ſiquidem retribuentis benedictione bona omnia illi multiplicantur, qui miſericordiam largè præſtat indigentibus. Obiter illud quoque adnotarim ex ipſomet Caiet. eleemoſynam vocari benedictionem, *ſiquidem adeſſe ſimul debent cum benefactis bona verba. Duplex enim eleemoſyna pauperi confertur, cùm illi dantis bo-* B *na verba iunguntur.*

Pſal. 23.

Eccleſ. 13.

Prou. 22.

Caiet.

Cum eleemoſyna iungantur bona verba.

Contra verò gratiam eleemoſynæ valde diminuit, qui pauperem, etſi pecunia donet, contumeliis rixoſiſque verbis offendit; operam infelix & oleum perdit: Cæterùm, vt eleemoſynæ fructum in morte colligi ſolitum concludamus cum Dei miſericordia: Dicitur Eccleſ. 35. *Speciosa miſericordia Dei in die tribulationis*, &c. Scilicet, quemadmodum pulchra mulier certis diebus, nempe feſtis, aut aliis huiuſmodi occaſionibus, ex ornamentis, veſtibúſque pretioſioribus pulchriorem ſeſe oſtendit; ita licèt Dei miſericordia hominibus ſemper gratam, formoſámque ſeſe exhibeat; iis tamen, qui miſericordes ſunt, pulchriorem; & cùm ipſi ſub mortem Deo præſentandi erunt, tunc maximè pulchram C ſpectabilémque, & amicam ſeſe demonſtrare conſueuit.

Eccleſ. 35.

Pulcherrima Dei miſericordia miſericordibus in morte ſit.

5. Lyranus cum Hebræis arbitratur, hunc Angelum, qui cum luctabatur Iacob, fuiſſe cuſtodem Eſau, ac proinde contendiſſe, ne Iacob intrans regionem Chananæorum promiſſam nepotibus Abrahæ priuaret illo principatu fratrem natu maiorem Eſau: quare in hoc ſenſu ita præſentem locum explicat: *Non dimittam niſi benedixeris mihi; id eſt, niſi confitearis, quod benedictiones, quas quærebas pro Eſau, meæ ſint de iure. Et eſt ſimilis modus loquendi* Iſai. 36. *Facite mecum benedictionem, id eſt, ſi bucite vos mihi.* Et quidem locus Iſaiæ, eſt de Rege Aſſyriorum, qui vrbem Hieruſalem cum innumerabili gentium fortitudine obſide- D bat, inuitánſque Hebræos ad voluntariam deditionem per legatos clamauit: *Hæc dicit Rex Aſſyriorum: Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me*, &c. Iſai. 36. hoc eſt (declarat S. Hieronym.) *benedicite Regi Aſſyrio, & laudate eum, & dominum confitemini.*

Lyra.

Iſai 36.

Iſai. 36.

D. Hier.

O infeliciſſima conditio mortalium! ó inſana cupiditas dominandi! Poſtulat Rex Aſſyriæ à pauculis Hebræis laudari, benedicíque; & licèt plurimis iam dominaretur gentibus, & prouinciis, vnius tamen adhuc exiguis terminis circumſcriptæ regionis dominium precariò obtinere contendit, vocat iam ſtultus, quàm ſuperbus benedictionem ab Hebræis præſtandam, quam ab iiſdem petit deditionem voluntariam; in quo euidenter demonſtrat inferiorem ſe illis eſſe, qui- E bus imperare velit. Nam vt egregiè argumentatur Apoſtolus de Melchiſedech, qui benedixit *Abraham ſine vlla contradictione, quod minus eſt, à meliore benedicitur*, ad Hebr. 7. Quid quæſo miſerius, quid turpius Aſſyrij Regis illa poſtulatione, dominandique libidine! Ea nimirum eſt ſuperbi hominis miſeria, & impudentia, vt etiam ad abiectiſſima quæque ſeſe deprimere non erubeſcat, modò ſibi viam inde muniat ad honorem; deſcẽdit quidem, vt aſcendat; officiiſque, imò, & ſeruitiis dignitatem coëmit; ſeruum ſe vltrò exhibet,

Seruilis ambitio.

ad Hebr. 7.

vt do

Turpem reddit hominem ambitio.
Corn. Tac.

vt dominus fiat, obedit, ſeruitque, vt imperet. Sic miſerum hominem tyrannicè verſat, agitat, cruciat, deturpatque ambitio. Benèque ſcripſit Cornel. Tacitus: *Cupido dominãdi cunctis affectibus flagrantior eſt*. lib. annal. 15. Hinc etiam fit, vt quia tam indignis artibus, honores, & dignitates comparantur, vt ſeruiendo ad imperandum conſcendunt; quam ſuperbi ab ipſamet ambitione tyrãnidem pariuntur, eandem ipſimet in miſeros, quibus imperant, exerceant dominantes. Quamobrẽ ruente in peius mundo, quotidie non in ſæculari tantùm republica, ſed etiam in Eccleſiaſtica magis in dies increſcunt imperioſi regentium animi, & ſpiritus obtemperantium ſeruiles. Nec vllum conſequenter tempus extitit, in quo periculoſior eſſet homini dignitas imperandi; illamque B aut reiiciendi, aut ſaltem non appetendi laudabilior prudentia, & conſtantia; & in quo difficilius obedire, & obedientium exactior patientia videretur; quàm noſtrà hac ætate, in qua refrigeſcente in mortalium cordibus Chriſti caritate, tam latè, tàmque impunè vitia dominantur. Cæterùm illa Hebræorum de Angelo Eſau prohibente Iacob ingreſſum in Cananitidem opinatio, quia doctis non placet, ſuperiùs eſt à nobis exploſa.

Tyrannicè imperare, ſeruiliter obedire.

Laudabilis dignitatum contemptus.

Abulenſ.

6. Saniùs benedictionem huiuſmodi explicat Abul. *Benedixit* (inquiens) *faciens eum ſecurum de fratre ſuo*. Sic ille. Enimverò Iacob nunciis de aduentu fratris cum ingẽti comitatu, armiſque mirum in modum conſternatus egebat, maximè ſuperno quodam auxilio, quo demum confirmatus C intrepido, & alacri animo ſeſe daret in conſpectũ fratris. Hanc igitur benedictionem petit ab Angelo, ac ſi diceret: Dic mihi quæſo, vel vnum verbum, quo me recrees, pellas timorem, fiduciam præſtes; ſecurum de fauſto euentu reddas. Hac mihi nulla benedictio dabitur felicior: hoc mihi nullum lætius omen obueniet; nullus adueniet nuncius iucundior. Quod quidem tam miræ ſecuritatis bonũ Angelus Deum repræſentans animo Iacob impreſſit, cui videtur ex conſortio Angeli noua ſalutis lux affulſiſſe. *Opportunè ſiquidem* (ait S. Bern.) *poſt triſtitiam, gaudium ſubit, poſt laborem quies; poſt naufragium portus; placet cunctis ſecuritas, ſed ei magis, qui timuit: iucũda omnibus lux, ſed euadenti de poteſtate tenebrarum iucundior. Tranſiſſe de* D *morte ad vitam vitæ gratiam duplicat.* ſerm. 68. in Cant. Quare ſuam in cœlo beatitudinem quodãmodo habent dulciorem homines, quàm Angeli: illis quippe tantùm licet dicere: *Tranſiuimus per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium*. Pſ. 65. Profectò cùm ſæpenumerò malus Angelus transfiguret ſe in Angelum lucis, frequentérque dæmonum illuſionibus, tanquam veris, ſanctíſque Dei reuelationibus permulti decipiantur, iccircò à viris ſanctis, doctíſque ad dignoſcendos ſpiritus normæ aliquot præſcribuntur. Vna eſt, quòd bonus Angelus mentem hominis, quam aliquis fortè mali ſpiritus occurſus aut afflatus perterruit, ſuâ præſentiâ confirmat, & corroborat. *Angelorum* E *enim bonorum virtute* (vti docet S. Bern.) *poteſtas tenebrarum comprimitur; & coërcetur malignitas aëris huius, ne quantum velit noceat, ne malignari, niſi vt profit, poſſit*. Sic ille li. 5. de conſid. c. 3. Præſidio eſt homini bonus Angelus, præſtóque adeſt, vt tentatoris inſidias ludificetur, neque noceat vllâ ratione hoſtis teterrimus animæ, tametſi nonnunquam corpori, vel ad expianda ſcelera (quod animæ multum confert) nocere permittatur.

Iucundior boni poſt malum ſucceſſio.
D. Bern.

Dulcior homini, quàm Angelo beatitudo.
Pſal. 65.

Vnde bonus Angelus dignoſcitur.
D. Bern.

7. Idipſum Apoſtolus etiam fecit, cùm ſatanæ Corinthium quendam fornicarium *tradidit in in-*

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A *teritum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit*. 1. Cor. 5. *Satanæ ſcilicet* (declarat S. Hieron.) *traditur poteſtati, vt dum caro eius per pœnitentiam afflicta quendam interitum patitur, ſpiritus conſeruetur*. Rectè Theod. ad hunc locum: *Horrore* (inquit) *plenum iudicium conſtituit. Corpus lictori tradit, & fines preſcribit, vt ſolum corpus caſtiget: anima enim ex diſciplina ſalutare medicamentum conficit*. Diuinitùs quidem nobis crebrò immittuntur morbi, mœrores, anguſtiæ, pericula, incommoda, rei familiaris diſpendia, perſecutiones, & aliæ id genus miſeriæ, quibus corpora deuorantur, vt caro fracta calamitatibus contra ſpiritum non inſurgat; imò & anima ſic expeditior humilitatis, & mortificationis opera compreſſis vitiorum appetitionibus exe- B quatur. Dein optimè colligit idem Theod. *Ex hoc loco docemur; quòd eos, qui ſegregantur, & ab Eccleſiaſtico corpore ſeparantur, inuadit diabolus, eos gratiâ deſtitutos inueniens*. Timenda multum eſt excommunicatio, quæ infelicem hominem à Deo ſeparat, Deíque præſidiis miſerè deſtitutum omnibus exponit ſceleribus facilè proſternendum, traditque diabolo velut mancipium in vita cruciandum, & niſi reſipiſcat; in gehennales ignes detrudendum. At (quæ multorum cœcitas eſt, & amentia) nihili habent excommunicationis pœnam, eáque perculſi vitam nihilominùs, diuinas leges riſui habendo, in deliciis & vanitatibus ducunt. Traditur per excommunicationem corpus diabolo, vt illius afflictionibus ad pœnitentiam C erudiatur anima, & ſeruetur: dein etiam vt illius exemplo alij à peccando coërceantur; ſegregatóque à communione fidelium, qui flagitioſè viuit, cæteros mali contagio non inficiat. Hac de re luculenter diſſerens S. Proſper, ita demum concludit: *Quod ſi ne ſic quidem, æquanimiter ſuſtinentis, ac piè increpantis medela profecerit in eis, qui diu portati; & ſalubriter obiurgati corrigi noluerint: tanquam putres corporis partes debent ferro excommunicationis abſcindi: ne ſicut caro morbo emortua, ſi abſciſſa non fuerit, ſalutem reliquæ carnis putredinis ſuæ contagione corrumpit: ita iſti, qui emendari deſpiciunt, & in ſuo morbo perſiſtunt, ſi moribus depravatis in Sanctorum ſocietate permanſerint, eos exemplo ſuæ perditionis inficiant*. lib. 2. de vita con- D tẽpl. c. 7. Meritò rei huiuſce magnitudo, & vtilitas exegiſſe videtur, vt latiùs in ea ſtilus excurreret.

1. Cor. 5.
D. Hier.
Theodor.
Vtilis corporis afflictio.

Labor corporis vtilis animæ.
Theodor.

Magna infelicitas excommunicati.

D. Proſp.

Obſtinati excommunicentur.

Mali à bonis ſeparandi.

8. Sed ad Angelum redeuntes dicimus, magnum quidem diſcrimen eſſe inter bonum, & malum Angelum, cùm vterque mortalium oculis ſeſe offert intuendum. Nimirum Angelus bonus, initio quidem terret, ſed in medio confortat, in fine lætificat: ideò Gabriel primò Beatiſſimã Virginem terruit: *Turbata eſt*; deinde confortauit: *Ne timeas*; demum lætificauit; quando eam Deo grauidam, Deíque matrem reliquit. Contrà verò malus Angelus primò inaniter delectat; deinde diuerſis tentationibus conturbat, demum valdè contriſtat; ac plerúmque nimis confidentem ſibi, vanéque de ſeipſo præſumentem (vt qui ſuper- E biæ parens, ductórque ſit) inflatúmque ſuperbiâ, illuſum ſuâ præſentiâ, hominem relinquit. Sic habet communis Patrum, & Doctorum ſententia; hoc ipſum multis confirmata hiſtoriis experientia conteſtatur. Quare ſui bonus Angelus egregium dedit argumentum Iacobo, cùm eum ſecurum reddidit in tãta illa perturbatione: quod ipſemet ſtatim Iacob, vt mox videbimus, ingenuè fatetur. Deinde poſt eam luctam, & colloquium cum Angelo humilior, & modeſtior homo effectus venientem fratrem genu flexo, inclinatóque

Vnde dignoſcatur mali & boni Angeli viſio.

Boni Angeli eſſe apparet, effectus ſignáque.

F ſeptics

ſepties capite veneratus eſt. Sic etiam Beatiſſima Virgo anta colloquium Angeli planè humilis, in ipſo humilior, poſt illud longè humillima, & modeſtiſſima, flexis genibus, demiſſóque vultu virgineo, brachiis (vti pingitur) in pectus tranſuerſis admirandæ mundo, & Angelis humilitatis, actū ex corde per illa verba exprompſit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Luc. 1. Per hanc incomprehenſibilem creaturis humilitatem Beatiſſima Virgo meruit, & obtinuit illam à Deo feliciſſimam benedictionem, quæ nulli alij ex toto humano genere conceſſa eſt mulieri, vt Vigo mater, & mater Virgo eſſet, & Deum pareret, Deíque hominis vera mater diceretur, & coleretur. Hæc illa nimirum eſt, de qua cecinit Regius vates: *Benedixiſti Domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob; remiſiſti iniquitatem plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum. Mitigaſti omnem iram tuam, auertiſti ab ira indignationis tuæ.* Pſalm. 84. Quænam igitur terra Domini, niſi quam ille ſibi elegit, vt de illa nouus Adam corpus aſſumeret, in qua ſolus ipſe quieſceret, & habitaret, quæ ſoli Deo benedictum fructum ederet, quæ ſola exempta fuit a maledictione illa communi: Maledicta terra in opere tuo, ſpinas, & tribulos germinabit tibi, quæ ſcilicet vti non fuit originali infecta labe, ita nullo actualis errati exhorruit aculeo; terra virtutum, & gratiarum diſtincta floribus, & pulchris meritorum opulenta fructibus, ipſamet cœlorum gratias, opéſque infinito ſuperans interuallo.

B. Maria humilitas in Verbi incarnatione. Luc. 1.

Pſal. 84.

B. Maria terra benedicta cœlū ſuperat.

9. Hanc ſuam terram Dominus benedixit, vti ab Angelo ſalutata eſt: *Benedicta tu inter mulieres.* Benedicit quidem homo ſed optando, benè imprecando, vel laudando: Deus autem benefaciēdo, & multiplicando, vti animaduertit S. Auguſt. ad illa verba: *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nos.* Pſal. 66. *Cùm benedicit* (ait) *nos Deus, nos creſcimus.* Quare cùm in prima mundi creatione Deus dicitur benedicere, intelligendum eſt de multiplicatione. Et quidem verbum Hebræum *Barach*, & benè optare ſignificat, & benefacere. Benedixit Deus Beatiſſimæ Virgini, cùm eam fecit gratiâ plenam, omnium, ſcilicet, ſupernaturalium, ac naturalium donorum (quæ Dei matrem decebant) abundantiâ locupletiſſimam; maximè verò illi benedixit, cùm Dei hominis veram matrem effecit. Eſt enim Chriſtus Dominus ſumma, & per antonomaſiam ipſamet Dei benedictio: Nam de Iuda cecinit Propheta: *Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Pſalm. 108. *Noluit ſcilicet Chriſtum, in quo eſt æterna benedictio.* Sic explicant Aug. Hieron. Caſſiod. Beda, & alij complures. Vbi etiam S. Aug. non ſolum Iudam, ſed etiam Iudæos intelligit præſtringi. *Iudas* (inquit) *noluit benedictionem, quia Chriſtum noluit, in quo eſt æterna benedictio; ſed apertiùs noluit benedictionem populus Iudæorum, & longè facta eſt ab eo benedictio, quia tranſitum fecit in gentes.* Ex hac benedicta Domini terra benè cætera conſequuntur: *Auertiſti captiuitatem Iacob,* &c. Pulchrè S. Hier. adnotauit; *Vſque ad finem de aduentu Saluatoris Pſalmus eſt: Maria terra noſtra, caro noſtra dedit fructum ſuum.* Redemptio, ſcilicet, humani generis à ſeruitute diaboli, & à peccato, ſub quo in mortem venundati eramus, in libertatem, & in gratiam facta eſt per fructum noſtræ terræ à Deo benedictæ: *dataque remiſſione peccatorum virtutibus Deus operuit* (inquit S. Hieron.) *& propterea peccata non apparent; operuit v. g. iniquitatem iuſtitiâ, impudicitiam caſtitate; nigredinem candore: quod in ſe fuit, auerſus eſt ab ira propter clementiā ſuam.* Hæc omnia nobis venerunt bona poſtquam Deus benedixit terræ ſuæ, quia de illa vera matre Deus homo factus eſt, & terræ noſtræ, quia caro noſtra, gloria luti noſtri, venuſtas, & gratia noſtræ naturæ, aduocata, mediatrix, refugium, anchora, ſpes, & fiducia noſtra eſt. Meritò adiungit deinde Propheta. *Conuerte nos Deus ſalutaris noſter.* Legit S. Hieronym. ex Hebræo: *Conuerte nos Deus ſalutum noſtrarum. Quare* (inquit) *non dixit, ſalutis noſtræ, ſed ſalutum noſtrarum? ſi ſemel peccaremus, vna indigeremus ſalute. Multa peccauimus, propterea multis indigemus ſalutibus.* O terra benedicta; imò terra multarum fœcunda benedictionum! vnum protulit fructum, in quo, non vnam tantummodo, ſed infinitas habemus ſalutes. Prius maria exhaurientur aquis, cœlóque lumina, & ſoli deerunt radij; quàm, & in fructu virginis ſalutes, & in ipſa virgine benedictiones, generi humano impertiendæ vnquam deficiant.

Benedixit Deus benefaciendo. D. Aug. Pſal. 66.

Chriſtus ipſamet Dei benedictio.

Pſal. 108.

D. Aug. D. Hier. Caſſiod. Beda.

D. Hier.

Omnia mūdo bona per B. Mariam venerunt.

D. Hieron. *In Chriſto plures nobis ſalutes.*

B. Maria benedictionum dines.

10. *Niſi priùs benedixeris mihi*] Quæri poteſt hoc loco quid ſit, quòd homo fragilis vincit in lucta; & nihilominùs victor ab eo, quem ſuperat, benedictionem poſtulat. Enimverò, qui vincitur inferiorē ſe demonſtrat, qui benedicit multò ſuperior eſt: benedicere videlicet maioris eſt, vt paulo ſuperiùs adnotauimus. Eleganter huius loci myſterium explicat S. Hilarius ad luctatorē verba conuertens: *Adeſto nunc Beate Iacob in lucta hominis inualeſcens benedici te ab eo fortior deprecaris. Quid iſtud eſt, quod imbecillum oras, quod ab infirmo expectas? Hunc, cuius benedictionem rogas, complexu tuo validior elidis. Tenes in geſtis luctæ tuæ hominem infirmum: ſed hic tibi homo Deus verus eſt ex natura; non enim adoptiuis benedictionibus benedici te poſtulas, ſed veris.* lib. 5. de Trinit. Loquitur de Angelo, quaſi de ipſomet Verbo, cuius ille vicem ac perſonam gerebat, ſed iam homine facto, qui ſcilicet, in eo quòd tenetur, quòd vincitur à Iacob, infirmitatem hominis; in eo autem quòd benedicit, Dei maieſtatem repræſentat; quare optimè adhuc adiungit: *Cum homine luctaris, ſed Deum facie ad faciem vides, infirmus ſecundùm te homo eſt, ſed anima tua ſecundùm Deum ſaluata eſt. Subditur tibi ſecundùm carnem homo, ad myſterium paſſionis in carne: Deum in carnis infirmitate non neſcis, ad ſacramentum benedictionis in ſpiritu.* Gerit quidem Iacob typum Iudaici populi, cum quo Deus homo factus, dum in terris ageret, quaſi luctatus eſt. Præualuit ille contra Chriſtum, cùm tandem cōſputum, & flagellatum ſuſtulit in Crucem. Vicit hominem, occidit hominem: ſed ex eodem populo complures in illo infirmo, & flagellato homine Deum eſſe verum agnouerunt, à quo deſideratam æternæ ſalutis benedictionem, & poſtularunt, & impetrarunt. Itaque (vti vult S. Hilar.) cognouit Iacob eum, qui luctabatur, fuiſſe Filium Dei, eúmque pro ſalute hominum aliquando factum iri hominem, & humiliandum, atque infirmandum per paſſionem, & mortem; quod quidē par eſt credere, cùm Patriarchis reuelationes de Verbi incarnatione, incarnatíque paſſione permultæ factæ credantur: nec Iacob de hoc myſterio illuſtrius, quàm in ſcala, & in lucta reuelatum à Deo, quicquam fuiſſe videatur. Quare circa fidē Iacob de huiuſmodi myſterio diſſerens S. Hilar. adiungit: *Nec aſpectus impedit, quin fides maneat; nec infirmitas auocat, quin benedictio poſtuletur; nec homo efficit, quin qui homo eſt, Deus ſit, nec qui Deus eſt, non Deus verus eſt, quia non poteſt non Deus verus eſſe, qui Deus eſt, & benedicit.*

D. Hilar.

Lucta Iacob incarnationem Verbi repræſentat.

Incarnatio Verbi reuelata Patriarchis. D. Hilar.

S. Hilar. *Fides Iacob de incarnatione Verbi.*

11. Ean

D.Auguſt. — Figurata Chriſti paſſio.

11. Eandem luctæ interpretationẽ habes apud A S.Aug.hiſce verbis; *Angelus qui luctatus eſt,typum Chriſti euidentiſſimè geſſit. Nam quod ei præualuit Iacob vtique volenti,myſterium figurauit paſſionis,in qua viſus eſt in corporis ſui ſobole præualuiſſe Deo, & quaſi cum infirmo, ita cum carne eius luctamen inire, & inualeſcere,cùm diceret, Crucifige,Crucifige.* lib. de Ciuit. cap.39. Benè quidem conuenit vis iſta Iacobi præualentis in lucta contra Angelum,aut verò potiùs in Deum Angelo repræſentatum cum illo inualeſcebant,quod legitur apud Lucam. Vbi ſcilicet Iudæi ante præſidem Romanum inſtabant vocibus magnis poſtulantes, vt Deus homo crucifigeretur, *& inualeſcebant voces eorum.* Luc. 23. Præualuit ergò in lucta Iacob,cùm illius poſteri, mala ſanè (vt Dominus vocat) & adultera pro- B genies, vocibus inualeſcebant contra Chriſtum Dominum: tandémque à Præſide etiam inuito extorſerunt, vt crucifigeretur. Præualuit itaque contra Dei filium Iacob per impios nepotes; & nihilominùs ab eodem quem crucifixit benedictionem per bonos, pióſque filios poſtulauit, vti S.Aug.ſtatim ſubiunxit: *Et tamen* (inquiens) *benedictionem ab eodem, quem ſuperauerat, Iacob impetrauit,in eis videlicet Iſraelitis,qui crediderũt in Chriſtum ex quibus erat,qui dicebat: Nam & ego Iſraelita ſum; Ac ſic huius nominis impoſitio benedictio fuit. Interpretatur Iſrael videns Deum,quod erit in fine præmium ſanctorum.* loco prædicto. Clariùs adhuc in compendio eandem interpretationẽ ponit,q.104. in Geneſ. his verbis: *Quod ab illo Angelo deſiderat* C *Iacob benedici, cui luctando præualuit, magna eſt de Chriſto prophetia; præualuit enim Iacob Chriſto, vel potius præualere viſus eſt per eos Iſraelitas, a quibus crucifixus eſt Chriſtus, ab eo tamen benedicitur in eis Iſraelitis,qui crediderunt in Chriſtum.*

Luc.23. — D.Auguſt. — Chriſtus ab Iſrael & crucifixus, & adoratus. — Rom.11. — D.Auguſt.

12. Porrò etſi victus à Iacob,etſi ab illius nepotibus crucifixus, tantæ nihilominùs etiam in ipſo patibulo eſt maieſtatis, vt benedicere poſſit victus victores, & crucifigentes crucifixus. An non iccircò ipſe Dominus hunc honorem à Deo Patre in ipſo ingreſſu paſſionis poſtulauit: *Pater venit hora, clarifica filium tuum,* Ioan.17. vel glorifica filium tuum,vti etiam legit S.Auguſt. *Et paſſione* (inquit) *clarificatus dicitur. Honorifica plerique Latinorum interpretantur.* Sic Hieron.in 1.Ma- D chab. Vtique tunc regnauit à ligno, Deúſque, & habitus; & prædicatus in mundo, cùm ibi factus eſt opprobrium hominum, & maledictũ pro nobis. Inde copioſam gratiarum, & miſericordiarum humano generi benedictionem impertiuit: Vbi ſcilicet, quod ſponſa diuinitùs oblectata dicebat. *Oleum effuſum nomen tuum.* Cant.1. Vnguẽtum iſtud,ſiue oleum in paſſione Chriſti effuſum intelligit Theodor. hæc effatus: *Quemadmodum vnguentum in vaſe concluſum incluſam continet & ipſam odoris fragrantiam: Si autem effundatur, ipſum quoque replet aerem. Sic Dominus IESVS ante paſſionem paucis notus erat; at poſtquam mortem ſuſtinuit, ac veluti corporis vas aperuit odore ſuauitatis mũdum vniuerſum repleuit.* Quod nam quæſo vnguentum E ſuauius,quàm illud: *Pater ignoſce illis:* Venia ſcilicet ſignificatur abſolutiſſima, & pleniſſima (ex parte Dei) omnium peccatorum etiam illius impiiſſimi ſacrilegij conceſſa omnibus: quã Domini IESV admirabilẽ clementiã expendens S.Chryſ. ita diſſerit: *Quemadmodum Rex, qui publicum feſtum celebrat,eos quidem qui ſunt in carcere liberat; illo autem tempore nullum qui in ipſum aliquid admittit morte afficit; ita etiam Chriſtus, cùm publicum feſtum paſſionis perageret, & mundo impaſſibilitatẽ procuraret, non ſolùm reos abſoluit, ſed etiam eos, qui ipſo tempore peccabant, non perdidit.* in Pſalm. 2. Illam ſuam magnificentiam,pariter,& clementiã Chriſtiani Principes in Paſchate Domini demonſtrabant: *Principes nimirum* (adiungit idem Chryſ.) *Paſchæ tempore nullum quidem puniunt,eos autem, qui ſunt in carcere,abſoluunt: hoc primus fecit Chriſtus.* Itaque paſſio fuit Chriſto Domino feſtum publicũ, Paſcha lætiſſimum. *Propoſito enim gaudio ſuſtinuit Crucem confuſione contempta.* ad Hebr.12. vt intelligamus, non minùs obligatos nos eſſe amori Domini IESV, quòd multa, & grauia pertulerit, quàm quòd illa ipſa ſponte, alacritérque pro nobis fuerit perpeſſus.

Ioan.17. — D.Auguſt. — Chriſti gloria ex paſſione. — D.Hier. — Cant.1. — Chriſtus de cruce benedixit hominibus. — Theodor. — D.Chryſ. — Chriſto paſſio fuit feſtum & Paſcha. — Chriſti gaudium in paſſione. — ad Hebr.12.

Ben.Fernand.in Geneſ.tom.3.

SECTIO XII.

Quod nomen eſt tibi? Reſpondit: Iacob. At ille, Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſraël: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis?

1. NOn dimiſſurus eſſet Angelum in lucta Iacob,niſi (quod obfirmato animo dixerat) antequam dimiſſus recederet, ſuam colluctatori homini benedictionem impertiret. Ergò Angelus,vt morem illi gereret, poſtulantiſque annueret voto, quæſiuit,quinam vocaretur; Iacob (ille reſpondit) quod quidem nomen ab altera, quam C adhuc in materno clauſus vtero, cum gemino fratre Eſau exercuerat, ſortitus, vſque ad nonageſimum ſeptimum ætatis ſuæ annum, (vti noſter Cornelius obſeruat) in quo iſthæc obuenit lucta,cum aduerſariis, cum periculis, cum laboribus, infatigabiliter luctans, & feliciter de omnibus victor exiſtens colluctator, & in lucta ſupplantator (hæc eſt enim etymologia nominis) glorioſè admodum retinuit. Cæterùm iam nunc poſt victoriam de Angelo reportatam excellentiori dignus honore, nominiſque elogio cenſetur; quocirca occurrit Angelus: Non tantùm Iacob deinceps, vti anteà, ſed etiam Iſraël vocaberis. Retinuit quidem, nec vnquam amiſit priùs nomẽ Iacob; ſed nouum deinde multò illuſtrius D accepit alterum,quod nunc primò inditum; dein cap.35. eidem à Deo confirmatur, & quaſi renouatur, vt rectè Rupert. animaduertit lib.8. c.14. his verbis: *Vbi votum ſoluit Iacob, benedictionẽ percipit,quia & illud quod in ſomnis viderat, quando votum fecit fugiens Eſau, & id quod nouiſſimè audiuit cum Deo luctatus, repetitione confirmatur: Non vocaberis Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum,& adiecit ſcriptura: Et appellauit eum Iſrael, quo dicto firmiſſimam vocabuli autoritatem tenendam expreſſit.* Itaque nomen Iſraël hoc loco impoſitum, deinde renouatur, & confirmatur ad caput 35. Quæ ſententia noſtrorum eſt Delrio, Cornel.& Bened.Per. qui eam multis confirmat diſput.1.ad c.35. Et (quod malus eſt) eandem tradit D.Auguſt.hiſce verbis: E *Iterum Deus ei benedixit; & nomen Iſraelis iterum ei impoſuit, qua repetitio confirmat magnum promiſſum hoc nomine.* lib.quæſt.in Gen.in tractatu.q.114.

Nomen Iacob explicatur. — Cornel. — Nomẽ Iſraël datur & confirmatur. — Rupert. — Delrio. — Cornel. — Bened.Per. — D.Auguſt.

2. *Apellabitur nomen tuum Iſraël.*] Magna eſt interpretandi hoc nomen varietas. In primis,Iſraël eſt vir videns Deum, aut mens videns Deum, vt plurimi ex veteribus docuerunt. Philo lib.de Abraham. Orig. homil.2. in Num. & in prolog. in Cant.& tom.11. in Math. Euſeb. in lib. nomin. Hebr.Chryſ.homil.14.in Ioan. Itaque communis interpretatio fuiſſe apud antiquos videtur, quam

Nominis Iſrael explicatio. — Philo. — Origen. — Euſeb. — D.Chryſ.

A etiam S.Hier.ſequitur aut potiùs refert, vti vulgo tritam multis in locis. Iſai.1.& lib.9. in eundem cap.2.& cap.12. Oſeæ, ad illa verba: *Fugit Iacob*, &c. & in lib. nom. Hebr. Cæterùm illam ipſam interpretationem idem Hier. impugnat in trad. Hebr. in Geneſ. vbi poſtquam ſuam aperuit ſententiam, hæc verba ſubiecit. *Quamuis igitur grandis autoritatis ſint & eloquentiæ, & ipſorum vmbra nos opprimat, qui Iſraël virum ſiue mentem videntem Deũ tranſtulerunt; nos magis ſcripturæ, & Angeli, vel Dei, qui ipſum Iſraël vocauit autoritate ducimur, quàm cuiuſlibet eloquentiæ ſecularis*: hæc ille contra veterem illam interpretationem. Propria enim S.Hier. & textui conſentanea eſt, vt Iſraël princeps cũ Deo, aut verò potiùs fortis, ſiue præualens, cũ Deo dicatur. B Etenim Angelus ipſe luctator, etymologiã nominis reddidit, quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti, quantò magis contra homines præualebis? id eſt, ſi præualuiſti, ſiue dominatus es Angelo Dei perſonam agenti.

Theod. Theodoret. *Quoniam inualuiſti cum Deo.*

Aquil. Aquila, *quoniam regnaſti, ſeu dominatus es cum Deo, ſiue ad Deum*, hoc eſt, aduerſus Deum,

Symmach. Symmachus: *In quo dominatus nempe robore.* Itaque Iſraël ſignificat præualentem, ſeu dominantem Deo, futurum ſcilicet *iſrah* ישרה à verbo *ſarach* שָׂרָה, vnde & *ſar* שר princeps. L X X. tranſtulerunt, *fortis fuiſti*. Huius ſignificationis

Oſeæ 12. pariter eſt locus ille Oſeæ, de quo ſuperiùs: *Directus eſt cum Angelo*, cap.12. id eſt, proſperum ſucceſſum habuit; ſiue vt in Hebræo, *Fortis fuit aduerſus Angelum*. C Similiter L X X. vertunt: *Fortis in Deum fuit.* Quare quod alij legunt: *Rectus cum Deo, princeps cum Deo*, idem ſonat, quod directus cum Deo, id eſt, præualuit, princeps fuit cũ Deo, id eſt, teſtitit generoſe, fortitérque Deo, non eſt victus in lucta; non illi ceſſit in certamine.

Riber. Ben.Pet. Delrio. Cornel. Hanc ſententiam cõfirmant è noſtris eruditiſſimus Ribera ad caput prædictum Oſeæ. Benedict.Pet. diſput.1.& 2.ad cap.35.Geneſ. Delriu, Cornel. Marian. ſupra eundem locum. Hæc eſt igitur benedictio Angeli, ſcilicet noui nominis Iſraël impoſitio, vt Iacob eſſet deinceps, & appellaretur fortis Deo, ſiue contra Deum, atque per hanc nomenclaturam fortis aduerſum Eſau redditus intelligeret nihil ſibi timendum ab homine, cùm in lucta præualuerit Angelo, ſeu Deo per Angelum repræſentato,

Fortitudo indita diuinitùs Iacob. D quaſi dixerit Angelus: Ne timeas fratrem ó Iacob, licèt ille validâ manu armatorũ adueniat conſtipatos: cedent tibi & arma, & minæ, iræque: ſecurus incede; Nam tuis precibus apud Deum, licèt quaſi renitentem, & colluctantem obtinuiſti, vt contra fratrem, & quoſcumque alios, ſi fortè inſurgent hoſtes, infracto ſis animo, victórque de omnibus triumphes. Hanc ipſam nouo iſto nomine Iſraël inſuperabilem fortitudinem præferes; quæ tibi eſt, vt petiſti, à Deo donata benedictio.

3. Adhuc tamen difficultas eſt in verbis Angeli, quam oportet exactiùs, & eruditiùs pertractemus, & diſſoluamus. E *Nequaquam* (inquit) *Iacob appellabitur nomen tuũ, ſed Iſraël.* Ac ratio quidem difficultatis in eo ſita eſt, quòd vltrà non ſit vocandus Iacob, ſed Iſraël, cum nihilominùs primum illud nomen ſemper retineat. Itaque omiſſis multorum hac de controuerſia explicationibus, ad noſtram denique ſtatuendam neceſſe eſt vnum hoc animaduertamus: moris videlicet eſſe diuinæ Scripturæ rem quampiam hoc vel illo nomine appellandam fore, quòd verè, ac planè ſit habitura ſignificatum illius nominis, ita vt verè, atque conuenienter tali nomine poſſit vocari, etA ſi vulgò ſimiliter appellari non ſoleat. Multa in hoc argumento exempla peti poſſunt ex ſacris literis: cæterùm ex vno, vel altero manifeſta fiet hæc eruditio. Enimverò Iſai. c.7. prædixit Meſ- Iſai.7. ſiam vocatum iri Emmanuelem: *Et vocabitur nomen eius Emmanuel.* At non legimus tamen Chriſtum Dominum vulgò appellatũ eſſe hoc nomine; quia tamen ſignificatum huius nominis, ſcilicet nobiſcum Deus, perfectè Chriſto conueniebat, icircò nomen Emmanuel illi conuenientiſſimum erat.

Nominis Chriſti ſignificata.

Idem Propheta cap.7. ponit alia ſubinde nomina Chriſto: *Accelera, ſpolia, detrahere, feſtina, prædari*, &c. & cap.9. *Vocabitur* (inquit) *nomen eius: Admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, Pater ſæculi futuri, princeps pacis* Iſai.9. Et Hier.cap.23. *Hoc eſt* Hier.23. B (inquit) *nomen quo vocabunt eum, Dominus, Iuſtus noſter.* Item Zachar. cap.6. *Ecce vir oriens nomen eius*, &c. Zach.6. En tribuuntur Meſſiæ nomina, quibus tamen vulgò nunquam eſt appellatus, ſed illorum tantummodo ſignificata Domino apertiſſimè, & perfectiſſimè conueniunt. Simili ergo intelligẽtiâ explicandus eſt præſens locus.

Iſraël nomẽ triumphatorem decet.

Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, ſed Iſraël. Tanta videlicet, támque excellenti fortitudine à Deo ipſo donatus, & roboratus es, vt iam deinceps, non ſit conueniens, non decens vocari te Iacob, id eſt, ſupplantatorem fratris (quod quidem exiguam, & fortitudinem, & dignitatem importat,) ſed appellari debeas Iſraël, nempe princeps, vel fortis cum Deo; quia ſcilicet virtutem, & fortiC tudinem luctandi cum Deo, & quodámodo præualẽdi habuiſti: Vocabitur igitur deinceps Iſraël, & quidem communiori nomine, & decentiore, quàm Iacob, cuius ſignificatum iam nunc tanto viro minùs conueniet, etſi nomen Iacob vulgò adhuc perſiſtat. ad verbum eſt in Hebræo, *non Iacob dicetur vltra*, עוד *ghod, nomen tuum, ſed Iſraël.* Sẽſus eſt, non tibi amplius conueniet, non te decebit ſignificatio nominis Iacob ſupplãtatoris, hoc eſt, vincentis, & illudentis fratrem, ſed quod ſignificatur nomine Iſraëlis principis, & fortis cũ Deo tibi potiùs, ac decentiùs aptabitur. Hoc vnũ denique ad maiorem huius loci elucidationem adiungatur oportet, quæ nimirum ſit vis illius futuri, *appellabitur*, &c. Enimverò ſecundùm pro- D prietatem Hebrææ linguæ futuri temporis verba in ſacris literis, ſæpè vſurpantur, vt ſignificẽt debitum, ſiue officium, & conuenientiam quandam, & decentiam; quod quidem ex iis, quæ ſubiiciã liquidò intelligetur. Geneſ.20. *Quæ non debuiſti facere, feciſti nobis.* Geneſ.20. Hebr. eſt; *Opera, quæ non fient, feciſti nobis.* Latinus igitur interpres more Latino Hebraiſmũ egregiè interpretatus eſt, vti & Chaldæus vertit: *Opera quæ non erunt digna fieri, feciſti mecum.* Item Geneſ. cap.18. dixit Abraham Deo, Geneſ.18. *Non eſt hoc tuum, qui iudicas terram, nequaquam facies iudicium hoc*; id eſt, non æquum eſt, non decet, vt tu facias tale iudicium. Et Malach.2. *Labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam*, Malach 2. id eſt, cuſtodire debent. E Malach.1. *Filius honoret patrem.* Hebr. *Filius honorabit patrem*, quo ſignificatur officium filij, quod eſt honorare patrem ſuum. Hoc ſenſu etiam dixit Petrus Chriſto Domino paſſionẽ ſuam futuram prædicenti: *Abſit à te Domine, non erit tibi hoc.* Matt. 16. Matth. 16. id eſt, inconueniens, iniquum eſt, vt tu innocens iſta patiaris: ſeu (vt S.Hier. declarat) D.Hier. *non poteſt hoc fieri, nec recipiunt aures meæ, vt Dei Filius occidendus ſit.* Hoc igitur Hebraiſmo vtitur Angelus in præſentia, cum Iacob: *Nequaquam appellabitur nomen tuum Iacob*: id eſt, non eſt æquum, non conueniens, indecẽs eſt vt poſthac appelletur nomen

tuum

ruum Iacob,ſiue ſupplantator hominis, Eſau fratris tui; nā ſpectatā fortitudine animi tui, quam cum Deo colluctatus, & victur tandem exhibuiſti,decens,debitúmque eſt,vti voceris Iſraël. Hác ego,quàm præclara,& erudita eſt, animaduerſionem à doctiſſimis viris ex noſtra Societate, Riber. ad cap. 1. Malach. & Benedict. Perer. in c.35. Geneſ. diſput.2. didici, qua quidem ad præſentis loci explicationem nihil ſubtilius,& luculentios afferri poteſt.

Ribera.
Benedict.
Perer.

4. Itaque nouo iſto nomine Iſraël impoſito benedixiſſe Iacob luctatori cenſetur Deus, quem Angelus agebat, & ad futurum, quod ille valde formidarat, periculum audacter, & fortiter ſubeundum in fratris occurſu ingentes animos, vireſque contulit. Quia verò teſte Apoſtolo omnia illis contingebant in figuris, nomē aliud nouum longè admirabilius figuratur,quo gentes ad verum,& vnū Deum conuerſæ à Deo erant nuncupandæ, ac benedicendæ, de qoo Dominus ita per Iſaiam loquitur. *Et omnem, qui inuocauit nomen meum, in gloriam meam creaui eum.* Vertunt L X X. *omnes qui vocantur nomine meo, in gloria enim mea creaui eum.* Iſai. 43. De Chriſtianorum nomine, quod à Chriſto deriuatur, apertom eſt vaticinium? *Qui ſcilicet* (declarat S.Hieron.) *vel inuocent nomen meum, vel meo nomine vocentur, vt appellentur Chriſtiani in gloriam conditoris ſui.* Huic autem populo dixerat Dominus paulò ante: *Noli timere, quoniam tecum ſum: ab oriente adducam ſemen tuum, & ab Occidente congregabo te*,&c. haud dubiè ſermo fit ad populum Chriſtianum, qui de omnibus mundi,& gentibus,& portionibus congregatus in ouile Chriſti ſubintrauit; Huic loquitur Dominus; *Noli timere; ego tecum ſum* (adiungit idem S.Hieron.) *qui vobis in Euangelio loquor: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſaeculi.* Matth.28. *Infallibilis enim perennìſque adſiſtet Chriſti Domini præſentia ſuo populo Chriſtiano, tum per auxilia, illuſtrationes*, protectionémqoe,tom etiam per admirabile Sacramentum ſui corporis, & ſaoguinis in auguſtiſſima Euchariſtia, quæ vſque ad finem mundi in Chriſtiana Eccleſia perdurabit. Cæterùm (quod ad inſtitutum attinet) timore Dominus omni depulſo fiduciam præſtat, animóſque ingerit ſuo populo; ex eo maximè,quòd nomen iſtud Chriſtianorum, fiduciæ,fortitudinis,ac diuinitatis cuiuſdam plenum hominibus ad Chriſtum conuerſis ab eodē donatum fuerit. Si ergò Iacob nouo ſuo Iſraël nomine armatus omnem pellit timorem: Qoid quæſo arduum, aut formidandum homini erit, quem Chriſti nomen, & Chriſtianom, & inuictum reddit? neque verò ſolam fortitudinem, ſed etiam gloriam importat hoc nomen,vt quàm fortes, tam glorioſi prædicantur futuri Chriſtiani; quod idem Iſai. manifeſtè vaticinatur Chriſti Eccleſiam ita compellans: *Vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.* Iſai.62. *ſcilicet populus Domini* (exponit S.Hieron.) *nequaquam vetera nomine appellabitur Iſrael, ſed nouo, id eſt, Chriſtianus.* quaſi videatur nomen Iſraël,quod ab Angelo inditum eſt, temporis omnia conſumentis longæuitate conſeuuiſſe,ac (ſi licet dicere) priorem illum ſuum vigorem,& venuſtatem amiſiſſe; atque adeò aliud nouum vigore, venuſtatéque florentiſſimum cœlitùs nomen dimittendum;adiungitur enim: *Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.* ibid. *Quando unimorum* (inquit S. Hieron.) *Eccleſiam coronauerit turba credentium, & diadema imperij, quod martyres gemmarum ſuarum varietate diſtinxerint, fuerit in manu Dei, vt filium ſuum eorum coronet victoriis.* Tam fortes quidem erunt Chriſtiani, vt cum tyrannis,cum tortoribus,cum tormentis,mortéque decertent tam glorioſi, vt victores euadant, déque omnibus aduerſitatibus Chriſtianorum hoc armati nomine triumphent.

Glorioſum Chriſtiani nomen.
Iſai.43.
D.Hier.
Iſai 43.
D.Hier.
Matth. 28.
Præſens in Eccleſia ſua Chriſtus.
Chriſtiani nomen fortem & glorioſum reddit hominē.
Iſai.62.
D.Hier.
Iſa.62.
Chriſtianorum fortitudo & gloria.
D Hieron.

5. Maximè verò eſt vaticinium de ſacroſancto nomine IESV, in quo prædicata eſt pœnitentia, & remiſſio peccatorum in omnes gentes, *in quo omne genu flectitur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum.* ad Philip.2. Hoc eſt illud nomen, de quo Iſaias prædicat; *Seruos ſuos vocabit nomine alio, in quo qui benedictus eſt ſuper terram benedicetur in Domino, Amen.* Iſai.65. Aliud nomen, hoc eſt, nouum intelligit S. Hieron. & quidem illud eſt, vt declarat S. Bern. nomen IESV, quod Chriſtianis tota eſt, & vna fidocia, & fortitudo. Armauit Angelus Iacobum Iſraëlis nomine, armat potentiùs multò Chriſtianos auguſtiſſimum nomen IESV. *Cui in periculis* (inquit idem Bern.) *palpitanti, & trepidanti inuocatum virtutis nomen non ſtatim fiduciam præſtitit, depulit metum? cui quæſo in dubiis æſtuanti, & fluctuanti non ſubitò ad inuocationem clari nominis emicuit certitudo? Cui in aduerſis diffidenti, iam iamque deficienti, ſi nomen adiutorij ſonuit, defuit fortitudo?* ſerm.15.in Cant. Quotidianis hæc admiranda virtus nominis IESV comprobatur experimentis. Non vetera repetam; vnum vel alterum de recentioribus commemorabo. Fugiebat nuper è media barbarie Maurus ad Loſitanam arcem,Deo mouente, vt Chriſtianus fieret: ardebat cœlum, ſolúmque in vaſtis illis, & arenoſis ſolitudinibus; aquæ ſummâ penuriâ: Ergò catechumenus æſtuare cœpit; ſitíque erectus procumbit in arenam; nihil propiùs quàm mortem ipſam operiens. At (quæ Dei clementia præſtò eſt iis, qui diuinæ gratiæ non deſunt) venit in mentem homini, audiuiſſe non ſemel à captiuis Chriſtianis in IESV nomine imploraro magnum ad omnia quantumuis ardua conſtitutum eſſe præſidium: Quare vocibus penè interruptis moribundus pronunciat IESVS, IESVS. O benedictum,ô ſalutare,ô vitæ, virtutíſque plenum IESV nomen? ſubitò fauces aqueo liquore humectari ſentit,ac recreari: dein redintegratis viribus alacriter progreditur. Verùm paulò poſt eadem ſitis,eadem laſſitudo,idem vitæ periculum; ſed iam in promptu remedium, profert iterum dulciſſimum nomen IESV: iterúmque, & gutturi aqua, & corpori redeunt vires; denique in longo illo, & periculoſo itinere ad ſitim leuandam,& corpus roborandum inclamans IESVM, incolumis promptúſqoe ad arcem peruenit; inde miſſus Oliſiponem in hac domo S.Rochi ſacro eſt initiatus baptiſmate. Per idem ferè tempus in hac vrbe aliud non minùs contigit memorabile. Pia quædam,& caſta mulier,ex hoc eodem templo, in quo poſt ſacramentalem confeſſionem ritè diuinam Euchariſtiam ſumpſerat, domum Deo æquè roborata, & ſagiuata ſe receperat. Ecce tibi adoleſcens effrænatæ libidinis œſtro percitus ſubingreditur, inuaditque fœminam. Quid illa? IESV (clamat) fer opem. Ad hanc mulieris vocem nebulo ille ruit vociferans: Heu me miſerum? ferro mihi traiecta ſunt viſcera. Morior infelix. Igitur obuoluto capite, ſuum ægrè diuertit in hoſpitium: accerſitò è noſtris confeſſario rem totam aperit: ſumptíſque Chriſtiano ritu ſacramentis, bonáque veræ contritionis ſigna exhibens mortem obiuit.

ad Philip.2.
Iſai.65.
D.Hier.
D.Bern.
Mira virtus in nomine IESV.
Catechumenus ſitim leuat nomine IESV.
Miraculum à nomine IESV.
Caſta mulier liberatur nomine IESV.

6. Hanc ſui nominis IESV admirabilem virtutem Dominus omnipotens noſtræ, imò potiùs ſuæ, quam ego licet indignus profiteor, Societati clementer indulſit, vt Societas IESV diceretur, quam extremis his, & calamitoſis temporibus ad ſubſidium Eccleſiæ Romanæ, ad Catholicæ fidei, per barbaras, & incognitas infidelium nationes propagationem inſtituit, excitauitque.

Societatis IESV religio.

Et quia in promulgatione Euangelij neceſſariò grauiſſima, & propè infinita eſſent ſubeunda diſcrimina Societati, quæ Apoſtolicam vitam profiteretur, diuino ſanè conſilio, & admirando ſuper omnia beneficio eandem Societatem ſuo ſacroſancto nomine IESV nobilitauit pariter, atque armauit. Vt nimirum Societas IESV dicere iam nunc audeat, debeátque: *Domine in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.* Pſal. 43. Enimverò ſi duas tantùm literas E, & L, de ſuo nomine decerpens Dominus, nouúmque nomen Iacob iam claudo, & fragili compones; illum futuro congreſſui armauit, valentiorémque fratre, Sichimitis, Chananæis, gentibúſque aliis, & omnibus laboribus, periculiſque reddidit, cùm Iſraël vocauit, quantò nunc valentior erit (etſi olim dū ſui Regis caſtellum defenderet ſulphureo traiectus globo, & glorioſè claudus effectus) noſter Ignatius quem Dominus IESVS integro ſuo auguſtiſſimo nomine communiuit? Poſtrema quidem tempore, natúque minima Societas eſt, quā fundauit Ignatius, atque in ſuis oculis tam humilis, quàm infirma: & nihilominùs ad ſumma C rerum diſcrimina in mundo à Deo condita eſt.

Pſal. 43.

B. Ignatius globo traiectus.

Societas nomine IESV armata.

Ergò ne timeat, audax fortíſque in aduerſa quæque pro Deo ſuo procurrat, IESV nomine roboratur. Quid malorum (vel ipſa tota gehenna ſit) Societatem deiiciet, ac ſuperabit, quæ nomen IESV in ſe ipſa gerit inſculptum? Ramiſes Rex Ægypti, vt memoriæ proditū eſt, obeliſcum Thebaicum extrui fecit inſanæ prorſus molis, & altitudinis: hæc ſcilicet erant Regum illorum ad oſtentationem mundanæ gloriæ monumenta. Igitur (vt ſcribit Plinius) *ipſe Rex, cùm ſubrecturus eſſet, vereretúrque ne machina ponderi non ſufficeret, quò maius periculum cura artificum denunciaret, filium ſuum adalligauit cacumini, vt ſalus eius apud molientes prodeſſet lapidi.* lib. 36. natural. hiſtor. D cap. 9. O egregium Societatis IESV typum! In titulo, in ſtemmate, in ipſo cacumine Saluatore IESV nomen habet inciſum noſtra hæc religio, illóque ſecura exurgit in ſublime, ipſa Dei ſalus huic ordini adalligata eſt, vt illi proſit, ne aut ſuo ipſo pondere (quod quidem etiam grandibus in mundo regnis, ciuitatibúſque, & congregationibus plerumque contigit) depreſſa frangatur; aut vitiorum, & hoſtium aduerſitatibus, hinc inde coniurantibus debilitata ſuccumbat. Non eſt quid à mundo, quid ab inferno timeat, quæ ſuo in culmine inſcriptum geſtat numen IESV, cuius capiti diuina ſalus eſt alligata. Obeliſco Thebaico, & quacumque Ægyptiorum in E auras aſſurgente pyramide, moléve ſublimior aſſurgit Societas IESV, & non modò caput intra nubila condit, ſed intra cœlum recepta illuſtriſſimo quodā ante ipſum Deum gaudet principatu.

Obeliſco regis filius alligatur.

Plin. lib. 36.

Societas Dei ſalutem geſtat.

Societatis IESV ſublimitas.

7. Nam ſi Iacob poſt luctam cum Angelo donatur nomine Iſraël, hoc eſt, Princeps cum Deo, ex ipſius, nimirum Dei nomine El: quantò perfectiùs, & excellentiùs dicetur princeps cum Deo B. Ignatius, ab eóque inſtituta religio regiū quédam (liceat dicere) principatum obtinebit, quibus totum ipſum IESV nomen, quod eſt ſuper A omne nomen, cui omnia quæ ſunt in cœlo, quæ in terra, quæ in inferno flectunt genu, & humiliantur; a Deo ipſo poſt exactam in virtutibus vitam, conſummatúmque pro Deo cum aduerſitatibus agonem inter optimo donatum eſt? Quid maria timeat, quantumuis immenſa, & interminata, vndatúmque vorticibus, & furioſis ventorum procellis efferueſcentia, nunc myoparonibus, nunc ratibus ab occiduis in Orientales plagas, ab Aquilone in Auſtrum ſulcare illa Societas, quæ ſanctiſſimo IESV nomine ſuſtentatur? Humili Iulius Cæſar aliquando cymba in Ægyptum nauigans, cùm medio pelago illa fluctuaret, nauclerúſque conſternato videretur animo: clamat Imperator: *Confide fortunæ ſciens abs te Cæ-* B *ſarem vehi.* Scribunt Plutar. Sueton. & alij. Enauigat quidem B. Ignatius, illiúſque filij periculoſum huius ſæculi mare: humili rate, minimâ ſcilicet Societate vehuntur. Interim fluctus, interim procellæ, terrores, pericula. Res tamen in tuto eſt. Confide (ait Dominus) Ignati, confide Societas: ſciens abs te IESVM vehi. De ipſa quoque dictum arbitrari æquum eſt, quod primò ad Eccleſiam à Domino prædictum legimus: *Spōſabo te mihi in ſempiternum, ſponſabo te mihi in fide.* Oſeæ 2. Et quidem (vt optimè animaduertit hoc loco S. Hieron.) *IESV crucifixo deſponſatur in fide, & gratia Euangelij.* Sed quæ nam alia poſt Eccleſiam congregatio, quàm iſta Societas IESV à Domino in ſanctum iſtud coniugium fide gra- C tiáque plenum aſſumitur? *Et ſeminabo eam in terra,* ibidem adiungitur. Illam vtique ipſam Societatem IESV per omnes mundi gentes, plagáſque breui tempore, vti primùm Roma illuxit, ſubſtructis domibus, collegiiſque, aut etiam abſque tecto; paſſim prædicatoribus, ex hoc eodem ordine diſcurrentibus diſſeminatam miratus eſt terrarum orbis. Minima quidē Romæ nata, minima etiam Oliſiponem in Luſitaniam deducta, minima in Indiam tranſmiſſa: ſed quæ fuerat inſtar grani ſinapis, omnium nouiſſima, & minima Ordinum, ſubitò creuit in arborem, patuliſque, & quoquouerſum diffuſis ex tantulo ſtipite ramis nullam mundi regionem non impleuit, nō obumbrat. Et meritò de Societate noſtra quæri D poteſt, quod de Chriſti, tum matre Virgine, tum Eccleſia inquiſitum legimus. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuum?* Cant. 8.

S. Ignatius & Societas cum nomine IESV regium habēt principatū.

Societas nomine IESV tutò per maria fertur.

Plutarch. Sueton.

Eccleſia Chriſto crucifixo deſponſata.

Oſeæ 2. D. Hier.

Oſeæ 2.

Mira Societatis IESV per orbem propagatio.

Cant. 8.

8. Quænam iſthæc eſt noua religio, quis ordo regularium clericorum, tam nouo, inauditóque inter religioſos inſtituto, tam nouis, variiſque profeſſorum, coadiutorum, ſcholaſticorum gradibus diſtincto, per reſidentias, per collegia, per domos profeſſas vbique locorum, & gentium propagatus? *Ecce nubecula parua aſcendebat de mari.* 3. Reg. 18. talis planè Societas ab exiguis profecta initiis, de vulnerato, claudóque Cantabri militis pede in altum ſubuecta diuinitùs, (vt illa Eliæ) facta eſt pluuia grandis, quæ E non Europam modò, ſed cōplures Africæ, Aſiæque, etiam Romano Imperio inacceſſas, & incognitas Eoi cœli prouincias irrigauit. Sed quid mirum? Aſcendit illa innixa ſuper dilectū ſuum, Societas IESV: non Auguſtino, non Benedicto, non Ignatio, ſed IESV nomine, præſidio, miſericordiáque fulcitur: vnde cœleſtibus gratiis, doníſque, vnde Pontificum, Regum, Principum fauoribus, redditibus, honoribus, priuilegiis, bonæque apud fideles, pariter & infideles exiſtimationis, famæque deliciis affluens toti videtur,

Nouus ordo Societatis IESV.

3. Reg. 18.

Vnde & in quantum aſcendit Societas IESV.

Societas IESV fulcitur.

habetúr

habetúrque mundo quàm gratiſſima. Infinitæ A
Domino gratiæ agantur, cuius ſacroſancto nomini, ac beneuolentiæ acceptum refert Societas quicquid magnum, & illuſtre habet. Illam ſuſtentat, eleuátque IESVS, quæ ſcilicet vti minima in ſe eſt, non ſuopte ingenio, virtutéque; non pedibus, non manibus, quibus omnibus tantilla caret, ſed IESV nomine, gratiáque ad cathedras Academiarum, ad ſuggeſta templorum; ad Pontificum, & Principum, gratiam, familiaritatémque aſcendit. Eſt quidem Societas IESV innixa ſuper IESVM dilectum ſuum, quæ ipſam miſericorditer, largitérque Magiſtris, Doctoribus, diſciplinis, prædicatoribus, autoribus, pulcherrimis in omni doctrinarum genere libris; martyribus denique glorioſiſſimis nobilitauit. B
Quid ergò nunc timear à mundo, & ab inferno Societas IESV, etiam ſi per gentes, per prouincias ſub alio, etiam horribili, ſole poſitas ad euangelizandum contra idola, contra hæreſes pugnatura, latè diſcurrat, cùm innixa ſuper dilectum ſuum cum IESV ſacroſancto nomine ſuffulta roboretur?

Minimam Societatem IESVS ad mundi culmina eleuat.

Societas fæcunda diſciplinis.

9. Cedunt, vincuntur, euaneſcunt omninò pericula, vbi nomen IESV auditur. Miſſurus Moyſes ad explorandam terram diuinitùs promiſſam, principes viros, cùm omnium ducem eligeret, apponitur in ſacris literis; *De Tribu Ephraim Oſee filium Nun:* & paulò inferiùs: *Vocauitque Oſee filium Nun Ioſue.* Num. 13. Sed quorſum Moyſes mutauit nomen Oſee in Ioſue, tunc maximè, C
cùm ad explorandam alienigenarum terram mitteret hominem? Illa mihi videtur ad hunc locum ratio facilior, quam Abul. potiorem duxit his verbis: *Nomini Oſee additur vna litera nominis Dei, Iehoua, ſcilicet iod. Et ita ſignificat ſaluatorem, vel ſaluatum, ſcilicet liberum ab omni malo; & hoc competit, quia mittebat eum Moyſes in terram hoſtilem, vbi poterant accidere multa pericula: cupiebat autem Moyſes quòd ab omnibus illis ſaluus eſſet Ioſue: ideò impoſuit ei nomen ſalutis.* quæſt. 36. ad cap. 13. Num. Vbi etiam perdoctè animaduertit, etſi communiter pronuncietur Ioſue, proprium tamen illius nomen vt à Moyſe impoſitum, eſſe IESVM, & in Hebræo Ioſua, quod eſt nomen Chriſti Domini. Armauit itaque Moyſes homi- D
nem nomine IESV, fortémque, ac velut inſuperabilem fecit, ſecurum inter omnia pericula reddens, cui nomen indidit ſalutis. Petrus Comeſtor in hiſtoria Scholaſtica, itémque Carthuſianus aliam hoc modo aſſignant rationem: *Mutauit illi nomen Moyſes committens illi ſalutem, & curam vndecim aliorum.* Diſcant ex hoc loco præſules, Præfectíque, quale nomen præferant, quale munus obire debeant, nimirum ſalutis. Saluatores ſunt, non mactatores, ad ſalutem, & curandam, & conſeruandam, non ad mortem inferendam, non ad deſtructionem, ſed ad ædificationem ſubditorum præficiuntur; *Et quia* (vt Abulenſ. adnotauit) *nomen illud à Moyſe inditum ſimul ſaluatorem, & ſaluatum ſignificat: nouerit etiam qui* E
præeſt aliis, ſuæ cum primis, dein aliorum ſalutis curam ſibi eſſe debere. *Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?* Matth. 16. Extrema quidem eſt dementia diligenter alienam ſalutem curare, propriam verò negligere: Cúmque alios in cœlum introducas, teipſum ſponte ruere in infernum: aliorum eſſe paſtorem, tui lupum carnificem. Ad hæc mutatio illa nominis in magnum & honorem, & emolumentum à Deo homini facta eſt, vt etiam animaduertit in hunc modum Abulenſ. *Addidit Moyſes vnam literam, vt eſſet idem principium nominis Dei, & nominis Ioſue, innuens per hoc, quòd Deus daret ipſi Ioſue de magnis bonis ſuis, cùm daret ei primam literam nominis ſui tetragrammaton.*

Num. 13.

Ioſue armatur nomine ſalutis.

Abul.

Petr. Com. Carthuſ.

Prælatus ſaluat, non mactat.

Abul.

Matth. 16.

Prælatus in primis ſui curam habeat.

Abul.

10. *Contingebant quidem* (vt ait Apoſtolus) *illis hæc in figuris;* cúmque figuræ multò ſint inferiores rebus, quas repræſentant, planè quæ fidelibus ea ſuo ſacroſancto nomine Chriſtus Dominus communicauit, inſigniora ſunt ad honorem, ad vtilitatémque longè vberiora. Quid enim quæſo ditius, quid excellentius, quàm quod Chriſtianorum nomen à Chriſto deriuatum importat? vno verbo complectitur quæcumque magna & ſalutaria dici, cogitaríque poſſent illa Domini ſponſa, cùm dixit: *Oleum effuſum nomen tuum*, Cant. 1. Et nomen quidem iſtud diuini ſponſi non modò intelligitur IESVS, de quo iam nonnihil diximus, ſed etiam, & potiſſimum ſignificatur Chriſtus in oleo, quippe Meſſias Hebraicè, Chriſtus, Græcè vnctum ſignificat. Enimverò in Repub. Hebræorum diuino inſtituto Reges vngebantur, atque adeò Chriſti, & Meſſiæ vocabantur, vti Saul, Dauid, Salomon, Ezechias, Ioſias, ac reliqui Hebræorum Reges; at nulli eorum nomen iſtud ita proprium fuit, vt communiùs illo, quàm alio Rex vllus appellari conſueuerit, quod tamen ſoli Verbo incarnato ita proprium eſt, vt licet aliud habeat perſonale, frequētiùs tamen iſto cognoſcatur & appelletur; Chriſtus enim abſolutè prolatus Deum hominem ſignificat: Deinde nullus illorum Regum ſuum illud nomen (Chriſtus) aliis à ſeipſo communicaſſe legitur. Hoc verò à Domino IESV Chriſto, ita euidenter factum videmus, vt ſolius Chriſti Domini oleum effuſum, & communicatum hominibus nomen eſſe conſtet. *Etenim Dominus Chriſtus* (vt luculenter adnotauit Euſebius Cæſari.) *virtute, appellationéque ſuâ totum terrarum orbem impleuit: quippe qui denominatum à ſeipſo in omnibus gentibus Chriſtianorum inſtituerit genus; quare ſponſa cùm quæreretur, quod nam ipſi ſponſo nomen eſſet, dixit, oleum effuſum nomen tuum.* Cant. 1. *Significans ipſum Chriſti nomen.* lib. 4. de demonſt. cap. 26. Porrò effuſum intelligitur longè, latéque in gentes, & loca terrarum, vt idem Euſebius animaduertit: *Etenim* (inquiens) *à Chriſti vocabulo Chriſtianorum nomen deductum omnem locum, & ciuitatem, & regionem, ipſáſque in deſertis, oriſque extremis terræ habitantes nationes circuiuit, fidem eo modo faciens, & conſentient huiuſce prophetiæ vaticinio.* de demonſtr. lib. 10. cap. 7. Eſt igitur luculentiſſimum inter alia teſtimonium Chriſti Domini, quem fideles verum illum à Deo promiſſum confitemur, & adoramus Meſſiam, quòd illius nomen vti oleum ſit diffuſum. Nam quâ ratione homo quis poterit ſeſe diffundere niſi cùm multis abſque perſonarum reſpectu ſeſe communicet; quid tunc efficeres, ſi tuæ nobilitatis ſtemmata, & familiæ titulos tuis etiam famulis, ſeruiſque donares?

1. Cor. 10.

Inſignes gratia nominis IESV.

Cant. 1.

Chriſti nomen explicatur.

IESV Domino proprium & ordinarium Chriſti nomen eſt.

Euſeb. Cæſ.

Chriſti nomē communicatum.

Cant. 1.

Chriſti nomen in Chriſtianos diffuſum.

11. Profectò tam valida, benéque fundata ratio hæc eſt ex Chriſti nomine in Chriſtianos effuſo, vt Ioſephum Hebræorum doctiſſimum ad profitendam noſtræ fidei veritatem compulerit, ſcribit enim ad hunc modum: *Eodem tempore fuit IESVS vir ſapiens, ſi tamen virum eum fas eſt dicere. Erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum, qui libenter vera ſuſcipiunt; plurimóſque tam de Iudæis, quàm de gentibus ſectatores habuit.*

Ioſeph.

Ioſephi teſtimonium de Chriſto Domino.

Chriſtus hic erat. Viden' Iudæe quàm egregium de Chriſto IESV tuorum ille magiſtrorum nominatiſſimus proferat teſtimonium? nec vt perfidi, & cæci de vobis plerique; ſcandalo Crucis ad negandam, vel certè diſſimulandam veritatem ductus moueatur, adiungit: *Quem accuſatum à noſtra gentis principibus Pilatus cùm addixiſſet Cruci, nihilominùs non deſtiterunt eum diligere, qui ab initio cœperant. Apparuit enim eis tertia die viuus, ita vt diuinitùs de eo vates hoc, & alia multa miranda prædixerunt, & vſque in hodiernum diem Chriſtianorum genus ab hoc denominatum non deficit.* lib. 18. antiq. cap. 6. aut vt habetur in aliis Codicibus cap. 4. in quo ſimul 6. & 7. inſeruntur. Ratio huius varietatis eſt, quòd perfidi Iudæi caput iſtud 6. ex lib. 18. quo maximè conuincebantur, in Hebraicis codicibus omninò eraſerunt, vti paucis abhinc annis Romæ inuentum eſt Ioſephi volumen Hebræum ſatis vetuſtum, in quo totus hic locus de Chriſto videbatur deletus, vt negare iſtè non poſſint, dolo, & perfidiâ Iudæorum autoris verba de membrana fuiſſe abraſa. Qua de re ita ſcribit Baron. *Ioſephi de Chriſto teſtimonium in peruetuſto Iudæorum codice, in quo eius hiſtoria è Græco in Hebraicum tranſlata antiquitùs ſcripta ſunt, cùm hic Romæ requireretur (ô perfidorum impudentia?) abraſum inuentum eſt, adeò vt nulla ad excuſandum ſcelus poſſet afferri defenſio, cùm membrana ipſa id exclamare videretur.* tom. 1. annal. pag. 210. Itaque conteſtatur Ioſephus: *Chriſtus hic erat.* Sed quid ais, Rabbine? An non alibi Veſpaſianum eſſe Chriſtum & Meſſiam Iudæis promiſſum ſcripſiſti? vt videre eſt lib. 7. de bello Iudaico cap. 12. refértque Baronius tom. 1. annal. pag. 647. Quid te quæſo coëgit, vt mutares ſententiam? Mentitus ſum, (inquiet) adulator fui, non bonus autor, me alióſque aſſentationia fraude ſeductus in errorem duxi. Nunc verè quod ſentio loquor ſcribóque. *Chriſtus hic erat.* At heus tu qui ſemel mentitur, indignus eſt, cui & vera credantur. Benè (inquiet) ſic res habet. Sed nunc quod ſcribo euidenter confirmo: probationi fides habeatur. *Vſque in hodiernum diem Chriſtianorum, qui ab ipſo nuncupati ſunt, & nomen perſeuerat, & genus.* Sic transferunt nonnulli. Optima ſanè hominis probatio. In hodiernum vſque diem permanere video & genus, & nomen Chriſtianorum, qui IESVM illum à Iudæis proditum, à Pilato crucifixum, pro vero Meſſia, & Chriſto receperunt. Scilicet nomen iſtud (Chriſtus) ſibi ille proprium fecit, deinde communicauit, pérque ſuos fideles effudit. Nec tollere, quicquid Iudæi conentur, nec negare poſſumus: Chriſtus nuncupatur, Chriſtus nuncupabitur; Chriſtus hic erat, Chriſtus hic eſt, eritque. Solus IESVS à noſtris crucifixus, à Deo in ſcripturis promiſſus Meſſias, & Chriſtus eſt.

Fraus & perfidia Iudæorum.

Baron.

De Chriſto teſtimoniū ex nomine Chriſtiano.

12. Validiſſimum profectò argumentum ex Chriſti, & Chriſtianorum (vti vidimus) nominibus ad noſtram fidem comprobandam adducitur; ſed nemo ibit inficias validius ex vita ipſa modeſta, & ſancta, quàm ex nomine Chriſtianorum, proferri teſtimonium; quantò nimirum glorioſius Chriſto Domino eſt ſuâ virtute, gratiâque ſanctitatem vitæ, morúmque hominibus imprimere, quàm nominis denominationem elargiri. *Quid autem eſt Chriſtianiſmus, niſi* (autore Gregor. Nyſſen.) *imitatio diuinæ naturæ.* lib. profeſ. Chriſt. Quod quidem ſi minùs cernitur noſtris ob iniuriam, & malignitatem noſtram temporibus; at certè primæuis illis, cùm ad recentem

D. Gregor. Nyſſ.

Teſtimoniū de Chriſto ex vita Chriſtianorum.

A Chriſti Domini ſanguinem ardor adhuc caritatis efferueſcebat, ita perſpicuè conſtabat, vt gentium ad fidem conuerſio, non tam vocibus, quàm motibus prædicantium adſcripta meritò fuerit. Expatiatur (vti ſolet) diuina planè S. Chryſ. eloquentiâ in hoc ipſo argumento, tum alibi, tum vel maximè homil. 6. in 1. Corinth. Vbi poſtquam Apoſtolorum ſanctitate conuerſum demonſtrauit orbem, adiunxit: *Vitam viuebant Angelorum: quod ſi in præſentia fieret, vniuerſum ſanè orbem, & ſine ſignis conuerteremus.* Nullum eſt enim aliud admirabilius ſignum, potentiúſque ad inflectendos hominum animos, quàm quòd in aliis eiuſdem naturæ vitam inſpiciant ſublimioribus ornatam virtutibus, propéque accedentem Angelicæ puritati. Vniuerſa verò morum fragrantia, quæ à piis, ſanctíſque hominibus exhalatur, ex illo Chriſti oleo delibatum eſt, quo in ſenſu potiſſimum locuta cenſetur ſponſa: *Oleum effuſum nomen tuum.* Cant. 1. vti Euſeb. Cæſar. loco citato, aliíque arbitrantur. Venit enim Deus in terras, & homo factus cum hominibus conuerſatus eſt, vt eos faceret Angelos, non quidem naturâ, ſed vitæ ſanctitate. Ac tota quidem iſta eſt Chriſtianorum profeſſio, iſta debet eſſe ſolicitudo & occupatio, vt quam proximè Angelis accedant, abdicatíſque operibus carnis in cœleſtes ſpiritus tráſmutentur. Sunt enim Angelorum æmuli; quippe qui ab ipſo Dei Filio edocti, iuſsíque Deum, qui in cœlis eſt Patrem ſuum appellare, implorâréque ſolent: *Pater noſter, qui es in cœlis.* Matth. 6. Ad quæ verba pulcherrimè ſic effatur Tertul. *Igitur, & nos Angelorum ſi meruerimus candidati iam hinc cœleſtem illam in Deum vocem, & officium futuræ claritatis ediſcimus, hoc quantum ad gloriam Dei.* lib. de orat. Inſinuat verò illum Angelorum concentum: *Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus Sabaoth.* Iſai. 6. maximè ſiquidem in perenni ac pio laudandi Deum ſtudio Chriſtiani Angelos imitari debemus.

D. Chryſ.

Mundi conuerſio ob ſanctitatem Apoſtolorū.

Cant. 1.
Euſeb. Cæſ.

Chriſtiani Angelorum æmuli.

Matth. 6.
Tertull.

Iſai. 6.

13. Sed expende maturiùs candidatos nos dici Angelorum ex more antiquo Romanorum, apud quos candida veſte indui, vel ad ſignificandam animi ſinceritatem, vel vt perſpici ab omnibus notaríque poſſent, dignitates Reipublicæ ambire, peteréque ſolebant. Iccircò vocabantur candidati, qui per comitia ſuadendo, rogando, ſubmittendo ſeſe omnibus, & ſæpiùs nudato etiam pectore, cicatrices plagarum, quas pro patria exceperant, oſtentando, diſcurrebant. Ad hunc igitur morem Chriſtiani dicimur Angelorum candidati; tota ſiquidem noſtra ambitio, circuitio, interpellatio poſita in eo eſſe debet, vt Angeli demum immortali æuo donati efficiamur, quos iam nunc purioris vitæ candore, vti fides à Chriſtianis exigit, imitemur. Fiet hoc maximè per animi, corporíſque munditiem, in qua viri, fœminæque de mortalibus, in immortales; de corporeis, in ſpirituales; de hominibus in Angelos tranſmutantur: de quibus & Pſalm. 44. & E titulus ipſe, quo prænotatur, cœleſte concinit epithalamium; inſcribitur enim: *Pro his, qui commutabuntur, canticum pro dilecto.* S. Hieron. legit, *Victori:* Aquila, *Victoriam facienti.* Symmachus, *Triumphus, aut triumphale carmen.* Auguſtin. quem poſteri Latinorum ſequuntur, vocat Epithalamium carmen. Hæc autem victoria Chriſti Domini eſt in primis; deinde per illius gratiam eſt caſtorum vtriuſque ſexus, virginum maximè; quibus egregiè conuenit arcanum illud tituli: *Pro iis, qui commutabuntur,* à terreſtri nimirum concretione,

Quid ſit candidatus.

Chriſtianorum mira tranſmutatio.

Hominis puritas laudatur.
Pſal. 44.

D. Hieron.
Aquil.
Symmac.
D. Aug.

Virginitatis encomia.

A cretione, ac vilitate in Angelicam, & (liceat dicere) diuinam puritatem pariter, & dignitatem. Hieronym. & Aquila vertunt, *pro liliis*. Symmachus, *pro floribus*, alij, *pro roſis*, Hebr. *Gbal ſoſannim*, quæ vox frequentiùs lilia ſignificat: & fortaſsè ab ea voce noſtram Luſitani mutuari accepimus: Acucena. Quæ verò lilia, quæ roſæ, qui flores, quàm quibus cœleſtis ſponſus delectatur? *Qui paſcitur inter lilia.* Cant. 7. Septus nimirum (vti canit Eccleſia) choreis virginum. His ergò ipſe Dominus eunuchorum nomine ſignificatis eximia quædam priuilegia promittit. *Hæc dicit Dominus eunuchis: Qui cuſtodierunt ſabbatha mea, & elegerint, quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis, & filiabus: nomen ſempiternum dabo* B *eis, quod non peribit.* Iſai. 56. Qui quæſo iſti eunuchi, niſi quos nominat, laudatque Chriſtus Dominus in Euangelio, *qui ſeipſos caſtrauerunt propter Regnum cœlorum.* Matth. 19. Virgines nimirum vtriuſque ſexus? ita locum Iſaiæ interpretantur S. Auguſt. tom. 6. contra Fauſtum in fine lib. 14. Ambroſ. in exhortat. ad virg. & in inſt. virg. cap. 6. Greg. 3. part. Paſtor. cap. 29. Baſil. lib. de vera virgin.

Cant. 7.
Iſai. 56.
Matth. 19.
D. Aug.
D. Ambr.
D. Greg.
D. Baſil.

14. Cæterùm, non quibuſcumque eunuchis, ſiue virginibus grandia diuinitùs munera promittuntur, ſed iis tantùm, qui cuſtodiunt ſabbatha Domini. Sabbathum quidem ceſſationem, & quietem latinè ſonat. Vult ergò Dominus virgines ſabbathizare, id eſt, non ſolùm, vt à laborio- C ſis nuptiarum negotiis, procreandique liberos opere vitam ducant liberam & immunem; ſed etiam ab omni animi, & corporis motu vndequaque ſit integer animus. Myſticè igitur ſabbathizat, qui non pedem, non animum, non os, non oculum, non aliud corporis membrum contra Dei obſequium, voluntatémque mouet, nec pulchritudinem animæ, quæ ad Dei facta eſt imaginem, corrumpit, ſed perſtat, vt præclara diuinæ maieſtatis effigies, ſolida immobiliſque ad omnem cogitationem, ad omnem tactum, verbúmque perſeuerans; vno verbo, eſt in omnibus, & circa omnia Chriſti virgo ſiue maſculus ſit, ſiue fœmina. His ergò tantæ puritatis cultoribus promittitur à Domino in Eccleſia ſua, & locus, & D nomen melius à filiis, & filiabus, hoc eſt, quàm ſi filios, & filias genuiſſent, quàm ſi parentes eſſent numeroſæ prolis; quo ſignificat Dominus, quantò ſit ſublimior virginum, quàm coniugatorum ſtatus. *Nomen melius* (exponit S. Thom.) *quòd ſerui mei, & ſancti vocabuntur.* Licèt enim coniugati, piè, Chriſtianéque agêtes, & ſerui Dei, & ſancti debeant appellari; nihilominùs cum *tribulationem carnis* (vt loquitur Apoſtolus) ſuſtineant, implicatique mundi curis Deo vacare, non tam liberè poſſint, & expeditè; minùs aptè veréque præclaro illo nomine, quod virginibus, imò & continentibus iure optimo conuenit, digni cenſentur. Expendi etiam debet non præceptum a Domino imponi eunuchis, ſed conſilium E proponi: *Si elegerint* (inquit) *quæ ego volui.* Iſai. 56. Non quæ iuſſi, ſed quæ volui, ſuaſiue, vt meliora: elegerint, vltrò ſcilicet, non coacti, aut etiam iuſſi fecerint. *Sola eſt enim* (inquit S. Ambroſ.) *virginitas, quæ ſuaderi poteſt, imperari non poteſt. Res magis voti quàm præcepti. Quod enim gratiæ eſt, non iubetur, ſed deſideratur; electioniſque magis eſt, quàm ſeruitutis.* exhortat. ad virg. ad prædicta Iſaiæ verba.

Virginitas omni ex parte integra commendatur.

Virginitas ſublimior coniugio.

D. Thom.

Iſai. 56.
Suadetur, non iubetur virginitas.
D. Ambr.

15. Porrò ſi tanta eſt apud Deum gratia ſer-

A uitutis, vt virgines, & continentes ſeruorum Dei magnifico, & illuſtri titulo, inter aulicos ſuos, principéſque ſuæ regiæ decorauerit: quid æquum eſt cogitare, dicereque de incompatabili gratia, dignitatéque Reginæ vniuerſorum, matriſque ipſius Dei, quæ licet ancillam ſe nominet, ſupra omne, quod infra Deum eſt, in ſupremum honoris, ac virtutis gradum euecta ſupereminet? Vidit illam Ioannes aliquando *amictam ſole, lunámque ſub pedibus eius*, Apoc. 12. Vtrobique illius immenſa demonſtratur ſublimitas, in ſolis amictu, quàm Deo proximè accedat, quàm incomprehenſibili diuinitati vicina, coniunctáque ſit, oſtẽditur; in pedibus lunam prementibus, quàm inſuperabili creaturæ omnes interuallo ab ea di- B ſtent, ſignificatur. *Et quidem Virgo beatiſſima* (vti S. Bernard. lunæ arcanum diſcutiens ait) *excellentiſſimâ quadam ſublimitate præ cæteris omnibus excedit, & ſupergreditur creaturis, vt meritò ſub pedibus eius luna eſſe dicatur.* ſerm. in ſignum magnum. Deinde quia per lunam mundus innuitur, & quicumque in mundo ſumus: rectè docemur aptiorem nobis alium locum non aſſignari, niſi ſub pedibus Reginæ cœlorum: *vt piè* (quod admonuit idem Bern.) *amplectamur Mariæ veſtigia, & deuotiſſima ſupplicatione beatis illius pedibus prouoluamur.* Sed quodnam in amictu ſolis myſterium? Sol quidẽ iuſtitiæ Dei filius Verbum Deus non eſt Maria; ſed tamen ſoli ipſi, Deóque Verbo nihil tam vicinum, tam coniunctum eſt, quàm Ma- C ria, vt ſcilicet indumento, quo circuntegitur, corpus. *Iure ergo Maria* (inquit Bernard.) *ſole perhibetur amicta, quæ profundiſſimam diuinæ ſapientiæ, vltra quàm credi valeat, penetrauit abyſſum.* Hinc meritò colligi poteſt, quantum fuerit ſanctiſſima Virgo ab omni tam actuali, quàm etiam originali culpa immunis, vtpotè ſole diuinitatis amicta, & quaſi diuinæ gratiæ immenſo mari vndique circundata, & immerſa. Vnde amplius progreditur Bernardus. *Candidiſſimus ſanè, ſed & calidiſſimus huius mulieris amictus: cuius omnia tam excellenter irradiata noſcuntur, vt nihil in ea non dicam tenebroſum, ſed obſcurum ſaltem, vel minùs lucidum, ſed ne tepidum quidem aliquid, aut non feruentiſſimum liceat ſuſpicari.* Qui ergo reatus originalis D obſcuritas illam potuiſſet offundere, quam ſol ipſe vndique amictam operiebat? quà quæſo labes vlla Virginis animam penetraſſet, quin per ſolem ipſum peruaderet: & quæ vel noctis caligo, ne dum nubecula (non dicam ad contactum) ſed ad aſpectum ſolis non euaneſcit? Cæterùm ô Domina, tuæ ſunt iſtæ à Deo conceſſæ gratiæ, tibi ad honorem tuum, tibi ad vtilitatem cedunt: quid verò noſtra intereſt quòd creaturis omnibus emineas, quòd Deo proxima, quòd Dei mater ſis, omnium abyſſus gratiarum: Nimirum tantus hic fons in noſtrum redundat commodum. An non quæ ſole induitur, virtutem habet, geſtat, communicat ſolis, qui videlicet ſine vllo diſcrimine, ſed ampliſſimâ quadam (vt ita loquar) E magnificentiâ, ne dicam prodiga liberalitate oritur ſuper bonos, & malos, vniuerſóſque æqualiter illuminat, ac fouet. *Nimirum* (aduertit idem Bernard.) *Maria eſt, quæ velut alterum ſolem induit ſibi. Quemadmodum enim ille ſuper bonos, & malos indifferenter oritur: ſic ipſa quoque præterita non diſcutit merita, ſed omnibus ſeſe exorabilem, omnibus clementiſſimam præbet, omnium denique neceſſitates ampliſſimo quodam miſeratur affectu.* Hactenus S. Bern. Honoratur Iacob poſt luctam cum Angelo Iſraël nomine; diciturque fortis, aut princeps cum

Incomparabilis dignitas B. Mariæ.

Apoc. 12.

D. Bern.

B. Maria ſupra omnẽ creaturam.

Felix nobis locus ad pedes B. Mariæ.

D. Bern.

B. Maria immunis ab originali reatu.

Gratia B. Mariæ ad omnes diffunditur.
S. Bern.

Deo;

Deo, inſignis quidem honor, grande Dei beneficium, ſed nubes eſt, vmbra, noxque ad mulierem amictam ſole. Iſraël ad Mariam; princeps, & fortis cum Deo ad Reginam cœli, ad Angelorum Dominam, ad veram, dignámque matrem Dei.

SECTIO XIII.

Interrogauit eum Iacob, &c. Vſque ad, *Anima mea.*

1. ANgelum eſſe, cum quo luctabatur, ſciebat Iacob, ſed nomen ignorabat; quærit ergò non quia curioſus altiorum indagator rerum, ſed quia prudens, & accepti beneficij memor, vt poſſit eum in periculis adiutorem aduocare, noſcátque benefactorem ſuum, eiuſque, vt gratus debet, beneficium queat prædicare. Exigit enim ipſa ratio, vt iugis beneficij, & benefactoris memoria perſeueret in eo, qui ab hoc illud accepit: Iccircò Iudæos, quorum duriora ſaxis corda ſemper extiterunt, Dominus ſuorum beneficiorum frequenter in Prophetis memores eſſe volebat, maximè verò iccircò ſabbathum, in quo diuinis vacarent ſtudiis à forenſibus, & domeſticis feriati ſeruandum illis inſtituit; quod S. Iuſtinus Martyr Iudæos ipſos ita edocuit; *Sabbathum vobis vt ageretis præcepit Deus, vt Dei vos ſubiret recordatio. Nam eius illud verbum hoc ſignificat, vt cognoſcatis Deum eſſe me, qui vos redemi.* io Dialog. contra Tryphonem. Itaque feſta illis inſtituit, vt ſaltem ad præſentiam diei feriati recordarentur Dei, qui huiuſmodi feſtum in quo a ſeruilibus vacarent operibus indixerat: Et propter eandem rationem à certis quibuſdam cibis præcepit abſtinere, vt cùm vetitos illos cibos edere vererentur, ſcirent Deum eſſe, qui talem iniunxerat legem; & hanc ſibi ab hominibus exhiberi obedientiam ſtatuerat: *Hoc enim* (adiungit idem Iuſtinus) *vobis, vt à cibis quibuſdam abſtineretis præſcripſit, vt, & in cibo, & in potu Deus ob oculos vobis verſetur, quò d facilè ipſius cognitionem ſoleti ſitis ex animis deponere.* Quia verò à Chriſtianis perfectiori legi, atque inſtituto deſeruientibus exigit, non vno ſaltem die feſto, ſed planè iugem, & perennem diuinorum beneficiorum memoriam, & gratitudinem illis omnium ciborum liberam indulſit facultatem; ſic enim maioribus obligati beneficiis, etiam in cibo, & potu indulgentiſſimum celebrabunt benefactorem. At ingrati, vt ſtolido ſenſu, animóque ſunt, ſimulátque beneficium accipiunt obliterata illius recordatione ita ſtupidos ſe gerunt deinceps, ac ſi nihil ab alio acceperint; tamque vecordes, & impios ſe oſtendunt, vt benefactorem ipſum nihili habeant, odióque interdum pro amore proſequantur.

Gratitudo meritò exigitur. — S. Iuſtin. — *Gratitudo erga Deum commendatur.* — *Cur dies feſtos conſtituit Dominus.* — *Perſtringitur ingratitudo.*

2. Hæc Domini querela primum eſt exordium in Prophetia Iſaiæ. *Filios enutriui, & exaltaui; ipſi autem ſpreuerunt me.* cap. 1. Enutriui, *gueddalthi* גִּדַּלְתִּי magnificaui, magnos feci, radix *gadal* גָּדַל magnificare, magnum eſſe, &c. vt Ioſue 4. *Magnificauit Dominus Ioſue, gadal* גָּדַל hioc etiam educare, nutrire: nam pueri dum nutriuntur augmentum capiunt, magnique in dies fiunt. Erat igitur Hebræorum populus ſuis initiis exiguus, obſcurus, penéque nihil, quem tamen Dominus ſibi elegit, paternóque amore nutritum fecit in terris magnum & glorioſum; ſed his Domini beneficiis qualem ille rependit vicem? Ipſi autem ſpreuerunt me. Hebr. *Paxeghu* פָּשְׁעוּ rebellare, præuaricari; verbum eſt propriè ſeditioſorum, & rebellium, ac deficientium a duce, à principe. Hæc ſcilicet hominum eſt impudentia, & dementia, vt à Deo quotidianis, & magnis velut enutriti beneficiis, nihilominùs ingrati ab illius obſequio, amoréque deficiant, atque ab illius caſtris transfugientes in vexilla cacodæmonis contra Deum vocem attollant, armáque perſonent. Sed vnde hoc malum? *Populus meus non intellexit.* Iſai. 1. Quid non intellexit? non apponitur, ſed abſolutè non intellexit; quicquid enim illi ſcirent, quandiu Deum neſcirent, omninò nihil ſcire dicendi eſſent ad eum ſcilicet modum, quo alicubi S. Auguſtinus dixiſſe ſcribitur (vt paſſim teritur) *Omnis copia, quæ Deus meus non eſt, egeſtas mihi eſt*, Non intellexit: qui enim intelligat, qui caret intellectu, quo quid ſibi expediat, quid rationi conſentaneum ſit, omninò ignoret? Non intellexit, qui tam ſibi eſt inimicus, vt pro Deo peccatum eligat. *Me* (inquit Dominus) *dereliquerunt fontem aquæ viuæ.* Hierem. 2. o inſana ingratitudo mortalium! Quid enim officioſius, quid magnificentius fonte ipſo, qui publico in loco dies, noctéſque perenni fluit ſcaturigine, gratiſque aquam venientibus, vbi & quantum volent, læto ipſo murmure liberalitatem ſignificans omnibus, ſine vllo diſcrimine, reſpectuque diſpenſat? Planè vmbra eſt diuinæ beneficentiæ, *quæ* (vt ait Apoſtolus) *dat omnibus affluenter, & non improperat.* Iacob. cap. 1. At ingratus homo deſpicit huiuſce fontis affluentiam, perennitatem diuinæ miſericordiæ contemnit, fontem aquæ viuæ, vnde ſine labore puros ebiberet liquores, faſtidit, dereliquitque, & diſruptam ſine aqua, lutóque, & limo ſcatentem ingenti cum labore ciſternam ſibi conſtruit, dignū ſanè ingrati hominis ſupplicium, vt fruſtrà laboret, ſine fructu ſudet, ac delaſſetur. Indignus eſt, qui animum ingratum habet, cui proſperum quicquam ſuccedat: quin (vti colligit S. Baſil.) *planè intolerabilis eſt odio dignus, qui ad id honoris faſtigium prouectus eſt, vt conſors fieret cœleſtium bonorum, & ne ſic quidem perſeuerat in caritate, erga tanti beneficij autorem.* ad prædicta verba Iſaiæ, ſcilicet, ad imaginem, & ſimilitudinem Dei creatus eſt homo; dein pretioſiſſimo Dei hominis ſanguine redemptus, & in ſempiternam Dei gloriam inuitatus: Ac tam præclaris tamen beneficiis ingratum ſe, impiúmque præſtitit. Sequitur enim paulò inferiùs: *Dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael.* Iſai. cap. 1. Vbi egregiè S. Baſil. *Quod dari* (inquit) *poteſt maius argumentum malitiæ, quàm ab eo deficere qui bonus eſt? quæ vſquam grauior exuperantia malignitatis, quam eum exaſperare, quo nihil melius, ac placidius?*

Iſai. 1. — Ioſue 4. — *Ingrati contra Deum eleuantur.* — Iſai. 1. — S. Auguſt. — *Peccator ignorans.* — Hierem. 2. — *Fons Dei beneficentiæ exprimit.* — Iacob. 1. — *Ingratus dignè punitur.* — D. Baſil. — *Dei beneficia homini collata.* — Iſai. 1. — D. Baſil. — *Ingrati erga Deum malignitas.*

3. Quid verò etiam ſtolidius, quàm tantis à Deo acceptis beneficiis, ſi minùs odium, at certè obliuionem, ſtuporémque mentis rependere? Iuſte Dominus de nobis in hunc modum conqueritur: *Nunquid obliuiſcetur virgo ornamenti ſui, aut ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ? populus verò meus oblitus eſt mei diebus innumeris.* Hierem. 2. Cùm ſcilicet res ipſæ ludicræ ſemper ante oculos cuicumque verſentur, memorique menti perſeuerent infixæ; Deus tamen, quo nihil pretioſius, & præſtantius eſt, & nihil eſſe carius debet ab hominum memoria, cogitationéque exulat, & (quod magis eſt deplorandum) non certo aliquo definitóque tempore, ſed planè infinito, quod ſupputari non poſſit.

Ingrata Dei obliuio. — Hierem. 2.

poſſit. Quid hoc eſt, ô bone Deus, vt diebus innumeris oblitum eſſe hominem tui dicas? quid in hominis vitâ infinitum eſt? cùm breues, certíque, atque intra paruum circumſcripti numerum dies hominis ſint; quid eſt, quòd innumeros iudices?

Immenſus Dei erga homines amor.

ô immenſum Dei ergà homines amorem! Sed ô incredibilem hominum ingratitudinem, inexpiabilémque impietatem? Deo nos impenſiùs amanti breue ipſum, quod viuimus, ſpatium videtur infinitum, cùm Dei ſumus immemores. Longum enim videtur amanti, quandiu præſentiâ & conſuetudine rei amatæ non fruitur; Nimirum haberi ſecum perpetuò nos, eſséque vult Dominus: nobiſcum colloqui, à nobis audiri, viderique gaudet; delitiæ illius ſunt, eſſe cum filiis hominum. At ruſticus homo ſenſu ac mente carens Deum aut prorſus neſcis, aut ſaltem obliuiſcitur: nec aliud in vita minùs curat, & cogitat ingratus, & vecors, quàm ipſum, ſine quo eſſe non poteſt, & cui debet quicquid habet, Deum

Exigitur iugis Dei recordatio. Hieremi.2.

benefactorem. Profectò ſi lapides, ſi ſtipites non ſumus, non tam reſpirare, quàm Dei meminiſſe debemus. *Populus meus* (inquis Dominus) *oblitus eſt mei diebus innumeris.* Enimverò vbi quis incidit in peccatum mortale, ſic ſe obſtinatum gerit, ſic Deum obliuiſcitur, peccatóque adhæret, quantum eſt in ſe, vt in ſempiternum ſit in peccato, & in obliuione Dei permanſurus, niſi diuinâ gratiâ commotus adiutúſque reſipiſcat: & ob hanc rationem peccato mortali irrogatur pœna

Obſtinatio indita cuicunque peccato mortali. D.Bern.

C ſempiterna. Sed hanc doctrinam potiùs accipe ex S.Bernard. cuius hæc ſunt verba: *Ob hoc procul dubiò inflexibilis, & obſtinatæ mentis punitur æternaliter malum, licèt temporaliter perpetratum; quia quod breue fuit tempore, vel opere longum eſſe conſtat in pertinaci voluntate; ita vt ſi nunquam moreretur, nunquam velle peccare deſineret: imò ſemper viuere vellet, vt ſemper peccare poſſet.* epiſtol.253.

Vnde pœna æterna iuſtè irrogatur peccato mortali.

Quiſquis igitur lethaliter peccas, in ſempiternum quodammodo peccat, vt ex affectu voluntatis obſtinatæ nunquam ſit à peccato in gratiam ſurrecturus.

4. *Quid quæris nomen meum?*] Additur in quibuſdam Bibliis, *Quod eſt mirabile.* Verùm non inuenitur in Græcis, Latiniſque, vt modò ſunt correcta haud dubiè tranſpoſitum id eſt, ex cap.13. D lib. Iudic. vbi Angelus matri Sanſonis reſpondit.

Incognita nomina Angelorum.

Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile? Porrò Angelorum propria nomina, & ab ipſorum ducta naturis nemo mortalium nouit, quod factum diuino conſilio arbitror, ne videlicet humana curioſitas vti præceps eſt in ſuperſtitioſos, & magicos ritus feratur. Paucula verò Angelorum nomina in ſacris literis commemorantur, indita quidem à miniſterio, quo funguntur, aut de

Angelorum nomina cũ Dei nomine efformãtur.

myſterio aliquo deſumpta. Cæterùm (quòd maximè obſeruandum eſt) illa ipſa nomina, quæ in ſcriptura tribuuntur Angelis, non niſi cum Dei nomine, *el*, אֵל efformantur; Michael, Raphael, Gabriel, &c. vt ſic per ipſum nomen Angeli ad E Deum animus eleuetur, cui nimirum omnes Angeli deſeruiunt, qui ſolus vti illos ex nihilo creauit, ita ipſorum naturis conſentanea poteſt aptare nomina. Non ſine Dei nomine profertur nomen Angeli; auditóque Dei nomine itur ad

Superbus Angelus homines in ſe detinet.

Deum; nec enim Angelus vllam in ſeipſo detinet, aut morari creaturam vult; ad Creatorem rectà deducit. Loquor de bono, & ſancto Angelo; malignus enim ſpiritus, vt eſt ſuperbus, pro Deo ſe offert, atque in ſe falſa ſpecie deceptos detinere gaudet mortales, quæ doctrina eſt D.

D.Aug.

A Auguſt. his verbis. *Homo ſuperbus, & Angelus ſuperbus, in ſe aliorum ſpem gaudent conſtitui: Sanctus autem homo, & ſanctus Angelus in ſe acquieſcere, &*

Sanctus alios ad Deũ ducit.

remanere cupientes, in Deum ire compellunt, quo fruentes pariter beatiſſimi. lib. 1. de doctrina Chriſtiana cap. 33. De homine ſancto dictum, & factum probat in Apoſtolo clamante: *Nunquid Paulus pro vobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis?* 1.Cor.1. *Et neque qui plantat, eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat, Deus.* 1. Corinth. 3.

1.Cor.1. *1.Cor.3.* *S.Auſel.*

vbi optimè animaduertit S. Auſelm. *Modeſtè, & humiliter ſanctus Apoſtolus zelans Eccleſiam, ſed ſponſo, non ſibi, & horrens eos, qui voluerunt dicere, Ego ſum Pauli, ſuam perſonam potius aſ-*

S.Pauli erga Chriſtũ fidelitas.

ſumpſit, quàm calcaret, & contemneret, vt Chriſtum B *glorificaret. Repulit à ſe, ſed vt mittat ad Chriſtum. Non vult à ſponſa amari pro ſponſo.*

5. Fidelis planè ſeruus Domini, veréque ſanctus Angelus, qui neminem in ſuo nomine detinet, omnes in Chriſtum conuertit, non ſe ſubrogat, intruditque honorandum, amandúmque pro Chriſto, cui fideliter inſeruit, ſed fideles *deſpondet vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.* 2.Corinth.11.

Zelus animarum. 2.Cor.11. D.Aug.

Ad quæ verba S.Auguſt. *Apoſtolus* (inquit) *amicus ſponſi zelat, & ipſe non ſibi, ſed ſponſo.* tract.13. in Ioan. Vbi & adulteros meritò vocat, qui id agunt, vt pro ſponſo amentur. Itaque ſenſus idem eſt, in quo verſamur. Scilicet vti pater filiam tradit genero puram, & intactam, vtriuſque conſulens honori: ſic Apoſtolus fideles in C Chriſti gloriam puritate fidei, & virtutum ornamentis conſpicuos ipſi Domino deducebat: De Angelo autem poſitam ſententiam ſic confirmat Auguſt. *Angelus hominem ſe adorantem monet, vt potiùs illum adoret, ſub quo ei Domino etiam ipſe conſeruus eſt.*

Zelus animarum in Angelis.

Refert quidem locum Apocal. vbi Ioannes, cùm vidiſſet inſignem quendam Angelum: *Cecidi* (inquit) *ante pedes eius, vt adorarem eum. Et dixit mihi, vide ne feceris, conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum habentium teſtimonium IESV; Deum adora.* Apocal. 19.

Apoc.19.

Et infrà cùm aliud ſimile accideret, monitus iterum ab Angelo eſt: *Caue ne feceris, conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum Prophetarum; Deum adora,* Apocal.22.cap.

Apoc.22. *Reueretur hominem Angelus.*

Non ſuſtinuit Angelus adorationem illam, qualis D qualis erat, ſibi ab homine deferri, ſed monuit potius, vt ſoli Deo totam exhiberet: maximè quia ipſe, tametſi naturâ ſuperior, in Ioanne venerebatur ſpiritum prophetiæ, ſiue vt preſsè ſumitur pro futurorum prædictione; ſiue vt frequenter accipitur, pro diuini verbi prædicatione. Prædicatores enim in ſacris literis crebrò vocantur Prophetæ, vt nemo neſcit.

Prædicator vocatur Propheta. Apoc.10.

Et illo eodem libro prophetare idem eſt, atque prædicare, vt cap. 10. *Oportet te iterum prophetare*, hoc eſt, prædicare: ſublato enim Domitiano regreſſus eſt Ioannes ab inſula Pathmos, in quam fuerat relegatus, rurſúſque Chriſti Domini prædicauit gentibus Euangelium. Et de duobus clariſſimis prædicatoribus ad extrema mundi tempora regnante E te Antichriſto ſcribitur. *Et dabo duobus teſtibus meis, & prophetabunt amicti ſaccis*, &c. hoc eſt, prædicabunt Chriſti Domini fidem adiungéntque ad validius dictorum teſtimonium ipſa pœnitentiæ per horridum amictum exempla.

Laudatur prædicandi officium.

Tantæ verò laudis eſt prædicatio, vt illius adminiſtris ambiant, gaudeántque Angeli ſeſe adiungere ſocios, & conſeruos nominare; quo ſcilicet munere, tum Angeli tum homines ad Deum animas deducunt.

6. In Illo planè inter homines excelluit, quem

iccircò

iceircò Deus ipſe vocauit Angelum, prætetquàm quod vitæ puritate, ſanctitareque plus quàm hominem, ac meritò dictus Angelus extitit, videlicet Ioannes Baptiſta, qui Dominum annuntiauit digitóque demonſtrauit; turbáſque à ſe abductas ad Chriſtum ire compulit, quin etiam vinctus in carcere ſuos dimiſit ad Dominum diſcipulos. Math. 11. *Miſit* (inquit S.Hieron.) *Ioannes interficiendus ab Herode diſcipulos ſuos ad Chriſtum, vt per hanc occaſionem videntes ſigna, atque virtutes crederent in eum, & magiſtro interrogante ſibi diſcerent.* Nec enim Ioannes dubitans interrogauit: *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Matth. 11. Quî enim dubitaret, aut ignoraret, ſi paulò antè monſtrauerat; *Ecce Agnus Dei; Ecce qui tollit peccata mundi?* Et Patris vocem audierat: *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui.* Ioan. 1. Non ſibi arrogat Ioannes hominum laudationem; non patitur ſibi Meſſiæ, vt imperitum vulgus iactabat, exiſtimationem; ad Chriſtum Dominum inuitabat omnes, & ire compellebat, ſuam ingenuè fatebatur vilitaté, & Domini magnitudinem prædicabat. *Illum oportet creſcere; me autem minui.* Ioan. 3. Quin verò etiam (quod maiorem arguit ſanctitatem) *Hoc ergò* (inquit) *gaudium meum impletum eſt.* ibidem. Nimirum, vt ſua minueretur, & Chriſti augeſceret apud homines commendatio. Explicat ergò S. Auguſt. *Illum oportet exaltari, me autem humiliari.* Et infrà. *Illum oportet dare, me autem accipere; illum glorificari, me autem confiteri. Creſcat ergo in nobis gloria Dei,* **C** *& minuatur gloria noſtra, vt in Deo creſcat, & noſtra.* Vnde ſanctiſſimus Pater optimè admonet: *Bonum eſt homini, vt Deus in illo glorificetur, ipſe in ſe minuatur, vt in Deo augeatur.* tractat. 14. in Ioannem.

Zelus animarum in S. Ioann. Baptiſta.

Math. 11. D.Hier.

Zelus Chriſti honorem S. Ioann. Baptiſta. Ioan. 1.

Ioan. 3.

D.Aug.

7. Nolebat quidem Ioannes apud plebem nouo quodam, vtique alieno Meſſiæ titulo increſcere, ſed haberi potiùs, quod erat, homo infirmus, ac diuinitatis expers, indignus Domini ſeruus, ad cuius pedes procumbens calceamentum ſoluere non mereretur, quicquid fulgoris, & laudis in ſe haberet, non niſi ab ipſo Chriſto Domino emendicatum habebat. *Non ſibi* (ait Auguſtin.) *arrogabat, quod ipſe non erat: ſciebat illuminatum ſe, non illuminatorem.* **D** Meruit abundanter Ioannes à Dei gratia illuminari, qui grato animo prædicat ſe accepiſſe, quod accepit; contra verò illi vanitatis Philoſophi, ſtultique ſapientes, qui ſpreto ſuo conditore, & illuminatore in turpiſſimam caliginem deciderunt; vti Ioann. 3. ſcribitur. Etiam quod acceperant, propter ingratitudinem amiſerunt, vti S.Auguſt. in hunc modum obſeruat: *Non ergò ſibi tribuerent, quod à ſe non habebant, ſed ei à quo acceperant: non autem agendo gratias inſipientes facti ſunt; Ergò Deus, quod dederat gratis, tulit ingratis.* Dignum planè ingratitudine ſupplicium, vt qui bona aliqua gratis, ex miſericordia ſcilicet, & gratia Dei acceperunt, illis omnino priuentur, eo quòd ingrati, **E** & impij Deum benefactorem agnoſcere, ac reuereri noluerunt. Quàm pius, quàm prudens extitit Baptiſta, qui ſe non lumen, ſed ab ipſo illuminatum, non Chriſtum, ſed vel minimum Chriſti ſeruum reputat: Chriſtum prædicat ſuper omnia magnum & excelſum, *Qui de cælo* (inquiens) *venit, ſuper omnes eſt.* Ioan. 3. ſe verò ante Chriſtum nihil eſſe, & quæ iam mentibus hominum de Chriſto imprimi cœpta erat, indies inualeſcere gaudebat opinionem. Hoc ergò gaudium meum impletum eſt: illum oportet creſce-

Ioan. Baptiſta Chriſto gratus & ſubditus.

D.Aug.

Ingratitudo multis exitio fuit.

Ioan. 3. D.Auguſt.

Ingratis data detrahuntur.

Ioan. 3. Baptiſta ſe minuit, Chriſtum effert.

A re, me autem minui. Deinde vti bonus Angelus mittit ad Chriſtum diſcipulos ſuos; Dux eſt, nuncius eſt, & mediator, via eſt hominibus ad Chriſtum.

8. Proprium quidem boni Angeli eſt cooperari Deo ad ſalutem animarum, hominiſque ſe præſtare adiutorem, ducem, doctorémque in via ſalutis, vti ad Deum tandem ille perueniat, qualem Æternus Pater Filio ſuo in mundum venturo Angelum præmiſit Baptiſtam. *Ecce* (inquiens) *mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Malach. 3. Matth. 11. Nimirum diuinæ legis obſeruatio eſt recta in Deum via, qui deinde obſeruatu facilem reddit hanc legem, idem præparat viam; planúmque, **B** & inceſſu facile, ſuauéque ad Deum iter efficit. Hoc enim ipſum prædicabat Ioannes: *Parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius,* &c. Matth. 3. *Præparat autem* (vti explicat S. Hieronym.) *viam Ioannes, & rectas facit ſemitas Dei noſtri; in cordibus credentium in quibus propter prauitatem, & incredulitatem priùs Deus ambulare non poterat.* in 3. Malach. Non ambulat enim Dominus in viis lutulentis, impuris cordibus. Quare Ioannes ſuo exemplo, doctrináque vias Domino præparat: videlicet (vt idem Hieronym. animaduertit) *animas credentium, in quibus ambulaturus erat Dominus, vt purus in viis puriſſimis ambularet.* in 3. Matth. Hoc idem etiam incumbit omnibus, vt aliis alij viam præparent, & conſilio, & exemplo præire poſſint ad Deum. Quod ſi minimè præſtamus, profectò apud optimos rerum æſtimatores (qualis eſt S.Chryſoſt.) fruſtra in mundo nati cenſemur. *Qui enim ſibi ſoli viuit, ille ſuperfluus eſt, & ocioſus.* Hyperbolicè quidem à me, & à quouis alio dictum putes. Certè maior illa eſt ſuperiectio ab ſpiritu ſancto poſita: *Homo apoſtata vir inutilis.* Prouerb. 6. Quaſi non prodeſſe proximo ad ſalutem animæ, (huiuſmodi vocatur vir inutilis) id ipſum apud Deum habeatur, atque deſertà fide recedere à Deo, vti facit homo apoſtata. Deum cenſetur deſerere qui ad Deum alios non ducit. Deſertor Dei eſt, qui dux ad Deum non eſt.

Facilis ad Deum via.

Malach. 3. Matth. 11.

Matth. 3. D.Hieron.

Conſilio & exemplo prodeſſe proximis.

D.Chryſ.

Fruſtrà viuit, qui aliis non prodeſt. Prou. 6.

9. Dic obſecro, quo amore, & affectu, quo zelo, quâ virtute, quâ ſolicitudine, quo feruore nauis in pelago non excitatur, non ſe totam verſat, & commouet, vti ferat opem homini, qui præceps in mare cecidit! An non concurſus vndique, clamórque ad locum ruinæ? ergò alij vertere gubernaculum, alij velum deiicere, nauiſque curſum ſiſtere. Iſti funes, tabulas, & quicquid aliud iacere, quod apprehendat miſer ille fluctuans, cui ſubnitatur, quo ſe fulciat. Illi expedire ſcaphas, eodémque audacter deſilire. Sũt, qui audaciùs, etiam veſtiti ſeſe in vndas proiiciunt; & reliqui in genua prouoluti in cœlum manibus, oculiſque ſublatis Dei miſericordiam, Virginis matris opem inclamant, obteſtantur, deprecantur; ne ille ſocius inſani maris fluctibus abſorbeatur. Non ergò negare poteris, ſi proximi ſalutem negligis, aut quòd infidelis, aut quòd inhumanus ſis: quantò videlicet profundius eſt vnius peccati mortalis pelagus, quàm tota ipſa Oceani profunditas: quantóque in illo perit infeliciùs anima, quàm in iſto corpus; illa ſcilicet ſecundùm præſentem iuſtitiam ſempiternis incendiis deſtinata: ſi hoc non credis, fidem non habes; ſi verò credis, nec proinde tamen pereunti proximo ſuccurris, non funem, non tabulam pœnitentiæ, non ſalutaris conſilij

Grande periculum in naui.

Commendatur zelus animarum.

Laborandũ pro ſalute proximi.

fers

fers opem fluctuanti, ne penitùs abſorbeatur: barbarus plane, ferus, & crudelis es. Cæterùm illo etiam verbo vtitur Apoſtolus: *Magis* (inquiens) *donetis, & conſolemini, ne fortè abundantiore triſtitiâ abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt.* 2. Corinth. 2. Nimirum hominis imbecillitatem extimeſcit; ne velut a tempeſtate, & procellis abſorbeatur, vti explicat ibidem S. Chryſoſt. Quid plura? hæc ſumma eſt vitæ noſtræ, hoc maximum fidei Chriſtianæ indicium, hæc germana caritas, vt alij alios ad ſalutem animæ iuuemus, exhortemur, inducamus, promoueamus; eos vel maximè, quos noſtra cauſa, vel aberrare, vel periclitari nouimus; vti ſanctiſſimus Baptiſta miſit ad Chriſtum diſcipulos, qui quodam autoritatis fulgore præſtricti magiſtrum Chriſto præferebant. Verus quidem officio Angelus in ſe manere cupientes compellit ire ad Deum.

2. Cor. 2.
D. Chryſ.

10. Hoc idem præſtitit Angelus, qui Manue patres Samſonis futuram ſobolem promittebat. Interrogatus enim quodnam haberet nomen, aperire noluit, vt ſuprà retulimus, quaſi hominem præmoneret: De me nihil agas, nil cures; de Deo tibi tantummodo agendum, & curandum; *Si autem vis* (inquit) *holocauſtum facere; offer illud Domino.* Iudic. 13. Deus eſt honorandus, Deo gratiæ ſunt habendæ, in me, qui miniſter, qui creatura ſum, haud ſiſtendum eſt. Quare nec dictis contentus, *cùm aſcenderet flamma altaris in cælum, Angelus Domini pariter in flamma aſcendit.* ibidem, oſtendens videlicet, ſe quoque eum flammis, & victimis Deo pariter offerri; quod quidem certiſſimum extitit ſignum veri, ſanctique Angeli: ſequitur enim; *Statimque intellexit Manue Angelum Domini eſſe.* ibidem, qui nec honorem nec amorem in ſeipſo manere, ſed ad Deum referri vult. Solus enim Dominus (vt de ſe dixit ipſe) *via, veritas, & vita eſt.* Ioan. 14. *hoc eſt* (declarat S. Auguſt.) *per me venitur, ad me peruenitur: in me permanetur.* lib. 1. de doctrin. Chriſtiana cap. 34. Creatura verò, etſi Angelus ſit, via tantùm eſſe poteſt, quæ ducat, quæ dirigat ad Deum; portus autem, quies, & finis, in quo ſiſtere detur, nequaquam eſt, aut poteſt eſſe. Tacuit igitur optimo conſilio bonus Angelus nomen ſuum, volens nimirum, nec honorari, nec amari, imò ne nominari quidem ab homine, vbi de Deo agitur; cui totus, qui in nobis eſt amor, & qui à nobis præſtari, deferrique poteſt honor, prorſus debetur. Benedixit verò Angelus Iacob, aut mutando nomen, aut bona imprecando, aut felicia prædicendo.

Non Deo amor hominis, nec honor detrahendus.
Iud. 13.
In creatura non ſiſtendum.
Ioan. 14.
D. Auguſt.
Creatura via, Deus finis.
Honor & amor Deo debetur.

11. *Vocauitque Iacob nomen loci,* &c.] Hebr. *Phane* dicitur facies, *El* Deus; mutatis verò punctis vti fit à Maſſoretis pronuntiatur Peniel: ſic D. Hier. cum LXX. legit. *Hoc loco poſtmodum vrbs fuit extructa, quam Strabo Ethnicus appellat Dei faciem* li. 16. Geograph. Dixerat quippe Iacob: *Vidi Deum facie ad faciem*; ex quo dicto nomen loco indidit. Sed quid ſibi vult: *Vidi Deum facie ad faciem.* Eſt quidem Hebraiſmus nihil aliud ſignificans, quàm pugnaui cum Deo, cominùs manum manui: pedem pedi; latus lateri contuli & conſerui. Simile quid Luſitani dicimus (*vieram as maõs, andaram abraços; viramſe de roſto a roſto.* Nam quòd videre hoc loco, & aliis ſcripturæ ſit idem, atque pugnare, apertum eſt. Sic 4. Reg. 14. *Miſit Amaſias nuntios ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu Regis Iſrael, dicens: Videamus nos,* &c. & infrà. *Aſcenditque Ioas Rex Iſrael, & viderunt ſe,* &c. *Perenſiuſ-*

D. Hier.
Strab.
4 Reg. 14.
Videre idem quod præliari.

A *quæ eſt Iudæ; vbi conſtat Reges cominus ſe vidiſſe; hoc eſt, manum manui conſuluiſſe, conſertóque Marte depugnaſſe.* item 4. Reg. 23. *Abiit Ioſias Rex in occurſum eius, & occiſus eſt in Mageddo, cùm vidiſſet eum,* &c. hoc eſt, poſtquam cum eo præliatus eſt, occubuit. Hæc videtur germana præſentis loci expoſitio; aliæ verò ab aliis traduntur minùs ad literam idoneæ, quas videas apud noſtrum Delrio. Sed quid eſt, quod dicit Iacob: *Vidi Deum*, ſi Angelus erat, probéque intellexit Angelum eſſe, vt infra commemorat: *Angelus, qui eruit me de cunctis malis?* Geneſ. 48. nimirum videre facie ad faciem idem etiam eſt, quòd videre perſonam in ſpecie repræſentatam: quo pacto Iacob vidit hoc loco Deum in ſpecie corporea ab Angelo B repræſentatum ſicuti dicit Iſaias. *Vidi Dominum exercituum oculis meis.* cap. 6. Cæterùm ſupereſt adhuc difficultas in priore illo ſenſu quem præmiſimus. Enimverò ſi vidit Iacob Deum facie ad faciem, hoc eſt, luctando decertauit cum Deo, quem in quacumque illa ſpecie corporea repræſentatum, non tam vidit oculis, (nox quippe erat, ac tenebræ) quàm attrectauit manibus, cur non Angelum potius, quàm Deum ſe vidiſſe teſtatur? Profectò ſi clarâ luce aſſumptum illud corpus vidiſſet, fortaſſis Angelum, non Deum ſe vidiſſe dixiſſet. Ad huius difficultatis explicationem apprimè conducit egregia illa, quam tradit Abulenſ. doctrina, quæſt. 6. ad cap. 2. Iudic. Videlicet in viſionibus ſacræ Scripturæ, C quotieſcumque Angelus manifeſtè apparet ſub aliquâ effigie, vocari Angelum, quod Iudic. 2. multíſque aliis locis Geneſ. & Exod. apertum eſt; contra verò vbi Angelus ſine vlla ſimilitudine, quæ videretur, apparebat, vocari Deum, vt cunſtat, quando in Pentateucho dicitur Deus hominibus apparuiſſe. Diuino id ſanè conſilio factum credimus propter Hebræorum propenſionem in idololatriam: quibus, ſi Deus manifeſtè in aliquâ effigie monſtraretur, & crederetur eſſe corporeæ naturæ, & illa effigies haud dubiè coleretur. Quare (vt hinc amplius liceat excurrere) Angeli cùm in aliqua ſpecie apparebant, Angeli eſſe credebantur, cùm verò non videbantur in effigie, pro Deo habiti ſunt. Nimi- D tu dum ſe à populi conſpectu auocabant, id lucrabantur Angeli, vt & perſonam Dei gererent, & pro Deo haberentur; quod in Angelo, qui loquebatur cum Moyſe factum legimus, nunquam enim palàm ſe manifeſtauit, ſed è caligine locutus inſtar Dei habitus eſt, cùm tamen Apoſtolus, *Angelum dicat mediatorem.* At cùm Angeli ſeſe obuios, & in ſpecie humana conſpiciendos exhibebant, illam Dei repræſentandi amittebant dignitatem.

4. Reg. 23.
Delrio.
Geneſ. 48.
Iſai. 6.
Angelus Deum repræſentans.
Abulenſ.
Varius apparendi modus in Angelis.
ad Gal. 3.
A vulgi conſuetudine ſecedendum.

12. Diſcant ex hoc loco Sacerdotes, qui ſæpiùs in diuinis literis vocantur Angeli, non promiſcuè, profanéque agere cum laicis, quo in commercio valdè imminuunt ſtatus ſui opinionem, ac velut reliqui de plebe turpiter vileſcunt. E Propterea de Chriſtianæ Eccleſiæ veris, ſanctiſque Sacerdotibus vaticinatur Zacharias: *Lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius.* cap. 9. Lapides ſancti, ſeparati, ſanctificati; lapides ſanctuarij, vt ex fonte ipſo Hebræo eruunt docti. Et S. Hieron. optimè animaduertit, *pro eo, quod nos diximus, eleuabuntur: poteſt ex Hebræo interpretari, vagantes, ſiue fugientes.* Enimverò ſacerdotes, qui frumentum electorum (vt hîc dicitur) hoc eſt, diuinam tractant Euchariſtiam, ac vi-

Sacerdos à laicis ſecedat.
Zachar. 9.

circò pleræque, dum minùs amantes ſunt ſecreri, dum ſe vt placeant, magis produnt, dum ad venandum coniugium prætereuntibus decorem ex ianua, ſeneſtrave exponunt, miſeræ, & multum diſplicuerunt, & honeſtorum virorum coniugia perdiderunt. Aliud eſt enim amari vt amicam, aliud amari vt vxorem; amicam lenoni commendat leuitas, & inuerecundia: Sponſo ea probatur potiùs, quæ magis lucem ſugitat, ſecretiùs abditur, minus videtur, ac ſcitor. Siut illæ quidem volru Angelico, (ſi fas ita loqui) eò tunc magis recluſæ, minùs cognitæ, honeſtiore habitu, geſtúque præditæ eſſe debent. An non Angelus iſte luctator, cùm nocte ipſa obſcura luctam produxiſſet, ſub auroram tamen fugam maturauit, & quærenti nomen Iacub aperire noluit, ne facies Angeli videretur, & nomé illius ab humine ſciretur? Etiam quæ decori ſtudent, formaque hominibus ambiunt placere, ſi ſapiunt, publicum, in quo maximè periclitantur, euitare ſolent. Enimverò de Popæa Neronis vxore, cui mulieri cuncta alia ſuere præter honeſtum animum, ſcribit ad hunc modum Cornel. Tacit. *Rarus in publicum egreſſus, idque velata parte oris ne ſatiaret aſpectum.* lib. 13. Annal. Pulchrè dicit, *ne ſatiaret aſpectum.* Etiam deformis, dum non videtur in deſiderio eſt, & quò ſe magis occultat, eò vehementiùs curioſos incendit oculos: pulchra verò, ſi palàm ſæpiùs videatur, contemptibilis redditur, paritque faſtidium. Sic habent bona huius mundi nun viſa, non poſſeſſa deſiderantur, vbi verò videntur, & habentur, ſtatim contemptui ſunt & faſtidio. Nimitum antequam videantur, ſua non produnt vitia; patent verò iſta, dum illa in lucem prodeunt. Sic viatori contingit. Quæ ſcilicet, de longè apparet vallis, amœnior quidem, & ad quieſcendum aptior homini videtur; at illuc accedenti minùs grata, magis aſpera, & ſalebroſa deprehenditur; quia videlicet vitia de propinquo apparent, quæ quidem eminus occultantur.

Diſplicet puella, quæ publicum quærit.

Corn. Tac.

Prodeſt mulieri, quod lateat.

Bona mundi fallacia.

Vitia in conſuetudine prodeunt.

16. *Et ſalua facta eſt anima mea.*] Duplex huius loci ſenſus: prior eſt: ex hac lucta, & congreſſu *cum Deo confortatus ſum,* vt explicauit Oſeas cap. 12. quod ſuperiùs latè diſcuſſimus. Erepta eſt metu, quo angebatur anima: liber iam à timore, quem ex fratris aduentu conceperam; Deo iam nunc præſide, ac tutore, audacter fratrem excipiam. Præterea in eodem ſenſu ſic Iacobi dictum interpretari poſſumus. *Vidi Dominum,* &c. hoc eſt, vehementer recreatus, & confirmatus ſum, eò quòd tam præclarum, felixque nomen Iſraëlis accepi, & optatâ Dei benedictione affectus ſum; quid enim iam vlteriùs non ſperem, non mihi pollicear proſperum, ac iucundum? Non enim Deus ſatigatur beneſaciendo, nunquam Deo ſua parit beneficentia faſtidium. Paſtor eſt, cui nec deſunt paſcua, quibus gregem alat, nec deficit voluntas paſcendi, nec exhauritur, vnde illa oritur miſericordia. Iecirco exultat vates: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit.* Pſal. 22. *Qui enim* (obſeruat hoc loco S. Hieron.) *Deum habet, & qui Deo adhæret, nihil boni deeſt ei.* Inanes ideò ſumos, multíſque indigemus miſeri, eò quòd extra Deum, qui eſt omne bonum, ipſi creaturarum vanitati adhæremus, aut noſtro, qui puluis, & vmbra ſumus, brachio confidimus, aut pane mendacij (cuiuſmodi eſt quodcumque mundi bonum) fruſtrà explere ſolo Deo ſatiandam curamus animam. Et quidem in hoc Pſalmo gratulatur ſibi Propheta, ſimúlque Deo gratias agit pro ſua, quam erga homines præſertim ſeruos, ac familiares ſuos, exercet, prouidentia, gratiaque perpetuò adiuuante & conuitante, cui Dauid refert acceptum, quod ſe videat conſtitutum in loco paſcuæ, iuxta S. Hieronym. in loco viridi, iuxta alios, in loco herbido, pulchro, amœno: quid ergò deerit ouiculæ cum tali paſtore, in tali paſtu? *Nam omnis generis* (inquit Theodor.) *bonorum hic paſtor iis, qui ab eo paſcuntur, fructum largitur.* Sic ille.

Ofe. 12.

Dei magnificentia nec deficit, nec faſtidit.

Pſal. 22.

D. Hier.

Dei ergo homines prouidentia.

Theodor.

17. Alter ſenſus eſt, vidi Dominum, nec tamen mortuus ſum, ſed ſaluus, & incolumis euaſi, vetus enim, & communis erat illis temporibus opinio nemini mortalium citra mortem eius poſſe contingere cœleſtem viſionem. Hinc illud audiuit à Domino Moyſes, cùm deſideraret, ac peteret videre faciem Domini: *Faciem meam videre non poteris; non enim videbit me homo, & viuet.* Exod. 33. Nimirum Moyſes (vti obſeruat Theodoret.) *Veluti amore quodam inebriatus rogauit Deum, quod humanum captum ſuperabat, nempe, vt naturam, & ſubſtantiam diuinam, alioqui inuiſibilem videret, quod erat impoſſibile. Deum enim nemo vidit vnquam.* Ioan. 1. Sic ille quæſt. 68. in Exod. Benè quidem in hac vita exiſtens homo diuinitatis viſionem aſſequi non poteſt oculis corporis; qui enim ſpiritus carnem, & oſſa non habens ſenſu corporeo videri poterit? nec enim præſens vita ſtatus eſt beatitudinis, vt vel homo mortalis mente ipſa Deum clarè videat. Seruatur hæc felicitas homini iuſto poſt mortem; Ergo Dominus Moyſi diuinam viſionem expoſcenti reſpondet, Non videbit me homo, & viuet. Non in vita præſenti, ſed in altera Deus ſe videndum cœleſtibus exhibet. Morieris tu quidem priùs, deinde faciem meam videbis. Laudabilis quidem Moyſis cupiditas, laudabilis poſtulatio, ſed multò adhuc laudabilior Moyſes, ſi vlteriùs inſtandu etiam morte ſuâ Dei viſionem elucraretur. *Non videbit me homo, & viuet.* Quid igitur ſancte Moyſes Domino reſpondes? Certè quod iſte amor in Dei tui faciem exardeſcens, iſtud deſiderium Dei clarè videndi rectâ quadam conſecutione reddere debuiſſet: *Non videbit me homo, & viuet.* Moriar ergò Domine, vt te videam. Tacuit quidem Moyſes, & (vt ferebant illa tempora) regnante morte ab Adam vſque ad Moyſem, mortis nomine conſternatus obſtupuit: nondum ſcilicet gratiæ, & amoris lex de cœlo allata humanum iſtum depulerat timorem. Venit ipſe Dei Filius ignem mittere in terram, vtique diuinæ charitatis ignem, quo mortalium animi ſuccenſi ad Deum etiam per mortem & cruciatus rapiuntur. Tacuit Moyſes fortè ob timorem mortis. Reſpondet ex vehementi amore S. Auguſt. *Non videbit me homo, & viuet. Eia Domine moriar, vt te videam: videam vt hic moriar. Nolo viuere, volo mori: diſſolui cupio, & eſſe cum Christo.* cap. 1. ſoliloq.

Deſiderium ardens in Deum.

Exod. 33.

Theodor.

Ioan. 1.

Iuſtus morte lucratur Dei viſionẽ.

Lex Chriſti lex amoris.

D. Auguſt.

18. Iam nunc dicere æquum non eſt, vidi Dominum, & mirum eſt, quòd mortuus non ſim. Venit quippe Dominus, vitámque attulit, *vt omnis, qui credit in eum, non pereat; ſed habeat vitam æternam.* Ioan. 3. Et qui Dominus erat exercituum, cœlúmque ac terras ſui nominis terrore complebat: nunc homo factus amari potiùs vult, quàm timeri. *Venitque non vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum.* Ioan. 3. Non

Ioan. 3.

Ioan. 3.

territat homines, & ſeruos nominans, & vti ſeruos humilians. Fuerint hæc priorum temporum: at in lege gratiæ vbi abundauit caritas magnificè diffuſa, fratres vocat. *Nunciate fratribus meis.* Matth.28. Quin etiam è cœlo veniens *dedit poteſtatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius.* Ioan. 1. Et (quod multò iucundius, ac tenerius eſt) filiolos vocat: *Filioli quàm difficile eſt confidentes in pecuniis, in regnum Dei introire.* Marc. 10. *Filioli adhuc modicum vobiſcum ſum.* Ioan. 13. oſtendit blandientis affectum, iuxta Origen. teneritudinem amicitiæ, iuxta Lyran. Et hoc tam blando nomine ſecernit diſcipulos à Iudæis, quos nunquam ſic tenerè affatus eſt aut nominauit, vt Theophyl. animaduertit. Sed vnde tanta eſt è Domino ergà ſeruos in patrem, dulcémque matrem in filiolos commutatio? Ex eo nimirum quod Regius vates cecinit: *Benedixiſti Domine terram tuam, auertiſti captiuitatem Iacob. Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ, operuiſti omnia peccata eorum, mitigaſti omnem iram tuam, auertiſti ab ira indignationis tuæ.* Pſal. 84. Vbi rectè obſeruat S.Hieron. *Vſque ad finem de aduentu Saluatoris Pſalmus eſt. Vbi terra noſtra dedit fructum ſuum.* Videlicet, quem Dominum exercituum formidarat orbis vniuerſus, Virgo mater hominem concepit, ac peperit, tam blando prædulcem affectu, quàm delicata, virgineáque amictum carne. Vbi ſcilicet Dominus terram ſuam benedixit, hoc eſt, intactæ Virgini, quam nec originalis culpa, nec actualis, nec etiam virilis thorus vnquam poſſedit, ſuamque dicere potuit, indidit fœcunditatem, tam largâ, & magnificâ benedictione, vt propter illam inter omnes creaturas benedictam fideles in Chriſto benedicti eſſe dicamur. Virgini ergò matri debemus, quà fruimur libertate filiorum Dei, ſublatam fuiſſe, quam tot per annos ſeruiuimus, ſeruitutem, remiſſa humano generi (ex parte Dei) quibus ſcatebat flagitia; profundáque ſub abyſſo diuinæ miſericordiæ hominum ſubmerſa ſepultaque delicta.

Blandus amor Dei erga homines.
Matth.28.
Ioan.1.
Marc.10.
Ioan.13.
Origen.
Lyran.
Pſal 84.
D Hier.
Dei poſt incarnationẽ comitas.
Larga Dei benedictio in B.Mariam.
Quæ & quanta B. Mariæ debemus.

B

C

19. O rem ſummè admirabilem, pariterque amabilem? Vbi furor ille, iráque, & indignatio Dei ab hominibus læſi, & contempti? Mitigauit quidem omnem iram ſuam in vtero, in brachiis ad vbera matris. Et qui magnus Dominus, & laudabilis nimis timebatur, nunc paruus puer, & amabilis nimis in ſinu matris amatur, & adoratur. O grande myſterium! ô ſtupendam Virginis potentiam! Ille, quem cœli capere non poſſunt, quem timent Angeli, ac venerantur, anguſto Virginis vtero concluditur, infantilibúſque membris indutus in ſinu matris requieſcit. Quid quæſo dulcius, quid amabilius? Cùm totus ſis dulcedo, Domine IESV, dulciorem tamen te mihi facit teneritudo membrorum: reuerentur, & adorant te Angeli cum Patre in cœlo regnantem; amant te, amplexantur, deoſculantur te fidelium animæ matris vbera in terra lambentem. In cœlo Dominus exercituum, in terra ſponſus animarum, ſcilicet in matris gremio Deus homo factus, *mitigaſti omnem iram, auertiſti omnem indignationem tuam, oſtendiſti nobis miſericordiam tuam, ſalutare tuum nobis dediſti*, iam loqueris pacem in plebem tuam, *miſericordia, & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia, & pax oſculata ſunt.* Vnde quæſo tanta rerum omnium commutatio? Vnde tam mira, & incredibilia hominibus euenerunt? *Etenim Dominus benignitatem, & terra noſtra dedit fructum ſuum.* Ex fructu virginei ventris omnia mundo bona manarunt. In illo Deus exercituum incluſus, & humanam carnem indutus, ex illo flos virginitatis in lucem prodiens infantulus mitigauit omnem iram, auertit omnem indignationem ſuam, mitis & humilis, blandus, ac ſuauis hominibus natus eſt; vti videlicet fluuius intra alueum ſe continens, ac decurrens, & gratus eſt contuentibus, & tranari facilis tranſmeantibus: qui tamen aquarum gurgitibus intumeſcens, extraque ripas effuſus terrore omnia complet, difficiliſque traiectu furioſus omnia quæque vorans cum ſtabulis armenta trahit.

B. Maria Deum nobis mitem reddidit.
D
Prædulcis nobis puer IESVS.
E
Pſal.84.
A
Deus per B.Mariam placatus & ſuauis.

20. Notum eſt ex priſcorum hiſtoriis vnicornium ferox animal, cornutaque fronte terrificum hac vnâ maximè ratione intercipi ſolitum à venatoribus, ſi puellam virginem, in qua ſcilicet beſtiæ feritas infringitur, irruenti obiiciatur. Leones in Getulia eicuratos per colloquium ſupplicis fœminæ ſcribit Plinius lib.8. cap. 16. Leonem ouis de grege Nicippi priuati hominis peperit in Coo inſula in ſignum dominatus, quem ſtatim Nicippus inſulæ arripuit, vt ſcribit Pier. Val. lib.1. tit. Dominator. Hoc nimirum Iſaias expetebat: *Emitte agnum Domine Dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion.* cap. 16. Nobile quidem eſt vaticinium de Chriſto, vti explicat S.Hieron. *O Moab* (inquit) *in quam deſæuiturus eſt leo, habeto ſolatium hoc, Egredietur de te agnus immaculatus, qui tollat peccata mundi, qui dominetur in orbe terrarum. De petra deſerti, hoc eſt, de Ruth, quæ genuit Obed, & de Obed Ieſſe, & de Ieſſe Dauid, & de Dauid Chriſtum.* De Dauid autem ſemine proceſſit Virgo Maria, quæ concepit, & peperit Saluatorem; additur in Gloſſa. Quid ſi etiam Propheta intelligi velit in petra deſerti Virginem ipſam Dei matrem, quæ petra dicitur ob ſoliditatem virtutis, & ſanctimoniæ firmitatem: deſertum autem, vt & ipſemet cap.53. eandem vocauit terram ſitientem, vt *virginitatis* (declarat S. Hier.) *priuilegium demonſtraret, quod abſque vllo homine de terra priùs inuia, ſit ramus, & flos Chriſtus.* Igitur quicquid ſit de Virgine matre ſignificat Propheta natum non leonem, ſed agnum terræ dominatorem. Dixi, *non leonem*, quia non ſine grandi myſterio Propheta leonis furore, ac terrore præcedens caput concluſerit: *Ponam ſuper Dibon additamenta; his, qui fugerint de Moab leonem, & reliquiis terræ.* Iſai.15. Quoniam verò leonem inducens territauerat gentes, talem ſiquidem hominum ſcelera Deum ſibi effecerant, nunc deinde incarnationem, & natiuitatem Dei hominis, qui totus ſuauis, blanduſque agnus ex matre Virgine proditurus eſſet, in mundi totius ſolatium, & gaudium vaticinatur. Iam nunc ergò dicat mundus: Vidi Dominum, & ex eo quòd vidi, ſalua facta eſt anima mea, illum quippe natura inuiſibilem Virgo mater nobis edidit viſibilem, tractabilémque; non vt terreat, ſed vt recreet, & conſoletur animas in ipſum credentes, & in ipſo ſperantes, qui totus eſt deſiderabilis, totus deſiderium, amórque, & vita, & beatitudo fidelium.

B
Iſai.16.
D.Hieron.
C
B. Maria petra & deſertum.
D.Hier.
Deus agnus vicit mundum.
D
Iſai.15.
E

*

SECTIO

SECTIO XIV.

Ortúſque eſt ei ſtatim ſol, poſtquam tranſgreſſus eſt Phanuel: ipſe verò claudicabat pede. Quam ob cauſam non comedunt neruum filij Iſraël, qui emarcuit in femore Iacob, vſque in præſentem diem: eò quòd tetigerit neruum femoris eius, & obſtupuerit.

1. LVctatus eſt cum Angelo Iacob per noctem; appetente aurorâ ceſſauit colluctatio; benedixit Angelus Iacob, ab eóque dimiſſus abiit. B Dein Iacob proſpero lætus ſucceſſu, omníque timore depulſo ſibi gratulans loco nomen impoſuit, gradientíque vlteriùs de monte, in quo certauerat, ad ſuos, tandem illuxit dies. Vnde colliges (quod præced. ſect. adnotauimus) Angelum illum in ſpecie humanâ viſum fuiſſe à Iacobo. Ipſe verò claudicabat, luxato (vt ſupra vidimus) neruo femoris. Quare poſteri Hebræi ab eſu illius nerui in femine coxæ abſtinuerunt, vt nimirum tali obſeruantiâ memoriam illius luctæ, victoriæque, atque Iſraëlis nominis impoſitionis, & Angelicæ benedictionis perpetuò retinerent, & celebrarent. Sed quæri poteſt, quandiu durauerit illa claudicatio; & quidem Abulenſ. contendit priùs ab Angelo ſanatam eſſe, C quàm Iacob accederet ad Eſau, qui ſanè fratrem ſi vidiſſet claudum, contemptui haberet, aut ſaltem de rei euentu ſciſcitaretur, cuius tamen arcani reuelatione indignus erat. Abulenſem alij ſequuntur, ſed cùm mera ſit coniectura, nec aliquo diuinæ ſcripturæ nitatur fundamento, nequaquam conficiunt, vt perſuadeant. Rabbi duraſſe illam claudicationem arbitrantur vſque ad locum Sichem, in quo periclitatus eſt Iacob; verùm id quàm liberè dicitur, tam liberè reiicitur. Gennadius vult totâ vitâ claudum permanſiſſe, ſed neque id ex diuino textu colligitur; tametſi verbum illud, *claudicabat*, cùm ſit indefinitum, Gennadio fauere videatur: nec vt ita factum credamus, probabiles deſint rationes D tum ad memoriam celebrem tam prodigioſæ luctæ, ac diuinorum beneficiorum, quibus ibidem Iacob affectus eſt; tum ad ſplendidiorem Dei auxiliantis virtutem, quæ hominem inermem, claudicantémque, ac baculò ægrè ſubnixum fratre armato ſuperiorem, ac fortiorem reddebat.

Abulenſ.

Gennad.

Claudicatio Iacob quandiu durauit.

2. Cæterùm miro quodá conſilio diuinitùs ex lucta illa claudus remanſit Iacob, vt pede vno ſanus, rectéque incedens, & altero mancus ægréque progrediens, ſtatum ſuæ gentis futurum in ſeipſo adumbrare videretur: fuerunt enim ſemper, erúntque vſque ad extrema mundi tempora in populo Iudaico, qui Iacob parentem, & auctorem agnoſcunt; multi, qui rectâ viâ ſani, iuſtique incederent, & plures etiam, qui ab itinere virtutis diuinæque legis aberrarent; E illos pede integro, iſtos manco pater vtrorumque Iacob præſignificauit. Iuſtos deinde, ac fideles non tantùm ſano pede, ſed vel maximè ipſa, quam à Deo accepit, benedictione figurauit; vnus, idémque Iacob, & benedictus, rectéque incedens, atque altero pede claudicans in typum ſcilicet, & fidelium, & infidelium; quod præſtat audire ex D. Auguſtino hiſce verbis: *Præualuit Iacob Chriſto, vel potius præualere viſus eſt, & per eos Iſraelitas, à quibus crucifixus eſt Chriſtus; & ab eo tamen benedicitur in eis Iſraëlitis, qui crediderunt in Chriſtum. Vnus ergo atque idem Iacob, & claudus, & benedictus.* quæſt. 104. in Geneſ. Nimirum ille Angelus Chriſtum Dominum Iacob populum Iudaicum, lucta Chriſti vitam, doctrinam, & miracula, Iudæorumque, inter quos Dominus viuebat, à quibus impugnabatur, perfidiam repræſentabat. Vicit Iacob, quando Iudæi Chriſtum comprehenſum, flagellatum, infinitiſque affectum opprobriis crucifixerunt: benedictionem ab Angelo accepit Iacob quando Apoſtoli, & permulti alij ex illo populo in Chriſtum crediderunt; poſt luctam Angelus diſparuit, quia Chriſtus poſt paſſionem ſuam reſurrexit, in cœlúmque aſcendit. B Cæterùm adhuc Iacob claudicabat, quia perfidia Iudæorum etiam poſt Solis ortum, hoc eſt, poſt ſparſam toto orbe Chriſti fidem, Chriſtianæque veritatis fulgoribus totum ferè genus humanum diuinitùs illuſtratum, perſiſtit multis in locis; cæcitaſque vel ipſo in meridie palpantium deprehenditur, vti apud Iſaiam ipſimet ſuo tandem malo edocti confitentur; *Palpauimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectauimus: impegimus meridie quaſi in tenebris, in caliginoſis, quaſi mortui.* Iſai. 59. *In meridie*, id eſt, (exponit S. Cyril. Alexand.) *in abundantiſſimâ luce: diuinâ ſcilicet, & quæ mente percipitur, quæ orbem terræ illuminat beneficio ſeruatoris Chriſti, cadunt ceu cæci Iudæi, nec ſciunt, quò vadunt.* Dignum C planè culpa ſupplicium. Ortus eſt illis ſol iuſtitiæ, ſed ad illius exortum occluſerunt oculos. Errent igitur in cymmeriis tenebris, qui orientem Dei lucem exhorruerunt. *Comprehenſi igitur* (adiungit Cyril.) *ſunt à tenebris, cùm in luce ambulare non ſuſtinerent; noluerunt ſiquidem obedire Chriſto dicenti: Quandiu lucem habetis, ambulate in luce, ne vos tenebræ adſequantur.*

Claudicationis Iacob myſterium. D. Auguſt.

Chriſtus à Iudæis ſpretus & occiſus.

Chriſti fides totum illuſtrauit orbem.

Iudæorum cæcitas & perfidia. Iſai. 5. Cyril. Alex.

3. Et quidem illorum dementia eò eſt deteſtabilior, quò maior illis erat expectatio lucis orituræ, & orientis iam ſparſæque per orbem, inſanior contemptus, atque irriſio. *Expectauerunt quippe* (animaduertit ad eundem locum S. Hieron.) *lucem dicentes: Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.* Pſalm. 42. *quæ eis per Prophetas fuerat D repromiſſa, & erroris tenebris occupati ſunt. Suſtinebant ſplendorem, & ambulauerunt in tenebris.* Stulti planè veritatem ipſam vniuerſo mundo conteſtatam negant: cæci ſperant adhuc ſolem, qui iam terras compleuit, qui meridiem efficit, abundantiorem ſcilicet quoquò verſum emittit ſplendorem, nondum illuxiſſe dicunt. Nox adhuc eſt (inquiunt) non ortus ſol, dies nondum affulget. Miſeri tegunt ſe parietibus, ſub tecto latent, feneſtras, ianuas, omnémque aditum irradianti ſoli occludunt, inſuper & clauſis ſomno oculis, aut ſtertunt, aut ſomniant. Nondum venit Meſſias, nondum Sol apparuit, nondum dies, ſed adhuc nox eſt. Quid æquè ſtultum, quid infelicius, magíſque deplorandum? Date E locum luci, ſolem excipite, oculos aperite. Aut ſaltem in tanta iſta cæcitate oculorum admouete quæſo aures. *Fides enim ex auditu eſt.* An non auditis, quæ interdiu fiunt: commoueri gentes, hinc illuc concurſare homines, quæ non niſi fiunt interdiu: ſubuerti Iudaicum regnum, capi, ſuccendíque Ieroſolymam illam regni, ac religionis caput; templum æquari ſolo, atque in cineres redigi, mutari Hebræos, quibus ferrum, igníſque pepercit, captiuos à patriis ſedibus; pérque omnes ferè terrarum portiones diſpergi. Scilicet,

D. Hier. Pſal 42.

In luce fidei Chriſtianæ cæcitas Iudæorum perſiſtit.

Iudaica gentis diſperſio.

hæc auditis, ſi oculos, né videant, clauditis; nec enim tam nouum, támque horrendum toti orbi fragorem ſenſu aurium (niſi pariter & cæci, & ſurdi eſtis) percipere non poteſtis. Quid tam frequens in Prophetarum vaticiniis, quàm in Bethlehem naſciturum, in Hieruſalem, & prædicaturum, & occidendum Meſſiam, atque in tanti flagitij pœnam venturas aliunde gentes; bello, ferro, flammaque Iudaicum cum ſuo regno populum euertendum; At hæc omnia, & oculi omnium vident, & aures percipiunt. A

Tertul.

Iudaici regni euerſio confirmat Chriſti fidē.

4. Pulchrè igitur hoc ipſum euoluens argumentum concludit Tertul. *Hæc igitur cùm pati prædicentur Iudæi propter Chriſtum & paſſos eos eſſe inueniamus, & in diſperſionem demorari cernamus; manifeſtum eſt propter Chriſtum Iudæis iſta accidiſſe* B *conſpirante ſenſu ſcripturarum cum exitu rerum & ordinis temporum.* Nec enim ſortuitò, caſuque poterat euenire, vt omnia, quæ circa ortum, vitam, mortémque Iesv Nazareno contigerunt in Scripturis adumbrata, & à Prophetis prædicta fuiſſent; Si verè hic non eſſet, quem illæ adumbrarunt, & iſti prædixerunt, promiſſus à Deo Meſſias. At inſuper Iudæi venturum ſperant, in quem iſta ſcripturarum Iesv Nazareno facta conſenſio poſſit conuenire. *Ergò* (adiungit optimè Tertul.) *Si nondum venit Chriſtus, propter quem paſſuri prædicabantur Iudæi, cùm venerit ergò patientur. Vbi tunc filia Sion relinquenda, quæ nulla hodie eſt? Vbi ciuitates exurendæ, quæ iam in tumulis exuſtæ ſunt: vbi diſperſio gentis, quæ iam exterris?* C Fuit ſiquidem Iudaicum regnum, cum ſuis vrbibus, templo, ritibus, ſacrificiis, Republica, gentéque ipſa vniuerſa ſic euerſum, vt antiqui ſtatus, quem futurum in aduentu Meſſiæ prædicebant Scripturæ, rara quædam, & obſcura veſtigia videantur. Icciredò Tertul. colligit: *Redde ſtatum Iudææ, quem Chriſtus inueniat, & alium contende venire.* lib. adu. Iud. titul. de clarit. gent. Dicit Iudæus Meſſiam nondum veniſſe; ſed in Iudæam, in Hieruſalem in templo, de Bethlehem aliquando venturum. En ô perfide! & tempus à Daniele, aliiſque Prophetis præfinitum iam dudum venit præteriitque, & locorum iſtorum, vix vbi extiterint, apparent ruinæ.

Chriſtus ex ſcripturis probatur.

Tertul.

Iudaicæ Reip. ſtatus poſt Chriſtū immutatus.

Roma Romanúmque imperium Chriſto ſubditur.

5. Non vides quidem, aut potiùs videre non D vis quæ fiunt in meridie? Saltem audi totius orbis commotionem. Iudæorum ſynagoga flammis crepitat exardeſcens. Gentilium fana; ſacrilegi ritus, infandaque idola, grandi ſanè ruinâ corruerunt. Quin etiam Roma, Cæſares, Imperium omnia ſua maieſtate depreſſa, & Iesv crucifixi humilitatem venerantur, & illius iugo ſeſe vltrò dediderunt. An non per cæteras, quà patet orbis terrarum gentes & fides, & Crux, & regnum Chriſti Iesv, à Iudæis crucifixi peruaſit triumphando? *Enimverò* (vti obſeruat Tertul.) *Chriſti regnum & nomen vbique porrigitur, vbique creditur, ab omnibus gentibus colitur, vbique adoratur, omnibus vbique tribuitur æqualiter: non Regis apud illum* E *maior gratia, non barbari alicuius imperioſi lætitia, non dignitatum, aut natalium cuiuſquam diſcreta merita, omnibus æqualis, omnibus Rex, omnibus iudex, omnibus Deus, & Dominus eſt.* Sic ille de Chriſto, quem iuſtitiæ Regem, & Dominum dominantium, patrem futuri ſæculi, principem pacis, Deum nobiſcum, vti promiſſus fuerat, in terram iam aduenisſe credit mundus, & infinitis teſtimoniis videt comprobatum. Rectè igitur ſubinfert idem: *Nec dubites credere, quod aſſeueres, cum videamus fieri.* lib. iudicato. titul. de regno Chri-

Tertul.

Chriſti poteſtas & iuſtitia.

Tertul.

A ſti. Iudæi nihilominùs, quæ in meridie fiunt, videre ſe diſſimulant, ne ſuperſtitionem, quà ſemper claudicarunt, inſanæ cuiuſdam ſtultitiæ coarguantur. Audiant ſaltem, quod terris, cœliſque inſonuit, nec, niſi cautes, & ſtipites, audire negent. *Væ terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Æthiopiæ, quæ mittit in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas.* Iſai. 18 Haud dubie pertinet vaticinium ad tempora Regis Meſſiæ, cuius legati, & prædicatores Euangelium ad omnes gentes detulerunt, atque (vt vates regius cecinit) *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Pſalm. 18. *Vſque ſonus, & prædicatio* (ait S. Hieron.) *Apoſtolorum, atque Euangeliſtarum.* Benè S. Auguſt. exclamat: *Ecce quid planius, quid* B *apertius? In omnem terram, &c. Nunquid expoſitore opus eſt?* Nec verba Prophetæ indigent expoſitione, cùm vaticinium tam manifeſtè completum videatur, nec orbis vniuerſus, per quem Chriſti Domini fides, & nomen perſonuit, veritatem ipſam tam luculentè conteſtatam poterit denegare.

Inſana Iudæorū ſtultitia.

Iſai 18.

Chriſti fides per orbem prædicata inſonuit.

Pſal. 18.

D. Hier.

D. Auguſt.

6. Ac ſonuit quidem prædicatio Chriſtianæ fidei priſcis illis Apoſtolorum temporibus, ſonátque etiam hodie noſtris, in quæ maximè conuenire videtur vaticinium Iſaiæ, quod ego ſæpè numerò diligenter admodum perlegi, diúque verſaui meditando, & commentando mecum: atque vnum illum qui maximè ſeſe obtulit, ſenſum lectori aperiam præmonito in primis, quęcumque C ſenſum (vt eſt Patrum, Doctorúmque ſententia) diuina ſcriptura admittit, verè intentum eſſe ab Spiritu ſancto. Quare hoc in præſenti loco conficiam, vt quam appono, valde conſona explicatio verbis Prophetæ eſſe videatur. Et quidē poſt prædicationem illam Euangelij per Apoſtolos, viróſque priorum ætatum Apoſtolicos factam nulla æque memorabilis extitit, quàm quæ per Luſitanos homines extremis his ſæculis ad gentes noſtro orbi ignotas cum admirabili gloria Chriſti, & Catholicæ Eccleſiæ incremento ſata, productáque per totos hoſce annos centum ſcitur, & celebratur. Vaticinatur igitur ad Luſitanam gentem Iſaias: *Væ terræ cymbalo alarum* Hebr. *Hoi* הוי aduerbium eſt excitantis, & vocantis. D O, vt Propheta Iſaias cap. 55. *Hoi, ô omnes ſitientes venite,* &c. & Zachar. 2. *Hoi venuſti. O fugite.* eſt etiam *heu, væ,* vt 1. Reg. 13. Appoſitè quidem vates vtitur interiectione excitantis, admirantis, & condolentis. Eſt enim iſta, de qua loquitur, Luſitanorum nauigatio ſtupenda planè, quæque omnes gentes in tantam admirationem conuertit, vt inſanam vbique nuncupauerint; dein infinitis expoſita periculis, immēſis plena laboribus, támque frequentibus, & miſerandis infauſta naufragiis, vt etiam à Propheta lugeri videatur. At nihilominùs tamen cùm tam glorioſa Luſitaniæ ſit, multóque magis Chriſto Domino, vocari oportuit, & excitari ad eam expeditionem à Propheta E hanc prouinciam, hanc gentem, quam vocat terram cymbalum alarum, ſeu vt ex Hebræo verbum verbo redditur: *ô terra vmbra alarum.* L X X. legunt: *terra nauium alatarum.* Alij transferunt ex Hebr. *terra obumbrantis alis.* Sic naues Indicæ, quæ Oliſipone quotannis in Orientem ſoluuntur, apprimè ſignificantur; quæ magnitudine, firmitatéque molis, multitudine militum, & vectorum, qui ad ſexcentos, imò & ad octingentos in vnaquaque naui crebriùs accedunt; atque mercium, & numorum opulentiâ, facilè omnes aliarum gentium naues antecellunt. Bellè quidem eaſdem

Chriſti prædicatio per Luſitanos.

Iſai. 55.

Zach. 2.

Indica Luſitanorū nauigatio prædicitur ab Iſaia.

Nauium Indicarū Luſitania magnitudo.

Maffeius. Naues Indicæ ab Iſaia prædicuntur.

eaſdem ſuis oculis diligenter contemplatus noſter Maffeius, cùm nobile illud Indicarum hiſtoriarum opus conſcriberet, inter alia lib. 12. hæc adiunxit: *In Indiam oneraria naues deſtinantur magnitudinis adeò vaſta, vt cùm inflatis aura ſecunda feruntur velis, oppidi propemodum inſtar obtineant, Populus vnius oneraria, in vniuerſum capitibus modò ſexcentis, modò octingentis, interdum etiam plus mille conſtetur.*

7. Harum nauium alas celebrat Iſaias, quia iuxta inſanam ipſam molem ingentia, penéque inſana vela ſunt, quibus vento inflatis ligneæ illæ turres per Oceanum liberiùs, atque velociùs, quàm per cœlum alites feruntur; vmbrâ quoque intuuntur, non enim modò reliquis in ſalo nauibus ſuâ altitudine, ac latitudine vmbram efficiunt; verùm etiam ipſimet Oceano tenebras quodammodo offundere, terroremque incutere videntur; quid verò aptius, quàm vt cymbali inſtar habeantur? Adeò celebres vbique gentium habentur, vt earum fama velut hurrendo quodam ſono per omnes terrarum oras reboans peruagetur. Quin etiam (quod potius, & pulchrius eſt) cymbala Eccleſiæ catholicæ ſunt naues Indicæ Luſitanorum, quæ ſuo quaſi tinnitu Chriſti fidem perſonant, & gentes ad Euangelium audiendum, excipiendúmque excitant, & inuitant. Luſitani quippè Reges hac tam difficili ſuſceptâ nauigatione illud maximè ſibi enitendum exiſtimarunt, vt in illis vaſtiſſimis Orientis prouinciis Apoſtolicam diſciplinam, vel vetuſtate iam obſoletam renouarent, vel ad id tempus incognitam Deo adiuuante per adminiſtros idoneos inſtituerent. Sed quâ nam ad Orientem nauigant Luſitani? trans flumina Æthiopiæ, ceu vltra gentes, prouincias, flumina, ſinus, promontoria Africæ, Lybiæ, Guineæ, & totius illius orbis à nigris habitati gentibus, (vniuerſim dicitur Æthiopia) indicæ naues procurrunt, vt omnibus comperta res eſt. *Dein mittit in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas.* Legunt alij ex Hebræo, *in naui iunci.* En habemus naues Indicas legatorum Chriſti! ſed qui legati? haud dubiè religioſi viri, qui ſingulis annis pro Chriſto fungentes legatione vehuntur in nauibus Indicis ad promulgandum illis gentibus Euangelium, quorum ſingulis, (quæ Regum noſtrorum eſt pietas & magnificentia) debitæ ad profectionem ex ærario Regio aſſignantur expenſæ. Eſt autem aliquando Euangelicorum huiuſmodi legatorum copioſus adeò numerus, vt non ita pridem ſeptuaginta è Societate IESV religioſos ferè de tota prouincia ſelectiſſimos vno die viderit, ac mirata ſit Oliſipo, pio ſane, glorioſóque agmine per plateas ad mare deſcendere, nauibuſque triumphantium inſtar ſeſe inferre.

Celebris per orbem nauium Indicarũ fama.

Luſitanorũ Regũ Chriſtiana pietas & zelus fidei.

Religioſorũ Societatis IESV in Indiam profectus.

8. Porrò cùm hæc in Indiam expeditio, & ardua ſit hominibus, & in Chriſti Domini gloriam, incrementúmque Eccleſiæ Catholicæ habeatur, neceſſe omninò eſt vt humana infirmitas grandi diuinæ gratiæ præſidio inuitetur, & fulciatur; quod per Prophetam Dominus ipſe præſtat, cùm ad Luſitanam gentem ſuos ipſos Angelos diuinæ prouidentiæ adminiſtros mittit. *Ite Angeli veloces* (ait Dominus) *ite feſtinate quàm citiſſimè ad delectum mihi in Indicam nauigationem faciendum: inuitate, roborate animis, ac viribus gentem conuulſam, & dilaceratam: alter populum diuulſum, & dilaceratum.* Quid quæſo ſignificantius? Luſitana gens eſt anguſtis regni ſui terminis concluſa; non tam multitudine aut imperio diffuſa

Luſitani per orbem ſparſi victoreſque.

A (ſi regnum Portugaliæ ſpectes) quàm aliæ omnes ferè in Europa expanſæ nationes; ſed qualis illa eſt, tota eſt diuulſa, & quaſi diſcerpta; partim ſcilicet in regno moratur, partim Inſulas Oceani habitat, partim nouas condidit ſedes in Guinea, in Braſilia, in India. Quid ergò tam diuulſum? tam dilaceratum? ſcilicet vnum eſt corpus Reipubl. Luſitanorum, nec adeò grande, vaſtúmque; & tamen ita membratim conciſum in omnibus (quâ patet) orbis partibus inuenitur: bonámque Africæ, multóque maximam Aſiæ partem victricibus armis, imperióque occupat. Sapientiſſimè quidem Franciſcus Galliæ Rex inſignis rerum omnium æſtimator dicere ſolebat; Luſitanos quidem eſſe trecentos, centúmque in

Galliæ Regis de Luſitanis dictum.

B patria rura colendo dare operam, centum deinde litigando inter ſe detineri; centum denique totum velle terrarum orbem expugnare, cunctiſque gentibus dominari. Sequitur; *Ad populum terribilem poſt quem non eſt alius.* Egregiè conuenit vtrumque Luſitanis. Sunt enim inter cæteros mortales, nimium patientes famis, ſitis, caloris, & frigoris, omniúmque laborum; terra, maríque innumeris exerciti periculis, bellis, naufragiiſque: acerrimi quidem in pugnando, expugnandóque: vſque ad extremum ſpiritum, in ſuſtinendis caſtellorum, vrbiúmque expugnationibus obſtinatiſſimi; vt appoſitè quidem P. Maffeius Luſitanos vocarit *maſculum ac durum in armis genus.* lib. 4. hiſtor. Indicar.

Mira fortitudo Luſitanorum.

P. Maffeius.

C 9. Septuaginta vertunt, *populum peregrinum, & durum*, benè peregrinum; quia per ignotas Romano Imperio gentes, ac prouincias vagantur Luſitani; ibique patriam cenſent, vbi armati contra infideles maximè depræliandi occaſionem inueniunt. Rectè durum. Quippe cùm durati omnibus humanæ vitæ ærumnis non modò incredibilem toto Athlantico Oceano ſuſceperint nauigationem; ſed etiam inter Æthiopas ſub zona torrida cum ipſiſmet æſtuantis ſolis ardoribus pertinaciter colluctantes verſentur, negotientúrque: pugnent, & fixis ædibus, tanquam in benigno, patrióque ſolo commorentur. Poſt quem non eſt alius. Quid clarius dici poterat? Enimverò extrema regionum occidentalium eſt

Mira in Luſitanis patientia laborum, & temporum.

D Luſitania, vt nemo ignorat. Atque in Oliſiponenſi promontorio (vt alibi ex antiquis, & Romanis ſcriptoribus comprobauimus) terræ, mariáque terminantur. Vnde Romanos, qui primi Oliſiponem aduenerunt legimus in eorum libris mirandum in modum obſtupuiſſe, cùm viderunt cadentem veſpere ſolem, & (vt putabant) ſeſe iuxta prædictum promontorium in Oceani pelagus ſuppreſſis luminibus condere ſolitum. *Ad gentem expectantem*, קו קו *gau gau, linea, linea*; quibus obſecro niſi noſtris hominibus hæc verba conueniunt? ſcilicet Luſitani de ſpe viuunt, expectantes expectantes: qui agunt in India, claſſem è regno quotannis euntem votis omnibus expectant, quique in regno conſident, eam ſimiliter

Luſitania Occidentis extrema.

Tom. 2. c. 30. ſect. 2. num 4.

Romanis admirationi ſol in Oceanum cadēs.

E expectant, quæ ab India Orientis opulenta mercibus, & (quod potius eſt) victoriis, & ſpoliis barbarorum, & infidelium gentium nobilitata Oliſiponem aduecta ſubintrat. Expectatur (quod dulcius eſt) nuncij, literæque parentum, filiorum, cognatorum, amicorúmque in nauibus, quæ ſingulis quibuſque annis hinc illuc, huc illinc nauigant. *Linea, linea.* Hæc enim prima omnium gens per Oceanum enauigans bis æquinoctialem vno in Indiam curſu tranſilit. Sequitur. *Conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius.*

Luſitani de ſpe viuunt.

Luſitani periculis & laboribus exercitati.

A Quis neſcit gentem Luſitanorum innumeris terra, marique, in Europa, in Africa, in Aſia vbique terrarum, ac regionum attritam laboribus, & omnibus, quæ in mortalium vitam inuectæ, colliberatæque ſunt, iniuriis, ac miſeriis conculcatam quidem, ſed non exanimatam; afflictam quidem, ſed non extinctam; quippe quæ à ferro virtutem, à periculis audaciam, ab ipſis lethi faucibus vitam & gloriam ſibi vehementiùs creſcere, ac beatiùs refloreſcere arbitratur.

Virtus & conſtantia Luſitanorũ.

Ideircò regnum tam breuibus cùm ſit limitibus circonſcriptum, inſtar tamen prodigij eſt, quam crebra & copioſa ex ſe hominum educat examina, quæ Iſaias egregiè vocat flumina, quæ Luſitanicum ſolum diripiunt, antiquis nimirum habitatoribus ſpoliatum. B Hinc mercatorum ad commercia, militum armatorum ad claſſes, ad præſidia, colonorúmque ad colonias vel de nouo conſtruendas, vel iam conſtructas nouis deinde ſubſidiis amplificandas perennia toto anno, quædam quaſi flumina exoriuntur, & in varias cœli, ſolique plagas excurrunt.

Perennia hominũ flumina ex Luſitania.

10. Denique videtur hoc ſignum aduentus Meſſiæ, legiſque gratiæ his verbis Propheta concludere: *Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cùm elevatum fuerit ſignum in montibus videbitis, & clangorem tubæ audietis.* Videbunt quidem gentes, famam ſcilicet quoquouersùm diffuſam Luſitanicæ nauigationis percipient, cuius ad omnes etiam abditas, ac remotas terrarum oras ſonus, & grandis quidam quaſi tubarum clangor C peruadet: Cùm videlicet eleuatum fuerit ſignum in montibus: hoc eſt, cùm ipſa Dominicæ Crucis effigies (per antonomaſiam in ſcriptura dicitur ſignum) erecta apparuerit in ſummis Luſitanarum nauium antennis. Enimverò inſigne quod clarum gerit Indica nauis eſt apprimè Crucis efformata effigies. Neque verò citra myſterium eſt, quòd Vaſco Gammæ, primiſque illius ſociis Oceani Athlantici Argonautis Rex Emmanuel in Monte maiore (nobile oppidum eſt tranſtaganum) in quo tunc agebat, à ſe delectis Indicam expeditionem commendauit. Et (quod à Propheta videtur prædictum) *Vexillo Crucis* (vti ſcribit Maffeius) *per intimum ſcribam publicè expanſo mixtis gentibus Gamma ſolemni ritu in Regis* D *verba iurauit, eodémque accepto vexillo plenus bona ſpe, & miro nauanda Regi opera ſtudio incenſus Oliſiponem vnà cum comitibus petiit.* lib. 1. En vidit orbis eleuatum in montibus Regis Meſſiæ ſignum, videlicet Regium Dominicæ Crucis ſtemma in noſtris nauibus inſtar montium in ſalo eminentibus. Cui nos quicquid glorioſè ac feliciter geſtum eſt à noſtris per Orientem hominibus, iure optimo acceptum referimus.

Iſai. 8.

Celebris fama nauigationis Luſitanorum.

Crux in nauibus Indicis.

P. Maff.

Crux Luſitanis in Indiam vexillum.

11. Hoc Domini vexillo armati pariter & animati Gamma, & comites Oliſipone anno poſt Chriſtum natum milleſimo, quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo ad VII. Idus Iulias in Indiam conſcenderunt quatuor quidem impoſiti nauibus, quarum prætoriæ inditum eſt nomen à E S. Gabriele, ſecundam Archangelo Raphaeli dicarunt. Quos equidem ſuſpicor à Deo per Prophetam ſignificari, & ad hanc tam admirandam expeditionem mitti, cùm dixit, vti vidimus: *Ite Angeli veloces ad gentem*, &c. Et quidem appoſitè nauis prætoria dicta eſt S. Gabriel, vt quæ ex orbe noſtro ad antipodas viam Euangelio muniebat, ſub tutela, præſidióque lateret Archangeli potiſſimum eius, qui primus è cœlo terris olim attulit Euangelium. Secundæ nomen appoſitum A quoque fuit, vt ea ſcilicet enauigaret commiſſa Raphaeli Archangelo, viatorum duci, ac tutori. Sic locum Iſaiæ explicari poſſe arbitror de Luſitanorum in Indiam expeditione. Quòd ſi Prophetam generaliùs locutum contendas, haud dubie ſic interpretandum optimè dixeris: Conuocat Iſaias omnes gentes ad Chriſti Domini fidem, proponitque omnibus certiſſima ſigna aduentus Domini, videlicet; Cùm eleuatum fuerit ſignum in montibus, hoc eſt, cùm lex Meſſiæ, aut etiam illius Crux in illa vrbe terrarum omnium capite, gentiúmque Regina, ſcilicet Roma ſeptem fundata (vt hiſtorici, poëtæque celebrant) in montibus veluti vexillum Regium apparuerit. Vel quando in frontibus Regum, & principum, B qui terræ montium inſtar eminent ſignata Crux fuerit; vel cùm præcipuæ in mundo nationes; cuiuſmodi maximè ſunt in Europa Itali, Hiſpani, Galli, Germani, &c. ad ſignum Chriſti, ad Crucis vexillum vndique conuolantes nomen Chriſto dederint, eiúſque fidem complexi fuerint, dum præter alia multa ſigna verum Meſſiam, eiúſque legem, & regnum conteſtantia videbitis.

Quarum primæ naues Indicæ.

Aduentus Chriſti ſigna.

12. In primis extremam, & irreparabilem Iudaici populi vaſtitatem; deinde nouam, & inauditam retroactis ſæculis nauigationem Luſitanicæ gentis ab Occidente per mare Athlanticum ad Orientem, vt Chriſto, de barbaris gentibus fideles, & ſerui ad Euangelium conuerſi congre- C gentur. *In tempore illo deferetur munus Domino exercituum à populo diuulſo, & dilacerato, à populo terribili, poſt quem non eſt alius, à gente expectante, expectante, cuius diripuerunt flumina terram eius ad locum nominis Domini exercituum, montem Sion.* Ita concludit Iſaias. Vtque animas Orientalium populorum ad Chriſti Domini legem congregatas meritò vocat munera, quæ Luſitani homines Eccleſiæ Catholicæ Romanæ (hæc eſt mons Sion) detulerunt, ſimul etiam ſignificari videtur illa Regis Emmanuelis ad Summum Pontificem Leonem X. legatio per totum orbem celeberrima cum pretioſiſſimis muneribus, ex Indiæ gemmis, auróque, & opulentiſſima ſupellectili; vbi primum Luſitani ſuum in India conſtituerunt im- D perium, vti ſcribit noſter Maffeius lib. 5. hiſtor. Indic. Poſſem equidem in medium afferre, quæ paſſim à Doctoribus circumferuntur ex diuinis literis petita pro vera Chriſti Domini fide argumenta, quibus Iudæorum obſtinatiſſima infidelitas acerrimè confringitur, & conuincitur: ſed illud tantùm in gratiam meæ gentis, quod & illuſtre, & quotidianum eſt, ex Iſaiæ vaticinio me adduxiſſe nullus qui leget, ægrè patietur.

Iudaici populi euerſio.

Nauigatio Indica Luſitanorum.

Iſai. 18.

Animæ Deo munera.

Legatio Regis Emmanuelis ad Leonem X.

P. Maff.

13. *Ipſe autem claudicabat.*] Iacob in filiis infidelibus, ac reprobis claudicauit, & claudicat etiam hodie, non tam pedibus, quos ad effundendum Dei hominis ſanguinem velociſſimos habuerunt, quàm ipſo ingenio, mentiſque iudicio, E quo turpiter aberrantes in obſtinatiſſimam peruicaciam corruerunt. Deum ſe Chriſtus IESVS & ipſis operibus clamat. *Si mihi* (inquit) *non creditis, operibus credite.* Ioan. 10. *Nec ſic tamen*, (occurrit S. Bernard.) *euigilant ad intelligendum non fugâ dæmonum, non obedientiâ elementorum, non vitâ mortuorum, beſtialem hanc, & plus quam beſtialem hebetudinem a Iudæis depellere quiuit, de qua non minùs mirabili, quam miſerabili cæcitate factum eſt, vt in illud tam horrendum, támque enormiter groſſum facinus proruerint Domino maieſtatis inicientes manus ſacrilegas.*

Iudæorum infidelitas.

Ioan. 10.

D. Bern.

Beſtialis Iudæorum hebetudo.

legis. Sic ille in Cant. Hanc intellectus hebetudinem etiam qui ab illis Chriſti crucifixoribus poſteri adhuc in terris viſuntur, duplo maiorem habent proculdubio; quippe qui iam poſt ſolem iuſtitiæ toto orbe fulgentem miſerandâ ipſâ ſuâ cœcitate contenti meridianam Chriſtianæ veritatis lucem non contuentur, ſeu potiùs nolunt contueri. Meritò ab ipſo Domino Iudæorum gens ſæpè numerò ficus vocatur, & ab ipſo ſponſo dicta olim fuerat illis verbis: *Ficus protulit groſſos ſuos.* Cant. 2. *Et verè* (adiungit S. Bernard.) *quid non groſſum in gente illa? Nec actus profectò, nec affectus, nec intellectus. Nam actus in bellis, affectus in lucris, totus intellectus in craſſitudine litera.* Et inſtà. *O groſſam, viperiúmque affectum, odire hominem, qui hominum & corpora ſanat, & animas ſaluat. O nihilominus intellectum groſſam, & certè hominum, qui Deum non intellexerunt in operibus Dei.* En quàm ſit deteſtanda non pedis quidem, ne ad ſuum verum Meſſiam promptè accurrat, fideliterque accedat; ſed mentis etiam, & cordis, quibus à Deo receſſerunt, claudicatio in Iudæis.

Cant. 2. D. Bern.

Stolida Iudæorũ craſſitudo.

14. Nimirum de iiſdem conqueſtus eſt Dominus: *Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni inueterati ſunt, & claudicauerunt à ſemitis ſuis.* Pſalm. 17. Videt Iacob in filiis claudicare? *Filij* (declarat S. Auguſt.) *non mei, ſed potius alieni; quibus dicitur; vos ex patre diabolo eſtis.* Ioan. 8 Vide quàm ſit hominibus exitiale peccatum. Eos enim qui naturâ, teſtamento, promiſſionibus, ac fide fuerant filij Abrahę ſanctiſſimi Patriarcharum, peccata ipſa præſertim infidelitas erga Deum degeneres, imò & adulterinos, & (quod multò magis eſt execrandum) orci, & diaboli partus effecerunt. Inueterati ſunt. *Quibus* (ait Auguſtinus) *vt renouarentur nouum teſtamentum attulit, in vetere homine remanſerunt, & claudicauerant, tanquam vno pede debiles, quia vetus tenentes nouum teſtamentum reſpuunt, claudi effecti ſuas etiam in ipſa lege vetere, potius traditiones ſuas ſequentes, quam Dei.* Claudi ſunt, ne promptos ſe Dei obſequio præſtent, ſed verò etiam integri, agiléſque vt Deo reſiſtant. Semper enim de Deo malè meruit natio Iudæorum. *Dura* ſiquidem (vt loquitur S. Stephanus) *ceruice & incircumciſis cordibus, & auribus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis, ſicut patres veſtri, ita & vos.* Act. 7. Pertinacia iſta, & contra Deum ipſum reſiſtentia Iudaicæ nationi domeſtica, & genuina, & gentilitia eſt. Etenim S. Paulus tam de maioribus, quàm de poſteris conteſtatus eſt: *Qui* (ait) *& Dominum occiderunt IESVM, & Prophetas, & nos perſecuti ſunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduerſantur.* 1. Theſal. 2. ô inſignem Iudaicæ nationis peruerſitatem? Dei ſunt hominúmque proditores. Rectè ad hunc locum colligit S. Chryſ. *Iudæi totius orbis terræ communes ſunt inimici.* Quid ni hominibus aduerſentur, ſi Deo reſiſtunt? qui enim fidem vllam præſtet hominibus qui Deo infidelis eſt?

Pſal. 17. *Quid claudicatio in Iudæis.* D. Aug. Ioan. 8.

D. Aug.

Semper aduerſa Deo natio Iudæorum.

Act. 7.

1. Theſ. 2. *Iudæi communes proditores.*

15. *Filij alieni mentiti ſunt mihi.* Pſalm. 17. Si ergò à te Domine, à quo creati, honorati, & locupletati ſunt, ſic ſe abalienarunt, ſic tibi mendaces, infidos, & proditores exhibuerunt, quid mirum eſt, ſi erga homines perfidiâ quoque ſint plus quàm Punicâ? non eſt quòd ei credat homo, quem nouit Deum infidum. Pharao Ægyptiorum Rex ſuos contra populum Hebræum adhortatus aiebat: *Venite ſapienter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur: & ſi ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis noſtris.* Exod. 1. Timebat Ægyptius infidelitatem Hebræorum. Sed vnde obſcero illam eſt ſubodoratus? Vnde Hebræos infidos arguit, & proditores? An quia homines Deo patrum ſuorum, quem in terra Chanaan, & in ipſo ingreſſu in Ægyptum olim coluerant videbat iam perfidos, illiúſque Numinis deſertores ad Ægyptiacos Deos, ritúſque tranſiſſe? Tunc enim factitabant Hebræi quod poſtmodò Propheta decantauit: *Didicerunt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum.* Pſalm. 105. Optimè quidem ſubintulit: minimè credẽdum homini, qui Deum ſuum fidémque illius deſeruit: omnium proculdubiò inimicus cenſeatur, qui Deo, ſaluti ſque ſuæ infidus eſt. Ne tu illum tibi fidelem reputes amicum quem ſuæ ſaluti videris inimicum. Aduerſantur Chriſto Domino, Deóque noſtro Iudæi, ergò non Chriſtianis modò, ſed cunctis etiam mortalibus infidi, ac proditores eſſe conuincuntur. O duritia plus quàm ferina! Et feræ quoque ipſæ in ſyluis natæ, altæque hominum beneficio cicurantur. At Iudæorum pertinacia miraculis Chriſti non edomatur: illorum odia Domini beneficiis non emolliuntur. Idcircò veritatem non recipiunt, quia veritas eſt: lucem ideò fugitant, quia lux eſt; hoc ipſo Chriſtum oderunt, quia Chriſtus eſt. Exprobrantes pariter, atque inſultantes Domino crucifixo; eiúſque miraculis aiebant: *Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere: Si Rex Iſrael eſt, deſcendat nunc de Cruce, & credimus ei.* Matth. 27. ô (liceat dicere) inſanabilem cœcitatem? *Etiam nolentes* (obſeruat S. Hieron.) *confitentur Phariſæi, quòd alios ſaluos fecerit; Itaque vos veſtra condemnat ſententia.*

Deo & hominibus infidi Iudæi. Exod. 1.

Pſal. 105. *Hominibus infidus qui Deo infidus eſt.*

Iudæorum duritiès.

Matth. 27. *Inſanabilis Iudæorum cæcitas.* D. Hier.

16. Inſani profectò, qui norunt hominem illum miraculis clarum, & nihilominùs oderunt, crucifigunt, occidunt? Duriores cautibus, quos nec ipſa quæ confitentur Chriſti miracula flectunt, & euincunt; nec ipſum quod modò poſtulant, ſi editum viderint, conuertentur. *Stulti* (inquit S. Ambroſ.) *de morte ſurrexit, & non crediderunt; quomodo ſi de Cruce deſcenderet, credidiſſent?* in Pſalm. 61. Tanta illorum eſt duritia, támque inſuperabilis pertinacia, vt ſi Chriſtum fortè deſcendere ſubitò viderent de Cruce, etiam tunc diabolico vſum artificio, magum, & impoſtorem vtique appellarent. Rectè ſiquidem argumentatur ad locum Matth. S. Hieronym. *Quid eſt plus, de Cruce adhuc deſcendere viuentem, an de ſepulchro mortuum reſurgere? Reſurrexit, & non credidiſtis; ergo ſi etiam de Cruce deſcenderet, ſimiliter non crederetis.* At dicunt Iudæi crucifixum quidem fuiſſe, ac mortuum, ſed non reſurrexiſſe. Et totus clamat mundus; poſt tres dies, vt ipſemet prædixerat, ac promiſerat, & reſurrexiſſe, & in cœlum regnare. Et ſagena, quæ totum orbem piſcata eſt, Iudæum tenere non potuit: ſcilicet Eccleſia, quæ olim præcipuè ſita erat in Iudaico populo dicebat: *In lectulo meo quæſiui, quem diligit anima mea, & non inueni.* Cant. 3. Mortuum vidit in Cruce, dein ſepultum in corde terræ, vti Ionam in ventre ceti Chriſtum ſponſum, ac dilectum ſuum; per mulieres, per diſcipulos quæſiuit in ſepulchro, & non inuenit. Audiuit ſiquidem ab Angelis: *Surrexit, non eſt hic.* Marc. 16. Ad quem locum egregiè occurrit S. Bernard. *Iam cœlum tumulo commutauit, & ſtabulo; & tu illum in tuo adhuc lectulo quæris? Quid quæris in lecto fortem, in lectulo magnum, clarificatum in ſtabulo?* ſerm. 75. in Cant. Totum iam orbem ſuo fulgore illuſtrat, ſuâ poteſtate moderatur, ſuâ maieſtate complet: & ſynagoga tamen Iudaica mortuum putat, in vacuo ſepulchro quærit ſepultum, ſolem meridie radiantem

D. Ambr. *Infidelitas Iudæorum contra Chriſtum.*

S. Hieron.

Reſurrectionem Chriſti impugnant Iudæi.

Cant. 3.

Aſtruitur Chriſti reſurrectio. Marc. 16. D. Bern.

dientem inter tenebras ſuæ cæcitatis inquirit: A Pulchrè S. Chryſ. hoc de argumento diſſerens: *Iudæi* (inquit) *adhuc in umbra ſedent veritate omnibus manifeſtatâ: & ad lucernam aſſident ſole iuſtitiæ totum orbem vndique illuſtrante.* homil. 5. in Geneſ. Quæ maior ſtultitia, quàm vt in meridie ipſo lucernam in platea, ad quam lecturus aſſideas, in omnium conſpectu, riſúque præfigas? Eleuatus eſt iam Chriſtus in cœlum verus ſol iuſtitiæ; at Iudæi tamen ſolis lucem peroſi ad lucernam Bibliæ aſſident, in qua Moſaicam legem iam pridem mortuam, ac ſepultam excitare conantur.

D Chryſ. *Cæcitas Iudæorum in meridie.*

Iudæi ad lucernam aſſidens in meridie.

17. Quid miſeri adhuc venturum ſperatis, quem iam veniſſe tam multa conteſtantur argumenta. *Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra* B *dabit fructum ſuum.* Pſalm. 84. Prædixit Propheta futurum quod iam de præterito canimus. In flore Meſſias, illiuſque myſteria, lexque & ſcrul erant; florem Dauid intuitus, fructum ex flore prædixit. At (quod egregie animaduertit S. Bernard.) *prodeunte fructu flos decidit: veritate apparente in carne figura pertranſiit.* homil. 1. ſuper Miſſus. Decidit flos, cùm lex Moſaica, templum, ritus, ſacrificia, totáque ipſa cum ſua Hieruſalem exaruit; periitque Reſpublica Iudæorum, vbi ſcilicet fructus maturuit. Venit Meſſias, nouam condidit legem, nouum ſibi populum ex gentibus acquiſiuit. Ac myſterio quidem non caret, quòd in Nazareth ciuitate Galilææ ſuam Deus incarnationem operatus eſt. Nazareth quippe C flos eſt, Galilæa tranſmigratio, tranſituſve. *Nimirum* (vti obſeruat idem Bernard.) *quia naſcente Chriſto omnia tranſierunt. Hos ergò flores, & nos, qui iam fructum tenemus, pertranſiſſe videmus; & dum adhuc florere videbantur, tranſituri prævidebantur.* Hoc ipſo eodem floris vtens ſymbolo Iſaias ſignificans clamabat: *Fœnum aruit, & flos decidit: Omnis caro fœnum*, cap. 40. Quodnam iſtud fœnum? quænam caro iſta? Videlicet (ait idem Bernard.) *carnalis ille populus Iudæorum fuit.* Iam caro periit, iam fœnum aruit, decidit flos; *verbum autem Domini manet in æternum.* Pſal. 75. *Nempe* (adiungit Bernard.) *verbum fructus, verbum Chriſtus eſt.* Succeſſit flori fructus, fœno granum; carne illâ emortuâ, Iudaico populo cum ſua lege D ſubuerſo, & extincto verbum Dei manet in æternum. IESVS Chriſtus cum ſuo Euangelio, cum ſponſa Eccleſia, legéque gratiæ in omnem perſiſtet, regnabíſque æternitatem. At florem, neſcio quem adhuc cæci homines malè ſomniant. Reſpondeant ergò ſi poſſunt eidem Bernardo. *Si flos non decidit, vbi ergo regnum, vbi ſacerdotium, vbi Propheta, vbi templum?* &c. *Aruit fœnum dum populus ab omni ſpiritus pinguedine vacuus, ſiccæ literæ adhæſit.* Hæc S. Bern.

Pſal. 84. *Flos in lege Moyſis, fructus in lege Chriſti.*

S. Bern.

Euerſio Iudæorum.

Cur in Nazareth incarnatio facta eſt,

Bern.

Iſai. 40.

D. Bern.

Pſal. 75. *Iudæorū lex & regnum periit.*

18. Sed heus tu Iudæe, qui à veritate claudicas, quid in Chriſto IESV vides, quod non in tua ſcriptura legas, quod tibi non prædixerint Prophetæ, quod quidem ſublime ac diuinum non ſit? Irrefragabile ab operibus petitur teſti- E monium. Video Chriſti IESV opera, quæ Deum hominem verum Meſſiam in tua lege promiſſum conteſtantur. Curauit, dum inter nos ageret, energumenos, dæmones fugauit à corporibus, deinde à fanis, ab aris, ab hominum animis prauâ religione imbutis, a mundo expulit idololatriam. Grandia quidem mirandaque opera, quæ non quilibet homo, ſed planè qui Deus eſſet, efficere potuiſſet. At hoc tam validum argumentum de Iudaica euerſione, & deſtructione idololatriæ,

Teſtimoniū Chriſti ab operibus.

A quo vel ipſa ſaxorum durities effringi poterat, propter benigniſſimum Domini IESV ingenium aſſerere ſuperſedendum cenſeo: venit enim non vt iudicet, ſed vt ſaluet: maluit in ædificando, quam in deſtruendo; in benefaciendo, quam in puniendo; in miſericordia, quam in iudicio maluit diuinitatem comprobare. Enimverò (vti referunt Marc. 1. Luc. 4.) cùm dæmonium immundum ab homine Chriſtus Dominus aliquando expelleret, clamando conqueſtus eſt malus ille ſpiritus. *Quid nobis & tibi IESV Nazarene? veniſti perdere nos: ſcio qui ſis, ſanctus Dei; & increpauit illum IESVS: Obmuteſce*, &c. Cur quæſo reprehendit Dominus aduerſarium, mutúmque illum reddit, atque elinguem? *Planè* (occurrit Ter- B tull.) *vt inuidioſum, & in ipſa confeſſione petulantem, vt male adulantem: quaſi hæc eſſet ſumma gloria Chriſti, ſi ad perditionem dæmonum veniſſet, & non potius ad hominum ſalutem.* lib. 4. contra Marcion. cap. 8. Pulcherrimè dictum; errauit diabolus etiam cùm adulari voluit, non appoſitè ad Chriſti ingenium adulando; cùm illum potius de miſericordia hominibus exhibenda, quàm de exercendo contra dæmones iudicio commendare debuiſſet. Etiam in tam debita ſanctáque aduerſus malignos ſpiritus iuſtitia ſuam clementiſſimus Dominus laudem collocare noluit, ſed potiùs in miſericordia, quam in procuranda hominum ſalute præſtitit. Diſcant Principes non gloriam quærere ex nimio rigore, ſed ex Regia clemen- C tia: videri malint Reges in benefaciendo, quàm in puniendo.

Mira Chriſti benignitas.

Marc. 1. Luc. 4.

Tertull.

Chriſti gloria ex miſericordia.

19. Non ſui arbitretur prælatus tam eſſe muneris expellere dæmones, quam ſanctos facere, & conſeruare homines. Errat ſcilicet, qui totus eſt in præcauendis ſuorum vitiis, omninò autem ſegnis, nullúſque in plantandis virtutibus; puniendi quidem ſunt, qui delinquunt, ſed maior adhibenda eſt cura, vt boni foueantur, animentúrque, ac debitis præmiis donentur. Cumque duo ſint in vita Chriſtiana, quæ maximè præſtari debeant: Declinare à malo, & facere bonum: imprudens eſt, qui nihil de bono, ſed prorſus de malo curat, vt hoc deuitet in iis quos regit, non vt eoſdem ad illud promoueat; qui non penſi habet, D ſi in ſubditis virtutes inſigniaque opera videat: geſtire autem quodammodo videtur, ſe tunc egregium ratus moderatorem ſi vitia ſuorum deprehendat, quæ reprehendat. Non in impellendis dæmonibus, ſed in ſanctificandis hominibus ſuam Chriſtus, & ſuorum Apoſtolorum virtutem voluit demonſtrare. *Qui nec diſcipulos* (adiungit Tertull.) *de ſubactione ſpirituum, ſed de candida ſalutis gloriari volebat. Dicebat enim Dominus diſcipulis. Nolite gaudere, quia ſpiritus vobis ſubiiciuntur.* Luc. 10. Illud etiam animaduertendum exiſtimo quam ſit malignus, fraudulentúſque diabolus, quantóque odio Deum, à quo iuſtè condemnatus eſt, proſequatur, cùm dicit: *Scio qui ſis, ſanctus Dei, veniſti perdere nos. At adeò* E (inquit Tertull.) *iudicis, & vltoris, & vt ita dixerim ſæui Dei filium agnouerat IESVM, non operantis illius & perdere, & punire neſcientis.* loco citato. In eo ſcilicet, quod ad laudandum Chriſtum appoſuit, vituperare, infamaréque doloſè intendit, cùm rigido patri ac punitori ſimilem filium prædicat in puniendo, perdendóque dæmones.

Potiſſima prælati cura.

Maior cura in promouendo ad virtutem, quàm in puniendis vitiis adhibenda.

Tertull.

Luc. 10.

Dæmō Chriſtum laudando infamat.

20. Porrò maior Chriſti gloria ex operibus in ſalutem hominum editis redundat: *Quod ſcilicet, (vti obſeruat S. Bernard.) nobis factus eſt a Deo ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio.*

D. Bern. *Chriſti gloria ex hominum ſalute.*

Ergò

Ergò qui vitalem hanc ſparſam vbique fragrantiam
non ſentit, & ob hoc non currit, aut mortuus eſt, aut
putidus. ſerm.22. in Cant. Videlicet;hi ſunt odo-
res,hæc ſunt vnguenta Chriſti Domini, quibus
ille gentes inuitauit, fecítque relictis idolorum
ritibus., & abominandis vitiorum omnium pu-
toribus ad puriſſimam Chriſtianæ fidei religio-
nem aduolare dicentes: *Curremus in odorem vn-*

Cant. 1. Chriſti virtutes Iudæi quare non ſentiant?

guentorum tuorum. Cant.1.Iudæus tamen,aut quia
malignus impoſtor eſt, hanc in populo Chriſtia-
no virtutum Chriſti fragrantiam ſentire ſe diſſi-
mulat;aut quia terræ ſordibus aſſuetus ſentiendi
facultatem amiſit, vel quia iam cœlo, Deóque
mortuus eſt,prorſus non ſentit. Veruntamen ve-
lint, nolint Iudæi,audire tamen coguntur ipſam,
quæ toto mundo perſonat, veritatem. Iccircò B
enim Petrus non pedem, non manum, non aliud

Luc.22. Iudæorum ſurditas.

corporis membrum, ſed auriculam ſerui Ponti-
ficis gladio amputauit, vt videlicet Chriſtianæ
fidei viam faceret, fides enim ex auditu eſt. Au-
diant ergò Iudæi quàm ſuauibus redoleat vn-
guentis, quàm elegantibus, quámque pretioſis
renideat ornamentis Chriſtiana Reſpub. ex be-
neficentia ſui redemptoris. In primis factus eſt
nobis à Deo ſapientia; quæ nam quæſo vllo in
populo, non maior,inquam, ſed ne par quidem

Chriſtiana Eccleſia ſapientia.

extitit? Vera ſiquidem ſapientia eſt rerum diui-
narum,humanarúmque perfecta complexio,cum
virtute ſcilicet, morúmque honeſtate, tanquam
illius fructu pariter coniuncta, vtramque verò
qui alij perfectiùs,quàm Chriſtiani homines poſ- C
ſederunt? An non Apoſtoli,Euangeliſtæ,Docto-
res in Eccleſia, vti ſydera in cœlo, ita collucent
doctrinæ,virtutiſque fulgoribus?

21. Quæ vnquam Reſpubl. protulit, quæ vi-
dit ætas alios, quos appellet ſapientes: qui cum
Auguſtinis, Ambroſiis, Hieronymis, Baſiliis,
Gregoriis, Chryſuſtomis innumeriſque aliis

Sapientia Doctorum incomparabilis.

Chriſtianæ gentis Doctoribus conferri poſſint?
Imò etiam plebei homines ab ſchulis alieni, at-
que adeò fœminæ, puerique ſublimium ſupra
naturam myſteriorum imbuti ſapientiâ,quod ob-
ſcuris Prophetæ inuolucris abdiderunt,iam nunc
diſtinctè proferunt,ſermonibus terunt, ſic expli-
catè docent, firmiter credunt, vt tot in Eccleſia

Fidelium Chriſti ſapientia.

Chriſti, & ſapientes, & Doctores, quot fideles, D
quot Chriſtiani eſſe videantur. Enimverò Iſaias
vbi apertè de Chriſti aduentu vaticinatus eſt:
Egredietur de radice Iſſe, &c. inter alia de Chriſti
fidelibus prædicens adiungit: *Repleta eſt terra ſciē-*

Iſai.11. Cyr.Alex.

tia Dei, ſicut aquæ maris operientes. cap.11. Videli-
cet, *floridum* (declarat S. Cyril. Alex.) *& delicijs*
affluentem paſtum Euangelicarum inſtitutionum Chri-
ſtiani ſectantur, ſanctum montem dicit Eccleſiam Pro-
pheta, propterea quòd in alto gloriæ faſtigio collocata
ſit, & propter dogmatum in ea ſublimitatem. Humile

Nihil non ſublime in Eccleſia Chriſti.

enim nihil eſt in nobis: repleta eſt terra cognitione Do-
mini, tanta religione erga eum plena, quantis ſcilicet
aquis ſpatioſum, & laxum mare operitur. Quid de
ſcholis; & ornatiſſimis Academiis omnium tam
diuinarum quàm humanarum diſciplinarum,quę E
per omnes prouincias Chriſtianæ gentis viſun-
tur, duxerim argumentum? Solum apud Chri-
ſtianos viget eruditio,florent diſciplinæ, ſapien-
tia dominatur. Non ſumus imperiti,vt gentiles,
non barbari ab omni literatura alieni, vt Maho-

Sapientia in ſcholis Chriſtianorum.

metani: non vti Iudæi anilium fabularum ſtulti-
tiis imbuti à ridiculis ſuis magiſtris;qui de nun-
diniis,de teloneis,de opificiis ad docendum eme-
riti progrediuntur. Non denique vt hæretici il-
lis omnibus cognati, fratréſve vterini, quorum

A dogmata pluribus quotidie fluxibus, ac reflu-
xibus, quam Eurypi freta inconſtantiùs agi-
tantur.

Hæreſum varietas & inconſtātia.

22. Dein factus eſt nobis Chriſtus Dominus *1.Cor.1.*
iuſtitia; ſuam quippe repleuit Eccleſiam iuſtis;
virtus enim iuſtitia ſumma eſt, & vocari ſolet:
vbi contemptus honorum,& diuitiarum, vbi fer-
uor ſpiritus, vbi carnalium illecebrarum com-
preſſio,vbi cœleſtium,ac ſupernaturalium bono-
rum amor, vbi ardens in Deum, & proximos ca-
ritas,vbi rebus in aduerſis patientia, in proſperis
animi moderatio,vbi denique virtutum omnium
ſtudia operáque niſi in Eccleſia Chriſtiana vi-
ſuntur? Quid quòd terra iuſtis,ſanctiſque homi-
nibus;cœlum verò beatis mentibus hinc à nobis

Multa, magna, veráque virtutes in Chriſti Eccleſia.

B abeuntibus repletum eſt, quos quidem nemo fa-
cilè complecti poſſit numerando? quid ſi iuſti-
tiam vulgo acceptam intelligas?Vbi maior inte-
gritas iudicum, & ſanctitas iudiciorum, quàm
inter Chriſtianos,& in vtroque foro, tam Eccle-
ſiaſtico, quàm etiam politico? Legimus nuper

Mira iuſtitia inter Chriſtianos.

Regem ethnicum in India mirum in modum ob-
ſtupuiſſe, cùm accepit inter Luſitanos tam ſacro-
ſancto iure adminiſtrari omnia, vt quilibet læ-
ſus aduerſus alium in iudicio poſſit contendere;
plebeiſque hominibus contra principes viros li-
tigare liceat, & (quod barbaro incredibile vi-
deatur) Regi ſuo quilibet intendere queat li-
tem, nec rarò ſententia contra Regem ab eiuſ-
dem ſenatoribus,& iudicibus pro miſello & pau-

Ethnici Regis teſtimonium de iuſtitia Chriſtianorum.

C perculo feratur, & Rex quidem æquo animo fe-
rat ab homunculo vinci. O nouam (aiebat ille)
in terris Rempublicam! ô legem cœlitùs delap-
ſam! ô gentem verè generoſam cœlo potiùs,quàm
terræ natam, vbi tam ſancta iuſtitiæ, qua regna
continentur,viget moderatio?

23. Tertio loco ponitur ſanctificatio. Eſt qui- *1.ad Cor. 1.*
dem *lex Domini ſancta, immaculata,* in qua ſancti-
ficatio, quæ in diuinis literis ſæpiùs accipitur
pro caſtitate, & prædicatur, & obſeruatur; tam
ſeuerum vtique, támque inuiolabile ius caſtita-
tis indicitur in lege Chriſtiana, vt præter com-
mercium inter legitimos, ac veros coniuges, il-
licitus ſit omnis concubitus carnalis, omninó-
que interdictum ſit, & videre, & tangere,imò &

Mira Chriſtianæ gētis caſtitas.

D deſiderare turpiter, quod non liceat efficere.
Quid mirum, cùm ea lex autorem habeat, Do-
ctorémque ipſum Dei Filium,qui natus homo eſt
ex matre ſemper Virgine; atque ideò in terris de
hominibus natura carneis Angelos fecit in caſti-
tate? Hinc illud miraculum nulli prorſus ſecun-
dum:viduarum continentium, pudicorum ado-
leſcentium, integrarum virginum, religioſorum
vtriuſque ſexus caſtiſſimorum infinita ne dicam
exāmina dulcedini cœleſtium voluptatum aſſue-
ta, an contra carnem, mundum, infernúmque
pro tuenda honeſtate, pro cœlo ipſo violentiſ-
ſimè diripiendo armis pœnitentiæ agmina de-
certantia?

24. Denique factus eſt nobis redemptio, vti- *1.Cor.1.*
E que à iugo legis Moſaicæ, imò & ſeruitute; ta-
lem quippe iudicat Apoſtolus, cùm iuſtè indi-
gnatur eſſe aliquos, qui poſt ſuſceptum Chriſti
Baptiſmum adhuc legalia obſeruabant. *State* (in-
quit) *& nolite iterum iugo ſeruitutis contineri*, ad *ad Galat.5.*
Galat. 5. *Iugum ſeruitutis* (declarat S. Hieron.) *D Hier.*
legem vocat duram, difficilem, laborioſam, quæ die ac
nocte cultores ſuos graui opere conſumit. Idem Petrus
ſentiens aiebat; *quid tentatis ponere iugum ſuper cer-*
uices diſcipulorum, quod neque Patres noſtri, neque nos
portare potuimus? Actor. 15. Contra verò Chriſti *Act.15.*
legem

Iudæis ſeruitus, Chriſtianis libertas.

Galat.5
D.Hieron.

legem Paulus vocat libertatem; *Vos autem in libertatem vocati eſtis*, ad Galat. 5. *De ſeruitute legali* (inquit S. Hieron.) *ad Euangelij libertatem vocatos monet, vt leue Chriſti iugum, & delectabilia Euangelij præcepta ſectentur*, &c. Præmiſerat Apoſtolus ad finem cap. 4. *Non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ, quâ libertate Chriſtus nos liberauit*. Nimirum Iudæi vocantur ſerui oppreſſi iugo ancillæ filij. Venit autem Dei Filius, factúſque eſt nobis redemptio, cùm ab illa ſeruitute legis omninò liberauit, ac redemit, quo S. Chryſ. vocabulo ad hunc locum vtens ait: *Lex iam non habet dominium cùm Chriſtus omnes ſemel ab illius dominatu redemerit*. in 5. ad Galat. Similiter S. Iacobus *vocat legem perfectam libertatis*. Iacob. 1. Eſt enim libertas charitatis, & ſpiritus; eáque verè dicitur perfecta lex in Chriſti fide, vbi finis legis ſtatuitur dilectio erga Deum & homines. Eſt autem hæc libertas Chriſtianæ vitæ tam glorioſa, vt per eam homines non iam ſerui, ſed filij Dei nominentur: iuxta illud Apoſtoli. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus*. 1. Ioann. 3.

D.Chryſ.
Iacob. 1.
1. Ioan. 3.

25. Hæc omnia Dei beneficia Iudæi amiſerunt, cùm Domino IESV renunciantes, Barabbam latronem & homicidam à morte liberarunt, illúmque Chriſto Dei Filio, Crucifige, Crucifige ſuclamantes antepoſuerunt. Ergò Chriſtus ad gentes tranſiens ſanctiſſimam ſibi acquiſiuit Eccleſiam, quam omnibus diuinæ, & humanæ gratiæ illuſtrauit ornamentis. Pulchrè igitur in hanc ſententiam S. Paulinus: *Iudæis in noſtra deſerta labentibus, & nobis in illorum ſata inuadentibus ſunt illi cæcitate quod fuimus, & nos ſumus gratiâ, quod fuerunt*. Sic ille epiſtol. 4. Nos quidem de paganis, qui priùs eramus, conuerſi populus Dei facti ſumus. *At* (vti obſeruat S. Auguſt.) *illi remanſerunt in carne Iudæi, in corde pagani* in Pſal. 75. In carne Iudæi, quàm circunciduut; in corde pagani, quod à Deo, diuiniſque rebus auertentes mundo, & diabolo, ac carni inſtar gentilium tradiderunt. Mirum quàm ridicula Iudæorum noſtri temporis eſt ſuperſtitio: tota illorum in ludicris obſeruationibus dierum, victus, & veſtitus poſita eſt religio. Inanes omni ſucco, ſpiritúque cæremonias adhuc obſeruant, quarum quæ olim fuerat, ſolida virtus in fide Chriſtiana continetur, vti Regius vates ſubtiliter admodum ſignificauit. *Calix* (inquiens) *in manu Domini vini meri plenus mixto; & inclinauit ex hoc in hoc, veruntamen fæx eius non eſt exinanita, bibent omnes peccatores terræ*. Pſal. 74. *Et quidem calix in manu Domini*, ipſum eſt teſtamentum vetus, aut potiùs lex ipſa in ſacris contenta voluminibus; in ea merum eſt vinum: puritas videlicet myſteriorum, & eorundem quoque ſpiritualis intellectus, quæ omnia diuinitùs Chriſtianæ Eccleſiæ transfuſa videntur. Cæterùm, quia vinum nunquam eſt omninò defæcatum, quicquid in eo minus purum, craſſiúſque inuenitur; legales ipſas cæremonias, ritúſque ſignificat, quibus tantum Iudæi noſtro ſæculo contenti, ſuam virtute, Deóque vacuam pertinaciùs, quàm maiores illorum veram, ſolidamque, amplectuntur religionem. Hoc ſenſu Dauidicum canticum explicat S. Auguſtin. *Inclinauit Dominus à Iudaico populo in gentilem. Quid inclinauit? Legem: merum vinum, ſinceritas legis; plenum miſto, id eſt, cum fæce corporalium ſacramentorum: eliquatus eſt inde ſpiritualis intellectus. Veruntamen fæx non eſt exinanita, quia carnalia ſacramenta apud Iudæos remanſerunt*. Suos igitur

Iudæi renunciàtes Meſſiæ.
D.Paul.
Chriſtianorum felicitas.
D.Aug.
Ludicra Iudæorum ſuperſtitio.
Pſal. 74.
Fæx & inanitas rituũ Iudæorum.
D.Aug.

A
B
C
D
E

Chriſtus fideles recreat ſincero, ac puro vino ſuæ legis diuinæque ſcripturæ; rituum verò, ac cæremoniarum craſſitudine remanente fæculenta, & putrida ſuas miſeri animas rigant, & malè conſolantur Iudæi.

Puritas legis Chriſtianæ.

26. Porrò claudum Iacob in filiis, à Dei filio, Deique fide claudicantibus hucuſque vidimus; ſed cùm mala in peius increſcant, à vitio pedum infelicitatem Iudaicam conſiderantes ad cæcitatem oculorum, ad mentis ſtuporem, ad cordis peruicaciam execranda vtique iſtius gentis vitia ſenſim ſine ſenſu deuentum eſt. Quid plura? Vnum illud ſit ſatis: Iudæi Chriſtum IESVM Dei Filium, verum Meſſiam negantes, iccircò tam turpiter hallucinantur, quia nec pedes, nec caput habent. Claudos vidimus; truncos capite videamus. Enimverò Chriſtum Dominum Cruci affixum *prætereuntes Iudæi blaſphemabant, mouentes capita ſua*. Matth. 27. *Ideò* (explicat S. Auguſtin.) *caput agitabant, quia vero capiti non inhærebant*. in Pſalm. 40. Quod ſi vero capiti non inhærent, profectò aut caput non habent, aut falſo inhærent; vtroque modo trunca hominum corpora: ſicuti olim ſe habebant gentes Deo mortuæ, nunc autem viuunt in Domino. Videlicet, quia de illis prædixit Propheta. *Et ponent ſibimet caput vnum, & aſcendent de terra; quia magnus eſt dies Iezrael*. Oſeæ cap. 1. Vtrique vaticinium eſt de vocatione gentium: Dixerat enim: *Et erit in loco, vbi dicetur eis; Non populus meus vos; dicetur eis: Filij Dei viuentis*. Gentilis nimirum populus, qui nec verum Deum ſciebat, nec à Deo vti populus numerabatur, conuerſus ad Chriſti fidem in ſortem filiorum Dei receptus eſt: & qui mortuus erat in operibus carnis, & in ritibus cacodæmonum velut capite cadauer truncatum, iam nunc viuit in operibus iuſtitiæ: *poſuit enim ſibi caput vnum; quia* (declarat S. Hieron.) *in Chriſtum credidit; eſt enim Dominus Chriſtianorum caput, & princeps, iuxta illud: Et princeps vnus in medio eorum: Ezechiel*. Locus autem Prophetæ ſic habet: *Ego Dominus ero eis in Deum, & ſeruus meus Dauid princeps in medio eorum*. Ezech. 34. *Magnus quidem honor populi Chriſtiani: quod Dominus* (ait hoc loco S. Hieron.) *omnium propriè Deus eorum ſit cum eis, qui dicit in Euangelio: Ecce ego vobiſcum ſum cunctis diebus vſque ad conſummationem ſæculi*. Matthæi 28.

Iudæi nec pedes, nec caput habent.
Matth. 27.
D.Aug.
Oſe. 1.
Iudæis mortuis viuunt Chriſtiani.
D.Hieron.
Ezech. 34.
Deus Chriſtianorum proprius.
D.Hier.
Matth. 28.

27. Hanc nos habemus, quâ ſe priuarunt Iudæi, gloriam, eo quòd Chriſtus Dominus de ſemine Dauid princeps vnus in medio ſua Eccleſia ſit, vbi à fidelibus ſuis adoratur, & amatur. Non potuit hunc tam præclarum adipiſci honorem populus è gentibus ad fidem Chriſti congregatus, quin priùs malo quodam, cui inhærebat capite truncatus à Deo fuiſſet; vti cecinit ſuo in illo triumphali carmine Abachuc Propheta: *Egreſſus es in ſalutem populi tui cum Chriſto tuo; percuſſiſti caput de domo impij*. cap. 3. Legunt LXX. *miſiſti in caput impiorum mortem*; ſcilicet per aduentum Dei in terras diabolus, qui princeps, & caput erat gentilium fuſte, gladióve Crucis à Chriſto Domino peremptus eſt: *illo autem ſic percuſſo factus eſt nobis Chriſtus caput, qui eſt omnis viri caput, & Eccleſiæ ſuæ*, vti exponit S. Hieronym. At Iudæis noſtra illa infelicitas obuenit: ſine capite ſunt; vt nos fuimus. nos in illorum felicitatem inducti, caput ipſum, & principem habemus, quo illi libenter carentes ad ignem ſempiternum truncati remanſerunt. At quorſum hæc tam longa in Iudæos commentatio? quaſi verò

Iudæi & gentes caput inter ſe commutarunt.
Abac. 3.
S.Hieron.

ſanari

Iudæorum pertinacia inſanabilis.

ſanari debeat, ac poſſit Iacobi claudicatio, ſanari cœcitas, finirique pertinacia Iudæorum, quam ſcimus ex ipſis ſuorum Prophetarum libris ad extrema vſque mundi tempora, mortem ſcilicet Antichriſti eſſe permanſuram. Nam (vt ſcribit Daniel) *vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio.* cap. 9. non Reipub. tantùm, ſed fidei, bonorúmque omnium cœleſtium in populo illo intelligitur, quo a Deo, Chriſtóque ſuo auerſus ad finem vſque ſæculi in ſuâ perfidiâ claudicans, cœcutiens, & à veritate aberrans perſeuerabit; Denique ad conſummationem Iudaicæ impietatis pariter, atque infelicitatis ad illa extrema tempora conſurget Antichriſtus ex ſemine Iudaico, Chriſtumque ſe ac Deum ementitus à Iudæis maximè recipietur, & adorabitur.

Daniel.9.

28. Cæterùm Antichriſto diuinitùs ſublato, totáque illa inferni machinâ aduerſus Chriſtum IESVM disiectâ, Iudæorum gens errorum ſuorum, & vanitatum conſcia diuinæ gratiæ radiis colluſtrata verum, etſi ſerò tádem, agnoſcet Meſſiam IESVM Chriſtum Nazarenum; mirandóque ſpiritus ardore ad amplectendam Chriſti fidem rapietur: Prædixit enim Danieli Archangelus Michaël: *Veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes eſſe cœperunt vſque ad tempus illud. Et in tempore illo ſaluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit ſcriptus in libro.* Daniel.12. Haud dubiè tunc poſt interitum Antichriſti, aut omnes, aut ferè omnes de Iudaica gente ſuperſtites conuertentur, & ſalui fient; quod myſterium Apoſtolus ad Romanos in hunc modum ſcripſit: *Nolo vos ignorare fratres myſterium hoc, quia cæcitas ex parte contigit in Iſrael, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret.* cap. 11. Cœcitas ex parte vnius eſt pedis claudicatio. Multi ſcilicet ex Iudaiſmo, fidem Chriſtianam amplexi ſunt; multi quoque cœci, & claudi permanſerunt, permanebúntque ad futura illa tempora. *Oſtendit* (explicat S. Hieron.) *Apoſtolus, quoniam intrante in Chriſti fidem gentium ſupplemento: tunc Zelo, & æmulatione permoti, reliqui populi Iudæorum credentes in Chriſto salui fiant.* Quod S. Chryſoſt. non ſolùm de præterito, ſed de futuro etiam intelligens ita exponit: *Hoc ſanè dicit, quod non tota ſit in vniuerſum Iudæorum gens euulſa; ſed quòd & nunc multi crediderint, multique rurſus credituri ſint.*

Dan.12.
Iudæorum poſt Antichriſtū conuerſio.

ad Rom.11.

D.Hieron.

D.Chryſ.

29. Hanc ſuæ gentis felicitatem præuidens Dauid, poſtquàm Iudæorum vaſtitatem, diſperſionem, opprobriáque per gentes deplorauit, recreato diuinitùs animo ita cecinit: *Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.* Pſalm. 58. de Iudæis locum intelligunt cum S. Auguſt. plures è Patribus. Vtique ad mundi finem, inclinato iam in occaſum ipſo ſæculo, in vicinia iudicij finalis, poſt exitium Antichriſti ad verum Meſſiam IESVM Dominum conuerſi Iudæi fame diuini verbi, gratiæque cœleſtis auiditate ſtimulati velut in rabiem, ſed ſanam illam, optandámque acti accurrent ad ciuitatem Dei, ad Eccleſiam Chriſti, non iam claudi, non cœci, ſed ipſis montium ceruis velociores ad petendum Chriſtianæ gentis Baptiſmum: & acutiſſimâ mentis acie Chriſtum, quem illorum aui peremerunt, cognoſcentes ad ipſius altaria conuolabunt: *Vbicumque enim fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.* Matth.24. Abluti ergò, & nouâ per Baptiſmum gratiâ nitentes diuino Chriſti Domini epulo in Euchariſtia famem illam explentes in vnam cum fidelibus ex gentium populo Eccleſiam coaleſcent; *fietque vnum ouile, & vnus paſtor.* Ioan.10. Sic totus Iſraël, qui tunc ſupererit, ſanus, & ſaluus erit; nec iam Iacob pater in filiis amplius claudicabit; deſinet ea tandem quæ durat adhuc Iacobi cum Chriſto lucta. Enimverò etiam nunc, & vincit Iacob, & claudus efficitur; & qui vincitur victorem benedicit. *Magnum videlicet* (inquit S. Auguſt.) *ſacramentum, & fiat victus, & benedicit victorem victus, quia voluit carne infirmus, maieſtate fortis; & benedixit, eundémque hominem vnum fecit, & benedictum, & claudum. Vides claudicaſſe populum Iudæorum, vide ibi & benedictum genus Apoſtolorum.* in Pſal.79.

Pſal.58.

Iudæi poſt Antichriſtū ad bapitiſmū accurrent.

Matth.24.

A

Ioan.10.

Iacob victor & victus.
D.Auguſt.

B

30. Negandum haud eſt præter Apoſtolòs in omni ætate, cunctiſque in regionibus terrarum eſſe multos ex natione Iudaica, qui rectà fide, ſanóque affectu Chriſtum Ieſum, & confiteantur, & adorent, viuántque in Eccleſia vere Chriſtiani, & benedicti. Diuinâ ſiquidem gratiâ (ſine qua nihil magnum, & ſanctum operamur) adiuti prudenter attendunt ad diuinas literas, in iiſque diligentiſſimè meditando alium non veniſſe, nec venturum aliquando promiſſum hominibus Meſſiam, niſi ipſum IESVM Nazarenum inueniunt, quem olim in Hieruſalem ſuſpenderunt de ligno. Scilicet nihil in ortu, vita, & morte; nihil poſt mortem; nihil in doctrina, in verbis, factiſque, in diſcipulis, in miraculis, in virtutibus, in Euangelio per orbem ſparſo, nihil in gentibus ad illius fidem conuerſis; nihil deniqae in nomine, fama, regnóque IESV Nazareni viſum, auditum, probatumque eſt, quod in Prophetarum libris, in ipſa Iudæorum biblia prædictum expreſſúmque non legatur. At ne vllo modo ſuſpecta res ſit, noſtram Chriſtiani fidem ex ipſorum Iudæorum libris comprobamus, ſcilicet, (vti S. Aug. animaduertit, & mundus videt) *Codicem portat Iudæus, vnde credat Chriſtianus: librarij noſtri facti ſunt, quemodo ſolent ſerui poſt dominos ferre codices, vt illi portando deficiunt, iſti legendo proficiunt.* in Pſal. 56. O miram Chriſtiani populi dignitatem! Nobis Iudæi ſcripſerunt, nobis prophetarunt, nobis portant, & proferunt libros ſuos, in quibus legendo noſtram fidem inuenimus expreſſam, quam docemus, quam illi à nobis audiunt, multi addiſcunt, recipiúntque; vtinam omnes? Quis hoc non admiretur. *Iudæi* (ait idem Auguſt.) *habent codices, de codicibus Iudæorum probamus, quia hoc totum ante prædictum eſt.* in Pſalm. 58. quin etiam noſtri, quem colimus, & quem illi crucifixerunt, IESV Chriſti comprobamus innocentiam, ſanctitatem, diuinitatem, non modò ex illorum libris, quos nobis proferunt, ſed etiam ex eorundem exilio, opprobriis, & exitio tot per annos, pérque omnes terræ portiones conſtante, euidentéque, atque ineuitabili. *Diſperſi* (adiungit) *ſunt Iudæi teſtes iniquitatis ſuæ, & veritatis noſtræ.* vbi ſupra. Icircò Regius vates precatur: *Diſperge eos, ne occidas.* Pſal. 58. *Noli penitùs delere Iudæos, ſed in toto eos orbe diſperge, vt ſaltem ſic emendati ſuperbire deſiſtant, vt vel in hac diſperſione ſcelus ſuum pœnitendo deplorent.* Sic S.Hieron.

Ex natione Iudaica multi verè Chriſtiani.

C

Chriſti fides ex Scripturis manifeſta.

D.Auguſt.

Chriſtiani per Scripturas docent Iudæos.

D

Teſtimoniū Chriſti ex Iudæorum diſperſione.
D.Auguſt.

E

D.Hier.

31. Libros Iudæorum habemus vt domini; illi vt ſerui portant. Eoſdem legimus vt Doctores, illi Magiſtris, vt pueri tradunt explicandos; imò verò etiam, & Dei cognitionem, cœleſtium arcanorum ſcientiam, veri Dei fidem, templum, ſacrificium, ſacerdotium, doctrinam, legem, à

Chriſtiani Iudæos docent.

Doóque ipſo & fauorem, & amorem, quæ omnia Iudæi propter ſacrilegium filij Dei, & ſepulti, & crucifixi amiſerunt; Chriſtiani vna cum tranſlato, & regnante apud nos Meſſia felices, ac læti poſſidemus. Nimirū captā Dei arcā à Philiſthæis, exercitu Iudæorum partim cæſo, partim in fugam diſperſo, ſummo ſacerdoti Heli cadente de ſella, mortuóque pariter moribunda nurus (in typum Synagogæ morientis) exclamaſſe legitur: *Tranſlata eſt gloria ab Iſrael, eo quod capta eſſet arca*

1.Reg 4.

Dei. 1.Reg.4. Quid quæſo aptius ad ſignandum præſens myſterium? Ruente ſiquidem Heli de ſella Pontificis ſedes remanet vacua, & gloria ſacerdotum eſt extincta, *moritur Heli, moriuntur & filij, quia deficit Pontificatus cum ſacerdotio vetere*. Sic Gloſſ. Ordin. *Moritur vxor ſacerdotis, quia extincto carnali ſacerdotio Iudæorum extinguitur carnalis Synagoga*. Sic in Gloſſ. Ordin. *Denique moriens docet illa tranſlatum Dei gloriam, arca nimirum ab alienigenis capta teſtamentum ad gentes tranſiturum ſignificat*. Ita Rabbanus: Eia nunc venite Iſraëlitæ, venite ad Chriſtianorum Eccleſiam humiles, & de veſtro illo antiquo ſcelere contriti ſubintrate, ſitim verbi Dei, ſi qua fortè vos ſtimulat, hîc explebitis. *Mandauit Dominus nubibus ſuis, ne pluerent ſuper vineam ſterilem*. Iſai. 5. Vtique veſtram, quæ expectata, vt faceret vuas, fecit autem labruſcas, nec ſuper illam terram veſtram, quæ ſementem Domini per ſuos Prophetas ſuſcipiens, ſpinas tamen quibus Domini caput coronaſtis, protulit pro frumento; *Mandauit ergo Dominus nubibus ſuis, vt imbres emittant. Apoſtoli eius*, (inquit S. Aug.) *prædicatores eius irrigauerunt terram nubes iſtæ, ad vos miſſi ſunt Apoſtoli, ſed quia repulſtis verbum Dei, abierunt ad gentes*. Actor.13. *Nam & ipſa gens Iudæa modò remanſit tanquam vellus ſiccum in area*. Iudic. 6. *Vt autem exiret inde pluuia, expreſſum eſt vellus*. in Pſalm. 45. Mutatum quidem fuit miraculum. Area tunc ſicca erat, vellus ſolum madebat; nunc area populi gentilis diuino imbre abundat; vellus autem populi Iudaici ex quo imber effluxit, arens torridum æſtu in auras, & in fauillas abiit.

Glaſſ. Ord. Translatio in Chriſtianos gloria Iudæorum. — Rabban. — Iſai. 5. — *Apoſtoli nubes.* — D. Auguſt. — Actor. 13. — Iudic. 6. — *Extrema Iudæorum ſiccitas.*

32. Et fuit nihilominùs adhuc ex Hebræa gente, qui caſſis, extinctis, prorſúſque inanibus cæremoniis antiquæ legis contenti fructum illum, quo nos iam dudum producto fruimur, venturum præſtolantur! O longæ ſpes, ô inanes! ó ſpes inſanæ Iudæorum! Miſeri planè: qui (vti ait Oſeas) *diligunt vinacia vuarum*. cap. 3. Diligunt (interpretatur Hieron.) *vinacia vuarum, quæ vinum non habent, & priſtinam gratiam perdiderunt: ſicut dæmones, qui lapſi de propria dignitate, & nihil antiquæ gratiæ poſſidentes arida ſunt, & vetere ſiccitate marcentes*. Sanguis videlicet, gratia, & merita Chriſti Domini, è torculari in apothecam Eccleſiæ Chriſtianæ delata, collectáque ſunt ad medicamentum, ad pabulum, ad vitam fidelium animarum: Sola verò poſt racemum ſub Crucis pondere expreſſum exſucta, & inutilia vinacia legalium rituum foràs proiecta immundorum pecudum ventres malè quidem recreant, nec explent. Sunt autem vinacia velut excrementa vini, vt & ſtipulæ ſunt frumenti, cuius etiam ſimilitudine ad præſens argumentum vtitur Iſaias Deum ipſum indocens hoc modo loquentem. *Quis ponet me cuſtodem ſtipulæ in agro?* Iſai. 27. Vbi enim habet Vulgata: *Quis dabit me ſpinam, & veprem in prælio?* Vertunt L.X.X. *Quis ponet me cuſtodem ſtipulæ in agro?* &c. Vinea quidem fuit Synagoga, ſeges fuit; verumque in ſa-

Oſe. 3. — D. Hier. — *Vacua & nihili omnia Iudæorum.* — *Rerum veritas, ſubſtātia medullá que in Chriſtiana fide.* — Iſai. 27.

A cris literis frequenter inuenitur. Vineæ racemus, frumentum ſegetis erat Meſſias in lege promiſſus, & prædictus. Ergò vbi racemus de vinea præciſus, & in torculari, (ſic enim paſſio Domini & in Pſalmis, & apud Iſaiam vocatur) expreſſus eſt, ſola vinacia, hoc eſt, vuarum excrementa remanſerunt: demeſſa ſegete, protritóque in area calamo, id eſt, Chriſto in Crucem acto, aſcendentéque ſubinde in cœlum, ſolæ in agro ſtipulæ, vel ad ignem, vel ad paſtum pecorum relinquuntur; nec enim aliud eſt Iudæorum Synagoga, quæ frumento Meſſiæ carens, ſolis incubat paleis; quapropter Deus ipſe ſuam præbere cuſtodiam renuit ſpinoſæ, horrentique ſyluæ, omnémque abiecit curam paleatum campi, vbi ſeges erat.

Paſſio Domini torcular. — *Iudæi carēt Dei cuſtodia.*

B 33. *Quid enim* (declarat S. Hieron.) *mihi prodeſt cuſtodire eam, quæ ſtipulam in ſe habeat, non frumenta: quæ ita inculta eſt, vt veprium plena ſit, & ſpinarum, quam ſaluare volui? ſed quia hoſtiliter mecum egit, receſſi ab ea*. Quod quidem adiungit ſanctiſſimus Doctor completum eſſe, cùm Paulus & Barnabas Apoſtoli dixerunt Iudæis: *Vobis quidem oportebat primùm loqui verbum Dei: ſed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus*. Actor. 13. Ergò apud Chriſtianos eſt frumentum, apud Iudæos ſtipula eſt. Hinc illud S. Auguſt. *Totum quicquid vides Iudæorum reproborum, paleam vides. Vnde vides iſtam paleam? Iam inde exiit maſſa, iam in horreo recondita*

D. Hieron. — Actor. 13. — *Frumentum Chriſtiani, paleas habent Iudæi.* — D. Aug.

C *eſt*. in Pſalm. 94. Pane vitæ Chriſtiani veſcimur, alimúrque in immortalitatem, paleis, & ſtipulis nunc arentibus paſcuntur Iudæi, dein ſuccenſis in gehennam comburentur ſempiternam. Mirum eſt, & valdè quoque deplorandum quàm ſuis iſtis ſuperſtitionibus diabolum honorent, recreéntque Iudæi. Quod Chriſtus Dominus ſignificauit, cùm poſt eiectum dæmonium mutum ita concionatus eſt ad plebem Iudaicam. *Cùm immundus ſpiritus exierit de homine ambulat per loca inaquoſa quærens requiem*, &c. Luc. 11. Videlicet (ait S. Ambroſ.) *in vno homine totius Iudaici populi comparatio eſt*. Itaque diabolus habitabat prius in populo Iudaico, cùm infandis ido-

Recreant diabolum Iudæorum ritus. — Luc. 11. — D. Ambr.

D lorum ritibus teneretur; Inde verò per Patriarchas, Prophetas, ſanctóſque Machabæos expulſus cacodæmon, reliquit populum ab idolis liberum, gaudens (quod ſolebat) per gentes toto orbe diſperſas, quæ omnes erant idololatræ, liberè triumphantiſque inſtar diſcurrebat.

34. Cæterùm hîc etiam requieſcere non diu permiſſus à Chriſto Domino, exoriente gentibus Euangelio, tandem expulſus eſt. *Quia* (inquit S. Ambroſ.) *in nationibus & gentibus per fidem Chriſti requiem reperire non potuit: immundis enim ſpiritibus Chriſtus incendium eſt*. Enimverò de Iudæis primùm expulſus, ac deinde in locis gentilium, non in æternum quieſcens, quid faciet ſpiritus immundus? *Reuertar* (inquit) *in domum*

D. Ambr. — *Diabolum Chriſtus expulit.*

E *meam vnde exiui*. Luc. 11. *Ideo* nunc eum occurrit S. Ambroſ.) *regreſſus ad plebem eſt Iudæorum, quæ forenſi, & perfunctoria ſpecie compta, animo manet interiore pollutior*. Et (vti adiungit Dominus) *cùm venerit, inuenit eam ſcopis mundatam & ornatam*, &c. Viden' vt gratius diabolo in ſeipſo præbuerit hoſpitium Iudæus poſtquam idololatriam abiecit, & (quod multò grauiſſimum fuit) filij Dei, quem Cruci affixit, ſanguine ſe polluit? Hoſpitium (inquam) mundatum, & ornatum; mundatum, ſcilicet, & vacuum omnibus

Luc. 11. — *Iudæi domū ornatū diabolo hoſpites.*

omnibus diuinis gratiis, donis, auxiliis, fide, doctrinis, ſcripturarum ſcientia, ſacrificiis, templo, ſacerdotiu, lege denique, ac republicâ. At ornatum ſuperſtitioſis, ac ridiculis cæremoniis, figuriſque, ac prophetiis perperàm intellectis, pendentibus ad malum domus ornatum auleis viridi colore, hoc eſt, virentibus ſpe, in qua viuunt adhuc, venturi ſui Meſſiæ, qui certè aliquãdo veniet, ſed qualem illorum cæcitas, & obſtinatio meruerunt; vtique Antichriſtus, homo diaboli, filius perditionis. In hac igitur domo ſic ornata inter Biblia, inter Rabbinorum fabulas, non vnum tantùm, ſed plures etiam dæmones habitant, *tunc enim vadit, & aſſumit ſeptem alios ſpiritus nequiores ſe, & ingreſſi habitant ibi; & fiunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus.* Rectè S. Ambroſ. ſeptenarij myſterium euoluens ita diſſerit; *Adducit ſecum ſpiritus nequiores ſe, quoniam in hebdomada legis & octaua myſterium ſacrilegà mente commiſit. Itaque, vt nobis multiplicatur ſeptiformis Spiritus gratia, ita illis immundorum ſpirituum omnis cumulatur iniuria.*

Ridicula Iudaeorum ſpes.

Antichriſtus Iudaeorum Meſſias venturus.

D. Ambr.

Iudai daemonum pleni.

35. Sed nota obſecro cur in gentilibus requiē diabolus non inuenerit. Ambulans nimirum per loca inaquoſa, tandiu quidem ambulare potuit, dum arida gentilium corda inuenit; vbi enim nouis irrigari vidit imbribus, actutùm aufugit; quod quidem ſicca Iudæorum pectora non habuerunt. Quare optimè adiecit S. Ambroſ. *Chriſtus in pectoribus gentilium, quæ ante arida erant, poſteà per Baptiſmum rore Spiritus ſancti humeſcebant, iacula aduerſarij ignita reſtinxit.* Caret Iudæus aquâ baptiſmatis, atque ideò ab immundis ſpiritibus occupatus in dies quotidie fit pollutior, quod ita demum idem Ambr. animaduertit; *Neque enim fontes irriguo, aut abluebat, aut reſtinguebat ardorem Iudaei, meritòque ad eum ſpiritus rediens immundus.* in Luc. 11. Non ſit ita, non ſit ó viri Iſraelitæ: expelli quæſo, vinci, ſpoliarique ſinite fortem. iſtum armatum, ſpiritum immundum, qui vos aduerſus Deum, & aduerſus Chriſtum eius infremere, meditarique inania & blaſphemias eructare compellit. *Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ veſtræ:* qui regnat in cœlis, qui à gentibus adoratur Chriſtus IESVS Dei filius irridet vos, & ſubſannat. Nulli eſtis, nihil profectò aut numero, aut nomine ad omnes mundi gentes, quibus IESVS Chriſtus Dominus regnat, & dominatur. Enimverò (vti S. Aug. expendit) *quò nondum perrectum eſt Romanum imperium iam Chriſtus poſſidet, quod adhuc clauſum eſt eis, qui ferro pugnant, non eſt clauſum illi, qui ligno pugnat: Dominus enim regnauit a ligno. De Cruce ſua victi Reges, & ſubiugatis eis Crucem ipſam in fronte fixit, & gloriantur de illa, quia ibi eſt ſalus eorum.* in Pſalm. 95. Soli tamen ex Iudæis, nec verò omnes, & ij quidem indocti, & imperiti, abiectis, ſordidiſque exerciti opificiis IESVM Chriſtum Dei filium negant, & oderunt. Meritò exclamat S. Ambroſ. *O duriora ſaxis pectora Iudaeorum? ſinduntur petræ, ſed illorum corda obdurantur. Iudex arguit, credit miniſter, proditor ſcelus ſuum voluntariâ morte condemnat, elementa fugiunt, terra concutitur, monumenta reſerantur: Iudaeorum tamen duritia toto orbe commoto manet immobilis.* in Lucam 23. Innocentem Pilatus iudicabat Chriſtum, vocauit iuſtum, Iudæos inuidiæ arguit, Centurio, & milites, & apparitores videntes mundi machinam in morte Chriſti inſolitis quaſſari motibus, & prodigioſis nouarum rerum ſucceſſibus penè diſſolui, clamarunt: *Verè filius Dei erat iſte.* Matth. 27. Morientem ethnici filium Dei cun-

D. Ambr.
Lauacro Chriſtianorum carent Iudai.

Pſal. 63.
Pſal 2.
Inaniter & ridiculè contra Chriſtū inſurgunt Iudai.

D. Auguſt.
Chriſti latū & glorioſū imperium.

Infima plebs Iudaeorum.
D. Ambr.

Immobilis Iudaeorum duritia.

Matth. 27.

A teſtantur: adoratum à gentibus, regnantem in cœlo Iudæi blaſphemant, & auerſantur. O ſtupor! ó cæcitas! o dementia! ſed ó malignitas! ó feritas! ó pluſquam ſatanicum odium!

36. Quid adhuc Iudæe claudicas, quid cæcutis, quid inſanis inter tot, tantaque de Chriſti Ieſu diuinitate argumenta, fidem, quam Chriſtiani profitemur conteſtantia? *Liber tibi ſit* (aduertit S. Aug.) *pagina diuina, vt hæc audias: liber tibi ſit orbis terrarum, vt hæc videas.* in Pſalm. 45. O felicitatem! ó ſapientiam! ó verè humana, & cordata pectora Chriſtianorum! Coarguit, damnátque iſtorum fides Iudaicam perfidiam Deus ipſe, quē de cœlo venientem ſui cum non receperunt, imò & peremerunt. *Populus,* (ait) *quem non cognoui,* B *ſeruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* Pſal. 17. *Quid eſt* (inquit S. Aug.) *in auditu auris? Quia non vidit; viderunt Iudæi, & crucifixerunt; non viderunt gentes, & crediderunt. Veniat Regina de gentibus in veſtitu deaurato circumamicta varietate, circumamicta omnibus linguis, in vnitate ſapientiæ; dicitur ei, Audi filia & vide.* in Pſalm. 44. At populus Iudaicus, qui maximè omnium qui erant in orbe terrarum, populus Dei, portio, hæreditas, vinea, domus Dei habebatur, venientem è cœlo in terras Deum noluit recipere. De Iudæis quippe dictum eſt: *Noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulam recedentem, & aures ſuas aggrauauerunt ne audirent, & cor ſuum poſuerunt, vt adamantem, ne audirent legem.* Zachar. 7. O inſanam ruſticitatem! ó impudentiam C execrandam! Deo ipſi, qui ad eos honorandos, ſanctificandos, & ſaluandos veniebat, *dorſum, non faciem dederunt.* Dorſum legunt LXX. contemnens. *Ex habitu* (inquit S. Hieron.) *corporis Domini imperia reſpuentes.* Tolle, tolle ſucclamarunt indignum iudicantes Chriſtum Dei filium, cuius faciem rectis oculis, rectaque facie contuerentur. Obturatis ad Domini prædicationem, & nunc ad illius Euangelium auribus; dein obduratis vſque ad duritiem indomabilem adamantis cordibus & animis, aut non audiunt vocem Domini eos ad fidem Chriſtianam inuitantis, aut fortè auditam reſpuunt, atque adeò diuinarum ſcripturarum teſtimoniis, & argumentis, ipsiſque diuinæ gratiæ auxiliis obſtinatiſſimâ quadam pertinaciâ D reſiſtunt.

37. O tandem aliquando Iudæi reſerate aures, carneum cor aſſumite, date locum Chriſti IESV (*Oriens nomen eius,* Zachar. 6.) totum colluſtrantis orbem fulgoribus: Sinite corda iſta duriora chalybe, atque adamante Chriſti IESV gratiâ emolliri, & ſanguine ipſo, quem fudiſtis, prorſus eſtringi. Veſtium eſt, quod in veſtro Moyſe legitis adumbratum: *Dixit Dominus Moyſi: Mitte manum tuam in ſinum tuum; quam cùm miſiſſet in ſinum protulit leproſam. Retrahe, ait, manum tuam in ſinum tuum; retraxit & protulit iterum, & erat ſimilis carni reliquæ.* Exod. 4. Myſterium ſic euoluit S. Auguſtinus. *Populus Dei foras ab eo miſſus immundus factus eſt. Sed quid ille ait?* E *reuoca manum in ſinum tuum; reuocauit, & reuerſa eſt ad colorem ſuum. Quouſque dexteram tuam alienas a ſinu tuo, vt foris immunda remaneat? reuoca eam, redeat ad colorem, agnoſcat Saluatorem.* in Pſalm. 73. Cui quæſo foràs à ſinu tuo, à Meſſia tuo, cuius ſpem ac deſideria in pectore tuo fouebas, per gentes, per exilia, per opprobria; imò & per omnia vitia, per ineptias, & fabulamenta Rabbinorum ſine Deo, ſine Chriſto, ſine lege, ſine templo, ſine ſacrificiis, ac ritibus diuagaris? Redi tandem ad cor, reuoca manum in ſinum, reuertere ad Dominum

D. Auguſt.
Miſera Iudaeorum ſtoliditas.

Pſal. 17.
D. Aug.

Pſal 44.
Fides Chriſtianorū arguit perfidiā Iudaeorum.

Zach. 7.

Iudai erga Deum impudentes.
D. Hier.

Inſana Iudaeorum obſtinatio.

Zach. 6.

Ad Chriſtū fidem inuitantur Iudai.
Exod 4.
D. Auguſt.

Miſerabile Iudaeorum exilium.

A tuum, tuum, maximè tuum. Enimverò Iudaicum populum ex omnibus terræ nationibus ſibi in hæreditatem, in vineam, in domum, in regnum, in peculium, gregémque ſuum elegit; pro illo ingentia, & retroactis ſæculis inaudita edidit prodigia, illum à ſeruitute ſpoliatis Ægyptiis eripuit, per maria ipſa viam faciens, ſiccam, ſtratam, herbiſque vernantibus conſitam, hinc inde ſublatis in altum inſtar montium gurgitibus vndarum, ducens ad terram lacte, melléque manantem, ſubmerſis interim in pelago recurrentibus vndequaque fluctibus totius Ægypti Rege, principibus, exercitibus. Illum per deſerta euntem pluente de cœlo ad omnem ſaporem condito pane integris quadraginta annis aluit, cæſis gentibus, regnis ſpoliatis, prouinciis ſubactis, in ter- B ram Chananæorum patribus promiſſam induxit. Illum templo, religionéque ſua, & ſacrificiis conſecrauit; regno ampliſſimo, Regibus, victoriis, triumphis nobilitauit. Quid quòd illi diuinas literas attribuit, ex illius genere Prophetas excitauit; illi Prophetarum vaticinia, Patriarcharum figuras, rerúmque futurarum ſymbola, & arcana velut propria eſſe conceſſit?

Dei beneficia Iudæis collata.

38. Cæterùm hæc omnia quantumuis magna, & ſpectabilia, infinito tamen interuallo minora ſunt, minoriſque facienda, quàm quæ ſequuntur, & omne accipientis meritum ſuperant; ſolumque ab ipſius conferentis, & bonitate, & magnificentiâ infinitâ adæquantur: Videlicet Deum hominem fieri ex ſemine Abrahæ, ex domo Ia- C cob, ex Iudaico genere, carnem eligere, quam ſuæ diuinitati hypoſtaticè adunirer. O beneficium diuinæ magnificentiæ inæſtimabile! ô incomparabilem Iudaicæ gentis dignitatem! ô fortunati ſua ſi bona norint Iudæi! Dei filius è cœlo veniens palàm profitetur: *Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael.* Matth. 15. Ipſemet diſcipulos prædicare gentibus prohibuit: *In viam gentium ne abieritis, ſed potiùs ite ad oues, quæ perierunt domus Iſraël.* Matth. 10. *Miſſus quidem* (ait S. Hieron.) *primùm eſt ad Iudæos, vt illis non recipientibus Euangelium iuſta fieret ad gentes tranſmigratio.* Itaque Dei aduentus in terram primò, ac præcipuè fuit propter Iudæos: iis tamen, qui ſuum Meſſiam recipere noluerunt, gentes ſubin- D de ſucceſſerunt. *Oportebat enim* (inquit hoc loco S. Hieron.) *primum aduentum Chriſti nunciari Iudæis ne iuſtam haberent excuſationem dicentes, ideo ſe Dominum reieciſſe, quia ad gentes Apoſtolos miſerit.* O gentem Iudaicam à Deo quidem præ omnibus electam, & dilectam? & ipſi tamen Deo infidam & rebellem? At nihilominùs ô Domine IESV Deus, ac redemptor omnium, tu miſericors, & pius es, & præſtabilis ſuper malitiam Iudæorum? Te quidem illi veſtimentis nudarunt, ſanguinem tibi, vitámque inhumaniter exhauſerunt, at nec tibi tua quæ miſericordia affluunt, effluúntque abſtulerunt viſcera, nec amoris tui flammas, non dicam extinguere, ſed minuere quidem potuerunt. Quin verò ea tua pietas eſt, vt propter ipſa, quæ Iudæis beneficia contuliſti, & quibus ingra-

Ineſtimabile beneficiū Iudæis datum Deus homo.

Matth. 15.

Matth. 10.

D. Hier.

Ingrati Deo Iudæi.

Chriſti erga Iudæos miſericordia.

A ti ipſi ſe fecerunt indignos, maiore nunc cum fiducia tuam pro illis miſericordiam iudico implorandam, & faciliùs impetrandam. Reſpice clementiſſime IESV iſtum ipſum populum, qui te abnegauit, qui te vinctum gentilibus tradidit, ad flagella, ad opprobria, ad Crucem, ad mortem. Miſerere iis, qui tuum ſanguinem fuderunt, ob hoc ipſum, quia fuderunt. Ne quæſo arborem iſtam, vt ſterilem, & quæ fruſtrà occupat terram, funditùs excindas, incendióque deputes ſempiterno. Fructuoſa ſat tibi fuit, nec cœlum ipſum (vera loquor) gratiores tibi fructus protulit, quàm hæc ipſa tellus Iudæorum. Hinc Apoſtolos elegiſti, at quos nam in tuo regno? Vtique principes in domo tua, ipſis quoque Angelis, di- B gnitate, ſanctitate, felicitatéque ſublimiores.

Paſſio Domini fiduciā Iudæis præſtat.

39. Quid ni miſerearis bone IESV huic populo, ex quo matrem tibi Virginem aſſumpſiſti? Os, & caro, & ſanguis illorum eſt quæ te Virgo genuit, peperit, aluitque mater. Plus ea tibi ſola placet, quàm tota Iudæorum, & omnium cuiuſque gentis peccatorum diſplicet multitudo. Debent illi tuæ iuſtitiæ multa, & grauiſſima, quæ aduerſus maieſtatem tuam admiſerant, flagitia. At iiſdem tu Domine debitor es, eo quòd illi tuam tibi matrem, qua nihil poſt te Deum aut eſſe, aut cogitari ſublimius poteſt, genuerunt. Ex qua tu Dei Verbum *primitias noſtræ maſſæ aſſumpſiſti.* Sic loquitur S. Ioannes Damaſc. lib. 3. Orthod. cap. 11. Reſpice Domine ad matrem Virginem, C cuius in vtero puriſſimo, velut in thalamo per nouem menſes infantulus quieuiſti; cuius vbera virgineo turgentia lacte verus illius filius ſuxiſti. Matris ergò tu Domine, tum facie, tum anima (quod eſt potiſſimum) mirabiliter delectatus noſtrorum interea vitiorum dedecora videre diſſimula; vel ſi videas, illius prece tanquam velamine contecta inſpiciens non tam ad vindictam concitaberis, quàm ad miſericordiam veniámque præſtandam commoueberis, ſcilicet, Virgo beatiſſima Dei mater altare mortalibus eſt, in quo vota ſua, precéſque ad propitiandum Deum reponunt; Certius illud quidem peccatoribus aſylum, quàm Iudaici tabernaculi fuerit olim altare, quod apprehendenti Ioab, nec Regis vindictam D cohibuit, nec mortem à miſero nequicquam clamante propulſauit. *Mater Virgo* (ait S. Gregor. Nazianz.) *altare, & templum Chriſti fuit, Chriſtus autem Verbi.* epiſtol. ad Nemeſ. Miræ quidem immunitatis altare Virgo eſt mater: Inuiolabile miſeris illuc confugientibus perfugium non vnde peccator, ſi pio affectu aram teneat, etiam ad debitas pro admiſſis flagitiis pœnas auellitur exoluendas; quin potiùs aram comprehendens, & iuſtum dolorem concipit, & veniam ſuſcipit delictorum. Infinita numero, quæ tuis diſplicent oculis, quibus grauiſſimè offenſus ad iram concitaris, de noſtra ſunt, ô Domine Deus, non tam infirmitate, quàm malignitate. Illa tamen precor omnia obumbret, abluatve Virgo ipſa mater tua, venuſtas noſtræ naturæ, germen aureum noſtri generis, gloria luti noſtri.

Valet Virgo Maria Iudæis ad propitiandum Deum.

D. Ioan. Damaſc.

Mira virtus gratia B. Mariæ pro peccatoribus apud Deum.

3. Reg. 2.

D. Greg. Naz.

B. Maria ſanctitas hominum vitia obūbrat.

CAPVT

CAPVT TRIGESIMVMTERTIVM.

1. Eleuans autem Iacob oculos ſuos, vidit venientem Eſau, & cum eo quadringentos viros: diuiſitque filios Liæ & Rachel, ambarúmque famularum:

2. Et poſuit vtramque ancillam, & liberos earum in principio: Liam verò, & filios eius in ſecundo loco: Rachel autem & Ioſeph nouiſſimos.

3. Et ipſe progrediens adorauit pronus in terram ſepties, donec appropinquaret frater eius.

4. Currens itaque Eſau obuiam fratri ſuo, amplexatus eſt eum: ſtringénſque collum eius, & oſculans fleuit.

5. Leuatiſque oculis, vidit mulieres & paruulos earum, & ait: Quid ſibi volunt iſti? & ſi ad te pertinent? Reſpondit: Paruuli ſunt, quos donauit mihi Deus ſeruo tuo.

6. Et appropinquantes ancillæ & filij earum, incuruati ſunt.

7. Acceſſit quoque Lia cum pueris ſuis: & cùm ſimiliter adoraſſent, extremi Ioſeph & Rachel adorauerunt.

8. Dixítque Eſau: Quænam ſunt iſtæ turmæ quas obuiam habui? Reſpondit: Vt inuenirem gratiam coram domino meo.

9. At ille ait: Habeo plurima, frater mi, ſint tua tibi.

10. Dixitque Iacob: Noli ita, obſecro: ſed ſi inueni gratiam in oculis tuis, accipe munuſculum de manibus meis: ſic enim vidi faciem tuam, quaſi viderem vultum Dei: eſto mihi propitius;

11. Et ſuſcipe benedictionem quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus tribuens omnia. Vix fratre compellente, ſuſcipiens,

12. Ait: Gradiamur ſimul, erόque ſocius itineris tui.

13. Dixitque Iacob: Noſti domine mi, quòd paruulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecum: quas ſi plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges.

14. Præcedat dominus meus ante ſeruum ſuum: & ego ſequar paulatim veſtigia eius, ſicut videro paruulos meos poſſe, donec veniam ad dominum meum in Seir.

15. Reſpondit Eſau: Oro te, vt de populo qui mecum eſt, ſaltem ſocij remaneāt viæ tuæ. Non eſt, inquit, neceſſe: hoc vno tantùm indigeo, vt inueniam gratiam in conſpectu tuo domine mi.

16. Reuerſus eſt itaque illo die Eſau itinere quo venerat in Seir.

17. Et Iacob venit in Socoth: vbi ædificata domo & fixis tentoriis, appellauit nomen loci illius Socoth, id eſt, tabernacula.

18. Tranſiuitque in Salem vrbem Sichimorum, quæ eſt in terra Chanaan, poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ: & habitauit iuxta oppidum.

19. Emitque partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem, centum agnis.

20. Et erecto ibi altari, inuocauit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſraël.

SECTIO PRIMA.

Eleuans autem Iacob oculos ſuos, vidit venientem Eſau, & cum eo quadringentos viros: diuiſitque filios Liæ & Rachel, ambarúmque famularum: Et poſuit vtramque ancillam, & liberos earum in principio: Liam verò, & filios eius in ſecundo loco: Rachel autem & Joſeph nouiſſimos. Et ipſe progrediens adorauit pronus in terram ſepties, donec appropinquaret frater eius. Currens itaque Eſau obuiam fratri ſuo, amplexatus eſt eum: ſtringénſque collum eius, & oſculans fleuit.

TOTA huius capitis cum præcedente hiſtoria nos planè docet exemplo Iacob duplici ratione agendum in rebus maioris momenti, & cùm magnæ ſeſe offerent difficultates: nimirum, vt ante omnia diuinum imploretur auxilium, ſine quo inanes ſunt hominum conatus: dein omnis, quoad fieri poſſit, humana adhibeatur induſtria, iam ſedulò diligentérque, ac ſi non aliunde, quàm ex hominis arte, ſtudióque ſecundi rerum pendeant euentus. Et quidem quàm ſtudioſè ſanctéque Iacob Dei opem ſolicitarit in tanto iſto ex aduentu armati fratris metu & conſternatione, ſat luculenter in nocturna illa cum Angelo Deum repræſentante lucta demonſtratū eſt. At quos deinde, quantóſque humanæ induſtriæ in hoc tanto rerum ſuarum (vt timebat) diſcrimine vir prudentiſſimus poſuerit partim ex præcedenti capite conſtat, partim hoc præſenti planius fit. Igitur Iacob paulùlum in itinere progreſſus (vti iam ex

Labor hominis ſimul cū Dei gratia.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

nunciis acceperat) aduentare fratrem cum ingenti apparatu conſpicatur. Animo planè concidiſſet, niſi ex nocturna lucta, Deique promiſſis, ac benedictione, certam omninò ſpem ſalutis, & feliciſſimi in rebus tam turbidis exitus concepiſſet. Ergò ſuos turmatim diſpoſuit. Nimirum, vt (ſi res ita poſtularet) etiam inermis paſtoritio baculo ſubnixus, & claudicans; fœminis, pueris, ſeruis, gregibúſque impeditus, non verò armatorum cuneis circumſeptus prælium cum fratre committeret. Hanc fuiſſe mentem Iacobi arbitratur Ioſephus. Quòd ſi quæras vnde iſti animi, iſta Iacobo audacia, ſeu potiùs vnde tanti miraculi expectatio, cum abſque illo reſiſtere non poſſet? Ex lucta, (opinor) benedictione, promiſſis Dei, vti præmiſimus. Dixiſſet profectò iuſtus vir, B quod poſteà cecinit in grauioribus conſtitutus Dauid, cùm fugeret à facie Abſalon: Sic enim habet inſcriptio Pſalmi tertij. *Domine* (inquit) *quid multiplicati ſunt, qui tribulant me? multi inſurgunt aduerſum me: multi dicunt animæ meæ: non eſt ſalus ipſi in Deo eius.* Pſal. 3. Haud prætetibo huius Pſalmi titulum. *Pſalmus Dauid, cùm fugeret à facie Abſalon.* Quis quæſo vnquam talem ſuis poſuit inſcriptionem monumentis? Quis ſuam ſic imbecillitatem prodidit, ſic ſuam protulit ignauiam, vt etiam ſe fugiſſe (quod viris eſt turpiſſimum) confeſſus ſit, atque adeò fugam ipſe ſuam carmine, ac cytharâ celebrarit?

Pſal. 3.

Mira Dauid humilitas.

D. Chryſ.

2. Miratur quidem & meritò S. Chryſ. hanc tam præclaræ in Rege, ducéque tanto rei nouitatem. C *Engiuenos* (inquit) *ſcriptis literis homines perſequuntur, non honorant inſcriptionibus, ſed diſce cauſam inſcriptionis, & animam tuam confirma, in tuto colloca. Sit tibi hiſtoria narratio, vita tua correctio; ſit iuſti perſecutio mentis ſtabilimentum.* Docet omnes exemplo ſuo Dauid, ſuas vt quiſque in Deo ſpes collocet, ab eo rerum ſuarum felicem imploret, & expectet euentum. A Dei ſiquidem gratia promanant hominibus bona omnia, qui maximè ſuã agnoſcentes & miſeriam, & indignitatem, Deo referunt acceptum, quicquid in ſeipſis bonum, atque illuſtre agnoſcunt, ab aliíſque vident percelebrari. Fugam ſibi attribuit, a fuga reditum Deo; ſuæ ignauiæ refert exilium, ſuíſque delictis omnem illam ignominiam: Deo victoriam de D hoſtibus, recuperatíque regni gloriam triomphalem tam prudens, quàm humilis iuſtúſque Dauid. Efficit quidem hoc philoſophia Chriſtiana, quæ mentes ad Deum erigi, ſpem in Deo præfigi, diuinum implorari ſubſidium, in medio ipſo tribulationũ æſtu, extremóque rerum omnium diſcrimine præſcribit. Sic illa ægris medetur animis, inanes ſolicitudines detrahit, moleſtiis liberat, pellit timores: præſtat fiduciam, acuit audaciam, ad difficillima quæque pro Deo ſubeunda fortiter, conficienda feliciſſimè. Cæterùm quòd attinet ad certam ſpem, ac fiduciam Dauid in Deo repoſitam, quâ ſcilicet roboratus nihil ſe timere dicit, gratia profectò eſt, quam Deus ſuis ſeruis elargitur; quicquid illorum aduerſarij blaterent E iuſtos ipſos in arcto conſtitutos, in apertum euadere non poſſe, quaſi à Deo eſſent derelicti: *Domine* (inquit) *quid multiplicati ſunt*, &c. Quo loco egregia S. Baſilij paraphraſis ſic habet: *Multi quidem, & omnis generis hoſtes vndique irruunt, hi tamen me plus cæteris diſcruciant, qui me prouidentiâ tuâ priuatum eſſe dicunt.* Dicebant ſiquidem, cùm viderent Dauid expulſum, fugatúmque à filio; *Non eſt ſalus ipſi in Deo eius.* Pſal. 3. Prorsùs tamen errabant Dei ex humano ingenium metientes. Nec

Spes in Deo fiducia ſua collocatur.

Salubris in Deo fixa ſpes.

Fiducia iuſtorum in Deo.

Pſal 3.

D. Baſil.

Pſal. 3.

A enim Deus amat, & deſerit, nec ſuos diu patitur affligari; præſtò adeſt laborantibus. *Spes in Deo non confundit*, non pudet Dei ſeruum, quòd incaſſum ſperet, quòd fruſtra Deum inclamet, quòd ſine Dei præſidio & timeat, & periculis ſuccumbat: *Beatus homo, qui ſperat in Deum*, non enim ſperat, & deſeritur.

Certa in Deo ſpes.

3. Expertus loquitur Dauid; *Tu autem Domine ſuſceptor meus, gloria mea, & exaltans caput meum.* Pſal. 3. *Neque enim* (declarat S. Baſil.) *de regno & potentia præſumo, ſed te meam eſſe gloriam credo; & quod breui per dexteram tuam ſim exaltandus ſpero.* Saniùs quidem, ac veriùs dixerit Dei ſeruus, quàm ille in amicum cecinerit: *O & præſidium, & dulce decus meum.* Horat. lib. 1. Carmi. B Ode 1. Pulchrè adiungit: *exaltans caput meum*, id eſt, lætum me, & velut geſtientem, atque ouantem efficiens, vt præ ingenti gaudio erectum, & excelſum præferam vultum, qui Caino, & triſtibus concidere ſolet. Huc ſenſu Chriſtus Dominus amicis ſuis ad vltimum ſuum aduentum: *Leuate capita veſtra*, iubet; *quoniam appropinquat redemptio veſtra.* Luc. 21. Bono, ſcilicet, animo eſtote, benè ſperate; fauſta omnia vobis, proſperáque ſuccedent. Ipſemet (vti prædixit Regius vates) poſtquam *venit in altitudinem maris, tempeſtatéque paſſionis demerſus eſt, exaltaſſe caput dicitur.* Pſal. 109. Videlicet, erexit caput, quo inclinato ſpiritum tradiderat, vires reſumpſit, reſurgénſque, atque in cœlum aſcendens omnem poteſta- C tem in cœlo, & in terra ſuſcepit. *Egreſſi ſunt ex Ægypto Hebræi* (vti legimus) *in manu excelſa.* Exod. 14. Chald. habet: *capite diſcooperto*; id eſt, palàm, confidenter, audacter, ſine vllo metu, pudoréque. Enimverò, qui metuit, aut ille, quem alicuius facti pudet, caput obuelare ſolet, ne aut deprehendatur in facto, aut cognoſcatur in vultu, quem ignominia malè perfudit. Sic fugitans præ metu, pudoréque caput obtegit. Contrà verò, qui nullius criminis ſibi cõſcius eſt, nihilque habet de quo verecundetur, apertâ facie incedit, quod etiã vulgari phraſi teritur apud Luſitanos. Igitur Dei populus ex Ægypto vitiorum omniũ ſentinâ, ſic aperta facie diuinitùs ad promiſſam Patribus regionem egrediebatur, vt nec metueret D Ægyptios, nec vllius apud ipſos commiſſi criminis, aut ex illis poſt tam diuturnam conſuetudinem vulgati vitij pudore ſuffunderetur. Vtinã in ea morum, vitæque puritate diutius perſeueraſſet!

Pſal. 3.

Horat.

Suos Deus excitat, & confortat.

Luc. 21.

Chriſtus reſurrexit.

Pſal. 109.

Exod. 14.

Iuſtis nec timor, nec pudor ex malo.

4. Econtrariò Dauid fugiens Abſalonẽ *aſcendebat cliuum oliuarum ſcandens, & flens nudis pedibus incedens, & operto capite, ſed & omnis populus cum eo operto capite aſcendebat plorans.* 2. Reg. 15. demiſſo capite vultúque Dauid fugiebat, timens videlicet proditorem filium, quem diuinæ iuſtitiæ flagellum nouerat, ſimúlque ob ſuorum ſcelerum conſcientiam, & quia pater à filio, vir à iuuene, fortis ab ignauo; Imperator à tyrone fugiebat, incredibili verecundiâ ſuffuſus. Non ſic noſtri martyres, non ſic, enimverò ad vincula, ad er- E gaſtula, ad verbera, ad Cruces, ad patibula, ad mortem denique ipſam acerbiſſimam iuxta & turpiſſimam lætiore vultu, apertâ magis fronte, alacriore animo, quàm ſi ad epulas, ad nuptias, ad ludos conueniſſent, ferebantur. At ea percommoda ſatis occurrit dubitatio, quorſum Dauid qui deinde auſus fuerit in aperto campo pugnam committere, vbi longè periculoſior eſſe ſolet Martis al[illegible] non potiùs intra mœnia, & caſtella vrbis Hieroſolymæ obſidionem tueri ſtatuerit; vbi maior eſt ſecuritas propugnantibus? Haud

2. Reg. 15.

SS. Martyrũ alacritas.

Fuga Dauid à filio.

Haud dubiè Dauid agnoſcens diuinæ iuſtitiæ A ſtagellum, cui non tam pugnando, quàm ſe humiliando deberet reſiſtere, prudenter ſtatuit ſecum cedere diuinæ vindictæ, non expectato aduentu hoſtis, & obſidione; vrbem ſponte domúmque relinquere: fugam denique arripere nudis pedibus, detecto, ac ſubmiſſo capite, in veram animi, corporíſque humilitatem compoſitus: quo maximè habitu Deum placaret, illius iram mitigaret, & ſupplicium, ne amplius ad extremam perniciem deſæuiret, omninò deprecaretur. Eſt enim ea vis humilitatis ad propitiandum quantumuis iratum Deum, vt illius, vel etiam ementitus habitus, ſimulataque ſpecies magnum ad id pondus, momentúmque habere videatur. Quis quæſo vitiis inquinatior, magíſ- B que Deo inuiſus, quàm Achab Rex Samariæ, venundatus, vt faceret malum in conſpectu Domini? Et hic tamen ab Elia Propheta diuinæ iuſtitiæ minas accipiens, *ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauitque; & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite.* 3. Reg. 21. At hæc humilitatis fortè ſimulatio tantum valuit, vt eam veluti gratanter Dominus ſuſcipiens dixerit Eliæ: *Nónne vidiſti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius.* ibidem.

Humilitas Dauid.

Vis propitiandi Deũ in humilitate.

3. Reg. 21.

Mira vis humilitatis.

5. Quòd ſi ficta humilitas in Rege impio ſic placuit: tantúmque valuit; quid non efficeret vera humilitas, & ex animo facta humiliatio in Rege pio, veréque ſupplici, ac pœnitente? Noluit C igitur Dauid reſiſtere, pugnare auſus non eſt, antequam ſe coram Deo atque hominibus humiliaret, placarétque eo habitu diuinam in ſe armatam iuſtitiam; quæ quidem explicatio deſumpta eſt ex Abulenſi q. 20. & 21. ad cap. 15. 2. Reg. 2. Quare poſt humiliationem propitium iam ſibi Deum arbitratus, pugnam cum parricida filio commiſit, debellatóque erexit, quod demiſerat caput, rediit in vrbem triumphando, qui ante paucos menſes lamentando aufugerat. Et quidem opportune cecidit huius hiſtoriæ narratio ad præſentem locum, in quo videmus Iacob audacter congredi cum fratre armato, non quidem alio, quàm humilitatis vſum artificio. Vbi enim venientem conſpicatus eſt fratrem, ante D ipſas tres, quas de familia, & de gregibus fecerat cohortes, progrediens in terram procumbens, genu flexo, capitéque ſubmiſſo eiuſdem fratri, vtpote maiori exhibuit honorem: quod quidem ſepties, per modica interualla fecit in conſpectu fratris, donec ad ipſum perueniret. Licèt autem Latinum verbum *adorandi*, in vulgari ſermone Chriſtianorum in vſu non ſit niſi ad veri, ſoliúſque Dei cultum ſignificandum: Hebr. tamen *ſcachah* שחה ſignificat in ſcriptura reuereri, & adorare cum declinatione corporis perſonam quandam dignitate, aut poteſtate excellentem, ſiue ea diuina, ſiue Angelica, ſiue humana ſit; quod egregiè oſtendit noſter Perer. ad hunc locum, & ad cap. 18. Geneſ. Demerendi quidem, & E conciliandi hominum animos etiam valde infenſos, & iratos hæc in primis eſt potiſſima ratio, vt iis demiſſionem animi per verba, externóſque corporis motus declaratam exhibeamus. Quo ſcilicet ſignificamus nos illis eſſe inferiores, ſubiectóſque, illorum obſequio voluntatique addictos; & quaſi famulos ab eorumdem eminentia pariter, & beneuolentia dignum excelſis animis expectare beneficium. Mirificè videlicet homines huiuſmodi honore capiuntur, vtpote

Multum prodeſt humiliatio.

Abul.

Perer.

Flectit animos humiliatio.

Honoris in homine appetentia.

A veri filij primorum illorum parentum qui promiſſi quidem, etſi confictis honoris, nomine, atque ſpecie nitum in modum deluſi ſunt, & a paradiſo terreſtri, & a Deo ipſo ſeſe abdicarunt.

6. Nihil tam contrarium Chriſtianæ virtuti, quàm honoris ambitio: & mundus, & qui mundo inſeruit, inimicus Dei conſtituitur; & proptereà Chriſti Domini Euangelium Phariſæi non receperunt, quia captando honori ſtudebant: Dixit enim ad illos Dominus: *quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis.* Ioan. 5. *Quaſi enim* (inquit ad eum locum S. Cyrill.) *natura, neceſſitatéque accidit omnibus, qui gloriam hominum venantur, vt gloriam Dei amittant, & à ſolo Deo de-* B *cidant.* Dicit *naturá, & neceſſitate accidere:* quia humana, & diuina gloria ſic mutuo aduerſantur, vt vnam captans neceſſe ſit, alteram amittat; veluti qui ad Occidentem currit, ab oriente tantundem recedit. Nec nox, & dies, tenebræ, luxque; vita, & mors ſimul eſſe poſſunt. Ea proinde leuitas hominum eſt, vt plerique multa, quæ alioquì non efficerent ob ſolam vanitatem, propter ridiculam aſſentantium laudatiunculam efficiant. Nimirum eleemoſynam egenis porrigunt, non vt Dei gratiam demereantur, ſed vt laudentur, vel quia laudantur ab hominibus, ideóque dignum iudicant præmio laudatorem. Bene S. Bernard. iſtam hoc modo carpit ſtultitiam. *Stultus ſum, ſi ciſtella labiorum tuorum gloriam meam credi-* C *dero, & capero mendicari eam abs te cùm habere voluero, nonne nempe in tuo arbitrio eſt, probare me, vel improbare prout volueris?* ſerm. 13. in Cant. Quid verò huiuſmodi vanitatem conſequitur niſi confuſio, vti Propheta cecinit: *Qui hominibus placent, confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos.* Pſal. 52. Quod ni Deus confundat, ſpernat, neſcire ſe dicat eos, qui tam ſtulti ſunt, vt leuiculam hominum quærant laudationem? *Meritò* (inquit hoc loco S. Hieronym.) *ſpernitur a Deo, qui reliquerit Deum; & qui eum relinquit, dignè tanquam ignotus ab eo confunditur, dicente Apoſtolo, omnis ignorans ignorabitur.* 1. Corint. 14.

Ambitio fidei aduerſatur.

Ioan. 5. S. Cyril.

Diuina & humana gloria mutuò aduerſantur.

Vana gloria merè ſtultitia.

D. Bern.

Pſal. 52.

Confuſio ſuperborum.

D. Hier.

1. Cor. 14.

7. Deus quippe, vera ipſa cùm ſit ſapientia, inſipientiam non ſuſtinet, ſtultos cum ſuis ſtulti- D tiis execratur; nullúmque fuit in hominibus malum (vt vocant) pœnæ, quod Chriſtus Dominus non ſanauerit, cœcis viſum, mutis ſermonem, ſurdis auditionem, claudis greſſum reſtituit, leproſos mundauit, energumenos à diabolo liberauit, omnia morborum genera curauit, *quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.* Luc. 6. At ſtultum, & amentem non legimus à Chriſto curatum: ſanari ſtultitia nequit, & quam iſti amant filij ſæculi inanis glorioſæ amatores prorsùs ipſe Dominus deteſtatur. Malum ſanè incurabile ſtultitia eſt, & cœli portæ, quæ pulſatæ aperiuntur tandem quibuſcumque poſt pœnitentiam peccatoribus, fruſtrà pulſantur à fatuis virginibus, quæ miſeræ extra ianuam cœli relictæ, au- E diunt ab ipſo ore diuinæ ſapientiæ. *Neſcio vos.* Matth. 25. *Licèt virgines ſint* (occurrit S. Hieron.) *tamen quia oleum non habent ſcientiæ, ſufficit eis pro pœna, quòd ignorantur à ſponſo.* Quid verò malorum non incurret, quid pœnarum non patietur qui ab ipſo ſommo bono deſeritur, ac neſcitur? Sed quid eſt quòd Dominus, ipſamet ſapientia, cui patent omnia, & nihil eſt occultum, nihil non apertum, dicat, neſcio? Declarat optimè S. Chryſoſt. *Signa ſpiritus mei in vobis non video, imaginem meam non cognoſco in vobis.* Eſt enim virtus

Omnia morborum genera Chriſtus ſanauit.

Luc. 6.

Chriſtus nõ curauit amentes.

Fatuis cœlũ non patet.

Matth. 25. D. Hier.

D. Chryſ.

Superbia merè ſtultitia.

in nobis imago diuinæ virtutis, & ſapientia no- A
ſtra diuinæ aliqualis ſimilitudo, & quædam ve-
luti delibatio: & quidem in aliis vitiis aliquod
fortè ſapientiæ veſtigium, ſaltem apparens, ficti-
tiúmque ineſſe homines ſuſpicantur; at in ſuper-
bia nullum prorſus apparet, mera eſt ſtultitia. Et
(vti S. Ambroſ. loquitur) *inflatus caput non tenet.*
ſerm. 20. in Pſalm. 118. Truncum efficit cadauer,
quem inflat hominem, ſuperbia. Vbi enim pru-
dentia ſine cerebro, ſine capite?

D. Ambr. Truncatus capite ſuperbus.

8. Stultum plane fratrem nouerat Iacob, qui
facilè blandidulis caperetur laudatiunculis. At
optimè S. Bernard. admonet: *Nemo veſtrum velit
laudari in vita iſta: quia quicquid hic fauoris capias,
quod ad Deum non retuleris, ipſi furaris. Tibi enim
vnde gloria putide palæ, tibi vnde?* ſerm. 15. in Cant. B
cum ſuis fratribus differens. Nec enim ſolus Eſau
homo profanus vanæ gloriæ choragio delinitur:
ſed hoc vel maximè iuſti, religioſique viri per-
tentari ſolent vitio, quod S. Auguſt. hiſce verbis
conteſtatur: *Qui bene didicit, vel expertus eſt vitio-
rum ſuperandorum gradus, intelligit hoc vitium inanis
gloriæ, vel ſolum, vel maxime cauendum eſſe perfectis.
Quo primo enim vitio lapſa eſt anima, hoc vltimum
vincit. Initium autem omnis peccati, ſuperbia.* in Pſal.
7. Primi hominum parentes inanis excellentiæ
ambitione victi in ſuperbiam prolapſi ſunt; noſ-
que illorum filij, & hæredes gentilitium illud
vitium, & nobiſcum pariter innatum ſic habe-
mus, ſic fouemus, vt etiam viri aliis virtutibus
conſpicui continuum cum vana iſta gloria de C
humanis laudibus furtim irrepente prælium ge-
rant; nec vnquam dum viuunt, niſi rarò vel illius
victores, vel ab illo immunes exiſtant. Primum
eſt ſuperbiæ vitium in congreſſu, extremum in
receptu. Primò adoritur hominem: poſtremò (ſi
vnquam fortaſsè) ab homine vincitur. Auda-
ctèr, ſed verè dicam: hæc eſt prima veſtis, quam
induit, vltima quam exuit natura mortalium.
Idem vno verbo dixit egregiè autor Ethnicus:
etiam ſapientibus cupido gloriæ nouiſſima exuitur. Ita
Cornel. Tacit. hiſtor. lib. 4. Iccircò iuſtorum ea
prudentia eſt, vt ſibi ab inani gloria metuentes,
laudari nolint: *&* (vt S. Hieronym. ſcribit de
Aſella Virgine) *grauentur laudibus ſuis.* epiſtul. 15.
ad Marcellam.

D. Bern. Latro eſt ſuperbus.

D. Aug.

Primum vitium ſuperbia.

Gloria appetitus poſtremò exuitur.

Corn. Tac.

D. Hier.

9. Sed illud etiam longè periculoſius eſt, cùm D
quis ab improbis laudari ſuſtinet, ne dicam amat,
& gaudet; fractúque aſſentantium dolis, debi-
tum ſui muneris ſoluit rigorem, peccantéſque
nec virgà corripit, nec verbo arguit. Qua de re
diſſerit egregiè D. Auguſt. ita ſuos alloquens ſub-
ditos: *Commendo vobis periculum meum, vt ſitis gau-
dium meum; periculum autem meum eſt, vt ſi atten-
dam quomodo laudetis, & diſſimulem quomodo viua-
tis. Laudari à male viuentibus nolo, abhorreo, dete-
ſtor.* Magna quidem infirmitas, magna vel po-
tius amentia, vt mellitis ſubditorum fictè, aut
etiam vere laudantium verbis, verbera, quæ illi
merentur ſuſpendat rector; & quia laudatur im-
punitum ſinat laudatorem. Quid quod laus in E
ore impiorum vileſcit: & ignominia eſt ab indi-
gno laudari? Porrò etiam laudes à iuſtis, & piis
ægerrime ferebat S. Auguſt. & quidem iure opti-
mo: ſic enim adiungit: *Laudari autem à bene vi-
uentibus, ſi dicam nolo, mentior; ſi dicam volo, timeo ne
ſim inanitatis appetentior, quam ſoliditatis; ergo quid
dicam? Nec plene volo, nec plene nolo; non plenè volo,
ne in laude humana pericliter; non plenè nolo, ne in-
grati ſint quibus prædico.* homil. 25. ex tract. 50.
homil. Ambigua res videtur etiam ſapientiſſimo,

D. Aug. Laudatiuncula regentibus noxia.

S. Auguſt. Indignum laudari à malis.

Prudens laudari non vult.

A & ſanctiſſimo Prælato; cùm videlicet ſubditi lau-
dare ſuum talem debeant Prælatum, ne ſi ta-
ceant, aut ingrati, aut etiam ſtolidi eſſe videan-
tur; contrà verò Epiſcopus, ſi renuat laudes, il-
lorum foueat ingratitudinem; ſi recipiat, ina-
nis gloriæ, vti homo fragilis, diſcrimen ſubeat.
10. Periculoſa hominis laudatio, etſi iuſtus
ille ſit, quia homo eſt, & licet inanis abſit glo-
ria, tamen cùm humilis ſit, huiuſmodi laudibus,
vti flagellis, percutitur. Solus igitur Deus vti eſt
omni laude digniſſimus, ſic à nobis, & ſanctè
volt, & iuſte exigit, & neceſſariò debet laudari.
Vnde illud luculenter dictum ab eodem Auguſt.
*Securitas laudis in laude Dei eſt: ibi laudator ſecurus
eſt, vbi non timet, ne de laudato erubeſcat.* in Pſal. 94.
B Inuerecunda quippe laus eſt, cùm indignus quis
laudatur. *Deum verò* (ait idem) *tantùm homo ſecu-
rus laudat, qui non habet vnde diſpliceat* ſerm. de
Alleluya. Quin etiam omnes creaturæ, primò ac
potiſſimùm in Dei ſui conditoris gloriam lau-
démque conditæ ſunt, & quidem homines etſi
ore debent, maximè tamen vità Deum creato-
rem, benefactorem, & redemptorem laudare ne-
ceſſe habent: Deóque noſtra placet operatio po-
tius, quàm laudatio. Igitur Iacob laudando fra-
trem, dominum, Angelúmque nominando pru-
denter admodum placare conſtituit. Cæterùm
ne quis adulandi vitium illi inſpergat, fortè con-
tendet hominem vti iure ſuo, quicquid ſit de
inani gloria, & ſuperbia Eſau; eáque ratione vel-
C le (vti loquuntur) vexationem ſuam redimere.
Et dolus an virtus quis in hoſte requirat? Sic nimi-
rum ſe habent in bello ſtratagemata. Verum-
enim verò humilitati Iacob adſcriptum hoc at-
tribuerem. Vir quidem modeſtus, & cum Deo
agere, conuerſarique ſolitus, ab omni prorſus
adulationis leuitate, vilitatéque alienus; dein in-
firma quæque, obiectaque de ſe ex animo conci-
piens, veram præferebat humilitatem: nec enim
iuſtus, ſanctúſque Iacob eſſet, niſi & humilis eſ-
ſet; nec enim in album Chriſti, & in Domini mi-
litiam adſcriptus eſt, qui humilitatem illius non
ſequitur: Pulchrè ſiquidem, ac verè dictum eſt à
Guarrico Abbate: *Vexillum Chriſti humilitas, Anti-
chriſti ſuperbia.* ſerm. de ſanctis.

Soli Deo digna laus debetur.

D. Aug.

Noſtra potius operatio quàm laudatio placet Deo.

Humiles à Chriſto in albū aſcripti.

Guar. Abb.

D 11. Et quidem prima omnium ſanctorum, ſi
non ætate, at certè ipſa ſanctitate Chriſtum ipsū
cœlo inferentem vexilla, ſequitur Virgo beatiſſi-
ma tam ſimilis humilitate Chriſto, quàm filio
mater. Filius, cùm Deus ſit, formam ſerui accepit;
mater, cùm Regina ſit, ancillam ſe nominat.
Suam cum matris humilitate filius coniungens,
Deóque Patri offerens ait: *O Domine quia ego
ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Pſalm. 115. Quod
verò Dei filius ob humilitatem, quàm de Virgi-
ne matre aſſumpſit, verè ſe appellet ſeruum Dei;
quippe cùm verus homo ſit, ex eo ipſemet con-
ſtanter probat; quia (inquit) *filius ancillæ tuæ. Ve,*
ſcilicet, Hebr. & copulatiua, *&*, cauſalis coniun-
ctio eſt. Atque inter homines fœtus ſequitur
E partum, ita leges habent, filius non patris, ſed
matris conditionem induit. Quare ſi mater an-
cilla eſt, licèt pater ſit Princeps, filius exiſtet
ſeruus. Iure igitur vſus ſuo loquitur æternus Pa-
ter, cùm filium ſuum per omnia ſibi æqualem al-
loquitur incarnatum. *Seruus meus es tu.* Iſai. 41.
Et de ipſo amplius loquens ait: *Ecce ſeruus meus,
ſuſcipiam eum: electus meus, complacuit ſibi in illo
anima mea: dedi ſpiritum meum ſuper eum, iudicium
gentibus proferet.* Iſai. 42. Proprium hic ponitur
vaticinium Baptiſmi Chriſti Domini, cùm à
Ioanne

S. Mariæ humilitas incomparabilis.

Pſal. 115.

Chriſtus & filius, & ſeruus Dei Patris.

Iſai. 41.

Iſai. 42.

D.Hier. S.Cyril.

Ioanne baptizatus eſt in Iordane, vti exponunt A S.Hieronym. S.Cyrill.& alij communiter. Baptizato enim Domino; *Ecce* (ſcribitur) *aperti ſunt cœli, & vidit ſpiritum Dei deſcendentem ſicut columbam, & venientem ſuper ſe; & ecce vox de cœlis dicens: Hic eſt filius meus dilectus; in quo mihi benè complacui:* Matth.3. ſeruum anteà, modò filium, vocat; præuiſa quippe in futurum humilitas Verbi incarnandi fecit, vt Deus Dominus, & Verbum, ſeruus diceretur: at viſa in præſenti humilitate, cùm ab homine ſeruo vt cæteri, adhuc ignotus mundo baptizaretur, tantum diuinis placuit oculis, tantum promeruit, vt ſerui, cuius habitum tunc gerebat, depoſito nomine Filius à Patre applaudentibus cœlis Spiritu ſancto in forma viſibili deſcendente lætis, latiſque vocibus vocare- B tur. Placent Deo promiſſa, ſed magis reddita, promiſſis fit Dei ſeruus, redditis filius.

Matth 3.

Mira Chriſti humilitas in Baptiſmo.

12. Quod autem in hoc Baptiſmo humilitas Chriſti maximè enituerit, ex ipſius Domini verbis apertè colligitur; reluctanti enim baptizare præ reuerentia Ioanni reſpondit Dominus; *Sine modò: ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam.* Matth.3. *Sine modò*, (declarat S. Hieronym.) *vt qui ſerui formam aſſumpſi, expleam & humilitatem eius. Non addidit iuſtitiam legis, ſiue naturæ, vt nos vtrumque intelligamus, vt ſi Deus ab homine accepit Baptiſma, nullus a conſeruo dedignetur accipere.* Humilitas vtique iuſtitia dicitur, eo quòd iure omni exigitur ab homine pluribus titulis ſeruo Dei conditoris, gubernatoris, Domini, principis, re- C demptoris, &c. Summáque iniuſtitia, & eſſe & vocari debet ſuperbia; cùm nihil omninò ſit in homine, quare ſuperbire poſſit; multa verò, ſed potiùs omnia, quibus velit nolit abiectus humiliare ſe debeat. Dicitur etiam iuſtitia, hoc eſt, virtus communi illo nomine appellari ſolita in ſcripturis, quia humilitas omnium baſis, & fundamentum eſt virtutum, vnáque humilitas cæteras eodem vbi habitat accerſite virtutes ſolet; nec eſſe vlla virtus poteſt, vnde abeſt humilitas. Ea deinde tantò laudabilior eſt, quantò plura, & clariora ſunt, quæ ab humili, aut neſciuntur, aut certè occultantur. Iacob etſi paternâ benedictione donatus promiſſionum cœleſtium, quæ ſemini Abrahæ diuinitùs factæ fuerant, ab ipſo D Deo conſtitutus hæres; & quod magis auget hominis dignitatem, diuinis viſionibus, Deíque per luctam congreſſu, & benedictione mirandum in modum honoratus: Hic tamen talis, tantúſque vir, ante fratrem Deo exoſum principatu, benedictionéque indignum, tanquam ſeruus, ſuique immemor toties in terram procumbens ſeruilem hero ſuo exhibet reuerentiam.

Matth.3. D.Hier.

Humilitas iure omni exigitur ab homine.

Superbia hominis ſumma iniuſtitia. Humilitas abſolutè virtus.

Magna Iacob humilitas.

13. Quàm ſimilis Iacob, vtpote auo neptis illa, quæ totius Hebræi generis, & gemma, & lumen, & decor fuit, Virgo Beatiſſima, Dei mater? Illa quidem vti dignitate, ſic ſanctitate infra Deum maxima ſeſe ita geſſit, ac ſi nihil in ſe præclarum, & eminens agnoſceret. Tunc ſcilicet ancillam ſe nominat cùm in Dei matrem mun- E dique Reginam aſſumitur: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Luc. 1. Nimirum in ſe ipſa humilitatis illam perfectionem, vel maximè viuam expreſſit, quam vno verbo eleganter ita deſcribit S.Bernard. *Magna, & rara virtus eſt, vt magna licèt operantem magnum te neſcias, & manifeſtam omnibus tuam te ſolum latere ſanctitatem.* ſerm. 13. in Cant. At (quæ noſtra eſt infirmitas) humilem celebramus, cùm homuncio quiſpiam ſuorum conſcius vitiorum, aut ſe modeſtè

Luc. 1.

Mira B. Mariæ humilitas.

D.bern.

A deprimit, aut certè altiora ſe non appetit, oblatúmque honorem tam prudenter, quam ſanctè repellit. Vtinam vel huius (qualis ea ſit) humilitatis exempla, quibus abundarunt Eccleſiæ Chriſtianæ, aurea quondam ſæcula, in præſenti complura viderentur! Verùm vti nunc rara eſt huiuſmodi humilitatis perfectio, ita nunc rara viſuntur magnarum virtutum ornamenta, quæ non niſi ab humilitate pariuntur, & in illa fulciuntur: quantúmque ad ima deſcendit humilitas, tantum ad ſuprema reliquæ virtutes aſſurgunt. Idcircò neceſſe fuit ſanctiſſimam Virginem ad infimum ancillæ titulum, officiúmque deſcendere, vt ad ſupremam Deiparæ maieſtatem aſcenderet. Nec verò poſſet immenſum il- B lius tam incomparabilis dignitatis pondus in tenera Virgine ſuſtentari, niſi foret in altiſſimam profunditatem humilitatis iactum & ſtabile fundamentum. Nec ipſa Verbi diuinitas in Virginis vtero, & anima caperetur, niſi humilitas ampliſſimum, & profundiſſimum Deo ipſi habitaculum extruxiſſet. Denique Virgo Dei mater arbor eſt, cuius quidem fructus Deus homo eſt, cuius rami, & folia vitalem quandam mortalibus vmbram præſtant, ea verò tantum aſſurgit in altum, quantum radice ad ima deſcendit.

Quanam humilitas noſtro laudatur ſæculo.

B.Maria ex humilitate maieſtas.

14. *Currens itaque Eſau.*] Grandis quidem potentia humilitatis; pronus in terram Iacob iratum, & armatum fratrem ſic emolliuit, ſic euicit, vt ad ſumma humanitatis ſigna, fraternique amo- C ris iucundiſſima teſtimonia vltrò conuolaret, ruens in oſcula, & amplexus humi iacentis. Victrix ſanè animorum, immò etiam de Deo triumphat humilitas. Armatam contra nos ipſos, & noſtris irritatam ſceleribus Dei iuſtitiam humiliati, compunctíque exarmamus. Quid quod peccator licèt omnibus coopertus flagitiis, cùm pronus in terram, vultu demiſſo, ſuffuſus pudore, ſeſe accuſans confeſſario ſua omnia delicta, etiam abominandas omnium impuritatum ſordes ritè confitetur: Deum antea offenſum propitiat, Dei vindictam auertit, gratiam conciliat: indéque amicus, & filius Dei per humilem confeſſionem reſurgit, qui per impura ſcelera, & ſcelerum parentem ſuperbiam in cœnum, in tartara delapſus D fuerat? Monebat Propheta quod hodie Chriſtianis hominibus frequentiſſimum eſt: *Dic tu peccata tua, vt iuſtificeris.* Iſai. 43. O magnum humilis confeſſionis miraculum! Enimverò (vt eleganter expendit S.Chryſ.) *in mundanis, & forenſibus iudiciis, poſt accuſationem, & criminum confeſſionem reſtat mors; apud diuinum autem tribunal poſt accuſationem, & confeſſionem criminum datur corona.* homil.3. de verbis Iſai. ſcilicet apud Iſaiam habetur in Hebræo: *Narra ſi quid habes, vt iuſtificeris.* LXX. vertunt: *Dic tu prior iniquitates tuas, vt iuſtificeris.* cap.43. Egregium profectò vaticinium de confeſſione ſacramentali, vt ſapientiſſimi, & ſanctiſſimi quique in Eccleſia Dei Patrum, & Docto- rum intellexerunt, & docuerunt, nec enim no- E ſtra dogmata prædicant, quales apud hæreticos, tabulæ, transfugæ, apoſtatæ, lenones, in ganeis potiùs, & popinis, quam in ſcholis, ac religionum conuentibus eruditi.

Victrix humilitas.

Dei iuſtitiā humilitas exarmat.

Mira virtus confeſſionis ſacramentalis.

Iſai 43.

D.Chryſ.

Infames hæreſum Doctores.

15. Ergò S. Ambroſ. (at quæ viri tanti ſapientia, quæ ſanctitas?) exponens illa Regij vatis: *Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis, vt non confundar.* Pſalm.118. ſic diſſerit: *Cor mundum creare dignatus eſt Dominus, & immaculatum facere iuſtificationibus ſuis. Quæ ſunt iuſtificationes, audi dicentem: Dic tu prior iniquitates tuas, vt iuſtificeris,*

D.Ambr.

Pſal.117.

Iſai. 43. ficeris. Iſai. 43. *Ergo qui iniquitates ſuas dicit, iuſtificatur; qui autem iuſtificatur, non confunditur; quia pudorem peccatorum matura confeſſione præuenit.* ſerm. 10. in Pſalm. 118. *In confeſſione exercentur plures virtutes.* Inueniuntur quidem in confeſſione iuſtificationes, non vna quidem, ſed complures, vti permultæ in confeſſione virtutes exercentur, fides, charitas, ſpes, humilitas, patientia, & huiuſmodi aliæ, quarum actus à confitente ſanctè admodum exerciti, ſuum quique à Deo gratiæ, ac meriti præmium aſſequuntur. Tam purus etiam ab omni labe per confeſſionem fidelis exiſtit, vt non tam prioribus mundatum ſordibus, quàm de nouo à Deo creatum, quaſi nunquam fuiſſet impurum, habere cor videatur, nec in illo de priſtinis fæcibus quicquam appareat, nec in oculis, & memoria Dei quicquam perſeueret de abluto per confeſſionem cœno peccatoris, de quo ipſe amplius erubeſcere, aut ipſi alius exprobrando pudorem iniicere poſſit: *Mira puritas animæ per confeſſionem.* ô admirabilem gratiam ſacramentalis Confeſſionis? Sed ô incomparabilem humilitatis in Confeſſione potentiam? *Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis, vt non confundar.* Pſal. 118. *Pſal. 118.* prophetando in futurum dixit Regius vates, exequendo nos ipſi quotidie catholici experimur. *D. Ambr.* Benè ibidem occurrit S. Ambroſ. *Quantò excelſior eſt Propheta, vel munere Prophetiæ, vel Regni gratiâ, tantò magis ſequitur humilitatem, & docet quid nos debeamus imitari, eo quod Propheta tantùm immaculatum cor fieri ſibi depoſcit, ſupra poſtulauit: Cor mundum crea in me Deus.* Pſalm. 50. *Pſal. 50.* Hæc Ambroſ. ſerm. indicato. Vetus Adam exuitur per confeſſionem, nouus homo induitur; moritur cor maculatum, naſcitur immaculatum. Pœnitentiam vtique (ô Deum clementiſſimum!) ſicut innocentiam acceptat Dominus, ritè hominem de peccatis confeſſum eo vultu ſuſcipit, ſic amat, ſic amplexatur, quaſi nullius vnquam labis conſciũ, ſemper innocentem habuiſſet. *Grata Deo & homini vtilis ſui humiliatio.* Satis ſibi ab homine perſolutum Deus oſtendit; ſi commiſſorum hominem pœniteat, ſi ſupplex procumbat, ſi delicta humilis confiteatur, quæ reus admiſerat, & accuſator expiat, tam grata Deo, támque vtilis homini eſt ſui humiliatio. Tanta vis ineſt humilitati ad placandum iratos, ad vincendum armatos. *Triumphat humilitas.* Iacob humilitas à ſuperbo, & feroci Eſau manſuetudinem amplexus, oſculaque fraterna extorquet, de hoſte fratrem efficit, odium in amorem conuertit humilitas.

Deus mundum humilitate ſubiugauit. 16. Egregium planè in Iacob typum Dei noſtri agnoſco. Potentia quidem coërcens mundum, diluuiis abſorbens, crebris ac diris terrens ſuppliciis; corda tamen etiam pœnis pertinaciùs obdurata nunquam emolliuit; at humilitate rem gerens effecit tandem, vt humilis in terra mundum euinceret, qui regnanti in cœlo, gentéſque terrenti obſtinatus ſemper obſtitit. Gnarus ergò huius artis conſiliique Propheta inclamabat: *Exurge Domine Deus in præcepto quod mandaſti, & ſynagoga populorum circundabit te.* Pſal. 7. *Id eſt,* (declarat S. Auguſt.) *D. Aug.* *quia humilitatem præcepiſti, humilis appare: Et tu prior imple, quod præcepiſti, vt exemplo tuo vincentes ſuperbiam, non poſſideantur à diabolo, qui aduerſus præcepta tua ſuperbiam perſuaſit, manducate, eritis ſicut dij.* Geneſ. 3. *Geneſ. 3.* Quòd ſi humilis ô Domine appareas, ſi occultes potentiam Deitatis, & humanâ indutus carne noſtram præferas infirmitatem, totum tibi humilis orbem ſubiicies: Regnabit à ligno Deus; crucifixum agnoſcet mundus, gentes adorabunt, congregata è populis Eccleſia te circundabit. *Hoc eſt,* (exponit S. Chryſ.) *canet tibi, laudabit te, hymnis & honorificis te verbis affatim proſequetur. Quoniam enim hæc per choros faciebant, in orbem circumſiſtentes, in templo, & in altari, & ita gratiarum actiones offerebant; & ipſa ſtandi forma laudationem eorum ſignificauit.* *D. Chryſ.* *Dei humilitas adorata & celebrata in mundo.* Quid hodie quæſo frequentius in Eccleſia Chriſtiana viſitur, quàm Dei hominis percelebrata humilitas? quorſum cantus, choríque, & tabula in altaribus, in templis, in pompis niſi ad laudationem Dei hominis facti in ortu, in vita, in ſermonibus, in orationibus, in mortéque humilis, qui formam ſerui accipiens exinaniuit ſemetipſum?

17. An non ſynagoga Dominum circundat, & Eſau accurrit in amplexus, & oſcula fratris, cùm fideles in templum ad communicationem diuinæ Euchariſtiæ conueniunt? En ſynagoga, hoc eſt, conuentus, & Eccleſia circundat Deum ipſũ, qui ſumma humilitatis exempla hominibus præbuit; nullumque maius, quàm vt ſub ſpecie panis, & vini, ſuum corpus, & ſanguinem, diuinitatémque ſimul, & humanitatem ſuam, ſéque totum nobis hominibus, terræque vermiculis præbeat epulandum. *Summa Dei humilitas in Euchariſtia.* In hoc enim maximè myſterio facta illa Chriſti exinanitio, cuius meminit Apoſtolus intelligitur à Dionyſio Areopagita, vt alibi fuſiùs oſtendimus. Neque verò etiam præceptum hoc loco Dei, quod Propheta inculcat, non accipi poteſt illud, quod ipſemet Deus homo ſuum maximè appellauit. *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem.* Ioan. 15. *Ioan. 15.* Legem amoris, quam indixit hominibus, etiam erga inimicos, ipſemet priùs, & potiùs impleuit; qui prior dilexit nos cùm inimici eſſemus, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo; quin etiam ad ſempiternum, quotidianum, & potiſſimum ſui amoris erga homines argumentum pariter, & monimentum inſtituit venerabile, ſimulque amabile ſacramentum Euchariſtiæ, quo nihil maius, nihil auguſtius, dulciúſque Eccleſiæ ſuæ Catholicæ Dominus in cœlum rediturus reliquit. *Euchariſtia ſolemnitas in Eccleſia.* Circundat ergò Dominum IESVM in Euchariſtia verè, ac realiter præſentem Apoſtolica, & Catholica Eccleſia fidelium laudationibus, gratiarum actione, cantibus, ſymphoniis, plauſibus, feſtiſque, & pompis prorſus triumphalibus, vt die craſtino feliciſſimo per omnes gentes, terráſque prouincias, quà patet Catholica Romana fides, viſitur, & celebratur. Ceſſit enim percommodè noſtra hæc commentatio pridie facrum diem Corporis Chriſti.

18. Vicit humilis IESVS, vinxit, imò emolliit, ac liquefecit corda, quæ ad præſentiam ſacroſanctæ Euchariſtiæ, maximo verò in aſſumptione Corporis Domini dulci quodam amoris igne liquefacta per oculos tam ſuauiter quàm largiter illacrymantes quodam modo in conſpectu Domini effunduntur. *Pietas communicantiũ corpus Domini.* O rem admirabilem! ô dignum Deo miraculum! En ad Iacob humilem accurrens Eſau, amplexatúſque eum, & ſtringens collum eius, & oſculans illacrymatur, ſcilicet iſtud eſt; quod tantoperè ſponſa cupiebat: *Oſculetur me oſculo oris ſui, quia meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis.* Cant. 1. *Cant. 1.* *Theod.* De ſacroſancta Euchariſtia locum intelligit Theodor. cum Græcis Patribus, & de Latinis itidem multi. Profectò enim vbi fidelis ritè ſuſcipit corpus Domini haud dubiè ſenſit illius anima ingreſſum ſui ſponſi, præſentiámque ex inſolita quadam, planéque cœleſti dulcedine præſentiens, velut extra ſuum penetrale, imò & extra ſeipſam

excita

excita forâs erumpit, dilectúmque ſuum miris amplexatur affectibus: ac ſuauiſſima ipſi corpori Domini ſub ſacramentalibus latentia accidentibus oſcula figit, milléque demum in poſterum ſanctioris vitæ emittens vota exclamat: *Inueni, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.* Cant. 3.

Sancta delicia in Euchariſtia.

Cant. 3.

192. Sinamus ergo interim iuſtæ animæ tum dilecto ſuo IESV in dulciſſimo Euchariſtiæ myſterio, tum caſtos amores produci, tum præ ſuauitate quoſdam exceſſus, & ab humanis rebus, & à ſeipſa. *Quod quidem fit* (inquit S. Bern.) *cùm mens ineffabili Verbi illecta dulcedine quodammodo ſe ſibi furatur, imo rapitur, atque elabitur à ſeipſa, vt Verbo fruatur.* Ac ipſos animæ in contemplatione complexus fieri, & oſcula figi exiſtimans, quâ tandem ratione id fiat, non audet, aut non poteſt explicare; vocat tamen *dulce commercium, ſed breue momentum, & experimentum rarum, quærere vtique animam Verbum quo fruatur ad iucunditatem: frui autem Verbo quid ſit, non docet lingua ſed gratia.* ſerm. 85. in Cant. In Iacob humi proſtrato ante pedes Eſau Chriſtum Dominum agnouimus humiliatum pro nobis, & exinanitum, ſuáque iſta humilitate mortalium ſibi corda vincientem, animóſque ſubingantem. Idem etiam è contrario poteſt intelligi in Iacob virum iuſtum, & humilem figurante, qui venientem Dominum, etiam irarum placat, armatum exarmat; trahit in amplexus, & oſcula patrem, quem ſuis delictis offenſum, & dominum, & iudicem ad flagra incitauerat; tam mira, & ineffabilia diuinæ gratiæ beneficia, munere ipſo humilitatis adeptus. *Enimverò* (vti ait S. Bernard.) *magna, & ſublimis virtus humilitas, quæ promeretur, quod non docetur; digna adipiſci, quod non valet addiſci, digna à Verbo, & de Verbo concipere, quod ſuis ipſa verbis explicare non poteſt.* ſerm. indicato.

D.Bern.

Inexplicabilis dulcedo Euchariſtia.

Potentia humilitatis erga Deum. D.Bern.

SECTIO II.

Leuatíſque oculis, vidit mulieres & paruulos earum, & ait: Quid ſibi volunt iſti? & ſi ad te pertinent? Reſpondit: Paruuli ſunt, quos donauit mihi Deus ſeruo tuo. Et appropinquantes ancillæ & filij earum, incuruati ſunt. Acceſſit quoque Lia cum pueris ſuis: & cùm ſimiliter adoraſſent, extremi Ioſeph & Rachel adorauerunt. Dixítque Eſau: Quænam ſunt iſtæ turmæ quas obuiam habui? Reſpondit: Vt inuenirem gratiam coram domino meo.

1. ARmatum inermis, equitem pedes, mitis iratum, humilis ſuperbum, tum humilitate animi, corporiſque demiſſione, tum etiam comitate, dulcedinéque verborum Iacob fratrem prorſus debellauit, quod etiam laudi cedit Eſau; quippe cùm excelſi, ac generoſi animi ſit parcere ſubiectis, ac debellare ſuperbos. Hæc fuit maxima Dauidis apud Deum, & inter homines gloria; ſic animi ſui moderator extitit; ſic humanam iracundiam in acceptis iniuriis vti exulceratam, ita exardeſcentem compeſcuit, & velut iniecto rore manſuetudinis penè reſtinxit, vt quem vnũ in terris æmulum regni, odio capitali perſecutorem, ac Dauidici ſanguinis perenniter ſitientem toties in ſummis difficultatibus, ac periculis vix demum effugerat; eundémque bis, & ſui oblitum, & à ſuis incuſtoditum, haſtæ, gladio, vindictæ, necique ſubiectum ſecurus ipſe habuit, illæſum omninò dimiſerit. *Tradidit te Dominus* (dixit ille Sauli) *hodie in manum meam, & nolui extendere manum meam in Chriſtum Domini.* 1. Reg. 26. Stupor quidem & prodigium eſt in viro armato, bellatoréque, ac principe à Deo in Regem electo, vt comprehenſo ante pedes, ſub haſtáque poſito parcat inimico: Saul ipſe flens, ſtupénſque exclamauit: *Quis cùm inuenerit inimicum ſuum dimittet eum in via bona?* 1. Reg. 24. Hoc ipſum quod poſteà futurum eſſet, Dauid adhuc in pace præſignabat, cùm à Saule furiis agitato malignum ſpiritum canendo ad cytharam effugaret. 1. Reg. 16. Ex vtroque miram ſibi laudem comparauit Dauid, vti S. Gregor. Nazianz. ſic adnotauit: *Dauid præcipuum decus, & ornamentum eſt manſuetudo, & ante Regiam dignitatem vir cythara malum ſpiritum incantans.* orat. 20. de S. Baſil. Hæc vis in manſuetudine, in cordis patientia, in blanditie animi, in comitate ſermonis, in auditione placida, mollique reſponſione: inſtar cytharæ, inſtar concentus demulcet iratos animos, furioſa exulcerat corda, indignabunda mitigat pectora, iratum flammas extinguit, furias ipſas tartari vltrices cohibet, pellit dæmones, totum ipſum cum ſuo ſatellitio, & carnificina exarmat infernum.

Generoſi animi eſt manſuetudo.

Dauidis manſuetudo.

1. Reg. 26.

1. Reg. 24.

1. Reg. 16.

D. Gregor. Nazian.

Mira vis in manſuetudine.

2. Falluntur homines vanitatis amatores, cùm prædicant indignum viro illuſtri eſſe, vt æquo ferat animo iniurias, vt eas libenter ex corde remittat: imbecillitatis eſſe, non verò fortitudinis, non vlciſci cùm poſſis: Quaſi verò in Dauide contrarium non appareat, de quo ita S. Ambroſ. *Dauid fortis in prælio, manſuetus in imperio, patiens in conuitio, ferre magis promptus, quàm referre iniurias.* lib. 2. offic. cap. 7. nec mihi quidem maius, aut certè gratius à Chriſto editum videtur miraculum, quàm vt omnipotens cùm eſſet, ſuam tamen cohiberet potentiam, ne de ſuis hoſtibus, quam facilè poterat, vindictam reperetet. *Tanta quidem* (vt benè occurrit S. Auguſt.) *eſt Domini clementia, vt contumelias paſſus ab his quos fecit ſufferat, & prouocet ad pacem.* tom. 4. lib. quæſt. veteris, & noui teſtam. q. 1. Eoſdem enim à quibus ligatus, ſpretus, conſputus, flagellatus, crucifixus eſt, ſuâ Dominus ipſe potentiâ creauerat, prouidentiâ gubernabat, & ſuâ miſericordiâ inuitabat ad veniam, ſanguine ſuo redimebat, quem illi ipſi crudeliter effundebant. At hæc illum patientia & manſuetudo non fortem modò demonſtrauit, ſed totius fecit mundi victorem. Clauſa erant in libro Dei rerum ſublimiorum myſteria, & cum illis pariter obſerata gentium conuerſio, & quæcumque maxima & clariſſima in Eccleſia deinceps reſerata ſunt, & modò viſuntur: denique ipſa hominibus cœleſtis gloria obſeratis cœli valuis occluſa continebatur. Dolenti ergo Ioanni, & lacrymanti, quòd nemo librum aperire poſſet, dictum eſt ab vno è cœlicolis: *Ne fleueris. Ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librum, & ſoluere ſignacula eius.* Apoc. 5. Recreatus nuncio Ioannes auebat victorem illum conueri leonem. Cæterùm *vidi,* (inquit) *& ecce in medio throni, & in medio agnum ſtantem tanquam occiſum.* ibidem. Leonem audiuit, leonem expectabat, & agnum vidit tanquam occiſum, qui paulò anteà fuerat peremptus, mortiſque ſuæ, & inimicorum ſæuitiæ illuſtria quinque, in latere, manibus ac pedibus impreſſa gerebat teſtimonia. O rem ſummè admira

D. Ambr. *Generoſum animum demonſtrat patientia.*

D. Aug.

Manſuetudo Chriſti mundum debellauit.

Apoc. 5.

Chriſtus leo & agnus.

admirabilem! Leonem vocat, qui agnus eſt! Victorem dicit, qui fuit occiſus, & adhuc rubentia

Patientia Chriſti vincit & triumphat.

necis ſuæ geſtat veſtigia. In throno videt ſtantem, qui pendet in Cruce mortuus; inter ſeniores, & à ſenioribus adoratum videt, quem inter latrones crucifixum impiorum irriſionibus, & blaſphemiis nouit impetitum! ſcilicet victor eſt, quia vinci paſſus; leo, quia agnus; in throno, quia in Cruce; victoriam, triumphúmque ab ipſa patientia, & manſuetudine comparatum obtinuit victor leo, quia occiſus agnus.

3. Nec etiam corda mortalium ad ſeipſum Dominus IESVS pertraheret, niſi ab ipſis in Crucem exaltaretur: nec mundum ſuæ fidei ſubiugaret, niſi & pro ipſo patienter mortem perferret, & illius peccata clementiſſimè ſuſtineret.

D.Aug.

Nec ſi Dominus (inquit S. Auguſt.) *non ſuſtineret, non eſſet, cui dares coronam.* homil. 11. lib. homil. 50. Suam profectò ſolus ipſe gloriam poſſideret, ſi peccatores non toleraret, & clementiâ, manſuetudinéque ſuâ de impiis pios; de inimicis amicos, de ſceleratis ad gehennam damnandis cœlo dignos non efficeret principes: vbi quæſo vides

Chriſti in paſſione manſuetudo.

iratum etſi offenſum: vbi tantarum vltorem, quas pertulit, iniuriarum? Agnum lego mutum, & mitem *ante tondentem ſe ſic non aperientem os ſuum* ad mortem pertrahi.

Iſai. 53.

Iſai. 53. vbi vindicta etſi iuſta? Vbi vel tantula impatientiæ, querimoniæque vmbra? Tacet, ſuſtinétque piiſſimus Dominus, & pro interfectoribus rogat, vt illius exemplo diſcamus agnos eſſe nos debere, patientes, ac mutos; non iubâ, non rictu, non dente vindictam leones exigentes. Iccircò clamat Apoſtolus; *noli*

ad Rom. 12.

vinci à malo, ſed vince in bono malum. ad Rom. 12.

Chriſtiano indigna vindicta.

Diuinum planè conſilium, ſed quod à ſolis iuſtis, & intelligitur, & obſeruatur. *Quomodo enim*

D.Aug.

(inquit Auguſt.) *poteſt vincere in bono malum, in ſuperficie bonus, & in abdito malus; qui opere parcit, & corde ſæuit, manu mitis, voluntate crudelis?* in Pſal. 78. Vindictam repetis? non ergo bonus es; nec enim bonum in te habes, quo malum alterius vincas; ſed potiùs vlciſceris, quia malus es; malúmque malo rependis, & ab inferente malum diſcis tu malum referre; mali vtique magiſtri, peior diſcipulus.

S.Auguſt.

Rectè S.Auguſt. ad eundem locum admonet: *Paſſus es malum? ignoſce, ne duo mali ſitis.* Nimirum qui malum infert, malus eſt; qui autem refert, peior eſt. Propterea, nihil æquè vir iuſtus reformidat, atque vel leuem vindictæ ſuſpicionem. Imperitus iniuriis tacet ad vltionem, ſed loquitur tamen, ne latentem animo iracundiam quis ſuſpicetur. Enimverò (quod vnum eſt exemplum admirabile) S. Stephanus, etſi iuſtè, Deóque iubente aſperiùs aliquanto Iudæos ſibi offenſos perſtrinxerat: *Incircumciſi* (inquiens) *cordibus, & auribus, vos ſemper ſpiritui ſancto reſiſtitis.*

Act. 7.

Actor. 7. timens quodammodo, ne fortè quis dictum illud ab iracundia, malóque animo ſuſpicaretur; caritatis egregium ſuæ circa illos ſub mortem ipſam edidit teſtimonium. *Poſitis enim genibus* (ſcribitur) *clamauit voce magna* (cùm iam lapidaretur) *Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum.* ibidem.

D.Chryſ.

Nimirum (vt S. Chryſoſt. aduertit) *defendens quòd nec priora ex ira dixerit, inquit, Domine,* &c. *Volens hac quoque ratione conciliare illis: Nam remittere iram puráque ab affectione ſeruare animam, valde acceptum facit ſermonem.* homil. 18. in Acta.

4. Quæ ſcilicet iratus dicis, etſi bona, & vera ſint, furore tuo damnata obeſſe, non prodeſſe ſolent; iracundia tibi parit inimicos, manſuetudo

A conciliat amicos: Pulchrè martyrum primus, nec pati, nec martyr eſſe, nec in cœlum ingredi voluit, quin prius omnem à ſe amoueret irati etiam contra inimicos animi ſuſpicionem; quam profectò ipſamet nonnunquam taciturnitas animis hominum ingerit. Dolor enim animo conceptus,

Timenda hoſtis taciturnitas.

manenſque altà mente repoſita iniuriæ recordatio vindictam intùs latentem vehementiùs in dies acuit; donec datâ occaſione multò acerbius expleatur. Iccircò taciturnus hoſtis valde timendus, ac fugiendus eſt. Occultat animo dolorem de ſororis contumelia Abſalon, cúmque eo pariter vindictam diſſimulat; demúmque oblatâ occaſione illum prodit, iſtam expromit: & flammas inuidiæ contra Amaſam, & iracundiæ contra

B Abner tegit alto ſilentio Ioab, vt ſuo tempore vtrumque trucidet incautum. Minùs verò timenda hoſtis loquacitas, quæ ore ipſo latentem animo effundit iram, dictiſque non factis, & ſatiat, & ſanat exulcerati cordis dolorem. Grande quidem myſterium in eo inueſtigare eſt, quòd Dominus IESVS cùm patientiam admirabilem in

Cur Dominus alapa percuſſus reſpondit.

tota ſua paſſione exhiberet, & nunquam iniurias, aut cruciatus accipiens querulam vocem emitteret: ad ſolam tamen alapam ante Pontificem ab vno miniſtrorum illatam reſpondit: *Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo; ſi autem bene, quid me cædis?* Ioan. 18.

Ioan. 18.

Multa pro huius loci explicatione dici poſſent, paucula ego attingam. Reſpondit ergò Dominus; ne, ſi taceret, vi-

C deretur iniuriæ dolorem alto pectore occultare, vt ſuo tempore illum grauiore ſatiaret vindicta:

Chriſtus alienus à vindicta.

loquens verò ſic modeſtè ac placidè oſtendit, non ſibi cor exulceratum iniuriâ manere; vllamque ſub ſimulato ſilentio repetendæ aliquando vindictæ latere ſcintillam. Tam grauis enim, indigna, turpiſque habetur inter homines alapa in facie inflicta, vt hæc vna iniuriarum maximè ſanari, extingui, remittíque nunquam ſoleat: ſed

Incurabilis dolor ex alapa.

percuſſoris tandem morte, vel ad multos etiam annos dilata vindicari, expiaríque tantum dedecus inter mortales neceſſe omninò eſſe habeatur.

5. Prætereà reſpondendo magis oſtendit manſuetudinem ſuam, quàm ſi tacuiſſet; potuiſſent

D enim cogitare Iudæi ægrè tuliſſe iniuriam, non autem reſpondiſſe metu Pontificis; at dum manſuetè reſpondet, tranquillum animum, & compoſitum oſtendit, & aperit. Quo in ſenſu ita commentando colligit S. Auguſt.

D.Aug. *Reſponſio Chriſti patientiam commendat.*

Quanto ergò meliùs & reſpondet vera placatus, & ad perferenda grauiora tranquillo animo fuit paratus. tract. 113. in Ioann. Itaque reſpondit Dominus, vt ſuam magis commendaret patientiam, cui ſilentium quodammodo detraheret, ob ſuſpicionem metus concepti ex præſentia Pontificis, & ſeniorum, quos quidem minimè formidabat. Reſpondit etiam non propter illatam ſibi iniuriam, ſed vt rectè, veréque loquutum eſſe oſtenderet, ne quis, vel inimicus diceret inurbanè illum Pontifici locutum,

E nec debitam tam graui perſonæ reuerentiam exhibuiſſe ſpretâ ſummi ſacerdotij dignitate. Adeò inurbanitatem in dictis, contemptum ſacræ dignitatis, fictam patientiam, diſſimulatam iram, viuum in corde iniuriæ dolorem, tectam ſilentio libidinem vindictæ patientiſſimus, & clementiſſimus Dominus IESVS deteſtatur, atque in ſuis

Manſuetudo Chriſti cum prudentia.

fidelibus videri non patitur? Denique manſuetiſſimus Dominus reſpondit ne videretur meritò percuſſus, eo quòd verbo ſuo Pontificem offendiſſet, oſtendens illum minimè læſum, nec vnde

læſi

læſi poſſet, cauſam extitiſſe. imò ſi contra fas, iuſque læſum ſe iudicaret, blanda nunc reſpōſione placare hominem, & conciliare ſtudet. Quod

Cyril. Alex.

quidē latius eſt ex S. Cyril. Alex. audire in hunc modum: *Cæditur vt ſeruus, qui nutu ſolummodo perdere Iudæos omnes potuiſſet, nec vllam facit vltionem. Non enim irâ, nec mœſtitiâ, nec dolore vincitur. Placare autem, melioremque facere principem ſtudet, cum cædi oportere negat eum, qui nihil male loquutus eſt. Ita manſuetudinis ſuæ, nec quidem in rebus, quæ cæteris terrorem afferunt, obliuiſcitur; ſed ratione optimâ Iudæorum ſuperbiæ miniſtrum à tali temeritate cauere inducit.* lib. 11. cap. 47. in Ioan.

Chriſtus etiam de hoſte non queritur.

Vide immenſam Chriſti Domini bonitatē; vltrò ſe alapis, ignominiis, cruciatibus, mortique offerens; non vult tamen etiam vt hoſtes teterrimi a quibus damnatur, vllam de ipſius ore, vel tenuem audire querimoniā, & amaritudinē accepiſſe conquerantur.

D. Cyril. *Hominum mira impatientia.*

Nos autē miſeri (adiungit optimè S. Cyril.) *terra, & limus, ſi quis proximus lapſu linguæ minimum quicquam cōtra nos dixerit, more draconum in eum inſurgimus, & mille verbis pro vno vituperantes ſatiari non poſſumus.*

6. [illegible] habet humana impudentia, ſimul & impudentia cum feritate belluarum coniuncta, vt vltionem non æqualem iniuriis, ſed longè maiorem repetamus, nec aliter noſtra inhumanitas exaturari ſe arbitratur. Hanc inſaniam vno verbo egregie vates Regius expreſſam concinuit: *Non defecit de plateis eius vſura, & dolus.* Pſal. 54.

Pſal. 54.

Agit de mala hominum improborum ciuitate, ſiue de conuentu, vt vocat, malignantium, qui ex aduerſo diuinis præceptis cōtradicunt; inter dolos, & iniquitates illius ciuitatis malum vtique non poſtremum adiungit, vſuram, quæ paſſim in plateis vſurpatur; abundat quippe ſceleratorum Reſpub. fœneratoribus.

Inſaturabilis [illegible] hominis.

Sed quænam iſthæc vſura? Declarat S. Aug.

D. Auguſt.

Quando non dimittis, quod tibi debetur. Verbum contumelioſum audiſti: vis exigere damnationis ſupplicium: pugno percuſſus es, interfectionem quæris. Vſura mala. Deteſtanda hæc vſura, quam vſurpat, & celebrat, in pretio, & honore habet mundus, qui in maligno poſitus eſt.

Mundi doctrina de vindicta.

Sic vulgo teritur. Ad vnum mentitis alapa in faciem; ad alapā pugno, gladius, & contrucidatio. O in gehenna, & à principe dæmonum docta, & indicta dogmata! Fuerit ergò iſthæc doctrina illius impiæ ciuitatis, de qua loquitur Dauid, aduerſus Deum, & Chriſtum eius fundatæ, armatæque, quales ſunt paganorum, Saracenorum, & hæreticorum ciuitates, in quibus ſunt doctores dæmones, Mahometes, Lutheri, Caluini, ac reliqua contra Deū, ac Chriſtum eius ab orco excita monſtra. At in ciuitate Dei, in Eccleſia Chriſti inter fideles Chriſtū crucifixum adorantes, hanc abominabilem vſuram inueniri, & nominari, & celebrari, id quidem indignum eſt, ac deplorandum.

Indignum Chriſtiano vindicari.

D. Aug.

Quare adiungit idē Aug. *Ne in ciuitate illa mala abundent vſuræ iſtæ, non inueniant parietes iſtos, vbi pectus tunditur: non accepturus, ſi non dicturus: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris.* Matth. 6.

Matth. 6.

Non accepturus, ſi falſum dicturus. Ergo & facturus, & dicturus, aut quod petis non promeriturus, quia qui hoc faciunt, in vſuris illis mali ſunt.

7. Proh facinus execrandum! *Ad vltionem* (inquit S. Cyrillus) *irruentes principem fidei noſtræ non reſpicimus, nec recordamur ſcriptum eſſe; quia eorum via ad mortem, qui memores iniuriæ ſunt.* Eccleſ. 1[illegible].

D. Cyril.

Eccleſ. 1[illegible].

Exemplum igitur clementiæ, atque māſuetudinis Chriſtum teneamus. indicato loco. Ad verba quæ ex Eccl. [illegible] affert, ſic in vulgata ſe habent: *qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit.* Eccl. 10.

Eccleſ. 10.

Nā cùm omnia peccata hominum offendant Deum, & ad vindictam ſumendā impellant, maximè verò id faciunt odia, iniuriæ, vindictæ, & quæcumque aduerſantur caritati, & iuſtitiæ, quæ proximis, & naturali, & diuina lege debentur.

Odia, iniuriæque valde offendunt Deum.

Hæc tibi potiſſimùm illata cenſet ille, qui bonitas, & caritas ipſa eſt. Pudeat iam filios ſæculi, honoris mancipia, pudeāt iſtius, quam celebrāt, de vindicta ſuæ doctrinæ; cùm virum in armis natum, toties victorem, ac triūphatorē, eundémque totius Imperatorē orbis Theodoſium Magnum ſciant, non quidem in vindicta, ſed in tolerantia maiorem ſuarum laudum palmā poſuiſſe. Quod quidē in illo S. Ambr. luculentiùs, & diuiniùs extitiſſe commemorat ita ſcribens.

D. Ambr.

Beneficium ſe putabat accepiſſe auguſtæ memoriæ Theodoſius, cùm rogaretur ignoſcere. Et tunc propior erat veniæ, cùm fuiſſet commotio maior iracundiæ.

Mira patientia Theodoſij Imperatoris.

O rem nullis auditam ſæculis, & omnibus in æternitatē vſque admirandam, & prædicandam! Imperator offenſus non pro obſequio a famulis, ſed pro beneficio à dominis reputabat rogari ad condonandū iniurias à famulis illatas. Vbi ergo læſæ maieſtatis vindicta? Iraſcebatur vt homo, ſed tunc maximè indulgebat. *Prærogatiua* (adiungit Ambr.) *ignoſcendi erat, iratū fuiſſe. Et optabatur in eo, quod in aliis timetur, vt iraſceretur. Nā quaſi parēs expoſtulare malebat, quàm quaſi iudex punire.* de obitu Theodoſ.

D. Ambr.

Ad exemplum quidem Dei, *qui cùm iraſcitur, miſericordiæ recordatur* Abac. 3.

Abac. 3.

Sed quid ego Theodoſium, Stephanúmque protomartyrē, quid Dominum ipſum martyrē IESVM Chriſtum affero in exemplum patientiæ, ac manſuetudinis? ſatis mihi nunc eſt Eſau; quis hoc crederet, quis de hoc hirſuto, rubróque Idumæo humanitatē ſperaret, tanquam ſi de tribulis ficus, de ſpinis vuas collecturum ſe quis polliceretur? Fecit hoc tantum miraculum in Eſau ipſa, quam Iacob exhibuit fratri humilitas, & manſuetudo.

Mira etiam in Eſau patientia & manſuetudo.

8. *Vt inuenirem gratiam.*] Rogat Eſau quænam ſit cauſa, vt tali ordine ab illis fœminarum, puerorum, ſeruorúmque, & gregū turmis excipiatur? an ea pertineant ad fratrem? Reſpondet Iacob ſua quidem eſſe, ſed tamen omnia in obſequium tāti domini, tam carique fratris, & quæ ſeparauerat in gratiam illius, minima quidem eſſe munera, ſed conteſtandæ tamen obſeruantiæ ſuæ, demerēdæque fratris beneuolentiæ cauſa per ſeruos ſuos præmiſiſſe, vt dignetur frater offerenti beneuolus eſſe, & præteritorum animo admittere obliuionē; quod & præſtitit Eſau, in hoc ſanè verus Iſaac filius, & Abrahæ nepos, generoſus videlicet, generoſis parentibus ortus; quid enim tam excelſum, tamque generoſum, quàm acceptas remittere iniurias; *nobile quidem* (ait Hugo) *vindictæ genus eſt ignoſcere victo.* lib. de anima c. 7.

Hugo. *Nobilis vindicta victo parcere.*

Profectò ſpectatā corruptione poſt peccatum naturæ humanæ, difficile admodum, ne dicā impoſſibile, inuenire eſt hominem, qui nullam, aut accipiat, aut inferat iniuriam. Cæterùm & illud certum omnino eſt, magnorum vere principum ſi non dignitate, at certe ingenio videri, nullius quidem a nullo veniam petere, ac multorum multis dare.

Princeps iniuriam non infert, ſed remittit.

Quid quæſo eſt, quod in Catalogo generationis Chriſti apud Matthæum in quo tam multi recenſentur Reges, ſolus tamen Dauid his nominibus inuenitur Rex? *Iſſe autē genuit Dauid Regē, Dauid autē Rex.* Matt. 1.

Matth. 1.

ob admirabilē opinionemque Regiā animi magnitudinē, quam habuit erga inimicos. Quod quidē apprimè intelligens Saul, cum ſibi à Dauide vitam, quam facilè poſſet eripere, vidit condonatam, conteſtatus eſt: *Nunc ſcio certiſſimè quòd regnaturus ſis.* 1. Reg. 24.

Regia virtus iniurias remittere.

1. Reg. 24.

Vnde id colligit? vnicum, quia tam eximia ge-

A nerosi animi celſitudo iuſtè, atque integrè donari non poteſt, niſi regali ſceptro, & corona; nec iſta regni inſignia, & ornamenta in alio, quàm in tali pectore aptiùs conquieſcent.

9. Iccircò Dauid palàm confeſſus ob hãc virtutem ſibi a Deo regnũ conceſſum ita concinuit: *Et ſcitote quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuũ.* Pſal. 4. Eſt enim in fonte Hebræo: *Elegit ſibi Dominus miſericordem, pium ſibi.* quaſi dicat: Quid fruſtra me perſequimini? regno me nunquã priuabitis, coronam nequaquam detrahetis, auferre ſceptrum à manibus non poteritis; me ſcilicet in Regem elegit ille miſericors Deus, qui & miſericordiam meam reſpexit, & miſericordem pro meritis præmiis nullo vnquam tempore priuabit; B & *qui pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos, ſolemque ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos*, ſerui ſui erga inimicos, & perſecutores caritatem præſtitã nunquam obliuiſcetur. Nihil enim tam proprium, & naturale Deo, atque benefacere: Nam *& cùm iratus fueris miſericordiæ recordaberis*: ait Abac. 3. Quãdo ſcilicet minus expectaret homo à Deo miſericordiam, tunc illam hominibus etiam iratus, & ad vindictã prouocatus vltrò elargiri ſolet. Hoc ipſum factum à Domino legimus: In Sabbatho curauit paralyticum, cùm blaſphemiis Iudæorum appetitus iuſtæ indignationis apertum ederet ſignum: *Circumſpiciens* (ſcribitur) *eos cum ira, contriſtatus ſuper cæcitate eorum dicit homini: Extende manum tuam; & extendit, & reſtituta eſt manus illi.* C Marc. 3. Erat quidem iratus, ſed tunc miſericordiæ recordatus eſt. Hinc optimè S. Ambroſ. edisſerit ad hunc locum: *Dominus in ira præcipiens refudit corporis ſanitatem. Vnde intelligimus qualis Dominica benignitatis ſit ſanitas, cuius indignationis talis eſt medicina: aut quemadmodum placatus prodeſt, qui ita miſeretur iratus.* ſerm. 8. Sic totus eſt miſericors Dominus IESVS vt [illegible] illius ira, & indignatio, non in ſupplicium deſinat, ſed beneficentiam pariat, & miſericordiam.

Pſal. 4.

Manſuetudo Dauidis regnum peperit.

Matth. 15.

Deus naturà beneficus.

Abac. 3.

Marc. 3.

Ira Christi miſericordiam parit.

D. Ambr.

10. Luculentius adhuc in ipſa morte, quam ab hoſtibus accipiebat, acerbiſſima nobis reliquit huius caritatis argumentum. E[illegible] in Cruce totus in ſanguinem diffluens inter immẽſos omnium membrorum dolores, atque inter ludibria, cachinnos, & blaſphemias [illegible] ab D æterno Patre iiſdem inimicis veniam poſtulau[it]. *Pater dimitte illis.* Luc. 23. Videlicet, vt animaduertit S. Aug. *Ille iam petebat veniam, a quibus adhuc accipiebat iniuriam, non enim attendebat, quod ab ipſis moriebatur, ſed quia pro ipſis moriebatur.* tract. 31. in Ioan. Et homuncio tamen abiectus, & prope nihil probrum ducit ſi veniam iniuriæ condonet, ſi non ſe de inimico [illegible] ulciſcens ſuam iniuriam illius cruore ſatiet. Quòd ſi fortè amicorũ precibus, ſacerdotum monitis, confeſſariique præcepto ad dandam veniam compelli ſe videat, illam tandiu differ[a]t, donec iniuriæ cicatrix obducatur. Nec e[nim] opportune veniam peti arbitrantur homũculi ter[ræ] filij, cum adhuc recenti a[dhuc] E ſanguine crudum eſt iniuriæ [v]ulnus: & memoratam veniæ nomine quaſi refricati m[illegible]us dolentis animum dilaniat cruc[illegible]. O [im]pudentem, atque infamem vulg[i] [illegible] Pendet in [C]ruce Dei filius, imbre diuini ſanguinis de hiantibus tot[o] corpore vulneribus [illegible], & patrem nihilominus rogat: *Pater dimitte illis, non enim ſciunt quid faciunt.* Luc. 23. non dicit, quid fecerint; non [illegible] as, non cruciatus antè inflictos, non vulner[a] iam obducta memorat, ſed præſentia mala dicit: *Quid faciunt.* Hinc

Christi in cruce manſuetudo.

Luc. 23.

D. Auguſt.

Proni ad vindictam homuncio.

Luc. 23.

A ſcilicet, recentia calidum effundebant vulnera cruorem; illinc lingua, & os veniam ipſi ſatellitibus precabatur. Deo ſemper eſt opportuna, & matura miſerendi, veniãmque dandi, ſi ritè, ſanctéque petatur, occaſio. At etiam nunc homuncio, ad quamlibet iniuriæ vmbram indignatur: vindictam [illegible] moliendo molitur; nec diuina lege coërcitus, nec exemplo Christi Domini compulſus ab illa expoſcenda deſiſtit.

Matura Deo ſemper occaſio miſerẽdi.

11. *Veruntamen Deo ſubiecta eſto anima mea: quoniam ab ipſo patientia mea*, Pſal. 61. Ita [illegible] loquebatur qui caritatis erga inimicos nobis illuſtriſſima reliquit monumenta. Legi[s] inquit, diuinæ caritatem iubentis, vindictamque interdicẽtis pare obſecro, libentérque te ſubmitte o anima B mea; Magnã quidem inquies opus eſt patientia. Rectè planè. Si verò ad iſtam erga inimicos caritatem de meo foret penu comparanda patientia, meritò queri, ac dolere poſſem. Sed ab ipſo patientia mea, qui caritatem imperat, patientiam elargitur; qui iubet inimicos diligi, patientiam vt tolerentur, gratiam vt amentur, communicat. *Ne igitur* commentatur ita Theod. *derelinquas, ò anima, Dei cultum; verum auxilio ab ipſo [illegible] confirmata moleſtiarum impetus perfer.* Hæc ille. Nihil eſt non leue, dulcéque patienti, & *caritas* (autore Apoſtolo) *patiens eſt; omnia ſuffert, omnia ſuſtinet.* 1. Cor. 13. At noſtra hæc eſt tum infirmitas, tum malignitas, vt impatientiæ velut œſtro agitati, vel ad tantulo aſperius verbum indignemur. Fuerit C hæc carnis infirmitas, aut vehemens a malo ſpiritu excitata paſſio. Quid deinde? Audi Apoſtolum: *Iraſcimini, & nolite peccare. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* ad Epheſ. 4. Scit Apoſtolus mille iraſcendi occaſiones quotidie ſuboriri, ſed tamen ſic iram comprimi vult, vt ad peccatum non pertingat, ſitque illa tam breuis, vt vnius diei ſpacium non tranſiliat.

Pſal. 61.

A Deo caritas & patientia.

Theodor.

1. Cor. 13.

Ira & [illegible] dicta [illegible] ab ira [illegible]

ad Epheſ. 4.

12. Sed ſatiùs eſt egregiam audire commentationem S. Chryſ. *A die ipſo ad pacem Paulus impellit, ſecretum enim noctis veretur, ne fortè ſolum ex ipſis ſan[illegible] maius pr[illegible] vulnus efficiat.* Iræ quidem paſſio ex dolore visceribus inhærens, ac vna perenniter iniuriarum recordatione, miru[m] in modum fouetur; ac magis, magiſque igneſcit. Quod D quidem fit potiſſimum in nocte, quam cæteris interea curis conſopitis hæc vna mente perturbatio facit inſomnem, cum nihil tunc occurrat, quo temperetur. *In die namque* (ſubiungit Chryſ.) *multi ſunt aduocantes, atque retrahentes; in nocte autem quã ſolus relinquitur, intráque ſemetipſum cogitationum æſtibus, huc illuc iactatur, in immenſum verticem innarum fluctus tum ſ[illegible], fitque maior omnino, ſæuiorque tempeſtas.* Animi quidẽ ſolicitudines, curæque ſi aperiantur, ac reuelentur amicis, magna ex parte mitigari ſolent: ipſiſque diei occupationibus, & negotiis, quibus valde mens humana diſtrahitur, quodammodo [illegible], ac debilitatæ vim ſuã, qua excruciant aut omnino, aut multum deperdunt. E Contra verò [illegible] noctem velut ex inſidiis contra hominem [illegible] impune libero in campo deſæuiunt. *Iccirco* progreditur Chryſoſt. *præmoniens Paulus vult iam reconciliationem nocti tradere, ne vllam oc[caſio]nem de ſolitudine diabolus inueniat, per quam iracundiæ fornacem poſſit accendere, eámque efficere ſæuiorem.* Homil. 16. in cap. 5 Matt. Q[illegible] re Ap[illegible] [illegible] hominis [illegible] vi cu[illegible] b[illegible] ſed [illegible] iracundia inimi[illegible] pr[illegible] quieroque anim[illegible], eiſque

D. Chryſ.

Nõ diu iraſcendum.

D. Chryſ.

Ira paſſio per noctem ignaſcit.

D. Chryſ.

Ante [illegible] ſopiẽda [illegible]

Ira paſſi[illegible] ſanan[illegible]da

caritate ducat ſomnus. Abſolutéque dixerim hunc præcipuè inter alios humani cordis morbos vbi primùm ſeſe aperit, omni ope, remedióque curandum eſſe. Quò enim iracundiæ malum tardiùs curatur eò gliſcit vehementiùs, adultúmque in dies aut redditur inſanabile, aut difficulter admodum expellitur: inſtar nimirum tantulæ ſcintillæ, quæ vbi intermicat, facilè poteſt extingui, negligenter verò permiſſa increſcit paulatim, donec immenſum excitet incendium, quo turres,

Gliſcentis ira incendium.
D.Chryſ.

vrbéſque, ac gentes conflagrabunt. Non patitur ergo Apoſtolus iracundiam vſque ad noctem differri. *Nouit enim* (concludit Chryſ.) *talem eſſe huiuſmodi paſſionē, quæ ſatis velocis curationis indigeat.*

13. Laudo etiam Eſau, qui licèt aliquando in fratrem iratus, poſito tamen omni dolore ablatæ paternæ benedictionis, nullò modò fraternæ, ſanctæque caritatis non edidit argumentum. Et quidem amicitiæ immortales eſſe debent, inimicitiæ mortales, vti ſapientes Ethnicorum pronunciarunt. *At Chriſtianus nullius hoſtis eſt*, vt Tertul. lo-

Tertul.

quitur lib. de patientia. Nec enim aliquem odio habet, & ſi habetur odio, planè inimicum diligit propter Deum, quem ſibi, quòd taliter diligat debitorem reddit, & remuneratorem habebit. Enim verò cùm amor non niſi amore ſoluatur: profectò qui propter Deum ita iubentem, diligit inimicum, cùm ille amorem non rependat, vtique

Grande lucrū ex inimico.

Deus ipſe rependet. Qui ergò mihi præcipit, vt diligam inimicum, à quo non diligar, vtique ſeipſum conſtituit debitorem, vt ſuo meum ſoluat amorem. Quocirca, & pro ſcipſo diligere quiſque debet inimicum, per quem caritatem, patientiam, & humilitatem omnium virtutum maximas exercet, in hac vita purgatur à vitiis, pœnáſque ſibi debitas exoluit, & inimici odiis, iniuriiſque constructam in cœlo recipiet coronam. Profectò cùm tam vtilis, ac fructuoſus tibi ſit inimicus, optandum ſanè foret, & (liceat dicere) curandum, vti velut piſces ad cupedias in viuario, & piſcina, ſic tu inimicos conſeruares.

14. Offert fratri munera Iacob ratus (vt eſt) hanc eſſe potiſſimam conciliandi animos, & reſtinctis inimicitiis, comparandi, conſeruandíque amicitias rationem. Mirandum quippe in modum

Mira vis in muneribus.

acceptis muneribus mortalium animi, & oblectātur, & vinciuntur. Balaam malus Propheta (ſi tamen Prophetam appellare licet, qui malus ſit) ad maledicendum Dei populo compulſus eſt muneribus, nec ab incœpto etiam prodigioſa voce be-

Num.22.

ſtiæ deſiſtebat. Tanta eſt munerum vis. Notauit hoc idem S.Aug. *Balam* (inquiens) *tantâ cupidi-*

D.Auguſt.

tate ferebatur, vt nec tanti monſtri miraculo terreretur. quæſt.50.in Num. Atque vtinam hoc noſtro ſæculo contrarium omninò cerneretur, & vſurparetur? Violantur leges, iniquæ feruntur ſentētiæ

Munera dominantur in iudiciis.

à iudicib. s luto munerum occœcatis. Non valet iuſtitia, non liberat innocentia; datis, & acceptis muneribus, iſta culpatur, illa conculcatur. Icircò D.Ambr. ſcripſit: *Diuites putant nihil eſſe, quod non*

D.Ambr.
Regnat in iudiciis pecunia.

cedat ſua pecunia, & in gratiā ſui legem volunt eſſe venalem. li.1.de Abel.cap.4. At munera vltrò citróque currentia humanam, & iuſtam conciliant, & conſeruant caritatem. Benè id quidem, ſed tamen illud habendum præ oculis quod S.Greg. Naziā.

D. Greg. Naz.
A malo non accipiēdum munus.

conſuluit. *A malo homine nunquam beneficium accipe. Huiuſmodi enim benignitate nihil aliud quàm ſceleribus ſuis impunitatem quærit.* in ſentent. Quî enim iudex vnâ manu virgam expediat aduerſus eum, cuius pecuniam, munúſve aliquod alterâ ſuſcepit manu? *Vnum pomum ſi accipias, manum tibi vſque ad*

Ben.Fernand.in Geneſ.tom.3.

A *terram deprimit:* dicere ſolebat, æternâ dignus memoriâ ob multas, præclaraſque virtutes Martinus Gōçaluez de Camara, qui ſupremus iuſtitiæ moderator multos per annos in Luſitania celeberrimum Chriſtiani zeli, & integritatis nomen obtinuit.

Martini Gōçaluez de Camara encomium.

Obtulit Iacob fratri munera; quæ quidem ab omni ſuſpicione libera ſunt, imò & maximè commendantur inter fratres, ac propinquos ad conſeruandam videlicet caritatem, quæ ab illis iure ipſo naturæ exigitur. Quam in ſententiam

D.Gregor. Naz.
Sancta inter propinquos munera.

optimè ſcripſit S.Greg. Naz. hoc modo: *Propinquos prolixiori benignitate complectere. Quis enim aliquis adduci poterit, vt credat te exteris bonum fore, ſi erga eos, quibus benignitas iure debetur, iuſtitiam minime colas.* in ſent. Quid ergò tam abſurdum, támque B ſtolidum pariter, & impium, quàm cùm valde officioſum te, ac magnificum erga exteros præbeas, fratribus, quin etiam ſororibus ſexu infirmis, & propterea magis indigentibus omninò auarus, & inhumanus eſſe videaris?

15. Sunt quidem fratres, ſunt etiam propinqui in donis præferendi: non tamen in reipub. muneribus, atque officiis, hoc tantùm nomine, cùm

Quando in donis præferendi fratres?

minùs idonei, aut fortè indigni iudicantur. Profectò Benedictus XII. Pontifex maximus, quem legimus primùm è vita religioſa, cœnobióque in cathedram Apoſtolicam fuiſſe ſublatum, nulli ex ſuis cognatis munus aliquod Eccleſiaſticum de-

Sententia Papæ Benedicti de cognatis.

diſſe ſcribitur dictitare ſolitus: *Pontifex nullos habet propinquos:* quòd propinquos alas, id eſt naturæ C ius, quòd eos diuites facias, non omninò vituperandum; quòd eos cùm indigni ſint, videlicet inepti, præficias aliis rectores, id quidem & Deo, & Reip. per quàm iniurioſum eſt. Vniuerſim tamen commendanda eſt identidem & caritas, & benignitas, & beneficentia inter mortales; quâ vnâ vel maximè Deum ipſum conditorem, & be-

Beneficentia ad exemplū Dei.

nefactorem noſtrum imitamur, tunc potiſſimùm, cum aliquo noſtro diſpendio alienum procuramus cōpendium ad exemplum Dei hominis, qui nos ſuo redemit ſanguine, vitamque immortalem nobis ſuâ morte cōparauit. Illius verba illa ſunt: *Poſuerunt me cuſtodem in vineis. Vineam meam non*

Cant.1.

cuſtodiui. Cant. 1. Suam quidem Dominus ſacroſanctam humanitatem non in delicus habuit, nō D in honoribus huius mundi, ſed cum probris, iniuriiſque, & cruciatibus, ac turpiſſimæ morti tradidit, pro redemptione, ſalutéque animarum; velut qui pro colendis, tuendíſque aliorum vineis ſuā

Chriſtus noſtram ſua prætulit ſaluti.

ipſe negligeret, aut à heſtiis diſſipandam, aut in ſyluas redigendam relinqueret; Quod quidē humanæ caritatis documentū in Apoſtolis per ſponſam, ſiue primitiuam Eccleſiam hoc loco ſignificatis expreſſum eſt, vti declarat Theod. *Vineā ſuā*

Theod.
Zelus animarum in Apoſtolis.

(inquiens) *id eſt, animæ ſuæ vtilitatem neglexiſſe ſe dixit, & aliorum commoda propriis commodis prætuliſſe. Caritas enim, vt B.Paul.teſtatur, non quærit quæ ſua ſunt. Et de ſeipſo. Non quæro quod mihi vtile eſt, ſed quod multis, vt ſalui fiant.* Fruſtrà quidem viuit, qui non aliis etiam, ſed ſibi ſoli viuit; quem aliorum E bona delectant, nec mala commouent, nec ſollicitant commoda, planè ſe ab ipſa natura humana prorſus alienum eſſe teſtatur. Quo in argumen-

D.Auguſt.
Zelus proximorum commendatur.

to præclarum quid ſcribit his verbis S. Auguſtin. *Comicus cum ab vno ſene alteri ſeni dictum componeret: Tantumne eſt ab re tua otij tibi aliena, vt cures, eáque nihil, quæ ad te attinent? Reſponſum ab altero reddidit. Homo ſum, humani à me nihil alienum puto.* Terēt.in Heauton act.1.Scena 1. *Cui ſententiæ*

Terent.

ferunt etiā theatra tota plena applauſiſſe. ep.52. Adeò proprium ac naturale ius eſt humanæ caritatis,

A támque debitus eſt zelus, curáque vnicuiq; mortalium erga proximorum vitam, & commoda, vt etiam ethnicis hominibus ab infideli poeta ſummis excepta plauſibus artiferit eam ob rem in theatro ſententia.

B. Maria cuſtos, & cultrix filij ſui.

16. Denique aptiſſimè conueniont ea verba Dei matri ſemper Virgini, quam noſtris videlicet animabus datam à Deo cuſtodem, & nouimus, & experimur. Vineam quidem habebat propriam, filium videlicet, ſuo in vtero ea Spiritu ſancto plantatam vineam, conceptum filium. Et quemadmodum in excolenda vinea mirum in modum tota induſtria infatigabiliſque labor deſudat agricolæ: ſic Virgo beatiſſima in nutriendo, curando, tractandóque officioſiſſimè ac ſanctiſſimè corpore filij ſui, & curam omnem, & vitam ipſam B dulciſſimè collocauit. Nam quòd ſanctiſſimum Chriſti corpus vinea dici queat, haud eſt incongruum; quippe cum ipſemet Dominus de ſeipſo dixerit, *Ego ſum vitis vera*; & infra. *Ego ſum vitis, vos palmites.* Ioan. 15. ad quem locum rectè adnotauit S. Chryſoſt. *Oſtendit hic Dominus ſine operibus neminem in ipſo eſſe poſſe.* Quis enim vnquam ex vitibus, & ea vinea conſuetum ſine magno labore fructum percepit? *Indiget Dominus* (adiungit Chryſ.) *ad virtutis curam, atque vitis circumfoſſione & cultu indiget.* Idipſum dixerat elegantiùs Clem. Alex. hoc modo: *Dicitur Dominus vitis allegoricè, à quo cum diligentia, & agri colendi arte fructus eſt vindemiandus.* Stromat. 1. Fruſtrà quidem C deſidioſus, & negligens virtutum, ac ſalutis æternæ fructum à Chriſto Domino expectet, quem diuina gratia ſine hominis debita cura, & diſpoſitione, boniſque operibus non concedit. Ille vitis, & vinea eſt ea ſe proferens bona omnia, ſed ea noſtro ſtudio, cultúque, & bonorum operum labore non debent, poſſúntque non colligi.

Ioan. 15.
D. Chryſ. Nemo in Chriſto eſt ſine operibus.
D. Chryſ.
Clem. Alex. Chriſtus vinea, & vitis à nobis excolitur & vindemiatur.
Bonorũ operum neceſſitas.

B. Maria ſtuduit redemptioni hominum.

17. Hanc igitur ſuam vineam mater ſanctiſſima non cuſtodire dicitur, vt alienas cuſtodiret: cùm videlicet diuinæ ſe voluntati ſubiiciens filij ſui paſſionem mortémque libens Æterno Patri pro redemptione mundi, ſalutéque animarum obtulit, & quodammodo viſa eſt vitam hominum vitæ filij ſui prætuliſſe: relictáque vineæ ſuæ cuſtodiá vineas cuſtodiſſe alienas. In hoc ſenſu le- D gimus ſcriptum in reuelationibus Sanctæ Brigittæ, Beatiſſimam Virginem Dei matrem de futura quam ſecum cogitando priùs meditabatur, filij ſui paſſione hæc inter alia multa retuliſſe: *Tunc oculi mei replebantur lacrymis, & cor meum quaſi ſcindebatur præ triſtitia. Cùm verò conſiderarem potentiam deitatis eius, conſolabar iterum ſciens quòd ipſe ſic vellet, & ſic expediret: & omnem voluntatem meam conformaui voluntati eius, & ſic ſemper erat lætitia mea mixta cum dolore.* Hæc in reuel. Brigit. Intelligitur etiam Virgo Beatiſſima non ſuam ſed alienas vineas cuſtodiſſe; quia ſcilicet incuſtoditam, & neglectam (quæ ſe tali fauore indignam fecerat) Iudaicam Synagogam iure ipſo ſanguinis ſibi cohærentem, ac velut hæreditariam vineam reli- E quit; illáque relictá præpoſitam ſe dicit, & gaudet à Deo vti adiutricem, aduocatam, matrémque, ac Dominam Eccleſiæ Chriſtianæ, in qua tot vineæ ſunt, quot animæ fidelium, quas Beatiſſima Dei mater cuſtodit a beſtiis tartari, ne diſſipent, & conculcent; excolit ſuis ad Deum precibus, & innumeris ſuæ beneuolentiæ gratiis, vt maturæ tandem virtutis racemos in vita meritorum; & in cœlo lætiſſimum immortalitatis, & gloriæ proferant vinum ſempiternæ.

Reuelat. S. Brigid.
B. Maria lætitia mixta dolori.
B. Maria cura de Chriſtianis.

SECTIO III.

Habeo plurima frater mi. Sint tua tibi.

Mira hominis parci ſententia.

1. DIgnum planè memoriá, laudationéque ſempiterna reſponſũ Eſau; cùm tamen haud ſanctus, Deóque dilectus homo haberetur. Cæterùm hæc tam egregia ſententia cùm viri modeſtiam, & generoſitatẽ, tum bonæ illius, aureæque ætatis felicem in iis rebus moderationem euidenter demonſtrat. Non egeo (inquit) alienis, ſat meis contentus viuo; quin & abundo, plura quàm ſit opus ad vitam poſſideo. O dictum admirabile! o rem incredibilem ſi humana ſpectetur conditio! Quis hodie, ſi non ad vanam oſtentationem, dicat, habeo plurima, cùm adhuc pluribus plura concupiſcat? Nec enim ardor habendi extingui, auri ſacra fames ſaturari, diuitiarum ſitis expleri poteſt. Sola eſt humanarum paſſionum auaritia, quam nec terrarum, cœlíque termini cohibẽt, nec Tagi, Pactolique, & Gangis aurea fluẽta reſtinguunt, nec tota ipſa explet terreſtrium bonorum abundantia. Scilicet, cum mens humana immenſam quandam habeat capacitatem, ac proinde ſolo Deo, qui bonorum omnium infinitus, & inexhauſtus eſt theſaurus, expleri poſſit, nõ mirum eſt, quòd illam reliqua infra Deum bona (ſi bona liceat appellari, quæ Dei non ſunt) replere non poſſint; quin etiam vehementius cupiditatẽ illius tanquam oleum in flammas infuſum irritare ſoleant, quã reſtinguere. Mortalium Reges, & potentiſſimi, & opulentiſſimi habentur: at num proinde Achab Iſraelitarũ Rex Regis theſauris ita ſuam, aut ſedauit aut certè temperauit auaritiam, vt pauperis Naboth non concupierit vineam, violentérque & impiè cæſo domino abſtulerit. Infelix homo, & ſi Rex eſſet à pauperculo ſtipem non neceſſitati, ſed cupiditati explendæ videtur petiiſſe: *Da mihi* (inquiens) *vineã tuam.* 3. Reg. 21. Quod ita eleganter expendit S. Ambr. *Da mihi vineam tuam: quæ alia vox egentis eſt? quæ vox alia ſtipem publicè poſtulantis, niſi da mihi?* &c. lib. de Naboth. c. 2. Quid tandem abiectius? quæ turpior miſeria, quàm quæ tantum Regem in hominem mendiculum abiecerit? Vilis mundi ſubſtantia nihil non reddit vile: nec lutum terræ (id enim pecuniæ, & opes ſunt) affectari, quærique niſi à luteo corde poſſunt.

Anima ſolo Deo expletur.
Cupiditas etiam in regibus inexplebilis.
3 Reg. 21.
D. Ambr.
Nihil abiectius auaritiá.

2. Atque vt videas auari hominis ſtultitiam, Rex iſte cùm peteret, petterétque pauperis vineam, quæ tenuis proculdubio erat, ſuá ipſe Regiam promiſit. *Dabo tibi vineam meam,* &c. Quid hoc eſt, ita miſer inſanis tantulam pauperculi ſubſtantiam concupiſcis tantúmque regalis opulentiæ contemnis plantarium? *Diues quidem* (ait S. Ambr.) *quod ſuũ eſt, quaſi vile faſtidit, quod alienũ eſt, quaſi pretioſiſſimum concupiſcit.* O miſerã æquè, atque malignã diuitis auaritiã! Aliena cupit, quia non ſua: & propria contemnit, quia ſua poſſidet; ſic furto delectatur auarus, vt illo condita etiam quæ vilia ſunt appetat; quæque illo carent quantumuis pretioſa, & delectabilia caueretur. Sic nullum, & appetendi, & poſſidendi modum terminumque auarus patitur, vt etiam pauperis agello carere ſe indignetur. Inde optimo queritur idẽ Ambr. contra diuites. *Iniuriã* inquiens *veſtram putatis, ſi quid pauper habeat quod dignũ poſſeſſione diuitis æſtimetur. Damnum veſtrũ creditis quicquid alienũ eſt.* Solus in terra diues eſſe, ſolus viuere vult auarus: quòd etiam pauper tantulum quid poſſideat, fert

3 Reg. 21.
D. Ambr.
Conditur furto auari cupiditas.
Auaritia nullis cohibetur terminis.
Solus in terra viuere vult auarus.

fert ægerrimè: ſibique detractum,& ablatum putat,quicquid aliorum eſt. At (o nos miſeros) inhiamus terræ ſordibus, (quid enim aliud bona ſunt mundi?) maximiſque, & pulcherrimis cœli bonis, nec mentem, nec oculos intendimus? An non audimus Deum ipſum ſeuerè interrogãtem:

Homo ad terram inhians cœlũ non curat.
Matth.16.
D.Auguſt.

Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Matt.16. Quo ex loco egregie ſubintulit D. Aug. *Pereat mundi lucrum, ne fiat animæ damnum.* in Pſal.103. Coniuncta ſimul eſt cum immoderata, & iniuſta poſſeſſione terreſtrium bonorum ea, quæ ſolùm deploranda eſt amiſſio cœleſtium. Scitum, certúmque

D.Chryſ.
Auaritia cœlum odit.

habetur quod S. Chryſoſt. ſcripſit. *Auaritia* (inquiens) *animum corrumpit, gehennam amat, odio habet regnum cœlorum.* homil.23. in 1.Corinth. Proh ſupremam hominis immortali animo præditi, natique cœlo infelicitatem? lucrando miſer pecuniam, perdit animam? *Nullo ſiquidem pacto* (adiun-

Anima dãnum irreparabile.

git S.Chryſ.) *ſimul ſtare poteſt, & argenti, & animæ amor.* ibid. At pecuniæ poſſeſſio breuis quidem eſt, ſolis vitæ (quâ nihil fugaciùs) circunſcripta limitibus: animæ verò damnum irreparabile, ac

D.Chryſ.
Cupiditas homini inimica.

ſempiternũ eſt. *Profectò* (vti admonet idẽ Chryſ.) *habendi ardorem extinguet qui ſecum diligenter expendat, quo pacto cupiditas hominem odio habet, & relinquit, quo pacto contra illum acuit enſem, quot barathra effodit, quot ſtruit laqueos, quot parat præcipitia.* Vno verbo damna omnia cupiditatis complexus eſt

1.Tim.6.

Apoſtolus, cùm *radicem illam omnium malorum* appellauit, habendique deſideria fluctuanti pelago, quo mortalium pleríque demerguntur, & abſorbentur, comparauit. 1.Tim.6.

3. Habeo plurima (inquit Eſau) nec amplius appeto, atque iccireò diuitem me iudico, quia meis contentus, plura non concupiſco: nec enim

Verè diues qui ſat contentus.
D.Chryſ.

tam facultate, quam cupiditate cuiuſque animus, ſtatúſque cenſetur, vt idem Chryſ. apponit his verbis. *Non menſurâ facultatum, ſed animi affectu, diues & pauper diiudicatur.* ibidẽ. Diues ergo erat Eſau, qui affectu plurima poſſidens, non aliud vltrà deſiderabat: pauper, & miſer eſt, qui etiam plurium poſſeſſor adhuc ſuam non explet cupiditatem, quocirca egregiè colligit idem Chryſ. *Nihil tam pauperem facit, ſiue in diuitiis ſis, ſiue in*

Pauperẽ facit auaritia.

paupertate, atque auaritia. Sic ille. Hinc illa auarorum erga pauperes inclementia, & crudelitas. Putant miſeri totam breui ſuæ domus, ac familiæ perituram ſubſtantiam, ſi vel panis fruſtulum, aut

Contra eleemoſynã inclamat auarus.

teruncium præbeant mendicanti. Quid (vociferatur contra vxorem aut famulum auarus) ita meam ſubſtantiam prodigis, ſic exhauris arcam, euacuas crumenam, labefactas domum? Quid ergo reſtat niſi vt infelix meo patrimonio ſpoliatus in extremam redigar mendicitatem? Hæc auarus ob vnam pauperi offam iniectam. De huiuſmodi non dicam hominibus, ſed belluis, ſed monſtris vates cecinit. *Adipem ſuum concluſerunt.* Pſal. 16.

Pſal.16.

adipem ſuum, ſubſtantiam ſuam, pecuniam, opes, quibus aluntur, imò & quarum affluentia, & veluti aruinâ ſaginati intumuerunt; ita verò ſibi

Auari pinguedo, & feritas.

ipſis huiuſmodi ſeruatã habent pinguitudinẽ, vt ex illa in humanis concluſa præcordiis, ne tantulam quidem mendiculi, & vlceroſi ſtillari patiantur. *Naturalem quidem* (exponit Theodor.)

Theodor.

miſericordiam clauſerunt, cùm nullum locum benignis cogitationibus reliquerint. Clauſit auaro cupiditas, & crudelitas ſimul viſcera, ne pauperis commi-

Summa hominis infelicitas ex auaritia.

ſeratione tangatur: manus conſtrinxit, ne ſtipem porrigat: aures occluſit, ne mendicantium percipiat eiulatus: ſtupidum reddit hominem ne

Ben.Fernand.in Geneſ.tom.3.

A Chriſti conſiliis, prædicatorúmque monitis ad erogandam eleemoſynam moueatur.

4. Cæterùm (quæ rerum humanarum eſt inconſtantia) non perdiu hic adeps ita clauſus durabit, cùm vel huius vitæ, vel alterius ſupplicio tanquam igne ſit abſumẽdus, vt ipſemet Propheta conteſtatur: *Inimici Domini mox vt honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodum fumus deficient.* Pſal. 36. Habetur in fonte Hebr. *Inimici*

Pſal.36.

Domini velut adeps agnorum in fumo defecerunt. En diuitum, & auarorum, qui quòd pecuniæ tenaces, & inhumani erga pauperes, maximè aduerſantur Deo, cuius gloria eſt ipſa miſericordia, & beneficentia, qualis ſit adeps, & pinguitudo ex bonis ſcilicet terreſtribus, quæ peruerſo licet iudicio

B mortalium iam pridem in ſæculo gradum honoris, & faſtigium dignitatis obtinuerunt! honorati enim, & exaltati habentur, qui ſunt diuites;

Terra bona magni æſtimantur.

ipſa verò paupertas magna cenſetur ignobilitas, turpiſque infamia; iacet in cœno pauper, eminet in faſtigio diues: nec iam nobilitas ſanguine, ſed adipe; non claritudine auorum; ſed magnitudi-

Nobilis qui nunc diues.

ne opum, & multitudine numorum continetur. Sed vide quàm ſit volatile bonum diuitiarum: velut adeps agnorum in fumo defecerunt. Enim-

Pſal.36.

verò adeps igni impoſitus flammâ ſubitò abſumitur; ſimilitérque filij huius ſeculi abundantes diuitiis, feliciique rerum caducarum ſucceſſu velut ſaginati ad cædem quaſi agni deſtinantur; vti

Ierem.12.
Mors auari feſtus dies.

Ierem. aiebat: *Congrega eos quaſi gregem ad victi-*

C *mam, & ſanctifica eos in die occiſionis.* cap.12. Dies quidem feſtus, & lætus eſt, quo moritur diues. In morte diuitis lætitia multorum eſt. Mors diuitis obtruncatio porcelli, quæ toti familiæ voluptatem, & epulum parit. Vnius videlicet diuitis ſubſtãtia multos lætificat, & locupletat hæredes. Verùm vbi habet Vulgata: *Quemadmodum fumus deficient;* vertunt alij, *ſicut pretioſum camporũ,* &c. Quid quæſo gratius, quid amœnius, quam verno tempore picturatus floribus ager? At ô ſi duraſſet! breuius nihil, & fugacius. Ingruit æſtas, vruntur ſolibus agri, ardent flores, atque in paleas rediguntur: tota perit cum pratis gratia veris: *Lugebit terra, & herba omnis regionis ſiccabitur propter malitiam habitantium in ea.* loco citato adiungit

Ierem 12.
Auari bona citò pereũt.

D Ierem. nec alienũ à noſtro ſenſo. Hic veſtras opes ô diuites, manet exitus. Communes quidem in morte ſunt rerum humanarum cineres. Sed plerumque in vita etiam exuruntur flores, adeps cõſumitur: congeſtæ multis annis diuitiæ amittuntur; totáque diuitis gloria euaneſcit; cum ſcilicet *malè parta malè dilabuntur*, raptis non diu raptor potitur. Quamobrem Sapiens dixit; *Alij*

Prou.12.

diuidunt propria, & ditiores ſunt: alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. Prouerb.11.

5. Et quidem de iis, qui largiendo ſua pauperibus, iccircò fiunt opulentiores, vt certum habetur ex diuinis promiſſionibus, ita conteſtatum eſt quotidianâ experientiâ. *Multiplicat, ſcilicet*

Ditior fit, qui eleemoſynam diuidit.
Lyran.

E (animaduertit Lyra) *Deus illorum bona, vt continuare valeant opera pietatis.* In gratiam, ſcilicet, pauperum Dominus piorum hominum, & conſeruat, & auget patrimonia: Cæterùm auari pauperum ſuffragio, & Dei gratiâ deſtituti, magnam ſæpiùs bonorum faciunt iacturam. Sunt illa qui-

Auaro ſæpe iactura ingenis.

dem inutilia, cùm de illis nulla Deo in ſuis pauperibus fideliter, ſanctéque diuiſa portio accedit.

Inutilia bona, de quibus non fit eleemoſyna.
Prou.11.

Luculentiùs adhuc apponit Sapiens: *Anima quæ benedicit impinguabitur: & qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur. Qui abſcondit frumenta maledicetur in populis.* Prouerb.11. Quòd ſi abſcondens ſua ma-

ledictionem incurrit, quid illis fiet, qui rapiunt aliena? Malè accepit Giezi etſi furto non rapuit, Syri hominis munera. *Sed & lepra Naaman* (induxit Propheta) *adhærebit tibi, & ſemini tuo vſque in ſempiternum.* 4.Reg.5. Et planè ſic habuit: cùm lepra ſimul malè parta pecunia poſſidetur, & ab iniuſto raptore damnatæ, leproſæque ad hæredes transfunduntur opes. Quin etiam (vti S.Ambr. expendit) *cùm turpem ſequitur lepra mercedem, & pecunia, corpus animúmque malè quæſita commaculat.* in 4. Luc. Timendúmque valde illud eſt. *Lepra adhærebit in ſempiternum.* Quo quidem ſignificatur in hac vita, & in altera ſupplicium aliena iniuſtè poſſidentibus irrogandum; quod S.Ambr. optimè colligit: *Ergò omnes cupidi malè quæſita mercede non tam patrimonium facultatum, quàm theſaurum criminum congregarunt æterno ſupplicio, & breui fructu.* Quid quòd ipſamet habendi cupiditas ſupplicio eſt, animúmque hominis diſcruciat? Rex erat (vti præmiſimus) Achab, & nihilominùs ita ægrè tulit, doluítque vehementer negati ſibi vnam, quam petierat, vineam pauperis Naboth. *Venit ergò* (ſcribitur) *Achab in domum ſuam indignans, & frendens, & proiiciens ſe in lectulum ſuum, auertit faciem ſuam ad parietem, & non comedit panem* 3. Reg. 21. Quid quæſo non dicam in Rege, ſed vel etiam in plebeio ignobilius, & miſerius poſſet inueniri? Verùm quòd mœrore confectus in lectum defixo in parietem obtutu, quorumcumque deuitans conſpectum ſe abiecerit Achab; *prauum* (vti animaduertit S.Ambroſ.) *diuitum ſignificatur ingenium.* Sic enim effatur: *Lugent diuites, ſi non potuerint aliena diripere. Dormire deſiderant, velant faciem, ne quidquam in orbe terrarum alienum videant; ne quidquam in hoc mundo non eſſe ſuum nouerint; ne audiant vicinum iuxta ſe aliquid poſſidere; ne audiant pauperem contradicentem.* Hæc ille cap.4.lib.de Naboth.

4 Reg. 5.
Leproſa, quæ furto rapta.
D. Ambr.

D.Ambr.
Furtū theſaurus criminum.

3.Reg 21.

D.Ambr.
Nihil non ſuum eſſe appetit auarus.

6. Elegans ſanè immoderatæ cupiditatis deſcriptio. Totum ſcilicet orbem affectu, auiditatéque deuorans indignatur, dolétque diues, ſi quid in orbe deeſſe ſibi videt; auertit vultū claudítque oculos, ne quid, quod ſuū non ſit, videat; obturat aures, ne fortè audiat aliquem ſuis latifundiis vicinum eſſe agellum; inueniríque hominem, qui volenti, ac petenti Regi quicquam auſit denegare, cupiditatíque diuitis contraire. O vane! ô ſtulte, qui toti mundo inhians arbitraris illo tandem obtento tuam ſic poſſe cupiditatem expleri? Hoc certum noueris, ſemper auarus eget; & quò plus adſunt, plus ſitiuntur opes: his non minuitur, ſed augeſcit aquis humanæ cupiditatis hydrops. Non huiuſmodi fomento, oleóque reſtinguitur, ſed vehementiùs accenditur auaritiæ flamma. Quare nuſquam habendi ardor grauiùs igneſcit, quam in mundi principibus; qui ne vnū telluris palmum amittant, aut illum, vt acquirāt; armis, bellíſque orbem commouent vniuerſum. Hinc illud certum habetur quod S. Chryſ. ſcripſit: *Nihil adeo bellorum cauſa eſt, vt auaritia.* homil. 23. in 1. Corint. Certant miſeri pro luto, qui nec cœlum, nec Deum curant. Habeo plurima frater mi. Sint tua tibi. Non quidē Eſau, ſed viro Chriſtiano, quin & Apoſtolico digna ſententia; vt iā nunc pudeat eſſe hominem, qui pro vinea, pro oliueto, pro domo, agro, arbore, autove naturæ ſacroſancta proculcans iura fraternam ſoluat concordiam, & frater cum fratre litiget, ac velut hoſtis cum hoſte, rixis, odiiſque deprælietur. Tanta verò concordia, tantaque veræ caritatis vnitas inter fratres eſſe debet, vt vnum cor, vnáque anima

Auarus toti orbi inhiat.

Inexplebilis regum auaritia.

D.Chryſ.

Armat fratres mutuò auaritia.

Caritatis vnitas in fratribus.

A in pluribus corporibus ineſſe videatur. Graue igitur piaculum admittet, qui vel litigando, vel rixando impiam audebit diuiſionem inducere. Diuidendæ inter fratres hæreditatis paternæ arbitrum, & iudicem Chriſtum Dominum voluit, & petiit alter illorum. At Dominus ſeuerè admodum increpitans hominem dixit: *Homo quis me conſtituit iudicem, aut diuiſorem ſuper vos?* Luc.12. Stultus homo diuiſionem petebat fieri a Chriſto Domino, qui legem amoris, & vnitatis in terra promulgabat.

Chriſtus venit, non diuidit fratres.
Luc.12.

7. Significauit quoque Dominus, cùm media interſit cupiditas, difficili negotio poſſe diuidi etiam inter fratres hæreditatem. Nam in iudicio poſt longam concertationem, & aliquando (vt B fit) exhauſtis lite patrimoniis pronunciata ſententia (velint illi nolint) diuidetur hæreditas; ſed pacatè, ſed ſanctè, ſed ſtāte vinculo fraternæ vnitatis, non ſolet his noſtris ſæculis. Noluit ergò Dominus diuiſorem iudicem ſe præbere. *Cùm* (ait S.Ambroſ.) *inter fratres non iudex medius, ſed pietas debeat ſequeſtra diuidere.* in Luc. 12. Quo quidem admonentur fratres, ſi quando vllam habuerint de hæreditate controuerſiam, illam nō ad forum, & iudicium deferāt, ſed veluti arbitro iure, amoréque fraterno dirimant, & cōponant. Indignum eſt enim, valdéque impium litibus, & quæ inde naſcuntur iurgiis, odiiſque fratres hoſtiliter deſæuire. Diues, ac præpotens Eſau, quem videlicet quadringenti, aut ſerui, aut milites conducti, aut C etiam amici comitabantur, & conſtipabant, peregrinum, & à Meſopotamiá fugientem perhumaniter accipit, offerentique munera libens relinquit, eo quòd nimirum frater ſit. At fideles cùm non modò fratres, ſed vnum quid in Chriſto eſſe debeāt, poſthabito iure omni fraternitatis Chriſtianæ, nobilis vt quiſque, potens, ac diues eſt, miſellos vexat, & ſpoliat pauperes. O ſcelus, ô facinus indignū? *Infelciſſimi pauperes* (ait S.Saluian.) *ſic ſunt quaſi inter concertantes procellas in medio mari poſiti, nunc iſtorum, nunc illorum diuitum fluctibus obruuntur.* lib.5. de iudic.& prouid. Sunt quidem potentes, ac diuites in hoc ſæculo velut in mari fluctus in altum ſublati, quorum iniuſtitiæ, ac violentiæ, vti procellæ humilem, ac tardam pauD perculæ plebis ratem concutiunt, concuſſámque ſubmergunt. Miſeram iſtam pauperum conditionem, potentiorúmque tyrannidē vno verbo egregiè complectitur Regius vates cùm ait. *Qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis.* Pſal.13. *Deuorant plebem meā vt cibum panis.* Pſ.52. *Poſuiſti nos tanquā oues eſcarum.* Pſ.43. *Dediſti eum eſcam populis.* Pſ.73.

D Ambr.
Inter fratres non iudex, ſed pietas.

Indignū eſt litigium inter fratres.

S. Saluian.
Pauperes à diuitibus obruti.

Deuorantur à diuitibus pauperes.

Pſal.13. 52. 43 & 73.

8. Igitur *deuorandi* verbo innuitur optimè rapacitas potentiorum, quibus pauperum ſubſtantia pro cibo eſt. Vt enim quotidie veſcimur cibo, facilè, libentérque, ac ſolum proprium quærentes commodum ſine vlla (vt ita dicam) miſericordiā, & reſpectu cibum pro libito tractamus, diſcerpimus, commouimus, ac deglutimus: ita planè cum pauperibus ſeſe habent ditiores: E Horum illi ſunt cibus, quod ſæuitiam, voluptatem, facilitatem aſſiduitatem, vtilitatem potentiorum in vexandis, & ſpoliandis pauperculis demonſtrat: Maximè verò apponitur in cibo panis, cuius eſt quotidianus vſus, & qui totus ita abſumitur, vt cùm ex aliis cibis plerumque oſſa, ſpinæ, nuclei, putamina, parteſque huiuſmodi relinquantur, ex pane tamē abſumpto nihil reſiduum ſuperſit. Quo quidem ſumma helluonum ſignificatur auiditas, auaritia, voracitas, rapacitas; ſumma etiam puſillorū miſeria, qui toti ſcilicet, cum

Diuites pauperum helluones.

tyran

A tyrannidi potentium reſiſtere nequeant: quanti, quanti ſunt cum ſubſtantia, cum familia, cum propriis ſudoribus corporis, & laboribus vitæ à magnatibus deuorantur. Simili phraſi apud Iobum abominabilis, & inutilis *homo dicitur bibere, quaſi aquam, iniquitatem.* cap. 15. Nimirum abſque impedimento, ſumma facilitate, vehementi auiditate pariter & voluptate iniquitatem admittunt potentiores, ac, ſi preſſe, proptiéque accipias, iniuſtitiam in rapinis, violentiis, latrociniiſque exercent. De iis dicitur: *Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.* Prouerb. 4. Quotidianam ſcilicet, ſemper appoſitam nutrimenti, ſimulátque oblectamento menſam habent in plebeis magni, & principes viri. Idcircò appellebat Homerus *δημοβόρον βασιλῆα*, populi voratorem Regem. Nutriuntur etiam hoc cibo, & increſcunt per honorum gradus ad faſtigium euecti non pauci in Repub. Videmus enim hodie ac deploramus, quod ſuo tempore, quo iam inferias Romano Imperio mundus ferebat, S. Saluian. deplorauit: *Poteſtates nimirum, dignitatéſque velut in nundinis proponi venales, quarum deinde pretium emptores ſoluunt ex ſubſtantiolis pauperum direptis. Reddunt* (inquit) *miſeri dignitatum pretia, quas non emunt; commercia neſciunt, & ſolutionem ſciunt. Vt pauci illuſtrentur, mundus euertitur. Vnius honor, orbis excidium eſt. Sciunt hoc Hiſpania quibus ſolum nomen relictum eſt: ſciunt Africa, qua fuerunt: ſciunt Gallia deuaſtata.* de iudic. & prouideot. lib. 4.

Iob 15. Potentiorũ menſa pauperes.
Prou. 4.
Rex populi vorator. Homer.
D. Salu.
Dãnis pauperum accreſcunt potentes.

C 9. Profectò ſic mecum habeo perſuaſum, inter flagitia, quæ homines mali potius, quàm infirmi, patramus, nullum patere latiùs, nullum adhærere tenaciùs, eradicaríque ex animis difficiliùs, quàm furtum, ac rapinam. Enimverò in rebus publicis, in aulis Principum, in vrbibus, in plateis, in foro, in nundinis quid aliud magis, quàm doli & iniuſtitiæ, quibus contra aliena bona cupiditas habet indictum bellum, potentius dominatur? Vnum curant filij huius ſæculi, non quòd iuſtè, ſed quòd tandem ſint diuites, ac negotiantium quidem, (quæ in regnis florentibus numeroſior ſolet eſſe multitudo) ferè omnes quò aliò intendunt animos, niſi ad lucrum quacunque ratione, attéve acquiratur. Rectè in D hanc ſententiam illud rogando ſcripſit S. Saluian. *Quid aliud eſt vita negotiatorum omnium, quam meditatio doli, & tritura mendacij?* lib. 4. de iud. & prouid. At quotus etiam quiſque eſt, qui aliena reſtituat? Indicit confeſſarius raptori, vt ablatum reddat, & malæ fidei poſſeſſorem adigit etiam minaci abſolutionis repulſa, vti quamprimùm ſe abdicet alienis, & fortaſſe in ſacroſancto Quadrageſimæ tempore, quod expiandis ſacramento flagitiis & renouandis in Chriſtianà vità moribus deſtinatum eſt, nihil frequentiùs aperitur, nihil ſeueriùs increpatur, nihil corrigendum, & indicitur à Sacerdote vigilantiùs & a pœnitente ſanctiùs promittitur. Veruntamen tranſactâ E Quadrageſimâ, quin & peractâ confeſſione, quàm pauci obſecro, imò, & quàm ferè nullus à ſe ablegat alienum fundum, ſupellectilem, pecuniam! ô ſcelus! ô pudor? Et quem Deus odio habuit, Eſau hirſutus, & agreſtis, tam animo, quàm corpore, tamen adeò generoſam, & Chriſtianam protulit ſententiam: *Habeo plurima frater mi, ſint tua tibi?* Quis hodie habens plurima non vltra concupiſcit aliena, non ſi ea rapuit libentet poſſidet, ac tenaciter cuſtodit? Quis vt plura etiam acquirat, quicquid nouit, ac poteſt intentatum relinquit?

Nullũ ſcelus furto communius.
Negotiantium finis rapina.
D. Salu.
Rara diffi- cilimè reſtituuntur.

A 10. Habendi cupiditas eſt, quæ mortalium mentes incendit, acuit ingenia, nouas quotidie artes inuenit. Pecunia eſt, quæ ſic hodie inter homines dominatur, vt nihil eos pudeat aggredi, nihil moliri, quod ad comparandam pecuniam conferre videatur. Idcircò ruunt omnia in peius quotidie, deſæuiente vehementiùs tyrannide pecuniæ, quæ iura omnia diuina & humana proculcare nihili penſitat. Quare quod S. Petrus Damian. ſuo ſæculo deplorauit, longè acerbiùs noſtro lugendum erit; ſic enim ſcribit. *A iudicibus iuſtitia venditur: a legis peritis veritas tenebroſa cauillatoria argumentationis colore fuſcatur. Venales ſunt leges, & pecunia iuſtificat delinquentes, aurum ipſis ſinatoribus præſidens in tribunalibus iudicat.* B Hinc eſt, quod ille omne felix habetur, qui diues eſt. Habet, quo ſe tueatur, innoxium reddat, imò & faciat innocentem, quantumuis ſit flagitioſus. Deprehendatur ille in delictis vndique conſtrictus propriis, mundóque notis ſceleribus teneatur: at felix (ita hominem appellant) vt facilè ſe expediat, ipſomet legum ſuffragio defenditur; emit auro quotquot leges, nouóſque legum explicatus volet, ipſomet in iudiciis præſide, auro videlicet cauſam iudicante, coëmptis auro legibus viuit ſecutus, impunéque delinquit, quiſquis etiam flagitioſus rem ſuam pecuniæ committit. At è contrario (dices) videmus in tribunalibus poſt longam, & ſeriam legum, cauſæque ipſius diſceptationem a grauibus ætate, ſeueritáque iu- C dicibus proferri ſententiam. Bene id quidem; Cæterùm Cardinalis ſapientiſſimus adiungit, *nihilominus aurum latet in ſecreto, & ſententiam depromit in publico.* Apolog. cap. 29. Peior quidem noſtra ætas, in qua non latet in ſecreto aurum, ſed citra vllum pudorem, ac timorem in publico contra omnem pugnat æquitatem. Sed ô vana, ſtultáque auri cupiditas! Ita ne verò vt æternitati natus homo totam laboribus, & periculis exercitam in comparanda, coaceruandaque pecunia, qua nihil inconſtantius, & fugacius, vitam conſumat? *Quid enim* (rogat Auguſt.) *tam incertum, quàm res volubilis? Nec immeritò ipſa pecunia rotunda ſignatur, quia non ſtat.* in Pſalm. 83. Fruſtra igitur quietem ſe ſperat habere auarus in pecu- D nia, quæ tam volubilis eſt.

Noſtra ætate deſæuit auaritia tyrannis.
D. Petr. Da.
Pecunia in iudiciis dominatur.
S. P. Damian. Inuerecunda, & impunita vis pecunia.
D. Auguſt. Pecunia volubilis.

11. Rectè in eandem ſententiam ita ſcribit S. Ambroſ. *Pecunia nunquam quieſcit, fluctus eſt quidam maris non fructus: labitur, & continuò relabitur, cum murmure venit, cum gemitu reuertitur.* lib. Tob. cap. 5. quî ergò quietem animis præſtare poterit, quæ tam inquieta, & inconſtans eſt? quis in maris fluxo, & refluxu, aut verò etiam in ipſiſmet efferueſcentis pelagi fluctibus putat ſe poſſe ſtabilem ſedem ac permanſuram figere? Quis deinde præterlabentes fluminis vndas manu ipſa detinere conabitur? *Diuitiæ ſi affluant nolite cor apponere.* Pſal. 61. ſine quæſo, quiſquis es, ô auare defluere aquas, abluant vt oram, relabantur in mare; ſine videlicet, vti pecunia ſuum teneat cur- E ſum, nec intra anguſtias crumenæ, vallóſque arcæ, nec ſub terram infoſſa latebris conſtringatur: ſed effluat potiùs, lauétque, ac purificet pauperum miſerias, & ſuá fœcunditate ſterilitatem inopum oblimet: Denique inſtar fluminis in mare ſe exonerantis, nouis quotidie aucta crementis in ipſum mortis tuæ pelagus, quo humana cuncta ſorbentur, tuæ beneficentiæ meritis, diuinæque gratiæ donis locupletata tuos in vſus in ſempiternum abſorbeatur. Rident nihilominùs hanc ſententiam diuites huius ſæculi, quorũ

D. Ambr.
Mira inconſtantia pecunia.
Pſal. 61.
Sanctos in vſus diſpenſetur pecunia.

Auari Deus aurum.

A Deus aurum eſt, huic ſcilicet, animas, & corpora, curas, affectus, & ſtudia inſano quodam, & nefando ritu immolarunt. At velint nolint, malè quidem ædificant æternitati, quam demum ſubintrantes non præſidium, ſed nocumentum inuenient in diuitiis. Pulchrè ſiquidem ad illa verba: *Si quis ſuperædificat ſuper fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretioſos*, &c. 1. Corint. 3. monet S. Ambroſ. *Hinc relinquite ligna veſtra diuites, vt onus veſtrum futuro incendio incrementum non addat.* Hæc ille epiſtol. 72. Sunt enim hominibus diuitiæ onus grauiſſimum, ne tam liberè, tamque expeditè ad propoſitum gloriæ brauium currant, arduúmque cœli verticem conſcendant. Quin etiam diuites ex hac ſententia D. Ambroſ. B baiuli videntur terrenarum opum portantque miſeri lignorum ſtrues, quibus gehennalis ignis conceptus animas iniuſtorum, & impiorum diuitum in omnem comburet æternitatem.

1 Cor. 3.
D. Ambr.
Diuitiæ ad incendium gehennæ.
Graue onus diuitiæ.

Pij in Eccleſia diuites.

12. Non de omnibus ita cenſeo diuitibus. Sunt enim in Chriſti Eccleſia, qui egregiè, ſanctéque ſciunt erogatâ in pauperes pecunia cœleſte regnum emercari. At pauci quidem ſunt iſti; cùm veritas ipſa dicat: *Facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare in regnum cœlorum*, Matth. 19. Horribilis quidem ſententia: *Hoc enim dicto* (animaduertit S. Hieron.) *oſtenditur non difficile eſſe, ſed impoſſibile. Si enim quomodo camelus non poteſt intrare per foramen acus, ſic diues non poteſt intrare in regna cœlorum, nullus diuitum ſaluus erit.* C Igitur eſt impoſſibile diuitem ſaluum fieri, ſi naturæ reſpicias vires, & forte ſpectatis ex parte pecuniæ, ſeu potiùs cupiditatis humanæ, impedimentis, ac diuinæ gratiæ ordinariam menſuram ſpectes. Nam vt diues quis iuſtè viuat, & ſalutem conſequatur, abundantiore Dei gratiâ opus habet, vt propterea diuitem ſaluum fieri quodammodo miraculum eſſe videatur. Quo in ſenſu adiungit optimè S. Hieronym. *Interrogantibus autem diſcipulis, & mirantibus auſteritatem dicti, quis ergo ſaluus fiet? Clementiâ ſua Dominus ſeueritatem ſententia temperauit, dicens: quæ apud homines impoſſibilia, apud Deum poſſibilia ſunt.* Nemo igitur iudicare, dicereque miraculum, quòd diues ſaluus fiat, vereatur: cùm dicat Dominus D apud homines hoc ipſum eſſe impoſſibile, ſolúmque à Deo fieri poſſibile: & cùm id non frequens, ſed rarum ſit, à ratione miraculi non cenſebitur alienum. Hinc etiam inferes quantæ ſit laudis, quantæque pariter felicitatis perdomitâ terreſtrium bonorum cupiditate religioſum hominem, iis quæ in ſæculo poſſederat, abdicatis, omni ſubinde per votum paupertatis iure, ſpeique habendi ſe ad mortem, vſque libentiſſimo animo priuare. Quod quidem in lege gratiæ fundamentum eſt Euangelicæ perfectionis. Non fuerat priſcis ætatibus notum id, receptúmque mortalibus. Enim verò (vti ſcribit Cornel. Tacit. de Romano quodam ſenatore) *Paupertatem præcipuum malorum credebat vniuerſum hominum genus.*

Matth. 19.
D. Hier.
Quaſi miraculum eſt diuitem ſaluum fieri.
D. Hier.
Magna laus religioſi ex paupertate.
Corn. Tac.
Paupertas præcipuum malorum.

E 13. At cùm Deus ipſe homo factus paupertatem ipſam ſuo ortu, vitâ, mortéque conſecrauit, illam vtique hominibus amabilem reddit, & expetendam. Quod verò eâdem perfectionis Euangelicæ fundamentum, & poſuerit, & commendarit, expreſſis verbis demonſtrauit inquiens; *Qui non renuntiat omnibus, quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus* Luc. 14. At diſcipulus Domini, qui Dominum præeuntem ſequitur, qui ab illo edoctus, non præcepta modò legis obſeruat, ſed etiam monita, & conſilia perfectionis exe-

Paupertas Euangelica.
Luc. 14.

A quitur, is verè perfectus habetur. Paupertatem Dominus in ſeipſo amauit, & expetiuit, paupertatem ſuis amicis præcipuè commendauit. Paupertatem ſuæ in terris viæ initium, viæque fundamentum conſtituit, cùm ex paupere, licet regia familiâ carnem ſumere voluit, & cùm, in quo naſceretur locum elegit, quo nullus in terra pauperior, viliorque eſſet, ſtabulum videlicet pecudum, idque alienum, & in hyeme perfrigida, & in nocturna cœli inclementia. Pauperes deinde diſcipulos elegit, paupertatem diſcipulis commendans beatitudinum primam eſſe prædicauit, *Beati pauperes, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Matth. 5. Neque verò perfectionis modò funda-mentum, ſed etiam ad ſalutem animæ, non leue B quoddam, ſed valde opportunum remedium paupertas cenſeri debet. Profectò (vt videre eſt) in illa cœna patris familias, per quam cœli beatitudo ipſa ſignificatur; cum negotiis ſeculi, & poſſeſſionibus homines ſe præpeditos a conuiuio excuſaſſent, iratus Dominus ſeruo imperauit. *Exi in vias, & ſepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.* Luc. 14. Vtique illis in locis pauperes, & mendiculi ſolent reperiri, aut quia tecto carentes ad apricum ſolem conſident, ſubluneque pernoctant; aut à prætereuntibus expectant, petúntque ſtipem. Quare ad cœnam Domini, ad regnum cœlorum, ad æternam beatitudinem recuſantibus venire diuitibus, miſelli, ac mendici à Deo vocati, & inducti ſunt.

Quàm Chriſtus paupertatem æſtimarit.
Matth. 5.
Paupertas animæ ad ſalutem opportuna.
Luc. 14.
Cœlum non curantes diuites.

C 14. Quapropter egregiè ad eundem locum ita ſubnotauit S. Ambroſ. *Mitte ad vias, & circa ſepes, quòd hi ſcilicet apti ſint regno cœlorum, qui nullis præſentium cupiditatibus occupati ad futura feſtinent, in quodam bonæ voluntatis tramite conſtituti: & qui modo ſepis, quæ ab incultis culta ſecernat, & incurſus arceat beſtiarum, nouerint bona malaque diſtinguere; & aduerſus tentamina nequitiæ ſpiritalis fidei munimen obtendere.* Inueniuntur à Deo pauperculi in viis, videlicet, non habentes in terra, vbi quieſcant; ſed inde futuram patriæ cœleſtis requiem inquirunt expediti ab omnibus, quæ viatoribus iter, & curſum impediunt. Idcircò ad prima incunabula Chriſtianæ Eccleſiæ Domini diſcipuli, primíque fideles vocabantur *viæ viri*. D Actor. 9. Ad ſepes aſſident mendiculi, & inter mediis ſepibus à mundo, & à mundi tam diuitiis, quàm vitiis defenduntur. Enimverò paupertas, ſi ſanctè perferatur, caminus eſt, quo vitia hominis abſumuntur, ipſaque anima depuratur. Quod ſi vlteriùs voluntaria eſt, & in Chriſti Domini obſequium ſuſcepta, vtique omnibus mundi theſauris pretioſior, & honoribus glorioſior eſt. Hinc illud egregiè dictum à S. Ambroſ. *Bona paupertas, quaſi theſaurum non habet pecuniæ, habet tamen theſauros ſapientiæ, & ſcientiæ. Nolite filij quaſi vilem deſpicere paupertatem. Pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum.* Pſal. 33. *Nolite quaſi magnus inuidere diuitiis; Diuites eguerunt, & eſurierunt.* Pſal 33. Apolog. cap. 11. Vide quanti E pauperem Deus faciat: clamat ille, & exauditur; gerit ſcilicet ſecum paupertatem, cuius in gratiam Deus maieſtatis inclinat. Quid quod in ſupradicta Domini parabola ſerui, hoc eſt, Angeli per vias, ſepéſque diſcutientes, quoſcunque inuenerunt egenos ac mendicos in cœnaculū conuiuij, videlicet in cœli regiam introduxerunt? Vt nimirum oſtendatur notam, & charactere prædeſtinationis æternæ videri in hac vita paupertatē æquo animo toleratā; maximè verò ſpontaneam, quæ primum eſt religioſæ vitæ fundamentum.

D. Ambr.
Pauperes in cœlo apti.
Actor. 9.
Paupertate anima depuratur.
D. Ambroſ.
Paupertatis voluntariæ encomium.
Pſal. 33.
Paupertas nota prædeſtinationis.

15. Huius

15. Huiuſmodi paupertatem reſpiciens Propheta cecinit: *Factus eſt Dominus refugium pauperi.* Pſal. 9. *Et patientia pauperum non peribit in finem. Et oculi eius in pauperem reſpiciunt. Et tibi derelictus eſt pauper*, ibidem. Quid ni tanta in cœlis gratia pauperes maneat, quando ipſemet cœlorum Rex tam admirabilem in terris ſuſtinuerit paupertatem, vt de ſeipſo dixerit; *Vnicus & pauper ſum ego.* Pſal. 24. *Mendicus ſum & pauper.* Pſal. 29. *Ego ſum pauper, & dolens.* Pſal. 68. Et ſimilia paſſim repetit. Ergo Rex pauper opibus terræ, ſed diuinitatis abundans theſauris pauperes huiuſmodi ſuos, grato animo, lætóque vultu à terra in cœlum aſcendentes excipit, ſuauiſſimiſque amplexibus fouens in ſempiternam ſuæ gloriæ requiem introducit. Quin etiam eidem occurrit cœli Regina, maternoque ſinu ſuſcipit venientes. *Hæc enim* (vti eam vocat S. Leo) *Virgo ſalutifera* ſerm. 1. de paſſ. ſuam mater gratiæ, ac miſericordiæ benignitatem cùm erga vniuerſum genus mortalium, tum vel maxime erga pauperes, præſertim voluntate pauperes, quales religioſi ſunt, oſtendit: quippe cùm in terris paupertatem mirificè coluerit, vt & præſepe, & duo pulli columbarum, & caſula Nazareth, & faber ſponſus, aliáque multa conteſtantur. An non plenæ ſunt hiſtoriæ iis exemplis præcipui amoris, ac fauoris, quem Beatiſſima Virgo Dei mater ſub mortem iam laborantibus ſuis ſeruis huiuſmodi pauperculis præſtare viſa eſt? Sæpenumerò religioſos homines Domina mundi ægrotantes inuiſit, moribundis aſtitit communis omnium religioſorum patrona, matérque, & trepidantes horrore exitus confirmauit. Quid timetis filij! aut cur ob imminentem mortem diſcruciamini? Venite ſecuri, quoniam Deus filius meus cui fideliter in paupertate atque in laboribus ſeruiſtis, vos in cœleſtis regiæ theſauros introducet. Non audientur quidem foris hæc Virginis verba, non corporeis auribus inſonabunt: ſed interiori tamen ſenſu animæ profectò excipiuntur. Iccircò enim ex recordatione Virginis Beatiſſimæ, atque ad illius auditum, pronunciatúmque Mariæ nomen ſic moribundi recreantur, vt omnis horror mortis in ingentem lætitiam conuertatur; cantandoque potius (quod non ſemel vidimus) quàm eiulando à terra in cœlum, à præſenti vita in beatiſſimam æternitatem diſcedant. Sic ille cantando Dei laudes obijt Gerardus, quod quidem aſſiſtenti Fratri ſanctiſſimo Bernardo viſum eſt haud dubiè miraculum: *Video exultantem in morte hominem, inſultantem morti. Vbi eſt mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Iam non ſtimulus, ſed iubilus, iam cantando moritur homo, & moriendo cantat.* ſerm. 26. in Cant.

Pſal. 9.
Pſal. 24.
Pſal. 29.
Pſal. 68.
Chriſtus pauper pauperes fouet.
D. Leo.
B. Maria affectus erga pauperes.
B. Maria religioſis in morte aſſiſtit.
Lætus & felix obitus religioſi.
D. Bern.

SECTIO IV.

Dixítque Iacob: Noli ita, obſecro: ſed ſi inueni gratiam in oculis tuis, accipe munuſculum de manibus meis: ſic enim vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei. eſto mihi propitius.

1. ABnuenti Eſau quicquam à fratre recipere, inſtat nihilominùs Iacob obſecrans nolit frater aſpernari, quæ frater offert, ea quidem exigua munera, ſed quæ dantis animum non

A modò amicum, ſed etiam ſubmiſſum indicent; ſuſcipientis autem verè ſtabilitam, ſartámque veterum depoſita rixarum memoriâ, conteſtentur, & arctius concilient amicitiam. Mira enim vis ineſt muneribus cùm dantur, & accipiuntur ad ſopiendas ſimultates, ad mitigandos animos, ad omnem concordiam, amorémque extinctis prorſus odiis confirmandum. Quare vbi munera non accipiantur, ibi amicitia nec firmari, nec eſſe permittitur; ſed illis demum reiectis, aut vetera confirmantur odia, aut noua vehementer inflammantur. Hoc Dominus ſuæ implacabilis contra Hebræos omnibus flagitiis inquinatos iracundiæ ſignum, ab illis reiiciens oblata munera oſtendit apud Iſaiam. *Quo mihi* (inquiens)
B *multitudinem victimarum veſtrarum? Plenus ſum holocauſto. Ne offeratis vltrà ſacrificium fruſtrà. Incenſum abominatio eſt mihi.* &c. Iſai. 1. Inſani Hebræi, ſceleratis mentibus, impuris cordibus, ſacrilegis manibus oblata ſacrificia putabant nihilominùs placere Deo. *Quod quidem* (ait S. Hieron.) *& de eis accipi poteſt, qui cùm Dei præcepta non faciant, donis variis, atque muneribus Deum redimere poſſe ſe credunt: vel qui parta per rapinam, & auaritiam, altare offerunt, & pauperibus.* Quæ maior quæſo impudentia, quàm meretricio acquiſitis muneribus Deum honeſtatis amatorem velle propitium, & flagitiorum patientem, ne dicam conſentientem reddere? Sic planè rident prudentes, iuſti verò indignantur cùm vident iſtos vanitatum, ac (liceat dicere) turpitudinum comœdos, qui miſellam plebem ſuarum actionum theatris oblectant
C pariter, ac ſpoliant, ſub ea tantùm conditione ſua repræſentare nugamenta permitti, vt pars mercedis, quam ab ſpectatoribus præſtitutam accipiunt, in ſtipem pauperum, & piorum locorum ſubſidium impendatur; iis planè dicitur à Domino: *Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra; Neomenias veſtras, & ſabbatha veſtra, & feſtiuitates alias non feram: iniqui ſunt cœtus veſtri.* Iſai. 1. Ab iniquis enim, & ludentium, & ſpectantium cœtibus quid quæſo purum, piúmque & ſanctum diuinis oculis, & manibus offeretur?

2. Profectò dicere quoque poterit Dominus de nobis: *Feſtiuitates veſtras non feram; quo ſcilicet*
D *obſecro* eas ritu plerique agunt, & celebrant, niſi delicatius, ac delicioſius veſtiendo, & comedendo? delicias corporum non animarum obſequia, virtutéſque (heu nos miſeri) in ſanctiſſimis Eccleſiæ diebus offerimus Deo. Rectè S. Auguſt. de Iudæis (quod ſimiliter de multis hodie Chriſtianis dicendum erit) ita ſcripſit: *Iudæi ſeruiliter obſeruant diem ſabbathi ad luxuriam, ad ebrietatem.* tract. 3. in 1. Ioan. Egregia ſanè Iudæorum religio: piaculum ducebant ſi paralyticus die feſto grabatum tolleret, ſi ægrotus illitis luto oculis ſanaretur: cùm tamen laſciuire, meretricari, impudicos choros agere, nec diei feſto, nec Deo ipſi putarent iniurioſum. Pulchre adiungit S. Auguſt. *Quantò melius fœminæ eorum lanam facerent, quàm illo die in neomeniis ſaltarent?* Ah quam
E multæ apud nos Deum ſanctius colerent feſtis diebus, ſi domi potiùs ſe continerent, ibíque aut orationi vacarent, aut etiam ſeruilibus exercerentur operibus, quam adirent templa, rei diuinæ intereſſent, audirent conciones, eo videlicet animo, vt viderent, & viderentur; vt amarent, & amarentur; vt denique diei celebritatem, ad laſciuiam, & flagitia velut opportunam ſumerent occaſionem. *Solennitates enim veſtras* (ait Dominus) *odiuit anima mea.* Iſai. 1. Sed eas tantùm benignis oculis

Munera conciliant animos.
Deus ab impiis oblata reiicit.
Iſai. 1.
D. Hier.
De rapto turpis oblatio.
Infamis ex comœdiis oblatio.
Iſai. 1.
Profanus ritus celebrandi feſta.
D. Aug.
D. Auguſt.
Fœminarũ laſciuiæ in feſtis.
Iſai. 1.

Pius celebrandi feſta ritus. S.Cyril.

A oculis intuetur, gratóque animo ſuſcipit, in quibus (vti admonet ad hunc locum S.Cyrill. Alex.) *euangelicè verſamur per verum modeſtiam, caritatem, mutuum amorem, patientiam, temperantiam, & ante alia fidem.* Quare veſtium elegantia, ludorum laſciuia, pomparum vanitate, cantuum impuritate, ſaltationum ridicularum leuitate, exquiſitarum dapum ingluuie, atque huiuſmodi profanitatibus Chriſti, Deiparæ, ac diuorum feſta celebrare

Quomodo à Chriſtianis feſta celebrari debeant.

non eſt pium, non Chriſtianum ſed omninò profanum, impiúmque ac penè dicam gentilicum & mahometicum. Offeramus ergo Deo noſtro in iis, quas celebramus, ſolemnitatibus pietatem affectuum; puritatem cordium, animorum obſequia; hæc enim ſunt munera, quæ Deus non odit, ſed amat: non reiicit, ſed acceptat, imo & iure B optimo à fidelibus ſuis exigit. Hæc oblata diuinis rependuntur muneribus: nec vllus vnquam rite ſanctéque ſuum Deo munus obtulit, quo non plura, & maxima elucraretur.

3. *Manuſcalum.*] Hebr. *Minha*, propriè ſignificat munus, quod Deo, aut etiam homini ſuperiori offertur ad conteſtandam illius excellentiam, & ſubmiſſionem offerentis. Quo maximè in diuinis literis Deo ſolitum offerri ſacrificium identidem ſignificatur. Hinc intelliges quàm appoſitè adiungat Iacob; *Sic enim vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei.* Hyperbolicè dictum: ſicuti excellentiora tribui ſolent Deo, quo nihil maius, videlicet mons Dei, paradiſus Dei, Cedri Dei, flumen Dei, hoc eſt, mons magnus & ſubli- C mis; paradiſus amœniſſimus, & excellentiſſimus, Cedri immenſæ proceritatis, flumen vaſtiſſimum.

Magna Deo tribuuntur.

Eſt itaque ſenſus: Viſus eſt, ô frater, ô domine mi, vultus tuus, ita inclytus, auguſtus, omni veneratione dignus, vt quædam imago Dei in te reluceat. Maxime verò hac eadem locutione vtimur, cùm in aliquo periculo, aut perturbatione conſtitutis ſubitum aliquod, & inexpectatum offertur auxilium: ſolemus ergo dicere. *Vy à Dios, foy Dios, valeome Dios*, &c. Sic igitur mœrore oppreſſo Iacob & futura omnia timenti animum, lætitia, & coniectatio ex inſperatâ fratris clementia, cumitáſque impleuit, ac velut a morte ſuſcitarat; quod quidem Dei proprium eſt. Hoc etiam ſenſu, Miphiboſeth dixit Regi Dauidi. *Tu autem* D *Domine mi rex, ſicut Angelus Dei es.* 2. Reg. 19. & Eſter dixit Aſſuero: *Vidi te Domine quaſi Angelum Dei.* Eſter 15. Hac ratione Iacob, & fratris dignitatem extulit, & ſuam demonſtrauit ſubiectionem, atque idcircò fratrem, quem iratum metuebat, ſibi maximè conciliatum deuinxit.

Liberatio à periculo.

2.Reg.19.

Eſter 15.

D.Chryſ. *Victrix animorum humilitas.*

Hinc optimè S. Chryſ. *Conſidera* (inquit) *quomodo humilitate excellenti fratrem deuicerit: & quem putabat affici erga ſe hoſtiliter, & atrociter, ita inueneret manſuetum, vt voluerit in miniſterium eius omne officium ſuam declarare.* homil. 58. in Geneſ. Quod ſi pectus Eſau ita barbarum, & agreſte ſic humilitate Iacob emollitum, & ad fraternam charitatem eſt conuerſum: quid non de benignitate Domini ſperandum eſt, cui tam grata hominis eſt humi- E litas, & cui ſuauiſſimum, ex contrito, & humiliato corde offertur ſacrificium, vbi viderit pœnitentem ſumma cum humilitate ad pedes confeſſarij expiatis ritè criminibus veniam ſupplicare?

Grata Deo humilitas in confeſſione.

4. Profectò nullum ad diuinam gratiam certius & breuius quàm vera cordis humilitas habetur, compendium; Ac fortaſsè Angelus hoc ſenſu dixit Beatiſſimæ Mariæ Virgini: *Ne timeas Maria: inueniſti gratiam apud Deum.* Luc. 1. Turbata

B. Maria ſalutatur ab Angelo. Luc. 1.

A ſiquidem erat Virgo cùm audiſſet illam ab Angelo tam nouam, tamque nouo, & ſupra omnem humanum honore plenam ſalutationem: cúmque eſſet inſigniter humilis ad inuſitatam illam laudem excellentiámque exhorruit: nihil enim humili animæ tam nouum quid, & peregrinum videtur, quam ſui ab aliis illata commendatio. Suffunditur ore, obmuteſcit linguâ, flagellatur in corde cùm ſe videt honorari, auditque laudari:

Humilitas laudari renuit.

Ergo Angelus, ô prudentiſſima (inquit) Virgo, rectam quidem viam ad ſummam Dei gratiam comparandam, in re ſcilicet diuini Verbi peragendam incarnationem, ingreſſa es in hac ipſa ob humilitatem turbatione, ac trepidatione; *Inueniſti gratiam apud Deum*, vt quæ ad laudationem B Angeli verecunda, & humilis ita conturbaris, idcircò & Angelorum Regina, & vera ipſius Dei mater ſimúlque Virgo efficiaris. Verùm enim verò quia tam dulcem, ac pulchrum Euangelij de beatiſſima Dei Matre locum attigimus, operæ pretium nobis videtur explicatius quidpiam de eodem vltra ſubnotare. Duo ſiquidem non ad viſionem, ſed ad laudationem Angeli extiterunt in Virgine modeſtiſſima, & ſanctiſſima, nimirum, turbari, & timere; turbata eſt, & timuit in ſermone Angeli; & ex vtroque affectu nata eſt profunda illa prudénſque cogitatio. *Et cogitabat, qualis eſſet iſta ſalutatio.* Qualis nimirum, quàm magna, quàm excellens facta ab Angelo Dei nuncio, Dei mandatum gerente de re inſolita, ſummíque mo- C menti, adiuncta ſimul admirabili quadam, & hucuſque inaudita laudatione.

Quanam illa B. Mariæ turbatio?

Quæ omnia humili, & modeſto animo Virginis pudorem, ac timorem ingenerabant, maximè, quia ſapientiſſima Virgo ſpiritus ſancti gratia, doniſque plena ſtatim ex verbis Angeli intellexit à Deo nuncium de conceptione, proléque agere, atque adeò ſe in matrem eligi, iuxta prophetiam Iſaiæ, quam nouerat optime, filij Dei. Meritò igitur turbata eſt, timuitque. *Quamuis enim* (inquit S.Petr. Chryſol.) *blando metu, affecta pio, virginem ſibi Deus in matrem, ſeruam ſibi verteret Dominus in parentem: turbata ſunt tamen viſcera, mens refugit, ipſa eſt tremefacta conditio; cùm Deus, quem tota creatura non capit, totum ſe intra pectus recepit, & condidit humanam.* ſerm. 140.

Ad ſui laudationem humilis expauit B. Maria.

D Pett. Chryſol.

D Quid ni turbaretur timeretque Virgo humilis ſub tam immenſo pondere dignitatis, vt creatura mater eſſet futura creatoris? Turbata etiam, timuitque virgo nuncium de prole intelligens; de virginitate, quam ſummo amabat affectu, & voto emiſſo libens promiſerat: prudenter tamen ſolicita. Prudens enim in arduis etiam tuta timet.

B. Maria immenſum pondus dignitatis.

Mira B. Mariæ prudentia.

Et quidem Virgo etiam de filio Deo iam certa per Angelum. *Ecce concipies in vtero, & paries filium*, quem non niſi de Virgine matre ſciebat naſciturum: adhuc nihilominùs virginitati ſuæ timens quæſiuit: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum non cognoſco?* Hinc appoſitè S. Auguſt. interpretatur: *Ne timeas*, (inquit) *inueniſti gratiam apud Deum, ne a conſpectu meo terrearis mater Domini mei, ego conceptionis tuæ* E *miniſter adueni, non vt virginitatem amitteres interueni.* ſerm. 2. de annunc. Timuit itaque prudens & humilis virgo, & humilitati pariter, & virginitati, ne ad laudationem, & promiſſionem Angeli vtraque periculum ſubiret.

B. Maria ſua de virginitate licita & cauſa. Luc. 1.

D.Aug. *B. Maria ſuæ humilitati & virginitati timuit.*

5. Neque verò ille S.Chryſoſtomi non egregius videtur explicatus: *Sic vidi faciem tuam, quaſi vultum Dei. Videlicet* (inquit) *cum tanta iucunditate vidi faciem tuam cum quanta quis viderit faciem Dei.* Itaque non modò animi ſubmiſſionem, ſed

D Chryſ. *Mitigandus irati animus.*

verò

A

verò etiam incredibilem voluptatem inopinatumque gaudium Iacobi hæc verba conteſtantur, quo quidem fratris animum, etſi foret adhuc iratus, mitigaret vtique, & cóciliaret: vti S. Chryſ. adiungit: *Hoc magnæ obſequij gratia dictum eſt a iuſto, vt eum demulceret, & ad fraternam beneuolentiam duceret.* Magna quidem vis ineſt huiuſmodi verbis blandis, & mellitis, cùm e conſpectu ſermoneque alterius conceptum declaratur gaudium, ad allicieudos, & illigandos animos. Nimirum factâ huiuſmodi ſignificatione: *Eſt fauorabilis* vt loquitur S. Bernard. *vis quadam premendo blandiens, & blandiendo premens.* ſerm. 81. in Cant. Illiciunt quidem animos dulcicularum vocum blanditiæ, quæ inter amantes circunferuntur, & in profano amore non irritant modò, ſed iam imminens prænunciant flagitium. Pudor eſt audire, quæ inſanus eructat amor, oculos ſuos, vitam ſuam, Angelum ſuum dictitat quam diligit, quam deperit, eóque interdum erumpit dementia, vt ſuum numen, Deámque vocet. Idololatras dixeris iſtus turpium amorum ſeruos: creaturam pro Deo colunt, amántque. Timebat hoc malum Domini ſponſa, ne videlicet aliorum oculos fortè caperet, amorem Deo ſui debitum, ac venerationem ſurriperet: atque icircò vt tantum declinaret periculum petlerat à Domino ſuum, vti ordinaret amorem, quod & impetrans dixit: *Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me caritatem.* Cant. 2. legunt L X X. *Introducite me in domum vini, ordinate in me dilectionem.* S. Ambroſ. legit: *Ordinate me in dilectionem*· adiungit ſubinde commentationem huius loci egregiam, quæ ſic habet. *Nolite præpoſtere agere, nolite perturbare, & confundere quæ Deus ordinauit. Nihil pulchrius ordine, amate me tanquam me; amate Deum tanquam Deum, ne Deum offendatis propter me* enarr. in cap. Prouerb. cap. 10. Amandus à nobis Deus eſt, vti meretur ſuper omnia. Illi ſoli primus, & ſummus debetur amor; amari quoque debet creatura, ſed vti creatura: ſecundatiò, imperfectiorique amore. Hæc habet ordo amoris; illum ſic inuertere, vt primò, ſumméque ametur creatura: prorſus impium eſt, ipſamet (liceat dicere) idololatria eſt.

D. Bern. — *Ineptæ amantium voces.* — *Amantium idololatria.* — *Cant. 2. D. Ambroſ. Amorē Deo debitū nemo ſibi ſurripiat.* — *Deus præ omnibus amandus.*

D

6. Non hoc ſenſu vir iuſtus fratri ſuo dixit, ſic vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei. Non blanditur, vti adulator; ſed ſeipſum modeſte [illegible] iterque ſubmittit, vt ſuperiori ſubditus, natu, ſcilicet, maiorem, & recognoſcens fratrem & reueritus. Et vere quidem iuſtus, prudenſque vir, quippe cum iuſtitiam ſeruet, prodenterque agat modeſtam ſenioribus præſtando ſubiectionem. Eſt quidem ipſummet nomen ſenioris monumentum prudentiæ, titulus dignitatis, hanc icircò gentes omnes etiam barbaræ agnouerunt ſemper, & honorarunt. Quid quòd etiam ſummi in Eccleſia Chriſti principes hanc [illegible] ſenilem grauitatem, ſeu maieſtatem potius tanti faciebant, vt illius maximè titulo [illegible] ſeipſos commendarent. Sic enim Ioannes ille diſcipulus, quem diligebat I E S V S, cùm hoc, & aliis multis, & maximis commendaretur encomiis, ſuam tamen ſecundam epiſtolam iſtâ inſcriptione decorauit: *Senior electæ Dominæ*, &c. 2. Ioan. 1. Quæ verba eleganter ad hunc modum expendit S. Ambroſ. *Ioannes ſenex cœpit ſcribere Euangelium, & Epiſtolas · qui cùm refugeret Apoſtolum ſe ſcribere, ſeniorem ſcripſit, nec minor eſt æſtimatus, cui cygnea quadam ſuppeteret gratia ſenectutis.* in Pſalm. 36. Idem legimus factum a Beatiſſimo

Præ[illegible]anda [illegible] [illegible]atia. — *2. Ioan. 1. D. A[illegible] [illegible]nes [illegible] [illegible]de[illegible]*

Paulo ſcribente ad Philemonem. *Cùm ſis talis, vt Paulus ſenex, nunc autem, & vinctus I E S V Chriſti, &c. Volens nimirum* (adiungit idem S. Ambroſ.) *illi plurimum deferre ſeniori Paulo eum non iuuenis comparauit. Et ibi ſe ſenem eſt gloriatus, vbi iam in vinculis tenebatur. Et videte diſtantiam: adoleſcens ſignificatus eſt in alterius paſſione; ſenex in ſua.* Reſpicit locum Act. 7. *Iudæi lapidantes Stephanum depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcentis qui vocabatur Saulus.* Rectè igitur apponit. *Ibi, vt adoleſcens, quia Iudæorum veſtimenta ſeruabat: hic ſenex, vbi ſui corporis exuuias exuebat.* Vides quàm decorum illuſtréque nomen ſit ſenectutis, vt Apoſtolus Philemonem honoraturus ſenem ſibi ſimilem ſeni appellarit: Deinde quaſi ex vinculis,

ad Philemon. 1. S. Paulus ſenis decoratus. D. Ambr. Actor. 7. Illuſtre ſenis nomen.

B

& ex eo quod pro Domino patiebatur illum vel clariſſimum honorem, ac triumphi gloriam ſe conſequi arbitraretur, ſi tunc Paulus ſenex diceretur. Quin etiam Petrus Apoſtolus hunc ſenectutis, & dignitatis titulum obtinuiſſe videtur, cùm tandem dignus fuit, qui pro Chriſto I E S V Hieroſolymis crucifixo, ipſe Romæ Crucis patibulum pateretur. Quod idem Ambroſ. ita ſubnotauit. *Et Petrus ibi ſenex dicitur vbi certamen eſt paſſionis. Cùm iunior* (inquit Dominus) *cingebas te? Cùm autem ſenueris, extendes manus tuas*, &c. Ioan. 21. *Ante certamen iunior dicitur, in certamine ſenex, qui omne certamen impleuerit.* Hæc S. Ambroſ.

D Ambr. Patientia decet, ornátque ſenem. Ioan 21.

7. Honorandus quidem ſenex eſt, & propter ætatem, quia præcedit iuuenes; & propter lon-

C

gam rerum diuerſarum experientiam, qua iuuenes carent adhuc; & propter prudentiam, maturiúſque conſilium, quibus adiumento, & ornamento eſt Reipublicæ; & propter virtutem, ac pietatem, quarum inſigne præbet ad vitæ normam iuuenibus exemplum. Cæterùm, vbi iuuenis exemplo pietatis, & honeſtatis ſenem antecedit, dignior ille cenſetur, cui deferatur honor, & reuerentia exhibeatur; quod ipſemet Deus præſtitit, cùm relicto ſene, ac Pontifice Heli, quem ſui muneris oblitum, & in filiorum ſceleribus conniuentem videbat, cum Samuele annis puero, ſed motibus, & prudentia maturo familiariter egiſſe legitur. 1. Reg. 3. Quare admodum luculentè ad eundem locum adnotauit Procopius. *Huic* (in-

Præſtat iuuenis maturus quàm leuis moribus ſenex. — *1. Reg 3. Procop.*

D

quiens) *ætatula Deus maiorem, quàm ſenectuti honorem habuit. Præterito enim illo, qui annis 98. vixerat & 40. duplicem magiſtratum geſſerat: Iudex enim erat, & ſummus ſacerdos: cum puerulo locutus eſt; docens quantum pueritia virtutibus ornata, ſenectuti anteferenda ſit.* Hoc ipſum ſpiritus diuinus docuit his verbis. *Senectus venerabilis eſt, non diuturna, neque annorum numero computata: Cani autem ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata.* Sap. 4. Vides dignitatem, & quandam (liceat dicere) venerabilitatem ſenectutis; non annis, ſed moribus; non ætate, ſed maturitate, vitæque ſanctitate cenſeri. Quo in argumento multa diuinitùs ſcripſit S. Bernard. Hæc pauca de multis ſubiiciam. *Dicimus* (inquit) *væ terræ, cuius Rex puer eſt.*

Virtus ſpectanda potiùs, quàm ætas. — *Sap 4.* — *D Bern.*

E

Eccleſ. 10. *Nec dicimus quamcunque ætatem Dei gratia prematuram, ſicut nec ſeram: cùm multos videamus iuniorum ſuper ſenes intelligere, moribus antiquare dies, præuenire tempora meritis, & quod ætati deeſt, compenſare virtutibus. Meliores bonæ indolis adoleſcentes, inueterati dierum malorum.* epiſt. 42. Cùm verò talis adoleſcens, taliſque ſenex eſt, iure optimo, ille huic, & præferendus, & præficiendus erit, vt Iacob à Deo electus, & prælatus eſt, vt imperaret Eſau maiori natu. Quod ſi Iacob in præſentia fratri tam modeſtum, ſubmiſsúmque

Eccleſ. 10. — *Bonus iuuenis malo ſeni præficiendus.*

Ic piæ

A ſe præſtitit, id fuit opus egregiæ humilitatis.

8. Seniori fratri dixit Iacob, *Vidi faciem tuam, quaſi viderim vultum Dei*, in quo iuſtus vir, & egregius virtutis athleta venturos in Eccleſia Chriſti fideles (*omnia enim in figuris contingebant Patriarchis*) docuit veram obedientiæ formam, quæ ſuperioribus à Deo præpoſitis exhiberi debeat. Vt nimirum in ſuperiore Deum conſideret ſubditus; videat faciem Prælati, quaſi vultum Dei, audiat in voce imperantis hominis ipſam Dei iubentis vocem. Quod quidem non excellentem modò, ſed & facilem reddit obedientiam. Quid enim homini tam ſublime, támque glorioſum, quam vt Deo imperanti obediat: & quid cum Dei iubentis gratiâ tam facile, ſuauéque; quàm vt creatura conditoris exequatur imperium? Hac vir iſte iuſtus mentis conſideratione Deum ſcilicet, animo reſpiciens admirandam illam ſeniori fratri ſubiectionem præſtitit. *Nam* (vti Procop. expendit) *propterea ſepties adorauit fratrem, quaſi coram Deo in genua procumberet.* Mirum eſt quanti Deus faciat obedientiam homini ſuperiori præſtitam, vt eam pluris æſtimet, quam quæ ipſi Deo immediatè exhibetur. Enimverò (vti legimus) *iuſſit Dominus Hieremiæ Prophetæ: vade ad domum Rechabitarum, & dabis eis bibere vinum.* Deinde ſequitur. *Poſui coram filiis domus Rechabitarum ſcyphos plenos vino, & dixi ad eos, bibite vinum.* Hierem. 35. Audierunt quidem Rechabitæ Prophetam, vtique (vt ſolebat) in nomine Domini loquentem, & ex mandato Domi- C ni præcipientem, vt vinum biberent. Nam & Propheta benè intellexerat id eſſe mandatum Domini, qui dixerat, *Vade, & dabis eis bibere vinum.* Alioquin ſine Dei expreſſa voluntate perperam homines religioſos, tum à perfectionis ſuæ propoſito, tum à virtute obedientiæ, quam ſuorum maiorum imperiis debebant, auertere conaretur, aut ſaltem obiecto ſcandalo vreeorum tentaret. Vtrumque autem à Deo fieri licitum erat, quippe cùm ſit abſolutus humanarum voluntatum, & actionum Dominus.

Deum in prælato agnoſcit obediens.

Procop.

Gratiſſima Deo præſtita homini obedientia.

Hier. 35.

Pluris homini, quàm ſibi præſtitã Deus facit obedientiã.

9. Hoc in ſenſu rectè habet interpretatio Lyræ ad hunc modum: *Dabis eis vinum, id eſt, offeres: quia ipſi non biberunt, nec iſtud præceptum Domini, & executio eius per Hieremiam fiebant ad hoc, quod ipſi biberent, ſed vt probaretur eorum obedientia ad Ionadab patrem ſuum, qui prohibuerat eis vini potũ.* Itaque Deus poterat Rechabitis huiuſmodi tẽtationem inducere, Hieremiæ autem non id licebat. At quid ſubinde Rechabitæ reſponderunt? *Non bibemus vinum; quia Ionadab pater noſter præcepit nobis: Non bibetis vinum vos, & filii veſtri vſque in ſempiternum.* En propoſiti tenacitas, en obedientia Rechabitarum ergà patris imperium, cui Domini præceptum, aut ſaltem expreſſa quodammodo voluntas, & ſancti deinde Prophetæ verbis ſignificata iuſſio; *Bibite vinum*, omninò repugnabant. Dicet fortaſſe aliquis peccaſſe Rechabitas, quòd patris mandatum Prophetæ, imò & ipſius Dei anteferrent imperio. An non Deo potius, quàm E hominibus obtemperandum? Damnanda igitur præpoſtera iſta Rechabitarum obedientia? Sed non ita res habet. Enimvero tam grata Deo fuit iſtorum hominum obedientia, vt eam dignis cenſuerit præmiis honorandam. *Pro eo* (inquiens) *quod obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filii Rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.* Hierem. 35. Hinc optimè ſcribit S. Auguſt. pertractans hunc eundem locum. *Rechabitæ præceptum patris filii tenuerunt, &*

Lyra.

Miro filiorũ patri obedientia.

Hier. 35.

Hier. 35.
D. Aug.

A *ſeruauerunt, & ex hoc benedici à Domino meruerunt. Dominus autem hoc non præceperat ſed pater ipſorum. Sic autem hoc acceperunt tanquam præceptum à Domino Deo ſuo: quia etſi Dominus non præceperat, vt non biberent vinum; præceperat tamen Dominus vt filii patri obedirent.* concion. 1. in Pſal. 70. Itaque ſuperior vicem Dei gerens mandatum pronunciat, ſubditus Deum in ſuperiore agnoſcens, & reuerentius illud exequitur, Deo ſcilicet in homine, & homini propter Deum obtemperans. Hæc autem obedientia ſic homini propter Deum præſtita proculdubio eſt laudabilior, & glorioſior, quàm quæ Deo iubenti immediatè exhibetur: quippe cum illa circa obiectum magis arduum verſetur, atque ideò longe ſit difficilior, & laborioſior B ex difficultate enim operis, quæ peruincitur, maior virtuti gloria, & grandius merito fit incrementum.

Bene ſic Ja- ò Deo filius obediens patri.

Obediunt Deo in hominibus.

Obedire homini propter Deum ſummi eſt meriti

10. Cæterùm ne quis Dei legem, & rationem ipſam mentis peruertens patri, & ſuperiori vniuerſim exiſtimet Deum poſthabendum, adiungit egregiè S. Auguſt. *In ea ergo re ſolo filius non debet obedire patri ſuo; ſi aliquid pater ipſius iuſſerit contra Dominum Deum ipſum. Neque enim debet iraſci pater, quando ſic ei præponitur Deus.* Diligendus quidem ſuper omnia Deus, & propter illum amandus pater, & ſuperiori obediendum eſt, quin potiùs Deus in illo diligitur, Deóque in illo obeditur. Concludit igitur S. Auguſt. *Vbi enim hoc iubet pater quod contra Dominum non ſit, ſic audiendus eſt, quomodo Deus; quia obedire patri iuſſit Deus.* Sic Aug. Adde, & quia obedire Prælato iuſſit Deus. Illud etiam expendi oportet, quàm egregia fuerit Rechabitarum obedientia vt viri cum vxoribus, & liberis viuerent ſine domo, ſine tecto, ſine prædiis, ſine cultura vllius agri, velut peregrini, & mendici; eò quòd ſibi à patre huiuſmodi vitæ rationem præcepto indictam acceperint. Hinc benè animaduertit Theod. *Admiratione digna eſt paterna legiſlatio, & filiorum ac poſterorum prompta obedientia; quippe qui vitam curis vacuam, & prædiis carentem amauerunt, & habentes liberos pa... pendebant poſſeſſiones totis quo ad ſe, ſuáque à fiducia in Deum pendentes.* Et quidem hoc vltimum (vt dicit) maximè omnium ſuperat opinionem; vide D licet homines liberorum parentes, nihil de hoc mundo, nec ipſis, nec ſibi in præſens & in poſterum prouidere, compararéque. Hæc enim ſumma, & tota eſt parentum ſolicitudo, & ſtudium, vt filiis acquirant opes, eóſque diuites, & glorioſos poſt obitum ſuum relinquant. Rechabitarum vocat Theodoretus ſummam philoſophiam, quæ quidem fuit aliqualis tantum vmbra Euangelicæ perfectionis, quam religioſi profitentur, qui ſcilicet, & omnibus terræ bonis carent, & ſibi coniugum, ac filiorum omne ius, ſpem, ac deſiderium voto interdictum eſſe voluerunt.

D. Aug.

Nulli Deum ... diedu...

S. Aug.

Theod.
Magna ... rum ... contempt...

Euange... perf... ligi...orum.

11. *Eſto mihi propitius.* Hoc erit tui amoris erga me ſignum, ita cenſebo te mihi beneuolum, & veteris iracundiæ obliterata memoria propitium & verè fratrem, ſi a me oblata non repudies. Pulchrè Iacob ex eo, quòd Eſau faciem Dei perſimilem ſibi apparuiſſe ſibi putarit, ſubintulit: *Eſto mihi propitius.* Nihil enim Dei, ac Deum E quoque repræſentanti homini æquè proprium eſt, atque propitiari, miſereri, placari, noxam remittere, iram deponere, in gratiam redire, in gratiam recipere. Nihil tam crebrò in ſcripturis legitur, nihil in Eccleſia Chriſti tam frequenter, & docetur, & additur, quàm Dei miſericordia. *Deus enim eſt cui* (canit Eccleſia) *proprium eſt miſereri*

Dei prop... nihil ma... quam ... ar... cere.

ſeruri & parcere. Hanc Dei laudem præcipuam; hanc ſummam erga nos Dei gloriam frequentiſſimè, ac dulciſſimè Propheta regius modulatur. *Repleatur* (inquit) *os meum laude, vt cantem gloriam tuam, totâ die magnitudinem tuam.* Pſalm.70. *Totâ die* (declarat S. Auguſt.) *ſine intermiſſione in proſperis, quia conſolaris; in aduerſis, quia corrigis; antequam eſſem, quia feciſti; cùm eſſem, quia ſalutem dediſti; cùm peccaſſem, quia ignouiſti; cùm conuerſus eſſem, quia adiuuiſti; cùm perſeueraſſem, quia coronaſti.* Vide quot, qualéſque prædicentur effectus diuinæ miſericordiæ, quam Propheta vocat optimè Dei gloriam, & magnitudinem, videlicet, erga homines, apud quos hoc potiſſimum attributo ſe Deus glorioſum, & magnum demonſtrauit. Et quidem ille Prophetarum princeps Moyſes, eò magnum prædicauit Deum, quòd patiens eſſet & miſericors in peccatis hominum, & tolerandis, & condonandis; ſic enim loquitur. *Dominator Domine Deus miſericors, & clemens, patiens, & multæ miſerationis, qui cuſtodis miſericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, ſcelera, atque peccata; nullúſque apud te per ſe innocens eſt. Qui reddis iniquitatem patrum filiis, ac nepotibus in tertiam & quartam generationem.* Exod.34. Idémque: *Magnificetur fortitudo Domini, ſicut iuraſti; Dominus patiens, & multæ miſericordiæ, auferens iniquitatem & ſcelera, nullúmque innoxium derelinquens, qui viſitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem.* Num.14.

Pſal.70.

D.Auguſt. *Plures effectus in nobis diuinæ miſericordiæ.*

Miſericordia & gloria & magnitudo Dei eſt.

Exod.34. *Deus in miſericordia magnificus & fortis.*

12. Quid quòd ipſemet Deus de cœlo in terram homo factus deſcendit, non vt vocaret iuſtos ſed peccatores ad pœnitentiam? An non tam ſibi gratam, dulcémque peccatorum pœnitentiam, vt eam quodammodo pluris faceret, duplici maximè parabolâ ouis perditæ, & filij prodigi conteſtatur? Paſtorem ſe dixit, qui cùm centum haberet oues, reliquit nonaginta nouem, & vnam quam amiſerat multo labore quæſitam, inuentámque impoſuit in humeros ſuos gaudens, vocatiſque amicis, videlicet Angelis, & ſanctis viris nouo triumphans gaudio aiebat: *Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat.* Luc.15. Hinc illud Tertullian. *Errat vna paſtoris ouicula, ſed grex carior non erat, vna illa conquiritur, vna pro omnibus deſideratur.* lib. de pœnit. cap.8. Dein quid peccatoribus dulcius prædicatur, quàm & filij prodigi pœnitentia, & patris filium recipientis benignitas? *Conuiuio* (inquit Tertullianus) *gaudium ſuum exornat; filium enim inuenerat quem amiſerat; cariorem ſenſerat, quem lucrifecerat; Deus ergo te filium ſuum, etſi acceptum ab eo prodegeris, etſi nudus redieris recipiet, quia rediſti, magíſque de egreſſu tuo, quàm de alterius ſobrietate lætabitur, ſed ſi pœniteat ex animo,* &c. Hæc idem cap.9. Quin etiam tam diues eſt in miſericordia Deus noſter, tamque multæ ſunt in eo miſerationes, vt etiamſi millies homo peccet, toties ille redeuntem recipiat, toties pœnitentem iuſtificet, non laborat ignoſcendo, non fatigatur miſerendo, quoties peccator verè contritus ad pœnitentiam accedat. Quamobrem egregiè Tertullian. peccatorem excitat, & ſolatur. *Pigeat ſanè peccare rurſus, ſed rurſus pœnitere non pigeat; Pigeat iterum periclitari, ſed non iterum liberari.* cap.8. At erit qui redire ad Dominum toties offenſum præ pudore non audit; ergò idem occurrit. *Neminem pudeat itera-*

Gratiſſima Deo peccatoris pœnitentia.

Luc.15. Tertul.

Tertul.

Pulchra exhortatio ad pœnitentiã. Tertul.

Tertul.

tæ valetudinis; iteranda medicina eſt, gratus in Dominum exiſteris, ſi quod tibi Dominus offert, non recuſaueris. Offendiſti, ſed reconciliari adhuc potes. Habes, cui ſatisfacias, & quidem volentem. Hæc omnia Tertullianus.

SECTIO V.

Suſcipe benedictionem, quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus tribuens omnia.

1. INſtat etiam atque etiam Iacob, nolit frater Eſau à fratre oblata reiicere munera, quæ vti reliquam ſubſtantiam egregiè vocat benedictionem. Damnantur quidem importunæ preces, moleſtum valde, atque inurbanum, & inuerecundum pro impetranda re ab homine ſæpiùs inſtare. Contra verò modeſtia, & vrbanitas quædam in petendo laudatur, digna planè, quod impetret, quod expetitur. Hoc ipſum reſcripſit Macedonius iudex Cæſareus Diuo Auguſtino in hunc modum: *Non inſtas* (quod plerique faciunt) *vt quodcunque ſolicitus volueris, extorqueas. Sed admones, & rogas ſubſeruiente verecundiâ, quæ maxima difficilium inter bonos efficacia eſt.* tom.2. S. Auguſt. epiſt.51. Pulchrè id quidem dicitur. At prudens Iacob inſtat acriter, vrgétque non vt frater donet, ſed vt ſuſcipiat. Qui verò donat laudabiliter vrget renuentem ſuſcipere. In quo & illius humanitas, & iſtius verecundia magnam inter homines laudem habent. *Suſcipe* (inquit) *munus de benedictione, quâ Deus mihi benedixit.* Particulam bonorum, quibus me Dominus cumulauit. Vſitatus Patriarchis loquendi modus, vti paſſim legimus in diuinis literis: terræ bona Deo ipſi accepta adſcribebant; Dei benedictionem appellabant; à Deo ſe benedici aiebant, cùm terreſtrium bonorum copiâ circumfluebant; & quidem iuſtè, ſanctéque; Deus enim eſt à quo bona cuncta procedunt. Pater ille luminum eſt à quo dona tam ſupernaturalia, quàm etiam naturalia deſcendunt omnia. Dei ſunt diuitiæ, quas poſſides; Dei ſunt honores, quibus perfrueris: nec alteri, quàm Deo debes, quòd in familia, & nobili, & diuite natus inter homines emineas. An non & pauperculos, & obſcuros (ſi Deus vellet) ad ortum in mundo tuum parentes habuiſſes? An non etiam heri princeps, hodie poſſes eſſe ſeruus? Et hodie Crœſus diuitiis, cras poteris emendicari? à Deo diues fit, non à cacodæmone, qui nihil miſer poſſidet niſi eas, quibus comburitur, flammas gehennæ: quod ſi vnquam dixit: *Hæc omnia tibi dabo ſi cadens adoraueris me.* Matth.4. planè mentitus eſt pater mendacij: Veritas ipſa conteſtatur Deus: *mea ſunt omnes feræ ſyluarum, iumenta in montibus, & boues. Cognoui omnia volatilia cœli: & pulchritudo agri mecum eſt. Si eſuriero, non dicam tibi: Meus eſt orbis terræ, & plenitudo eius.* Pſalm. 49. Quia (colligit dictum S. Hieronymus) *vbi voluero rerum omnium copia, vel diffunditur, vel negatur. Hic quidem omnibus* (declarat Theodor.) *id quod ſunt dedi; & iubeo terreſtres fructus è terra produci, ſiquidem vniuerſi terrarum orbis conditor ſum & Dominus.* Pulchrior multò

Importuna & inuerecunda petentis inſtantia. D.Auguſt.

A Deo ſunt quæcumque bona habemus.

Diabolus nihil habet præter flammas. Matth.4.

Pſal.49. D.Hier.

Theodor. D.Auguſt.

A paraphraſis D. Auguſt. ad hunc locum ſic habet: *Mea ſunt omnes feræ,&c. Quid a te quæram, quod ego condidi? magiſne eſt hoc tuum, cui poſſidere cedi, quam meum, qui feci? mea ſunt illa, quæ non poſſides, mea ſunt iſta quæ poſſides. Si enim ſeruus meus es tu, totum peculium tuum meum eſt. Omnia mea ſunt, quia ego creaui ea.* Meritò igitur Iacob ſubſtantiam ſuam, pecuniam, greges, ſeruos, ſupellectilia vocabit benedictionem, quam donauit ipſi Dominus tribuens omnia.

Nihil poſſidemus quod Dei non ſit. Et nos & noſtra Dei ſunt.

2. Hinc primò colligere oportet, quanta cum gratiarum actione ſuſcipienda ſint, & poſſidenda quæ à Deo nobis bona donantur. Iccircò Dominus paulò inferiùs in eodem Pſalmo admonuit. *Immola Deo ſacrificium laudis.* Pſalm. 49. B Quaſi dicat; multa bona poſſides: & quid habes homo, quod non accepiſti? Deo benefactori tuo quid integrum rependas, nihil omninò. Sed ea tamen tui Conditoris eſt benignitas, vt ſibi à te perſolutum æſtimet, quòd gratum præbeas animum; quòd pro acceptis corde, atque ore gratiarum referas actionem. Hoc eſt ſacrificium laudis, quod pro beneficiis tuis exigit: *Immola Deo ſacrificium laudis.* Benè Theod. animaduertit: *Hoſtiam laudis nuncupat hymos iuſtis congruentes.* Iuſtorum, ſcilicet, ac piorum hominum nihil tam proprium, nihil illis tam pium, tam dulce, tam frequens eſt, quàm vt in omnibus gratias Deo habeant. Ita, & accepta beneficia conſeruant, & digniores fiunt, quibus in dies maiora donentur; & iuſti, piique perſeuerent. C Meritò exclamat S. Auguſt. *O ſacrificium gratuitum, gratia datum: non quidem hoc emi, quod offerrem, ſed tu donaſti; nam nec hoc haberem. Immola Deo ſacrificium laudis; & hæc immolatio, hoc ſacrificium laudis eſt, gratias agere illi, à quo habes quicquid boni habes.* Appoſitè quidem vocatur ſacrificium ipſa gratiarum actio; nihil enim tam debitum, tam pium, ſacrúmque ab homine offertur, & à Deo ſuſcipitur. *Hoc eſt* (exponit S. Hieron.) *ſacrificium acceptabile: hoc eſt holocauſtum pingue, vt laudetur Deus ab homine, quem creauit, quem redemit, cui & regnum cœleſte promiſit.* Ac ne quis cauſetur immolare hoc ſacrificium laudis, quòd & pauper ſit, & hoſtiam multo labore comparaturus ſit, animaduertit Propheta: D *In me ſunt Deus vota tua, quæ reddam laudationes tibi.* Pſal. 55. Ad quæ verba eleganter idem S. Auguſt. *Expaueram, ne aliquid indiceres, quod eſſet extra me; quid mihi indicis? Immola Deo ſacrificium laudis. Ad me redeam, in me inueniam quod immolem, in me inueniam laudis immolationem. Ara tua, conſcientia tua. Immola Deo,&c.* in Pſal. 49. Natura quidem ipſa in fluminibus, quæ à mari deducta in mare tandem relabuntur, nos edocet hoc ipſum ſacrificium laudis. Enimverò (vt pulchrè S. Bernardus expendit) *ſi copiæ aquarum ſecretis, ſubterraneiſque recurſibus inceſſanter æquora repetunt, vt inde rurſus ad viſus, vſúſque noſtros iugi, & infatigabili erumpant obſequio, cur non etiam ſpirituales riui, vt arua mentium rigare non deſinant, proprio fonti* E *ſine fraude, & ſine intermiſſione reddantur? Ad locum, vnde exeunt reuertantur flumina gratiarum, vt iterum fluant. Remittatur ad ſuum principium cœleſte profluuium quo vberius terra refundatur. In omnibus* (inquit) *gratias agentes.* 1. Theſſal. 5. ſerm. 13. in Cantic. Vide quàm ſit frugifera gratiarum actio, vt animum grati hominis irriget, ac fœcundet nouis deinde, ac maioribus diuinæ gratiæ donis locupletandum.

Pſal 49. Dei beneficia grati rependimus.

Theodor. Iuſtis propria & frequens gratiarũ actio.

D.Aug.

Gratiarum actio gratũ ſacrificium.

D.Hier.

Pſal. 55. D. Auguſt.

Debita Deo pro beneficiis actio gratiarum.

D. Bern.

Magnũ lucrũ ex gratiarũ actione.

A 3. At ſublimiùs adhuc aſſurgit perfectorum & pietas, & grati animi erga Deum laudatio; non ſolum quippe, vbi res feliciter ſuccedunt, ſed multò maximè in aduerſis rerum euentibus, gratias Deo agunt; quo in argumento celebris eſt illa ſententia D. Ambroſ. *Non magnum ſi tunc gratias Deo agas, quando in proſperis, & ſecundis es. Sed ſi tunc adhæreas Chriſto, quando te perſecutor exagitat, quando aliqua procella perturbat. Sponſa quæſiuit in noctibus, in perſecutionibus, in aduerſis, in tribulationibus, & doloribus duris.* ſerm. 7. in Pſalm. 118 quod ſi tam laudabile, propriúmque ſanctorum hominum eſt Deo in aduerſis gratias agere, quid quæſo magis impium, indignúmque homine cenſebitur, quàm vt in proſperis af- B fluens quis diuinæ benignitatis donis tanto benefactori gratias habere, aut nihili faciat, aut prorſus obliuiſcatur? Porrò in aduerſis Deo gratum hominem ſe præbere, tantæ laudis, virtutiſque habetur, vt martyrij trophæo proximum eſſe videatur. Quod S. Chryſoſt. in hunc modum expendit. *Nihil eâ linguâ ſanctius eſt, quæ in aduerſis Deo gratias agit. Certè non inferior eſt lingua martyrum, vtráque pariter coronatur.* Martyr quidem in cruciatibus Deum confitetur: patiens in aduerſis Deum laudat, Deo gratias agit. Cruciatus martyrem commouent ad negandũ Deum: aduerſa patientem impugnant, vt de Deo conqueratur, Deum ſibi iudicet inimicum, Deo pietatem debitam obſequiúmque deneget. Igi- C tur vtrobique victor pariter triumphat, & qui pariter certauit, pariter coronatur. Probat dictum S. Chryſoſt. *Nam & aduerſus iſtam linguam inſtat lictor Deum per maledicentiam negare cogens, inſtat diabolus argutis cogitationum quæſtionibus lacerans, & animi anguſtiis obtenebrans.* Ex quibus demum colligit: *Si ergo dolores pertuleris, & gratias egeris, martyrij coronam ſortitur.*: homil. 8. in epiſt. ad Coloſſenſ. Hinc iure optimo idem appellat Iobum martyrem homil. 25. ad populum Antioch. & hom. 1. in epiſt. ad Corinth.

4. Enimverò cum ſanctiſſimis, & clariſſimis quibuſque martyribus egregiè comparari poteſt, ac debet patientiſſimus Iob: nec vllus vnquam ſub ſecuribus, & in equuleis ſanctiùs, & glo- D rioſiùs (auſim dicere) locutus eſt, quàm in egeſtate, orbitate, vlceribus, ſterquilinio Iob Deum in terram corruens adorauit, & dixit: *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc: Dominus dedit, dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt; ſit nomen Domini benedictum.* Iob. 1. Miris quidem, ſed iuſtis tamen laudibus hanc (vti vocat) philoſophiam ſancti Iob extollit D. Gregor. Et cùm alij plerique vti Deum amare videntur in proſperis, ita è contrario in aduerſis impatientiâ quereliſque offendant, aut certè abiectis prorſus omnibus pietatis, orationiſque ſtudiis, quibus anteà Deum colebant & Dei nomen obliuiſcantur, & ab ipſo procul abſcedere videantur. Patien- E tiſſimus verò Iob in tam prodigioſa rerum omnium calamitate corruens in terram adorauit vtique Deum à quo ſe flagellatum credebat. *Quod additur* (inquit Gregor.) *adorauit; apertè oſtenditur, quia in dolore poſitus contra flagellantis iudicium non exceſſit: ſolent nonnulli in proſperis Deum diligere, in aduerſis autem poſiti flagellantem minùs amare. Beatus autem Iob per hoc quod motus exteriùs exhibuit, oſtendit, quia flagella patris agnouit; per hoc quòd adorando humilis manſit, oſtendit, quia amorem patris*

D. Ambr. *Gratiarum actio etiam in aduerſis.*

D Chryſ. *Par martyri qui in aduerſis Deo habet gratiam.*

D. Chryſ.

Iob martyr.

Egregium Iobi martyrium.

Iob. 1.

Multi Deũ in aduerſis relinquunt.

D. Greg.

Iob in aduerſis Deum agnouit & amauit.

patris nec in dolore deſeruit. Pulchrè quidem pa-
ter (vti ſæpiùs videmus) vbi filium flagellaoit,
iubet flagellato, vti doloris inſtrumentum deo-
Iob.1. ſculetur, ſed adhuc illud excellentius. *Sit nomen*
Domini benedictum. Egregiè benedictione Dei
ſuam concluſit patientiam : *Vt nimirum hinc* (ait
D.Greg. S. Gregor.) *aduerſarius inſpiciat, & ad ſuam pœ-*
nam victus erubeſcat, quia ipſe Domino contumax
etiam in beatitudine conditus extitit, cui homo hym-
Erubeſcit diabolus ad patientiam hominis. *num gloriæ etiam percuſſus dicit.* Planè ſic habet : e-
rubeſcit diabolus cùm videt hominem terræ ver-
miculum nihilominùs tam conſtantem, genero-
ſúmque, vt in mediis calamitatibus, & anguſtiis
non modò patienter ſe gerat, ſed etiam (quod
multu admirabilius eſt) Deum afflictus laudet,
impenſiúſque amet : & ab illius manu tanquam
benedictionem ſuſcipiat læto vultu, gratóque
animo tribulationem. Contrà verò ipſemet dia-
bolus naturâ ſpiritus Angelicus, in ſummâ cœli
felicitate conditus Deum ſuum Conditorem, &
benefactorem contempſerit, & offenderit. Qua-
D.Gregor. re optimè celebrat S.Gregor. victoriam patientis
Iob patiētia proſtrauit diabolum. Iob de ſuperbo, crudelíque diabolo ad hunc mo-
dum. *Beatus Iob percuſſus, quia vim doloris vertet in*
laudem Conditoris, ſuperbum hoſtem humilitate per-
cuſſit, crudelem patientiâ ſtrauit. Quot voces patien-
tiæ in Dei laudem percuſſus reddidit quaſi tot in ad-
uerſarij pectore iacula intorſit, & acriora valde, quàm
ſuſtinuit, inflixit. cap.12.lib.2.moral.

5. Benedictio Dei præſtita homini eſt, quod-
cumque bonum ab illo hic accepit. Quare cùm
nihil habeas, quod non acceperis, indignandum,
ægréque ferendum non eſt, ſi quando quod ac-
cepiſti amiſeris, ſuúmque Deus repetat, vnde,
& quomodo voluerit. Dicito cum ſanctiſſimo
Sua Deus auferet, cum noſtra tollit. Iob : *Dominus dedit, Dominus abſtulit : ſicut Domino*
placuit, ita factum eſt. Iob.1. Vbi perbellè idem
Iob.1. Gregor. hæc ediſſerit : *Non abſtulit niſi ipſe, qui*
D.Gregor. *dedit : ſua recepit, non noſtra abſtulit. Fortaſſe enim*
fuerat dolendum, ſi quod Dominus dedit, hoſtis ab-
ſtuliſſet ; at poſtquam non abſtulit, niſi ipſe, qui dedit,
ſua recepit, non noſtra abſtulit. Profectò nulli Deus
iniuriam facit, cùm quæ homini dedit, ab illo
repetit. Iniuſtè contra Deum ſuccenſet pater,
cui filius moritur : coniux, cùm viduatur compa-
te : vnuſquiſque noſtrûm, cui aut dignitas tolli-
tur, aut ſalus minuitor, aut quicquam delectabi-
Nemo in aduerſis de Deo iuſtè queritur. le aufertur : aut denique vita volente Deo per
morbum eripitur. Poteſt enim quiritanti homi-
ni, & eiulanti reſpondere Dominus. *Amice non*
facio tibi iniuriam : nonne quod meum eſt repetis ?
S.Greg. *Nam ſi* (adiungit rectè S. Gregor.) *ab illo accepi-*
mus, quibus in hac vita vtimur, cur doleamus, quòd
ipſo iudicante exigimur, quo largiente fœneramur ?
Nec aliquando iniuſtus eſt creditor, qui dum præfixo
reddendi tempore non conſtringitur : quando vult exi-
git, quod fœneratur. Dicit igitur quiſquis pruden-
ter damna huiuſmodi expendit : *Dominus dedit,*
Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt,
Sua nobis data Deus, non ſe aufert. *ſit nomen Domini benedictum.* Iob. 1. Egregiè ani-
maduertit S. Auguſt. *Subtraxit data, ſed non ſub-*
traxit datorem. Dedit, & abſtulit ; manet qui dedit ;
D.Auguſt. *& abſtulit, quod dedit.* in Pſal.66. Quid ergò ho-
mo affligeris, cur doles ? filium, prædium, hono-
rem tibi Deus abſtulit, at ſe non abſtolit : habes
Quomodo ſe quiſque ſoletur in aduerſis. qui dedit, habétque omnia. Sic ſuum quiſque
temperabit dolorem, támque piâ & Chriſtianâ
rerum æſtimatione ſeipſum in aduerſis conſola-
D.Greg. bitur. *Magna quippe eſt* (concludit Pontifex)
conſolatio in eo, quod diſplicet, quod illo ordinante ergà

A *nos agitur, cui non niſi iuſtum placet. Si igitur iuſta* *Iuſtè à iuſto Deo patimur.*
Deo placere ſcimus ; pati autem nulla niſi quæ Domi-
no placuerint, poſſumus ; iuſta ſunt cuncta quæ pati-
mur : & valde iniuſtum eſt ſi de iuſta paſſione mur-
muramus. lib.2.moral.cap.12. Iuſtus quidem Deus
noſter eſt, & iuſta iudicia eius ; officioſa in bo-
num eſt noſtrum illius prouidentia, ſiue iudicet,
ſiue miſereatur : ſiue puniat, ſiue abſoluat : ſeu
patrem agat, ſeu iudicem ; ſeu bona mundi tri-
buat, ſeu deneget, aut aliquando data ſurripiat,
ſeu benedictionem Iacob donet, ſeu donatam
repetat poſtliminio. Nec vllus noſtrum (etſi
millies agat hoſtis iniuſtè) vnquam patitur in-
iuſtè : nam ſi aliquando deliquimus, quæcunque
obuenerit clades, in pœnam venit delicti. Quod
B ſi nunquam errauimus, (ſi tamen id filiis Ada-
mi poteſt contingere) adhuc tamen iuſtè pati-
mur, cùm à iuſto Domino affligimur, cùm Dei
voluntas in nobis impletur, cùm ſuo Conditori *Iuſtè homini venit & labor, & pœna.*
creatura in eo, quòd patiatur inſeruit. Sic tam
prudenter, quàm ſanctè nunſianti diuinam vin-
dictam reſpondit Heli Pontifex Hebræus : *Do-*
minus eſt : quod bonum eſt in oculis ſuis faciat. 1.Reg. 1.Reg.3.
3. Meritò Theod. & Procop. celebrant hanc vo- Theod. Procop.
cem laude digniſſimam, & Lyran. arbitratur, Lyran.
Quia patienter acquieſcens diuina ſententia, conſtan- *Heli moritur in gratia Dei.*
ter filiorum mortem ſuſtinuit, & captam Dei arcam
granditer doluit, ſanctè in Dei gratia Pontificem obiiſſe.

6. Benedictio Dei eſt, quodcumque bonum
ab eo accepimus ; benedictio etiam Dei eſt,
C quod pro Deo pauperibus erogamus, iuxta illud
Apoſtoli. *Qui ſeminat in benedictionibus, de bene-*
dictionibus & metet. 2. Cor. 9. Pulchrè eleemo- 2.Cor.9.
ſynam vocat benedictionem, & abundantem, *Eleemoſyna dicitur benedictio.*
aut certè frequentem eleemoſynam vocat bene-
dictiones, quia qui præſtat pauperi ſtipem ab
ipſo benedicitur ; bona ſiquidem, fauſtaque pau-
peres precantur iis, à quibus eleemoſynam acci-
piunt. Deinde quia benedicuntur à Deo, qui il-
lam erogant. Felix planè, cuius in animum illa
Chriſtianæ pietatis incidit cogitatio, vt de ſuis
bonis liberaliter pauperibus communicet. Canit
enim vates : *Hic accipiet benedictionem a Domino,*
& miſericordiam a Deo ſalutari ſuo. Pſalm. 23. Vbi Pſal.23.
legimus *miſericordiam.* Hebr. *iuſtitiam.* LXX. *elee-* *Eleemoſyna dicitur iuſtitia.*
D *moſynam, benignitatem.* Sic Daniel. 4. *Peccata tua*
eleemoſynis redime Hebr. *iuſtitiis.* Caiet. legit, *iu-* Daniel.4.
ſtitiam à Deo ; explicátque *iuſtitiam, hoc eſt, iuſtam* Caietan.
retributionem. Volunt nonnulli benedictionem,
& miſericordiam hoc loco eandem prorſus eſſe.
Ac benedictio quidem vt alibi non ſemel adno-
tauimus, eſt copia bonorum omnium, quam ſci-
licet Dominus Iacobo, & Patriarchis donauit ex
ipſa diuina gratia, & miſericordia ; dicitur verò
hæc iuſtitia, quia iuſtus iudex noſtra merita ſuis
beneficiis perſoluit : dicitur miſericordia, eò
quòd ipſa quoque merita noſtra ex diuina gra-
tia, & miſericordia non ſolùm præueniente, &
excitante ; ſed etiam concomitante procedunt.
Addiderim accipi frequenter in Scripturis iuſti-
E tiam pro benignitate, ac miſericordia, vt loqui-
tor Apoſtolus : *Diſperſit, dedit pauperibus : iuſtitia*
eius manet in ſæculum ſæculi. 2. Corinth. 9. & Pſal. 2.Cor.9. Pſal.111.
111. dicitur idem : Vbi vides eleemoſynam, quæ
datur, iuſtitiam dici, ſeruarique à Deo, qui vt eſt
iuſtus iudex, & fidelis remunerator, eam retri-
buet in die iudicij, videlicet eam publicitùs ce-
lebrabit, & pro ea vitam donabit ſempiternam, Matth.25.
vt ex cap.25.Matth. apertum eſt.

7. Subtiliter ad hunc verſum expendit S.Hie- D.Hier.

 ron.

Eleemoſyna pluribus, quàm vni erogata pretioſior.

A ton. duo illa verba, *Diſperſit*, & *pauperibus*, quibus innuitur recta ratio ſtipem erogandi, vt nimirum ad complures diffundatur, non verò ad vnius tantum pertingat manus. *Diſperſit* (inquit) *hoc eſt, partitus eſt; non dixit totum vni homini, ſed dicit: da pauperibus.* Matth. 9. Luc. 14. *quia per multos illa partitus eſt, vel diſperſit, quia plus eſt oratio multorum, quam vnius hominis.* Ob hanc rationem intelliges à Domino IESV in Euangelio pauperes, non pauperem commendari. Gratior quidem eſt pluribus, quàm vni tantùm erogata eleemoſyna, & fructuoſior eroganti; plures ſiquidem habet a quibus Deum pro benefactore deprecantibus commendetur. Sic terrena bona diſtribuendo pauperibus regnum cœlorum diuites emunt. B *Non vident illi quidem, & emunt tamen:* (vti obſeruat S. Auguſt.) *ſed ille theſaurum ſeruat in cœlo, qui eſurire, & ſitire in pauperibus dignatur in terra. Non mirum eſt igitur, ſi iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi, cuſtode illo, qui condidit ſæcula.* Benedictio eſt ipſa eleemoſyna: benedictus, qui eam pauperibus diſtribuit. Audiet in die iudicij finalis inter cæteros ſempiternæ gloriæ prædeſtinatos ab ipſo ore Dei hominis; *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum*, &c. Matth. 25. *Pro qua re* (quærit S. Auguſt.) *Eſuriui, & dediſtis mihi manducare*, &c. *Quid tam vile, quid tam terrenum, quàm frangere panem eſurienti? tanti valet regnum cœlorum.* in Pſal. 49. Stupebunt quidem cùm talem à Domino acceperint benedictionem, cur ſcilicet tantulo tantum comparetur obſequio C præmium: vt fruſtulo panis ſempiternam emerint vitam? Iccirco reſpondebunt: *Domine quando te vidimus eſurientem?* &c. Matth. 25. *Mirantes dicunt* (explicat Beda) *quod paruum eis tunc videtur omne bonum, quod fecerunt pro magnitudine terroris, & abundantia retributionis.* Profectò ad cœleſtem beatitudinem nihili æſtimatur quicquid pro illa conſequenda, & pro illa non amittenda laboratur, datur, expenditur, efficitur. Ad gehennam ipſam nihili habetur, quicquid pro illa fugienda, & toleratur, & deſudatur.

Matth. 9. Luc. 14.

Commendatur diuitibus eleemoſyna. D. Auguſt.

Matth. 25. D. Aug. *Cœlū emitur eleemoſyna.*

Matth. 25. Beda. *Beatitudo ſupra omnia noſtra merita.* *Nihili æſtimatur quod pro euitando inferno fiet.*

8. Nota obſecro, quanti Deus faciat noſtra opera, quam certò diſtrictéque exigat; quàm illa ſint ad gratiam & gloriam neceſſaria, quàm illud in catholica fide verum ſit, atque indubitaD tum in Chriſti lege nullum omninò ex adultis poſſe abſque propriis operibus ſaluum fieri; ſuam ſine meritis noſtris gloriam non elargitur. Quorſum Chriſtus Dominus cùm in monte Thabor gloriæ ſui corporis futuræ, quæ ex ipſius diuinæ ſtatu feliciſſimo redundabat, aliquale ſignum oſtentaret, voluit vti à Moyſe, & Elia, qui tunc apparuerunt, ſuæ in proximo complendæ paſſionis ſermo haberetur? *Dicebant enim exceſſum eius, quē completurus erat in Hieruſalem.* Matth. 17. Ineptus (putaret aliquis) tantæ lætitiæ, emicantibúſque gloriæ ſplendoribus, ſermo de paſſione, de iniuriis, de flagellis, de Cruce, de morte videtur. At non ita res habet; nec ſtatui glorioſo quicquam E aptius, quàm paſſionis recordatio, & ſermocinatio affertur. Celebratur gloria operibus, celebratur meritis, quibus emitur honor. Ad beatitudinem per paſſionem itur. Apparebunt quidem poſt generalem reſurrectionem in corporibus martyrum ſigna quædam tam pulchra, quàm glorioſa vulnerum, quibus patienter, conſtantérque acceptis, gloriam immortalem ſibi pepererunt. *Videbuntur ſcilicet* (ait S. Auguſt.) *in martyrum corporibus vulnerum cicatrices, quæ pro Chriſti*

Bonorū operum ad ſalutem neceſſitas.

Chriſti trāſfiguratio. Matth. 17.

Paſſione itur ad gloriam.

D. Auguſt. *Vulnerū ſi-*

A *nomine pertulerunt: Non enim deformitas in eis, ſed dignitas erit, & quædam quamuis in corpore, non corporis, ſed virtutis pulchritudo fulgebit.* lib. 22. de Ciuitat. cap. 20. Indicia quidem illa patientiæ, virtutiſque, ſigna præclariſſimorum operum, meritorumque monumenta in corporibus martyrum, quibus, & illuſtrior, & dulcior illis erit gloria, quam ſuo labore cum diuina gratia compararunt. Itaque in cœleſti gloria, nihil decentius, & pulchrius videri poteſt, quàm ipſa laborum ſigna, & vulnerum indicia, quibus tantus ille honor comparatur, atque ad conſpectum, præſentiámque præmij nihil æquè glorioſum quàm ipſa, quibus emptum illud eſt, oſtentari merita, & celebrari.

gna in corpore glorioſo martyris.

Operum merita illuſtrāt præmium.

B 9. A Deo, & Dei ſunt quæcumque habemus bona, non vt illorum abſoluti efficiamur domini, ſed vti coloni, ac redemptores ipſi Domino ſuæ ſubſtantiæ prouentum reddamus. Inſanus quidem eſt, qui aliter cenſet, atque iccircò Dominum ſuum neſcit, qualis illa fuit de qua Dominus conqueritur. *Hæc neſciuit, quod ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui, & aurum: quæ fecerunt Baal.* Oſeæ 2. *Vniuerſa, quæ* (inquit hoc loco S. Hieron.) *ſuſceperat, vt in Dei cultum verteret, vertit in idola, & fecit Baal*, &c. Quid quæſo tam ſtultum, támque inuerecundum, quàm veri Dei munera in ſacrilegos cacodæmonum ritus conuertere, atque ex beneficiis Dei arma contra ipſummet C benefactorem fabricare; è donîſque Dei, nefandum Dei hoſtibus cultum exhibere? Rectè S. Cyril. Alexand. commentatur ad hunc modum. *Cum munificentia mea gratias deberet, ea* (aurum, ſcilicet, argentum, &c.) *in decus, & gloriam Baal conuertit, quod extremi ſanè ſtuporis ſimul, & animi ingratiſſimi apertum eſt argumentum; & ad Deum quantumuis omnis manſuetudinis fontem, & originem merito iſſimè exacerbandum ſufficit.* Grauiſſimè igitur Deus bonorum omnium fons tanto perditorum hominum ſacrilegio ad iuſtiſſimam vltionem irritatur. *Talis quidem ſunt, qui diuitias ad idoli gloriam* (vti adiungit S. Cyrill.) *offerunt*, &c. Videlicet, qui ex diuitiis vitia conſtruunt, diuitiis à Deo datis, ad ſuperbiam, ad tyrannidem, D ad luxuriam abutuntur. A Deo (vt vocat Iacob) benedictionem donatam petulantiſſimi conuertunt in maledictionem per execranda flagitia, ipſi Deo irrogatam. Quòd ſi myſticè argentum, & aurum accipias; pulcher etiam ſenſus, quem Propheta innuit: Videlicet per ſcientiam, rerum peritiam, eloquentiam, & huiuſmodi humani ingenij dotes, & ornamenta, quæ Deo potiùs, quàm noſtro ſtudio, laboríque accepta referri debent, grauiſſimam Deo faciunt iniuriam, qui tam pulchra Dei dona malè, ac turpiter collocant. *Græci nimirum* (ait S. Cyrill.) *& heretici illi cùm Deus homini ſapientiam, & orationem impertiuerit, eloquentia ſua facultatem dæmo-* E *num honoribus celebrandis largiuntur: heretici doloſis ſententiarum inuentis laqueos ad perdendos homines parant.* Dei benedictionem vtique in maledictionem conuertunt. *Ambo igitur* (colligit demum S. Cyrill.) *coluerunt Baal, & fere ex diuitiis, quæ mente cēnuntur, & ad Deum pertinent, pro ſplendido anathemate ad illius idoli gloriam offerunt.* Quid quòd etiam poëtarum plerique, & quidem Chriſtiani (quod turpius eſt) noſtro ſæculo ſua ingenia, ſuamque poëſim in idolorum obſequium videntur contuliſſe, dum amatoriis, vaníſque

Deus dominus, nos coloni bonorū quæ habemus.

Oſe 2. D. Hier. *Dei bona contra Deū vertimus.*

Cyril. Alex. *Summa hominis erga Deum ingratitudo.*

D. Cyril. *Malus diuitiarū vſus.*

Malus doctrina vſus. D. Cyril.

Ethnicus & hæreticus idolo immolant. S. Cyril.

Mali poëta idolis ingenium immolant.

carmini

carminibus (liceât dicere) Venerem,& Cupidinem, ipſa nimirum turpitudinum idola, hoceſt, ſpurciſſima carnis flagitia concelebrant,& venerantur? Denique iſti omnes, & inanes philoſophi,& ridiculi ſcriptores,& ſacrilegi hæretici, & ſordidi poëtæ dum Dei dona male collocata ingenia,contra Deum pro commendanda vanitate mundi, ac turpitudine carnis conuertunt, ſplendido, (vt loquitur S.Cyrillus) anathemate, cacodæmones, idola, flagitia, ſordes venerantur. *Neſciuni miſeri* (vt queritur Dominus) *quòd Dominus dedit eis argentum , & aurum, qua fecerunt Baal.* quibus (ò pudor ! ò ſcelus !) idolorum ſtatuas commendatione ſcilicet vitiorum inargentate, inauratǽque videntur.

A

10. Benedictionem à Deo donatam ſibi agnoſcit, & prædicat Iacob; profectò nullam aut maiorem,& quàm ardentiùs expeteret, & inſtantiùs peteret Hebræus à Iacob deſcendens populus , & quam Deus ſibi magis glorioſam , & hominibus ſalutarem poſſet elargiri , quàm incarnationem diuini Verbi, Dei aduentum in terras, ipſum denique Meſſiam Patriarchis promiſſum, deſideratum gentibus. Hæc illa eſt benedictio, quã Deus ſacerdotibus iuſſit Iudaico populo impertiẽdam, & ab ipſo Deo votis omnium expetendam. Sic enim ait : *Loquere Aaron, & filiis eius ; ſic benedicetis filiis Iſrael,& dicetis eis : Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te : oſtendat Dominus faciem ſuam tibi,& miſereatur tui.Conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem.*Num.6.Vno verbo dixiſſet ſacerdos benedicendo;veniat tandem noſtris promiſſus Patribus Meſſias.Deſcendat in terras Verbum caro factum. Appareat Deus homo natus ex Maria Virgine. Hoc in ſenſu locum explicat Theod. his verbis : *Hac benedictio Dei , ac Saluatoris noſtri apparitionem prænuntiat. Oſtendat enim* (inquit) *Dominus faciem tuam tibi,& miſereatur tui. Nam miſericordia plena eſt Dei,atque Saluatoris noſtri diſpenſatio per carnem*, &c. Huiuſce benedictionis meminit Dauid, ſcilicet, Deum precatus , vti Meſſiam mundo promiſſum mittat : *Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis ; illuminet vultum ſuum ſuper nos.* Pſal.66. Certe hic Pſalmus (vt Theod. animaduertit) *clarum ſenſum habet , & interpretatione non indiget : prædicit enim Dei Verbi humanitatem, & ſalutarem aduentum,omniúmque gentium ſalutem.* Conſtat igitur hunc Pſalmum eſſe de aduẽtu Meſſiæ. *Quare cùm Propheta* (inquit Theod.) *futuram hominibus ſalutem per Dei aduentum prænidiſſet , ſupplicat , vt hic quàm celerrimè concedatur.* Petit itaque illam ipſam,quam ſacerdos impertire ſolebat benedictionem,Dei faciem,Dei vultum ; Dei lumẽ, Dei miſericordiam , vtique filium Dei humanã carne indutum. Sapiens quoque poſt multas,rerúmque grauiſſimarum ſententias , vtpote de renouatione mundi , deſtructionéque peccati , aduentúque Dei hominis concludit ; *ſecundùm benedictionem Aaron de populo tuo , & dirige nos in viam iuſtitia.* Eccleſ. 36. Via quidem iuſtitiæ Chriſtus ipſe Dominus eſt, & benedictio, vt Apoſtol. docet ad Epheſ.1.

B C D E

Dei benedictio incarnatio Verbi.

Num.6.

Theodor.

Meſſias Dei facies, vultus , benedictio.

Pſal.66.

Theodor.

Eccleſ.36.

ad Epheſ.1.

11. *Poſt hac itaque* (dicit Propheta) *in terra viſus eſt,& cum hominibus conuerſatus eſt.* Baruc.3. *Idcirco* (adiungit Theod.) *dulciſſimum pietatis fructum illi afferent homines : Appoſuit enim Dauid. Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes ; terra dedit fructum ſuum.* Pſalm. 66. Apertum ſcilicet vaticinium eſt de conuerſione gentium facta per Apoſtolos ; quam quidem à Deo donatam benedictionem Iacob fratri Eſau volebat impartire : *Suſcipe benedictionem , quam attuli tibi , & quam donauit mihi Deus tribuens omnia.* In Iacob Apoſtolos Euangelij promulgatores , primos in Chriſto Eccleſiæ Chriſtianæ patres , & conditores : In Eſau intellige gentium nationes,quæ per Apoſtolos conuerſæ in Chriſtum crediderunt,& Catholicam Chriſti Eccleſiam , ſublato iam , & extincto Iudaiſmo filiorum Iacob poſſident in ſempiternum permanſuram. *Igitur vox eſt Apoſtolorum* (inquit S. Hieron.) *loquentium ad plebem de gentibus congregatam. Credidiſtis quidem ad vocem noſtram : Deus miſereatur veſtri , & benedicat vobis, illuminet vultum ſuper vos* , &c. Pſal. 66. *Non illum triſtem videamus in peccatis noſtris , ſed gaudentem in virtutibus : Non eum ſentiamus iudicem , ſed patrem.* Lætam quodámodò,hilarémque reddimus Chriſti Domini faciem , cùm illius doctrinæ conformem viuimus vitam , verique diſcipuli, ſerui, & cultores Chriſti nomen Chriſtianum moribus Chriſtianis commendamus. Pudore autẽ ſuffundimus velut obſcurà quadam infamiæ triſtitiæque caligine Chriſti vultum,offundimus, cùm fidei Chriſtianæ mores ac vita noſtra contradicũt: cùm aliter viuimus,ac nominamur : nomine quidem Chriſtiani,vita verò (pudet dicere) pagani. Honoremus Deum, & glorificemur Chriſtũ eius verbis quidem , ſed potiùs vitâ ſanctíſque moribus. Quod de ſanctis Chriſti ſeruis Hieremias prædixit. *In tempore illo vocabunt Hieruſalem ſolium Domini.* Hierem. 3. Et Iſaias. *Regnabit Deus tuus.* Iſa. 52. Vtique & ſolium,& regnum Chriſtus in ſuis habet ſeruis. Sic enim explicat Procop. *Vbi vos emendari contigerit , Rex veſter appellari non dedignabor.* Sic ille. Chriſti regnum , & ſolium turpes infamant ſerui.

Baruc.3.

Theodor.

Pſal.66.

Gentiũ conuerſio Dei benedictio.

D.Hier.

Pſal.66.

Lætu Chriſti facies ex virtute, triſtis ex vitiis noſtris.

Hierem.3.

Iſai.52.

Nomine , ac vitâ Chriſtiani ſoliũ & regnum Chriſti ſũt.

Procop.

12. Porrò cùm Deus homo factus ipſamet ſit, & in ſcripturis dicatur benedictio à Deo donata Iacob,poſteritati eius, atque omni denique mortalium generi ; potiùs illam & veriùs benedictionem & accepit,& propriam ſibi arrogat, quæ ſola Inter mulieres benedicta inuenit gratiam apud Deum , vtique vt Virgo mater Dei fieret. Meritò igitur Dauid populos , & gentes ad celebrandas Dei laudes , ad prædicandam Dei benedictionem , & miſericordiam exhortatur. *Confiteantur tibi populi Deus,confiteantur tibi populi omnes.* Pſ.66.Quare id facient? *Terra* (inquit) *dedit fructũ ſuum.* Terra quidem , non illa maledicta ob primorum parentum peccatum , ſpinis & tribulis, germinandis damnata ; ſed benedicta non ſerpẽtis halitu,greſsúque,& veneno infecta ; vbi nihil aſperum ſpinoſúmque apparuit ; quæ omnis humanæ expers culturæ , intacta,& pura ſuo extitit Conditori. Hæc illa eſt terra ſitiens , de qua radix virtutum, & bonorum omnium, & *virgultum gloria coram Deo ipſo aſcendit* , vt eſt apud Iſaiam cap.53. Terram dixit ſitientem; quippe quæ nullo naturæ humore fœcundata, ſed ex ſolà diuini ſpiritus, quam vnam experierat , gratià , benedictum fructum protulit. Huc illud omnium miraculum maximè nouum, quod Æternus Pater ſe feciſſe teſtatur in Filij ſui incarnatione : *Ex vtero* (inquiens) *ante Luciferum genui te.* Pſal.109. Hebraic. *de matrice , ex aurora* ; vel , *de matrice aurora tibi ros natiuitatis tua.* Et quidem de Virginis conceptu,partúque prophetiam intelligunt, vel ipſimet Hebræorum Doctores vt doctè oſtendit Galatin. lib.8. cap.2. Virgo prædicitur Meſſiam diuinà virtute conceptura , & paritura abſque virili ſemine , ſaluáque virginitate , quemadmodum aurora ſolem recipit , Ipſúmque parit,

Luc.1.

B. Maria terra benedicta.

Pſal.66.

Virginitas B. Mariæ aſtruitur.

Iſa.53.

Pſal.109.

Galatin.

B. Maria aurora.

ſine corruptione. *Sensus igitur eſt* (inquit Galat.) *quod quemadmodum ſol praexiſtens ſeipſo ſine ullo alio educente, ſeſe de centro aurora profert, ſic Verbum Dei per ſeipſum ſine viro generante primum conceptum naturalitatis ſuæ humanitatis accipere debebat ex centro auroræ, id eſt, ex utero Virginis, nullo viro cooperante, idem exiſtens Dei filius, qui prius erat.*

B. Maria venter auroræ ſolis.

13. Sicut in aurora, ſic in rore virginitas Deiparæ ſignificatur. *Tibi ros natiuitatis tuæ.* hoc eſt, tecum habes rorem, tecum defers rorem, ac virtutem natiuitatis, quia, ſcilicet, tibi operabetis ipſam conceptionem fabricando ex puriſſimis intactæ Virginis ſanguinibus ſanctiſſimam ipſam humanitatem, quam tuæ diuinitati perſonaliter vnias; nō verò aliunde rore aduentitio terra hæc benedicta pulchrum, & ſalutare ventris ſui proferet fructum. Vere inter omnes filios Adami benedicta, quæ ſola ex virili ſemine concepta reatum originalem, à quo totum humanum genus neceſſitate quadam ineuitabili maculatur, nullà ratione contraxit; mirum ſane eſt, quantum Virgo Dei mater de hac vnica ſibi à Deo filio ſuo donatà benedictione glorietur, exultans quidem gaudio incredibili, quòd nunquam non fuerit benedicta, & immaculata, qualem decebat eſſe Dei matrem. Ac noſtra quidem hæc ætas feliciſſima omnium retroactarum hoc vno maximè nomine haberi debet, quòd in ea in aſtruendam, & venerandam Virginis Deiparæ immaculatam abſque peccato originali conceptionem tota Chriſtianorum, toto orbe diffuſa Reſpub. videtur conſpiraſſe. De noſtro (liceat dicere) iccircò aureo ſæculo illa ſacratiſſimæ Brigitæ facta legitur ab ipſamet Dei matre in hunc modum reuelatio. *Scito quod mea conceptio non omnibus fuit nota; quia placuit Deo, quod amici mei piè dubitarent de conceptione mea immaculata, vt quilibet oſtenderet Zelum ſuum, donec veritas clareſceret in tempore ordinato;* hæc ſcribit pius autor Bernardin. de Buſto ad Papam Alexandr. VI. in ſerm. 7. de conception. Beat. Mariæ part. 1. Iam nunc hæc veritas adeò conſtanter omnium fidelium animis inſedit, infixáque inhæret, vt etiam Reges, ac Principes, Epiſcopi, Prælati, Doctores, integræque ſapientiſſimorum virorū Academiæ obnixe contenderint, ſuppliciter per literas a Summo Pontifice efflagitauerint, vti dignetur authoritate Apoſtolicâ definire de fide Catholica ſemper Virginem Dei matrem Mariam ab originali reatu immunem, & immaculatam fuiſſe conceptam. Hoc ipſum nos loquimur, ſcribimus, conteſtamur. *O digniſſima Dei mater, tota pulchra es animo & corpore; & macula, nec originalis, nec actualis culpa fuit in te.* ex Cantic. 4.

Ros virginitatis B. Mariæ typus.

B. Maria concepta ſine reatu originali.

Totius Chriſtiana Reip. conſpiratio in cōceptionem immaculatam B. Mariæ.

Bern. de Buſto.

Reuelatio B. Virg. de ſua conceptione immaculata.

Cant. 4.

SECTIO VI.

Vix fratre compellente ſuſcipiens, ait: Gradiamur ſimul, eróque ſocius itineris tui. Dixítque Iacob: Noſti domine mi, quòd paruulos habeam teneros, & oues, & boues fœtas mecum: quas ſi plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges.

1. VIm fecit Iacob, coëgit denique fratrē, vtī acciperet oblata munera, quibus omninò placatus, beneuolum deinceps, ac fraternum retineret animum. Igitur Eſau in ſignū huiuſce amoris ducem ſe, comitémque fratri offert itineris in Idumæam; qua in regione ambo fraterna in cōcordia læti ac felices viuerēt. Renuit Iacob, cauſamque reddit veram, & idoneam, ne ſimul gradiantur; fratrem, videlicet expeditum velociùs iturum; ſe verò vxorum, liberorum, copioſæque familiæ, pecorúmque impedimentis detineri, ne pariter incedat. Quod S. Chryſ. ita explicat. *Cauſatus Iacob bonum prætextum. Non poſſum* (inquit) *acceleratiùs facere iter, ſed cogor lentè, & pedetentim progredi, tam propter pueros, quam propter pecudes, vt non labore plurimo pereant.* Præſertim meminit omnium fœtarum, hoc eſt, lactentium; *quarum cura* (inquit) *& periculum mihi incumbit,* vti explicat S. Aug. hoc loco in locutionibus. Dixiſſet Luſitanus. *Eſtam a minha conta, e ſobre mim.* Quod de pecudibus dixit Iacob, potiore cum ratione dicendum erit de animantibus ratione præditis; horū quippe cura incumbit principi, ne ſcilicet, aut laboribus atterat, aut moleſtiis fatiget, aut etiā nouis, & grauibus tributorū oneribus premat, preſſaque diſſoluat. Remittendum ſeruis, & famulis nonnunquā eſt otium, vacent vt à laboribus, pauliſpérque feriati interruptâ contētione ad maiorem ſubinde conſuetis occupationibus adhibendam vires, animóſque reſumant. Iccircò enim, vel ipſam tellurem ſeptimo quoque anno vacare a cultura iubebat in lege Dominus, vt habetur Leuit. 25. Hoc de argumento diſſeruimus tom. 1. ad cap. 8. ſect. 4. num. 3. vti non prolixo, ita non graui, nimioque labore famuli, & operarij delaſſandi erunt, id enim, & crudelitatis arguit herum, & laborantem famulum ſubinde reddit effœtum, ne vlteriùs, ſub iniuſto preſſus onere indictum continuet laborem. Ac forte (præter alios) hic etiā ſenſus reddi poteſt illius à Domino datæ legis. *Agrum tuum non ſeres diuerſo ſemine.* Leuit. 19. Cōſtat enim tellurem grauiùs fatigari, cum diuerſis, quàm cum vnius generis ſemente ſeritur ad eum penè modum, quo & medici præſcribunt, & quotidiana docet experientia multò magis prægrauari ſtomachum variatum eſcarum eſu, quam vnius tantùm qualitatis cibo. Igitur iubet Dominus ne diuerſorum ſeminum onere grauetur tellus, quæ tandem fatigata, vel omninò ſterileſcat, vel ſaltem optato prouentu non reſpondeat, & votis, & laboribus agricolarum.

D. Chryſ.

D. Auguſt.

Ne ſubditos grauet princeps.

Serui vacēt interdum à labore

Leuit. 25.

Leuit. 19.

2. Hoc ipſo denique typo, & figurâ præcepit famulos, ſeruoſque, ac ſubditos nimio labore nequaquam opprimendos; maximè verò plebem non iniuſtis, & grauibus & plurimis à principe (quod tyrannorum eſt) tributis diuexandam. Multæ ſiquidem gentes, pluribus, & in dies ingraueſcentibus ob ſæuitiam, & auaritiam principum inſtar telluris nimio cultu fatigatæ, atque exſuctæ, non attenuantur modò, ſed habitatoribus viduatæ in deformem ſolitudinem rediguntur. Dixi non opprimendam duris exactionibus plebem, hæc enim calamitas, vna inter homines grauiſſimarum in pauperes, non in diuites ſolet deſæuire. Hinc illa comploratio S. Saluiani Epiſcop. Maſſil. *Quid indignius, aut iniquius eſſe poteſt, quam vt ſoli diuites ſint immunes a debito, qui cunctos faciunt debitores. Et quidem miſerrimi pauperes, ſic totum ſoluunt, quod, quare, vel qua ratione ſoluant, penitus ignorant. Cui licet diſcutere, cur ſoluatur, aut cui permittitur explorare, quod debeat* de prouident. lib. 5. O ſcelus diuitum! o pauperum miſeriam! hoc ipſo diuites tantùm ab indictionibus, à tributis, ab oneribus Reipub. fiunt immunes, quòd diuites ſint, hoc ipſo pauperes ſic omnibus prægrauantur, quod pauperes ſint. Quàm

Grauia & plurima tributa tyrannorum.

D. Saluia.

In pauperes, non in diuites tributa incidunt.

Suaue Chriſti Regis imperium.

Iſai. 9.

A Quàm dulce illud cœleſtis Regis imperium, de quo Iſai. ait. *Factum eſt principatus ſuper humerum eius.* cap. 9. Non quidem ſubditis immoderata imponit onera, ſed illos & iſta ſuis portat humeris. At Reges terræ principatum ſuum imponunt ſuper humeros ſubditorum: hi miſelli portant humeris onera imperij ſuorum Regum, vti conquerebantur de Salumone ad Roboam Regem Iſraëlitæ. *Pater tuus duriſſimum iugum impoſuit nobis,* &c. Quibus malè ſtultus reſpondit Rex: *Pater meus poſuit ſuper vos iugum graue; ego autem addam ſuper iugum veſtrum.* 3. Reg. 12. Huius dementiæ pœnas illicò dedit Robuam, deſertus à ſuis; decémque tribubus irreparabiliter priuatus. *Claret ergò* (adnotauit S. Ambroſ.) *Quoniam & æquitas imperia confirmet, & iniuſtitia diſſoluat. Summâ igitur benignitate opus eſt, vt non ſolùm publica gubernacula, ſed etiam priuata iura tueamur.* lib. 2. officior. cap. 18.

Stultus Rex granat plebem tributis.
3. Reg. 12.
D. Ambr.
Æquitas regnū tenet, iniquitas diſſoluit.

B 3. Contrà verò Regis Henrici III. in Hiſpania celebratur prudentia pariter, & pietas, qui cùm grauibus premeretur bellorum incommodis, regiúmque ærarium prorſus eſſet exhauſtum, ſuadentibuſque miniſtris, vt nouo indicto populis tributo ſubſidium aliquod tam iuſtum debitumque compararet. Reſpondiſſe fertur; *Non faciam equidem, fieri non patiar, potius enim pauperum lacrymas, quam hoſtium arma timeo; plus illa regi, & regno, quam iſta proculdubio nocebunt.* O dignam tanto Rege, vel ſi cœlitùs Rex aduenirét, ſententiam! Dicite obſecro, qui militiam exercetis, quid præſtat æreas fiſtulas glandibus ferreis, optimóque ſulphureo puluere oneratas in aduerſas hoſtium phalanges collibrare, ſi tamen humore aqueo ſulphureus puluis madet totus, admotúmque ignem reſpuit: humectata ſcilicet, ac madentia miſerorum lacrymis arma hebetantur ad prælium, hoſtem ferire nequeunt. Porrò ſi principum prudentia, & Chriſtiana virtus cupiditatem, quæ nullis coërceri terminis ſolet, comprimat, immoderatoſque regij faſtus, ac vanitati circuncidat ſumptus, abundabit profectò ærarium; non ab inopia, & lamentis miſerorum petetur ſubſidium. Iccircò (ſcripſit Lyranus ad locum prædictum) *reputabat populus iugum graue, quia expenſæ Salomonis erant valdè magnæ, vt habetur* 3. Reg. cap. 4. Quid igitur mirum eſt, ſi habuerit Salomon ingentes diuitias, cùm ex vectigalibus, & immoderatis tributis, regnis, ac prouinciis immenſu prægrauatis onere, ferèque ſpolians comparauerit. Ponant ergo tandem principes modum ſuis, vel ad vanitatem, vel ad luxuriem immodicis ſumptibus; atque ita violentiſſimis non opus erit ad regium ærarium ſubditorum tributis: vniuerſimque id verum eſt, ſi vnuſquiſque in modo, (vt aiunt) & menſura viuat, & ſe in ſtatu ſuo gerat; pinguiore ſubſtantia ad vitam, ſtatúmque opus non eſſe. Poſtulauit à principe quodam Romano vir quidam nobilis congiarium, & pecuniæ ſubſidium; quàm multos, dic oro (princeps interrogat) domi famulos habes? tot quidem reddit iſte; dimitte igitur (ait princeps) illorum dimidium, & ſatis ſupérque tuis, quos nunc habes ex redditibus ad vitam, ſtatúmque tuum abundabit. En accipis quod poſtulas, amplum à me donatiuum.

Plus nocent regno miſerorū lacrymæ, quàm hoſtium arma.
Nimia cupidit. & faſtus regis granat ſubditos.
3. Reg. 4.
Salomon ditatus ex nimiis tributis.
Moderanti ſumptus ſatis eſt quod habet.
Dictū egregium Romani principis.

4. Prudenter Iacob conſuluit gregi; *Oues* (inquiens) *ſi plus ambulando fecero laborare, morientur vno die cuncti greges.* En qualem ſubditis præſtare debent Prælati humanitatem, non eos tam cogendo, & violenter impellendo ad ambulandum in via mandatorum Domini, quàm inuitando comiter, deducendo placidè; vt dulci quodam affectu alacriter ſuaue Domini iugum portare velint, ac poſſint. Virga quidem opus eſt, qua regantur ſubditi potius, quàm plectantur, & feriantur. *Virgam vigilantem ego video:* dixit Hierem. 1. Vtique virgam Domini, qua populum ſuum vti paſtor, ac rector moderaretur, qua etiam errantes corrigeret. Vigilantem dicit, quaſi oculatam, eſt enim oculorum vigilare, dormiréque. Cùm igitur Dominus virga ſua peccantibus plagam infligit, oculato quidem baculo (baculum enim alij transferunt) percutiet; nimirum, ſic placidè, ac leuiter, quos corrigit, continget; quaſi blandiculis oculorum pupillis attingat: nec ſine dolore, complorationéque oculorum lædere poſſit, quos vti pater ad ipſorum vtilitatem, ſalutémque caſtigat. Pulchrum quoque viſu illud eſt in virga vigilante, quod amygdalina, nucéaque à doctis transfertur. Quo quidem intelliges Rectoris virgam, prælatique correptionem floridam, & fœcundam eſſe debere, vt floribus delectet, fructúque amygdalino paſcat, & recreet. Videlicet, corrigat, & laudet; humiliet, & ſubleuet; percutiat, & ſanet; ſupplicium pro erratis infligat, præmium pro virtutibus condonet, neceſſe eſt. Enimverò illud maximè incumbit Rectori, ac Prælato, quod prudenter admodum præſcripſit S. Hieronym. *Et in arguendis malis eſt correctio cæterorum; & in optimis prædicandis bonorum ad virtutem ſtudia concitantur.* epiſt. 15. ad Marcellam. Punire quidem oportet errata ſubditorum, ſed etiam vel maximè illorum ſunt virtutes, & laudandæ, & debitis præmiis condonandæ. Vtrumque Dominus in die iudicij ſe præſtiturum prædicit: ad dextram quidem ponet electos, ad ſiniſtram reprobos. Matth. 25. At cur ad dextram electos? Nimirum, quia (vti adnotauit Origen.) *dextra paratior, prior, propenſior ad ſaluandum, & benefaciendum eſt.* Quod etiam S. Chryſoſt. & alij reſpondent. Eſt quidem dextra calidior, fortior, magis in vſu, expeditior, nobilior; at ſiniſtra frigidior, minùs in vſu, pigrior, ignobilior. Quare ad exemplum Domini Prælatus, & rector calet ad miſericordiam, ardet ad benefaciendum: friget verò ad vindictam, tardior ad ſupplicium. Fortior eſſe debet ad mitia, ignauior ad ſeuera. Illud homini nobilius, felicius, dextrúmque; hoc ſiniſtrum.

Superioris humanitas erga ſubditum.
Hierem. 1.
Dei plectentis humanitas.
Optimus regendi modus.
D. Hier.
Matth. 25.
Orig.
D. Chryſ.
Superior mitius ſeuerus, quàm clemens.

5. Cur quæſo minorem natu filium Iacob præpoſuit maiori Eſau, illúmque in familia, & genere Hebrææ gentis principem rectorémque, ac patrem conſtituit Iſaac? Profectò ex ipſis diuinæ ſcripturæ verbis manifeſta ratio colligitur: *Dixit enim Iacob: frater meus piloſus, ego autem lenis.* Geneſ. 27. Non quidem ad regendum apta eſt aſperitas ingenij Piloſæ manus non ad moderandum ſubditos, ſed ad puniendum hoſtes à natura efformatæ videntur. Lenis rector, & princeps in regendo ſit: piloſus & ferox in torquendo carnifex eſto, blandum, & laneum ouilis gregis corium non dura eſt manu, ſed leni, blandáque tractandum. Virgam habebat Apoſtolus, ſed illam in Corinthios nec exerere voluit, nec præferre. *Quid vultis* (inquit) *in virga veniam ad vos, an in caritate, & ſpiritu manſuetudinis?* 1. Corint. 4. Nimirum (vti expendit S. Ambroſ.) *Paulus virgam quidem minatur, ſed in ſpiritu manſuetudinis viſitat delinquentes. Denique, vt ſcias mitem eſſe Doctorem eorum ipſorum, quos arguit, conſulit voluntatem; ſemel virgam dixit, bis mitiora ſubiecit, adiiciens manſuetudinem caritati. Abiecit virgam, &*

Geneſ. 27.
Decet prælatum manſuetudo.
1. Cor. 4.
D. Ambr.

affectum caritatis aſſumpſit. in 10. Luc. Veruntamen bonus ille paſtor eſt, qui & virgam præfert, & baculum geſtat; iccircò enim in Bethlehem natus eſt Dominus IESVS verus animarum paſtor, & mundi rector, quæ ſcilicet, in duplici nomine duplicem in regendo normam ſignificat, quod idem Ambroſius egregie ad hunc modum explicat. *Et tu Bethlehem domus Ephrata: ex te enim exibit princeps*, &c. Mich. 5. *Bethlehem domus panis eſt, Ephrata domus furorem videntis. Ecce tibi vbi crudelitas, ibi pietas: vbi pœna nocentium, ibi vniuerſorum redemptio.* epiſt. 18. Furorem igitur & panem ſimul inuenimus in Bethlehem; virgam, & baculum ſummi paſtoris: vtroque reguntur oues: ſed baculo potiùs ducuntur, quàm virgâ: alliciuntur magis pane, quam furore compelluntur. Vniuerſimque manſuetudini cedunt omnia. Hinc illa S. Chryſ. ſententia. *Nihil manſuetudine violentius. Non poteſt ignis igni extingui, ſic nec furor furore demulceri; quod igni eſt aqua, hoc eſt iræ manſuetudo.* homil. 18. in Geneſ. Et quidem iracundiæ paſſio, ſeu furor potiùs in quocumque hominum genere damnabilis multum eſt, veluti morbus naturalis beſtiis ratione carentibus, alienus verò ab animo rationali. Quid enim hominem extra naturæ ſuæ ſtatum æquè depellit, & in beſtiam commutat, atque furor iracundiæ? Cæterùm in magnis, & principibus viris eam reperiri ægritudinem, aut rarius multo eſt, aut ſi fortè nunquam reperitur: maioris ignominiæ habetur. Enimverò grando, procellæ, atque huiuſmodi à furioſo æthere impreſſiones, non in ſuprema regione aëris, vbi ſumma tranquillitas, ſed in infima progenerari ſolent. Indecentiſſimum planè videtur, in Prælatis, & Principibus irarum procellas, iniuriarum grandines, furioſarum paſſionum turbines ac typhona gigni, & deſæuire; ſint eæ paſſiones hominum tam ingenio, quàm ſanguine abiectorum.

Mich. 5.
In ſuperiore ſit pietas ſimul & pœna.

D. Chryſ.
Victrix manſuetudo.

Ira furor à ratione & natura hominis alienus.

Indecens in principe ac prælato iracundia.

6. *Oues & boues fœtas mecum.*] Hebr. עָלַי *ghalai*, ſuper me, quarum ſcilicet, cura, & periculum mihi incumbit. Super aliquem dicitur, quod eius curæ commiſſum eſt. Luſitanè dixeris, *A minha conta, E ſobre mim.* Dictum egregiè de quocumque ſubditorum rectore, penes quem illorum cura incumbit. Enimverò Princeps (vt ab illo ſumamus exordium) ſtudiosè, ac vigilanter ſubditis conſulere debet, ſine quibus dignitatem ſuam tueri, maieſtatem oſtentare, conſeruaréque non poteſt. Tolle ſeruos, clientes, populum; Princeps, Rexque non erit. Benè S. Chryſ. *Et Rex* (inquit) *iis opus habet, qui eius iuſſis pareant; & hi eo, qui illis præſit, & alter alterius auxilio indiget. Etenim ne aliqua eſſet arrogantia, effecit Deus, vt magna ſæpè paruis egerent.* in Pſalm. 43. Solus Deus nullo indiget, Deóque omnes indigent: mortalium, quocumque in ſtatu, & ordine ſint; alij aliis ſic opus habent, vt mutuo auxilio ſublato eſſe non poſſint, quod inſuper idem Chryſoſt. egregiâ ſimilitudine ita comprobat. *Labantem etiam columnam ſubtellus ſæpè calculus firmam, ſtabiléinque præſtitit, & nauigium in quo quamplurimi ſunt vectores, paruus clauus dirigit, & liberat à periculis.* Quid obſecro magis quotidianum, & comprobatum experientiâ, quàm quod ſine paruis non poſſunt magna conſiſtere? Nec Principes abſque plebeis, opificibus, imò & ſeruis: nec illorum opes immenſæ, congeſtíque theſauri, ſine obolo, terunciόque miſellæ plebis regalia tributa pendentis; nec tota humani corporis moles, abſque neruis, minutiſque oſſibus; nec ſine pedibus caput cuncta gubernans vllo modo ſtare poteſt. Quamobrem amare debet populum Princeps; ſubditos Prælatus, cum abſque illis iſtorum nulla ſit autoritas, nulla dignitas. Sua igitur maiores æſtiment, & curent quæcumque ſunt minorum, quibus præſint, atque imperant; ſuum iudicat, tractatque in homine caput quicquid ad eiuſdem corporis membra pertinet. Ea tandem cura ſubditorum a rectoribus exigitur, quam de ſeipſis, quæ magna ſolet eſſe, habent iſti; ex quo vnicuique ſequitur malum, & bonum illorum, aut incuriæ, aut curæ iſtorum acceptum referri, cùm etiam in ſubditis, tamquam in picturis exemplaria, Prælati, & præſides exprimere ſeipſos conſueuerint.

Rex & ſubditi mutuò indigent, ſuntque.

D. Chryſ.

Chryſoſ.
Sine plebe Rex non eſt.

Sine paruis non conſtãt magna.

Amor maiorum ergà minores.

Bonum & malum ſubditi refunditur in ſuperiorem.

7. Hoc in ſenſu Apoſtolus ad Corint. ſcripſit. *Epiſtola mea vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris.* 2. Corinth. 3. Enimverò quicquid boni, aut mali ſcriptum geſtat obſignata epiſtola, totum ſcriptori attribuitur. Sic planè, & mali mores ſubditorum, referuntur accepti Prælato, quaſi manu, ſignóque illius, & ſcripti, & ſignati, & obfirmati, ac denique illius doctrinâ, & auctoritate, exemplóque confirmati eſſe videantur. Obiter expende illud: *In cordibus noſtris*; nec enim in vero, bonoque Prælato vnum eſſe, monſtraríque debet cor erga omnes ſubditos. Sed quot ſubditos habet, tot etiam corda, vt ſuum quiſque poſſideat, neceſſe eſt exhibeat. Hinc etiam ex tot cordibus multiplex cura, & vigilantia Prælati erga ſubditos oſtenditur. Prudentiſſimus quidem paſtor Iacob non vrget violenter oues, ſed quam placidè, tutuque poſſunt incedere, libenter eas ſinit viam carpere, ouium ſcilicet ingenio, imbecillitatique ſeſe accommodans. Perſpectam ergò habeat ſubditi naturam, & ingenium Prælatus, & quoad fieri poſſit obedientiam iis accommodá ab illo exigat ſuauiter potiùs, quàm violenter extorqueat. Enimverò Deus omnipotens pecudum ſacrificia, & libamenta ſanguinis, non tam fecit, vt illa ex primaria intentione ſuis olim Hebræis indicto præcepto inſtituerit. Sic enim ipſemet conteſtatur: *Non ſum loquutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis in die, quâ eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocauſtorum, & victimarum; ſed præcepi eis dicens: audite vocem meam, & ero vobis Deus.* Hierem. 7. Vbi egregiè adnotauit S. Hieron. *Hinc manifeſtè intelligitur, quod primum decalogum dederit, in tabulis lapideis ſcriptum digito Dei, & poſt offenſam idololatriam, capitíque vituli; iuſſerit ſibi magis fieri, quam dæmonibus, ſacrificia, auferens puram religionem mandatorum Dei, & concedens ſanguinem victimarum, carniúmque deſiderium.* Itaque primò Dominus ſacrificia cæſarum pecudum non inſtituit, ſed cùm ſubinde videret Hebræos ad ea procliues; tum ex conſuetudine Ægyptiorum, quibus cum multis vixerant annis, ac proinde idololatriæ ſuopte ingenio inclinarant; tum ex ingluuie, quâ turpiter ſtimulati ſacrificia pro carnium cæſarum epulo appetebant, illa conceſſit. Illorum igitur Dominus ingenio ſeſe accommodans huiuſmodi ſacrificia indixit, vt ſanctè in Dei cultum offerrent, quæ naturâ ipſâ & prauâ conſuetudine ducti, nefandis Deorum monſtris eſſent oblaturi.

1. Cor. 3.

Prælati cura & amor erga ſubditos.

Clauda ſit obedientia.

Hebræis ſacrificia poſt vituli indicta.
Hierem. 7.
D. Hier.

8. Quid quòd Iacob altero crure claudus, ſcipionéque corpus ægrum trahens tardiore greſſu incedebat: ac proinde ſuo malo edoctus imbecillitati fœtarum ouium, gregíſque longo itinere feſſi conſulens infirmitati, non illos violentiùs vrgebat? Ex ſeipſo enim quiſque meliùs, ac certiùs

Noſtris malis educti alienis compatimur.

certiùs alios dimetitur,& qui iam laborauit, laborantibus diligentiùs prouidet, & ſuam paſſus alienæ miſeretur ægritudini. Enim verò in hanc ſententiam ſcribitur: *Homo indigens,miſericors eſt.* Prouerb.19. qui ſcilicet aliquando in ſeipſo expertus eſt, quàm grande malum ſit rerum humanarum indigentia, eam profectò in aliis dolet, ac ſubleuare contendit. Iccircò etiam Chriſtus Dominus in ſua Eccleſia non Angelos, ſed homines conſtituit Sacerdotes,& ad expianda mortalium ſcelera confeſſarios; illi enim nunquam, aut egeni, aut ægroti fuerunt, nec proinde ſunt experti quanta ſit infelicitas peccati, quanta peccatoris indigentia, & calamitas; vt miſer opus habeat precibus,& lacrymis ab ipſo Deo ſuorum ſcelerum emendicari veniam, proſtratúſque ad pedes Sacerdotis ſua detegere delicta, ſeipſum cum rubore, ac timore apud hominem pro Deo iudicem conſtituere reum,& accuſare compellator. Digna res commiſeratione, quam Angelus nunquam indigens, nunquam æger, quî habere poterit? Ergo ſit homo confeſſarios oportoit, vt quia in multis quoque ipſe quotidie deliquit, iacentem ante ſe peccatorem, non abhorreat, non execretur, tanquam impurum, cùm ipſe purus non ſit, imò & ſimilium impuritatum cœno toties, aut fortaſſe ampliùs coopertum ſe nouerit. Dolentem ergò ſolabitur eiuſdem etiam particeps doloris: ægrotum curabit,cùm ſuorum ipſe vulnerum,& miſeriam patiatur,& ſibi remedium quærat,& aliis medicamentum conficiat. Deinde confidentiùs accedet pœnitens ad confeſſarium, quem nouit hominem eiuſdem naturæ,atque infirmitatis;non verecondabitur ouis,vti eſt imbecillis, tardo greſſu incedere, cùm dirigatur à paſtore,qui pede claudo ſubſequitur.

Prou.19.

Meritò non Angelus ſed homo à Deo ſit confeſſarius.

Fiducia pœnitentis ante hominem confeſſarium.

A B C — 9. Pulchrè Latinus poeta in hoc eodem argumento, & Didonem Reginam poſt multos fugæ,atque exilij,mariſque labores fundantem nouæ Carthaginis arces inducit Troianos è naufragio regia quadam commiſeratione excipientem ipsóſque Troianos alacriter,& confidenter à Regina hoſpitij, & victus præſidium obſecrantes. Dido igitur naufragos ſic alloquitur:

Compaſſio in alienis malis.

Virgil. Æneid. 1.

Quare agite ô tectis iuuenes ſuccedite noſtris.
Me quoque per multos ſimilis fortuna labores
Iactatam,hac demum voluit conſiſtere terrâ.
Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco.

At multò luculentiùs in Chriſto Domino, & hominibus per ſanguinem illius redemptis, & ad veram Dei fidem, obſequiúmque vocatis hoc ipſum argumentum pertractat Apoſtolus. Oſtendens enim Chriſtum eſſe verum, & hominibus (qualem expetere poſſent) egregium Pontificem, ita effatur: *Habentes ergò Pontificem magnum IESVM filium Dei. Non enim habemus Pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris; tentatum autem per omnia.* ad Hebr. 4. *Non eſt* (declarat S. Chryſ.) *qui res noſtras ignoret, ſicut multi Pontifices, qui noſcitant eos, qui ſunt in afflictionibus, neque quid nam ſit afflictio.* Profectò nolim ego mihi eſſe Pontificem,ac Paſtorem, qui ſe ita eleuet ab humano commercio, vt & ſuos dedignetur noſſe ſubditos, & eorum abhorreat miſerias: qui cùm oues laborando deficiant, faméque tabeſcant, epuletur ipſe,ac delicietur. Laboret,doleatque priùs oportet, qui quòd alios regit, illorum commiſeratione neceſſe habet commoueri. *Nam apud homines* (adiungit S. Chryſ.) *fieri non poteſt,vt eius, qui malis vexatur, norit vexationem is, qui non fecit periculum, & non tranſiit per ſenſilia.*

ad Hebr 4.
D.Chryſ.

Prælatus doloribus exercitus & dolet ſubditis.

Ita Chryſ. Quî ergo miſereatur ouiculis ſiti, ac fame laborantibus,qui nunquam expertus ſit, & ſitim,& famem? qui nudum, mendicum,& vlcerosum, humano ſaltem affectu dolens intueatur, qui delicioſe veſtit,opibus affluit,ſanus, integérque viuit,atque adeò huiuſmodi ærumnarum vix ſola ipſa nomina percepit?

10. Memini (quod apptimè conuenit in hanc ſententiam) audire me aliquando natos homines in India Orientali, cùm natum Dominum IESVM reclinatúmque in Bethlemico præſepi, nocte intempeſta, & perfrigidà, ſcilicet menſe Decembri,ſummaque hyeme, piè meditarentur, haud tamen ſcire poſſe, quæ fuerit illa naſcentis Domini afflictio, quid tali nocte rigoris perpeſſus fuerit? Quærere ſiquidem ſolent, quid tandem frigus ſit, quæ talis iſthæc iniuria temporis? quid bruma ſibi volet? Ardet enim illa regio, & tunc maxime Eoi ſolis incẽdiis. Igitur cùm quid ſit frigus nec nouerint, nec experti vnquam fuerint, quæ fuerit Domini IESV in tolerando brumales iniurias virtus, intelligere nullo modo poſſunt, qui orientalibus oriuntur, & morantur in plagis: Quamobrem condolere non ſolet, ac poteſt, qui nunquam doluit, nec ipſum quid ſit dolere,fuit expertus. Habent iſtæ, de quibus ſermo eſt, oues paſtorem Iacob, mancum illum, tardigradum,incedendo laborantem, ſæpiuſque labantem, qui ſuo malo expertus itineris laborem miſellas oues, fœto grauidas, gradiendíque moleſtià delaſſatas, & doleat, & quietè, placidéque in viam dirigat. Multum quidem profuit ouibus, ſui paſtoris imbecillitas, multum hominibus, quod habeant Pontificem tentatum per omnia, & ſuorum fidelium infirmitatibus compatientem, vti adnotauit Apoſtolus. Enimverò (vt ibi explicat Theodor.) *qui illo tempere crediderant, multas tentationum tempeſtates ſubierant. Eos ergò conſolatur docens noſtrum Pontificem, non ſolum, vt Deum, noſtra natura imbecillitatem noſſe, ſed etiam, vt qui ſit homo, noſtrarum perpeſſionum feciſſe periculum.*

S.Chryſ. Fideles in oriente ſcire non poſſunt quid algoris puer IESVS in ortu pertulerit.

Prodeſt ſubditis miſeria prælati.

Theod.

Chriſtus noſtris miſeriis compatiens.

D E — 11. Hinc etiam ſperare nobis æquum eſt, vt Deus homo noſtram in ſeipſo (abſque peccato tamen) infirmitatem expertus & vberius ad patientiæ certamen nobis auxilium præbeat;& mitiore iudicio noſtræ imbecillitatis puniat delicta. Quod Theodor. hæc adiungens ita colligit: *Cùm autem hanc noſtram ſciat imbecillitatem,& nobis feret, quod conueniat auxilium, & nos iudicans, habità ratione imbecillitatis feret in nos ſententiam.* in 4. ad Hebr. Optimè igitur colligit ex his Apoſtolus; *Omnis Pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis, quæ ſunt ad Deum,qui condolere poſſit iis,qui ignorant, & errant: quoniam & ipſe circundatus eſt infirmitate.* ad Hebr. 5. Homines videlicet natura fragiles, & ad peccandum procliues; non verò Angelos in ſtatu beatitudinis ab omni reatu liberos, Deus conſtituit ſacerdotes ad expianda hominum delicta. *Docet enim Apoſtolus* (exponit Theod.) *quòd non Angelus, vt pro hominibus fungatur ſacerdotio,electus eſt, ſed homo pro hominibus eandem habens naturam, iiſdem affectionibus obnoxius; ſciens naturæ imbecillitatem; iis qui labuntur,dans veniam; iis qui peccant, manum præbens, ex ſuis etiam, quæ ſunt proximorum conſiderans.* Non modò quidem hominibus glorioſum, ſed etiam vtile fuit, vt non Angelos, ſed homines Deus in ſacerdotium eligeret,quod paulò ante propoſuimus, & ex iis, quæ nunc retulimus ex Apoſtolo, & Theodoreto luculentiùs comprobatur. Addiderim

Theod.

Chriſtus, quia homo nos & fortius iuuat, & mitius iudicat.

ad Hebr.5.

Theod.

Vtile hominibus & glorioſum, quòd Sacerdotes homines ſint.

diderim Sacerdoti, cùm ſuæ infirmitatis, ac miſeriæ conſcius ſit, non ad ſuperbiam, ſed ad maiorem etiam humilitatem cedere, vt aliorum audiat, expiétque delicta. Secum enim meditando
Sacerdos ex alienis peccatis humilior ſit.
dicere oportet: Heu me miſerum, qui plura & grauiora commiſi flagitia, quam ab iſto audio! alienas expio, qui meis ſcateo impuritates? quòd ſi minus peccaui non meæ virtutis eſt, ſed diuinæ gratiæ, quæ ne caderem tenuit, iſtum verò labi permiſit: natura ſiquidem vna, infirmitas eadem eſt.

12. Caueat ergò quiſquis aliorum tractat delicta, ſiue vt expiet, ſiue vt corrigat, ſiue vt iudicet, & caſtiget, ne ſui oblitus, aut alios deſpiciat, ſeueriúſque iuſto accipiat; aut Phariſaico ritu ſuperbiat, ſibíque de ſuâ innocentiâ blandiatur. B Cadet haud dubiè turpiter in pœnam ſuæ ſtultitiæ, ac vanitatis. Idcircò monet Apoſtolus:
Vana ſui confidentia nihil ſtultius, & periculoſius.
ad Gal. 6.
Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris. ad Galat. 6. Egregius quidem locus multarum ſententiarum, & grauium conſiliorum fœcundus: quem ante oculos in primis illi habere debent, qui aliis quoquo modo regendis præſunt. Meminerint igitur ſuæ infirmitatis, peccaréque idcircò poſſe, cùm homines naturâ ſint, etſi dignitate dij, aut vitæ puritate Angeli eſſe videantur.
S. Hieron.
Sciens igitur Paulus (inquit S. Hieron.) *Deo ſe eſſe cultorem, qui nollet mortem peccatoris, ſed pœnitentiam; & exceptâ Trinitate omnem creaturam, licèt non peccet, C tamen poſſe peccare: eum quoque, qui ſpiritualis eſt, cohortatur ſui timore ne peccet, manum porrigere corruenti.* Labi omnes poſſumus; & qui ſtat videat,
Omnibus eadem eſt natura infirmitas.
ne cadat; proximus eſt ad ruinam qui ſe vel ſtare putat, vel quòd ſtet inaniter gloriatur: Solus Deus naturâ ſua peccati eſt incapax: Virgo mater dum viueret priuilegio; cœlites ipſi, Angelíque proprio dono beatitudinis, quâ perfruuntur. Cæteri etſi ſpirituales timeant ſibi, cùm, & tentari, & vinci poſſint. *Sol enim* (dicit Dominus) *obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum. Et ſtellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur.*
Matth. 24.
Magnorum ruina ex ſuperbia.
Matth. 24. quod non ſolum de cœlo iſto, quod patet oculis, ſed de ipſa Chriſti Eccleſia ſolet, ac poteſt intelligi; in qua ſæpenumerò præſtantium D virorum ex humana infirmitate, & vi tentationum infelices videntur, ac deplorantur ruinæ.
D. Hier.
Decutiatur igitur (colligit optimè S. Hieron.) *ſupercilium eorum, qui ſe ſanctos arbitrantes præſentiam iudicis non formidant.* ad locum Matth. 24.

13. Et quidem ſpirituales iure optimo Apoſtolus monet, in ſpiritu timoris, ac manſuetudinis, errantes inſtruant eò maximè, quòd ſpirituales ſint, videlicet, poſt diuturnam, & difficilem cum vitiis concertationem adepti ſpiritus gratiam, & ſtatum perfectionis: *Nam & ſaluator propterea tentatus eſt, vt poſſit compati, & dolere infirmitatibus noſtris, ſuo doctus exemplo, quam difficilis ſit in carne victoria.* ad verba Pauli.
D. Hier.
Timeat ſibi quiſque ex aliorũ ruinis.
Igitur ſpiritualis & perfectus doleat, compatiatur aliorum erratis; E vt qui expertus in ſeipſo fuerit, quàm ſit periculoſum obſiſtere tentationibus, quàm ſit difficile illis non vinci, non ſuccumbere; quam ſit impoſſibile hominum viribus vincere, quòd denique ſolius diuinæ gratiæ, non humanæ virtutis ſit victoria.
D. Hier.
Hinc ſubinde colligit S. Hieronym. *Si quis virgo ad ſenectam vſque permanſerit, ignoſcat ei, qui adoleſcentia quodam calore deceptus eſt, ſciens quantis difficultatibus illam tranſierit ætatem.* Non talis prudentia in illo fuit, quem legimus in vitis A patrum ætate grandæuum, ſenio & canis venerabilem, quamplurimis totâ vitâ in eremo, & carnis afflictionibus, & concertationibus cum diabolo glorioſè perfunctum. Hic igitur cùm ado-
Stulta eremitici indignatio.
leſcentem eremiticæ profeſſionis audiſſet impuros libidinum ſtimulos, quibus moleſtiſſimè agebatur, patri ſpirituali cum dolore pariter ac rubore aperientem, vehementer excanduit in miſellum iuuenem, indignatus, quòd homo illius inſtituti, ac religionis non erubeſceret, profanâ, turpique concupiſcentiâ titillari. O te miſerum (aiebat) non te pudet ſub iſto eremitico habitu verſari animo, quod lenones agitant, & meretrices: Nun times vti cœlo pluant fulmina, tellúſque dehiſcat; vt vel exuſtus flammis, vel exhau- B ſtus voragine pœnas iſtius impuritatis luas? Ergò adoleſcens nimio pudore ſuffuſus, actúſque in deſperationem ſeſe in ſæculum iterum præcipitare contendit, vt quia vita religioſa indignus eſſet, & caſtitatem ſeruare non poſſet in cœnum cum multis aliis omnium turpitudinum ſeſe peruolutaret. Rem totam diuinitùs reſciuit ſanctiſſimus quidam vir prope in ſuo tugurio. Exilit ergò, tenet iuuenem, conſolatur ægrum, ab itinere reuocat in eremum; dein imprudentiæ ſenem arguit, territat diuini iudicij minis, quæ imminebant, nec id fruſtrà. Illicò enim ſenex à
Errabit qui errantes ex ſuperbia contemnit.
libidinoſo ſpiritu impetitus cœpit exardeſcere; relinquit cellulam, ícit in luſtra, ganeáſque concitus confert; periiſſétque infelix, niſi precibus C ad Deum ſancti viri ſedatâ illâ concupiſcentiæ tempeſtate fulciretur. Viden' vt fœda ſint ſupplicia ſuperborum; vt proximus ruinæ ſit, qui alios vt errauerint deſpiciat, ac propter eorum lapſus arroganter, ſeueréque indignetur?

D. Hier.
14. Progreditur vlteriùs idem Hieronym. in eodem argumento. *Si quis pro Chriſti nominis confeſſione cruciatus alium in tormentis viderit denegare compatiatur vulneribus negatoris; & non tam illum victum quàm ſe viciſſe miretur.* Egregia planè ſen-
Mirandum eſt quod quis in gratia ſtet.
tentia. Mirandum non eſt quòd aliquis labatur; ſed quòd ſtet, quòd vincat. Illud enim humanæ infirmitatis eſt, ac ſatanicæ tentationis, hoc autem diuinæ gratiæ, ac virtutis; quare in hoc admirari oportet, ac prædicare Dei bonitatem; in D illo compatiendum eſt humanæ imbecillitati. Et quidem optimè animaduertit S. Hieronym.
D. Hieron.
Mira hominis fragilitas.
Pulchrè (inquiens) *Paulus præoccupatum in delicto hominem vocat, ex ipſo nomine fragilitatem conditionis oſtendens, vt dignus ſit veniâ qui velut homo errore deceptus, & merſus in voraginem, ſeipſum ſine auxilio, & adiutore erigere non poſſit.* Præoccupatum igitur in delicto hominem, *Hoc eſt, præuentum,* (vt explicat S. Chryſoſt.)
D. Chryſ.
Tentationis procella.
& abreptum, tentationis aſtrorum procellâ, & ſubmerſum quis eſt, qui non doleat; quis verò (ſi ſapiat) vti nouum quid miretur, quis vti alienum quid à natura grauiſſimè indignetur? Homo eſt qui cecidit, ipſa videlicet infirmitas, ipſamet vanitas. Sunt qui contendant Prælatum, vt appoſitè ſubditos moderetur, E nec ſanctum, nec ſanum, nec doctum eſſe oportere. Nam (inquiunt) ſanctus cùm cæteros ſui
Quodnam optimum prælati ingenium.
ſimiles eſſe velit, ſeueriùs iuſto in illos, vbi peccabunt, indignabitur, & ad normam ſanctitatis omnia expendens, ac dirigens, ne minutiſſima quidem ſubditorum errata æquo animo tolerabit. Sanus deinde reliquorum ex ſeipſo valetudinem, vitéſque dimetiens, grauiorem, quàm par ſit, exiget obedientiam; cúmque nullam corporis imbecillitatem expertus fuerit, aliorum miſeriis non compatietur. Doctus denique (vti eſt ho-

minum

minum in ſupetbiam, vanitatémqoe procliuitas) propriâ inflatus ſciétiâ, ſuique tenax iudicij aliorum ſenteutias irridebit, non admittet conſi'ia, iudiciaque deſpiciens de ſuâ ſententiâ quolibet io negutio rem quampiam decidet. At quid quæſo ad regendas hominum voluntates, ad veritatem inueniendaio, ad negotia prudenter expedienda, ad rem quamlibet feliciter couficiendam, & ineptius, & magis aduerſum poterit aduenire? Rectè quidem philoſophantur, quod ipſa etiam quotidiana experientia, mortalium oculis demonſtrat in Prælato ſano & docto.

Sanctitas pro omnibus ſit in prælatis.

15. Cæterùm in viro ſancto multum ego diſſentio; Enimverò cùm ſanctitas ſine prudentia virtutum omnium parente conſtare non poſſit, ſanctus ſuperior prudenter gubernans ſubditos haud imprudenter grauabit. Quo in ſenſu egregie adnotauit S. Hieronym. *Licet Apoſtolus præoccupatum in delicto hominem poſuerit; ſpiritualis autem* (inquit) *non additur homo; ſed quaſi Deo præcipitur vt hominem præoccupatum in delicto inſtruas, ſiue (vt melius habetur in Græco) perficias in ſpiritu lenitatis.* Itaque ſpiritualem non appellat hominem, ne putet ſuperior ac Prælatus anguſti ſe pectoris hominem, & conſequenter impatientem & iracundum; ac ſeueriùs quàm ratio poſtulet aliena vitia corrigentem: ſed nouerit ſe Deo perſimilem, vt dignitate illum repræſentat, animi magnitudine, iniuriarum tolerantiâ, ſpiritu lenitatis eſſe debere. *Lenitatis igitur* (adiungit S. Hieronym.) *& manſuetudinis ſpiritum in correctione peccantis, adhibeat ſpiritualis, ne rigidus, ne iratus, & triſtis corrigere cupiat errantem, ſed prouocet eum ſpondens ſalutem, veniam repromittens Chriſti teſtimonio, qui mitis, & humilis corde,* &c. Matth. 11. Quocircà ſanctitas io Prælato prima, & maxima omnium ad gubernandum facultas eſt, & quò ſanctior ille fuerit, eò prudentior, ac felicior illius erit moderatio, Verum enim verò, quod prudentiſſimus æquè, atque ſanctiſſimus Societatis IESV fundator Ignatius dicere ſolebat non omittam referre in hanc eandem ſeotentiam. Videlicet; *Virtus* (aiebat) *& ſanctitas cùm apud Deum, tum etiam apud homines, magni quidem momenti eſt, nec illi quicquam aliud, aut anteferri, aut etiam æquiualere poteſt. Cæterùm ad gubernandi munus, nec ipſa ſanctitas abſque prudentia ſatis eſt, quod quidem adeò certum eſt, vt ſæpenumerò, qui ſanctior eſt, ſed minus tamen prudens, ineptius multo gubernet, quam qui cum maiore prudentia minus habet ſanctitatis. Atque res ita vt plurimum accidit. Nam aliequi ſi priuilegia, quibus à Deo viri ſancti donantur, aliquando ſpectemus, vix aliquis abſque humana prudentia egregiè ex ſola ſanctitate vitæ gubernabit.* Refert hanc Patris noſtri ſententiam Pater Ribad. lib. 5. cap. 10. de vita S. Ignatij.

D. Hieron.

Prælatus lenitate Deũ imitetur.

D. Hier.

Prælatis blãda correctio.

Matth. 11.

S. Ignatij de prælato ſententia.

Prælatus ... prudentia

Ribad.

Exemplum ... in prælato.

16. Denique vtile fuit ad exemplum ouibus paſtor, vt claudo pede nihilominùs incedat, longam viam carpat claudicando, ouéſque ad illius aſpectum etſi grauidæ; laſſatæque ab itinere non deſiſtant, figura quidem eſt boni Prælati, rectoriſque, ad cuius exemplum, quo nihil potentius, ſeſe componunt ſubditi. Et quidem ab illo in primis exigitur cum doctrina ſimul exemplum vitæ. Nihil enim turpius, quàm vt verbo inſtruas, & facto deſtruas: legem vitæ aliis præſcribas, & tuam negligens non obtemperes ipſe tibi, nec decretis tuis pareas, qui cæteros tuâ ipſe diſciplinâ coërceas. Huiuſce vanitatis arguebat Romanus orator antiquitatis philoſophos. *Videre licet* (inquit) *alios tantâ leuitate & iactatione, vt*

Cicero.

fuerit non didiciſſe melius; alios pecuniæ cupidos, gloriæ nonnullos, multos libidinum ſeruos: vt cum eorum vita mirabiliter pugnet oratio. Quod quidem mihi videtur eſſe turpiſſimum. lib. 2. Tuſculan. Monſtrum plane, dictis virtutem, factis vitia commendare. Turpe diſſidium vitæ ab ore, morum à verbis, operum à ſermonibus, linguæ à corde. Quàm verò id indignum ſit homine ſapiente, ac Philoſopho, vlteriùs ita progrediens oſtendit idem Tullius: *Vt enim ſi grammaticum ſe profeſſus quiſpiam, barbarè loquatur; aut ſi abſurdè canat is, qui ſe haberi velit muſicum, hoc turpior ſit, quod in eo ipſo peccet, cuius profitetur ſcientiam: ſic Philoſophus in ratione vitæ peccans, hoc turpior eſt, quod in officio, cuius magiſter eſſe vult, labitur, artémque vitæ profeſſus delinquit in vita.* Nec elegantiùs, nec aptiùs quicquam ad præſens inſtitutum dici poſſet. Igitur quantum præſtet vita doctrinæ, dictíſque facta potiora ſint, nemo eſt, qui neſciat. Hinc illud optime S. Ambroſ. admonuit: *Factis exequamur Dei gloriam, quoniam dictis facta priora ſunt. Nam Dominus in Euangelio dicit: qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.* Matth. 5. *Audis ergo quoniam præcedit factum, ſubſequitur doctrina; ſiquidem benefacere doctrina eſt.* ſerm. 76. Dictum eſt optimè, benefacere doctrina eſt: nec maior, & efficacior prædicatio, quàm ipſum ſtudioſæ vitæ exemplum.

Doctrina ſine exemplo quid turpiſſimũ.

M. Tull.

D. Ambr.

Potior & fortior vis exempli, quam doctrina.

Matth. 5.

17. Egregie docet virtutem, qui ſuo ad illam præit exemplo, & omnium maximè Chriſtus Dominus nobis reliquit *exemplum, vt ſequamur veſtigia eius.* 2. Petr. 2. Meritò igitur S. Bernard. præeuntem Dominum ſubſequi deſiderans aiebat. *Fiducialiter ſequor te Domine quocumque ieris, & ſecurè incedo viam mandatorum tuorum, ſciens quòd per eam præceſſeris ipſe.* ſerm. 1. in feſto omnium ſanctorum. Cum fiducia ſubditus præeuntem ſubſequitur Prælatum: cum fiducia Prælatus exemplo docens, & ducens ſubditum inſtruit, & impellit. Icciredò Apoſtolus Titum admonet: *Hæc loquere, & exhortare, & argue cum imperio, nemo te contemnat.* ad Tit. cap. 2. Abhorrês fortaſſe nomen imperij, tyrannidem metuens in Prælato. Sed tamen immeritò. *Nam* (vt egregiè animaduertit S. Gregor.) *non dominationem potentia, ſed autoritatem ſuadet vita. Cum imperio quippe docetur, quod prius agitur, quàm dicatur. Nam doctrina ſubtrahit fiduciam, quando conſcientia præpedit linguam.* lib. 33. moral. cap. 7. Sic planè res habet: meticuloſus magiſter eſt, qui quod non agit, alios docet, an non timeat audire: *Medice cura te ipſum.* Qui doces non furandum cor furaris? ruam tua verba vitam condemnant. Iudex ore in te malefactorem profers ſententiam. Cum imperio itaque docet, loquitur, exhortatur, arguit, cui fiduciam, ac potentiam vitæ præſtat exemplum; quod in Chriſto Domino celebrat Euangeliſta: *Erat enim docens, ſicut poteſtatem habens, non ſicut Scribæ, & Phariſæi.* Matth. 7. Doctrina Chriſti erat cum imperio, quod in Iudæorum magiſtris non videbatur. Icciredò apponit Matthæus: *Admirabantur turbæ ſuper doctrinam eius.* ibidem. quia ſcilicet cum poteſtate, atque imperio. *Singulariter namque* (adiungit Pontifex) *ac principaliter ſolus cum poteſtate bona locutus eſt, quia ex infirmitate nulla mala commiſit.* Contra verò valde infirma, & abiecta, meticuloſa, &, vt ita dicam, ſeruilis erat Phariſæorum doctrina, quam multa Doctorum vitia turpiter eneruabant. Ab omni vitio alienus eſſe debet, qui alios à vitiis auertere, peccantes corrigere, ac punire debet. Vide quid Pilato contigerit:

2. Petr. 2.

D. Bern.

Multa in exemplo Prælati fiducia.

ad Tit. 2.

D. Greg.

Doctrina prabet autoritatem vita exemplum.

Matth. 7.

S. Gregor.

Abiecta doctrina ſine exemplo vita.

tigeris: Impottunis Iudæorum clamoribus ad A condemnandum Dominum IESVM, penè iam præceps ibat. Ecce audit à Domino. *Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet.* Ioann. 19. Peccas

Ioan. 19.

tu quidem, cùm damnas innocentem, ſuíſque hoſtibus crucifigendum tradis, etſi grauius illorum ſit flagitium. Ergò vt ſcribitur: *Exinde volui Pilatus dimittere eum,* ibidem. Exinde: Ex eo, quod audiuit; vbi reſciuit ſe peccare in ea damnatione. Peccato ſuo cuius tunc conſcius fuit, ita fuit conſternatus, vt iniquam illam ſententiam firmare non auderet. Enimverò propria delicta, nec liberam vocem, nec manus iudici, Principi, ac Prælato ſinunt in ferenda contra delinquentem ſententia; illam enim adimunt, iſtas colligant. Iccircò Doctor debet eſſe omnibus B virtutibus ornatus, vt peccata liberè caſtiget. Qui ergò puſſet Iacob tardo gradu incedentes violenter vrgere oniculas, eaſdémque ſi claudicatent, baculo percutere, cùm ipſemet ſimili vitio laboraret?

Propria delicta iudici os & manus cōſtringunt.

18. Fuit denique Iacob, dum oues paſceret, dum illas placido greſſu duceret, dum illarum laſſitudinem, & fœtus onera condolens ipſarum compateretur infirmitatibus, boni & prudentis animarum paſtoris exemplar ſingulare; vt hinc Prælati, cæterique hominum rectores addiſcant paterno quodam affectu complecti ſubditos, & quærere non quæ ſua ſunt, ſed quæ IESV Chriſti & fidelium Chriſti. Quod verò Iacob in pecudibus agendis figurauit, hoc idem Moyſes C mortalium mitiſſimus, in moderando populo Hebræorum ad viuum expreſſit. Vnum hoc de ipſo referam: quod Ioſephus ſcripſit his verbis: *Moyſes omnium quotquot vnquam fuerunt prudentiſſimus in tractando populo gratiâ, & dexteritate incomparabilis. Affectus quoque ita ſemper in poteſtate habuit, vt omnino illis carere videretur, & nomina tantùm eorum ex his, quæ in alijs hominibus conſpiceret, cognita habere.* lib. 4. antiq. cap. 8. ad finem. O egregium prælati, & Principis typum? Naturâ quidem homo erat, ſed ab omni paſſione inconditâ, & prauâ, qualibus planè compluribus homines ad ſummam vſque ignominiam plenos quotidiè videmus, alienus, & immunis ſic erat; vt quidnam ſit ambitio, quid cupiditas, quid ira- D cundia, quid indignatio non expertus in ſe fuerit, ſed illarum paſſionum nomina ſciens, affectus earumdem, naturáſque in alijs, dum ebullientes conſpiceret, fortè didicerit. At dices, in Deo ipſo, qui purus omnino actus eſt, ipsaque bonitas, ipsáque ratio, huiuſmodi affectus paſſim leguntur, vt conſtat ex diuinis literis. Sic enim Dauid precatur: *Domine ne in furore tuo arguas me,* Pſalm. 6. At quid minùs Deo conuenit, quàm furor: à quo nemo prudens abeſſe non ſolet? Reſpondet S. Hieron. *Furere Dominus dicitur; non quòd humanis perturbationibus ſubiaceat; ſed quòd nos, qui delinquimus niſi iraſcentem audieremus Dominum, non timeamus.* in cap. 5. Iſai. Non eſt quidem in Deo furor, nec vlla ſimiliter ex humanis E paſſionibus: ſed ſola horum affectuum nomina illi attribuuntur ex effectibus, qui reperiuntur in creaturis; validè quidem, ac rigidè caſtigantur à Deo nonnunquam homines, terra quatitur, cœlum commouetur, mare perturbatur, orbis denique totus affligatur; quæ quidem omnia nonniſi à furioſo iudice (ſi homo eſſet) effici poſſent: cùm tamen à Dei omnipotentia ſine vllo prauo affectu efficiantur. Tanta ſubinde hominum eſt vecordia, ſtupórque, vt humanarum per-

Moyſes rectorum exemplar.

Ioſeph.

Iudex & rector ab humanis paſſionibus alienus.

Pſal. 6.

D. Hier.

In Deo & in bono Prælato ſola paſſionum nomina.

A turbationum, vel horribilia nomina Dei attribui legantur; quò ſcilicet, cùm iram, furorem, ac ſimiles affectus horrore plenos in Deo audimus, iuſto conuulſi timore à peccando abſtineamus. Itaque vt in Deo, atque in Moyſe, ſic in quolibet Prælato tanta debet eſſe ingenij tranquillitas, mentiſque æquabilitas, vt quando ſubditorum errata ſeueriore indigebunt iudicio, ſola ipſa furoris, & perturbationis nomina oporteat inueniri.

19. Magnum quidem onus Prælati, plena periculis dignitas, quam ſi homines attentiùs expenderent, non tam audacter ſeſe immitterent in tam grauia, certáque animæ diſcrimina. Nouerat hanc in dignitate difficultatem, quæ dole- B bat: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me. Poſuerunt me cuſtodem in vineis.* Cant. 1. Loquitur quidem anima viri religioſi. Filij meæ religionis; fratres mei me in prælatum aliorum elegerunt. Scilicet, hæc eſt pugna, eſt violentia decertantium contra me; vtique tot ſpicula veneno, lethóque infecta in meum contorta ſunt pectus, quot in meam electionem vota, & ſuffragia coniecerunt, non tam electores, quam peremptores O admirabilem & prudentiam, & humilitatem, & rerum in mundo ſpecioſarum contemptum, & incredibilem animi magnitudinem? Hæc quidem omnia in hiſce verbis elucent. Coëgerunt (inquit) me, vt alienas cuſtodirem vineas, qui meam non cuſtodiui. Cur non timeam illud: C *Redde rationem villicationis tuæ.* Luc. 16. Animæ meæ à me ratio exigenda eſt, & reddenda ſummo iudici; cui ego miſer haud ſatisfaciam; & auſim ſtultus inſuper aliarum animarum reddere rationem? Et erit adeò quis tam inops conſilij, támque inſanus, vt etiam ambiat, appetátque aliorum eum gubernatione pariter, & rationem? *Stultus homo plaudet manibus cùm ſpoponderit pro amico.* Prouerb. 17. Planè ſtultus hic eſt, qui ambitioſe regimen aliorum quærit, aut certè oblatum læto animo, vultuque ſuſcipit, & non tam ſibi timet de reddenda ratione pro illis, quos ſuſcepit gubernandos; quàm ſibi gloriatur & blanditur de ſplendore dignitatis ipſius. Rectè ſiquidem interpretatur, aut S. Hieron. aut Beda. D *Stultus eſt, qui cùm animum fratris ſuſcipit regendum, de ſuis gloriatur actibus, & non potius ei humili compaſſione quicquid poteſt auxilij ſalutaris impendit.*

Graue onus Prælato.

Cant. 1.

Dolet vir prudēs quòd in Prælatum eligitur.

Luc. 16.

Prou. 17

Qui ambit, vel lætus prælaturam ſuſcipit, ſtultus eſt.

D. Hier.

20. Gaudet ſtultus in dignitate quòd cæteris dominetur; non curat, non dolet, quòd alij, quibus præeſt, patiantur. Deinde, quæ maior ſtultitia, quàm ſe, ſuáque pro alijs exponere, & in extremum diſcrimen inferre: ac de hoc ipſo tamen gaudere? In tantis animæ periculis ridere hominis eſt ratione, ſenſuque carentis. Summa vecordia eſt, aut quàm graue ſit onus Epiſcopatus non videre; aut de illo plaudere, geſtiréque. Non gaudebat Gregor. Magnus cum ad ſummum pontificatum inuitus non tam aſcendit, quàm ſubla- E tus eſt; quòd Chriſti vicarius Eccleſiam Dei toto orbe diffuſam ſuſciperet gubernandam: ſed dolebat potiùs quòd naui in medio ſalo fluctuanti, cum proprij, & alicui naufragij periculo gubernator præficeretur: ſic enim ſcribit: *Vetuſtam nauim vehementer confractam infirmus ſuſcepi; vndique enim fluctus intrant; & quotidianâ ac validâ tempeſtate quaſſante putrida naufragium tabulæ ſonant.* epiſt. 4. At ſtultus in dignitate non attendit onus, ſed dignitatem, & honorem: non difficultatem nauigandi, ſed prærogatiuam gubernandi, non

Stultus gaudet in dignitate

Gregor. Magn.

Plena periculis gubernatio.

non meminit naufragia ſed mercimonia nauis. At prudens, ſanctaque anima queritur, ac dolet. *Filij matris meæ pugnauerunt cõtra me, poſuerũt me custodẽ in vineis.* Cãt. 1. *Ab illis ipſis* (inquit S. Bern.) *fatetur ſe promotam a quibus & paſſam.* ſer. 30. in Cant. imò & ideò paſſam, quia promotã. Tunc enim contra illam pugnatũt. *Cæterùm ſtultorũ infinitus eſt numerus* Eccl. 1. Nec enim maior ſtultitia, quàm Eccleſiaſticæ dignitatis, vbi cura eſt animarũ, ambitio.

Cant. 1.
D. Bern.
Ecclef. 1.

21. Nec plures numero ſtulti viſuntur, quàm qui Epiſcopatus, & huiuſmodi præfecturas, & toto anhelant affectu; & omni conatu in principũ aulis, in curia Summi Pontificis ambire, ſupplicare, ac tandem extorquere cõtendunt. Meritò igitur hanc ſtultitiam redarguit S. Bern. his verbis: *Miror audaciam plurimorũ, quos videmus de ſuis vineis non colligere niſi ſpinas, & tribulos; vineis tamen Dominicis etiam ſe ingerere non vereri: fures ſunt, & latrones, non cultores, & cuſtodes.* Stulti tamen, qui ſilueſcentes ſuas negligunt vineas, & in alienis ſedulò excolendis toti verſantur: qui aliorum inuigilant ſaluti, & ſuæ perpeti non penſi habẽt detrimentum. Stultus etiam eſt, qui vineam cuſtodiendam ſuſcipit, eam verò, ſuæ tantùm ſtudens, excolere non curat. *Idoneus verò* (concludit idem Bern.) *& dignus, qui ponatur cuſtos in vineis, quẽ propria cura vineæ à commiſſarum diligentiâ, & ſolicitudine non impedit, aut retardat, dum non quærit quæ ſua ſunt, neque quod ſibi vtile eſt, ſed quod multis.* ſerm. in dicato. Denique vt illa ambitioſorum hominum ſtultitia omninò coarguatur; intueãtur (obſecro) illi, & conſiderent ipſum Dominum gloriæ, qui non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, cuius tota vita ab ipſo quidem exortu in ſtabulo, vſque ad mortem Crucis humilitas fuit. Pudeat homuncionem terræ vermiculum ſuperbire, támque ardenter ambire mundi honores, cùm videat Deum hominem conſputum, flagellatum, & crucifixum. Pudeat inter religioſos, hoc eſt, in ipſamet humilitatis ſchola gliſcere ambitionis ardorem, ac de primo, & ſummo gradu eos decertare, qui & mũdo, mũdique vanitatibus vale dixerunt: & Chriſti crucifixi opprobriis, humilitatíque militantes vexilium Crucis ſequuntur. Pudeat etiam virgines Deo ſacras, Chriſtique ſponſas in parthenonibus, hoc eſt, cœleſtium virtutum domiciliis de primatu contendere, intùs, foriſque omnem adhibere induſtriam, vt aliis emineant, ac dominẽtur. Cùm videant Virginum Virginem, cœli Reginã, Dei matrem, in ſumma rerum omnium dignitate, maieſtatéque, ita modeſtam, ita humilẽ, vt ſe ancillam dixerit, ac iudicauerit. Non legimus Dei matri vllam domi ancillam fuiſſe, cui domeſtica officia imperaſſet; quin potiùs videtur indubitatum, quòd Regina mundi non Deo filio tantùm, ſed etiã Ioſepho ſponſo, & opifici domeſticã curã adhibuerit, & vti ancilla promptiſſimè deſeruierit.

Ambitio epiſcopatus mera ſtultitia eſt.
D. Bern.
Aliena, non ſua ſaluti conſulere ſtultitia eſt.
Pudor eſt in religionibus ambire honores.
Ad Chriſtũ crucifixum verecundãtur ambitioſi.
B. Maria fungebatur ancillæ munere erga filium & ſponſum.

22. *Fætas*, & vt Hebr. habetur, *lactantes oues, & boues* non patitur Iacob celeriùs gradiendo laborare. Morientur enim (inquit) vnã die cuncti greges: in typum, ſcilicet, Chriſti Domini, cuius multæ miſerationes, qui ouem deerrantem quæſiuit, ſuíſque impoſuit humeris: cuius illa vox eſt amoris plena, & commiſerationis: *Miſereor turbæ, quia iam triduo perſeuerant mecum, & nõ habent quod mãducent, & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via.* Matth. 15. O admirabilem Chriſti Domini pietatem! ô amorem! ô miſericordiam! ô viſcera boni IESV ſuauiſſima! miraculoſo conuiuio recreat turbas, ne fame confectæ deficiant; & merentur quidẽ turbæ illæ tantum illud Domini beneficiũ: *quia* (inquit Dominus) *triduo iam perſeuerant me-*

Commiſeratio Chriſti Domini.
Matth. 15.

cum. Et quod ſubtiliter adnotauit S. Chryſ. *Nemo ex turba accedens pro ſe ipſis Chriſtũ rogauit.* Aut ergò famẽ iam ſentiebant, & patienti tamen animo tolerabant; aut Chriſti aſpectu, & voce deliniti omnem rerum humanarũ ſenſum amiſerant. *Mirum ſiquidem in modum* (adiungit Chryſ.) *verebãtur Dominum, atque amabãt, adeo, vt vel inediã æquiori animo perferrent.* homil. 10. in Matth. Miſeretur Dominus fidelium ſuorum, nec eos patitur ieiunos incedere, ne deficiant in viâ: Ideircò illis diuinarum conſolationũ & rorem inſpergit, & mãna pluit. *Torrente ſiquidem voluptatis tuæ potabis eos;* canit Regius vates. Pſal. 35. ſcilicet Spiritus ſanctus ſpiritualium deliciarum ſubſidio paſcit, roborátque fideles, ne dum mandatorum viam percurrunt, laſſati, ieiuníque deficiant. *Torrens enim voluptatis Dei* (declarat S. Hier.) *Spiritus ſanctus eſt, qui irrigat omnem animã ſpiritualibus fluentis, vt fructum exhibeat ſanctitatis.* Maximè verò miſeretur fidelium, qui diuino prægnantis verbo ſpiritum ſalutis parturiunt, vt tandem pariant iuxta vaticinium Iſai. 26. Timore ſiquidem diuini iudicij concipiunt, & peccatorum odium, & virtutis amorem, vnde in vitæ nouitate regenerentur. At quia hoc fieri non ſolet abſque anguſtiis, doloribúſque animæ ita parturientis, Deus omnipotens vbertatem ſuarum conſolationum infundit, ne pœnitens, aut nimio timore frangatur, aut nimio pudore ſuffuſus deficiat, & à fructu veræ pœnitentiæ pariendo retardetur.

D. Chryſ.
D. Chryſ.
Diuina conſolationis ſubſidium.
Pſal. 35.
D. Hier.
Iſai. 26.
Diuina conſolatio pœnitentibus infunditur.

23. Sed quid eſt, Domine IESV, quòd tam copioſus, & diues in miſericordiâ ſeruos tuos, ne deficiant in viâ, recreas, paſcis, ac roboras, & Iacob fœtas, & lactantes oues mitiùs agitat, ne delaſſentur, ne moriãtur? Et nihilominùs tu Domine clemẽtiſſime, ac dulciſſime pateris, imò, & vis matrẽ tuã digniſſimã illã vtique puriſſimã, ac mitiſſimã ouẽ, ex qua tu agnus Dei, qui tollis peccata mũdi, natus in mundo es, & prægnantẽ à Nazareth vſq; Bethlehẽ ſummâ hyeme, arduo itinere, ac fortaſſe peditẽ incedere, deinde lactantẽ fugere in Ægyptũ ab internecione innocentiũ, ne ſimul filij ſui recèns nati ab iniquo Rege ſanguis effunderetur? Hæc tu bone IESV vides, & ſuſtines, nec matrem tibi cariſſimam à timore doloréque immunẽ reddis? Quin ouem ipſam innocentiſſimam ſinis tẽpore paſſionis tuæ ita excruciari, vt viã carperet, per fora, plateaſque Hieroſolymæ, in eâque ſæpiùs deficeret doloris magnitudine, cùm te ſub põdere Crucis euntem ad patibulũ comitata eſt; demúmque ante Crucem tuã, vt te filium ſuum illi affixum, & acerbiſſimis æſtuantẽ cruciatibus, & mortuum denique mœſtiſſima mater intueretur, hæc vidiſti Domine IESV, & ita fieri voluiſti? O inſcrutabile filij iudicium? ô admirabilẽ matris patientiam! ſeu lactaret infantulum inter timores, & perſecutiones, ſeu adeſſet filio in patibulo morienti: *O ſalutarem! ô ſummè amabilem & lactis, & ſanguinis coniunctionem! Miſcebo* (ait S. Bonau.) *lac matris cum ſanguine filij, & inde faciam mihi vnã ſaluiferam, & dulciſſimam potionem. O ſacratiſſima, amantiſſima, & dulciſſima vulnera IESV Chriſti.* c. 1. ſtim. amoris. Sed etiam (adde) ô ſanctiſſima, deſideratiſſima, & ſuauiſſima Virginis matris vbera, quibus olim Deum filium nunc ſeruos paſcit, & conuerſos recreat peccatores? ſcilicet, hæc duo ſunt fœcundiſſima, & gratiſſima contemplantiũ animarum paſcuæ. Hi duo ſunt diuinarum conſolationum fontes, voluptatúmque cœleſtium torrentes: Infantia nimirum, paſſióque Domini IESV; natiuitas in præſepi, mors in Cruce; matris lactatio, filij paſſio; vbera matris, filij ſanguis.

B. Maria innumeris perfuncta doloribus.
D. Bonau.
Chriſti vulnera & matris vbera contemplantiũ paſcua.

SECIO VII.

Præcedat dominus meus ante ſeruum ſuum: & ego ſequar paulatim veſtigia eius, ſicut videro paruulos meos poſſe, donec veniam ad dominum meum in Seir.

1. NOn acquieſcit Iacob dictis Eſau, nec ad iter comites admittit; quin fratrē vt antecedat, ipſe verò præeuntem ſubſequatur, vult, obſecrátque. An timet adhuc non benè ſartam gratiam citò abrumpi, & malè confirmatam amicitiam breui diſſolui? Contendit, vt ille præcedat, non verò à tergo incedat, & quidē prudenter. B Nec enim (vt vulgò dicitur) in itinero nōn poſt carnificem, ſed ante incedendum eſt, ne ſcilicet, qui lanienæ aſſuetus, ſtimulante maligno ſpiritu & inolitâ conſuetudine mactandi pecudes, & dilaniandi carnes, homo inſtigatus, ſi à tergo incedat, præcedentem habens ante oculos hominē, ad patrandum facinus, viatorémque cædendum præcipiti furore inſiliat. Prudentis quidem viri eſt, & præcauere, & cauere pericula: imprudentis verò non curare quid mali fortè immineat, aut in illud imminens vltrò incurrere. Nunquam nocet etiā nimia cautio. Contra verò multis ſæpe graue periculum incauta ſecuritas eſt: dum callidi hoſtis inſidijs non tam tentati quàm proſtrati videntur. Geſſiſti aliquando inimicitias; habuiſti inimicū, ſed tandem & illas depoſuiſti, & cum iſto in C gratiam rediiſti, benè id quidem; at nimiùm ne crede colori, qui cum amoris ſit fortè, viua etiam nunc occultat odia, quæ datâ occaſione in perniciem tuam erumpent. Extinctos iudicas veterū ſimultatum ignes. Faxit omnipotens; odiorum cauſas & mutuas, quæ olim exarſerūt inimicitias abiiſſe iam demū in cineres arbitraris. At (quod ſæpiùs experimur) fortaſſe incedis per ignes ſuppoſitos cineri doloſo. Latet ſcintilla diſcordiarum malè tecta ſub quodam ſimulatæ cōcordiæ ſigno: quo tandem ſublato latens erumpet ignis in flammā, quæ multorum fortunas, vitámque depopuletur. At non putaſti. Dictum profectò inſipientiū, barbarorum excuſatio, refugium ſtultorum: Prudens D nunquam non putat, præuenit, cauet, præcauet, veretur. Quod ipſe Dominus conſulit, eùm nos admonet. *Eſtote prudentes, ſicut ſerpentes*, Matth. 10. *Vigilate*. Matth. 24. *Eſtote parati*. Luc. 12. *Inuenerit vigilantes*. Luc. 12.

Cauere ac præcauere prudentis eſt.

Periculoſa multis incauta ſecuritas.

Simulata amicitia erumpunt in odia.

Matth. 10. & 24. Luc. 12.

2. Inimicus enim dum viuit, ſemper timēdus, nec ab illo vera ſecuritas, niſi vbi ſepulchro illatus videtur. Magiſque tunc ille timēdus, cùm falſa ſpecie amoris verum animo tegit odium! Hinc quotidianæ inſidiæ, atque deteſtādæ proditiones, quas præcauere antequàm ſe prodát, quàm denique proditas cauere multò facilius erit. Ah quàm multi gētium duces bello egregij poſt clariſſimas ex hoſtibus victorias, inſignéſque triūphos, quia parum cauti, quia non vigilantes, quia nimium E creduli, inaniter confiſi, ſtultéque ſecuri hoſtium patuerunt inſidiis, interceptique dolis miſerandū in modum perierunt! Securior fuit Abner ab armis, quam à verbis pacificis Ioab. *Seorsū enim* (ſcribitur) *adduxit eum Ioab, vt loqueretur ei in dolo, & percuſſit illum ibi*. 2. Reg. 3. Quod ſi tā cautus, quàm intrepidus, tam prudens, quam fortis eſſet Abner, non ſe falſis decipiendū tradidiſſet blāditiis Ioab. Sed hæc eſt fortium virorū infelicitas, vt inſidiis maximè capiatur, & quos arma non vicerunt, intercipiant doli, fraudes interimāt. Hoc ipſum Da- A uid cùm lamentando Abner ſepultū parentaſſet, inſinuaſſe videtur. Plangens enim (ſcribitur) Rex, & lugens Abner ait: *Nequaquā, vt mori ſolent ignaui, mortuus eſt Abner*. 2. Reg. 3. Occiſus itaque fuit Abner, nō vt ignauus, ſed vt fortis. Quid hoc eſt? Vt fortē dicis occubuiſſe, qui non pugnando, non armatus occubuit? Inſidiis captum occidi fortitudo, aut certe fortitudinis ſignum eſt? Ita planè. Enimverò fortē nullus facile vincet facie ad faciem aggreſſus, & pede pedē conferens; ſolæ inſidiæ, dolique fortem capiunt, cædúntque incautū. Hoc ipſum de Viriato Luſitano, qui multos Romanorū Imperatores cæcidit, benéque exstructos profligauit exercitus, hiſtoriæ celebrarūt. Scribit enim Lucius Florus ad hunc modū: *Seruilius Ca-* B *pio* (Romani ſcilicet exercitus Imperator) *Viriatū per fraudem, & inſidias, & domeſticos percuſſores aggreſſus, hanc hoſti gloriā dedit, vt videretur aliter vinci non potuiſſe*. lib. 2. cap. 17. Acie quidem apertóque Marte inſuperabilis, imò & ſemper triumphator de Romanis, ſui militis auro corrupti dolo incautus, & imprudens occubuit.

Praecauenda hoſtium inſidia. 2. Reg. 3.

Fortium eſt prodi, ac vinci dolis. 2. Reg. 3.

Viriatus nō niſi dolo cæſus à Romanis.

Luc. Flor.

Viriatus bello inuictus.

3. Hac etiam vſus arte diabolus Chriſtū Dominum in deſerto poſt ieiunium quadraginta dierū dolo, nimirū aggreſſus, non apertâ vi impugnans, tentaſſe legitur: ratus quidē tantum illum virum vt fortiſſimum quemque in mundo bellatorē, ſolis potuiſſe dolis ſuccumbere. Proculdubio enim diabolus iudicabat Chriſtum Dominum eſſe virū inter homines nouâ quadam, & admirabili vitæ C ſanctitate, & quem nulla poſſent arma gehennæ, ac malorum ſpirituum tentamenta ſuperare. At ego quidem mihi habeo perſuaſum ex ipſomet Euangelio Chriſtum Dominū a dæmonibus verè cognitum eſſe: vt ex Marc. 1. Luc. 4. apertè colligitur: Sed hoc de argumento iam alibi diſſeruimus. Hoc etiam eruditiſſimè pertractat Card. Tolet. in 4. Luc. Quod hucuſque diximus de cauendis, vitandiſque inimicis, inimicorúmque dolis, etiam poſtquam conciliati redierunt in amicitiā, vel maximè intelligi volumus de hoſtibus animę, peccatis, peccatorumque occaſionibus: quibus etiam poſt expiationem propè deletis adhuc vigilandum eſt, ne vel quantulúcumque ipſorum veſtigium relinquatur, vel ipſa, quæ putantur exin- D cta rurſus noſtrâ ſocordia reuiuiſcant; bellúmque quod videbatur confectum, vehementiùs nunc, & ardentiùs in noſtri extremam perniciem redintegretur. Nam perfecta pax ab hoſtibus animæ, nūquam, aut rarò in hac vita poſſidetur. Appeti quidem illa, & curari omni ratione, induſtriâ, conatúque debet. *Eſt enim* (ait S. Ambr.) *iſta pax ſublimior, quæ corporalium paſſionum excludit illecebras, perturbationéſque mitigat, quàm ea, quæ barbaricos ſedat incurſus. Plus eſt enim clauſo intra te hoſti reſiſtere, quàm remoto*. lib. 1. de Iacob. cap. 6.

Matth. 4.

Diabolus Chriſtū dolo, non vi aggreſſus.

Marc. 1. Luc. 4.

Tolet.

Tentatio victa rurſus inſurgit.

Pax animæ à vitiis ſublimior, quā quæ ab hoſtibus.

D. Ambr.

4. Cæterùm hanc pacem, quæ appeti, curarique poteſt, & debet, ille ſolus aſſequitur, qui adiutus diuinâ gratiâ vim facit peccatis, vt ea non E ſolùm pœnitendo deleat, ſed eorum etiam occaſiones euellat radicitus; & reliquias, ne vnquam repullulent, prorſus extinguat. Magna quidem vis pœnitentiæ, vt veterem ſepeliat hominem, nouúmque progeneret; atque iccircò perſimilis ſacro baptiſmati eſſe videtur. *Lacrymæ ſiquidem* (autore S. Petro Chryſologo) *peccata baptizant*. ſerm. 107. Naſcitur infans in peccato originali, filius iræ, inimicus Deo, denique infidelis; at per baptiſmū renaſcitur in gratia, filius Dei, cœlique heres, denique fidelis, & Chriſtianus: ſic planè habet ſacramentalis pœnitentia, peccatorem in hominem

Euellendæ occaſiones peccati.

D. Petrus Chryſol.

Vis pœnitentia perſimilis baptiſmo.

hominem iuſtum, reum in liberum, inimicum in amicum Deo tranſmutat, & peccatum ipſum ſic trucidat, ita conterit, comburit, extinguit, vt culpæ (quicquid ſit de pœna) nullum omnino veſtigium relinquat. Deinde cum illud admittitur peccatum quidem eſt; ploratum verò, atque expiatum virtus eſt. Quo ſenſu etiam accipio dictum S. Petri Chryſologi. *Lacryma peccata baptizant.* Enimverò ſicut infans ante baptiſmum infidelis, poſt illum, idem Chriſtianus eſt, ſic etiam peccatum ab homine admiſſum titulus æternæ condemnationis, æternæque inimicitiæ cum Deo eſt. Ipſum verò deinde lacrymis ablutum, & confeſſione expiatum, titulus eſt ſalutis æternæ, vinculum amicitiæ cum Deo: Submerſum aquis peccatum, grande quidem opus eſt pœnitentiæ. Ego B verò illud malim flammis abſumptũ, in quo quidem perfectiùs eminet pœnitentia. Nam quantumuis fœdum, ac miſerabile ſit naufragium; tamen, vt quotidie videmus, etiam naue fluctibus hauſta, cúplures illius reliquiæ, ſuper aquas enatant, in littus expuuntur, tabulæ, nũnitum merces, veſtes, cadauera naufragorum, & alia huiuſmodi. Contra verò vbi glliſcit Incendium, flammis omnia impunè depopulantibus, quicquid in domo eſt, abſumptum in cineres omninò redigitur. Rara eſt in homine pœnitentia, quæ voracis inſtar habeat ignis; & qua peccatum, peccatique ſupellex tota ſic abſumatur, vt ſoli remaneant cineres, ac fauillæ.

Expiatum peccatũ titulus æternæ ſalutis.

Perfecta pœnitentia incendio perſimilis.

5. Heu miſeram noſtræ infirmitatis ne dicam, C an malignitatis conditionem? Aquis (cùm tandẽ aliquando noſtra ſeſe in perfectionem effert pœnitentia) nos abluimus peccata, & confeſſionis pelago tradimus haurienda. Fiet (faxitque Deus) naufragium delictorum. At ſubinde vel ſupernatant, vel a profundo emittuntur, apparent etiam nunc deteſtandæ illorum reliquiæ, adhuc perdurant occaſiones, viuunt animis priſtinarum illecebrarum affectus, deſideria, recordationes, non minùs quidem periculoſa, quàm execranda naufragantium malorum ſupellex; qua demũm anima perperam illecta ſæpenumerò ad reficiendã, inſtaurandamque perditionis nauem acriori conatu ſeſe confert. O felix pœnitentia, quæ peccatorum omnium & incẽdium, & holucauſtum eſt; D de quo nihil niſi puluis, & cinis, relinquitur! Cũ peccatis ſimul inſtrumenta, & fomenta peccandi abſcindantur, & concrementur oportet, etſi cariora oculis, & manibus vtiliora eſſe videantur, iubente Domino: *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum,* &c. Matth. 5. *Rectè ſiquidem* (occurrit S. Saluian.) *nobis præſentium miniſteriorum officia ſubtrahimus, ne æterni ignis tormenta patiantur. Vbi enim de miniſterio agitur, & vita, rectiùs profectò Chriſtiano eſt, miniſterio carere, quàm vitã.* lib. 3. de vero iudic. Nihil enim homini cordato, aut dulcius, aut carius, aut vtilius eſſe debet quàm ſui ipſius ſalus ſempiterna. Igitur bellum cum vitiis, & concupiſcentiis, quibus illa nutriuntur, ac fouentur, nobis ſit irreconciliabile. ab iiſdem vel ſunt aut E nullæ aut ſimulatæ induciæ ita nulla ſit omninò ſecuritas. Hæc enim incauta, & imprudens miſerum hominem in barathrum omnium malorum detrudit. Timendus ſemper, & præcauendus eſt Eſau, nec illi fidendum, dum ſimulat beneuolentiam, ſub qua illius odium inexpiabile in tuã animam deliteſcit. Verſetur in oculis æterna dãnatio, & quæcumque ad illam pertrahunt tum inueſtiganda diligenter, tum ſapienter vitanda ſunt. *Cæterùm tanta eſt* (vt S. Saluianus deplorat)

Cunctis præferenda ſalus animæ. Matth. 5. S. Saluian.

Iuge bellum cum vitiis.

D. Saluia.

A *peccatorum cæcitas, vt cùm nullus perire velit, nullus tamen id agat ne pereat. Totum incuria, & ſegnities, totum negligentia, & ſomnolentia poſſident, iuxta illud: ſopor Domini irruerat ſuper eos.* 1. Reg: 26.

Miſera hominum negligentia de ſalute animæ.

6. Sic hodie peccantium habet inſelſcitas, hic torpor eſt, & vere lethargus; nec mortem timent ſempiternam, nec verò quid illa ſit, & num aliquando peccantibus venire poſſit, aut conſiderãt, aut etiam meminerunt. *Sopor quidẽ* (adiungit Saluianus) *infunditur, vt perditio ſubſequatur. Cum enim* (ſcribitur Gen. 15.) *completis iniquitatibus ſuis peccator quis meretur vt pereat: prouidentia ab eo tollitur, vt periturus non euadat.* lib. 6. de vero iudic. Si ergò propè eſt vt pereat, quem ſegnities occupat, ſoporque opprimit, quàm pauci (heu miſerã hominum conditionẽ) erunt, qui non peribunt? Eia tu quiſquis es huiuſmodi veterno conſopitus, aperi oculos tandẽ, expergiſcere, arrige aures, ſenſus acue, mentem excita; inter pericula, inter laqueos, cinctus hoſtibus, ſtans in acie, telis impetitus, quis quæſo dormire poteris, aut cœcutire? Adeſt Eſau armatis conſtipatus, comitem ſe tibi præbet, ne dubites tuam in perniciem. Ne credas, etiam cùm blanditur, aduerſario: à quo nulla pax, etſi videantur induciæ, quæ nullæ tamen ſunt vbi *militia eſt vita hominis ſuper terram.* Enimverò (vt optimè S. Greg. animaduertit) *hoſtis noſter tot nos iaculis percutit, quot tentationibus affligit: quotidie nãque in acie ſtamus, quotidie tentationum eius tela excipimus.* Cæterùm cùm ſit acies, profectò hinc inde pugnatur. Mittit iacula diabolus, mittamus & nos. Sed quã quæſo ratione id fiet? *Sed & nos* (reſpondet) *contra illum iacula mittimus, ſi confoſſi tribulationibus humilia reſpondemus.* 2. Moral. cap. 12. Videlicet nullum aut ſcutum magis impenetrabile, aut velocius iaculum, aut acutius telum contra diabolum eſt, quàm tentati, afflictíve hominis humilitas: horret quippe ſuperbus, fugitque vel ad ipſam humilitatis vmbram.

1 Reg. 26.

Sopor peccãtium ipſa perditio æterna.

Geneſ. 15. Saluian.

Vigilandum & inſiſtendum contra hoſtes animæ.

D. Greg.

Humilitas telum contra diabolum.

D. Gregor.

7. Sinamus tandẽ abire cum ſuis armatis Eſau: recuſat illius comitatum Iacob, præſentiam hominis abhorret. Nec enim ſancto viro grata eſt, & ſecura cum malis conſuetudo, à qua etiam (vt ſuo nos admoneat exemplo) Deus ipſe omninò impeccabilis ſeſe longiùs proripit. *Quoniam iratus eſt eis:* ait Regius vates de peccatoribus, quorum obſtinatio ſic iram Dei prouocat, vt illis iratus Dominus multa, & grauia minitetur. Inter alia verò hoc maximè adiungit Propheta: *Et aſcendit ſuper Cherubim, & volauit ſuper pennas ventorũ.* Pſal. 17. ſcilicet, tam vehementer in peccatores Deus excandeſcit, vt non ſolùm ab iis celeri volatu, ſed ventorum alis multò perniciùs aufugiat. Vt hinc nos addiſcamus malorum conſuetudini haud acquieſcere, ſed ab illa remis (vt aiunt) & velis fugere; ne vel vmbra, flatúve (ſi ad nos vſque pertingat) mali noceant, ac perimant. Sed ô ſummã peccatorum infelicitatem. Siccine ab iis recedis, volas, effugis Domine Deus! quid illis tandem ſine Deo miſeris fiet: F[illegible] hæc quidẽ illi promerentur. Cæterùm ea D[illegible] bonitas, & miſericordia eſt, vt *vbi abundauit delictum, ſuperabundet & gratia. Inclinauit cœlos, & deſcendit.* Pſal. 17. Summum quidem diuinæ gratiæ ſacramentum ſignificatur, hoc eſt, Verbi incarnatio, Dei hominis natiuitas. Nõ modò Iacob cùm Eſau, hoc eſt, ſanctus cũ impio verſatur ſed etiam (quod omnẽ excedit intelligentiã) Verbum caro factũ habitat inter homines, vt de impiis pios, de inimicis amicos, de hoſtib' ad gehennã dãnatis filios, & hæredes faciat ſuæ deitatis. Itaque nouos cœlos fecit in terra, qui de cœlo

Fugienda malorum conſuetudo.

Pſal. 17.

Deus etiam à malis fugit.

Incarnatio Verbi ſumma Dei erga homines miſericordia.

Mira homi nū per Chriſtum tranſmutatio.

deſcendit, & ex luteis hominibus puros; ac cœleſtibus ſpiritibus, & æmulos fecit, & compares.

Mundi ſtatus ante Chriſti aduentum.

8. Vitiorum ſentina, impuritatum omnium cœnum, ac volutabrum mundus hic erat ante aduentum Dei in carne. At virtutes, & ſpirituales gratiæ longiùs exulatant à terra, in qua ſcilicet, non habebant, vbi vel tantulum requieſcerent, ita nimirum inundauerat flagitiorum, ac turpitudinum omnium diluuium. Sed vbi venit plenitudo temporum, ſimul & venit plenitudo gratiarum, cùm Deus miſit filium ſuum in mundum: vtique Deus homo apparuit omnium virtutum, gratiarúmque plenus. Ex quo factum eſt vt deinceps hominibus gratæ, ſpecioſæque, & expetendæ virtutes viderentur: à quibus illi tanquam inſuauibus, ac deſpicabilibus vehementer abhorrebant. Pulcher ſanè ad hoc argumentum locus ille Prophetæ adduci poteſt: *Apprehendent ſeptem mulieres in die illo virum vnum dicentes: panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur: tantummodò inuocetur nomen tuum ſuper nos, aufer opprobrium noſtrum.* Iſai. 4. Literalis ſenſus eſt de Iudaici regni excidio, in quo interfectis viris bellatoribus tanta erit hominum raritas, vt plures fœminæ vix vnum inueniant virum, cui marito iunctæ omnes prolem habere cupiant, nec ab illo victū, & veſtitum exigant, hoc vno tantùm contentæ, quòd ab illo matres effectæ ſterilitatis euitent maledictionem. Hic ſenſus colligitur à S. Hieron. Cæterùm alter ſpiritualis, intentúſque etiam ab Spiritu ſancto eſt de aduentu Domini Saluatoris, in quo virtutes omnes, & gratiæ requieuerunt, vt idem S. Hieron. ad eum locum, & ad 8. caput Zachar. & Origen. homil. 3. in Iſai. intelligunt. *Apprehendent igitur* (inquit Hier.) *I E S V M, quem multo tempore deſiderauerant: quia nullum alium potuerant inuenire, in quo æterna ſtatione requieſcerent.* in 4. Iſai. Sunt itaque virtutes, gratiæque in Chriſto, quem vnum Deum hominem inuenerunt, in quo requieſcerent, & à quo ablatum eſt illarum opprobrium; *quia in hominibus* (adiungit idem Hieron.) *ſemper patiebantur opprobrium, nulla vi mente, vt Spiritus ſancti dona poſcebant, propterea I E S V nomen ſibi cupiunt inuocari, vt quod in lege imperfectum erat, in Euangelio compleatur.*

Iſai. 4.

D.Hier.

Origen.

Virtutes Chriſtus reddidit ſpecioſas & glorioſas.

D.Hier.

Nupta Chriſto virtutes exuberarūt.

9. Nupſerunt (liceat dicere) virtutes homini Deo, ab eóque ita honoratæ, ac fœcundatæ fuerunt, vt quæ anteà mortalibus erant inuiſæ, atque indecoræ, ac propterea ſteriles in mundo; gratæ deinde, pulchræ & amabiles adeò viſæ ſint, vt terra viris, fœminiſque virtutum omnium ſplendore conſpicuis repleta eſſe videatur. Quid quòd è terris nouos cœlos fecerit, & homines trāſmutarit in Angelos; Deus nimirū, qui homo factus habitauit in nobis, ſuóque exemplo obediens vſque ad mortem diuinæ legi eo la hominum ita ſubdidit, vt qui anteà Deo ſemper extiterant infidi, ac rebelles, nunc pro colendo ipſomet Deo, legéque ipſius obſeruandâ quæcumque in mūdo aduerſa, & grauia libenti animo perferre non dubitarint. Tanta quidem vis eſt in exēplo Dei hominis. *Factus enim eſt* (ait Propheta) *principatus ſuper humerum eius.* Iſai. 9. Vbi eſt egregia paraphraſis Chaldaica: *Suſcepit legem ſuper ſe vt ſeruaret eam.* Videlicet, tanti Deus homo fecit æterni Patris mandata, præſtandámque patris obedientiam, vt ſuam eſſe gloriam, & principatum iudicauerit, tunc Principem ſe putarit, cùm obedientem præſtiterit. O inſignem obedientiæ gloriam! Dei hominis honor, & principatus eſt obedire. Quid ni ergo ſeruis, & gloria ſit, & gaudium obedire

Exemplum Chriſti ſubdidit homines.

Iſai. 9.

Magni fecit Chriſtus obedientiam.

Deo? Vnde obſecro tanta rerum, támque admiranda, & glorioſa in mūdo, & in hominibus mutatio? ſcilicet ex Verbi incarnatione, quâ nihil maius, nihil admirabilius Dei ſapientia inuenire potuit, & operari. Quare non minùs pulchrum, quam dulce ad præſepe Domini in natalitiis affixum inter nos Eboræ nuper illud carmen legimus de hoc ipſo argumento; quod ne ſilentio pereat, referre operæ pretium iudico.

Summum Dei opus incarnatio Verbi.

Mille modis quondā, nunc demum hac vtitur arte:
Aut hac arte poteſt, aut caret arte Deus.

10. Præcedat Eſau in Seir, hoc eſt, in Edom, ſiue Idumæam, vult Iacob, quo ipſe quoque iturum ſe dicit: etſi tamen non ierit, aut quia officioſè mentitus eſt, aut quia deinde mutauit ſententiā. Vtrū-libet dici poteſt: Nam excuſandi à venialibus Patriarchas nulla eſt prorſus neceſſitas, cùm illa in ſanctioribus viris legis gratiæ reperiri certum ſit; vnáque (poſt Chriſtum Dominum) Virgo ſanctiſſima etiam ab omni vel leuiculo reatu fuerit immunis. Reuerſus eſt Eſau in ſuos idumææ mōtes, quò pollicitus ſe iturum Iacob, non iuit tamen; Gentium ille; Iudæorum iſte, cùm pater, tum typus fuit. Promiſſionis terram lacte, melléque manantem iſte occupat; illi montes Seir ſteriles diuináque maledictione percuſſi obuenerunt. Sic enim Dominus ait: *Dilexi Iacob, Eſau autem odio habui, & poſui montes eius in ſolitudinem, & hereditatem eius in dracones deſerti.* Malach. 1. Hæc erat gētium conditio ante aduētum Chriſti, montes videlicet, ſolitudo, dracones, deſertum. At ibi Deus de cœlo veniens nouam ſuam vineam, nouā hæreditatem, nouam Eccleſiam, nouum populum ex ipſa ſterilitate gentium, ac ſolitudine draconum plantauit; quo de opere admirabili ipſe ſibi gloriabundus ait; *Germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum.* Iſai. 60. Ex Hebr. legunt nōnulli: *Ad ornandum memetipſum.* Manu quidem ipſa Dei in terra plantati ſunt Chriſtiani homines; de quibus Regius vates cecinit: *Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri florebunt.* Pſal. 91. Hoc Dei hominis in terris miraculum. *Vt quando* (inquit S. Hier.) *omnia fuerint deſperata, tunc in gentem fortiſſimam congregemur.* in 6. Iſai.

Culpæ veniales in omnibus exceptâ Maria inueniūtur.

Gentilium infelicitas.

Malach. 1.

Chriſti Eccleſia ex gētibus.

Iſai 60.

Pſal 91.

Magnū Dei miraculum Eccleſia de gentibus.

11. De Chriſtiano etiam populo idē Propheta prædixerat: *In die illa germen Domini in magnificentia, & in gloria, & fructus terræ ſublimis.* Iſai. 4. *Orietur* (exponit S. Hier.) *germen nominis Chriſtiani, & terra dabit fructum ſuum.* Nec mirum, ſi tanta ſit gloria, tantúſque ſplendor populi Chriſtiani, diuinæ ſcilicet plantationis in Dei honorem, cœlique ipſius magnificentiam, quod ſcilicet ex Chriſtianorum gente, magnificos, & glorioſos Sanctorū vtriuſque ſexus percipit fructus; cùm ea plantatio Dei hominis ſanguine irrigata in tantum creuerit, vt terram ipſam operuerit vniuerſam, & caput intra ſydera condiderit. Nō auſus eſt vſque in Idumæam cum Eſau fratre Iacob tranſire, infirmum, ac tenellum cauſatus gregē, qui & clandeſtinum tantum iter carpere non poterat: ſeruatum id quidem erat Deo homini, qui *exultauit vt gigas ad currendam viam.* Pſal. 18. Grande quidem hominibus venit e cœlo præſidium: qui enim ſubuenit laborantibus, fortis eſt, gigas eſt, cuius & magnitudo, & fortitudo incomparabilis excedit quicquid magnum, & validum eſt. Deus velociter accurrens nullam in ferendo præſidio morā interponit. Vtrumque ita colligit ex verbis Prophetæ S. Auguſt. *Exultauit ſicut fortiſſimus, & cæteros homines incomparabili virtute præcedens, non ad habitandam viam, ſed ad currendam viam.* Fert opem

D.Hier.

Iſai 4.

D.Hier.

Mira Chriſtianæ gentis gloria.

Pſal. 18.

Magnum & velox in Chriſto præſidium.

D.Aug.

opem miſeris Deus elementiſſimus, & in eorum præſidium exerit totam ſuæ fortitudinis potentiam tãta ſubinde velocitate, vt currere per viam non morari, non habitare (quod deſides, ac ſomnolenti ſolent) in itinere videatur.

12. At quã ratione mortalibus ſuccurrit? *Ecce Deus veſter* (reſpondet Iſai.) *in fortitudine veniet: & brachium eius dominabitur. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet, in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo leuabit, fœtas ipſe portabit.* Iſai.40. Venit ergo è cœlo paſtor fortiſſimus, qui lupos non timeat, & quem lupi fugiant, tãquam mitis, amánſque gregis paſtor, vt ipſos itinere, cum agnos, tùm oues, & portet humeris, & in ſinu foueat. O egregium! o dulcem! ô vere cœleſtem hominibus datum ab Æterno Patre paſtorem, non qualis fuit Iacob, qui claudus in aſperos Idumææ montes gregem neque ducere, neque comitari potuit, laſſoque gregi, nec humeros portando ſuppoſuit, nec fouendo ſinum, pectúſque expandit! quid? quod & brachia motiens extendit, vt grẽgem ſuũ amplexaretur, & apertum lancea pectus ea hibuit, vt oues, & agnos introſum in penitiore cordis adyto cuſtodiret? Et nos ingrati, ſtupidi, barbari, alienum, peregrinum, caulem à cordibus noſtris Deum habemus, illóque ab animo ea pulſo condimus intrò & peccatum, & diabolum! At ea Dei noſtri bonitas eſt, vt & ingratis beneſaciat, & fugientes reuocet, & rebelles, ac proditores in ſuam gratiam recipiat, & pœnitentes in ſinu foueat, atque in corde animóque geſtet.

Iſa.40.

Chriſtus paſtor hominũ.

Chriſti in cruce brachia & latus

Ingrati Dei homines.

Dei amor erga pœnitentes.

13. Verè paſtor animarum, qui etiam illarum cuſtodiam, & curam ſanctiſſimæ ſuæ matri commiſit, vt felicius, ac dulcius à matre, ac filio regamur, & foueamur. Sic enim matrem alloquitur: *Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum.* Cant.1. Senſus hic mihi planior videtur. Habeo quidem ego greges, quos tego, foueo, paſco. Sed iidem ô mater mihi dulciſſima, tui ſunt; cùm enim te mihi matrem elegi, pariter mihi ſociam feci ad curandos, & fouendos greges. Si ergò te ignoras, quanti nimirum apud me valeas, quanta ſit virtus, & ſanctitas tua, quàm efficax, potenſque tua pro hominibus interceſſio, quantum denique Regina mundi, veráque Dei mater in cœlo, & in terra poſſis, ac domineris; Eai tandem ea iſto receſſu humilitatis tuæ, quæ tibi te abſcondit, & maieſtatis tuæ te conſciam, ac memorem non ſinit eſſe: greges meos, tuóſque ſimul inuiſe, tracta illorum cauſas, curam habe, mediatrix inter Deum & homines, tam facilè, præclaréque omnia prout libuerit perficies: vt vel ex ipſis hœdis petulcis, ac laſciuientibus, quos in tuum patrocinium ſuſceperis, agnos efficias: & qui titillationibus illecebrarum concitati huc, illuc hœdorum more luxuriantium poſt deſideria carnis, ac turpiſſimarum voluptatum concupiſcentias vagabantur, & ſubſultabant: nunc à te inſtructi, ductique ad tranquillam animæ, ſenſuúmque pacem, ad candidiſſimam honeſtatis Chriſtianæ puritatem traducētur ea hœdis facti agni, qui paſcētem in cœleſtibus liliis *ſequentur agnum quocumque ierit. Paſce* (inquit) *hœdos tuos*, vtique peccatores, per illecebroſa mundi, & carnis paſcua exultantes, ac vitiorum fœtore execrandos. Eſto illis ara, & refugium, venientes ſuſcipe; ſuſceptos foue, mœrentes conſolare; pœnitentes materno affectu recrea, déque ad tartareum macellum deſtinatis hœdis ſubſidio tuarum precum piiſque monitis

B. Maria grex Chriſti commiſſus. Cantic.1.

Mira B. Mariæ potentia.

Improborum conuerſio per B. Mariam.

Apoc.14.

Peccatores à Chriſto B. Mariæ commendantur.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom.3.

A agnos effice lenitate morum, candoréque vitæ ad cœli paſcua pœnitentes. Te igitur o pulcherrima inter mulieres agnoſce: Regina es Dei mater. Ea tua potentia eſt, vt tibi vniuerſa creatura famuletur.

14. Quo in ſenſu egregiè ita ſcribit S. Ioan. Damaſcen. *Oportebat Dei matrem ea, quæ filij erant, poſſidere, atque ab omnibus rebus conditis vt Dei matrem adorari, quanquam enim ſemper ita comparatum eſt, vt hereditas a parentibus ad filios deuoluatur, nunc tamen ſurſum ſacrorum fluminum fontes fluunt. Etenim filius matri res omnes conditas in ſeruitutem addixit.* orat.2. de aſſumpt. Virgin. Eſt quidem filius Deus naturâ ſuâ omnipotens; Virgo autem mater (liceat dicere) eſt per filij ſui priuilegium facta omnipotens. Fit enim ad voluntatem, & interceſſionem matris Dei quicquid illa vult, & ſupplicat à filio. Diffidere igitur non poſſumus peccatores, cùm omnipotentem habeamus Reginam; & magnopere debemus confidere, cùm pro nobis aduocata ſit eadémque Regina, ſimul etiam mater miſericordiæ; vt quos & propria ſcelerum conſcientia diſcruciat, & iudicis ſeueritas perterrefacit; noſtræ aduocatæ potentia, & miſericordia in ſpem erigat, & conſoletur. Enimverò vt in arca Moſaica Dei mandato tria tenebantur incluſa. Virga Moyſis: Tabulæ legis: & Vrna cœleſtis panis, qui manna dicitur: ſic in Eccleſia Dei duo fidelibus terrorem incutiunt: vnũm eſt quod fiduciam præſtat, & ſolatium. Times ergò peccator, quiſquis es, virgam Domini, quæ tuis flagitiis debitum minitatur ſupplicium; ipſáque lea Dei tui, quam ſæpiùs violaſti, impuram tuam coarguit vitam, & iuſtam præſcribit vindictam? At (ô immenſam Dei, quem offendimus, bonitatem!) vrnam ſimul habemus cum virga, cum lege, in qua cœleſtis panis, & ſupernarum voluptatum condimenta ſeruantur. Eſt quidem Chriſtus Dominus viuorum, ac mortuorum iudex integerrimus; ſed tamen à filio inſeparabilis mater eſt. Illa ſcilicet (vt vocat S. Ioan. Damaſc.) *dulcis manna vrna; vel vt verius dicam, fons.* loco indicato. Exclamare igitur præ gaudio licet cum S. Bernard. *O pia, ô magna, ô multum amabilis Maria! tu nec nominari quidem potes, quin accendas; nec cogitari, quin recrees affectus diligentium te; tu nunquam ſine dulcedine diuinitùs tibi inſita memoria portas ingrederis.* de precat. ad Virgin.

D. Ioan. Damaſc.

B. Maria ab omnibus creaturis regina colitur.

B. Maria Chriſtus omnia ſubiecit.

B. Maria priuilegio Dei omnipotens.

Magna nobis fiducia in B. Maria.

Arca Moſaica typus B. Mariæ.

S. Damaſc.

B. Maria fons conſolationum.

D. Bern.

B. Maria nomen, ac memoria dulciſſima.

SECIO VIII.

Reſpondit Eſau: Oro te, vt de populo qui mecum eſt, ſaltem ſocij remaneant via tua. Non eſt, inquit, neceſſe, hoc vno tantùm indigeo, vt inueniam gratiam in conſpectu tuo domine mi.

E 1. Abnuit Iacob comitem ſibi fratrem itineris, tardiorem (vt vidimus) ſui gregis cauſatus greſſum; inſtat nihilominùs Eſau precando, ſaltem, vt de ſuo comitatu nõnullos ignotæ iam pridem viæ ſocios, ductoréſque admittat. At Iacob ne hos quidẽ acceptat. Admiranda profectò & humanitas, & caritas Eſau ergà fratrem: ſecurum vt fratrem, atque honoratum à ſe dimitteret, comites ad iter ea hibet. *Faciebat enim hoc* (ait S. Chryſoſt.) *in ſignum magni honoris, & officij.* homil. 58. Quo ex loco mihi multa occurrunt,

D. Chryſ.

De nullo deſperandum.

quæ ſeriò expendantur, digniſſima. Ac primum A omnium, quis de vllo vnquam hominum, quantùuis prauo ingenio corrupiiſque moribus prædito deſperet? En de ſaxo funditur oleum; de ſpinis erumpunt vuæ, de tribulis ficus. En de ore, cordéque leonis mella fluunt: ſoluuntur in rorem, butyrúmque rupes. Ah, quanta nonnunquã honorum, & verboru, & operum, officiorúmque dulcedo, vnde minimè ſpectabatur, collecta eſt? Quis in aquarum abyſſo inueniri poſſe vnquam ſperaret ſtratam prætereuntibus viam, terram aridam, & campum germinantem de profundo? & hæc quidem omnia Hebræis in mari rubro incedentibus patuerunt. Sapient. 19. Quis in fornace in immenſum vſque ſuccenſa ventum roris flantem ſentiri, dulcémque hominum, pariterque Angelorum cantum audiri poſſe vnquam crederet? B Et hæc omnia Daniel & ſocij in flammis experti ſunt. Daniel. 3.

Sap. 19. Admiranda inſperato aduenimnt bona. Daniel. 3.

Ægyptia quidem erat barbara, infidelis, princeps illa Pharaonis filia, vtique ab impio, ac truculento Hebræorum infantium interfectore patre nata, edoctáque; & nihilominùs Regiæ comitatis inſigne dedit teſtimonium cùm in fiſcella vagientem Hebræum infantulũ videns miſerta eſt illius, nutriendúmque tradidit, quo tẽpore infantes cæteros pater in fluenta Nili præcipitare imperabat. Exod. 2. *Mirabilis* (inquit Lyran.) *Moyſis educatio a filia Pharaonis, qui Hebræos infantes iubebat interfici.* Idem elegantiùs ſubnotauit D. Auguſt. *Nouum miraculi genus fecit miſericordiæ filia parricidæ.* in catena. Igitur ita ſe res C habet, vt à quo minimè ſpectabatur, ab eo perilluſtria beneuolentiæ ſigna dentur.

A barbaro pectore commiſeratio.

Exod. 2. Lyran. D. Auguſt. Filius hominis, à malo patre, miraculum.

2. Vnum dixerim, cùm ad maiorem huius ſententiæ comprobationem, tum etiam, ne tam inſignis, feréque inſolitũ ingenuæ humanitatis, Chriſtianæque caritatis monumentum obliuionis caligine (vt pleraque alia) ſepeliatur. Nuper Oliſipone (in qua ſcribimus) in rixa publica vnus adoleſcens alteri deformem inflixit alapam: læſus gladio vindictam expetens nocere tamẽ haud potuit inimico. Cúmque id per multos dies gliſcente irâ moliretur. Ecce tibi ad oram Tagi ſeu potius in littore maris aliquando deambulans videt prope ſcapham, quæ ab altu ad vrbem iniquo tempore ferebatur, ſubitò fluctuare, atque inimicum adoleſcẽtem à quo fuerat offenſus cum aliis D vectoribus in pelagus ruere præcipitem. Accurrit ergo ex ripa, & miſerum, qui iam ſemel hauſtus gurgite ruſſus emerſerat pene moribundus, ceruicibus apprehenſum tenuit, atque incolumẽ in arena conſtituit; ſibi quidem gratulans, Deóque habens gratiam, quod tam pulchram diuinitùs occaſionem inuenerit benè merendi de inimico, vitamque illi largiendi, cui mortem modis omnibus expetierat, tũc maximè, cùm facilè poſſet illam inferre O verè generoſum hominis animum, ſed ò verè Chriſtianum ingenium, diuinóque perſimile! Nam (vti ſcribit S. Ioan. Damaſc.) E *nulla re perinde ac miſericordia Deus colitur, ac delinitur.* orat. 2. de aſſumpt. Virg. Et Greg. Nazianz. *Nulla* (inquit) *omnino res eſt, quæ Dei beneuolentiam perinde conciliet, ac miſericordia.* de paup. amore. At (auſim dicere) nulla præſtantior, atque propior ad diuinam miſericordia eſt, quam ea, quæ in cõdonandis iniuriis, parcendóque inimicis, quos ſub haſta, & gladio tenes, planè cum mortalium admiratione videtur ac celebratur. Contra verò diuinæ bonitati multum aduerſatur, qui illatam ſibi iniuriam vlciſcitur aut certe non remittit. Inimicum etiam Virgini Deiparæ, vt quæ ſit ma- A ter gratiæ, fónſque miſericordiæ, ingenium eſt vltoris, & iracundi, vti conteſtatur idem Damaſcenus his verbis: *Virgo Dei mater iræ tumorem odio habet: ſuperbiæ faſtus animo hoſtili reſiſtit, iniuriarum memoriam tanquam ſalutis hoſtem odio inſectatur. Vitium denique omne tanquam lethale venenum execratione habet.* loco citato.

Mirum caritatis erga inimicum exemplum.

D. Ioan. Damaſc.

D. Greg. Naz.

Gratiſſima Deo caritas erga inimicos.

Bonitati diuinæ aduerſatur vindex iniuriæ.

S. Damaſc. B. Maria vitium omne deteſtatur.

3. Quid ni deteſtetur iræ furorem, ac vindictæ libidinem, quæ ouis mitiſſima eſt, agnúmque peperit *mitem, & humilem corde.* Matth. 11. *qui cum malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur; tradebat autem iudicanti ſe iniuſtè, qui peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum.* 1. Petr. 2. *qui ſicut ouis ad occiſionẽ ductus eſt, & quaſi agnus coram tondente ſe obmutuit, & non aperuit os* B *ſuum.* Iſai. 53. Vicit igitur agnus dominaturque orbi, regnans à ligno Deus, à ligno, in quo paſſus, & moriens pro crucifixoribus ipſis rogauit. *Hic ſcilicet eſt agnus ille* (adnotauit S. Hieron.) *in cuius typo immolabatur agnus, cuius cruor linitus in poſtibus exterminatorem fugabat Ægypti.* Exod. 12. ad verba Iſaiæ. Pulchrè quidem non leonis; ſed agni ſanguis exterminatorem fugabat: ſola quidem manſuetudo furorem cohibet, gladium hebetat, deſtructorem exarmat, iram in beneuolentiã, odium in amorem, leones in agnos conuertit. Ita planè res habuit. Obſtupefactus enim ille (de quo anteà propoſuimus exemplum.) tantæ manſuetudinis, & taræ humilitatis argumento, qui de ſalo ac morte fuerat ſublatus, vbi extitit ſui compos ad C pedes ſui liberatoris procidit; & quem obfirmatum adhuc in odio, & nouas meditãtem iniurias, nec timor à læſo inimico aliquando vindictam petituro, nec proprij flagitij conſcientia, metúſque diuinæ iuſtitiæ inſtegerat: ſola ſui hoſtis manſuetudo deuictum proſtrauit, cui deinde ſeſe non modò amicum, ſed & fratrem, imò, & famulum ex animo conſecrauit.

Matth. 11.

1. Petr. 2. Chriſtus Agnus. Iſai 53.

D. Hier.

Exod. 12 Victrix omnium manſuetudo.

4. Sed nihil illuſtrius, quàm quod de Dauid, & Saul diuinæ literæ tradiderunt. Cùm enim Saul obſideret in deſerto Dauidem, víxque iſte regis arma, & odium poſſet effugere: nocte intẽpeſtá ingreſſus Dauid hoſtium caſtra Regem offendit dormientem; poterat ergò facilè, atque impunè, vti iacebat, occidere; noluit tamen mitiſſimus & D patientiſſimus mortalium: ſoláque haſtá, quæ ad caput regis erat, & ſcypho aquæ contentus abiit, atque ex aduerſi montis vertice clamauit. *Cognouit autem Saul vocem Dauid, & dixit. Nunquid vox hæc tua fili mi Dauid,* &c. 1. Reg. 26. Filium vocat ferus, & impius Rex, quem ad necem quærebat, deinde virtutem illius commendat, illique felicia ominatur. *Benedictus tu fili mi Dauid, & quidem faciens facies, & potens poteris.* ibidem. Mira quidem res, & ſtupenda hominis mutatio? Dulciter, nunc fili mi, nominat, quem vt hoſtem perſequebatur: & ab inhumano pectore tam ſuaue, blandúmque nomen filij, effertur; & qui antea ad cytharam modulatiſſime canentem furioſo ſtimulatus ſpi- E ritu cuibratâ lanceâ confodere nixus eſt. nunc clamantis vocem arrectis auribus, blandóque animo ſuſcipit, vt tenerè filio loquenti tenerius blãditur parens. Vnde quæſo tanta hæc rerum nouitas? profectò Dauidis manſuetudo & animi verè excelſi magnitudo, quæ in parcendo, & condonando enituit, ferox Saulis pectus edomuit, & hoſtilibus demum poſitis odiis ad lenitatem patris dulciſſimam traduxit. Optime igitur S. Chryſoſt. Iacob, & Eſau congreſſum & diſceſſum expendens colligit. *Nihil manſuetudine violentius, nam ſicut rogum, cùm valde accenditur, aqua iniecta reſtinguit:*

1. Reg 26.

Dauid manſuetudo Saulẽ edomuit.

D. Chryſ.

Triumphus manſuetudo.

reſtinguit: ita & animum camino magis exardeſcentem verbum cum manſuetudine prolatum extinguit. homil. 58. in Geneſ.

5. *Hoc vno tantùm indigeo vt inueniam gratiam in conſpectu tuo Domine mi*] Non oblatos ad viam ductores, & ſocios admittit Iacob, hoc vno tantùm contentus, & gratus ſimul etiam fratri, ſi cum eodem in priſtinam fraternæ caritatis gratiam rediiſſe nouerit: nec enim ſibi pretioſius, & pulchrius, iucundiúſque ipſo fraterno amore, concordiaque aliud quicquam arbitratur. Hoc eſt potiſſimum, & ſplẽdiſſimum Chriſtianæ gentis ornamentum; mutua ſcilicet tanquam fratrum ſub vno patre Chriſto Domino concordia, quæ primoribus Eccleſiæ ſæculis tanta erat, vt nihil in Chriſtianis aliud toti gentilitati admirabilius eſſe videretur, vt nimirum Chriſtiani ſeſe diligant, vt rixæ diſſenſioneſque ne nominentur inter iſtos: imò vt alter pro altero mori paratus ſit: aiebant cum ſtupore gentiles. Et quidem concordiâ ſic armatos fruſtra diabolus cum ſuo tyrannorum, ac tormentorum ſatellitio impugnabat. Hinc illud monebat Tertull. *Inueniat vos diabolus concordiâ armatos; quia pax veſtra bellum eſt illi.* lib. ad Marc. cap. 2. Concordes animis ſerui Chriſti fortiter, & reſiſtebant diabolo, & tyrannorum cruciatus perferebant, quantóque ardebant vehementiùs perſecutiones, tantò illorum, qui pro Chriſto patiebantur, ardentiùs inflammabatur caritas, & animorum concordia ſublimiùs eminebat.

Fraterna caritas Chriſtianæ gentis nota.

Tertull.

Fraternâ caritate armati Martyres.

6. Cuius miraculi hæc à S. Chryſoſt. ratio aſſignatur. *Quia pariter odio Chriſtiani premebantur, idque eadem de cauſa: quemadmodum ſi ex diuerſis ciuitatibus captiui quidam ſedibus ſuis expulſi in vnam venirent ciuitatem, vehementer illi cohærerent, & ſeſe mutuò complecterentur, communione calamitatis illos conglutinante.* Sic ille. Quod quidem adeò manifeſtum eſt, vt non egeat probatione: mirum quippe in modum eadem gente, patriáque ſerui ſeſe amant; imò & qui aliquando concaptiui fuerunt in Africa, dein libertate donati familiariùs agunt in patria; arctiùs ſeſe amant, ac dulciùs colloquuntur, vt quotidiè videmus. *Ita ſanè* (adiungit Chryſ.) *& tunc communione afflictionum eos coniungente multam habebant inter ſe mutuò dilectionem fideles.* ſerm. 15. in epiſt. ad Philip. Quod argumentum valet etiam nunc. Eſt enim omnibus qui Chriſtiani cenſemur, ac dicimur eadem natura, (quæcunque ſit in ſtatu diſparitas) eadem ratio Chriſtiani ſanguinis, ac nominis, idem exilium à patria paradiſi, eadem ſub iugo fidei captiuitas, (vt cum Apoſtolo ſentiam, & dicam) eadem perſecutionum, & afflictionum calamitas, à vitæ miſeriis, à tentationibus diaboli, ab infidelium, & hæreticorum odiis, inſidiis, violentiis, ſociant nos igitur multa, quæ (ſi lapides, ſi ſtipites non ſumus) in nobis vehementiùs Chriſtianam debent inflammare caritatem.

D. Chryſ. Caritatem auget eadem ſimul calamitas.

S. Chryſ. Communio afflictionum Chriſtianos mutuo coniungit.

Multiplex ratio fraternæ caritatis inter Chriſtianos.

7. At (dices) Eſau eſt, quem iubeor diligere; qui poſſum quærere, aut inuenire gratiam in conſpectu illius, qui barbarus moribus, ferox ingenio, vultu horrido, hirſutis manibus timorem incutit, non conciliat amorem? Eſau quidem eſt, at frater eſt, vt fratrem dilige, vt Eſau fuge. Deinde nullus eſt mortalium in quo bonum aliquod non ſplendeat, cuius ergò amari debeat quantumuis plurimis refertus ſit malis, quæ inuidiam, atque odium conflent. Quo in argumento præclara eſt illa ſententia D. Auguſtin. *Vitium eſſe, nec in ſummo poteſt bono, nec niſi in aliquo*

In quocunque aliquod bonum eſt, cuius ergo amari debet.

D. Aug.

A *bono; ſola ergò bona alicubi eſſe poſſunt, ſola mala nuſquam.* 12. de Ciuit. 3. Videlicet in Deo ſummo bono, atque etiam in beatis mentibus, nulla omninò mali labes, ne vmbra quidem inuenitur, aut inueniri poteſt. Et in hominibus quicunque in mundo viuunt, abſque aliquo bono mala eſſe non poſſunt. Eſt quidem Eſau horridus vultu; at verbo comis eſt: piloſis manibus, at pulchris operibus: moratur in montibus Seir cum Idumæis: at fratri obuiam procedit, fratrem excipit ſic amicè, ſic dulciter, vt nullum fraternæ caritatis omittat teſtimonium. Diligendus igitur propter hæc ipſa bona Eſau: nec interim mala, ſi quæ habeat, ad concitandum odium expendenda erunt; maximè verò quia (vt dici ſolet) amor inſtar he-

Malum ſine aliquo bono eſſe non poteſt.

B deræ facilè inuenit, quo ſe alliget. Quære bonum aliquod in Eſau, in eo quem odiſti, cui tuus ſeſe innectat amor; haud dubiè & illud tandem inuenies, & iſte innexus in altum firmiter aſſurget.

Amor vti hedera facilè innectitur.

8. At horres tamen, viperam dicis, ſerpentem vocas, lupum appellas carniuorum; ferum, impurum animal nominas. Benè id quidem; ſed vbi quæſo illa concordia, quam ſuis fidelibus promiſit Dominus cum monſtris omnibus habendam, & conſeruandam? *Et percutiam eis fœdus in die illa cum beſtia agri, & cum volucre cœli, & cum reptili terræ* Oſeæ 2. vbi S. Hieron. *Prædicuntur futura in aduentu Domini ſaluatoris, tunc percutiam eis fœdus, & concordiam cum beſtiis*, &c. *De hoc tem-*

Oſe. 2.
D. Hieron.
Concordia fidelium in lege gratia prædicitur.

C *pore Iſaias loquitur: Habitabit lupus cum ouibus*, &c. *adiungit Dominus: Et arcum, & gladium, & bellum conteram de terra.* Oſe. 2. *Non enim erunt* (inquit S. Hieron.) *neceſſaria inſtrumenta pugnantium, cum qui pugnent defuerint.* Eſt quidem lex Chriſti, lex gratiæ, & amoris, naſcentéque Domino ab Angelorum choris decantata eſt *in terra pax hominibus.* An non dictum eſt à Domino. *Quod Deus purificauit; tu commune ne dixeris.* Actor. 10. Iam Deus omnipotens iſtum ipſum, quem impurum, quem ſerpentem, belluamque dicis, & execraris, ſuo redemit, & purificauit ſanguine: Quid tu igitur abhorres, faſtidis, abominaris, quem Chriſti ſanguine ablutum noſti? Eia *macta, & manduca.* Actor. 10. Expue nauſeam, faſtidire deſine, abiice

Oſeæ 2.
S. Hieron.

Luc. 2.

Actor. 10.
Amore quicunque à nobis proſequendus.

Act. 10.

D odium, iram depone, vt fratrem accipe, alloquere, ama, comede, hoc eſt, in pectus, in viſcera conde hominem, in quo ſcis pretium ſanguinis, ac merita ipſa Dei tui redemptoris, tanquam in theſauro aſſeruati.

9. Quid plura? *Hoc eſt præceptum meum,* (ait ipſemet Deus homo) *vt diligatis inuicem:* Ioan. 15. Præceptum hoc dicit ſuum, vtique principale, & quaſi hoc vnum illius ſit, cætera verò, etſi Dei ſint, quodammodo ad iſtius comparationem præcepta non videantur. Sed quod tandem iſtud eſt præceptum Domini? Videlicet, vt ipſummet Deum diligamus. Non hoc dicit Dominus, ſed vt diligamus inuicem. Profectò licet exclamare. O miram clementiam! ô ineffabilem Dei benigni-

Ioan. 15.
Præceptum Chriſti de caritate mutua.

E tatem, cuius etiam imperium beneficium eſt? Noua ſcilicet, quæ nobis confert beneficia, Dei ſunt ipſa eiuſdem præcepta, & tributa: beneficium eſt, quod nos diligat, beneficium eſt, quòd præcipiat, vt diligamus inuicem, & quo tandem exemplo inuitati, & quo demum dilectionis genere amare inuicem debemus? Vtrumque docet Apoſtolus: *Quemadmodum Chriſtus pro nobis animam ſuam poſuit, ſic & nos debemus pro fratribus animas ponere.* 1. Ioan. 3. Summa quidem hæc eſt dilectio, & quam homo maximè addiſcit, aut veriùs

Dei beneficia ſunt pariter præcepta & tributa.

1. Ioan. 3.

ebibit in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento, quod ab Spiritu ſancto his verbis inſinuatur: *Si ſederis cœnare ad menſam potentis, ſapienter intellige quæ apponuntur tibi: & mitte manum tuam ſtatuens, quod oportet talia præparare*. Prouerb. 23. Ita LXX. Quam verſionem accipiunt S. Ambroſ. 1. offic. cap. 31. Caſſian. collat. 2. cap. 1. S. Auguſt. tractat. 47. & 84. in Ioan. Noſtra lectio habet: *Et ſtatue cultrum gutturi tuo*. In primis videndum quæ menſa, cœnaque iſta ſit? Explicat ergo S. Auguſtin. *Nam quæ menſa eſt potentis, niſi vnde ſumitur corpus, & ſanguis eius, qui animam ſuam poſuit pro nobis?* tract. 84. in Ioan. Itaque potens, ac princeps iſte Deus homo eſt: menſa, cœnaque eſt ipſamet ſacroſancta Euchariſtia, vbi corpus, & ſanguis Domini communicatur fidelibus; deinde quid eſt cœnare, ad menſam ſedere, comedere? occurrit S. Auguſt. *Et quid eſt ad eam ſedere, niſi humiliter accedere*. En communicatio corporis Domini, ad quam confeſſi, & contriti cum omni humilitate, ac reuerentiâ fideles accedunt. *Et quid eſt* (adiungit idem Auguſt.) *conſiderare, & intelligere, quæ apponuntur tibi, niſi digne tantam gratiam cogitare*.

Prou. 23. D. Ambr. Caſſian. D. Aug. Caritas ex Euchariſtia diſcitur, & ebibitur. Principis menſa Euchariſtia. S. Auguſt. Confeſſio humilis ad Euchariſtiam.

10. Eſt autem huius loci explicatio illud ipſum, quod Apoſtolus ſcribit. *Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat*. 1. Cor. 11. *Et quid eſt* (concludit Auguſt.) *ſic mittere manum, vt ſcias, quia talia oportet te præparare, niſi quia ſicut pro nobis Chriſtus animam ſuam poſuit, ſic & nos debemus animas pro fratribus ponere*. Cùm itaque ad menſam Euchariſtiæ accedimus, in qua ſedulò, ſanctéque expendimus magnitudinem amoris, quem Chriſtus Dominus oſtendit nobis, pro quibus ſanguinem fudit, & vitam obtulit, addiſcimus quantâ proximos caritate proſequi debeamus; vt, cùm occaſio tulerit, pro illorum ſalute noſtram vitam exponere non dubitemus. Nimirum (vt S. Auguſt. animaduertit) *ad ædificandam plebem, ad aſſerendam fidem animas pro fratribus ponere debemus*. tractat. 47. in Ioan. Vbi etiam ad prædictum ſenſum Euchariſtiæ verba indicata Salomonis explicat. Rumpantur nunc hæretici, cùm audiunt S. Auguſtinum tam luculentè de menſa corporis & ſanguinis Domini IESV fidelibus ſuis communicanda diſſerentem; cui quidem infelices internecinum habeot indictum bellum. Sed quid mirum, quòd ſues in volutabro margaritas reiiciant; lixæque, & calones viliſſimis popinarum eduliis aſſueti diuinum catholicis Principibus (tales enim ſunt, qui cum Chriſto ad eiuſdem menſam accumbunt) propoſitum in Euchariſtia conuiuium faſtidiant, & execrentur? qualis quiſque eſt, talem ſuæ naturæ atque appetitui cibum expetit, & quærit.

1. Cor. 11. D. Auguſt. Fraterna caritas fideliũ ex Euchariſtia. D. Auguſt. S. Aug teſtimonium de Euchariſtia conuincit hæreticos.

11. Nihil aliud requirit Iacob, quàm fratris amicitiam: *Hoc vnum* (declarat S. Chryſ.) *mihi curæ erat, vt amicum te inuenirem; quoniam igitur hoc aſſecutus ſum, non alterius cuiuſpiam indigeo*. homil. 59. in Geneſ. Certè hoc vnum in vita homini vtile, magnúmque eſt, vt amicos inueniat: hoc vnum ſi deſit, nihil illi vtile, magnúmque eſt. Pulchrè quidem dicitur *amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis*, Eccleſ. 6. Non laudamus amicitiam vbi ſit infidelitas; odium enim eſt, & vera inimicitia ſub bono, & pulchro velamine, eſt lupina rabies ſub pelle ouinâ. Itaque ad incommoda, & calamitates huius vitæ, quæ miliia eſt ſuper terram, ſalutare, atque (vt dici ſolet) panchreſtum, eſt medicamentum fidelis amicus; in

D. Chryſ. Vtile pulcherrimumque bonum amicitia. Eccleſ. 6.

A quo innenis ad quælibet (liceat dicere) vulnera, & morbos vitæ egregia medicamenta. Hic te mœrentem ſolatur, deſperantem erigit, dolentem recreat, trepidantem excitat, in arduis eſt præſidium, in dubiis conſilium; in aduerſis ſolatium, in proſperis ne cadas, aut euaneſcas, fulcimentum. Quid quòd inſuper eſt immortalitatis medicamentum, tum quia te mortuum, ac ſepultum, non ſinit tamen, à ſuâ & reliquorum memoria prorſus interire: facta demortui celebrat, dicta repetit, virtutes, ac merita prædicat; tum (quod vtilius atque optatius eſt) defuncti animam Chriſtianis ſuffragiis, pietatiſque officiis, vt tandem immortalitatis glorioſæ monete donetur, verus animæ curator, & amicus proſequitur.

Fidelis amicus iuuat ad omnia.

B Verus quippe, fidéliſque amicus, non proprium, ſed amici lucrum, quærit. *Quid eſt* (inquit S. Ambroſ.) *amicus, niſi conſortium amoris? Non eſt vectigalis amicitia, ſed plena decoris. Virtus eſt amicitia non quæſtus*. lib. 3. offic. cap. vlt. Itaque verus, ac fidelis amicus, non ſibi ſuctum ex amicitia quærit, ſed lucro amici diligenter ſtudet. Grata quidem Deo huiuſmodi amicitia eſt, quam ipſemet egregiè commendauit, & docuit, cùm non niſi per ſanctiſſimi Iobi preces amicis illius, quibus erat offenſus, veniam voluit impertiri; quod idem D. Ambroſ. ita expendit. *Dominus ipſe, cùm à tribus Regibus offenſus eſſet, qui ſancto Iob non detuliſſent, ignoſcere illis per amicum maluit: vt amicitiæ ſuffragium remiſſio fieret peccatorum*. loco prædicto. Itaque Dominus vt amicitiam & honoraret, &

D. Ambr. Iob. 42. D. Ambr. Valent plurimũ preces pro amico.

C commendaret, rogari voluit ab amico, vt in gratiam illius ignoſceret falſis amicis, qui verum, & ſanctum amicum virulentis ſermonibus pupugiſſent. Veniam igitur reis conceſſit pro amico, vt deinceps intelligerent, quanta ſit virtus veræ, ſanctæque amicitiæ. Nihil pretioſius amico ſi fidelis ſit. At quâ ratione fidelem ſe præbet amicus? Si quæcunque ſors venerit perſeuerabit, vti S. Hieron. ex Euangelio colligit ſubtiliter, his verbis: *Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos, ait Dominus*. Ioan. 15. *Reddit cauſas quare illos vocet amicos? quia perſeueraſtis mecum in tentatione, & nõ hucuſque ſteti: ſed in omnibus* (inquit) *tentationibus meis. Euenit quippe interdum, vt qui nobiſcum perſeuerauit in vnâ tentatione, in altera victus recedat*. in 7. Micheæ.

Amicitiam Deus honorat & commendat. D. Hier. Fidelis amicus, qui & conſtans.

D 12. At multi ſunt, qui proſperam fortunæ auram ſequentes, illa ſcilicet quādiu aſpiret, amicitiam retinent, vbi reflabit, diſſoluunt; hirundinum quidem perſimiles, quæ appetente vere ad nos conuolant, ingruente autem byeme deuolant. Fidelis etiam amicus eſt homini, ſi amicus Deo ſit. *Non enim* (inquit S. Ambroſ.) *poteſt hominis amicus eſſe, qui Deo fuerit infidus*. lib. 3. offic. Nam qui poteſt fieri, vt amet quis, & foueat membra; quorum caput oderit, & contundat? Quemadmodum etiam Deo amicus eſſe non poteſt, qui homini fuerit inimicus; iſtud enim foret honorare caput, & illius membra conculcare.

Infidus amicus qui deſerit in aduerſis. D. Ambr. Verus amicus qui Deũ amat & eius minores.

E Sunt quidem Dei amor, & hominis amor inter ſe adeò inſeparabiliter coniuncti, & connexi, vt alter ſine altero conſiſtere non poſſit. Sic enim definitur amicus fidelis; *Munitum* (vt loquitur S. Gregor. Nazianz.) *palatium eſt*. orat. 3. *quod quidem colligitur ex* cap. 18. Prouerb. *vbi legimus: Frater, qui adiuuatur à fratre, quaſi ciuitas firma*, &c. Item, *amicus fidelis vinus theſaurus*. Ita Nazianz. nimirum alludit ad dictum Alexandri Magni, qui rogatus aliquando, vbi nam ſuos haberet theſauros, prudentes demonſtrauit amicos. Adiungit demum:

D. Greg. Nazian. Prou. 18. Fidelis amici encomia.

A demum: *Amicus fidelis, hortus concluſus, fons obſignatus, qui opportune aperiuntur, & communicantur. Amicus fidelis refrigerij portus.* Hæc Nazianz. Vide quam ſit homini pretioſus, ſi fortè vſquam inuenitur, fidelis amicus; Dixi, *ſi vſquam fortè inuenitur*: quia, vt refert S. Hieronym. ſe in cuiuſdam controuerſia legiſſe; *Amicus diu quæritur, vix inuenitur, difficilè ſeruatur.* in 7. Michææ. Solus Deus verus nobis eſt amicus, qui non diu quæritur, ſed præſtò adeſt omnibus quærentibus illum, & facile inuentus non dimittitur niſi priùs dimittatur, nec deſerit niſi deſerentem ſe. Sola etiam noſtrarum animarum amica, & mater ipſa, quæ Deum nobis peperit Virgo eſt beatiſſima. Nimirum (vti loquitur S. Ioan. Damaſc.) *laborantibus requies, mœſtis conſolatio, ægrotantibus medicina, tempeſtate iactatis portus, peccatoribus venia; iis, qui in mœrore verſantur, blandum ſolatium; omnibus poſcentibus promptum ſubſidium.* orat. 1. de aſſumpt.

S. Gregor. Nazianz.

D. Hier. Rarò & inuenitur, & retinetur fidelis amicus.

Deus verus amicus.

D. Ioan. Damaſc. B. Maria nobis ad omnia ſalutaris.

SECTIO IX.

Reuerſus eſt itaque illo die Eſau itinere quo venerat in Seir. Et Iacob venit in Socoth: vbi ædificata domo & fixis tentoriis, appellauit nomen loci illius Socoth, id eſt, tabernacula.

REdiit domum Eſau eodem videlicet die, quo fratrem amplexatus, carpere iter incepit. Mirum quidem in modum placatus fratri Eſau receſſit, quod eſt opus diuinæ gratiæ in bonum Iacob mirabiliter operantis; & ipſius humilitatis, ac manſuetudinis, quam Iacob in congreſſu, & colloquio fratris exhibuit, digniſſimus ſanè fructus. *Imitemur ergo* (monet S. Chryſ.) *iuſtum, & eandem declaremus humilitatem animi: & ſi qui ſunt nobis malè affecti, non magis eorum accendamus iram, ſed magnâ manſuetudine, & humilitate reprimamus eorum inimicitias, & affectas eorum curemus animas.* homil. 58. Pulchrè vtitur verbo, *curandi*. Enim verò manſuetudine obſtinati cordis emollitur durities. Quid enim mollius, quid ſuauius ad medicandum, quàm dicto, factóque humilis manſuetudo, & manſueta humilitas? Sola hæc illam iracundiæ beſtiam immanitate, ac diritate teterrimam ne, dum rationis, ac iudicij frænos diſrumpit, exitium, & peſtem inferat, perdomare ſolet. Vincit planè, triumphátque humilis. Cuius veritatis exemplum nullũ quàm in Chriſto Domino illuſtrius inuenitur, qui vbi ſe mitem, & humilem corde erga homines demonſtrauit, illorum pertinaciam inflexit, duritiem emolliuit de illorum cordibus, & animis triumphauit & quotidie nunc etiam flectit, emollit, vincit, triumphat, cùm nos ſuſtinet, quærit, inuitat, conuertit peccatores ad pœnitentiã. Quare optimè Dominum alloquitur S. Bernard. *Age Domine, quære quem amas; vt & amantem facias & quærentem.* ſerm. 4. de aſſumpt. Hæc ſcilicet eſt peccatoris infelicitas, vt niſi ametur, niſi quæratur à Deo, Deum ipſe nec amare, nec quærere poſſit lethali peccato conſopitus, obſtinatúſque, atque à Deo, Deique gratiâ per infinitam diſtantiam (quæ viribus naturæ percurri non poteſt) ſeparatus, ſimul etiam admirari licet immenſam Dei bonitatem. Quærit enim & perſequitur fugientes, inuitat nolentes, dulcitérque allicit, vt amore

Sopienda illa inimicitia. D. Chryſ.

Humilis & mitis vincit ac triumphat.

Amor Chriſti de hominibus triumphat.

D. Bern.

Mirus Chriſti amor erga peccatores.

A tandem vincat, quos nec ſeueriore iudicio, nec ſupplicio, aut deterruit, aut eiicit.

2. *Quærite Dominum, dum inueniri poteſt* Clamat Propheta Iſai. 55. Vbi quæſo? Vbi amat, vbi amorẽ maximè demonſtrat. Enimverò matri Virgini aliquando filius, quem illa quæſierat; reſpondit: *Quid eſt quod me quærebatis?* Luc. 2. Ad quæ verba pulchrè adnotauit Euſeb. Emiſſ. *Quærunt IESVM, & non inueniunt, quia nondum ad templum, & Eccleſiam peruenerunt. Quid eſt quod me extra Eccleſiam quærebatis? Hic eram: hic me quærat, qui quærere vult.* homil. in Dominic. 1. poſt Epiphan. In templo, ſcilicet, in altari, atque in ſacroſanctâ Euchariſtiâ inuenimus Dominum IESVM ſedentem inter ſeniores, præſentem in ſacramento B ſui corporis, & ſanguinis, quod conficiunt, tractant, communicant, adminiſtrant ſacerdotes. Ibi quidem amat, amoriſque epulum hominibus proponit. *Dominus enim* (canit Regius vates) *regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit.* Pſalm. 22. At quis paſcuæ locus, niſi templum, & altare? Quæ nam paſcua, niſi ſacroſanctum corporis & ſanguinis Dominici conuiuiũ? Ibi Dominus regit. LXX. ποιμαίνει, *pumanis, paſcit.* Ne quis fortè verbo regendi conſternatus timeat illud: *Reges eos in virgâ ferreâ.* Pſalm. 2. At ibi etiam LXX. vertunt, ποιμανεῖς. *Paſtoraliter reges* (vt animaduertit S. Hilarius.) *regendi, ſcilicet, eos curam affectu paſtoris habiturus.* Itaque horrorem virgæ affectus paſcendi mitigat, timo C rémque iudicis, paſtoris amor, curáque temperat. Quin etiam ipſum virgæ nomen emolliunt, quæ ſequuntur: *Virga directionis, virga regni tui.* Pſalm. 2. Enimverò (vti obſeruat idem Hilar.) *ne tuis tyrannicum ſignificari arbitremur in virga. Virga regni eſt ipſa doctrina regni, virga directionis, quâ per doctrinam in æquam & vtilem viam dirigimur.* In templo igitur habemus fideles Dominum, ipſum IESVM, ſub ſpeciebus ſacramentalibus, & paſcentem, & regentem; paſcit quidem menſa ſui corporis, & ſanguinis; regit ac dirigit ſuo verbo, & doctrinâ, & tam cibo, quàm verbo; tam pane, quàm virgâ noſtrum erga ſeipſum, & mutuum in nos vehementer amorem accendit. Pacem hominibus in ſtabulo Bethlehemitico, vbi D primùm natus eſt Dominus, Angeli decantarunt. Pacem, & caritatem Dominus ipſe hominibus in altari factus ipſe pax noſtra commendat. Primis enim ſæculis Eccleſiæ Chriſtianæ diuinam Euchariſtiam pulchrò nomine, pacem, fideles appellabant. Comparaui, nec ineptè, altare inter ſe atque præſepe. Nam vt egregie, ſanctéque loquitur Guarricus Abbas: *Sicut mater Maria quibuſdam aſſumentis pannorum inuoluit infantem IESVM: Sic mater gratia diſpenſatoriis rerum ſpeciebus einſdem ſacri corporis nobis obtegit veritatem.* ſerm. 5. de Natiuit. Denique bonus paſtor Iacob paſcendo gregem miriſſimum aſſuetus vti nouit, ſic potuit hirſutum, ferarúmque venatione per ſaltus, montéſque exercitum Eſau ita lenire, & E quodammodo cicurare, vt palàm exhibitis fraternæ caritatis, & concordiæ teſtimoniis a fratris complexu lætus, amánſque domum redierit.

3. *Iacob venit in Socoth.*] Hebr. *Succothah a ſachah tegere.* Significat rem tectam; hoc nomine plures in terra promiſſionis fuerunt vrbes, iſta eſt, de qua hîc ſermo, in Tribu Gad propinqua torrenti Iaboc citra Iordanem venientibus ex Meſopotamia verſus montem Galaad in parte Scythopoleos, vti ſcribit S. Hieron. de locis Hebraicis, quod quidem nomen poſteà fuit inditũ à Iacobo.

Iſai. 55. Quærendus in templo Chriſtus.

Luc. 2.

Euſeb. Emiſſ.

In Euchariſtia inuenitur Chriſtus.

Pſal. 22.

Pſal. 2.

D. Hilar. In templo Chriſtus paſcit, & regit.

Pſal. 2. Chriſtus paſtor, & rector.

Quàm grata ſit Deo pax.

Guarric. Chriſtus in altari vt in præſepi.

Ferum mitis liniuit.

D. Hieron.

Iacobo. L X X. Ioſephus, & Symmachus vertunt, *tabernacula*, vrbemque nominant, non quòd iam tunc talis eſſet, ſed quòd ibi poſtea fuerit ædificata. Enimverò Iacob a fratre digreſſus primo in loco ad quem acceſſit, nactus opportunitatem ſitus conſtruxit ſibi domum, & gregibus fecit tuguria, caulaſque, & vmbracula, & propterea nomen loco impoſuit *Sucothah*, hoc eſt (vti addit interpres) tabernacula; quâ extructione indicauit egregiam illam fidem, quâ credebat Deo, qui promiſerat illi, ac poſteritati illius huiuſmodi terram, cuius tunc domum in ipſa ædificans, poſſeſſionem capiebat.

Certus ſpei ac fiducia in Deo fructus.

Certus, & magnus eſt fiduciæ in Deo fructus, ſpes in Deo non confundit, cur non ſperet homo, non confidat in Deo, qui patrem ſe illius nominat, & vt patrem ſe ab illo inuocari iubet? B *Sic vos* (inquit) *orabitis, Pater noſter, qui es in cælis*, &c. Matth. 6. *Qui enim* (occurrit S. Cyprian.) *fecit viuere, docuit & orare.* ſerm. de orat. Domin.

Matth. 6.
S. Cyprian.

Videlicet tam beneficus eſt Dominus, vt ex beneficio creationis debitorem ſe faciat plura, & maiora conferendi beneficia homini, quem creauit. O admirabilem! ſed ô amabilem pariter Dei noſtri bonitatem! ex eo, quod benefaciat, ad benefaciendum amplius ſeſe obligat. *Nam & ſeipſum* (ait S. Fulgent.) *ſuâ largitate dignatus eſt facere debitorem, non quia indigens ab alio accepit, ſed quia abundans largiter tribuit.* Hæc ille in proleg. lib. ad Monim.

Amor & beneficentia Dei erga homines.
D. Fulg.

4. Nouum planè genus præſtandi ſe debitorem, non quidem ex neceſſitate, quâ coactus petat, recipiatque; C ſed ex ipſamet abundantia, & magnificentiâ, quâ ſcilicet ad benefaciendum obligatur. Ideircò Apoſtolus hoc ipſum Dei noſtri ingenium probè intelligens aiebat: *Qui dedit nobis pignus ſalutis.* 2. Corint. 1. Suum vtique nobis dedit ſpiritum, non vt eo dono ſiſtat, & noſtra petitio, & illius donatio, ſed eo beneficio ſe ad plura deinceps conferenda oppignorauit. *Voluit quandam* (explicat Theod.) *futurorum bonorum arrham, hanc nobis gratiam largiens.* Eſt igitur nobis vnum, quod à Deo beneficium accipimus, arrha, & pignus, quo ille ſeſe obligat ad plura deinceps largienda, & quo nos confidenter illa ipſa petamus, & ſperemus; imò & tanquam debita in pignore impetremus.

2. Cor. 1.
Suâ Deus beneficentiâ obligatur ad plus benefaciendum.
Theod.

Optimè igitur concludit S. Fulgent. D *Ecce qualis eſt Dominus noſter, vt donando debeat, & quantò magis donat, tantò magis eum debitorem eſſe non pigeat.*

Deus donando debet.
D. Fulg.

At non ita ſe habet hominum abiectum, tenaxque ingenium. Aut enim dare quid nolunt, aut ſi tantulum dent, illicò faſtidiunt, & deficiunt, & quod ſemel coacti dederint, ad non vlteriùs largiendum velut oppignorantur.

Tenax & anguſtus homo ad donandum.

Non confundit Dominus ſpem ſerui ſui Iacob; non ſuas illi denegat, irritáſque facit promiſſione[s]. En ſeruum Dominus introducit in terram, quam promiſerat; liberamque ædificatâ domo, & ſecuram i[ll]i, poſteriſque tradit poſſeſſionem. *Beatus homo, qui ſperat in Deo.* Pſalm. 33. *Beati omnes, qui confidunt in eo.* Pſalm. 2. Cum ſpe, fiduciáque in Deo coniungitur beatitudo, E vt ex hac, quæ firma omninò eſt, illarum firmitas oſtendatur. Luculente igitur explicat S. Hilar. *Non trepidam ſpem, nec ambiguam perfectio beatitudinis exigit. Confidentia ad id opus eſt firmæ opinionis ſcilicet, & indemutabilis voluntate.*

Pſal. 33.
Pſal. 2.
Certa in Deo ſpes ac fiducia.
D. Hilar.

5. Animaduertit perquàm ſapienter Genebr[ar]d[us a]d hunc verſum, cuius etiam ſenſus in Pſ[al]mis frequens eſt. *Dauid* (inquit) *extollit ſpem, quoniam ei res erat cum fidelibus, quibus iam ſpes eſt maximè neceſſaria in his mundi caſibus ad acquirendam* A *beatitudinem, & cæteras promiſſiones.* Hæc ille.

Genebrar.

Pulchrè in Hebræo habetur: *Beatitudines omnium ſperantium in eo.* Tam efficax nimirum, potenſque eſt in Deo ſpes. *Beati omnes qui ſperant in eo. Tunc ſcilicet* (explicat Caiet.) *beati in re, omnes nullo excepto, ſperantes in eo in hac vita.* Hic igitur ſpes in Deo poſita iam pignus eſt beatitudinis, & velut (liceat dicere) ipſamet beatitudo, ſi nondum in fructu, at certè iam in flore.

Spei promiſſa beatitudo.
Caiet.

Hanc maximè virtutem, hoc vnum ex præcipuis diuinæ gratiæ donum fidelibus ſuis Rex ipſe Meſſias, & prædicit, & pollicetur. *Me inſulæ expectabunt, & brachium meum ſuſtinebunt.* Iſai. 51. Legunt L X X. *& in brachio meo ſperabunt*; in Chriſto, ſcilicet, qui eſt brachium, & fortitudo Dei, vt explicat S. Hieron. B Sed quæ nam ſunt iſtæ inſulæ? Videlicet (reſpondet idem) *inſulæ ſunt vel animæ ſanctorum, quæ in perſecutionibus mundi iſtius firmâ in Deum ſolidatæ ſunt fide, vel Eccleſiarum ex gentibus multitudo.*

Iſai. 51.
D. Hier.

Pleniorem ſenſum affert etiam S. Cyril. Alex. Sed cur animæ iuſtorum, aut ipſæ fidelium per orbem fundatæ Eccleſiæ dicantur inſulæ, hoc modo explicat idem Cyril. *Quia mundi huius difficultatibus, & anguſtiis circumſidentur, & inſurgentium contra eas fluctibus iactantur, rerum ſtationem habent firmam, & immota permanent. Nam fundata ſunt ſuper petram in qua eſt etiam Chriſtus.* in cap. 41. Iſai.

D. Cyril. Alex.
Fortitudo iuſtorum in periculis & anguſtiis.

6. Itaque iuſti ſunt in hac vitâ ſicut inſulæ vndique mari circundatæ, quæ quidem pulſantur C fluctibus, ſed non abſorbentur. Eſt enim vnum vel maximum ex naturæ prodigiis, aut potiùs diuinæ potentiæ miraculis, vt parua quædam portio terræ in medio ſita Oceano, aquarum vndique cincta vorticibus, nihilominus emineat fluctibus in altum ſublatis, ſaluáque & arida, imò & culta ſegetibus, habitataque mortalibus per totum ipſius mundi æuum perſiſtat. Sic igitur habent Eccleſiæ per gentium prouincias ædificatæ ſub vnâ metropoli, matréque omnium Eccleſia Romana. quæ vndique fluctibus, ac procell[i]s tyrannorum, totiuſque gentilitatis, veluti pelago furioſo circundatæ, atque impugnatæ, cum in Chriſti fide ſolidiſſima fundatæ eſſent, expugnari, & abſorberi nequaquam potuerunt.

Eccleſia firmitas in perſecutionibus.

D Sic etiam habent iuſti medio tanquam in mari omnium perturbationum, perſecutionum, tentationum, ac miſeriarum quoque, & calamitatum huius vitæ fluctibus circun[ce]pti, ac tempeſt[at]ibus quaſſati, nihilominùs perſiſtunt immoti, nec de virtutis conſtantiâ, fidei ſoliditate, mentiſque ſtatione deiecti omnem inſurgentis mundi, inferníque mugientis, atque irruentis vim conſtantiſſimè ludificantur.

Iuſti velut inſulæ in medio mari.

Porrò in eodem ſenſu perſiſtens S. Cyrill. ad eadem verba Iſai. cap. [4]1. hæc diſſerit: *Inſulas dicit gentium Eccleſias, quæ in medio tanquam mari poſitæ, rerum incurſionibus, quaſi fluctibus agitatæ, collaudationis coronam per patientiam auferunt.* Iuſti ergò (vt ab ſpeci[e] ad indiui[d]ua deſcendamus) tanquam inſulæ fl[u]ctibus impetitæ, E ſic rerum aduerſarum patientiâ p[ro]bantur, & palmam virtutis, laudíſque coro[nam] [a]ſſequuntur. *Operatur enim* (adiungi[t]) *patientia probationem, probatio ſpem, ſpes non pudifacit. Proinde Deum expectare, nihil aliud eſt, quàm per patientiam ei rectè placere, & propterea miſericordia ipſius, & reſpectu dignari. Scriptum eſt enim. Expectans expectaui Dominum, & intendit mihi* Pſal. 39.

D. Cyril.
Iuſtorum patientia & corona.
S. Cyril.
Pſal. 39.

7. *Beati omnes, qui confidunt in eo.* Valdè ſiquidem Deum obligat hominis in eo fiducia, ſpéſque. An non illud ipſe Dominus conteſtatur:

Si ha

Fiducia in Deo miraculorum efectrix.
Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc illuc, & tranſibit, & nihil impoſſibile erit vobis? Matth. 17. Vnde colligit optimè S. Chryſ. *Fides mater ſignorum eſt*. homil. 29. in 1. Corinth. Fiducia, ſpéſque in Deo anchora eſt præfixa in rupe, quæ firmam ſuſtinet nauem, nec ſinit ventis vndiſque fluctuare. *Beati omnes, qui ſperant in eo.* Profectò hæc propria eſt fidelium virtus. *Nam in ipſa ſpe* (inquit S. Auguſt.) *puſilli lacte nutriuntur.* Concion. 2. in Pſal. 113. Infantuli quidem ſumus, & nobis in Deo ſpes lac eſt, quo nutrimur, quo grandeſcimus, quo armamur. In hunc enim ſenſum de Abraham ſcribit Apoſtolus: *In promiſſione Dei non haſitauit diffidentiâ, ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo, pleniſſimè ſciens, quia quæcumque promiſit, potens eſt, & facere.* ad Rom. 4. En qualis, & quanta fuit fiducia, ſpéſque Abrahæ in Deo ſuo, videlicet (ait S. Chryſ.) *robuſtus factus eſt fide, quomodo fortis extitit? fides non cogitationibus rem ipſam commiſit.* homil. 8. in 4. ad Rom. fiduciæ, ſpeique in Deo animus Abrahæ tanquam anchoræ affixus variis deinde cogitationibus multarum, & magnarum, quæ obuerſabantur, difficultatum, ac terroribus fruſtra conuellentibus minimè potuit abſorberi.

Matth. 17.
D. Chryſ.
Spes anchora hominis.
S. Auguſt.
Spes fideliū lac.
ad Rom. 4.
D. Chryſ.
Fiducia in Deo robuſtos facit.
ad Rom. 4.

8. *Dans* (inquit) *gloriam Deo*, bonorat ſiquidem, & glorificat Deum, qui ſperans, & confidens in eo conteſtatur & celebrat Dei miſericordiam, & omnipotentiam; illam videlicet, vt ſuis creaturis etiam magna, & admiranda miſericorditer præſtare velit: iſtam verò, vt quæcumque etiam, ſupra omnem naturæ curſum, captúmque prodigioſa volet, operari queat: atque adeò ab omnipotente; ac miſericorde, nihil non magnum alacriter, & confidenter petat, & impetraturum ſe proculdubio ſperet. Meritò igitur Apoſtolus fideles in Chriſto vult *eſſe ſpe gaudentes*, ad Rom. 2. Gaudium ſcilicet in ſpe collocatum dicit; *Nihil enim* (occurrit ibi S. Chryſ.) *mentem hominis adeo virilem facit, & ad omnia audentem, vt ſpes bona.* homil. 2. in 12. ad Rom. nec ipſemet de quo loquimur Iacob tam difficilia, tamque ardua toto ſuæ vitæ curriculo audacter aggredi, & conſtanter perficere potuiſſet, niſi diuinarum promiſſionum ſpe firmiſſimâ, velut anchorâ in Deum ſuum iactâ, fulciretur. Rectè igitur monet Regius vates: *Iacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet non dabit in æternum fluctuationem iuſto.* Pſalm. 54. Chald. vertit; *Proiice ſpem tuam*, quod innuit iactationem anchoræ inter fluctus, & nobis ingerit (vt loquitur Apoſtolus) fortiſſimum ſolatium, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam & incedentem vſque ad interiora velaminis; ad Hebr. 6. ſcilicet, per ſpem confortati quodammodo iam è mundo, in quo adhuc viuimus, ſic in altum aſſurgimus, vt in penitiora cœleſtis gloriæ adyta noſtram ſpem in Deum ſecuri præfigamus. Hic ſenſus colligitur à S. Chryſ. in hunc modum: *Cùm adhuc ſimus in mundo, & nondum exceſſerimus, oſtendit iam eſſe in promiſſis: Nam per ſpem iam ſumus in cœlis. Expectare, (inquit) omninò iam erit.*

Spes in Deo miſericordiā & omnipotentiā Deum conteſtatur.
C
ad Rom. 2.
D. Chryſ.
Spes viriles, audacemque facit animam.
D
Pſal 54.
ad Hebr. 6.
Spe ſublati in cœlum ſuſpiramus.
D. Chryſ.
E

9. In ſalo quidem adhuc enauigamus; ſed iam per ſpem in cœlo veluti per anchoram in portu fixam conquieſcimus; *Anchoram autem* (adiungit Chry.) *non dixit abſolutè, ſed firmam, & ſtabilem, quæ non labefactatur, quæ ingreditur interiora velaminis, id eſt, peruadit vſque ad cœlum.* Firma quidem, & ſtabilis, quæ in Deo figitur ſpes, quæ non ſinit mediis in fluctibus mentem abſorberi.

D. Chryſ.

A Fluctuationem quippe non qualemcunque ventorum, & vndarum agitationem, quæ mundo veluti connaturalis eſt, ſed extremam denique ſubmerſionem arbitror ſignificari: Vt enim anchora præfixa rupibus firmam quidem tenet nauim rutamque, ne aut vi tempeſtatum in ſyrtes impacta diſſoluatur, aut furentium vndarum impetu quoquò verſum agitetur: ſed eam tamen haud omninò à ventis, & fluctibus liberat; ita ſpes in Deum firma tenet iuſtum, ne tribulationum, aut etiam tentationum pelago merſus deglutiatur: Cæterùm iſte quandiu viuit in mundo, cum multis, variiſque aduerſitatibus neceſſe eſt ad probationem fidei, & patientiam colluctetur. *Icircò* (concludit S. Chryſ.) *quamobrem ſi ſpem non habuiſſemus, iam pridem eſſemus demerſi.*

Tenet immotam ſpes animam.
D. Chryſ.
B

10. Adeóque proprium eſt Chriſtiano, & iuſto homini ſpem ſuam in Deo collocare, atque huiuſmodi, de qua loquimur, anchoram iacere in Deum, illíque immotam ad ſtabilitatem animæ affigere; vt inter alia, quæ Alex. Clem. fidelibus ſtemmata ſigillis inſculpenda commendat, anchora vna ſit: *Sic enim ſcribit; ſint nobis ſignacula columba, vel piſcis, vel nauis, quæ celeri curſu a vento fertur, vel anchora nautica.* pædag. 3. cap. 11. Ac fortaſſis illâ ſanctæ Eccleſiæ aureâ ætate tales erant in annulis, ac ſigillis inſculptæ imagines, quibus Chriſtiani homines in obſignandis literis vtebantur. Cur quæſo columba? Vt nimirum fideles columbæ ſignum geſtantes meminerint primæ illius gratiæ, quã acceperunt in ſacro baptiſmate, in quo per ſpeciem columbæ Spiritus ſanctus apparuiſſe legitur; eámque deinceps gratiam nouerint conſeruare, aut certè peccato aliquo amiſſam mox per ſacramenta recuperare; aut etiam ſacroſanctæ Euchariſtiæ perennem habeant memoriam; ac pio aliquo illius ſigno, & oculos paſcant, & fidem ac pietatem ſuam ſigillo huiuſmodi manifeſtent. Scitum eſt enim olim in multis Eccleſiis fuiſſe columbam auream, vel argenteam pro ſacra pixide, in quâ ſeruari conſueuit diuina Euchariſtia; quod nunc etiam in vſu haberi audio quibuſdam in templis catholicorum ſeptentrionalium. Quare vbi fidelis in annulo digiti columbam intuebatur, ſtatim diuinæ Euchariſtiæ, cuius quidem fides inſigne quoddam eſt nominis, & religionis Chriſtianæ, pia quadam recordatione pungebatur: ſimulque admonebatur & panis illius quotidiani, quem Dominus deſiderari, & poſtulari in oratione Dominica docuerat: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Matth. 5. atque adeò meminerat quàm ſanctè viuere deberet, qui quotidiè dominicum corpus ſumere poſſet; quo in ſenſu ad eadem Domini verba dixit S. Ambroſ. *Sic viuite, vt quotidiè merearis accipere. Qui non meretur quotidiè accipere, non meretur poſt annum accipere.* lib. 5. de ſacram. cap. 4. Quotidianus eſt panis vitæ, quotidiè peto panem vitæ. *Ergo* (vt animaduertit idem Ambroſ.) *qui ſemper pecco, ſemper debeo habere medicinam.* lib. 4. de ſacr. cap. 6. Prætereà qui columbam præferunt typum Baptiſmi, ſimul etiam in columbâ mentem ad Euchariſtiam transferunt. Nam primænâ illâ ætate ſtatim poſt Baptiſmum Euchariſtia dabatur, cuius quidem ritus figura fuit, quod Ioſue tranſiuit cum Hebræis Iordanem decimâ die, ac decimâ quartâ celebrauit Paſcha. Ioſ. 2. *Siquidem* (obſeruat Theod.) *& in veritate poſt ſalutare baptiſma Agni immaculati participatio peragitur.*

Alex. Clem.
Signacula fideliū primæua ætate.
C
Columba ex auro ſacra pixis Euchariſtiæ.
D
Matth. 5.
Sic viuendū, vt quotidie ſumi poſſit Euchariſtia.
D. Ambr.
Frequenter accedendum ad Euchariſtiam.
D. Ambr.
E
Recens baptizatæ dabatur Euchariſtia.
Ioſ. 2.
Theod.

11. Sed iam de anchora ſermo ſit. Illam pro ſigillo

Anchora ſigillum fidelium.

ſigillo primæui illi fideles geſtabant in ſignum A conſtantiæ, ac firmitatis in fide, quam vſque ad mortem ipſam etiam per omnia vitæ diſcrimina profitebantur: maxime verò in ſignum ſpei, qua Chriſto Domino velut anchora illorum animæ affixæ nullis, nec vitiorum tentationibus, nec tyrannorum perſecutionibus conuulſæ abſorberentur. Quid quòd apud nautas celeberrima ſemper fuit ſacra (vt dicitur) anchora, quæ aliis grandior, & validior, non niſi in extremo diſcrimine adhiberi ſolita erat. Et quænam quæſo fidelibus, dum in ſalo huius mundi nauigamus pariter, & fluctuamus, alia nobis eſt ſacra anchora, quàm ipſamet Dei mater Virgo ſanctiſſima, cui nos per inuocationem, pietatémque quodammodo appenſi, & affixi, miram in omnibus vitæ B periculis firmitatem, ac ſecuritatem aſſecuti ad tranquilliſſimum æternitatis portum recto curſu, tutóque veliſicamur? Meritò igitur Deiparam Virginem cum ſanctiſſimo Ioanne Damaſceno affari, precarique poſſumus: *O Domina, Domina, atque iterum Domina, Dei genitrix, & Virgo animas noſtras ad ſpem tuam, non ſecus atque ad firmiſſimam quandam anchoram alligantes, mentem, animam, corpus, totos denique nos tibi dicamus, & conſecramus.* orat. 1. de aſſumpt.

B. Maria nobis in mũdo ſacra anchora.

S. Damaſc. *Ad B. Mariam pia deprecatio.*

13. *Appellauit Socoth.*] Primus Patriarcharum Iacob ædificauit in terra domum, ſed locum ipſũ vocauit Socoth, id eſt, tabernacula. Domum quidem in terrà diuinitùs auo, patríque, ac ſibi promiſſa ædificauit vt illius ſecuram videretur ca- C pere poſſeſſionem, non verò vt quietus incola terræ Patriarcharum peregrinantium vitam, & ſtudium hereditarium abnegaret. Ideircò appellauit Socoth, ſiue tabernacula, quaſi diceret. Mihi, quam in terra ædifico, domus eſt temporaria, qualem exigit peregrinus ad breuem ſcilicet moram, & quæ, vbi viator paululùm recreatus iter continuat, abeunte habitatore diſſoluitur. Hæc mea hereditas ab auo relicta; hæc mihi à patre data benedictio, vt peregrinus in terra ſim. De illis omnibus, atque de poſteris ad quos eadem hereditas tranſmiſſa eſt, ſcribit Apoſtolus in hunc modum. *Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes, quia peregrini, & hoſpites ſunt* D *ſuper terram*, ad Hebr. 11. Via ſcilicet longa, & laborioſa iam inde à naturali, & ſcriptà legibus ad nouam gratiæ, & Chriſti legem incedebant priores illi ſancti; cæterùm morte in ipſo itinere prærepti, quam deſiderarunt animis, ne oculis quidem propè intueri potuerunt. Illud tantummodo piis viatoribus à Deo conceſſum fuit, vt velut ex edito loco ſubiectam procul, ac patentem Eccleſiæ Chriſtianæ regionem, & felicitatem in ea Chriſti gratiæ, feſſo tamen obtutu, & quaſi per ſpeculum proſpectarent, & quia non dabatur eodem accedere, at ſaltem effuſis animatum votis & legem Chriſti percelebrarent, & Chriſtianos homines, qui tantà illà felicitate potituri eſſent, fauſtis clamoribus, ac precationibus conſalutarent. Hoc vno tamen læti moriebantur, quòd ne- E quaquam in terrà quieti conſiſterent, ſed peregrini ad Chriſtum aliquando venturum incederent. Hinc illud optimè colligit S. Chryſoſt. *Prima eſt virtus atque adeò vniuerſa virtus eſſe huius mundi hoſpitem & peregrinum; & cum iis, quæ hic ſunt, rebus, & negotiis nihil habere commune, ſed ab eis pendere, tanquam ab externis.* homil. 24. in epiſt. ad Hebræos.

Iuſti quia peregrini in terra non firmã ſedes.

ad Hebr. 11. *Sancti Patres votis & deſideriis futuram Chriſtianæ gentis gloriã à longè ſalutarunt.*

S. Chryſ. *Prima & ſumma virtus à mũdo alienũ eſſe.*

13. Peracutè dicit peregrinum & hoſpitem A mundi à terrenis rebus, & negotiis pendere tanquam ab externis. Etenim verò viator, & peregrinus, cùm per exteras gentes, & alienam regionem pergat, pendet quidè a loco, in quo interim quieſcit paulisper; à domo, ſi fortè in aliqua cibum, & ſomnum capit; à fonte, cuius aqua ſitim leuat; & ab arbore, cuius ad vmbram, ſedet tantillum, at hæc omnia pergenti vlteriùs extera ſunt, & aliena: ſic plane ſeſe habent in hac vita quicunque à mundo non tam greſſu corporis, quàm affectu animi, prorſus alieni ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, peregrinantur. Talis fuit Iacob, cuius tota vita, imò & ipſa mors, peregrinatio fuit, nec illi quicquam ita iniucundum, & indecorum, atque vllam in terrà capere requietem. B Et quidem de vita hucuſque in hanc ſententiam multa, & præclara vidimus, deincepſque videbimus de morte: liceat vnum futuro ad finem Geneſeos commentario (ſi Deus volet) prælibatum ad maiorem huiuſce commentationis illuſtrationem præripere; Moriens ſiquidem Iacob mandauit filiis, vt corpus ſuum vitâ functum ad terram promiſſionis ſepeliendum cum patribus deportarent. Geneſ. 49. Quod expendens S. Ambroſ. dignam ſuo ingenio hanc ſententiam protulit: *Iacob transferri oſſa ſua, ne vel mortuus requieſceret, obſecrauit.* de fide reſurr. Tulerunt enim filij oſſa patris ſui demortui, & peregrinando ad terram, in qua viuus ille poſt Abraham, & Iſaac peregrinatus fuerat, in eaque ſepelierunt. Nec enim viuus, C nec mortuus, vt poterat fieri, voluit Iacob in terra, vt incola quieſcere; ſed vti hoſpes, & peregrinus haberi.

Vita iuſti peregrinatio.

Iacob vitâ & morte peregrinus.

Geneſ. 49. D. Ambr. *Iacob etiam mortuus peregrinari voluit.*

14. Pulchrè (quod ſupra ad hunc locum præmiſimus) Clemens Alex. inter alia ſigilli ſtemmata poſuit nauem, quæ celeri curſu à vento fertur. Appoſitũ quidem Chriſtiani hominis ſignaculum; nauim ille ſeſe arbitreretur, quæ celeri curſu fertur. Non moratur, non quieſcit in terra, hoc eſt, in mari lubrico, inſtabili, inquieto, procelloſo, naufragiis infami, periculis infauſto, continuis nauigantium funeribus infelici. Quid ergò affectu, quid animo moraris in terra, quid in mũdo quietem captas, nominis tui famam, & celebritatem familiæ quæris; ſi nauis es, quæ celeri D curſu per maria circumfertur à ventis? Ad portum tendis, portum reſpice, portum deſidera, in portu conquieſces. Ita benedictionem Domini recipies, cuius maledictione feriuntur, qui obliti cœleſtis patriæ terram ipſam vti propriam ſedem, & quietem prauo quodam, & inſano affectu elegerunt. Audi Prophetam: *Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius, ideò inſanient cultores eius.* Iſai. 24. Bellè quidem inſania cum habitatione, culturáque terræ coniungitur: habitatores, cultoréſque terræ inſanire dicuntur, ac proptereà Dei maledictione conſumuntur. *Maledicit* (explicat S. Hieron.) *his, qui terreni ſunt, & non ſunt peregrini, ſed habitatores terræ, & in ea peccant, qui obliti conditionis ſuæ, contra ſe mutuo furore bacchati ſunt.* Idem prorſus deplorabat Amos: E *Congregamini* (inquit) *ſuper montes Samariæ, & videte inſanias multas in medio eius.* Amos 3. De hæreticis turpiter inſanientibus interpretatur S. Hier. *Videte inſanias multas in medio ciuitatis, dũ vnuſquiſque fingit quod voluerit, & adorat figmentum ſuum.*

Clem. Alex. Sigillũ Chriſtiani in pelago maris

Affectu peregrinandum à terra

Iſai. 24. *Maledictus à Deo, qui quærit in terra quietem.*

D. Hieron.

Amos 3. D. Hier.

15. Hoc ipſum de nobis omnibus dici etiam poteſt. Plenus eſt ~~orbis~~ inſanis, & furioſis, amentium domus eſt mundus, vbi vnuſquiſque ſuam ſequitur inſaniam, ſuo furore trahitur. Hic in furias agitur amorum, illum ambitionis inſania corripit:

Mundus amentium domus.

corripit: alias amentiâ congerendi,& coaceruan-
di opes bacchatur infelix. Ita ſuum quiſque ha-
Idolo quiſque ſuo ſacrificàt improbi.
bet,& colit idolum,cui affectum,curam,ſtudium,
corpus, & animam deuouit; illud nempe, quod
pluris æſtimat, & maximè diligit. Illud igitur
quiſque dicitur pro Deo colere, cui demens vi-
tam, & amorem ſacrificat; cuiuſmodi erant de
quibus ait Apoſtolus: *Quorum Deus venter eſt, &*
ad Philip.3.
gloria in confuſione ipſorũ, qui terrena ſapiunt. ad Phi-
lip.3. En quales habentur, & vocantur à Paulo
Helluo & nebulo idololatra.
helluones, & nebulones, qui ventri ad cupedias,
& turpitudinem ſtudent. *Nonne hi ſunt* (inquit S.
D.Chryſ.
Chryſ.) *idololatræ, & illis etiam deteriores, ac nequio-
res? Et gloria in confuſione ipſorum:* adiungit Apo-
Pudor peccati dimidium malũ.
ſtolus. Nimirum (declarat idem Chryſ.) *in qui-
bus oportebat eos pudore ſuffundi, ſéque occultare, in his*
B
Gloriatio de peccato poſtremũ malum.
*ſe efferunt. Graue enim malum eſt turpia facere, ſed ſi
te quod facias pudeat, quaſi dimidium malum eſt: ſin
etiam inde te efferas, ſummus iam eſt animi ſtupor.* ho-
mil.13.in Philip. Occultandum quidem, ac ſepe-
liendum, vbi cecidiſti, peccatum; ſolique confeſ-
ſatio cum dolore, ac pudore aperiendum eſt. Hoc
veræ pœnitentiæ teſtimonium; ſic facilè ira Do-
mini auertitur, placatur illius iuſtitia, ab illo ve-
nia impetratur: Nouit ſiquidem ille figmentum
noſtrum, non vult mortem peccatoris, ſed magis
vt cõuertatur, & viuat. At exultare in rebus peſ-
ſimis, gloriari de flagitio, laudare, iactaréque ſe-
Iactare ſe de peccato magnum reprobationis ſignum.
ipſum, quòd illam ſtuprauerit, quod illum vul-
nerauerit, id quidem vt eſt inſignis impudentiæ,
C
atque inſaniæ argumentum, ita magnum eſt æter-
næ reprobationis indicium.

16. Mala hæc omnia improborum hominum
ex eo proueniunt, *quod* (vti apponit Apoſtolus)
Theodor.
terrena ſapiunt. Terræ quidem (ait Theodoret.) *af-
fixi ſunt, nec cælum animo verſant, Deúmque expectãt.*
Meritò igitur (vt homo ſic, & ab omni vitio ſibi
timeat) Dauid ſupplicabat: *Proba me Deus, & ſci-
to cor meum, interroga me, & cognoſce ſemitas meas.*
Pſal.138.
Pſal.138. obſecro Domine affectus meos diſcute,
deſideria examina, paſſiones pondera, cogitatio-
nes metire, greſſus meos conſidera, vias inquire;
num quid in me diſtortum, prauum, lutolentum,
inconcinnum appareat. *Et vide* (adiungit) *ſi via
iniquitatis in me eſt.* S.Hier. legit: *Vide ſi via idoli
in me eſt.* Num via mea in aliquod idolum tẽdat;
D
an inter animi mei affectus ſit fortè aliquis, quẽ
Vitioſi hominum affectus.
tuo amori præferam cui vitam, & vitæ curas cum
amore ſimul ſacrificare ſoleam. Caiet. vertit. *Vi-*
Caiet.
de ſi via deriſionis in me eſt. Quid enim magis ine-
ptum, ac ridiculum eſt, quam terrenis inuolui,
Diuinis terrena præferre, ineptia & riſus eſt.
quàm inhærere mundanis, quàm turpibus inqui-
nari, quàm terræ, mundíque bona, & carnis deli-
cias, relicto Deo, ſpretíſque cœleſtibus auidiſſimè
pariter, atque impudentiſſimè appetere, & ama-
re? Via deriſionis eſt, quam qui incedunt à Do-
mino cœli irridentur, & ſubſannantur, vt loqui-
tur Propheta. *Qui habitat in cælis, irridebit eos, &*
Pſal.2.
Dominus ſubſannabit eos. Pſalm.2.

SECTIO X.

Tranſiuitque in Salem vrbem Sichimorum, &c.

E
1. PErrexit vltra Iacob vſque ad vrbem Salem,
quæ priùs dicta fuit Sichem, & poſteà Si-
Ioan.4.
char, ciuitas Samariæ, de qua fit mentio Ioan.4.
Ita S.Hier. Rupert. & alij plures. Salem Hebraicè
ſignificat integram, ſeu perfectam, à radice *xalam*
שָׁלֵם *perficere, ſalutare, in pace eſſe.* Quod verò non
ſit illa Xalem, ſiue Hieroſolyma in qua regnabat
Melchiſedech, apertè colligitur ex iſto itinere Ia-

Ben. Fernand. in Geneſ. tom.3.

A
cob, & benè probat noſter Pereir. ex S.Hier. &
aliis. Cæterùm ſunt nonnulli ex peritis linguæ
Hebr. vti Pagnin. Vatab. Oleaſt. & alij, qui con-
tendunt, nomen eſſe appellatiuum, non proprium
vrbis; transferúntque: tranſiuit incolumis, ſiue
pacificus, ſiue integer in vrbem Sichem, quæ ſi-
militer fuit lectio Hebræorum, qui propterea ſen-
tiunt Iacob, cùm antea claudicaſſet, vbi acceſſit
ad Sichem diuinitùs ſanatâ claudicatione inte-
grum, & ſanum extitiſſe; noſtri tamen integrum,
hoc eſt, ſine vllo periculo ſuo, & ſuorum incolu-
mem, nullo ex ſuo comitatu, ne pecore quidẽ, aut
amiſſo, aut ſaltem infirmo perueniſſe ad eum lo-
cum. At in his, vti & in cæteris id genus difficul-
tatibus operæpretium eſt audire, & ſequi D.Hier.
D.Hier.
B
qui de hac ipſa ſic diſſerit: *Salem non eſt Hieruſa-
lem. Sed eſt Salem oppidum iuxta Scythopolim.* in epi-
ſtola 126. ad Euagrium. Eandem ſentẽtiam tradit
lib. de tradit. Hebraic. Vbi etiã adiungit hæc ver-
ba: *Tradunt Hebræi, quòd claudicantis femur Iacob ibi
conualuerit, & ſanatum ſit, propterea eandem ciuitatem
curati, atque perfecti vocabulum conſecutam.* Senten-
tiam D.Hier. de Salem eadem, atque Sichem, &
Sichar amplectitur, & probat Abul. ad hunc locũ.
Abulenſ.
Verum enimverò etſi hæc dicta ſint vero ſimilli-
ma; recentiorum tamen illa ſententia, quam præ-
miſimus, valde mihi videtur probabilis ex eo præ-
cipuè, quòd nulla præpoſitio nomẽ illius loci (vt
fieri ſolet) præcedat: nec enim in Hebr. eſt *in Sa-
lem*, ſed *tranſiuit Salem*, id eſt, integer & incolumis;
C
nullo ſui, ſuorúmque accepto detrimento; vel ſa-
nus ſine defectu claudicationis: valétque pluri-
mum pro hac ſententia Caietani eandem com-
Caietan.
probantis autoritas, quæ magna eſt.

2. *Habitauit iuxta oppidum.*] Extra, non intra
vrbem manſit Iacob; quod anteà obſeruauit, cùm
in Meſopotamiam iuiſſet; nullam ſiquidem vrbẽ,
aut intraſſe, aut habitaſſe legitur, vt etiã adnota-
uit Ioſephus, ita ſcribẽs: *Iacob iter faciebat per Cha-*
Ioſephus.
Iacob in agris habitãs abhorrebat oppida.
*nanæam, ſimúlque ſimultatem haberet cum ea gente, no-
lebat ad quemquam diuertere: ſed ſub dio quieſcebat la-
pide vice puluini capiti ſubiecto.* lib.1. antiq. cap.19.
Securiorem ſe videlicet reputabat in montibus,
quàm in oppidis; ſub dio, quàm ſub tecto; à beſtiis,
ac feris quibuſcum pernoctaret, quàm cũ homi-
D
nibus, apud quos hoſpitaretur. Quid quæſo peri-
culi, quid obſecro mali ab hominibus non inten-
ditur, non patiatur; atque adeò quid poteſt eſſe
ſecurum, vbi homines ſunt? Eſt quidẽ homo poſt
Nihil ſecurum ab hominibus.
primum peccatũ ex natura ipſa corrupta procli-
uis ad omne malum, & culpæ in ſeipſo patrãdum,
& pœnæ aliis inferendum. Iccircò diuinâ proui-
Mira hominis ad malum procliuitas.
dentiâ rerum humanarũ gubernationi diligenter
intentâ effrænatam huiuſce naturæ ad malũ pro-
cliuitatẽ, vel maximè cohibere, ac moderari con-
tendit. Hinc illud optimè ſcribitur à Clem. Alex.
Clem.Alex.
In aſtringenda natura humana verſatur adminiſtratio.
1.Pædagog. cap.10. Ne ſcilicet, ſi laxet habenas, ſi
ſuæ dimittatur libertati, in omnia flagitia impu-
denter, atque impunè diffundatur: ac veluti beſtia
E
erumpens e cauea conculcando, laniando, mactã-
Eadem in omnibus paſſionum rabies.
dóque debacchetur. Neque ab hac infelicitate
naturæ quiſquam (ſi diuinam gratiam excipias)
eſt in toto humano genere, qui ſe liberum, & im-
munem dixerit. *Omnes ſiquidem* (ait S.Greg. Na-
D.Gregor. Naz.
zianz.) *ex eadem terra, & maſſa coagmentati ſumus,
eandémque vitij arborem: vtcumque alius alio magis
ſpecioſam laruam prætendat.* orat.1.Apolog. Natura
omnibus eadem, ſed idem non omnibus velamẽ-
tum; vnus ſpecioſo, vel dignitatis, vel externæ
modeſtiæ, quadam velut laruâ tegit internum vi-
tium, aut certè ad vitium occultat propenſionẽ:

Omnibus eadem ad vitium propenſio, ſed non idē velamen vitij.

A alius verò minùs ſui compos, & cordatus demonſtrat exteriùs quamcunque animi deformitatem.

3. Quid mirum ſi omnes, quotquot naſcimur filij Adami vitiorum aſſultibus impugnamur, & facile correpti præcipitamur in barathrum, cùm poſt peccatum noſtri generis parentum in tantam inciderimus infelicitatem? Enimverò, vti deplorat hanc ipſam noſtri miſeriam S. Aug. in hunc mundum: *Siue Deus, ſiue natura, ſiue neceſſitas, ſiue voluntas noſtra, ſiue coniunctio horum aliqua, ſiue ſimul omnia, veluti in quoddam procelloſum ſalum nos quaſi temerè, paſſímque proiecit.* lib. de beata vita. Sumus ergò in ſalo, vndique cincti fluctibus, vndique ventis impetiti, iactatíque procellis: atque adeò niſi diuina gratia occurrat, diuinúmq; præſidium confirmet, ac teneat, ſempiternū naufragos manet exitium. Hinc etiam edocemur, ne alij alios contemnamus. *Deus quippe dedit* (ait S. Chryſ.) *vnam omnibus eſſentiam, æqualꝭ principatum, æquali ſcilicet creationis honore dignatus eſt. Illud enim, faciamus hominem, eſt commune vniuerſo generi.* in Pſal. 4. Pulchrè quidem dictum. Nec enim aut Princeps, aut etiam iuſtus ſeipſum ita diuinitùs honoratum iudicare debet, quaſi ſolus Dei manu factus; cæteri autem quia plebei, aut quia iniuſti, & peccatores, non ab ipſo Deo, ſed a miniſtro aliquo Dei fuerint efformati. Vnus, idémque opifex Deus, vna omnibus maſſa ex luto, ac puluere. Omnes in patre ſuo peccauerunt, & egent gloriâ Dei. In omnibus idem igneſcit fomes peccati.

D August. Per peccatū vallati omnes in mare.

D Chryſ. Communis omnibus creationis dignitas.

C Quare cùm in omnibus eadem inſit malorū omnium origo & fons, iccircò plerumque abundantiùs ſcaturiunt mala, largiùs emanant vitia; maius fit, & longè latiùs deſæuit incendium flagitiorum; vbi copioſior eſt hominum conuentus, & conuictus: atque adeò ciuitates, quò pluribus abundant incolis, eò pluribus, & grauioribus ſcatent vitiis. Et quidem totum ipſum genus mortalium, quàm (paucis exceptis) & impurum ſordibus, & inquinatum vitiis, & inconditum moribus, & flagitiis coopertum, & naturæ ſuæ iniurioſum, ipſíque Deo inimicum ſemper extitit? Meritò in hanc ſententiam illud ſcripſit Tertul. *Semper humana gens malè de Deo meruit.* apol c. 50. Deo quidem accepta bona cum actione gratiarum non refert; & mala, quæ ab illo iudice, aut illata, aut inferenda ſunt, non timet. *Quocirca* (vt ſtatim adiungit) *illius rea eſt, cuius & ingrata.* ibid. In Deum rea gens mortalium, quem innumeris offendit flagitiis; in Deum ingrata, quē omnium magnificum bonorum datorem debitis non honorauit obſequiis. *Primo enim* (inquit ipſe) *vt inofficioſa eius; quem cùm intelligeret ex parte, non requiſiuit: dehinc non inquirendo innocentiæ magiſtrum, & nocentiæ iudicem, & exactorem, omnibus vitiis, & criminibus incoluit.* Hæc Tertul. Optimè quidē Deus dicitur innocentiæ magiſter, nocentiæ iudex. At quis non diſcat innocentiam à tali magiſtro, quis verò non fugiat nocentiam timens talem iudicē?

Vbi hominū ibi & vitiorum multitudo.

Tertul. Deo ſemper infenſum genus hominum.

D

A Deo addiſcendum, à Deo timēdum.

4. Hinc fit, vt etiam ſi diuina iuſtitia ſuarum iniuriarum diſſimulatrix aliquandiu ſit; nihilominùs aliquando tandem collectam ex multo irā effundat, magníſque genus humanum cladibus affectum puniat; quale fuit diluuium, quo totus orbis periit ſubmerſus. Deinde ſæpiùs integra regna, & magnas gentium prouincias vſque ad exitium Dei vindicta depopulata eſt. Vnum ego in hoc argumento, ex antiquitatis monumentis, & ex noſtrarum ætatum memoriâ dignum referam: Pluribus nimirum, & grauioribus vexatum fuiſſe prioribus ſeculis, quàm noſtris orbem; ante videlicet, quàm poſt Chriſti aduentum, quod ipſemet Tertul. grauiter, ac ſententioſe ita conteſtatur. *Si priſtinas clades comparemus, leniora nunc accidunt, ex quo Chriſtianos a Deo orbis accepit. Ex eo enim & innocentia ſæculi iniquitates temperauit, & deprecatores Dei eſſe cœperunt.* loco citato. Dictum optimè. Innocentiâ ſæculi iniquitates temperari; nam ſi nunc in terris multi non viuerent iuſti; atque innocentes, actum profectò de orbe iam foret. Maximè verò deprecatores multi ſunt, quorum precibus, & lacrymis impiorum facinora temperantur, & oſtenſi Numinis ira mitigatur, iuſtitia cohibetur. At eſt quid tamen fideles deplorent cum S. Saluiano. *Facilius inuenias reos malorū omnium, quàm non omnium: facilius maiorum criminum, quàm minorum: id eſt, facilius, qui & maiora crimina cum minoribus, quàm qui minora tantùm ſine maioribus perpetrarunt. In hāc enim probroſitatem morum prope omnis Eccleſiæ plebs redacta eſt, vt in cuncto populo Chriſtiano genus quodammodo ſanctitatis ſit minus eſſe vitioſum.* lib. 3. de prouid. Miſer quidem præſentium rerum ſtatus, in quo fideles pauci, fidelium iuſti multo pauciores, perfectæ ſanctitatis viri pauciſſimi videntur: at hæreticis, Saracenis, infidelibus, totus penè refertus orbis: Quid ergo ſperandum, quid non timendum? Profectò vt extrema iudicij finalis in orbem vniuerſum vaſtitas inferatur. *Auerſi quippe ſumus* (ait Tertul.) *ab ipſo Deo, & cælo.*

Communis hominū exitium.

A

Tertul.

Leniores poſt Chriſtum quàm antè clades hominum.

B

S. Saluia. Minui flagitia iuſtorum virtute ac precibus temperatur.

Rara nunc virtu: latius inundant vitia.

Tertul.

C 5. Quamobrem prudentiſſimè noſtris rebus conſultum foret, ſi vnanimi conſenſu a noſtris ſceleribus diuinam auertere vindictam conaremur. Quâ ratione quæſo? Nimirum vti fideles in communibus mundi cladibus ſua illa primæva ætate (quod Tertul. conteſtatur) faciebant. *Nos* (inquit) *ieiuniis aridi, & omni continentia expreſſi, ab omni vita fruge dilati, in ſacco, & cinere volutantes, inuidia cælum tundimus, Deum tangimus, & miſericordiam extorquemus.* loco indicato. Vtinam hic noſter hac ætate habitus eſſet, tam humilis, modeſtaque vita, tam feruens iugíſque deprecatio: O quam ſinuiter, quàm fortiter Dei vindictā auertere, irroganda ſupplicia deprecari, Deum iratum placare, veniámque noſtris flagitiis impetrari nobis proculdubiò daretur. Peccamus quidem non contra homines, quorum ſunt vt ænea viſcera, ſic odia implacabilia, inextinguibiles iræ, inimicitiæ ſempiternæ: Sed contra Deum vſque adeò miſericordem, blandúmque, vt vna erga ipſum ratio placandi ſit potiſſima, quod aduerſus Deum peccatur. Hoc enim ſenſu agit cum Deo Hieremias. *Domine fac propter nomen tuum; quoniam multa ſunt auerſiones noſtræ; tibi peccauimus.* c. 14. Quid quæſo ad propitiandum Deum affers, quid proponis ſancte Propheta? *Quoniam* (inquit) *multa ſunt à Deo auerſiones noſtræ.* Tam bonus videlicet, tā pius, à quo auerſi fugimus, Deus eſt, vt ipſius bonitas ac pietas non ſinat nos ab ipſo procul exulare, nec illum abſque nobis eſſe, cuius deliciæ ſunt *eſſe cum filiis hominum.* Et quæ nam tibi eſt ô Propheta ratio deprecandi Deum, atque ipſum nobis denique propitiandi? *Tibi* (inquit) *peccauimus.* Icircò enim pius, & clemens eſt, vt peccantes ſuſtineat, inuitet ad veniam, reficiat in gratiam, condonet infinita hominum delicta, qui ſupra omnes iniquitates miſericors eſt. Abundant vrbes & oppida, conuentúſque mortalium flagitiis, quæ Dei vindictam accerſunt; caſtra illic dixeris poſita, diſpoſitaſque acies contra Deum. *Vbi ſcilicet* (ait S. Greg. Nazianz.) *& malum perpetratur, & fides virtuti abrogatur.* Apolog. 1.

Tertul.

Publica fidelium pœnitentia pro auertenda Dei vindicta.

D

Iratus Deus quàm homo, facilius placatur.

Hier. 14.

Placandi Deum ratio eſt quòd in Deum peccatur.

E

Mira Dei erga peccatores patientia.

Caſtra & acies hominum contra Deum.

D. Greg. Naz.

Facit

Facit enim multitudo peccantium, vt omni pudore cóuulſo, ſublatóque timore, nec dedecus in ſcelere, nec metus ſit a ſupplicio; quin etiam cùm ſit communius erratum, rariórque virtus; illud laudabile, hæc abiecta eſſe videatur.

Vbi plures peccant, nec pudor, nec timor eſt.

6. Fugit Iacob, & quidem prudentiſſimè gentium, & populorum conuentus, hoc eſt, contra Deum inſtructa hoſtium armatorum agmina, vti Dauid conqueritur. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtū eius.* Pſal.2. Quo ex loco S.Chryſ. eleganter colligit: *Currus* (inquiens) *vitij, ac ſceleris, cuius auriga eſt diabolus, gentes, & populi.* O infelix multitudo? Bellum gerit cũtra Deum in oppidis, vrbibúſque peccatum, nó quidem pedeſtre, ſed equeſtre; imò & è falcatis, in cœlúmque erectis curribus omnia vitia deprœliantur; regit currus auriga diabolus in cœlum, dux quidẽ certus viæ quam miſer aliquando percurrit ab eo in gehennam deiectus: Dux ante aciem contra Deum, cuius odio flagrat implacabili, vt ſaltem per hominum peccata, & iniurias Deo ipſi, à quo damnatus eſt, quoquo modo nocere poſſit. At nihilominùs Propheta occurrit: *Populi meditati ſunt inania.* Pſalm.2. Vana ſiquidem, ac ridicula creatori bella inferunt creaturæ. *Nempe* (vt S.Chryſ. animaduertit) *cùm terra ſit, in cœlum bellum gerit; cùm ſit lutum, aduerſatur ei, qui ipſum finxit; cùm ſit fœnum, pugnat cum igne. Fremuerunt gentes aduerſus Dominum, opus aduerſus opificem, figmentum aduerſus fictorem, lutum aduerſus figulum, fœnum aduerſus ignẽ.* O extremam ac deplorandam peccatoris inſaniã? ſed o immenſam Dei bonitatem, ac patientiam! *Qui habitat in cœlis, irridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.* Pſalm.2. Vide quàm ridiculè, quàm inaniter Deo bella inferimus cùm peccamus? mouet riſum homuncio, vermiculus, ipſúmque nihil, dum contra Deum audet inſurgere. *Irridetur* (inquit ad hunc verſum S.Hilar.) *impietas, dum ad illicita mititur, dum inconcuſſa expetit, dum quod obtinuiſſe ſe ſperat, amittit.* En fructus peccati, en finis peccãtium; riſus & ſubſannatio. Fugit ocius Euro quod delectauit, ſequitur quod cruciat ſẽpiternũ.

Pſal.2.
D.Chryſ.
Bellum in vrbibus cõtra Deum vitia ex equo & curru faciunt.
Diabolus peccantium dux.
Pſal.2.
D.Chryſ.
Vana hominum contra Deum bella.
Pſal.2.
D.Hilar.
Peccati fructus irriſio.

7. Declinat iuſtus ciuitatum hoſpitia, peccatorum officinas, impietatum ſentinas, luſtra turpitudinum, ne ſuam fortè modeſtiam obnubilet, puritatem inquinet, virtutẽ cum pluribus diſcat odiſſe; vitium amplecti, ſordes pro munditia diligere. Certa ſunt virtutibus in vrbe diſcrimina. Fugiunt iuſti, ne humilitas, quã ſibi habent chariſſimam, inter mortalium pompas, ac theatra omniũ vanitatum periclitetur? Iccircò enim auus Abraham iuſſus à Domino in montem abire, non vrbem ingredi voluit, vbi admirandum ſui filij ſacrificiũ offerret Deo: *vt ſcilicet* (authore S.Ambroſ.) *dum quæreret montem diſcere, dediſceret apparatum.* lib.1.de Abraham.cap.8. Enimverò noluit Dominus vti ſacrificium illud inſtrueretur in vrbe, ne ad tantæ rei ſpectaculum (vt fit) multitudo concurreret, ipſéque Abraham ambitioſo quodam apparatu propter ſpectantium concurſum, & pompam peragendo ſacrificio ſeſe accingeret. Vbi autem eſt videre, & videri, in tam inuſitato maximè theatro, grandis foret vanitatis, & ſuperbiæ occaſio. Et noſtra opera in ſecreto fieri vult Dominus, ne illorum merita vanitatis tinea corrodat, & adulationis (cùm ſpectantur) latrunculus ſuffuretur: & ſua ſimiliter dona, ne talibus exponantur iniuriis, in ſecreto communicat, & in abdito cuſtodiri vult, & conſeruari. Virtus enim vti aurum vbi naſcitur, ibi cuſtoditur, & conſeruatur. Quid quòd Iacob extra vrbem figit tentoria; in agris moratur, non ciuium quærit conſortia, ne diuinæ vindictæ, cum magna ſimul delinquentium turba, ſuppliciis opprimatur; Quod ſãctus Loth in Sodomis diſcrimen ſubiit. Enimverò illis in locis gentium ethnicarum, aut nullus, aut ſaltem rarus, qui iuſtitiam coleret, & innocentiã ſeruaret, poſſet inueniri. Sed heu me quid de infidelibus loquor, cùm fidelium, qui nunc viuimus, infelicitatem poſſim meritò lamentari? Vnus quidem ſi plures inter bonos malus ſit, in periculum cunctos inducit. *Læditur enim* (inquit S.Saluian.) *ſcelere perſonali cauſa cunctorum. Achan enim de anathemate quidpiam furto abſtulit, & crimen vnius hominis plaga omnium fuit.* Ioſue 7. *Dauid numerari plebem Iſraeliticam iuſſit, & errorem illius Dominus clade totius populi vindicauit.* 2.Reg.24.lib.6. de prouid. Quid ergò fiet, ſi cum multis, & ſacrilegij reis, & inconſideratæ arrogantiæ peccatoribus vnus, etſi iuſtus, & modeſtus pariter miſceatur? Cur non iſte communẽ cladem pertimeſcat? Cur nó timeat Iacob intra Sichẽ (ſi illic habitaret) quod iuſtus Loth in Pentapoli ſubiit diſcrimen?

Periclitatur humilitas inter vrbiũ pompas.
Geneſ 22.
D.Ambr.
Sacrificium Abrahæ in monte, non in vrbe.
Secretũ virtus amat.
Matth.6.
Virtus in ſecreto & naſcitur, & conſeruatur.
S. Saluian.
Nocet bonis pluribus nequam vnus.
Ioſue 7.
2.Reg.24.

8. Quis noſtrûm verò non timeat nunc periclitari, cum tanta inter nos peccantium colluuie? *Nunc enim* (adiungit Saluian.) *neceſſe non eſt, vt vnum obeſſe multis putem, cùm omnes mutuo ſibi obſint. Non conuenit, vt per vnum cunctos periclitari putem, cùm per ſe cuncti periclitentur. Omnes enim admodum in perditionem ruunt, aut certè penè omnes.* ibid. Non quidem nunc propter vnum multi, ſed pauci (ſi boni reperiantur) propter innumerabiles, qui Deum ſceleribus ſuis lædunt, improbos caſtigantur. Ac percommodè quidem dicent noſtrâ ætate boni, quod Tertul. ſcripſit ad infideles ſuo tempore de communibus cladibus conquerentes. *Vos igitur importuni rebus humanis, vos rei publicorum incommodorum, vos malorum illices ſemper, apud quos Deus ſpernitur. Omnes ſæculi plaga nobis fortè in admonitionem, vobis in caſtigationem à Deo obueniunt.* Apolog.contra gentes.cap.41. Nimirum etſi omnibus tam iniuſtis, quàm iuſtis communes irrogantur clades: iis tamen illorum ſcelera puniũtur; iſtorũ fides probatur, ſpéſque ad miſericordiam Dei erigitur, & ad ſempiterna bona potiùs appetenda eleuatur. *Etenim ſiquid aduerſi* (adiungit Tertul.) *infligitur, veſtris meritis deputatur. Sed etſi aliqua nos quoque perſtringunt, vt vobis cohærentes, lætamur magis recognitione diuinarum prædicationum confirmantium, ſcilicet, fiduciam, & fidem ſpei noſtræ.* Vide quantum ſit periculum, cum improbis ſimul viuere, illiſque (vt loquitur Tertul.) cohærere: eadem, ſcilicet, diuinitùs irrogata ſimul ſupplicia ſuſtinebunt. Ac iuſtus quidem Iacob prudenter, ſanctéque vrbium hoſpitia, & impiorum ciuium conſortia deuitauit habitans iuxta oppidum, vbi & ſibi, & ſuis fixit tentoria. Sed longe altius maximorũ heroum in lege gratiæ aſſurgit perfectio, qui affectu (quod quidem diuinius eſt) non modò extra, vel potiùs ſupra mundum ſunt, ſed nec ad tantulam quidem ſtationem in terra tentorium figere voluerunt.

D.Saluia.
Abũdat nũc peccantium multitudo.
Tertul.
Publicarum cladium rei peccatores.
Magnũ periculum viuere cũ improbis.
Sancti viri affectu ſupra terram eleuati.

9. Mittens quidem Dominus alloquitur Apoſtolos: *Euntes ergo docete.* Matt.28. Euntes (inquit) non ſedentes, non commorantes, nullibi tentoriũ figentes, imò nec habentes, quod terræ infigi poſſit tabernaculum. Euntes, eã nimirum celeritate, quâ in altum ab humo ſubuolant, & per aëra feruntur aquilæ: De vobis enim prædixit Iſaias. *Aſſument pennas ſicut aquilæ, current, & non laborabunt; ambulabunt, & non deficient.* Iſai.40. Idémque iam

Matth.28.
Sancti vt aquilæ ſupra terram.
Iſai.40.

A iam volantes, à longè aſpiciens admiratur: *Quæ ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columba ad feneſtras ſuas?* Iſa. 60. Cæterùm hoc extremum vaticinium intelligit D. Hier. non quidem de Apoſtolis, ſed de gentium primoribus diſcipulis. *Miratur* (inquit) *Eccleſia de circunciſionis primùm populo congregata volare ad ſe gentium turbam toto orbe terrarum, & aſſumptis alis Spiritus ſancti feſtinare.* Quocirca S. Lucas primos illos Chriſti fideles egregiè vocauit *viæ viros. Vt ſi quos* (inquit) *inueniſſet huius viæ viros, vinctos perduceret in Hieruſalē.* Actor.9. Simulátque nomen illi mortales Chriſto dabant, illiúſque tincti lauacro veterem exuebant hominem, non ſedebant quidē, non ſtabant, ſed vti habebantur viæ viri, *per fidem ambulabant.* 2.Cor.5. Currebant, & volabant, vt aquilæ, vt

Iſai.60.
D.Hier.
Mira virtus primorum Chriſti fidelium.
Actor.9.

B nubes. Eſt enim fides via, ſcilicet, ad cœlum, ad ipſum Deum; nec id mirū videri debet, cùm ipſemet Dominus huius fidei promulgator, huius viæ monſtrator, & ductor *exultauerit vt gigas ad currēdam viam, à ſummo cœlo egreſſio eius, & occurſus eius, vſque ad ſummum eius.* Pſal. 18. En exultauit Dei filius ad currendam viam: *quia* (inquit S. Hieron.) *non habuit hic moras. Quomodo? hic natus venit in paſſionem, reſurrexit, & aſcendit.*

2.Cor.5.
Fides via.
Pſal.18.
Chriſtus in vita cucurrit.
D.Hieron.

10. At ſaltem (dices) moras faciet, dum prauos homines ſuſtinebit, infidos conuertet, rebelles edomabit; cum peccato, cum dæmone prædicans, moriénſque depræliabitur. Exultauit quidē, cucurrit, atque vt Propheta prædicit: *perſequetur eos; tranſibit in pace: ſemita in pedibus eius non apparebit.* Iſai.41. de Abraham interpretatur nimiùm

C quis hebraizans: aptiùs, & veriùs de Chriſto Domino Hector Pinto, & docti communiter. *Semita in pedibus Domini non apparebit.* Nimirum (vti explicat S.Thom.) *ſicut qui leuiter incedit, quaſi veſtigium non derelinquit, vel quia in pedibus eſt ſignū viæ.* Tantâ ſcilicet agilitate Dominus per terram, in qua vixit triginta, & tres annos, tranſiuit benefaciendo, vt nec veſtigium in rebus terrenis, ac lutulentis pede impreſſerit, nec ex ipſo terræ luto, aut etiam puluere, vel tantulum quidem ſignum in pedibus impreſſum geſtauerit; vt ſuos, maximè qui perfectioni ſtudent, doceat ſeſe in mundo ita gerere, ſic terrenis, cùm neceſſe habuerint occupari, vt ſummo ſtringentes humum pede nihil

Iſai 41.
Hect.Pint.
D.Thom.
Nihil de terra Chriſto adhæſit ſordium.

D luti, imò nec pulueris contrahant. De illis quippe vaticinatur Iſai. *Quàm pulchri ſuper montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis ſalutem.* cap.52. *Mundi, ſcilicet, pedes ad prædicandum, vt in toto mundo diſcurrerent.* Non quidem in plano, aut in locis paluſtribus, & lutulentis, ſed ſuper montes, vbi nec lutum, nec puluis adhærere ſolet, aut poteſt, pedibus.

Iuſti de mundo nihil contrahunt luti.
Iſai 52.
D.Hier.

11. Hæc puritas affectuum (pedes enim affectus ſunt animæ) in Apoſtolis prima, & ſumma, deinde in ſacris Doctoribus, perfectíſque viris magna quoque reperitur, taliſque in religioſis eſſe debet. In carne quidem ſunt, (quandiu viuunt in

E terra) ſed non ſecundùm carnem ambulant, & operantur. Summis quidē pedibus (ſpectatâ eorū profeſſione) per montes, hoc eſt, per Dei mandata ſequentes Dominum IESVM cum ſua cruce præeuntē gradiuntur, Chriſti conſiliis ac perfectioni Apoſtolicæ diligenter intenti. Nimirum (vt conteſtatur S.Greg.Nazianz.) *clauſis, compreſſiſque corporis ſenſibus, atque extra carnem, mundúmque poſiti, in ſeque collecti, nec in ſumma neceſſitate impellente quicquā humanarum rerum attingentes, atque & ſecum in ſe, & cum Deo colloquentes ſuperiorem rebus viſibilibus vitam agunt.* Apolog.1. Quid quæ-

Mira in ſanctis viris puritas affectuum.
Religioſorū perfectio.
D Gregor. Naz.

A ſo fortunatius, quid pulchrius eo ſtatu, vitæque inſtituto, in quo tam puram, tam ſublimem, penéque diuinam homines in carne adhuc, terráque viuentes profeſſionem ſequuntur? Et quidē voto caſtitatis ex hominibus in Angelos tranſmutantur, eò cœleſtibus magis glorioſos, quò eſt glorioſiùs pugnando, & vincendo caſtitatis palmam adipiſci, quàm ſine pugna caſtum eſſe ſeu potiùs natura ipſa ſpiritum eſſe ab omni carnis miſeria, labéque alienum.

Caſtitas ſupra Angelos eleuat homines.

12. Dein voto paupertatis ſupra terram eleuati quicquid in pretio mortales habēt, deſpiciunt, vnamque paupertatem pro Chriſto voluntariam ampliſſimis Ægyptiorum theſauris prætulerunt; & quidē prudentiſſimè. Nā (vti definit S. Thom.)

D.Thom.

B *paupertas confert peccatorum recognitionem, virtutum conſeruationem, cordis quietem, deſiderij impletionem, ſpiritualium bonorum dulcedinem, meritorum exaltationem, & cœleſtem hæreditatem.* ſuper cap.48. Iſai. ad finem. Vide quàm pretioſa religioſo viro ſua ſit, quam vouit paupertas? Quid ni ergò ad altū expediti volent, qui cum terra ſic nullum habent commercium? *Quæ ſunt iſti, qui vt nubes volant?* Iſai. 60. planè ſunt religioſi perfecti, & Apoſtolici, qui ab omni carnis luto, & mundi puluere ſurſum erecti, ac puri nubem illam leuē, quæ omnipotenti Deo triumphalis fuit quadriga, contendunt imitari. Enimverò de illa loquitur Iſaias. *Ecce Dominus aſcendit ſuper nubem leuem, & ingredietur Ægyptum.* cap.19. Ingreſſus eſt quidem mundum iſtū

Paupertatis religioſæ perfectio.
Iſai.60.
Iſai.19.
B Maria leuis nubes.

C Ægypti nomine ſæpiùs in diuinis literis ſignificatum Dei filius homo factus in virginis vtero. Pulchrè nubem appellat Iſaias Virginem Deiparam, nubem ſcilicet, a terra ſubleuatam, quæ nihil habeat, aut luti, aut pulueris ab humo admixtum; & nubem leuem nullo reatu actuali, nec veniali, imò ne originali quidem prægrauatam.

13. *Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Pſalm.90. De Chriſto Domino, & de Virgine matre canit Regius vates. Vti enim naturâ ſua Chriſtus Deus homo eſt impeccabilis; ita Virgo Dei mater dono, & priuilegio filij ſui ab omni labe, atque vmbrâ etiam tenuíque ſuſpicione peccati fuit prorſus aliena. Eſt enim Dei hominis tabernaculum, quò diaboli, vi-

Pſal 90.
B. Maria ab omni reatu etiam originali aliena.

D tiíque flagellum peruenire non potuit, quia non decuit. Nubes vtique omnis expers obſcuritatis, ſed ipſius diuinitatis (liceat dicere) ſplendoribus immerſa. Fortunati ergo nimium, qui matris Dei obſequio ſunt addicti. *Nubes enim lucida obumbrauit eos.* Matth.17. eos videlicet, quos filio ſuo ſeruos, ac ſocios familiariter adhærere conſpicatur. Neque verò nos, qui peccatores ſumus à plenitudine gratiarum Virginis Deiparæ alienos Deus clementiſſimus tātæ matris filius, licèt indignos, eſſe voluit. Nobis vtique Virgo *nubes eſt* (de qua loquitur Propheta) *roris in die meſſis.* Iſai.18. De Chriſto Domino in primis intelligit S. Hieron.

Matth.17.
Felicitas ſeruorum B.Mariæ.
Iſai.18.
Chriſtus & Virgo Maria nubes roris.
D.Hier.

E *Quomodo nubes roris in die meſſis, & in feruenti æſtate gratiſſima eſt: Sic Dominus habitatores Eccleſiæ ſuæ refrigerat, quo præſente cuncta floreſcunt.* Quod quidem de filio in primis dictum iure optimo de matre quoque Virgine ſcriptum intelligitur.

14. Cùm enim diuina iuſtitia immortalium genus infinitis propemodum, & grauiſſimis offenſus criminibus ardere quodammodò: ſuæque vindictæ ignita fulmina, quibus peccatores conflagrarent, comminari videatur; opponit ſe hæc nubes roris, ardentiáque Dei tela ſuo rore temperat: roréinque deinde ſuum ſupereffundens æſtuantem in membris noſtris vitioſarum illecebratum

B. Mariæ vitiorũ ardorẽ extinguit.
D. Ioan. Damaſc.
Pia ad B. Mariam deprecatio.

bratum concupiſcentiam reſtinguit. *Igitur ô tu bona Domina* (cum S. Ioan. Damaſc. precari eſt animus) *boniꝗue Verbi parens, vtinam nos inſpicias; ac vel noſtras arbitrio tuo regas, & moderetis, fœdiſſimarúmque noſtrarum affectionum impetum comprimas, fluctúſque compeſcas; atque ad tranquillum diuinæ voluntatis portum dirigas.* orat. 1. de Aſſumpt. O pulchra, ô ſplendida, ô grata cœlo, terræque nubes, quæ ipſo nunc primo ante ſolem diluculo, in ipſo videlicet momento, quo primo in rerum natura vitam habuit, in materno concepta vtero, iam ſignum magnum apparuit in cœlo, quo nulla reatus originalis, nec labes, nec vmbra pertingit. Mulier (non quidem ætate ſed grauitate; ac ſapientia) amicta ſole, diuinarúmque omnium gratiarum ſplendoribus vltrà, quàm dici, aut cogitari poſſit, irradiare conſpicitur. Bellè quidem ô puriſſima Dei mater in ſuauiſſimo, ac pulcherrimo toti iam fidelium Eccleſiæ gratiſſimo die, quo tuam immaculatam ſine culpa originali conceptionẽ celebramus, hanc tuis laudibus inſperſam tibi etiam, atque etiam dedico cõmentationem.

B. Mariæ immaculatæ conceptio aſſeritur.
Apoc. 12.
Immaculata conceptio B. Mariæ vbique celebrata.

SECTIO XI.

Emítque partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem centum agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit ſuper illud fortiſsimum Deum Iſraël.

1. Fixis in agro extra vrbem tentoriis habitauit Iacob, & habitationem more caſtrorum vallo vndique cinxit, ac muniuit. Sic enim LXX. vertunt παρενέβαλεν, caſtrametatus eſt, Hebr. habet חָנָה *chanah*, caſtrametari. Prudenter quidem Iacob iuxta vrbem infidelium volens habitare, ſe, ſuamque familiam intra vallum, & aggerem ritu militari communiuit, vt non tam domum conſtruere, quàm metari caſtra; non tam habitare, quàm vel pugnare contra Sichimitas, aut certè ab illis ſe tutari videretur. Diſcant ex hoc loco qui virtutis ſtudia ſequuntur à vitioſorum hominum commercio, imò etiam vicinia procul abeſſe; quod ſi fortè propiùs viuere nequaquam non poſſint; ita cauere ab illis, ac ſi armatos hoſtium cuneos, aut hoſtilia caſtra ex aduerſo poſita intueantur, coactique proinde ſint vallo vndique circumducto, ac bellicis tormentis rite diſpoſitis, locare caſtra, indefeſsiſque vigiliis hoſtium inſidias vitare, impetúſque ludificari. Nulla iuſto cũ improbis pax, imò ne induciæ quidem; odia ſunt inexpiabilia, bellum prorſus implacabile: aduerſa hinc inde caſtra: nec id ſatis eſt iuſto: diuinâ opus eſt gratiâ, vt ſuis etiam in caſtris viuat ſecurus, quod Regius vates ita conteſtatur. *Niſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſrael. Cùm exurgerent homines in nos, fortè viuos deglutiſſent nos.* Pſal. 123. ſeſe, iuſtóſque inuitat ad habendas Deo ſeruatori gratias, eò quòd ſua illos virtute illæſos tenuerit ab iniuriis malorum hominũ: niſi enim Dei præſidium periclitantibus adfuiſſet profectò à faucibus impiorum (talis eſt malorum crudelitas) deuorati fuiſſent. *Non carnes noſtras* (inquit S. Hieron.) *deuorare contenti ſunt impij, ſed animas per inſtigationem ſcelerum deglutire: ſed erepti ſumus ab his per eum, qui erat in nobis. Cui ob hoc gratiæ referendæ ſunt, quia gratiâ eius ſaluati ſumus.*

Inter bonos & malos bellum implacabile.
Pſal. 123.
Dei gratia bonos à malis liberat.
D. Hier.

2. Hanc verò ſuam in bonorum animas exercent mali voracitatem, cùm eas malâ, & vitioſâ conſuetudine decipiunt, mactántque, atque in

A mores corruptos, & perditos corrupti, & perditi ipſi peruertunt; *Quid enim eſt* (inquit S. Aug.) *deglutiſſent nos? in corpus ſuum traieciſſent nos: hoc enim deglutis, quod in corpus tuum traiicis. Vult te mundus deglutire.* Conantur enim mali per conſilia, per inſtigationes, colloquia, exemplaque vitioſæ vitæ, alios quibus cũ agunt, ſibi facere ſimiles. Vt enim cibus cùm editur in ſubſtantiam edentis conuertitur, ita perditiſſimus quiſque alios, cum quibus verſatur, in eandem trahit perditionem. *Corrumpunt enim mores bonos colloquia praua.* 1. Corint. 15. Nimirum (vti S. Anſelmus adnotauit ad dictum Apoſtoli ex Menandri comœdia deſumptum) *aſſiduitas praui colloquij vitiat mentem, & ideirco vitanda eſt maximè ab infirmis.* Quàm verò ſit audienti

D. Auguſt.
Corrumpit, perdítque mali bonos.
1. Cor. 15.
D. Anſel.
Noxius ſermo audienti exitiolis.

B praua dicẽtis ſermocinatio, egregia ſubinde quadam ſimilitudine ad hunc modum explicat. *Sic verba proximorum ſumimus in mente, ſicut flando, & reſpirando aerem trahimus corpore.* Sic ille. Qui ergo audit, flatum attrahit; qui loquitur, ventulum facit. *Quare* (adiungit) *ſicut malus aer aſſiduo flatu tractus inficit corpus, ſic peruerſa locutio aſſiduè audita infirmantium inficit animum, vt tabeſcat delectatione praui operis, & aſſiduitate iniqui ſermonis.* Quid quæſo lues, quid contagio, & peſtis eſt, niſi aer corruptus, morbidáque tabe infectus? Igitur vti nihil eſt mortaliũ corporibus peſtilenti aëre pernicioſius; ita malorum hominum prauâ cõſuetudine, perditiſque, ac turpibus colloquiis nihil ad inficiendas, corrumpẽdaſque infirmorum animas eſt

D. Anſel.
Turpis ſermo animarum peſtis.

C exitialius. Alteram deinde ſimilitudinem affert Propheta: *Cùm iraſceretur furor eorum in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos.* Pſal. 123. *Cõmotiones* (exponit S. Hier.) *malarum mentium eorum, qui ſanctos Dei abſorbere quærunt, aquis comparantur; ſed habitãte in ſanctis Domino deorſum defluunt, & decurrunt.* Inſurgit aduerſus iuſtum diabolus; atque vt illũ de ſtatu mentis deiiciat, & in profundam peccati voraginẽ perſundet, hauſtúmque miſerè in æternum perimat, colluuiem excitat prauæ alicuius conſuetudinis, torrentem ex turpibus, & lutulentis collectum ſermonibus inducit quo ex periculo nullus ſine diuinæ gratiæ præſidio poſſit euadere, quin ſcilicet præceps ruat, ac demergatur.

Pſal. 123.
D. Hier.
Turpis ſermo demergit animum.

3. Verùm in Hebræo melius (vt notat S. Hier.) D habetur: *Torrens pertranſiuit ſuper animam noſtram. Quod ſcilicet multi tentationum turbines ſuper animã eius tranſierunt, nec potuerunt eam necare.* At hæc victoria, hæc tanta ſecuritas, tam mira fœlicitas non humanæ virtuti, ſed diuinæ accepta referri debet. Nihil enim homine imbecillius, nihil corruptelæ magis obnoxium, nihil ad omnia flagitia procliuius, vbi diuinum abeſt auxilium, & eſſe, & cogitari poteſt. Quid igitur in tam graui periculo, in tam certo exitio fiat neceſſe eſt: planè in fuga ſalus, à mali hominis conſuetudine, tanquã à morbida tabe, purulentâ ſanie, corrupto aëre, peſtilẽti habitu procul, citóque fugiendum eſt. Vitanda ſunt malorum colloquia, vti à veneno infectæ, incendiarióque fomite inflammatæ ſagittæ. Profe-

D. Hier.
Sine Dei gratia nihil homine infirmius.
Ab improbis citò, procúlque fugiendum.

E ctò vir prudẽtiſſimus Iacob cum infidelibus nullum vult habere commercium, ne ſuæ puritatis à peſtilenti Chananæorum halitu graue aliquod ſubeat diſcrimen; nec cum impiis, & ſceleratis minus debet intercedere ſpacium, quàm quod Sanctus Abrahã interiacere dixit auaro diuiti cũ Lazaro. *In omnibus inter nos & vos chaos magnũ firmatum eſt; vt hi qui volunt hinc tranſire ad vos, non poſſint; neque inde huc tranſmeare.* Luc. 16. Norunt iuſti vel ipſammet perditionem, ac gehennam in medio eſſe, ſéque hinc, & vltrà impios verſari.

Inter bonos & malos chaos inferni.
Luc. 16.

D.Ambr.

Et quia (vt inquit S.Ambroſ.) *nemo diu fortis eſt.* apolog. Dauid. ſi forte inter pericula verſetur: Egregie S.Greg.Nazianz.tantum huiuſmodi ſpacium, tamque interminatum chaos viro religioſo,a fœminis etiam religioſis,ac piis interponendum eſſe conſulit. *Chaos maximum interiace iubeo: hoc eſt,vt viri ac mulieres,qui ſe colendæ pietatis ſtudio deuouerunt, gloriam ſolummodò communem habeant; Nam ipſis infeſtior imminet ſatan.* opuſc. ad Mon. Cœnob. Pulchrè viri, ac fœminæ religioſæ de cœlo,Deóque tantùm curantes,ſolam ſibi in hac vita religionem, ac puritatem, & in altera cœleſtem gloriam, vbi nullum periculum, nullus timor,communem ſibi eſſe arbitrantur, ac proinde mutuos aſpectus, & colloquia plena periculis, tandémque gehennæ incendia ſibi communia reformidant.

D.Greg. Naz.

Vitanda cõſuetudo inter viros & fœminas religioſos.

4. Commendatur etiam Iacob patris familiàs, & prudentia, & pietas, qui filios, & ſeruos non audet Chananæorum conſuetudini tradere corrumpendos; maximè in ætate illa lubricâ, & facili ad ruinam. Erant ſiquidem filij partim iuuenes,partim pueri. *Iuuenta verò* (inquit S.Chryſ.) *pyra quædam eſt exteriora apprehendens omnia, facilé que,ac celeriter ſuccendens.* homil.1.ad pop.Antioc, Et quotus (o humanam infelicitatem) quiſque eſt, quem ſua ipſius iuuentus, aut non prorſus combuſſit, aut non aliquantulum inflammauit, aut certè ardentium cupiditatum fuligine non decolorauit? Nihil planè in Republica, in ciuitate, in familia æque neceſſarium eſt, atque bona puerorum educatio, & honeſta iuuenũ inſtitutio.Hinc enim ſuam quiſque vitam,& mores imbibit,imò & naturam potiùs,quàm à parentum ſanguine conformatam videtur accepiſſe. Quare optimè ſcripſit Clem.Alex. *Educatio, & bona natura,quæ ſeruatur eruditio bonas efficit naturas: & bonæ naturæ talem ſuſcipientes diſciplinam fiunt adhuc prioribus meliores.* ſtromat.1. Et quæ maior gloria parentum,quàm ſeipſis ſuâ induſtriâ ſuos liberos efficere meliores! Quod verò periculum Iacob à liberis ſuis hoc loco prudentiſſimè auertit, illud poſtea in Ægypto illius poſteri Ægyptiis cõmiſti miſerandum in modum illorum ſimul idola venerati ſubierunt. *Cùm enim* (inquit Theod.) *conſpicuam creaturam Deum conſtituerent Ægyptij, quibus cum Iſraël diutiſſimè conuerſatus eſt, impietatem hanc imbibit.* q.1.in Geneſ. Defuit Iſraëli pædagogus in Ægypto poſt obitum Ioſeph; Defuit cuſtos & tutor Iacob, ac proinde laxatis in malum habenis cum infidelibus pariter in idololatriam corruerunt. Enimverò (vti ſapienter ſcripſit Philo Hebr.) *perniciosũ eſt ſicut ciuitati carere mœnibus,ſic animæ deſtitui a cuſtodiis.* lib.de profug. Deſtituti ergò a cuſtode Iacob Hebræi,à gentilium, quibus cum viuebant,nefandis ritibus,& execrãdis flagitiis expugnati ſunt. *Atque vt Ægyptij* (quod ſubnotauit Theod.) *nihil in mundo quod eſſet inuiſibile, ac ſpirituale agnouerunt, ſic miſere Hebræi Deos,quos ſenſu perciperent, cuiuſmodi adorarunt aureos vitulos,non inuiſibilem; nõ verò ſpiritum Deum, ſibi adorandos propoſuerunt.* Tam abiecta ſenſibus, tam ſtupida ingenia,tam cœca oculis extitit gentilitas, vt ſupra quod humanum ſit numen eſſe non crediderit.

Iuuẽtus periculis obnoxia.

D.Chryſ.

Puerorũ & iuuenũ pia inſtitutio.

Clem.Alex.

Theodor.

Miſerãdum animorum exitium à praua conſuetudine malorum.

Phil.Hebr.

Hebræi ab Ægyptiis idololatriã edocti.

Theodor.

Cæcitas, & ſtoliditas gẽtilium.

5. Hæc cœcitas, hic ſtupor fuit Pilati apud quem pro Romano Imperatore iudicem Iudæi Chriſtum Dominum reum, & vinctum ſtatuerunt. *Nos legem* (inquiunt illi) *habemus,& ſecundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit. Cùm ergo vidiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit.* Ioan.19. At quorſum timuit Pilatus: Vnde timor iſte? Ex illis videlicet Iudæorum verbis. *Quia filium Dei ſe fecit.* Sed adhuc dubium eſt cur timuerit ethnicus homo, ſi verum Deum nec cognoſcebat,nec verebatur: Timuit vtique,non Deum, qualis eſt, inuiſibilem Iudæorum; ſed qualem gentilitas colebat viſibilem, hominémque;vti eleganter adnotauit S.Cyril.Alex.ad locum Ioan. hiſce verbis: *Credidit Pilatus poſſe Deum eſſe Chriſtum, licet homo videretur, errore gentili inductus. Semideos enim & deorum filios gentilium fabulæ multos confingunt.* lib.12.in Ioan.cap 20.Quid miſer(aiebat ſecum Pilatus) volens,ac libens mihi laqueũ induo, accerſo graue mortis periculum, ſuperos contra me iratos, armatóſque laceſſo? audio iſtũ ſe Dei filium feciſſe. Quid ergò,ſi Iouis filius ſit? tonitrua, & fulmina patris timeo. At ſi Neptuni filium cruci affigo? nauigantem vtique è prouincia in patriam, fœda regnator aquarum tempeſtate coorta pelago miſerum abſorbebit,filij mortem meo naufragio expiaturus. Si Martis verò filium perimo? quis mihi proſperum belli dabit euentum? belli furias, Martis iram, & arma in me ipſum concitabo. At ſimiliter Deorum quilibet filij ſui necem meo ſanguine vltor expiabit. Dimittam ergò Dei filium,abeat liber ille,ne fortaſſis ego periclitet. Hæc fuit cœcitas Romani præſidis, Deum non niſi hominem corporeum, & viſibilem agnoſcebat.

Ioan.19.

Cyril.Alex.

Pilatus Chriſtum ex ſemideis gentilitati vnum eſſe ſuſpicabatur.

6. Hinc etiam videas, quàm difficili negotio ſemel imbibiti errores exuantur. Viuebat Pilatus Hieroſolymis, verſabatur inter Iudæos, videbat homines vnius Dei in cœlo regnantis, indéque totum moderantis orbem adoratores: illius templum quo nihil auguſtius in terris, perennia ſacrificia habebat ante oculos: Dei Iſraelitici maieſtatem ſcripturæ,ac vaticinia Prophetarum,antiqua per gentes celebrata in Iudæorum gratiam miracula demonſtrabant,idque auribus quotidie percipiebat; & nihilominùs infelix homo veram illam diuinitatem, cuius tot, tantaque norat argumenta, falſitati Deorum ſuarum poſthabuit, nefandis videlicet à lacte ipſo ritibus deditus. Contra verò quàm facile vulgari ſoleat malum quam ſubinde vulgatũ tenaciter adhæreat in eadem (in qua nunc Pilatus præſidet) Hieroſolyma Rex illius Salomon ſuu capite miſer expreſſum reliquit. Enimverò iſte quo nullus mortaliũ,nec ſapientior extitit,nec glorioſior,qui diuino illuſtratus ſpiritu multa dixit,& prædixit,cùm ab Ægypto, aliiſque gentilium regionibus plures ſibi accerſiſſet vxores,earum omnium execrandis imbutus ritibus, vno ac vero Deo cœli prorſus abnegato, multiplicem amplexatus eſt idololatriã. Et non filiis, ac ſeruis prudenter Iacob timuiſſet, ſi forte cum illis pariter in Sichimorum ciuitatẽ idolis deditam introiiſſet? vitium quidem vti contagio ſerpit velociter,latéque vulgatur: at virtus multo labore addiſcitur,ac difficilè comparatur.

Pilatus inter Iudæos idololatra.

Vitium facilè addiſcitur, & latè vulgatur.

Salomonis infelicitas.

7. *Emit partem agri.* Non permittebant Sichimitæ quemquam aliunde venientem ſuis in finibus habitare, niſi proprium quid ea in regione poſſideret. Iccircò ibidem Iacob habitaturus agrum non ita magnum ſibi emendum putauit; emit igitur centum agnis, ſiue ouibus, *cheſitah* enim Hebr. vtroſque ſignificat. Vendiderunt agrum filij Hemor. Hic erat princeps Sichimorũ, cuius ſubditi vocantur hic filij.Verus enim Princeps, idem verus eſt patriæ pater, & non tam dominus, quàm parens ſubditorum. Ideò vel ipſi etiam ſerui patrem conſueuerunt vocare domi

4 Reg. 5. *Paternus amor erga ſubditos.*

num ſuum, vti 4. Reg. 5. ſerui Naaman dominum ſuum vocauerunt patrem: *Pater etſi rem grandem,* &c. *Notat etiam Macrobius eo ſenſu dominos à Romanis patres familiæ vocatos, vt ſeruos quaſi filios tractarent* Vide Macrob. Et quidem amore patres filiorum, & decet, & vocari oportet, quos dignitas, non natura fecit dominos ſubditorum. Idcircò ad Principem ſcripſit S. Hildebertus Cænomanenſ. Epiſcop. *Te ipſum legibus amore ſubiectos rege.* epiſt. 59. Pulchrè ſanè legibus Princeps regi debet, vt quas condidit, ab aliis ſeruandas ſuo ipſe ſubditis exemplo præcedens, ſanctè in primis obſeruet. Deinde ſubditos non tyrannicâ ſæuitiâ, nec etiam dominantium ſeueritate coercere, ſed paterno potiùs amore dirigere æquum eſt. Cæterùm hic paternus erga ſubditos amor non ſegnem, ac remiſſum in ſubditorum increpandis (ſi fortè contingant) erroribus principem efficit: nam quid decentius, quid iuſtius, quid magis proprium patri eſt, quam vt ſuos, vbi deerrabunt, & verbo, & facto filios caſtiget? At Principem valde glorioſum reddit ipſa, quam in puniendis ſubditorum delictis iuſta exercetur ſeueritas. Quare idem S. Hildebert. Principi adiunxit: *Iniquitatis vltionem inter ſplendidiores triumphos annumeres.* Nam licet amor ſubditorum in Principe multum commendetur, Dei tamen amor primas habere debet. Nullus quidem nec ſubditorum, nec propinquorum, nec filiorum amor diuino eſt amori, & obſequio, ac legi ipſi præferendus.

Macrob.

S. Hildeb.

S. Hildeb. *Verus pater ac princeps ſuorū punit delicta.* *Omnibus Deus præferendus.*

8. Iuſſit olim Moyſes Leuitis, vt aſſumptis armis diuinam vindictam in propinquorum cædibus exercerent. *Si quis eſt Domini, iungatur mihi; occidat vnuſquiſque fratrem, & amicum & proximum* Exod. 32. ſubtiliter expendens S. Gregor. Nyſſ. verba illa. *Si quis eſt Domini,* ſic effatur. *Hac voce lex ipſa omnibus edicere videtur: ſi quis Deum amare vult, me legem amet. Iubet deinde in propinquos gladio fortiter vti. Dicimus autem omnem hominem, qui ad legem, ac Deum reſpicit, malorum domeſticorum cæde purgari.* de vita Moyſis. Non eſt planè diuinæ legi nec propinquitas, nec vllum naturæ ius anteponendum. Nouerint proinde iudices, præſides, rectores, à Deo ſe armari contra naturæ neceſſitudines, quibus maximè infirmantur leges, peruertuntur iudicia, labefactatur iuſtitia: tationis acumine, ſeueritatis gladio præcidendum eſt, quicquid legi obſiſtit. Suorum ſit pater ſubditorum princeps, ſed non ideò in eorundem flagitiis ſibi conniuendum putet. *Tam præclara ſiquidem* (inquit Philo Hebræus) *res habetur correptio, caſtigatióque, vt hoc certo ſigno dignoſcantur Dei cognati. Quæ enim poteſt eſſe maior cognatio, quàm quæ filio cum patre intercedit.* lib. de cogn. quær. erud. grat. Hinc igitur bellè inferes; verum ac bonum demonſtrari patrem, cùm errantem filium caſtigat, ſignúmque eſſe filij, quem pater amet, ſi ab iſto delicta illius puniuntur; ſolatiúmque in primis fore magnum iis, qui pro ſuis delictis in hac vita puniuntur, quòd filij ſint, & oſtendantur Dei, vt patris filios caſtigantis.

Exod. 32. S. Gregor. Nyſſ. *Pro Deo & pro lege debitum exercendū ſupplicium.*

Nullum humanitatis, ius contra Deum, Dei que legem. Phil. Hebr.

Signū veri filij à vero patre puniri.

9. Porrò non vulgaris eſt laudis Sichimorum, quòd tales haberent principes, vt illorum patrum ipſi putarentur & dicerentur filij. Felix ergò Reſpublica, beatúmque regnum, & gens fortunatiſſima; vbi principes vti patres & regũt, & amantur. Summam profectò huiuſce regiæ humanitatis, paternique amoris ille non minus vitæ ſanctitate, quàm virium robore, animíque magnitudine inter clariſſimos gentium omnium reges memorandus extitit Ioannes II. Luſitaniæ Rex, quem ſuo illo tempore, vel ipſi principes exteri per antonomaſiam appellare hominem conſueuerant. Hic igitur tantus, tamque glorioſus Rex, vt ſe patrem, non dominum, ac ſuos non ſubditos, ſed filios eſſe demonſtraret, hoc ſuo ſtemmate vtebatur, videlicet pelicani pectus vnguibus lacerantis, & ſuo ſanguine pullos penè mortuos ad vitam excitantis. His infrà ſubſcriptis, *Pola ley, E pola grey: Pro lege, pro grege.* Accepi à viro ex noſtris valde religioſo, & erudito, qui multos annos in Guineæ regione commoratus eſt, in illis omnibus Africæ oris, & nigræ gentis regionibus, quæ vel ſtipendiariæ, vel fœderatæ ſunt Luſitanis, Regum, Principum, & Sobarum (Sobas dicunt Dynaſtas) ſubditos trito apud illas gentes, & vulgari nomine filios nuncupari. Ac fortaſſis (vt ſuſpicari licet) à Luſitanorum rege, quem primum agnouerunt, Principes illi hanc paternam in ſuos denominationem acceperunt. Enimverò Ioannes II. illam Africæ oram Guineam, Congúmque, & reliquas gentes ardenti peruſtas ſole induſtriâ ſuâ exploratas partim ſubiugauit, partim in amicitiam recepit, iiſque omnibus Euangelium Chriſti Domini miſſis eò ſacerdotibus promulgauit. Niſi tamen proprius hic eſt, ac gentilitius illarum gentium ritus.

Felix regnū, vbi rex pater eſt.

Ioann. II. Regis Luſitaniæ ſtema pelicanus.

Subditi dicuntur filij.

10. *Emit partem agri centum agnis.* Agellum coëmit Iacob: Quæ maior frugalitas? Diues enim erat auro, argentóque, & ſeruis, & gregibus, vt ſupra vidimus, ſatis locuples; amplamque habebat vxorum, & liberorum familiam, & nihilominùs non lata terrarum ſpacia, non latifundia ſibi, ſuiſque comparat, ſatis exiguo contentus agello, in quo figat tentoria, & quoquo modo commoretur. Adnotauit hoc ipſum S. Chryſ. hiſce verbis: *Cogita obſecro eximij iſtius viri philoſophiam, quomodo tantâ gratiâ supernè fruitur; & videns augeri ſuas facultates, pecora dico, & tantum numerum filiorum circunſtantem, non in extruendis ædificiis amplis, & præclaris fuit occupatus, neque villas, & agros emere curauit, vt diſtribuerentur filiis.* homil. 59. in Geneſ. Admiranda ſanè virtus, & rerum humanarum modeſtia extitit in Iacob; vicit enim commune generis humani malum, videlicet eam, quæ inſaturabilis eſt, habendi cupiditatem, quæ in diuitibus longè ardentior eſt, quàm in pauperibus. Hinc eſt, quòd diuitis (ſi fortè vſquam apparet) liberalitas eò ſit laudabilior, quò tenacior ille ad retinendum, & ardentior ad cupiendum, & furioſior ad rapiendum haberi conſueuit. Ex quo nimirum capite Tobiæ illius viri ſanctiſſimi, & liberaliſſimi gloriam S. Saluian. illuſtriorem extitiſſe arbitratur, ita ſcribens. *Tobias indigentibus, vſque ad indigentiam ſuam conſulens, in tantum largitatis affectum venerat, vt viro mercenario ſuo partem bonorum omnium mediam deputaret.* Legimus autem Tobias ambos patrem, & filium maturo inter ſe conſilio ſtatuiſſe, vt ſui itineris comiti (quem hominem putabant) debitam offerrent mercedem hoc pacto: *Rogare cœperunt, vt dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant, acceptam habere.* Tobiæ 12. Quis vnquam mortalium tantæ magnificentiæ præbuit argumentum? dimidium bonorum omnium quis alieno homini pro mercede rependit? Grandis planè vtriuſque Tobiæ magnificentia. *Et hoc* (adiungit) *quò magis poſſet eſſe mirum, iam diues; & quo mirabilius, diues ex paupere. Quia maiorem fermè excitant cupiditatem opes poſt indigentiam.* lib. 2. ad Eccleſ. cathol.

Antiquorū patrum frugalitas.

D. Chryſ.

Diuitis maior, quàm pauperis cupiditas.

S. Salu.

Tob 12.

S Salu. *Diues ex paupere nimium cupidus.*

Diues ex paupere tenacior.

11. Itaque diuitem ipſamet abundantia, & tenaciorem efficit, & appetentiorem, maxime ſi vnquam expertus fuerit inopiam, & ex inope locuples effectus, quaſi prioris ſtatus miſeriam pertimeſcens largiri non audet, & nouis inſuper ſtudet incrementis, ne in priſtinam vllo tempore incidat inopiam. Ergo Tobias iam ex paupere diues inſignem prætulit magnificentiam, nec in illo videtur hydropis, & auari vitium, quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aquæ.

Cupiditas deliciarũ in diuitibus.

Accedit ad augendam diuitum cupiditatem, ipſa quoque deliciarum appetentia, vt habeant, ſcilicet, quibus ad ſenſuum oblectamentum conſtruere poſſint hortos penſiles, exquiſitis conſita arboribus pomaria, perennium fontium ſcatutigines, ædes auro, gemmiſque nitentes comparare, pretioſarum veſtium luxus, ferculorum apparatus, delicatiſſimos pariter, ac ſumptuoſiſſimos ad quietem lectus. Nimirum diues, ac delicioſus, aut (veriùs loquar) luxurioſus idem ferè videtur. Nam (vti

S.Saluian.

animaduertit idem Saluianus) *omnis fructus diuitiarum in vſu eſt poſitus deliciarum; alioqui remoto vſu deliciarum cauſa opum non relinquuntur.* citato loco. At neceſſitati paucula non dico ſufficiunt, ſed abundant quidem. Et quia nec delicijs, nec auaritiæ quicquam ſatis eſt; cùm auari, & luxurioſi ſuas & diuitias, & delicias, aut conſeruare, aut comparare iuſto, & debito iure non poſſunt,

Diues, & delicioſus latrones.

mirum dictu eſt, quàm impudenter, ac furiosè ad latrocinia ſe conuertant, nullúmque proinde non moueant lapidem, vt eminentem in republica obtineant dignitatem, cuius præſidio armati liberè, atque impunè rapinas queant exercere.

S.Salu.

Sunt enim (inquit idem) *quibus ius exercendorum latrociniorum honor ipſe largitur.* lib.7. de prouident.

12. At (dices) penes patrem eſt ita filiorum commodis inuigilare, vt iis amplam, & diuitem hæreditatem relinquat. Hæc multorum ſtultitia eſt, ac dementia: nec periculoſior miſeris tentatio à diabolo intenditur, quam hic peruerſus

Stultus filiis diuitias relinquere ſtudet.

amor in filios. Sic patres, dum filiis opes hinc indè congerunt, ius omne, ac iuſtitiam rapinis, & dolis, & violentiis violare penſi non habent; & filiis cum diuite ſubſtantia ſimul luxuriæ fomitem, & internæ perditionis occaſionem relinquunt.

D.Chryſ.

Sed hac de re audi S. Chryſ. *Quare tibi ipſi, & onera ſpinarum congregas, & filiis tuis materiam, & occaſionem malitiæ relinquere non ſentis? Neſcis quod Dominus maiorem curam puerorum tuorum gerit. Tu autem illis occaſionem relinquere ſtudes, quæ ſubmergi animas illorum faciat?* Non igitur amat, ſed verè odio habet filium, qui pericula illius animæ ſolicitus comparat.

Diues adoleſcens in vitia profunditur.

Enimverò hæres adoleſcens in patrimonio amplo ſine patre, ſine rectore an non iuueniliter laſciuiens in omnem ſe vitiorum turpitudinem effundere conſueuit?

S.Chryſ.

Expendit hoc ipſum idem Chryſoſt. hæc adiungens: *An neſcis, quod iuuentus per ſeipſam ad ruinam procliuis eſt, & ad malitiam leui momento inclinatur: quando autem, & affluentiam opum acceperit, multò magis ad malum prouenit?*

13. Itaque congeſtas paterno amore, ac labore diuitias, qui adoleſcenti relinquit filio, non niſi pabulum, arida ligna, & oleum accenſo igni ſubminiſtrat. Hac enim ſimilitudine rem explicat Chryſoſt.

D.Chryſ.

Sicut ignis cum fomitem inuenit, altioribus flammis exurgit, ita & quando in iuuenem materia pecuniarum inciderit tantam accendit fornacem, vt animam iuuenis totam conflagrare faciat. homil.59. in Geneſim. Igitur ô infelix, quiſquis es, ne tuum hæredem tuæ animæ præferas. Huic bene prouideas de tuis opibus erogando, dum adhuc viuis, pauperibus.

Propria anima non præferendus hæres.

D.Salu.

O quantus (exclamat S. Saluian.) *fructus æternitatis eſt bona propria erogare morientem?* lib. 3. ad Eccleſ. Cathol. Nullus enim cuique propinquior, quam ſibi ipſe: ſuam quiſque animam, aut ſolum, aut maximè curet. *Quare* (vti adiungit idem Saluian.) *ſatis infidelis, ac ſatis ſtultus eſt, qui vt alios affluere faciat delicijs temporariis ſe tradit vrendum ignibus ſempiternis; & mauult præſtare aliis, vt ſint diuites, quam ſibi vt ſit beatus.* hæc ille.

Stultus diues, qui ſuæ non prouidet animæ.

D.Chryſ.

Porrò illa Iacob pietas ſilentio præteriri non debet. *Emit enim* (inquit S.Chryſ.) *partem agri propter pietatem, & religionem, vt ſcilicet erigeret altare, & inuocaret Deum Iſrael, & gratias ageret communi noſtri omnium Domino.*

14. Mira ſanè in Deum huius viri pietas: cui nihil potius fuit, vbi locum in quo quieſceret, inuenit, quàm vt beneficentiſſimo Domino debitas rependeret pro acceptis beneficiis gratias; diuinumque numen extructo altari veneraretur; eidémque vti erat verus ſacerdos de ſuis gregibus, quos diuino beneficio in Meſopotamiâ comparauerat, ſelectiſſimas ritè hoſtias immolaret.

Largus ſit qui ſue in Deum.

Largus quidem erga Deum quiſque debet eſſe, vt quoquo modo diuinæ largitati reſpondere poſſit. *Cæterùm Deus* (vt eleganter, ſanctéque expendit S.Saluian.)

S Salu.

hoc dignior eſt largitate noſtrâ, quia nobis ipſe ante largitus eſt: hoc iuſtius ei officiis reſpondere tentamus, quo beneficiis illius magis impares ſumus. Deo hæc munera debemus, quod ab eo cuncta percepimus; & ſi ei quod debemus reddere cupiamus, tamen de ſuo reddimus. lib.4. ad Eccleſ. Cathol.

Suum Deo reddimus.

Itaque prius dedit Dominus, quàm nos reddamus, longè præcedunt noſtris officiis illius beneficia: & (quod caput eſt) ſua illi nos reddimus munera, ſi quando reddimus: & de gregibus, quos à Domino accepit Iacob, victimas eidem offert.

15. Ad hunc igitur debitæ religionis actum exercendum ſubſtruxit aram Iacob, in qua inuocauit fortiſſimum Deum Iſrael. Quod (vti noſter Delrio, & alij perdocte affirmant) idem eſt, atque vocauit Deum fortiſſimum, ſeu inſcripſit Deo fortiſſimo: videlicet in ara inſtructa inſcriptio hæc poſita eſt, *Mizbeach el Elohe Iſrael:* ara Dei fortis Iſraël. Et quidem ſanctè, pudentérque Iacob meminit, *El*, propter fortitudinem, & *Elohim* propter iuſtitiam, vtramque enim Dominus pro Iacob contra Laban, & Eſau pluribus argomentis demonſtrauit. Optimè quidem Iacob, qui Chriſti Domini typus fuit, ingrediens regionem Chananæorum erecto altari, fixóque tabernaculo promiſſæ Patribus à Deo terræ poſſeſſionem ſuſcepit. Omnia tunc in figura contingebant.

Chriſtus ſuper gentes Rex eternus

At veritas eſt ipſe Dei filius, qui à Patre miſſus in mundum fixo tabernaculo, erectóque altari ſolenniter ab ipſo Patre mundi vniuerſi ſecuram, & regiam accepit poſſeſſionem; quod ipſemet his verbis conteſtatur: *Dominus dixit ad me. Filius meus es tu; ego hodie genui te, Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ.* Pſal.2. *Dabo tibi* (declarat S.Aug.) *gentes quas poſſideas ad earum ſalutem, & quæ tibi fructificent ſpiritualia.*

Pſal.2.

D.Aug.

16. At ego nunc & tabernaculum in terra Sichimorum conſtructum à Iacob, & Dei fortitudinis aram ſimul erectam conſiderans, ſuauiſſima mihi, & pulcherrima vtrobique Deiparæ Virginis deſcripta exemplaria eſſe perſuadeo.

B.Maria tabernaculum, & ara Dei.

Quod enim aliud in terris Dei tabernaculum, in quo ipſe

ipſe habitauit, & quod ſibi, atque hominibus; ſibi, vt coleretur; hominibus verò, vt & aſylum fugientibus, & ſupplicantibus ſacrarium eſſet; auguſtius aliud erexit altare, quàm ipſammet, quam ſibi ex omni humano genere matrem elegit auguſtiſſimam ſemper Virginem Mariam. Meritò exclamat S. Ioann. Damaſc. *O ſacrum, & ſacerrimum, Deóque dignum tabernaculum?* orat. 2. de aſſumpt. Virg. Dignum quidem Deo, qui ſecundùm, & ſapientiam, & potentiam, & opulentiam ſuam ſibi tale, in quo habitaret, tabernaculum conſtruxit, tale igitur habitaculum, qualis & habitator. In hoc ſeſe Deus hominibus homo factus viſibilem præbuit, & tractabilem, & amicum, blandúmque oſtentauit, & quem in ſummo cœlo hucuſque præſidentem humani ſenſus attingere non poterant, & quem ſceleribus mortalium, minitantem, ac ſæpiùs fulminantem ſupplicia ipſi miſeri perhorreſcebant; habitantem nunc in hoc ſuo tabernaculo, vt fratrem per omnia nobis ſimilem, amplexamur; & ab eo cœleſtis vitæ gaudia feliciter expectamus. Icircò Virgo ipſa mater egregiè appellatur à S. Ioanne Damaſceno, *Vitæ pons, & cœli ſcala.* ibidem. O Deum clementiſſimum, quàm facilem, certámque ad cœlum à terra nobis oſtendiſti, & feciſti viam! ſed etiam ó felicem, qui Virginem Dei matrem, & piè veneratur, & ſanctè inuocat, & debito affectu diligit! Pontem ſcilicet ingreſſus à terra in cœlum; à morte ad vitam, facili tranſitu ac ſecuro in vlteriorem æternæ ſalutis oram, portúmque conquieſcet. Vitæ pons eſt Virgo Dei mater; per quem ſcilicet à morte ad vitam ſempiternam facilis eſt, tutúſque traiectus: & qui tranſeuntes minimè fallat, quippe firmus, & immobilis nullo ſubterlabentium vndarum, vel etiam flammarum impetu conuelli poſſit, atque perſtringi. Ah quàm periculoſum homini eſt relicto vitæ ponte, hoc eſt, ſine præſidio Dei matris per obſequia, precéſque implorato rapidiſſimum, ac profundiſſimum vitæ huius flumen vado ipſu velle tranſire!

D. Ioan. Damaſc.

In B. Maria Deus & viſibilem, & amicum ſe nobis oſtentauit.

S. Ioann. Damaſc. B. Maria vitæ pons, cœli ſcala.

Certa & facilis ad cœlum via per B. Mariam.

Periculoſa vita ſine præſidio B. Mariæ.

17. Eſt etiam cœli ſcala, per quam Deus è cœlo ad terras deſcendit, & homines è terris ad cœlum, atque ad Deum aſcendunt; ſed iam ſecundo tomo latiùs de ſcala diſſeruimus; ad aram ergo tandem confugiamus. Prima quidem, & ſacerrima, & auguſtiſſima in qua Deus homo è cœlo veniens ſe præſentauit hominibus; ara extitit Virgo ipſa beatiſſima, cuius in vtero verbum caro factum eſt, cœpítque habitare inter homines, & in cuius ſinu, vlniſque virgineis dulciſſimum matris pignus geſtari, adhærere, lactari, & quieſcere viſus eſt Dei filius humanà carne Indutus. In hac igitur arâ Deus homo, reſidens tam admirandos ſuæ maieſtatis, totum per orbem ſplendores effudit, vt nouam ſibi, è gentibus ad veram Dei fidem conuerſis religionem, legem, & Eccleſiam excitarit, veréque Dominus dominantium, & Rex Regum terræ, cœlíque interminatum, & ſempiternum oſtentauit imperium; quod quidem reueriti Angelorum chori turmatim accurrentes ad infantis Dei cunas etiã cantu, ac tripudio celebrarunt; quin etiam paſtores relictis gregibus aduolarunt, & (quod eſt admirabilius) ab eis plagis diuinitùs exciti Reges cum muneribus poſitum in ſtabulo infantem Deum prouoluti in terram adorauerunt. O nouum Regem! ô admirandum! imò & vnicum in mundo regnatorem, ac Dominum!

B. Maria Dei hominibus ara.

IESVS in præſepi Rex adoratus.

18. Cuius quidem veritatis egregium ſanè A teſtimonium vel ipſe tunc vniuerſi orbis Imperator Auguſtus Cæſar edidit, vti refert Paulus Oroſius in hunc modum. *Auguſtus Cæſar Domini appellationem, vt homo declinauit. Nam cùm eodem ſpectante ludos pronunciatum eſſet à quodam mimo: ó dominum, æquum, & bonum! vniuerſique quaſi de ipſo dictum eſſet, exultantes approbauiſſent; ſtatim quidem manu, vultúque indecoras adulationes repreſſit, & inſequenti die grauiſſimo corripuit edicto, dominúmque ſe poſthac appellari, ne a liberis quidem, aut nepotibus ſuis vel ſerio, vel ioco paſſus eſt.* Hæc ille, lib. 6. cap. 22. Scribunt autem grauiſſimi ſcriptores; hoc edictum ab Auguſto promulgatum Romæ fuiſſe eodem die, quo in Iudæa Chriſtus natus eſt de Beatiſſima Virgine. Profectò diuinauit ethnicus B Imperator, longè maiorem Principem ſeipſo fuiſſe natum, cui ſoli dominium, & imperium deberetur. Quin etiam hoc ipſum à Pythio Apolline, cuius totum per orbem celebrabantur oracula, dicitur accepiſſe. Scribunt enim Niceph. lib. 1. cap. 17. Suidas verbo Auguſt. Cæſar, & alij, *Auguſtum facto ſacrificio Hecatombes in fano Apollinis Pythij quæſiſſe quiſnam poſt ſe imperium eſſet habiturus, cúmque reſponſum nullum daretur iteratis ibidem ſacrificiis, denique poſt longum ſilentium his carminibus ab Apolline redditum oraculum.*

Oroſius.

Auguſtus Cæſar dominum ſe appellari prohibuit.

Niceph. Suidas.

Apollinis oraculum de Christi imperio.

Me puer Hebræus, diuos Deus ipſe gubernans
Cedere ſede iubet, triſtémque redire ſub orcum.
Aris ergò dehinc tacitus abſcedito noſtris.

Sic Latinis reddita ſunt ab oraculo edita carmi- C na. Ergo Auguſtus Romam rediens poſt tale reſponſum ſuo in Capitolio aram inſtruxit maximam cum hac inſcriptione Latina: *Ara primogeniti Dei.* At S. Anton. 1. p. hiſtor. titul. 4. cap. 6. Innocentius 3. ſerm. 2. de natiuit. aliíque tradunt Auguſtum quæſiſſe à Sybilla, num in mundo ſe ipſo aliquis maior eſſet futurus? quo autem die Chriſtus in Bethlehem Iudæ natus eſt indicaſſe Sybillam Auguſto in cœlo circulum aureum in quo Virgo pulcherrima infantem ſpecie admirabilem in gremio geſtans viſebatur, quem illa dixit futurum ipſo Auguſto potentiorem. Illicò autem de cœlo vox perſonuit: *Hæc eſt ara cœli.* Quare palatiũ illud Auguſti, quod erat in Capitolio, tandem in templum Chriſtianum redactum D appellatur etiam nunc *Ara cœli.*

D. Anton. Innoc. 3.

Sybilla Virginem cum infante oſtendit Cæſari.

Templum B. Mariæ, Ara cœli.

19. O egregium Virginis matris monumentum pariter atque argumentum! Ara cœli: Virgo intra circulum aureum in gremio geſtans infantem ſpecioſum formâ ſupra filios hominum. Ara cœli Virgo Dei mater, in qua ſcilicet Deus cœleſtem ſuam, ac diuinam beatitudinem primo omnium ſanctæ animæ hominis demonſtrauit: Enimverò anima Chriſti Domini eodem momento, quo creata, ſimúlque vnita corpori in vtero Virginis fuit, diuinam eſſentiam Verbi, cui etiam eſt hypoſtaticè vnita, in beatitudine perfectiſſima vidit. Ara cœli Virgo Dei mater, in qua vbi per conceptionem puriſſimam, matris, & admirabilem incarnationem Verbi poſitus ex- E titit in rerum natura Deus homo, ſtatim omnes omninò Angeli Regem ſuum Virginis filium adorauerunt, iuxta illud Apoſtoli: *Cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli Dei.* ad Hebr. 1. Ara cœli Virgo Dei mater, in qua hominibus poſita eſt, vt ametur, & appetatur, vt omni conatu comparetur ipſa gloria cœleſtis, Deus homo, Angelos, hominéſque beatificans: ad hanc aram cœli, peccatores dum confugiunt cœleſtem vindictam pariter effugiunt, cœleſtis iudicis iram declinant,

Quomodo B. Maria dicitur, Ara cœli.

ad Hebr. 1.

regnato

B Maria peccatoribus aſylum. regnatorem cœli mortalium delictis offenſum propitiant,placatumque reddunt, & qui æternæ condemnationis, vt meruerant, pertimeſcebant ſententiam, à Virgine matre ſuſcepti audient il- A lam ſuauiſſimã, & glorioſiſſimam Domini vocẽ: venite benedicti matris meæ, poſſidete regnum, quod ſeruis matris meæ;fratribus quidẽ meis paratum eſt in omnem æternitatem poſſidendum.

CAPVT TRIGESIMVMQVARTVM.

1. EGRESSA eſt autem Dina filia Liæ vt videret mulieres regionis illius.

2. Quam cùm vidiſſet Sichem filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eam: & rapuit,& dormiuit cum illa, B vi opprimens virginem.

3. Et conglutinata eſt anima eius cum ea,triſtémque deliniuit blanditiis.

4. Et pergens ad Hemor patrem ſuum: Accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem.

5. Quod cùm audiſſet Iacob, abſentibus filiis, & in paſtu pecorum occupatis, ſiluit donec redirent.

6. Egreſſo autem Hemor patre Sichem vt loqueretur ad Iacob,

7. Ecce filij eius veniebant de agro:audítóque quod acciderat, irati ſunt valde,eo C quòd fœdam rem operatus eſſet in Iſraël, & violata filia Iacob, rem illicitam perpetraſſet.

8. Locutus eſt itaque Hemor ad eos: Sichem filij mei adhæſit anima filiæ veſtræ: date eam illi vxorem:

9. Et iungamus viciſſim connubia: filias veſtras tradite nobis, & filias noſtras accipite.

10. Et habitate nobiſcum: terra in poteſtate veſtra eſt,exercete, negotiamini, & D poſſidete eam.

11. Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait: Inueniam gratiam coram vobis:& quæcunque ſtatueritis,dabo:

12. Augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam quod petieritis:tantùm date mihi puellam hanc vxorem.

13. Reſponderunt filij Iacob Sichem & patri eius in dolo, ſæuientes ob ſtuprum ſororis:

14. Non poſſumus facere quod petitis, nec dare ſororem noſtram homini incir- E cumciſo: quod illicitum & nefarium eſt apud nos.

15. Sed in hoc valebimus fœderari, ſi volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circumcidatur in vobis omne maſculini ſexus;

16. Tunc dabimus & accipiemus mutuò filias veſtras ac noſtras:& habitabimus vobiſcum,erimúſque vnus populus:

17. Si autem circumcidi nolueritis, tollemus filiam noſtram,& recedemus.

18. Placuit oblatio eorum Hemor, & Sichem filio eius:

19. Nec diſtulit adoleſcens quin ſtatim quod petebatur expleret: amabat enim puellam valde,& ipſe erat inclytus in omni domo patris ſui.

20. Ingreſsíque portam vrbis, locuti ſunt ad populum:

21. Viri iſti pacifici ſunt, & volunt habitare nobiſcum: negotientur in terra, & exerceant eam, quæ ſpatioſa & lata cultoribus indiget:filias eorum accipiemus vxores,& noſtras illis dabimus.

22. Vnum eſt,quo differtur tantum bonum: Si circumcidamus maſculos noſtros, ritum gentis imitantes.

23. Et ſubſtantia eorum, & pecora, & cuncta quæ poſſident, noſtra erunt:tantùm in hoc acquieſcamus, & habitantes ſimul, vnum efficiemus populum.

24. Aſſenſíque ſunt omnes,circumciſis cunctis maribus.

25. Et ecce die tertio, quando grauiſſimus vulnerum dolor eſt:arreptis, duo filij Iacob, Simeon & Leui fratres Dinæ, gladiis, ingreſſi ſunt vrbem confidenter:interfectíſque omnibus maſculis,

26. Hemor & Sichem pariter necauerunt,tollentes Dinam de domo Sichem ſororem ſuam.

27. Quibus egreſſis,irruerunt ſuper occiſos cæteri filij Iacob: & depopulati ſunt vrbem in vltionem ſtupri.

28. Oues eorum,& armenta, & aſinos, cunctáque vaſtantes quæ in domibus & in agris erant:

29. Paruulos quoque eorum & vxores duxerunt captiuas.

30. Quibus patratis audacter,Iacob dixit ad Simeon & Leui: Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius, nos pauci ſumus:illi congregati percutient me,& delebor ego,& domus mea.

31. Reſponderunt: Numquid vt ſcorto abuti debuêre ſorore noſtra.

SECTIO PRIMA.

Egreſſa eſt autem Dina, &c.

1. ANTEQVAM huius capitis hiſtoriam ſane tragicam commentariis de more illuſtrandam aggrediamur, ſtatuendum in primis eſt, quo tempore geſta illa fuerit. Ac relictis (vt variæ ſolent eſſe) hac de re autorum ſententiis, operæ pretium indico firmiùs adhærere noſtro inter alios Benedicto Perer. qui ſummâ cum eruditione ſuum hoe loco commentarium elaborauit. Fuit quidē Dina ſex annorum cùm Iacob egreſſus eſt ex Meſopotamiâ; cùm verò rapta, & violata eſt, quindecim annorum, matura iam connubio, nouem, ſcilicet, annis poſt reditum Iacob è Meſopotamia. Egreſſus enim inde manſit primo in Socoth ſecundùm Hebræos per vnum annum, & dimidium; deinde iuxta Salem vrbem Sichimorum habitauit ſeptem annos, & ſex menſes, vſque ad cædem Sichimitarum. At Simeon & Leui fratres ex Lia matre Dinæ, cùm patrarunt hoc facinus, ille vnius & viginti annorum, iſte autem viginti videntur fuiſſe; quod quidem maiorem ingerit admirationem, vt videlicet duo iſti fratres adoleſcentiam vix egreſſi tam præferoci animo facinus tam atrox, tam periculoſum, & animo conceperint, & audaciſſimè exequentes perfecerint. His ergò poſitis ad commentandum accedamus. *Egreſſa eſt autem Dina filia Lia*, &c. Quæ fuerit occaſio cædis Sichimitarum, & raptus puellæ, in primis oſtenditur; quòd Dina è paterno domicilio extra vrbem poſito egreſſa, verſatáque in publico multorum patuit oculis, & libidinem inflammauit. Quanto Dina ſecuriùs viueret, ſi domi nendo, texendo, aſſuendo, atque huiuſmodi fœmineis occupata negotiis periculoſiſſimum omnibus, præſertim puellis otium declinaret. *Sunt enim* (ait S. Ambroſ.) *periculoſa otia virtutis.* ſerm. 11. in Pſal. 118. Nec ſanè quicquam aliud virtutibus magis aduerſum, ac pernicioſum ſolet eſſe, quam feriato animo, & corpore in otium, & ſegnitiem diſſluere. Hoc quidem præcipuo fomite accenduntur vitia, & nutriuntur, maximè verò quibus puellares, & pueriles animi titillantur. Rectè ille cecinit: *Otia ſi tollas, periere Cupidinis arma.*

Prodigioſum belli facinus immenum. — *Puella in publico periclitatur.* — D. Ambroſ. — *Periculoſa otia virtuti.*

2. [illegible] otium, ibi tentatio; imò & nulla periculoſior, quam illud ipſum. Fugantur inde procul virtutes, vbi ſunt otia etiam vitæ inimica. Quis neſcit, quod & natura ipſa docet, & Philoſophus ſcripſit: *Anima tandiu corpus informat, quandiu in eo vita munia obire poteſt?* ſic Ariſtotel. in problem. ſect. 14. q. 10. Otiari nec nouit, nec poteſt anima; nec ipſa mors aliud eſt, quàm ceſſatio ab operatione, ipsúmque omnium facultatum otium. Quin & tota rerum natura nihil æquè atque otium refugit, vt quæ in iugi quadam operatione verſetur. Hinc illud eleganter à Tertulliano ſcribitur: *otium ſui natura non nouit: hinc conſeruri, ſi agatur. Ita ſe dirigit, vt ſi ceſſauerit non ſit.* lib. 1. contra Marcio. cap. 22. Multóque verius id ipſum in virtute cernitur, quæ tota in actione conſiſtit: nec ipſe Dominus, qui dum vixit *in mundo pertranſiit benefaciendo.* Act. 10. otiantem animam admittit, quod illa experta doluit. *In lectulo meo quaſiui quem diligit anima mea, & non inueni.* Cant. 3. fruſtra quidem quæſiuit, & in otio, & in quiete,

Ariſt. — Tertull. — [illegible] Act. 10. [illegible] non [illegible] [illegible] Cant. 3.

A quem nouit otiari, & quieſcere nolentem. Quare optimè occurrit Theod. *Quærit enim, verùm non inuenit quieſcentem.* Infauſtum quidem habetur inter homines bellum, pax verò aurea, dulciſque. Verùm (quæ hominum eſt ad malum procliuitas) feliciùs & ſanctiùs interdum bello, quàm pace agitur: illo quidem exercentur animi, hac verò laſciuiunt, & corrumpuntur.

Theod. — *Sancta interdum belli exercitatio.*

3. Enimverò qui externorum hoſtium bellis exerciti, aut non tam enormiter peccabant, aut nondum ſuarum turpitudinum expletâ menſurâ, diuinam accerſerant vindictam, cùm ſcilicet à quatuor Regibus Sodomitæ quinque reges impugnati ſunt. Geneſ. 14. Iidem verò pace iam
B conſtituta ſecuri, & otioſi, atque in execranda præpoſteræ libidinis flagitia collabentes cœleſtibus cum vniuerſa Pentapoli flammis abſumpti perierunt. *Tantum ſcilicet*, (vti obſeruat Paulus Oroſius) *diuinæ indignationis furor accenſus eſt, vt propter hoc quod malè vtentes bonis fructus miſeriarum, nutrimenta libidinum fecerant, terra quoque ipſa, quæ has habuerat ciuitates, primùm exuſta ignibus, poſt oppreſſa aquis in æternam damnationem communi periret aſpectu.* lib. 1. cap. 5. Nimirum hæc illarum beſtiarum dico, non hominum turpitudo toti naturæ iniurioſa, ſic diuinam concitauit indignationem, vt ignibus abſumpta, ne vel in ipſis qui remanēt, cineribus, & fauillis quoquo modò
C vlteriùs appareret, erumpente ſubitò aquarum pelago hauſta, & conſepulta mortalium, deinde oculis prorſus erepta eſt. At vnde tantorum malorum prorupit colluuies? audi Prophetam cum Hieruſalem acriter expoſtulantem: *Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundantia, & otium ipſius, & filiarum eius.* Ezechiel. cap. 16. Otium dicit natum ex ſaturitate, & abundantia. Fames enim & indigentia mentē acuunt, curas excitant, vires ſubminiſtrant, vt omni artificio, ac labore victus quæritetur: ſaturitas in otium, ac ſegnitiem tota diſſluit. L X X. pro otio vertunt, *deliciis affluens.* Otio ſiquidem noxiæ fouentur deliciæ. Quare ſubtiliter ad hunc locum
D ſic edixerit S. Hieron. *Quod pro deliciis otium in Hebr. continetur, ad illum pertinet ſenſum: In deſideriis eſt omnis anima otioſi, quod videlicet, ſemper aliquid agendum ſit, ne ager pectoris noſtri ceſſante manu, malarum cogitationum ſentibus occupetur.* Quemadmodum agri multum, diúque inculti ſylueſcunt, & vepribus horridi, aut herbis obtecti noxarum beſtiarum, & latibula, & pabula fiunt: Ita planè languentes otio animi prauas nutriunt cogitationes, execrandíſque fœdiſſimarum turpitudinum deſideriis occupantur.

Geneſ 14. — *Noxia interdum pax & ſecuritas.* — Paul. Oroſ. — Gen. 19. — *Sodomitica turpitudinis ſupplicium.* — Ezech. 16. — *Fames parit induſtriam ad laborem.* — D. Hieron. — *Otio nutriuntur delicia, fouetur turpitudo.*

4. Aberat Moyſes legiſlator, & rector Hebræorum à quo priùs exercebantur: non bella,
E non hoſtes, non arma, quibus peterentur, vrgebant: pax læta, rerum omnium in caſtris, & abundantia, & ſecuritas videbatur. Quid ergo deinde? *Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere.* Exod. 32. Ex illo tandem otio in turpes ludos, atque in idololatriam ventum eſt. Iccirco Dominus legem illam tantâ varietate præceptorum ferè permoleſtam, tantâ ſeueritate propè intolerabilem inſtituit, vt Hebræorum animos, & ſolicitos redderet, & ab omni laſciuiâ cohiberet,

Ex otio nata idololatria Hebræorum. — Exod. 32. — *Moyſis lex ad tollendū otium.*

ne vi

D.Chryſ.

A ne videlicet iterùm ſegnes, & otioſi in aliquod flagitium prolaberentur. Hoc ipſum S. Chryſ. hiſce verbis adnotauit: *Iſraëlitæ, cum ſine labore vitam agerent, & quiete fruerentur, felicitatem ſuam non reputantes in impietatem prolapſi ſunt. Quid igitur Deus in poſterum? leges multas inſtituit, quibus eorum compeſceretur licentia.* Ac multæ cùm fuerint rationes condendi huiuſmodi legem, tam multiplicem, tam ſeueram, tam grauem; illa vel potiſſima videtur legiſlatoris intentio, ne amplius Hebræi diffluentes otio, maléque ſecuri, ac feriati ad priora, vel etiam maiora flagitia prolabendi haberent occaſionem. Iccircò adiungit idē Chryſoſt. *Et vt plane intuearis ad nullam perfectam virtutem huiuſmodi leges, ſed pro fræno quodam eis datas, quæ occupationis materiam præbent, audi quid de eis* B *Propheta loquatur: Dedi eis præcepta non bona.* Ezech. 20. *non bona, hoc eſt, nihil magnum ad virtutem proficientia*, homil. 7. in 1. Corint. 2. Quare etſi Moſayca lex Hebræos non valde ſanctos (quantum in ſe erat) redderet; at certè vt homines haberet benè occupatos, & in officio, ne laſciuirēnt contineret, inſtituta eſt. Denique, vt contra otioſos, ac deſides rem concludamus, pulchre dixit Clem. Alex. *Otio, ac ſocordia viaticum ſuppeditare minimè eſt honeſtum.* 2. Stromat. Vigilandum eſt vtrique patri familias, ne vlla & liberis, & ſeruis otiandi detur occaſio, ne ſua ipſe negligentiâ viaticum præbeat, quo domeſticorum otium, & cum otio pariter vitia nutriantur, ac foueantur.

D.Chryſ.

Ezech. 20.

Clem Alex. Vitandū in familia otium.

Rupert. Puella in ſecreto abdita & ſecura.

5. *Egreſſa eſt Dina.*] Periit miſera, & ſtulta C virgo, quia exiuit, nimirum (vt benè Rupertus ait) *filia vaga, viſu diſſoluta, facie decora*, &c. Tutò quidem, ſanctéque ageret, ſi domi mulier, ſi in abdito puella ſe contineret. Quid enim puellæ ad modeſtiam, ad verecundiam, ad pietatem, ad vitam denique magis neceſſarium eſt, quàm paternæ domus ſecretum? Tuta in nido eſt implumis adhuc auicula, quæ fortè extra nidum volitans, aut viribus nondum firmata in lutum decidit, aut (quod peius eſt, & frequenter accidit) interuolantis accipitris fit præda, & eſca vnguibus. O quantò felicior, quia & ſecurior, illa velut ſeruitus erat acanthididum intra caueam domi cuſtodita diligenter, & enutrita dulciter continebat! quàm falſa quædam libertas, ad quam D miſella perpetuò aſpirans, qua data porta erumpit, in auram, vbi vel à carniuora intercipitur alite, vel ab aucupis ſagitta præfigitur? ſecurus dormit, agitque ſuo in latibulo, inde verò in campum libere diſcurrens venatorum iacula, & hiantia canum ora in ſeipſum armat, & concitat lepuſculus. Tuta in portu nauigat ratis, quæ in altum ſubducta, dum ventis, & vndis quatitur, aut pelago ſubmerſa, aut rupibus alliſa fractáque perit. Cuſtoditam capſulā diuitem, ac lætum dominum efficit gemma; quæ in publico expoſita furibus, raptáque inopem, ac triſtem reddit. Theſaurum habes tecum o virgo, cur illum ſtulta prodis in publicum, vbi prædonum oculos, manúſque irrites, & cupiditatem inflammes? E

Securitas in ſecreto, periculum in publico.

6. Portant quidem virgines diuino radiantes lumine (vt eſt in Euangelio) lampades. Nulla ergò nimia cura eſt, & cuſtodia, ne fortè, aut lampadis vitrum (quo nihil fragilius) comminuatur, aut lumen ipſum oleo ſuccenſum, vel leui quolibet vento afflatum extinguatur. Heus ô bonæ ſanctæque fœminæ, quæ virtutem colitis, pudicitiam amatis, honeſtatem profitemini, veſtram agnoſcite imbecillitatem; ideò periculis proximæ, quia mulieres eſtis. Portatis theſaurum in vaſis fictilibus: nulla veſtro ingenio conſtantia, nihil in vobis firmum, nullum capiti pondus. Vere quidem ſcribitur: *Quid leuius fumo? flamen. quid flamine? ventus. quid vento? mulier. quid muliere? nihil.* Sic Gloſ. in For. de verbor. ſignif. Si ergò & fumo, & flamine, & vento leuior eſt, inconſtantior, & fugacior mulier: quid quæſo audet, quid aggreditur, quid conatur, magna rerum grauiſſimarum ſubire pericula, ſeſéque, & multos ſecum trahere in ruinam: Bene S. Ambroſ. ſcripſit: *Vilis mulier ad pretium ſed ad vitium appetibilis.* Apolog. Dauid. Tantulum quidem corpus tantorum ferax malorum. Lepide Ariſtippus mulierem corpore tantillam, ſed facie decoram aſpiciens dixit; *paruum pulchrum, ſed magnum malum.* apud Anton. Monac. B lib. 2. cap. 34. Ignis eſt ſexus muliebris, & maximè iuuentus, quo ſeipſam fœmina, & alios ſimul cōburit. Quid igitur miſeram in publicum prodit, vt inſpectantium oculis, nutibus, motibus, & ſermonibus ventilata pyra vehementiùs excitet incendium? Vincet (dices) virtute ſexum, & periculis empta victoria illuſtriorem pudicitiæ pariet triumphum. Error eſt, cæcitas, ſtultitia. *Enimverò* (vti aduertit S. Cyprian.) *incerta victoria eſt inter hoſtilia arma pugnare, & impoſſibilis liberatio eſt, flammis circundari, nec ardere*, quod Salomon abnegat dicens. *Quis alligabit in ſinu ſuo ignem?* &c. Prou. 6. lib. de ſing. Cler.

Mulier infirma, periculis obnoxia.

D.Ambr. *Mulier ferax malorū.*

Ariſtipp.

S.Cyprian. *Certum periculum, incerta victoria in occaſionibus.* Prou. 6.

7. Securius eſt fœminam, & adoleſcentulam in abdito deliteſcere, vbi non ligna, non oleum C extruendæ, inflammandæque pyræ virorum aſpectus, & colloquia ſubminiſtrant. Rectè Procop. *Dina* (inquit) *viciata eſt, vbi primùm exiuit paterno tabernaculo.* Quæ ſcilicet integra, dum abdita domi, permanſit, vbi nec ſuæ, nec alienæ tentamentum ſubiit voluptatis. Hoc ſcilicet omnium virtutum hoſte, ac veneno fœminæ, præſertim puellæ miſerandum in modum pertentatæ, ac labefactæ pereunt. *Eia tu ſi ſapis, ô virgo, delicias* (monet Clem. Alex.) *tanquam caducum, & breuem florem relinque vento, & igni.* Nihil quidem voluptate fugacius; momento peragitur, & quaſi ventus diſparet, & velut in fauillas abit, & euaneſcit. *Fugiamus ergò* (clamat idem) *fugiamus. Hæc vnda ignem eructat, in ea canit formoſa meretricula volu-* D *ptas.* Ita Clem. lib. ad Gentes. Non facilis profectò victoria eſt, vbi cum hac meretricula voluptate pugnatur. Vna ſalus viro, fœminæque, vna vincendi ratio, ſi fugiant, quam dolis, ac præſtrigiis armatam, atque obuios quoſque dementantem ſola Dei potentia, & Chriſti gratia in fragili hominum natura illudere poteſt, ac ſuperare. Inuitat quidem ad bibendum criſtallo nitidior aqua: ſed heus tu, hæc vnda ignem eructat. Non aquam bibes, ſed voracem tuorum viſcerum flammam vorabis; inſidiatur meretricula, prætereuntes cantu allicit; *Sed cantu* (adiungit Clem.) *mortem operatur.* Equidem hoc mihi perſuaſum habeo, cùm multa, & grauia ſint mortalium cum vitiis certamina; nulla nec frequentiora, nec gra- E uiora videri, quàm quæ fiunt cum voluptate carnis, contra quam beſtiam gehennales, quibus animæ comburuntur, ignes eructantem in ſacro baptiſmate armamur ab ipſo Spiritu ſancto fideles, vti Clem. Alex. pulchrè in hunc modum adnotauit. *Armati confligamus inſtructâ acie aduerſus malum: ignita iacula mali extinguamus aqueis à verbo tinctis cuſpidibus.* lib. ad Gentes.

Pyra ex colloquiis & aſpectibus ad libidinē extruitur. Procop.

Clem Alex *Deliciarum flos breui & caducus Voluptas meretricula deceptrix.*

Voluptas aqua ignem eructans.

Clem Alex

Clem. Alex. *Contra voluptatem armamur in baptiſmo.*

8. Arma igitur dæmonum, quibus aduerſum nos præliantur, ignita ſunt, flammaſque in membris noſtris ſuccendunt impudicarum, & letha-

lium

liom voluptatom. Cæterùm ex aduerſo ſtat inſtructa fidelium acies, geſtant enim ſcuta, euibrant iacula ſalutaribus diuini ſpiritus aquis in Baptiſmo tiucta ſimul,& muuita, quibus tota vis inferni,& retunditur, & labefactatur. Hæc virtus eſt ſacroſanctæ in Baptiſmo aquæ; vtinam nos ipſi abiectis armis, relictâ ſalutari aquâ, diuinaque ſpretâ gratiâ in gehennæ flammas, atque in mortem ipſam vltrò non irrueremus? Quæ iſta mortaliom cæcitas eſt, quæ ſtultitia, vt non videant,non intelligant,quæ nam ſit fallacia, vanitáſque carnalium voluptatum? poma quidem ſunt, ſed in damnatâ Sodomitico incendio terrâ naſcuntur: foris pulchra, intùs turpia; oculos recreant,animos inflammant: turget inferior cutis, ſed ſpurcum cinerem, & fœtidum aërem, & gehennalem denique ignem interiùs occultat. Ah felix, qui legit poma in Ioſeph illius caſti, & formoſi benedictionem ab ipſo cœlo aut dimiſſa,aut cœleſtis Regis manu conſita! De quibus ad Tribum Ioſeph ita Moyſes: *De benedictione Domini terra eius, de pomis cœli, & rore.* Deut. 33. O verè pulchram, & à Deo ipſo benedictam Ioſeph terram, quæ non carnalium illecebrarum ſpinas germinat,ſed candentia lilia; rubentes roſas,cærulcas violas; virginum continentium, viduarum ſcilicet, caſtiſſima opera, potiſſimas cogitationes, Chriſtianæ honeſtatis ornamenta pariter, & odoramenta producit! Hoc vnum planè fuit ex potiſſimis, & præſtantiſſimis miraculis, quæ Deus homo in mundo eſt operatus,iuſſu nimirum,ac monitu ſui æterni Patris,qui filium ſic alloquitur: *Poſui verba mea in ore tuo,vt plantes cælos.* Iſai. 51. *Eos videlicet cælos intellige* (ait S.Hieron.) *qui portant imaginem ſupercæleſtis.*

Voluptates poma Sodomitica.

Deut. 33. *Caſtitatis terra benedicta.*

Caſti à Chriſto plantati noui cœli. Iſai. 51. D.Hier.

9. Maximè verò ſunt viri, & fœminæ puritatem animæ,corporiſque ſeruantes, qui cœleſtem ſtatum in ſe ipſis referunt, vbi cœlites Angelis, & ſimiles, & ſocij neque nubent, neque nubentur; & cùm adhuc in terra viuant mortales, ob cœleſtem huiuſmodi puritatem futuræ immortalitatis, æternæque reſurrectionis iam ſuauiſſimam dulcedinem delibant, & quendam quaſi fructum prægustant. Plantauit in terra Deus homo cœlos, cùm puras virgines, caſtóſque viros, & ſuo exemplo,& conſilio,& gratiâ effecit. Tanta verò, tamque admiranda, & ferè communis in Eccleſia Meſſiæ futura ſperabatur virorum, ac mulierum pudicitia, vt ipſemet Iſaias prædixerit: *Habitabit iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui; & gaudebit ſponſus ſuper ſponſa, gaudebit ſuper te Deus tuus.* Iſai. 62. *In quibus exemplis* (occurrit S. Hieron.) *ſancta coniunctio eſt.* Videlicet, tantus erit fidelibus erga honeſtatem mentis,& corporis affectus, tanta in eius obſeruantia virtus, & conſtantia, tam effuſa diuinæ gratiæ mentes, corporáque purificantis,& roborantis abundantia, vt etiam in ſummis periculis, atque illecebrarum tentationibus (cuiuſmodi eſt iuuenis cum virgine cohabitatio) iuuenilem, ac virginalem pudicitiam ſine vlla labe puram, abſque omni diſpendio integram conſeruent. Erunt enim omnes velut ſub eodem tecto vnius eiuſdémque parentis filij, inter quos etiam in diſpari ſexu par eſt caſtitatis affectus,& vitæ honeſtiſſimæ in fraterno amore conuictus. Quin etiam ſponſus,& ſponſa purè,ſanctéque gaudebunt; ad ſanctas nimirum nuptias Chriſtiano ritu celebrandas tam mira cum honeſtate accedent, vt veri, ſanctique ſponſi, non verò iam coniuges; caſti, non maritati purum Chriſtiani contractus

Caſti Angelorum æmuli & ſocij.

Proprium opus Meſſiæ, caſti in terr. homines.

Iſai 62. D.Hier.

Per Meſſiam effloruit caſtitas.

Chriſtianæ gentis caſtitas.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A perficiant ſacramentum. Atque vbi hæc ita ſuccedent: *Gaudebit* (concludit Propheta) *ſuper te Deus tuus.* LXX. legunt: *Sic lætabitur ſuper te Dominus.* Iſai. 62.

Iſai. 62.

10. Gaudium vtique Chriſto Domino erit in cœlis coram Angelis Dei,cùm viderit in ſua Eccleſia iuuenes ac puellas puritate corporum cœleſtibus ſpiritibus perſimiles; & honeſtiſſimas coniugatorum nuptias,læto,gratóque vultu aſpiciens,felicitate Chriſtianæ prolis,debitâ inuicem caritate,bonorúmque operum in vita, & prædulcis denique mortis ſanctitate proſperabit. Iccircò aliquando infauſtæ ſuccedunt nuptiæ,& infelicia redduntur coniugia, eò quòd non ab ſponſis,ſed à maritis,& vxoribus,& (quod etiam euenit) non ad prolem,ſed iam cum prole,aut puerperis, aut certè prægnantibus celebrantur. At licèt ſanctum ſit coniugium, nihil planè ad virginum ſtatum verè in terris Angelicum. Illud cum genere ipſo mortalium ſimul ortum prodiit; iſte ab ipſo Deo cùm è cœlo ad nos deſcendit, inſtitutus eſt, de quo ſibi,ac mundo ipſemet cœleſtis ſponſus inſigni quodam exultans gaudio ad hunc modum congratulatur. *Iam hiems tranſiit, imber abiit, & receſſit: flores apparuerunt in terra noſtra.* Cant. 8. ſenſus eſt: *Iucundum veritatis exortum eſt ver, florere cœpit tellus; natura ſcilicet humana: legendi ſunt flores, ſi vis coronas ex floribus contexere.* Ita Pſellus. Nimirum ſtatus coniugalis,qui mundum repleuerat,per hyemem,per imbres,hoc eſt, per labores, dolores, ac mœrores (*tribulationem enim carnis habent coniugati.* 2. Cor. 7.) ſignificari videtur. At ſublimitas,& gratia virginitatis vere ipſo,quo nihil gratius,amœnius, & blandius, exprimitur. Hoc primum tempus, primíque dies naſcentis Eccleſiæ Chriſtianæ. Ver illud erat, ver magnus agebat orbis,tunc blandi ſoles,tunc parturientes agri,tunc virentia gramina campis,tùc nemorum frondes, & pratorum flores, tunc vernantis terræ gratia, radiantis cœli æmula primò viſa eſt. Natus,inquam,Deus homo de matre Virgine terram virginibus, & continentibus vtriuſque ſexus adornant. Enimverò poſt matrem Virginem, ſponſúmque matris Virginem primos ad Euangelium vocauit *Apoſtolos, aut virgines omnes, aut poſt nuptias continentes,* vt egregiè teſtatur S. Hieron. contra Iouin.

Benedicta Chriſtianorum à Deo coniugia.

Cum virginitate accedendum ad nuptias.

Cant 8. *Virginalis ſtatus excellentia.*

Pſellus.

Caſtitatis ver. 2.Cor.7.

Primitiua Eccleſia vernum tempus.

D.Hieron.

11. Percommodè cecidit hæc noſtra huius loci cómentatio ad veſperum religioſiſſimi, & ſuauiſſimi omnium diei, quo Verbum caro factum ex Beatiſſima, & puriſſima ſemper Virgine Maria prodiit in lucem: illóque naſcente cœli diſtillauerunt dulcedinem,nubes pluere iuſtitiam,tellúſque germinare ſalutem viſa fuit. Dei Eccleſia in ſponſi natalitiis gaudio triumphans inter multa, quæ ſuauiſſimè concinit, hoc in ſuo modulatur epithalamio: *Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorum.* Cant. 2. in ceruo acumen viſus, velocitatem curſus, antidotum veneni; teneram verò ætatem, recentémque ortum Chriſti Domini in hinnulo intellige. Ipſe oculus,lumen,ſplendor, faciéſque æterni Patris, qui humana carne indutus naſcitur, cerui typo innuitur. *Aiunt enim* (inquit Theod.) *ceruum venenatas beſtias, vti herbas, deuorare, cùm ex eo cibo nullo afficiatur incõmodo.* Sed quæ vis iſta, quæ potentia in Chriſto infante, quive ſerpentes, quorum eſu innoxio paſcitur? Reſpondet Theodor. *Cùm hinnulus, id eſt, puer adhuc eſſet, diaboli potentiam, velut ſerpentes quoſdam deuorauit,cùm magos qui diaboli vates erant, confeſtim, vt natus eſt, ad adorationem pertraxit.*

Dies Domini IESV natalitius.

Cant. 2.

Theodor.

Theod. *Magorum aduentus ad puerum IESVM.*

Hæc ille; ac pulchrè quidem. Nam licèt Reges ab Oriente adducti decimo tertio die poſt natum Dominum ad Bethlehemiticum præſepe tandem peruenerint, certum eſt tamen illo ipſo die, quo natus eſt Dominus, ſtellam ab illis in cœlo viſam, & itineri coniunctim tres ipſos Reges ſeſe dediſſe. At mirabilior adhuc eſt potentia noſtri hinnuli; pluraque & nocentiora ſerpentum monſtra, quæ ipſo ſtatim exortu infans deglutiuit, hominum ſcilicet flagitia. Vtinam ô potentiſſime hinnule, ô dulciſſime infans, quæ in horrido cordis mei ſaltu, inter ſpinas ſylueſcentis animæ nata, & nutrita, vitiorum, ac ſcelerum adoleuerunt monſtra, ſic tu hodie infantilibus tuis proſternas gemitibus, ſic tuæ caritatis incendio conſumas, vt ne veſtigium quidem amplius tot ſerpentium, ac beſtiarum in corde, animáque vllum appareat.

Infans IESVS monſtra deuorat.

12. Sed cùm hinnulum alloquor, ceruam iuxtà parentem aſpicio; nec enim hinnulum niſi cerua parit. At hæc ipſa pulchriorem multò geſtat nomenclaturam in Pſal. 21. cuius eſt inſcriptio. *Pro ſuſceptione matutinà*; ſiue, *pro ceruâ matutinâ*; ſiue, *pro ceruâ aurora*; ſiue, *pro robore auroræ*. Et quidem Pſalmum illum de ortu, vitâ, obitúque Meſſiæ, vel ipſi antiquiores Hebrææ gentis Doctores intellexerunt. Aurora verò ex qua orta eſt cerua, hoc eſt, humanitas Chriſti Domini efformata, ex qua robur, ſiue fortitudo Æterni Patris Chriſtus Dei filius natus eſt, profectò ipſa eſt auguſtiſſima Virgo. Bellè quidem aurora etiam virgo ipſa mater dicitur; in qua finitur nox, ad quam ipſa tenebrarum euaneſcit caligo, quæ ſolis exorientis prænuncia diem in ore, lætitiámque geſtat mortalibus. In mœrore quidem, & caligine conſepulti erant filij Adami poſt parentis ſui peccatum. Tandem igitur mundo illuxit aurora, Virgo ſcilicet Dei mater nobis, (vt dulciter eloquitur S.Ioan.Damaſc.) *inexhauſtum pelagus gaudij: vnica mœroris obliteratio; pharmacum ex omni pectore dolorem propulſans*. orat. 2. de aſſumpt. Virg. Ex illa natus eſt ille ad ſanitatem gentium hinnulus, vti ex aurorâ matutinus emicat ſplendor, ex Virgine matre Virgo filius Virginum ſponſus. O quantum Dina filia Iacob huic Virgini, quæ orta eſt ſtella ex Iacob, diſſimilis extitit? illa egreſſa ex abdito parentum contubernio in diſpendium pudoris incidit; Virgo latebat in tenebris, in publico deſiit eſſe Virgo.

Pſal. 21.
B. Maria cerua, & aurora dicitur.
D. Ioan. Damaſc.
Incauta puella periclitatur.

13. At noluit Dei filius homo naſciturus aliã, quàm abſconditam in ſecreto orantem; quò ſoli penetrarent Angeli, Virginem ſibi matrem eligere. *Suſpicandum enim* (ait S.Bernard.) *non eſt quod apertum Angelus inuenerit Virginis oſtium, cui nimirum in propoſito erat fugere hominum frequentiam, vitare colloquia, ne orantis ſilentium perturbaretur.* ſuper Miſſus. Diſcite virgines à magiſtra, à Regina, à matre Virginum amare ſecretum, latere in abdito, conuentus horrere, lucem publicam perhorreſcere. *Hortus* illa dicitur *concluſus, fons ſignatus*. Cant. 4. Quare hortus; non ager, non campus? nimirum *hortus* (reſpondet Rupertus) *quòd ſemper ibi aliquid oriatur: quia cùm alia terra ſemel in anno aliquid creet, hortus nunquam ſine fructu eſt. Vnde ergò hortus es tu ô dilecta dilecti, niſi, quia in te natum eſt aliquid, quod nunquam deſinit, nunquam marceſcit, aut deficit.* Adde, quia hortus iugiter irrigatur, & nihil in horto eſt, etiam herbæ, glebæque, quod non irriguum ebibat liquorem. Tota verò Dei genitrix Virgo, ita continuis diuinæ gratiæ fluentis irrigata eſt, vt tota corpore, animaque ab Angelo gratiâ plena, & à ſanctis Doctoribus gratiarum omnium pelagus nuncupetur. Sed quare inſuper hortus concluſus? *Quomodo* (inquit Rupert.) *hortus, ſi concluſus, non habens aditum, per quem ſaltem vnus intraret, vel exiret hortulanus? Hic hortus vnus eſt concluſus, hic vterus vnus eſt fœcundus, & incorruptus.* Solus enim, qui ſibi hortum condidit, ſine aditu in illum intrauit, ex eóque exiit, & in illo ſine cultura fructum vitæ legit.

B. Maria in ſecreto latens, & orãs.
D. Bern.
Puella amet ſecretum.
Cant. 4.
Rupert.
B. Maria hortus.
B. Maria fructus perennis.
B. Maria pelagus gratiarum.
Rupert.
B. Maria virginalis fœcunditas.

14. Quid tandem ſibi vult fons ſignatus? *Spiritus* (inquit Rupert.) *ſancti ſignaculo ſignatus, iuxta illud: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te*, &c. in Luc. 1. *hortus concluſus, quia vterus tuus, ô Virgo, nulli viro, nulli carnali commercio acceſſibilis, & mens tua nulli vitio, nulli ſpirituali nequitiæ fuit vnquam penetrabilis.* O geminum Deiparæ Virginis ornamentum: ô duplicem matri Dei à filio conceſſam iure optimo prærogatiuam? Corpore animóque pariter Virgo immaculata extitit; vti ſine virili ſemine Deum hominem concepit, ita ſine reatu originali concepta primam Dei gratiam, & ſanctificationem cum vita pariter accepit: Quàm Virgo corpore, tam Virgo mente: fons ſignatus ad quem non reſeratum eſt ſignaculum, nec patuit aditus, vel concupiſcentiæ carnali, vel reatui originali. Vtramque ô Virgo Dei mater, tuum confitemur, ſcribimus, & prædicamus priuilegium, de vtraque tua gloria in hac ſuauiſſima, & lætiſſima tui Virginei partus ſolennitate omnes ſerui tui, & gloriamur inuicem, & tibi feſtiuiſſimè gratulamur.

Rupert.
Luc. 1.
B. Maria corpore animóque immaculata.

SECTIO II.

Vt videret mulieres regionis illius.

1. EN vera quidem Euæ matris filia, quam videndi leuitas, & curioſitas à recto virtutis ſtatu, mentiſque tranquillitate præcipitem ruere fecit in exitium. Quàm felix Dina foret, ſi aut cæca oculis nihil videret, aut quæ intra paternos lares, ac parietes continentur, intueri tantùm ſatis contenta viueret. Sed in adoleſcentia cùm ſenſus laſciuiant omnes tum maximè oculi moderamen rationis, & ſapientiæ frænum detrectantes ad illicita, & nocentia malè conſpicienda liberè, incautéque rapiuntur: ſcilicet maligna, & mortifera ſenſuum voluptas, quæ in nobis ab aduerſario ſuccenditur, ſuam vim multò acriùs in fœminas, mollioris vtique infirmioríſque naturæ exercet. Et quidem (vt ſcitè admodum ſcripſit Marcus Tullius) *maximas virtutes iacere omnes neceſſe eſt, voluptate dominante*. lib. 2. de finibus. Tolle à ſenſibus titillantem iſtam, & illecebroſam voluptatem; nec illicium aderit vitiis; nec virtutibus oberit, aut quod inficiat animos venenum, aut quod deterreat impedimentum. Maximè verò inter ſenſuum voluptates, quæ libidinoſa eſt, extremum animæ periculum importat. *Difficile ſiquidem eſt* (ait S. Ambroſ.) *vt quiſquam libidinis irretitus illecebris immunis euadat*. apolog. Dauid. Nec planè (vti experientia quotidiana teſtatur) robur nullum quantumuis magnum inter illecebras voluptatũ non molleſcit, non eneruatur vigor, non langueſcunt vires. Enimverò *Sanſonem* (animaduertit Theodoret.) *inuictum, & inexpugnabilem, qui vel multis millibus alienigenarum erat*

Puellaris videndi curioſitas.
Voluptas ardentior in fœmina.
Marc. T
Voluptas virtutum virus ... rum ...
D. Ambr.
Periculoſa titillatio carnis.
Theodor.

erat formidabilis, in captiuitatem redegit meretrix muliercula; adeò bellica acie eſt grauius bellum capiditatis. in lib. Iudic. Optimè captiuitatem nominat; nec enim alio vitio fortiùs debellatur, tenaciùs illigatur, magiſque in tyrannicam ſeruitutem pertrahitur humana mens, quàm libidine carnis; nec aduerſus aliud vitium grauiora fiunt, & tolerantur certamina, quàm contra libidinem, in qua peruincenda, vel ſaltem quoquo modo propulſanda nullus mortalium ſine ſpeciali Dei præſidio victor euadit. Iccircò appoſitè adiungit Theodoret. *Eum, qui ſi fortiſſimè geſſerat, & propter præclara, & admirabilia facinora celebrabatur laudibus, captiuum fecit voluptas: ipſa enim eum diuina nudauit gratia.* At quis Sanſone fortior, ne vincatur; quis rigidior, ne molleſcat inter illecebras? Deinde ſi tam fortis, tam rigidus vir in captiuitatem trahitur à meretrice, cur auſit Dina imbellis, molliſque puella ſeſe dare in conſpectum nebulonum?

Sine Dei gratia ſpeciali non vincitur carnis tentatio.

Theodor.

Nemo auſit vltrò ſe tradere carnis tentationibus.

2. Et quidem rectè ſuſpicari poſſumus puellam ſui decoris conſciam ſeſe oſtentare voluiſſe: (hæc enim eſt fœminea leuitas, & vanitas) vel mulieribus ad inuidiam, vel viris ad tentamentum. *Decor enim* (inquit Tertul.) *naturaliter eſt inuitator libidinis.* de cultu fœmin. cap. 1. Quod ſi hæc vanitas tolerabilis habetur in puella nuptura, vt ſponſum comparet: at in virgine, quæ puritatem amat, & profitetur, planè cenſetur abominabilis, quare optimè Tertul. vanum iſtud formæ, ac lenocinij ſtudium in ſacra Virgine (ſi quod in ea videretur) cum virginitatis propoſito, aut etiam profeſſione vocat imperfectam, & inconditam pudicitiam: *vt licet* (inquiens) *animo aliquatenus tenax ſui agat, in habitu tamen licentia ſeſe diſſoluat, ſolatium appetendo cuius rei deniat effectum.* citato loco. Scilicet, hoc inter alia moleſta malum, & quidem maximum in pulchritudine, atque in lenociniis inuenitur; vt quæ ſibi pulchra videtur, & ſtudioſè comendo, pretioſéque veſtiendo muliebrem mundum elaborat, nihil ſubinde prius, ac potiùs habeat, quàm vt in publicum ad vanam oſtentationem prodeat. Nã quæ ſuæ formæ diffidit, nec ſe comptam, & ornatam videt, ea proculdubio latere mauult, quàm in publico videri. Quieſcit quidem in nido, quandiu implumis eſt auicula, vbi verò plumeſcit, exiliens ſubitò ſeſe audet libero cœlo credere. Plumas ergò, aláſque filiæ pater, vxori maritus, annectit, qui lenocinia, qui veſtium ornamenta illi tribuit; vt ſcilicet alata è domo, thoróque deuolet; comptáque & ornata nouos amores excitet, & comparet amatores.

Tertul. Lenocinium Virgine ſacra indignum.

Tertul.

Vana pulchritudinis oſtentatio.

Nec filia, nec vxor nimis ornanda.

3. Eòdem accedit muliebris, maximè verò puellaris, garrulitas, quæ relictis parentum, ac virorum penatibus, extrahit foràs ad inuiſendas, alloquendas, familiaritérque ac leuiter tractandas eiuſdem laſciuiæ, ac vanitatis peramantes, fœminas; in qua quidem familiari conſuetudine garrulitatéque, ſi non prorſus exuitur, at certè multum teritur, pudor; & dum officioſæ, vrbanæque, ac diſertæ mulieres videri volunt; minùs ſeſe modeſtas, grauéſque oſtentant. Diſcant omnes præſertim virgines à Romana illa nobili, pulchra; & (quod præcipuum eſt) caſta, & ſancta, quam non ſatis laudat S. Hieron. Aſella virgine. *Nihil illius* (inquit) *ſeueritate iucundius, nihil iucunditate ſeuerius, nihil ſuauitate triſtius, nihil triſtitiâ ſuauius. Sermo ſilens, & ſilentium loquens; nec citus, nec tardus inceſſus.* O egregiam

Damnatur in fœminis garrulitas.

Mira virginis Romanæ modeſtia. D.Hier.

A fœmineæ honeſtatis, ac modeſtiæ magiſtram! Sed quid de cultu? adiungit; *Idem ſemper habitus, neglecta munditiès, & inculta veſte cultus ipſe ſine cultu.* At vilis (inquit aliqua) & abiecta videbor, contemptuique, & riſui omnibus ero. Falleris mulier; Laudabilis planè, vti de illa ipſa Romana virgine ita colligit S. Hieronym. *Sola vita ſua æqualitate promeruit, vt in vrbe pompæ, laſciuiæ, deliciarum, in qua humilem eſſe miſeria eſt, & boni eam prædicent, & mali detrahere non audeant.* epiſt. 15. de laudibus Aſellæ. Nemo igitur virtutem reformidet, ac refugiat, quòd ea ſit apud homines contemptibilis. Nam tanta eſt virtutis excellentia, vt bonis amori ſit, & malis admirationi; cùm illam etiam ipſi, qui nolunt recipere, vel inuiti radiantem in aliis admirentor, B & celebrent. Quod quidem maximè cernitur in caſtitate, quæ quia difficiliùs ab homine poſſidetur, & à pluribus hoſtibus grauiùs, & importuniùs impugnatur, nobiliores victoriarum triũphos comparat. Hinc ad illam & conſequendam, & conſeruandam vtriuſque ſexus mortales meritò inuitantur his verbis à ſancto Zenone Veronenſi Epiſcopo. *Pudicitiam, in qua Deus habitat, non dicam dilige, ſed luculentis moribus adornate. Magna igitur gloria eſt ornare, per quod ornaris; ſeruare, per quod ſeraeris. Illa nobis exhibet ſanctitatem, nos illi amorem.* ſerm. de pudicitia. Ornanda quidem eſt, modeſtiæ, ſilentij, ſobrietatis, humilitatis, pietatis, aliarúmque virtutum C lenociniis pudicitia: quò enim maior ex iis caſtitati effloreſcit ornatus, eò magis illum, in quo cernitur, honorat, & ornat.

D.Hier.

D.Hier.

Virtus etſi non amori, admirationi tamen eſt omnibus.

D.Zeno.

Seruanda, & ornanda caſtitas.

4. Impatiens Dina ſecreti, prodit in publicum, vt videat mulieres regionis illius; atque vbi modeſtiam exuit, ibi confeſtim exuta pudore eſt. Egreſſam equidem arbitror cum parentum conſẽſu, & fœminis aliquot comitibus; ſed ne ſic quidem virgo rediit, quæ virgo publicos cœtus malè cauta inuiſit; adeò tenera eſt, & delicata, faciliſque deperdi puellarum pudicitia. *Et quidem Dina* (inquit S. Bernard.) *dum ad paſcendos hœdos egreditur, ipſa patri, & ſua ſibi virginitas rapitur.* de grad. humil. tract. de curioſitate. Subtiliter vocat hœdos ipſos oculos, quos ad illi- D cita, vel ſaltem curioſa obiecta, velut hœdos laſciuientes curioſo illarum mulierum conſpectu paſcere voluit, & oblectare. Cæterùm tot paſſim vbique prædones caſtitatis, & plagiarij puellarum occurrunt, vt etiam quæ mulieres inuiſeret, in oculos, in dolos, in manus virorum incidens, extremum pudicitiæ ſubierit diſcrimen. At non malo, non impuro animo miſera vrbem ingreſſa eſt. Benè: ipſa tantùm curioſitas puellæ imputtat periculum, damnum infert. Ergò S. Bernard. ipſam alloquitur: *O Dina quid neceſſe eſt, vt videas mulieres alienigeras? quâ neceſſitate? quâ vtilitate? An ſolâ curioſitate?* excuſat ſæpè neceſſitas, excuſat vtilitas. Vtrámque Deus ipſe cauſam reſpiciens, hominem ſolet eruere, ne pe- E riclitetur, & ne corruat, ſuſtinere. Vtrumque ſæpè denegat illi, quem ſola impulit curioſitas; ob hanc vnam periit Dina. Rectò igitur S. Bernard. progreditur. *Et ſi tu otioſè vides, ſed non otioſè videris. Tu curioſè ſpectas, ſed curioſius ſpectaris.* Quid mali quæſo id eſt, (inquit Dina) ſi videam fœminas mihi ſimiles, quá ſcilicet formâ, quo habitu, queis vitæ moribus ſeſe illæ habeant: vix tandem hæc ſi culpa eſt, vna leuium, & venialium numero adſcribitur.

Facilis perditu puella pudicitia.

D.Bern.

Oculi hœdi laſciuientes.

Vbique prædones caſtitatis.

D.Bern.

Imprudens ſeſe in periculum immittit.

A

Fuerit egreſſio, ſit viſio otioſa; quid tandem mali, & damni, quòd otiosè agam? At ò cæca mulier, ſi otiosè vides, non tamen otiosè videris. Leuis tua culpa, ſed aliorum grauis; mulieres tu curiosè intueris, ſed viri te curiosè in primis, deinde libidinosè intuebuntur. Quam verò tua iſta leuicula (vt putas) culpa, & tibi, & tuis futura ſit perniciosa, tuo malo ſtatim cognoſces, & ſine remedio dolebis. *Quis crederet* (concludit denique S.Bernard.) *tunc illam tuam curioſam otioſitatem, vel otioſam curioſitatem fore poſt ſic non otioſam, ſed tibi, tuis, hoſtibúſque tam pernicioſam?* Scilicet, magnum quandoque tantulâ ex ſcintillâ excitatur incendium; atque ex puellæ iſtius leuitate grauiſſimum ſuæ pudicitiæ diſpendium, omniúmque Sichimorum exitium conſequu-

Incauta curioſitas in libidinē atque in graue exitium deſijt.

D.Bern.

B

tum eſt.

Ioſephus.

5. Porrò Ioſephus hanc eandem ſcribens tragœdiam neſcio quid commentario illuſtrandum adiungit his verbis. *Dina vnica filia Iacob venit in vrbem ad viſendum cultum mulierum eius regionis; cum eſſet celebritas apud Sichemitas.* lib.2. antiquit. cap.19. Itaque (vt ſupra iam adnotauimus) Dinæ curioſitas fuit videndi, qui nam eſſet cultus, quod lenocinium, qui habitus, quæ tandem ſpecies, formáque fœminarum illius gentis: nec enim muliebri ingenio quicquam aliud magis in pretio, & in ſtudio, affectúque habetur, quàm ipſa oris pulchritudo. Pulchra mulier ſit, & quicquid aliud, vel magnum, vel ſpecioſum, quod adſit, aut abſit, nihili omninò facit. Vtinam de verâ pulchritudine, quæ quidem eſt puritas, virtúſque animæ, tale profectò verum, & ſanctum prudens mulier ferret iudicium? Illud ergò nun obiter adnotandum ſcribit Ioſephus: *Cum eſſet celebritas apud Sichemitas, Dina venit in vrbem,* &c. Erat videlicet dies feſtus, quales agunt infidelium gentes, fortè dicatus alicui ex falſis, impuriſque Deorum Numinibus; in quo idolum inſigni cum apparatu, celebríque pompâ per vrbē deferretur. Ad huiuſmodi celebritatem ſexus, omniſque ordinis, ætatis, & ſtatus vnde vnde exciti conueniebant gentiles: atque (vt fit) effuſa iuuenum laſciuia, fœminarúmque licentia non permittebatur modò ad populi oblectamentum, ſed vti ſacer, ſanctúſque ritus ad maiorem religionem, ſanctioremque cultum Deorum vſurpabatur. Videlicet impuri gentium dij non niſi ab impuris mortalibus per impura ſacra, impuróſque ritus coli, & celebrari poterant. Verum eſt enim quod ſcripſit S.Aug. de ludis, & ſpectaculis, quæ in honorem inanium ſuorum Deorum exhibebant antiqui. Ait igitur: *Antiquitas, quæ Deorum probra confinxit, non ſolùm in fabulis audienda poſuit, verùm etiam in theatris ſpectanda propoſuit; vbi crimina plura eſſent, quàm Numina, quæ ipſi Dij ſibi exhiberi habebant libenter, quæ in ſuos cultores vindicare debuerunt, quòd ea ſaltem viderent ſapienter.* epiſt.5. Nimirum Deorum ſuorum, ſtupra, adulteria, milléque huiuſmodi probra, & dedecora publicis feſtis, ludis, ſacrilegis, & nefandis ritibus celebrabant infideles.

Sola in pretio fœminis habetur pulchritudo.

C

Ioſeph.

Celebre feſtum idoli.

D

D.Auguſt.

Execranda idolorum feſta.

E

6. Videlicet, quales gentium Dij vani, falſi, turpes, tales eorum ritus, talia ſacra, fanáque, tales eorundem cultores; taliáque quibus colebantur feſta, pompæque. Ac dum ſcelerati, qui fuerant viri, ac fœminæ pro Diis feſto publico celebrantur, addiſcebant miſeri mortales, & planè ipſamet flagitia, tanquam religioſa, & diuina venerari cenſebantur. Nunquam non execranda

A

fuerunt profanis, & impuris ludis deſtinata in vrbibus theatra, vt nunc maximè inter Chriſtianos, ſi qua vſquam tolerantur, haberi debent irreligioſa, & indigna hominibus, qui Deum hominem factum ex Virgine adorant, eiuſque legem immaculatam, & puram profitentur. Rectè S.Saluian. hanc infidelium impietatem perſtringens ſcribit ad hunc modum: *Ludi publici, ludibria ſcilicet ſpei noſtræ, ludibria vitæ noſtræ. In theatris, & circis deperimus iuxta illud: Stultus per riſum operatur ſcelus.* Prouerb. 10. de prouid. lib.6. At quæres qui verum ſit, quod in theatris, & circis deperimus? Reſpondeo quod idem paulò dixerat: *In illis imaginibus fornicationum omnis omninò plebs animo fornicatur. Et qui fortè ad ſpectaculum puri venerant, de theatro adulteri reuertuntur.* Et ſta-

Damnantur publica mimorū theatra.

S. Saluian.

Prou 10.

Paſtus diaboli, offenſio Dei theatrū mimorum.

B

tim hoc vno verbo rem conficit: *Sicut in his eſt paſtus diaboli, ita offenſio Dei,* &c. O dedecus! ò ſcelus! aguntur comœdiæ rerum impudicarum, in quibus tot ſpeculantium, & audientum ſenſibus obiectantur turpitudinum, ſtuprorum, adulteriorum ſimulachra, & documenta; quot carmina dicuntur, quot prodeunt mimi, quot geſtus, motúſque faciunt, quot verba proferunt, quibus quidem Deus offenditur, diabolus paſcitur.

7. Sublata ſunt è Chriſtiano popolo gladiorum antiquis celebrata munera, in quibus ſeſe inuicem homines ferro contrucidabant; at nunc tolerantur, vſurpantur, probantúrque à Chriſtianis mulierculatum, & mimorum comœdiæ, ad

Perniciſſimæ animis comœdiæ.

C

perniciem, exitiumque animarum. Profectò hæc vna vel maxima inter alias redditur cauſa, quare diuina iuſtitia ſic exarſerit in Romanorum imperium, vt illud Gothis, VVandalis, aliiſque barbaris prorſus euertendum tradiderit, vti ſcribit S.Saluian. Epiſcopus Maſſilienſis, qui grauiſſimas illorum temporum infelicitates, & oculis ſpectauit, & monumentis conſcriptas in poſteros traduxit. *Vbi eſt* (inquit) *Chriſtianitas noſtra, qui ad hoc tantummodo ſacramentum ſalutis accipimus, vt maiore poſteà præuaricationis ſcelere peccemus? Nos Eccleſiis Dei ludicra anteponimus, nos altaria ſpernimus, & theatra honoramus. Omnia denique amamus, omnia colimus, ſolus nobis in comparatione omnium Deus vilis eſt.* lib.6. de prouid. Quod

S.Saluian.

Roman. imperiū à barbaris euerſum ob theatra & comœdias.

D

autem re ipſa ſtulti, impiique homines inter ludicra illa, & turpia ludorum, & actionum ſpectacula atque Deum ipſum cuius fidem profitentur, iniquiſſimam faciant comparationem, Deúmque præ illis deſpiciant, & habeant viliorem, ex eo rectè colligit, *ſi quando vſu venerit, vt eodem die, & feſtiuitas Eccleſiaſtica, & ludi publici agantur, quæro quis locus maiorum Chriſtianorum copias habeat, cauea ne ludi publici, an atrium Dei?*

Deo ludos, & comœdias præferimus.

S.Saluian.

8. Quod quidem malum etiam noſtrâ hac ætate, & mali perpetrant, & boni deflent; ſed qui poſſint, ac debeant illud prohibere, & à Repub. Chriſtianâ propulſare? quare tandem nolint, ipſi viderint; Deóque iudici reddiderint ſub mortem ſciſcitanti: Nam quæ maior impietas,

Ablegandæ à Chriſtianis comœdiæ.

E

quàm quæ alicubi hodie viſitur, ac toleratur? Nimirum (vt idem ſcribit) *ſpernitur Dei templum, vt concurratur ad theatrum: Eccleſia euacuatur, circus impletur, Chriſtum in altario dimittimus, vt adulterantes viſu impuriſſimo ludicrorum turpium fornicatione paſcamur.* cit. loco. Quod ſi profana iſta ſpectacula edi, & vani, turpiſque argumenti comœdiæ agi diebus feſtis ad matutinas horas (quod tempus agendæ rei diuinæ in Republ. Chriſtianæ deſtinatum

D.Saluia.

eſt)

Abiectis dominis grandes fiunt ad ludicra concurſus.

eſt) ex prohibitione Eccleſiaſtica non poſſunt: at certe pomeridianis horis, vbi de ludis, de comœdiis ſparſi rumores peruolant, turpe eſt dicere, qui ad illam vanitatem, & quanti fiant concurſus: at rari tamen in templis tunc appareant fideles, vel vt ſacram audiant concionem, vel diuinis veſperarum (vt fit) laudationibus interſint, vel (quod magis deplorandum eſt) ſacroſanctæ Euchariſtiæ, ſi quando publicè proponitur, adorandæ adſiſtant. Nonne hoc eſt quod S. Saluianus deflet: *ludicra amamus, ludicra colimus: ſolus nobis in comparatione omnium Deus vilis eſt.*

9. Hæc planè ſunt maria naufragiis animarum infeſtiſſima: nec enim vſquam alibi, quàm in circis, in ludis, in theatris, in ſpectaculis, in pompis, in cœtibus, in conuentibus mortalium vtriuſque ſexus vehementiùs accenditur libido ſpectantium, & colloquentium: atque animi titillantium illecebrarum telis acerbiùs vulnerati, Chriſtianæ modeſtiæ, ac temperantiæ miſerandam faciunt iacturam. Eòdem ſcilicet, vt ſpectentur, atque, vt amentur, aut certè, vt laudentur, ſtudioſiùs elaborato ornatu conueniunt viſendæ mulieres: ac viri, vt pulchrarum, & (vt fit) pictarum ſpecie paſcant oculos, animóſque oblectent, & (quæ plurimorum eſt laſciuia) viſu interim vt dixit Saluianus, fornicentur, & macello deinde turpitudinis, fœdo tandem opere mactandas eligant, vt in hac Sichimorum celebritate intemperantiſſimus iuuenis exteram puellam, quia fortè comptam, & pulchram vidit, impudentiſſimo, & iniquiſſimo ſacrificio victimam deſtinauit. Ah quanto ſecuriùs quantóque feliciùs, & Dina ſeſe in tenebris contineret, & Sichem iſte in ſpectacula non prodiret; nec viſendæ, ac ſubnotandæ fœminarum pulchritudini oculos iniiceret malè curioſos? Tutior fœminæ domus, quàm platea; ſecurior priuatium obſcuritas, quàm publica lux, aurâque vrbis: Raró quidem, aut nunquam ſine graui diſcrimine ornatæ ſpecioſæque in publicum prodeunt puellæ.

Animarum naufragia in theatris.

Miſerandum turpitudinis ſacrificium.

Certum pulchris in publico fœminis periculum.

10. *Diſcant ergo mulieres propoſitum pudoris* (vt monet S. Ambroſ.) *in Virgine ſcilicet Dei matre, imitari ſola in penetralibus, quam nemo virorum videret, ſolus Angelus reperiret, ſola ſine comite, ſola ſine teſte, ne quo degenere deprauaretur affatu, ab Angelo ſalutatur. Diſce Virgo verborum vitare laſciuiam.* in cap. 1. Lucæ. Nec enim Dei nuncius de incarnatione Verbi ad Virginem veniens, aut in platea deerrantem, aut etiam domi mutua ſerentem colloquia; ſed ſolam ſine arbitris Deo intentam, diuiniſque contemplationibus ſtudioſiſſimè, & ardentiſſimè vacantem inuenit. Exoſa quippe Virgo auræ publicæ, aut in penitiore adyto ſuæ domunculæ agebat, aut ſi fortè prodeundum neceſſariò foras eſſet, non otioſè morabatur in publico, ſed maturè pertranſiens ad amicum, & ſolitum domus reuertebatur ſecretum. *Exurgens* (ait Euangeliſta) *Maria abiit in montana cum feſtinatione.* Luc. 1. Videlicet ad ſalutandam Elizabeth. Vnde colligit S. Ambroſ. quod virgines deceat in hunc modum: *Diſcite virgines non circumcurſare per alienas ædes, non demorari in plateis, non aliquos in publico miſcere ſermones. Maria in domo ſera, feſtinat in publico.* Quin etiam ingreſſa domum cognatæ, non ſtatim regreſſa in ſuam fuit, ſed (vti ſcribitur) *manſit illic tribus menſibus,* &c. *Non quòd* (inquit S. Ambroſ.) *domus eam delectaret aliena, ſed quia frequentius videri in publico diſplicebat.*

D. Ambr.
B. Maria pudoris magiſtra & exemplar.

Luc. 1.
D. Ambr.
B. Maria ſecreti amãs.
Luc. 1.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

11. Si ergò Beatiſſima Virgo Dei mater, non quidem propter ſuum alienúmque periculum: nec enim ipſa puritatis mater, & fons, aut ſibi, aut alicui poterat eſſe periculo (etſi omnium omninò mulierum eſſet ſpecioſiſſima) ſic amans ſecreti erat, ſic publici fugitans ob ſolum tamen virginibus proprium pudorem: cur quæſo puellæ, in quibus multiplex eſt ratio periculorum, non ſibi caueant, non ſeſe abdant in ſecretiora penetralia, fugiant publicam lucem, ſpectantiúmque pariter, atque inſidiantium ſenſus; ne miſeræ tandem pereant, & ſecum alios ſimul trahant in eandem perniciem? *Quapropter* (monet hoc loco Procop.) *fidelis anima diligenter caueat, ne egrediatur domo Dei.* Eſt quidem parentum domus ipſis, quæ ibidem educantur, filiabus domus Dei: eſt virginibus, eſt puellis, eſt denique vniuerſo ſexui fœmineo ipſum, in quo ſe continent, in quo nent, aſſuunt, & reliqua obeunt domeſtica munera, domus ſuæ ſecretum, domus Dei; Sanctè ſiquidem domi operando fœminæ domum ſuam etiam opificij, reddunt ipſius Dei domum; quod Apoſtolus docuit ita ſcribens. *Salutant vos Aquila, & Priſcilla cum domeſtica ſua Eccleſia.* 1. Corinth. 16. Erant quidem Priſcilla, & Aquila maritus, & vxor opifices, quorum hoſpitio Paulus vtebatur. *Hi autem* (inquit Theod.) *propter maximam virtutem, etiam domum ſuam effecerunt Eccleſiam, ea ſola quæ Eccleſiam decebant, facere contendentes, ſibique proponentes.* Tuam igitur, in qua ſecreto viuis, ô mulier domum efficere potes templum Dei: ſancta quippe operatio, & oratio ſanctam reddit vtique admodum piè vacantis habitationem.

B. Maria nec ſibi nec aliis periculo.

Fœminis in ſecreto ſecuritas.

Procop.

Propria domus fœminis templum Dei.

1. Cor. 16.

Theodor.

Sancti opificis domus templũ Dei eſt.

SECTIO III.

Quam cùm vidiſſet Sichem filius Hemor Heuæi Princeps terræ illius, adamauit eam.

1. CVrioſitas fuit, quam è domo paterna foràs extulit Dinam, vt videtur non valdè damnanda; volebat enim videre mulieres regionis illius; ſiue vti cum LXX. legit S. Auguſt. *condiſcere*, videlicet ingenia & mores, & ſtudia, & inſtituta, victúmque, & habitum, atque cultum illarum mulierum. Denique quemadmodum illis ſe notam redderet, illarúmque familiaritati ſeſe poſſet inſinuare. Cæterùm ſui ſimiles quærens fœminas, incidit in virum, qualis notæ, atque laſciuiæ plures vbique locorum fuiſſe memorantur, Pharaones, Abimelechi, Theſei, Parides, Iaſones, innumeríque alij muliebris pulchritudinis, & pudicitiæ exploratores, fraudulentiſſimi inſidiatores, violentiſſimi raptores, iniquiſſimi pariter, atque impudentiſſimi corruptores. A quibus quidem ea tantùm ſecura viuit, quæ abdita latet, prorſúſque nec videtur, nec ſcitur. Quamobrem nulla parẽntum, nec maritorum in cuſtodiendo filiarum, & vxorum, ſi pulchræ ſint, corpore, ac pudore cura, & vigilantia ſatis magna cenſeri debet. Monet igitur Eccleſ. *Filiæ tibi ſunt? ſerua corpus illarum.* cap. 7. Non ergò in altum hæc tam fragiles ſine gubernaculo, ſine gubernatore ſubducendæ ſunt rates; quippe cùm in ſalo inter ſyrtes, vadaque cæca furentibus vndique ventis, ac fluctibus in ſublime ſurgentibus, etiam

D. Auguſt.

Laſciuia frequens vbique virorum.

Nulla pulchrarũ cuſtodia nimia eſt.

Eccleſ. 7.

A validi, grauéſque ſoleant periclitari myoparones. Non eſt ſine duce qui regat, nec ſine comite qui fulciat, ab infirmo ſexu difficilis via aggredienda. *Neceſſe eſt enim* (inquit S.Cyprian.) *caducis lapſibus elidantur, qui viam lubricam tenuerunt, de qua Salomon ſic prædicat. Eſt via, quæ videtur apud homines recta eſſe; nouiſſima autem eius veniunt in profundum infernorum.* Prouerb.14. lib. de ſingul. Cler. At erit fortaſſis quæ ſuæ virtutis (ſi qua tamen eſt) conſcia ſuperaodum ſibi fortitet ſperet; quicquid pudori aduerſum occurrerit. Vana quidem fiducia. *Non enim* (inquit S.Cyprian.) *de noſtrâ ſtabilitate certum aliquid habemus, qui ſine ceſſatione concutimur inter fluctus ſæculi, ſuſtinentes procelloſos incurſus.* Quis quæſo in medio mari totum ſe iudicaus, nec ventos, nec vndas timet?

Mulier periculis obnoxia. D.Cypr.

Prou 14.

Nulli immundo ſecuritas. D.Cypr.

B 2. At fuerit aliqua ſuæ firmitatis omninò ſecura; quid ergò de alieno ſcandalo, cuiuſque non curat? *Tamen* (rectè idem adiungit) *ſi alicui tanta fiducia eſt de immobilitate propria infirmitatis, ſaltem ſolicita reformides, ne ipſa ſit ſcandalum viſibus alienis, ſed terreatur voce Domini comminantis: Væ mundo à ſcandalis: veruntamen væ homini illi, per quem ſcandalum venit?* Matth. 18. Cùm tanta ſit naturæ noſtræ imbecillitas, ad malúmque procliuitas, omni prorſus ratione vigilaodum, & cauẽdum nobis eſt, ne aut nos incurramus in ſcandala, aut in eadem alios compingamus. *Multis enim* (ait S.Hilarius) *anima noſtra laqueis appetitur, multis aduerſus nos armis dimicatur: totis nos moribus noſtra illecebris ſpiritualis nequitia circumuolant per aliena voluntatis mores, atque laſciuiam inſidiantes, vt animus vndique expectamur, & appetimur.* in Pſal. 124. Mutuo quidem tendimus laqueos, inuicem in ruinam propellimur, ſimul & irruimus; inferimus, & patimur vulnera, mortémque mutuis petentes ſcandalis incurrimus ſempiternã. Quare vna ſalus cunctis, & viris, & fœminis in fuga eſt, & procul ab occaſionibus, ac periculis ſeparatio. *Enimverò ipſi nos fallimus* (inquit S.Cypriã.) *quoties inordinaliter credimus æſtimantes per fidem noſtram legis præcepta poſſe mutari, vt inter maſculos, & fœminas ſperemus paſſim caſtitatem in nobilem cuſtodiri.* de ſingul. Cleric.

Fœmina ſcandalo in aliis non ſit.

Matth. 18.

D.Hilar.

C *Plura vbique ad libidinem incitamenta.*

Scãdalo ſamus inuicẽ.

D.Cypr.

Vana fiducia inter occaſiones.

D 3. *Quam cùm vidiſſet Sichem.*] Vidit adoleſcens filius Hemor principis Sichimitarum puellam, peregrinam quidem illam nobilem (vt ſuo præferebat comitatu) pulchram, & comptam; atque vt vidit infelix deperiit; ſubitò nimirum ad puellæ conſpectum libidinoſi amoris telo vulneratus. Eſt quidem oculus turpitudinis nuncius, tabellarius impuri cordis, carnifex honeſtatis, animæ ſatelles; in oculo prima fiunt libidinis tentamenta, prima ſui exhibet argumenta turpis amor, prima erigit ſuæ, qua mentem occupat, vexilla tyrannidis. *Memento igitur* (monet Sapiens) *quoniam malus eſt oculus nequam. Nequius oculo quid creatum eſt? ideo ab omni facie ſua lacrymabitur, cùm viderit.* Eccleſ. 31. Cùm ergò tanta ſit nequitia

Malorum adminiſter oculus.

Eccleſ. 31.

E in oculo, tamque frequentem, & grauem, & videnti, & viſis importet perniciem; ferè nunquam ſeſe aperiet, nunquam obiectam rem percipiet, quin habeat, admittatve vnde pœniteat, doleat, lacrymetur. Nec verò ipſi animæ ſeruus quiſquam infideliùs obedit, pluréſque inſidias, & nocentiores proditor ſtruit, quam oculus, quem natura velut in arcis ſpecula, & in antennarum faſtigio ad explorandum poſuit, qui tamen hoſtem proſpectans, non menti nunciat, vt caueat, vt ſe muniat, vt irruenti obſiſtat; ſed è contrario armatum exitio, mortéque aduerſarium, nun-

Proditor animæ oculus pro peccato.

A ciat vt amicum, qui vitam ſecum afferat aduentantem. Quid eſt enim Dina pulchra, & ornata dum ſeſe oculo videndam exhibet, eamque oculus menti nunciat amore dignam, & expetendam, quam hoſtis, quam fera, quam ſerpens, mortem, gehennamque ferens? Quid ergò tutum poteſt eſſe in vrbe, in arce, in naui, vbi fallit ſpecula, & ſpeculator inſidiatur, hoſtémque, ac mortem accerſit, & inducit, fitque de ſpeculatore proditor, de amico inimicus, de propugnatore impugnator?

Pulchra hoſtis animæ.

B 4. Et quidem nequior eſt, & pernicioſior oculus, quàm quilibet alius in corpore adminiſter animæ; melius quippe loquitur, & diſertiùs ſuadet, efficaciúſque tandem perſuadet, quàm lingua; elegantiùs quam calamus, ſcribit: compendioſiùs, & eloquentiùs, quàm quælibet epiſtola rem conficit; quò nequeunt manus accedere, oculus intrat. *Nam res quoque* (inquit S.Gregor. Nazianz.) *non attrectandas laſciui oculi, atque procaces pertingunt.* de laudib. Cyprian. Malo igitur oculo peius nihil. Quid amplius? funem vt vinciat, catenam vt liget, viſcum vt illaqueet, hamum vt capiat, glaciem vt infrigidet, flammas vt incendat, ferrum vt ſauciet, mortem denique vt perimat ſecum ipſe oculus geſtat. Ad hæc oculus ſe malè pandens animam, aut ſinit egredi, aut illam ipſemet foràs euocat, vt quoquò verſum liberè peruolitet, iuxta illud: *Ephraim velut auis euolauit.* Oſeæ 9. At (ô rem deplorandam!)

Diligentiſſimus animæ adminiſter oculus.

D.Greg. Naz.

C ſemel illa foràs egreſſa raro, ſeróque, aut etiam nunquam ad ſolitum ſeceſſum regreditur, ſcilicet; Vbi amat, ibi ſui oblita inhæret infelix: ſpiritus quidem vadens, & non rediens. Qualis aliquando ſemel in arca coruus emiſſus, in eandem arcam non vltrà ſe recepit fœtido nimirum, & puruleuto paſtus cadauere. Quæ nimirum intùs anima candidam, & puram referebat columbam, vbi fortè per feneſtram oculi foras erupit, nigri, ac ſordidi inſtar corui ad ſpurcitias, & fœtores carnis inhiauit. O ſi Dinam non videret Sichem; quàm felix illa, & ille foret? Tanta vis in aſpectu eſt. *Aſcendit enim mors per feneſtras,* ait Hierem. cap. 9. Sunt quidem corporis ſenſus, velut quædam feneſtræ, per quas anima foràs e-

Anima per oculũ emiſſa perit. Oſeæ 9.

Hierem 9.

Frequentior animæ feneſtra oculus.

D greditur ad exteriora. Omnium tamen latiſſima, & exeunti animæ omnium frequentiſſima ipſe oculus eſt. Vitaret profectò infelicitatem huiuſmodi, ſi liberè, incautéque non videret. Nihil ſanè terribilius, ac ferocius leone eſt; at leonem cohiberi, ac cicurari obiecto oculis pallio, ſæpiùs in circis, & caueis viſum eſt. Ergo concupiſcentia carnis, qua quidem bellua, nec ferocior neć audacior vlla habetur, vel ipſo tantum oculorum obtutu illicitis denegato coërceri omninò poteſt, ac perdomari. Optimum ergò conſilium quo tam multis, grauibúſque obſiſtitur malis: aſpicere non decet, cupere quæ non licet. Quid plura in hanc ſententiam? prima mali la-

Clauſo oculo domatur concupiſcentia.

E bes humani generis fuit incautus, & curioſus primæ mulieris omnium matris aſpectus. *Neque enim Eua* (inquit S. Gregor.) *lignum contigiſſet, niſi hoc prius incautè conſpiceret.* lib. 21. Moral. cap. 2. Sed hoc de argumento multa diximus tom. 1. cap. 3. ſect. 12.

D.Greg.

5. *Adamauit eam.*] Ad incautum, & curioſum oculum Sichem ſequitur impura cordis affectio. Vidit iuuenis puellam, eiuſque turpi amore ſtatim ſauciatus periit. Huc ergò recidis, qui laſciuiam oculorum non cohibes. *Videlicet* (quod S. Ambroſ. alium ad finem ſubnotauit) *quaſi ceruus*

Per oculum ſagitta libidinis ſauciat & interimit.

D.Ambr.

ſagitta

ſagitta toxico ictus paululùm procedens, tanquam victus veneno procumbit, aut quaſi piſcis, qui fuſcinâ fuerit infixus, quocunque fugerit, vulnus vehit. in lib. Tob. cap. 7. Eſt quidem impurus amor homini ſagitta veneno illita, quam per oculos infixam cordi geſtat infelix.

Lethale libidinis venenum.

Vulnus alit venas, & cæco carpitur igne.

Suum ſcilicet morbum ipſemet fouet, ac nutrit; ſuam ipſe ſibi mortem lætus, ac ridens conſciſcit: Nemo quippe vult in amore ſanari, ſolus ille veneno iſto infectum, ſagittaque transfixum curare poteſt, qui pæonius eſt animarum, & corporum medicus. Quod quidem vnum inter alia maximum Meſſiæ in mundum venturi Zacharias prædicit miraculum: *Diſſipabitur arcus belli.* cap. 9. ſcilicet à Rege Meſſiæ, cuius ingreſſum in Hieruſalem & triumphum die palmarum præuuncians exclamauit: *Exulta ſatis filia Sion: Ecce Rex tuus venit tibi,* &c. Diſſipabit igitur, confringet, & comminuet Rex iſte cœleſtis arcum belli. *Vt non mutauntur* (declarat S. Hieron.) *ignita iacula, quæ voluptuoſorum poſſint corda percutere.* Confracta ſunt iam Cupidinis arma, non ſagittam, non iaculum mittit: iam Deus homo Cupidinem exarmauit.

Zach. 9. *Chriſtus exarmauit Cupidinem.*

D. Hieron.

6. At etiam nunc ferit, cruentat, perimit. Nimirum vel illi ſua tela homo reſtituit, iterumque ſagittis, iaculiſque armat inſtructum, vel tanta nunc eſt infirmitas miſero, vt ſine telo victus ſuccumbat Cupidini, mortémque bibat voluntariam. Eſt enim illius pharetra, quam vno verbo deſcribit Hieremias dicens: *Pharetra eius quaſi ſepulchrum patens.* Hierem. cap. 5. *Cum aperto nimirum* (declarat Theod.) *ſepulchro pharetram comparat: eo quòd tela ſint lethifera. Babylonicam ſignificat armaturam*, inquit S. Hieron. *intellige demoniacam & gehennalem*; nec enim plures lethali peccato moriuntur, & in ſempiternum tumulantur in inferno, quam quos turpis amor percuſſit. Atque vt interim extremum gehennæ incendium, cui tandem deſtinatus eſt hic turpis amor, ſilentio prætereamus: ſatis nobis ſit ad illius odium, & fugam ea ipſa breuitas, quam in ſuis voluptatibus experitur. *Corporum ſiquidem amores* (ait S. Gregor. Nazianz.) *quia res fluxas ſibi proponunt, fluunt quoque ipſi non ſecus, ac verni flores. Nec flamma conſumpta materia remanet, ſed vnà cum ea extinguitur: nec libido marceſcente ſomite ſubſiſtit.* orat. de S. Baſilio. Ardet amor, & lucet amor, quandiu vel ætas floret, vel robur viget, vel ſpecies vernat vel ad ſummum vita perſiſtit; huiuſmodi enim fomite alitur. Illo (vt fit) velociter effugiente, ac velut abſumpto, amor pariter extinguitur, nec enim quod in creatura fundatur, niſi cum ipſa ſimul deficiente deficit. Pulchrè ſiquidem dictum eſt à S. Auguſt. *Cor hominis in homine, cinis in cinere.* in Pſal. 103. De ſpe quidem hominis male fundatâ in homine, ſimiliter etiam de amore hominis in homine perperam locato tanquam cinis in cinere poteſt intelligi. Vide quantum nocuerit huic Sichem amor Dinæ, Sanſoni amor Dalilæ, Salomoni tot alienigenarum amores, & fuge ab illa, in quam alij prolapſi perierunt, voragine. *Atque* (vt in ſimili argumento ſcribit ad monachum S. Baſilius) *caue ſpecies, per quas plurimos cernis periſſe; quæſo ne bibas poculum, vnde multos perſpicis interiiſſe. Ne percipias cibum, quem ads in aliorum perniciem videris; ne incedas iter, quo naufragium perpeſſi ſunt plurimi: Deuita laqueos, per quos captos cæteros ſenſeris.* admonit. ad fil. ſpirit. Prudens quidem alieno periculo ſapit, alio-

Hierem. 5.
Theod.
Mortem infert, ſepulchro condit turpis amor.
D. Hieron.
Voluptatis breuitas.
D. Greg. Nazian.
Turpis amor breui marceſcit.
S. Auguſt.
D. Baſil.
[illegible] ne oxk... p. [illegible] ... turpi amore.

A rúmque ruinas ſibi arbitratur, documenta.

7. Hæc verò prudentis facilè cuiuſque animum nondum adhuc turpi amore occupatum ſubintrabit, vt caueat plurimorum caſibus, ac funeribus infeſtam foueam; infamémque ſepulturam. Cæterùm vbi iam cæcus amor dominatur, difficilem ſibi aditum inuenit prudentia: ſcribitur enim: *In maleuolam animam non intrabit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis.* Sap. 1. Subiectum intelligit corpus vitio libidinis, quod regnat in membris noſtris. Igitur duo maximè ſcelera ſapientiæ aduerſantur, eámque ab homine, quem oppreſſerunt, procul expellunt, ſcilicet odium, & turpis amor: conſilium non admittunt, admonitionem refugiunt, ad increpationem ob-
B durantur, doctrinam irrident, diſciplinam execrantur, prudentiam mundi, & ſapientiam Dei nec ſciunt, nec ſcire volunt. Cœca nimirum ſunt, & cœcos reddunt, quos ſubiugarunt. Illuc planè; vbi vel odium, vel turpis amor habitat, nec diuina, nec humana ratio penetrat. Atque (vt interim odium prætereamus) ſeriò expendi poteſt illud: In corpore ſubdito peccatis; quaſi non vni tantùm, ſed omnibus, aut certè plurimis obnoxius ille ſit peccatis, qui carnis immunditiam amplexatur. Enimverò cùm voluptas omnium ſit illicium, ac fomes vitiorum, quæ tota carnis eſt ſeges: non immeritò cum luxuria, ſeu libidinoſa ipſa cum voluptate, ſimul omnia omninò vitia concatenata repeiuntur. At voluptas (vt quidam
C ex antiquis vocat) metropolis eſt vitiorum; vbi ſcilicet, illa omnia naſcuntur, nutriuntur, adoleſcunt, artémque ſeducendi homines addiſcunt; denique vnde deriuantur, ac velut coloniæ ex regali vrbe reliquarum altrice deducuntur.

Infeſta infamiſque fouea turpis amor.
Sap. 1.
Odium, & turpis amor difficilè curantur.
Cum libidine ſimul omnia vitia reperiuntur.
Voluptas metropolis vitiorum.

8. Ac duo quidem ad hominis perniciem voluptas habet, quibus animi, & corpora difficilè admodum reluctantur; ex Clemente Alexand. ea percipe; *Eos, qui magni, & excelſi animi exiſtimantur voluptas facit cereos ex ſententia Platonis. Voluptas corpori affigit animam.* Stromat. a. Ad ſenſum voluptatis, & irritamentum ſic plerique molleſcunt, & vincuntur multi, ac ſi ex cera, & quidem liqueſcente; non verò ex oſſibus, neruis, & carne compacti ſint. Cæterùm iidem vbi liquefacti in
D voluptatem fuerint, ſic tandem obduruerunt, vt nullâ vi naturæ, ſed ſolâ Dei gratiâ, virtutéque ad amorem honeſtatis, & contriti cordis pœnitentiam inflecti poſſint, & emolliri. Atque hinc fit (quod experientia quotidiana conteſtatur) vt nullo in flagitio, poſtquàm patratum eſt, hominis animus obſtinatiùs perſeueret, rigidiùſque occaleſcat, quàm in carnis voluptate turpiter admiſſo. Hoc enim malum vſu ipſo magis accenditur, tenaciùs in dies animo adhæreſcit, ac proinde longè difficiliùs euellitur. Vitanda igitur eſt, velis, remiſque omnis occaſio, quæ ſolet eſſe compendiaria via ad inexplicabilem iſtam, ſimúlque inexplebilem carnis libidinem, cuiuſmodi præſertim ſunt pulchritudinum (vt loqui-
E tur Clem. Alex.) *ineſcantes viſiones, quibus animi facilè ſeduci ſolent.* Stromat. a. Seductus hîc fuit, ac velut ineſcatus viſione pulchritudinis Dinæ, miſer iſte Sichem. Ad oris autem ſpeciem ſi curioſus accedat ornatus, duplex fit in viſione malum, mortiſque venenum oculis hauriendum duplicatur. Quare iure optimo Clem. idem Alex. *Vocat ornamenta adulterij ſigna.* 2. Pædagog. cap. 12. Tum quia non tam illiciunt ad patrandum flagitium, quàm ſunt quodammodo iam ipſa patrati flagitij argumenta, & quædam quaſi vexilla in

Clem. Alex.
Voluptas emollit, & obdurat.
Libido difficilè curatur.
Occaſio libidinis fugienda.
Clem. Alex.
Ineſcat animam pulchritudo.
Clem. Alex.
Meretricius ornatus vexillum peccati.

alto ſuſpenſa, quibus libido victrix, & deuictus libidine animus conclamatur; Intellige dictum de ornatu impuro, & meretricio, non de ornatu decenti honeſtarum mulierum.

9. Diſcite quæſo fœminæ, quæ Chriſtum in Baptiſmo induiſtis, & Chriſti ſacramentis ablutæ, paſtæque ſimul in ſpem æternæ felicitatis mores, ac vitam ea Chriſtiana profeſſione conformatis; diſcite, inquam, non à Dina filia Iacob gaudere (ne dicam laſciuire) & gloriari de vana iſta, & futili corporis pulchritudine; atque omni conatu (vt eſt fœminea leuitas) in conquirendis veſtium, gemmarum, colorúmque ornamentis deſudare; periculis hæc omnia plena ſunt. *Oportet quidem* (ait Clem. Alex.) *fœminas intùs eſſe ornatas, & internam oſtendere pulchritudinem.* 2. Pædag. cap. 12. Interna, & vera pulchritudo ea Dei gratia, moraliúmque, ac ſupernaturalium virtutum tum habitibus, tum actibus efflorefcit. Hæc in præſtantiſſimo gradu inuenta eſt in vna ipſa matre ſemper Virgine. Nam in primis (quod certum omninò eſt) in corpore habuit ſummam, & omninò incomparabilem pulchritudinem, vt quæ ſpecioſa forma eſſe deberet inter omnes filias Euæ, quæ tandem eſſet paritura ſpecioſum formá inter filios hominum. Nam (vt ſcribit Nicephor.) *filius matri ſuæ fuit quàm ſimillimus.*

Vanum pulchritudinis & ornatus ſtudium.

Clem. Alex. *Vera pulchritudo in anima.*

B. Maria corpore & animo pulcherrima. Niceph.

10. Verùm licet etiam in corporis ſtatura, membrorum compoſitione, oriſque ipſius admirabili venuſtate, pariter ac maieſtate Virgo Beatiſſima extiterit (vt loquitur S. Ioan. Damaſcen.) *generis humani ornamentum, atque omnis creaturæ decus.* orat. 1. de aſſumpt. Atque ob eam fortè cauſam ab ſponſo cœleſti corpus Virginis comparatur palmæ? *Statura tua aſſimilata eſt palmæ*, vt ſignificetur ſanctiſſimum & puriſſimum Virginis corpus, in ſua conformatione, ac pulchritudine palmam ferre vniuerſo mortalium generi. Nihilominùs de interna pulchritudine animæ, ad quam quæcunque alia corporis ſupra humanam auguſtæ ſpecies prorſus euaneſcit, nec nominatur; Propheta cecinit in illo ſuo Dei hominis epithalamio: *Omnis gloria eius filiæ Regis ab intùs.* Pſalm. 44. Nec amplius quid, nec minutius vates Regius, aut valuit, aut auſus fuit explicare: ſoli enim Deo reſeruatum id eſt: ſolus ille nouit, qualem, & quàm immenſum omnium gratiarum theſaurum in Beatiſſima illa Virginis anima repoſuerit, quam ſibi ex toto fœmineo genere in matrem elegit. Vno igitur verbo arcanum iſtud ſoli Deo notum explicat S. Damaſc. cùm ab eodem dicitur. *Virgo gratiæ abyſſus.* orat. 2. de aſſumpt. *Latum ſolius Deitatis promptuarium.* ibid. *Viua Domus ac Dei virtutum ciuitas ſublimis.* ibid. Atque, vt à Virgine Dei matre diſcant omnes fœminæ ſecretum domus amare, ac publicos mortalium refugere conſeſſus, audiant quid eadem ſolita fuerit obſeruare. *Apud Ioſephum* (inquit idem Damaſcen.) *ſponſum ſacra, & prorſus immaculata puella commorabatur domi ſe continens; eorúmque, quæ ante fores gererentur, nihil omninò cognitum habens.* orat. 1. de aſſumpt. Vbi ſcilicet anima in ſecreto diuina cogitat, diuina guſtat, non ſolùm ad ea quæ foris in publico geruntur, ſed ad omnia omninò, quæ in mundo, quæque infra Deum ſunt; nec affectum, nec ſenſum, nec ipſam memoriam, nec intellectum denique relinquit.

D. Ioan. Damaſc.

B. Maria corpus vincit mortalium genus.

Pſal. 44. *B. Maria interna pulchritudo inexplicabilis.*

S. Ioann. Damaſc. *B. Maria encomia.*

S. Ioann. Damaſc. *Maria mirè in modū amans ſecretum.*

Diuina guſtans nihil vltrà curat.

SECTIO IV.

Et rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem. Et conglutinata eſt anima eius cum ea, triſtémque deliniuit blanditiis.

1. Sichem (vti adnotauit diuinus author) erat filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, hoc eſt, filius principis terræ, qui de ſtirpe Heuæi filij Chanaan nepotis Cham, vt conſtat ex Geneſ. 10. non ſine myſterio perhibetur; vt intelligamus de mala ſtirpe fuiſſe propagatam tam malignā, fœdamque prolem: nec eſſe debere admirationi, quòd duo iſti principes pater, & filius, quorum tam execranda facinora hoc loco deſcribuntur, adeò turpes, & iniquos in dehoneſtanda ſanctorum parentum filia ſeſe præbuerint, meritaſque proinde (vt mox videbitur) pœnas dederint. Igitur de malo ſemine quis niſi malus proueniet fructus? Ex lutulento, fœtidóque fonte, quæ niſi fonti ſimilis ſcaturiet aqua: Non generant columbam corui, nec ex vepribus, ac lenticetis, aut vuæ, aut ficus colligentur; qualis quidem farina, maſſaque, talem inde ſperes efformatum panem; faciliùs inuenias filium, qui patris virtutem non ſequatur, quàm qui parentum vitiis imbutus non ſit; imò & qui flagitiis, flagitioſos parentes non ſuperet. Creſcit enim contactu vulgata contagio: nouas ſubinde vires, nonam nactus materiam ſumit ignis; tenuiſque à fonte riuulus aſſumptis hinc inde aquis in grandem ſubinde fluuium intumeſcit. Hæc ſcilicet in omni ætate à quacunque gente deplorari ſolita eſt, mortalium in peius ſemper in dies ruentium extrema infelicitas. Sic enim ille fleuit potiùs ad lyram, quàm cecinit.

Geneſ. 10. *Malorum parentum mala proles.*

Malis parentibus peiores filij.

Damnoſa quid non imminuit dies?
Ætas parentum peior auis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitioſiorem.

In mundo ruunt in peius omnia. Horat. lib. 3.

Horat. lib. 3. Ode 6. Planè ſic habet. Omnia in peius ruunt; parentumque nequitia, per poſteros augeri conſueuit. Norunt in hoc argumento multa qui politioris literaturæ ſtudiis nauant operam. In iis enim inueniunt nullum fere ab antiquis in aliquo laudis genere celebratum extitiſſe, qui non aut liberis caruerit, aut illos ſui longè diſſimiles, penéque dedecores, & infames non habuerit. In exemplum Alexand. Annibal, Iulius, Auguſtuſque Cæſares, Plato, Ariſtoteles, Tullius, Homerus, Virgilius, milléque alij memorantur.

Celebres viri aut ſine liberi aut cū illis infauſti.

2. Etſi autem hominem non tam auorum, & parentum facta, quàm propria ipſius, vel decorant; vel dedecorent; nihilominùs cùm frequens ſit, ac naturale filium patri ſimilem exiſtere, magna homini laus eſt, quòd à bonis parentibus ortus ſit; quippe cùm optimè poſſit inferri parentum virtutes filio imprimendas fore. *Idcirco Lucas Euangeliſta*, (vti animaduertit S. Paulinus) *Ioannis Baptiſtæ laudaturus vitam, genus ante laudauit, vt venerabilior exiſteret, qui ſanctis parentibus reſponderet ſanctitate ingenita, quaſi quadam iuſtitiæ hæreditate.* epiſtol. 10. Venerabilis quidem extitit Ioannis Baptiſtæ ſanctitas, quā inter natos mulierum nullus maiorem aliam habuiſſe, vel Domino ipſo atteſtante perhibetur. Sed tamen illi ipſi magnum quoddam acceſſit ornamentum, quòd quaſi Baptiſtæ ingenita, & hæreditaria fuerit

Magna laus ex parentibus.

D. Paul.

Hæreditaria & ingenita filiis virtus à parentibus. *S. Ioannis Baptiſtæ ſanctitas ingenita.*

A fuerit virtus, quam ſcilicet ſancti parentes filio veluti naturalem, cum natura ipſa indiderunt, ac deinde, vt proprium, ac gentilitium patrimonium, & compararunt, & teſtamento reliquerunt. Contra verò iſtorum principum malitia, & ingenita, & hæreditaria ſignificatur, dum ſceleſtiſſimum eorundem refertur genus, ductum, ſcilicet à maledicto Cham. Huius quidem iniquitas ſimul cum maledictione ad filius, nepotes, ac poſteros, ita legitur per omnes ætates transfuſa perduraſſe, vt Chananæorum genus Deo ſemper exoſum, inuiſúmque extiterit. Sunt quidem improbi homines, quorum improbitas cum vita pariter finita, & extincta eſt, quin ad poſteros tranſierit, vt in Nadab, & Abiu irreligioſis Aaron filiis, qui quòd audacter, temeréque thus incenderint, erumpente ſubitò diuinitùs flammâ combuſti ſunt. Philo Hebræus ſubtiliter adnotauit his verbis. *Nadab, & Abiu vt viuant, moriuntur; argumentum immortalitatis eorum eſt, quod legitur: Mortui ſunt coram Domino.* Leuit. 10. *Mortuum enim nefas eſt venire in conſpectu Dei.* lib. de profugis. Mortui quidem ſunt in pœnam ſuæ temeritatis, ſed tamen coram Domino, in oculis miſericordiſſimi Dei, qui mortem illam corporum pro ſalute animarum acceptauit in ſcelerum expiationem; mortua quoque, ſepultáque cum illis ea fuit temeritas, & impietas, nec in poſteris deinda viua perdurauit.

Totum aliquod genus mali infectum moribus.

B

Phil Hebr. *Malis profuit mors.* Leu. 10.

Filiis impietas patris non nocuit.

Philo.

3. *Contra verò Cains* (adiungit Philo) *impudentis fratricida mors nunquam inuenitur: Opinor, quia impietas malum eſt infinitum, quod ſemel accenſum nunquam extinguitur; in quod competit illud poetarum. Immortale malum nullâ delebile morte.* Diſertis quidem verbis in ſcriptura non refertur Caini mors, cuius rei myſterium Philo adinuenit, vt vidimus; ea tamen colligi à Doctoribus ſolet ex verbis Lamechi, vti nos fusè diſſeruimus priori tom. ad cap. 4. ſect. 20. Eſt itaque multorum hominum (vt ille alius cecinit) immortale malum nullà delebile morte, quod cum illis vnà ſepultum eſſe debuiſſet; nihilominùs à filiis acceptum velut hæreditarium in poſteris iam conſeruatur, immortaléque perſiſtit. Hanc vitiorum nunquam intereuntium, imò & in dies ſemper accreſcentium infelicitatem ſuo etiam tempore, quo poſt longam pacem extrema tandem venit (vt & cæteris rebus creatis) vaſtitas, deplorauit S. Saluianus his verbis: *Omnia quæ fuerunt, aut ablata, aut mutata ſunt; ſola tantùm vitia creuerunt. Nihil nobis de pace, & proſperitate priſtina reliquum eſt, niſi ſola omninò crimina, quæ proſperitatem non eſſe fecerunt.* lib. 6. de prouid. Nec enim proſperum quid & felix eſſe poteſt, vbi non virtutes, ſed vitia dominantur, quæ in tantum ex impunita licentia increſcunt aliquando, vt ſecum tandem in exitium deuoluant ipſam, quæ regni, aut Reipub. falsò tamen putabatur, temporalem, ac mundanam felicitatem.

C

Vitia parentum in filiis perdurant.

D

S. Salu.

Regnorum felicitatem vitia perfundant.

4. *Adamauit eam, & rapuit.*] Hebr. Chald. & L X X. *Et tulit eam, & dormiuit cum ea, & humiliauit eam.* Adamauit eam, non eſt hoc loco poſitum in fonte Hebræo, ſed infra ponitur *vaſechab*, & *hanaghara*, & amauit puellam ויאהב את הנער & ex hoc loco in illum hæc verba tranſmutata ſunt ab interprete, vt benè aduertit autor Catenæ. Hunc igitur ordinem ſeruauit adoleſcens, quem S. Auguſt. in quæſt. ſup. Geneſ. ita contexit. *Priùs intendit anima illius, & adamauit virginem, deinde rapuit, poſtmodum cum illa dormiuit, eámque humiliauit.* Duo igitur ponuntur, quæ aliquantulum videntur puellam excuſare: & quòd rapta eſt, & quòd à Principe. Nimirum puella, & peregrina, ſine fratrum, parentumque præſidio: ægerrimè poterat adoleſcenti principi furioſe amanti, & furioſiùs rapienti obſiſtere. Princeps terræ, vti vocatur in ſcriptura, quid non auſit, quid non moliatur, vt effrænatam expleat libidinem, qui ſcilicet, excuſſo timore Dei putat ſibi licere quod lubet? Nihil ſane pernicioſius eſt effrænatâ potentiâ hominis, quam nec ratio cohibet, nec Dei lex, metúſque compeſcit. Eſt quidem huiuſmodi potentia princeps inſtructus in medio Oceano abſque gubernaculo, naucleróque nauis, cui nihil propius, quàm ſyrtes, charybdes, vada cœca, rupes, naufragia. Furens plane Boreas, aut violentus Auſter, qui horrendo ingruens impetu annoſas euellit quercus, inſanas ædium ſubſtructiones diſiicit, turrium moles æquat, cœlíque æmula propugnacula ſubuertit. Fluuius eſt hybernis aquarum gurgitibus intumeſcens, qui extra limites riparum exundat, vallos diſſipat, aggeres excindit, oppida, vrbéſque ingrediens cum ſtabulis armenta trahit, cum habitaculis habitatores abſorbet. Nihil bono principe melius, nihil vtilius. Nihil malo tamen peius, nihil & nocentius. Non verebor dicere ferocem eſſe, atque effrænem equuleonem.

E

S. Salu. *Puellæ infirmitas.*

A

Effrænis libido potentium.

B

Nihil malo principe exitialius.

5. Quod planè intelligens ſanctiſſima illa, atque prudentiſſima Helena mater Conſtantini Magni vnum ex clauis Dominicæ Crucis, quos ipſamet ab Hieruſalem aſportauerat, fræno, & phaleris equi fecit inſeri, quod donum filio miſit ad ornandum equum Imperatorium, quo filius in terra Principum maximus veheretur. *Quo facto quid agit* (inquit S. Ambroſ.) *Helena operatio, vt fræna dirigeret, niſi vt omnibus Imperatoribus ſancto dicere ſpiritu videretur: nolite fieri ſicut equus, & mulus*, Pſalm. 31. Quare optimè colligit, quòd princeps terræ ex hoc fræno clauum Domini præferente doceat bis verbis: *Quæro, quare ſanctum clauum ſuper frænum, niſi, vt Imperatorum inſolentiam refrænaret, comprimeret licentiam tyrannorum, qui quaſi equi in libidines adhinnirent, quod liceret illis adulteria impunè committere?* Profectò vbi frænum cum clauo Domini, hoc eſt, cum timore Dei non cohibet petulantem principis poteſtatem, quid niſi furor, audacia, & nefandorum facinorum impudentiſſima licentia timeri poteſt? quod quidem in Romanis olim principibus apertum eſt, quorum plura execrandarum turpitudinum dedecora, quàm virtutum, & rectè factorum decora profani eorum ſcriptores prodiderunt. *Quæ Neronum,* (adiungit S. Ambroſ.) *quæ Caligularum, cæterorúmque probra comperimus, quibus non fuit ſanctum ſuper frænum.* orat. de obitu Theodoſij.

C

Crucis Dominica claui fræno & phaleris equi imperatory inſeruntur.

D. Ambroſ.

Pſal. 31.

Clauo Dominicæ crucis frænatur principum libido.

D

Infames Romæ imperatores.

6. Magnus igitur principi ornatus eſt ipſe clauus Crucis, Deíque timor frænum adornans iuxtà, & regens, poteſtatémque dirigens Imperatoris; quem ſine fræno, ſine clauo liberè exultantem meritò vocat Ambroſ. & Helena ſignificat *equum, & mulum quibus non eſt intellectus.* Pſalm. 31. Quæ quidem pecudes non ratione, ſed cœco impetu brutalis laſciuiæ feruntur. *Coarguit præcipuè his verbis Propheta eos,* (inquit S. Hieron.) *qui non Dei voluntate, ſed proprio motu ſe regere volunt, & effrænes in luxuriam decidunt.* Quocirca, vt libidinem ſuam expleant nullum non ius humanum ac diuinum equi iſti ac muli proterunt, & proculcant. Quâ ratione igitur Dina ætate ſexúque, & ingenio infirma Sichemo furioſo, ac libidinoſo

E

Malus princeps vti equus & mulus.

Pſal 31.

D. Hier.

principi

paſtari conſueuerat. Vide nunc Domini commi-
Iniuſti iudices diuinitùs caſtigati. *Iſa. 10.*
nationem : *Quid facietis in die viſitationis, & calamitatis de longe venientis ? ad cuius confugietis auxilium, & vbi derelinquetis gloriam veſtram ?* Iſai. cap. 10. *Calamitatis* ; legunt alij, *tempeſtatis*. Nimirum Deus ipſe minatur ſe venturum, vt viſitet prauos iudiciorum miniſtros ; atque ſecum deferat, non aliquale ſupplicium pro iniuſtitiis inferendum, ſed calamitatem ex multo tempore, furoréque collectam, tam horrendo ſubinde impetu irrogandam, vt velut nimborum, ventorum, fulminum, tonitruorúmque agglomerata procella iniuſtos cum ſuis iniuſtitiis pariter opprimat, & peſſundet.

11. Grauiſſima quidem ſupplicia Deus minatur hominibus propter iniuſtitias, quibus pauperes, aut pecuniâ, aut veſte, aut olueto, aut vineâ, frumentóve ſpoliantur.
Raptus & ſtupri grauiſſimè à Deo puniuntur.
At quid hæc omnia ad honeſtatem, ad pudorem virgineum, quo nihil in mundo, & pretioſius, pauperis matronæ, puellæque peregrinæ, quæ inuitæ, ac reluctantes à ſceleſtiſſimis nebulonibus rapiuntur, dedecorantur, polluuntur ; ô ſcelus, ô facinus etiam inter infidelium gentes execrandum ! Leuit. edicit Dominus : *Sacerdotis filia, ſi deprehenſa fuerit in ſtupro, flammis exuretur.* cap. 21.
Leu. 21.
Si ergò puella conſentiens, quia tamen pudorem ſuum expoſuit, incendio deputatur : quid fiet raptori violenter virginem ſtupranti ? quas flammas, quos ignes, quæ incendia non merebitur ? Profectò ipſamet quotidiana experientia plena multorum pudicitiæ tyrannorum exemplis in omni ætate, pérque omnes gentes conteſtatur, magnis ſæpè diuinæ iuſtitiæ ſuppliciis in vltionem violatæ per violentiam pudicitiæ raptores huiuſmodi, & corruptores, etiam in hac vita flagellari. Et cùm omnia, quæ in vita committit homo flagitia eidem poſteà morienti appareant ſic horribilia, vt miſerum ſuo terrore proſternant, atque in deſperationem ferè inducant : hoc vel maximè vnum eſt ; ſi puellam virginem inani ſpe, falsáque promiſſione deluſam, aut (quod indignius eſt) violenter admodum inuitam & repugnantem violauit.
Stuprator ſub mortem contremuit.
Moriebatur apud nos vir primariæ nobilitatis, iamque ſacramentali confeſſione expiatus, diuinâ Euchariſtiâ paſtus, ſacrâ demum vnctione ad extremum luctamen præmunitus, ardentem cereum dextrâ tenens, inter adſtantium preces, & crebras ſuauiſſimorum nominum IESV, & Mariæ implorationes, oculis iam penè mortuis, vocibus interruptis annuit adſtanti Confeſſario : ſed quid de illa puella ? quo dicto in æternum conticuit. Videlicet, iuuenis puellam ſed non per vim, plebeiam illam quidem, corruperat, ac deinde benè dotatam in matrimonium honeſtum locauerat. Et nihilominùs hoc vnum de cunctis totius vitæ flagitiis moribundum diſcruciabat vehementiùs. Quid facient ſub illam terrorum æquè ac periculorum horam iniuſti, violentique puellaris pudicitiæ prædatores ?

12. *Et conglutinata eſt anima eius cum ea.*] Seu *adhæſit anima eius Dinæ filiæ Iacob.* Eſt enim Hebr. תִּדְבַּק *Tidbaq* à radice דָּבַק *adhærere, coniungi, conglutinare.* Chald. *Et complacuit anima ſua in Dina filia Iacob.* L X X. *intendit animæ Dinæ, & dilexit puellam.* Nimia ſcilicet amoris vehementia his verbis exprimitur. Quod quidem poſt illatam puellæ iniuriam ſuâ non caret laude.
Stuprator eliſa puella profugit.
Nam frequentius eſt poſt expletam libidinem amore in odium conuerſo, voluptate in faſtidium deſinente, corruptoribus aliò fugientibus, miſellas ſine
A dote, ſine honore, omni ſpe, promiſſionéque coniugij deluſas, in maximis mœroribus conſeneſcere : aut (quod longè miſerabilius eſt) expoſitas meretricio de turpi vita infamem victum comparare. Et quidem tot, ac tantorum malorum cauſa extitit intemperantia, & iniquitas huiuſmodi turpium ſeductorum. Certè cùm Amnon filius Dauidis violenter ſororem ſuam Thamar violaſſet, poſt tam execrandum inceſtum, vti legimus, exoſam *eam habuit Amnon odio magno nimis, ita vt maius eſſet odium, quo oderat eam amore, quo ante dilexerat.* 2. Reg. 13.
2. Reg. 13. *Diſtaret ingreſſus & exitus libidinis.*
Vide quàm ſint diſſimiles fœdi amoris, & libidinoſæ voluptatis ingreſſus, & exitus. Violenter denique miſeram, & cum probro forâs expulit : quod illa ſupra vim, quam paſſa
B fuerat, ægriùs ferens dixit. *Maius eſt hoc malum, quod nunc agis aduerſum me, quàm quod ante feciſti, expellens me.* 2. Reg. 13.
2. Reg. 13. *Dolor inconſolabilis ſtrota poſt ſtuprum fœmine.*
His quidem verbis videtur illa plus dolere de expulſione, quàm de violatione : indignari potiùs, quòd exoſa nunc ſit, quàm quòd antea fuerit ſeducta. Quicquid illud ſit, inconſolabilis profectò dolor eſt puellæ, quod ſe à proditore, qui connubium promiſit, & dedecoratam, & deſertam videat.

13. Intoleranda etiam fraus corruptoris æquè ac deſertoris, quam etiam in hac vita Deus Omnipotens maturo, & graui ſupplicio ſolet vlciſci ; nec enim multò poſt Amnon ipſe, qui ſororem violauerat, à fratre inter epulas fuit occiſus. 2. Reg. 13. Timendum valde homini eſt, qui ſimi-
C lem alicui proditionem intulit, ne feſtinante irâ Dei ſupplicium, vbi minus putandum erit, aut ferro perimatur, aut in peccato moriens in gehennam detrudatur.
Stuprator vrgendus ad coniugium.
Vnum ego admonuerim non obiurgandos modò acriter, ſed acerrimè quoque vrgendos, & coëgendos à bono, & docto confeſſario, etiam denegatâ abſolutione iſtos pudicitiæ puellaris, & humanæ fidei, quam dederant, & iuramenti etiam, quo ſe obligarant, violatores ; vti reddant votum, fidem præſtent, puellas proprio matrimonio honorent, & conſolentur ; Nulla ſit in iſtos hac in re benignitas confeſſario, timórve nullus. Virgâ, & chamo indigent *equi, & muli, quibus non eſt intellectus.* Pſalm. 31.
Pſal. 31.
Acceſſit aliquando adoleſcens nobilis ad con-
D feſſionem ; quærit in primis Sacerdos, priuſquàm ille vitam explicet, num alicui quicquam debeat, quod iuſſus antea reddere, nec dum reddiderit : Reſpondet ſub promiſſione coniugij virginitatem puellæ abſtuliſſe, ſed tamen nec decere, nec oportere cum paupere, etſi nobili, in matrimonium copulari. Eia (inquit Sacerdos) ſurge frater ; abi hinc, ducito vxorem, & redi ad confeſſionem : aliter non abſoluam, non audiam.
Prudentis Confeſſarij ſeueritas.
Conſternatur homo, promittit omnia : modò audiatur, & abſoluatur. Obnixus præſtat Sacerdos : Abi, feſtina, duc puellam. Abiit ergò dolens pariter atque indignabundus ; apud Deum hominéſque tam grauem iniuriam, tam violentam Confeſſarij ſeueritatem obteſtatur. At (quæ vis eſt rigoris iu-
E ſti, & opportuni) paucos poſt dies regreditur homo, procumbit ante ſacerdotem, pedes amplexatur, oſculatur manus, inclamat animæ, vitæ, honoriſque ſui ſeruatorem. O quantum (inquit) debeo tuæ illi ſeueritati, quâ tandem perfeciſti, quod mea intererat ; nec aliter vnquam feciſſem ? abij, ſolui iuramentum, ſteti promiſſis, perſolui pudorem ; duxi, inquam, puellam, vxorem illam habeo ita lætus, contentúſque, vt nec Rex ipſe cum Regina lætior, magíſque contentus viuat.
Multum prodeſt interdum ſeueritas Confeſſarij.
Teſtatur qui hæc ſcribit. At in ſimili argumento

plura,

plura, & illuſtriora quotidie dantur exempla. A

14. *Triſtémque deliniuit blanditiis.*] Hebr. *locutus eſt ad cor puellæ.* Vſitata quidem Hebræis forma loquendi, ſignificans dicere verba grata, ſeu conſolatoria: ſic Iſai. 40. *Loquimini ad cor Hieruſalem*; & Oſeæ 2. *Ducam eam in ſolitudinem & loquar ad cor eius. Nam quoniam* (inquit S. Chryſ.) *iuuencula erat puella, eiuſmodi verba cum ea locutus eſt, quæ ſufficiebant ad eam ſibi conciliandam.* homil. 59. in Geneſ. *Locutus eſt* (explicat Procop.) *ad animum puellæ, id eſt, ſolatia, & blanditias adhibuit, animum eius conſolando. Vel ea, quæ dixit, quæ ſciuit puellæ fore gratiſſima. Cæterùm non rectè infert: Vnde liquet quod non inuitam, nec per vim, ſed quaſi conſentientem oppreſſerat.* Errauit tamen vt homo tantus hic vir ratus puellam in ſtuprum conſenſiſſe: nam blan- B ditiis poſt, non ante ſtuprum, deliniuit, triſtem videlicet, quia ſe videbat iniuſtè raptam, vi oppreſſam, ablatóque pudore vilem redditam; antea verò quâ ratione triſtem, ac dolentem, cùm curioſè illa vrbem luſtraſſet, & virginum formas, habitúmque notaſſet, deliniret homo blanditiis? Nec prorſus ſuſpicandum eſt, quod idem adiunxit: *quapropter Deus exoſus eius in libidinem procliue ingenium, non ipſi affuit, vt Saræ, & Rebeccæ ab Pharaone, & Abimelecho adamatis.* ſed malè quidem. Etenim puella bonorum filia parentum, ſanctéque inter fratres ſuos educata haberi, dicíque non poteſt prona in laſciuiam, quæ ex prauâ conſuetudine potiùs, quàm ex ipſo naturæ ingenio ſolet efferueſcere. Quòd ſi Deus puellæ non C affuit, vt duabus illis matronis opem tulit; ea reddi poteſt cauſa; quòd iſtæ nec præ leuitate fœminea, curioſitatéque viſendi exteram gentem ſeſe dederint in illorum principum conſpectum, vti ſuo loco vidimus: Dina verò puellare ſecuta ingenium vltrò ſeſe immiſit in pericula, cùm ad celebritatem gentilium compta virgo, & pulchra, ſpecies mulierum illius gentis notatura vrbem ignotam eſt ingreſſa; cuius quidem leuitas, & curioſitas diuinum auxilium non promeruit. Et quidem pulchrè quidam cecinit.

Iſai. 40.
Oſeæ 2.
D. Chryſ.
Procop.
Dina inuoluntariè oppreſſa deinde doluit.
Leuem & curioſam puellam cadere Deus permiſit.
Vltro ſe in periculum immittens à Deo deſeritur.

Formoſis leuitas ſemper amica fuit.

Proper. lib. 2. eleg. 16. Maximè verò periclitatur fœmina tum propter ætatem, tum propter formam: atque idcircò, quæ prudens eſt, non ſe facilè, vltróque mittit in pericula. Certum eſt enim, D quod Comicus olim de vna dixit. *Huius formam, atque ætatem vides, nec clam te eſt, quam illi, vtraque res inutiles, & ad pudicitiam, & ad tutandam rem ſient.* Hæc Terent. in Andria. Act. 1. Deus verò non ſe obligat ad nos è periculis, in quæ vltro, ſcienter, & per laſciuiam irruimus, eruendos; Cæterùm hæc ipſa in ſanctis illis matronis viſa non ſunt, quæ in peregrina quadam pulchritudine nullum vnquam leuitatis ſignum præbuerunt; cuius tamen immunem nullus Dinam exiſtimarit.

Forma ætáſque inutiles pudicitiæ.
Terent.

15. Porrò, quæ blanditiæ, quæ verba conſolatoria iſta fuerint facilè poterit explicari. Videlicet, duo ſunt, quæ amorem conciliant, puellaréque ingenium deliniunt, In primis amatoria verba puellarem animum miro modo recreant, ac permulcent. *Linguam quippe amoris melleam vocauit Theocritus.* Tot ſe miſera putat haurire fauos ore, quot aure percipit amores; deinde munerum larga promiſſio. Nam omnis ſtatus, ordiníſque mortales amore, ac donis maximè conciliantur: vt ille cecinit. E

Puellæ capiuntur & verbis amatoriis, & promiſſionibus.
Theocr.

Tantum in amore preces, & benefacta valent.

Propert. Propert. lib. 2. eleg. 1. Exaggerabat ergò Sichem flagrantiſſimum ſuum ergà puellam amorem: & A quæ alia quæſo amoris vehementior, quàm amor ipſe, illecebra eſt? ſimul magnificis verbis oſtentabat dignitatem ſuam, opulentiam & potentiā; promittebat ſi ſua eſſet coniux, fore illam Sichimorum reginam; quo quid optatius puellæ poſſet obuenire? At quæ nam fortitudo animi talibus non peruincatur blanditiis? Et quidem puellæ ſtultè credulæ ad montes iſtos aureos, quos veſani pollicentur amatores, ſtulto geſtiunt gaudio, facilémque ad omnia præbent aſſenſum. Quod quidem in ſuis amatoriis malæ artis peſſimus ille magiſter poſuit documentum.

Puellæ promiſſis facilè vinci ac ſeduci ſolent.

Blanditias molles, auréſque iuuantia verba
Affer, vt aduentu læta ſit illa tuo.

B Ouid. Eſt quidem hæc noſtræ naturæ miſera imbecillitas, leuitas, ſtultitia, quam à matre omnium prima, quaſi hæreditatem mulieres acceperunt. Ouid.

16. At ſi tandem ſapiunt, ab illa iuſtè, ſanctéque degenerent ad alteram noſtri omnium ſaniorem, & fortiorem parentem, quæ vnum è virgineo vtero conceptum filium peperit Deum hominem; nos verò amore, gratiáque in filios adoptauit. Ipſa eſt beatiſſima ſemper Virgo Maria. *Fons, nimirum* (vt vocat S. Ioan. Damaſc.) *perennis luminis atque inexhauſtus ipſiuſmet vitæ theſaurus, & vberrima benedictionis ſcaturigo, quæ nobis bonorum omnium cauſa, & parens extitit.* orat. 1. de aſſumpt. Virg. Digna illa quidem Deo filio mater, digna cœlicolis Regina, digna virtutum omnium hominibus magiſtra. Ætas illi tenera ſexdecim annorum, forma verò, non quæ modò vicit omnes C quæ in mundo mulierum celebratæ fuerunt, ſed ipſos planè ſyderum, lunæque, ac ſolis ſplendores confundit fulgore ſuo, atque offundit. In hoc illa Virgo ſtatu, habitúque exiſtens, nihil habebat potiùs, quàm vt abſcondita viueret ab aſpectu mortalium, tam graui ſubinde vultu, tam forti animo, tam conſtanti pectore, quam nec magnitudo ſuæ dignitatis ſecundæ poſt Deum in ſuperbiam efferret, nec maximarum virtutum ſplendor, & decor in vanam oſtentationem, gentiúmque applauſum è ſuo receſſu abduceret, nec leuitas muliebris foràs ad nundinas, ad conuentus, cœtúſque mortalium, ad celebritates, ad ludos, ad pompas, ad feſta, quibus maxime capiuntur animi, & oblectantur oculi fœminarum, vt D videret, & videretur, domo vnquam extraheret, quippe cùm intùs incluſa intra pauperculi tecti parietes, cum Angelis, à quibus frequenter inuiſebatur, ageret Virgo puriſſima, & cum Deo, vtpote mater aut propediem futura, aut iam demum exiſtens illius ſuauiſſimis, & ſanctiſſimis, tum contemplationibus, tum ſermocinationibus detineretur.

S. Ioan. Damaſc.
B. Maria omnis honeſtatis pulcritúdque exemplar.
B. Maria pulchritudo incomparabilis
B. Maria ſecreti amāns domi abdita.
B. Maria cum Angelis, cum Deo filio domi agebat.

17. Quis autem vel mortalium, vel etiam beatorum oratione conſequatur ardorem illum animi virginei, cœleſtibus ignibus flagrantis? Quis verbis explicet illius excelſæ, & diuinæ mentis tacitos, reconditóſque ſenſus ex illa cum Deo filio admirabili familiaritate, diuinæque interim E gratiæ plenitudine delibatos? Quis gaudia non humanitùs concepta, ſed in illud puriſſimum Virginis pectus incluſa diuinitùs mente poſſit, & cogitatione complecti? Quæ verò intùs tam mitis diuinitatis ipſius, qua cum agebat in abdito circumfluebat donis; quid quæſo poſſet in publico ex vanitate, ac miſeria creaturarum emendicari? Egemus miſeri, & eſurimus in tam immenſa diuinarum gratiarum, & voluptatum largitate, eò quòd fonte ipſo derelicto ad ciſterna veteres,

B. Maria contemplatio inexplicabilis.
B. Maria Deo plena ſecreti non egebat.

teres, ac diſſipatas, quæ continere nequeunt aquã, conſugimus; relicto Creatore perquirimus creaturas, & ab illatam mendicitate noſtris animis pabulum fruſtra emendicamur. Præſtò eſt Dominus iis, qui ſperant in eum; fouet, alitque eos, qui ipſum inuocant; cum ipſo familiariter agũt, qui non ceſſant inexhauſtam ipſius bonitatem orando, cotemplando, & ſupplicando importunè, ſempérque opportunè pulſare.

Relicto Deo male creaturas perquirimus.

18. Ac in familiaritate quidem principũ, quæ inconſtans, & periculoſa plerumque eſt, modus, & menſura ſit, ratio ipſa præſcribit; at in ea, quã cum Deo habere poſſumus: *Tantũ* (inquit S. Cyprianus) *ſibi ad licentiam datur, quantum gratiæ ſpiritualis augetur.* epiſt. 2. ad Donatum. Non exhauritur in Deo bonitas, quantumuis effluat donis, & exuberet gratiis, nec accipientibus, donorum, & gratiarum, quia multa, & magna ſint, deficiunt incrementa. Sed quò plura, & maiora, ſi non ceſſet oratio, ſi non deficiant merita, in immenſum ſemper increſcent. Plenã gratiã inuenit, celebrauitque Angelus Virginem in penetralibus ſolam, abditámque, cùm à Deo miſſus diuini Verbi incarnationem in eius virginee vtero perficiendam nunciauit. Ergò quæ plena gratiis, quæ Dei mater erat, quàm grauis, quàm conſtans, quàm omnis fœmineæ leuitatis expers eſſet oportebat? Scilicet, hæc illa virga eſt, quæ immenſo ipſo totius diuinitatis pondere, quod geſtabat, non fracta, non debilitata ſuccubuit: hæc mons ille eſt, ex quo exciſus eſt lapis ſine manibus, & vniuerſam mundanæ ſuperbiæ ſtatuam comminuit. Dan. 2. At quid monte grauius, quid firmius? Hæc eſt illa nauis, quam ſibi ipſe Deus omnipotens conſtruxit, in qua cum omnibus ſuæ diuinitatis theſauris, ſimul incluſus ad ipſam mortalitatis noſtræ regionem voluit adnauigare. Quid ergò ſolidius, quid conſtantius matre Dei Virgine, quam in ſalo huius vitæ ſola Spiritus ſancti aura onuſtam Deo nauim afflabat, impellebat, gubernabat.

D. Cypr. *Deus dando non deficit, nec faſtidit.*

Luc. 1. *B. Maria firmitas, & conſtantia.*

Dan. 2. *B. Maria virga, mons, nauis.*

SECTIO V.

Et pergens ad Hemor patrem ſuum, Accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem. Quod cùm audiſſet Iacob, abſentibus filiis, & in paſtu pecorum occupatis, ſiluit donec redirent. Egreſſo autem Hemor patre Sichem vt loqueretur ad Iacob, &c. Vſque ad, *perpetraſſet.*

1. Ergo virginem adoleſcentulam, imperitam rerum, peregrinam, incautam, ſuorum priuatam præſidio, princeps Sichem armatus potẽtiã, Incitatus libidine in fraudem illexit: ſolicitãdo, & pollicitãdo eius lactauit animum; poſt vim illatam miſeræ, quæ nunc infelicius (vti videtur) iam agit cũ aduerſario ſecura, poſitóque ob ignominiam, quã paſſa fuerat, mœrore; blanditiis, vt dictum eſt, iam tandem delinita inter ignotos, inter infideles, inter flagitioſos aſſueta dedecori cũquieſcit. En infelix ille ſtatus, in quem peccatrix anima recedens à Deo ſuo dum in libertatem ſẽſuum, & cogitationum laſciuiam, ſeſe è foras extulit, tandem deuoluta eſt. Incidit quidem in manus aduerſarij, qui miſerã diuinã gratiã priuauit, vilem reddidit, turpiter inquinauit, lethalibus nimium infectam ſceleribus. Quorum fraudulẽtus hoſtis omni ratione contendit abolere memoriã, eleuare indignitatem, abluere impuritatem, tegere malitiam, occultare deformitatem blandiendo adulandóque, ne fortè conſcientia flagitiorũ perpungens animam dolere ſeipſam, meditari pœnitentiam, veniam expetere, Dei gratiam, & amicitiam ſuſpirando, gemendóque implorare faciat. Sed hoc ipſum quod in Dina figuratũ credit, luculentiùs ita pertractat S. Gregor. *Plerumque hoſtis callidus mentem, quam peccato ſupplantat, cùm de ruina ſua afflictam reſpicit, ſecuritatis peſtifera blanditiis ſeducit, quod figuratè exprimitur in Dina.* 3. part. Paſtor. admonit. 30. Sed qua nam viã mens iſta tendit ad perditionem? progreditur: *Dina vt mulieres videat extranea regionis egreditur, quando mens ſua ſtudia negligens, actiones alienas curans, extra habitum, atque extra ordinem proprium vagatur; quam Sichem princeps terræ illius opprimit; quia videlicet, diabolus inuentam in curis exterioribus corrumpit.*

Infelix ſecuritas animæ iacentis in peccatis.

D. Greg.

Anima exteriùs occupata, ſuique negligens perit.

2. Profectò, vt alia quæ quidem multa, & grauia ſunt, non inenarrat pericula homo religioſus extra clauſtrũ ſæpiùs diuagando, ſeſéque importunè ſecularium cœtibus inſerẽdo, ac certè iactura ſuæ exiſtimationis in vulgo, quæ plerumque euenit, ſatis iuſta cauſa foret continendi ſe in abdito ſui cœnobij, declinandíque obtrectatorum malos oculos, peioréſq; linguas. Dicit igitur laicus, cùm iſtum vidit in plateis, in nundinis, in tribunalibus, in palatiis; exploratque humanæ fragilitatis vitia, quæ in rerum occaſionibus facilè prodi ſolent: vt S. Petr. Damianus animaduertit: *In rebus bellicis ſolummodò ego commilitonem perdidi, ſed in reliquis terrenis actibus ſocium non amiſi. Mecũ certè forenſis lites agitas, mecum in tribunalibus iudiciũ perorare non ceſſas, mecum importunus atria principum penetrat, mecum ſimul eorum auribus conſilia terrena profunditatis inſtillas.* Videlicet laicus, quẽ ante ingreſſum religionis fortè nouerat, nũc foràs diuagantem videt ſolo in habitu ſibi diſſimilem, at in omnibus vitæ actionibus quàm ſimillimum. Ac proinde miratur quid ſit, cur nihilominùs, apud plebem huiuſmodi religioſus reuerentiã dignus habeatur? *Sanè tantam* (adiungit idem) *a populo gloriam de ſua conuerſione lucratur, vt ſuperuenienti omnes aſſurgant, & deuotionis obſequium illi reuerenter exhibeant.* Verùm quæ pietas eſt fidelium, & quæ autoritas eſt vitæ religioſæ, non hominẽ, ſed hominis habitum laici reuerentur. Nam de homine iocosè, at verè tamen dicunt: *Sic videlicet* (apponit demum) *quantum ad carnem nequaquam infructuoſa illi creditur fuiſſe conuerſio, quia qui ſecularẽ veſtẽ non cum mente depoſuit, ſecularem pompam callidius permutator plenius acquiſiuit.* apolog. cap. 10.

Religioſus diuagando vileſcit.

D. Petrus Dam.

S. Pet. Dam.

Religioſis exhibetur reuerentia.

Religioſus habitu non moribus.

3. Sic planè fit interdum, vt per ingreſſum religionis aliquis nõ mutet mores, ſed acquirat honores; & qui abiectus, & inglorius vixiſſet in ſeculo; per religionẽ, non quia melior vita, ſed quia ſanctior habitu, dignitatẽ ſeculi eluctetur. At quæ iſthæc eſt, ô bone Deus, religio hominis, qui vt per eam venari poſſit Epiſcopatum, eã mente, ſtudióque illam ingreditur! ſcilicet iſtud eſt humilitatis viam ingredi? Chriſto crucifixo, & ad mortem vſque humiliato, & exinanito nomen dare, ſacramento ſe adigere, vexillum Crucis perſequi, veſtigia Chriſti humilis premere, pedibus, & alis ſuperbiæ indignitates aſcendere contendentibus? Equidẽ iam dudum mihi perſuaſum habeo prorſus indignum illum eſſe religionis habitu, & religioſi nomine, qui non iam dicam honores ambit, appetitve, ſed qui oblatos, aut non recuſat, ſi modeſtè poſſit, aut ſaltem læto animo, ridentique vultu gloriabundus acceptat. Nemo ſuam mihi religionem venditet, quam ambitio decolorat.

Pudor eſt ambitioſum humili Chriſto militare.

lorat. Nemo virtutem ibi eſſe arbitretur, vnde abeſt contemptus honoris. Virtus non eſt ſine humilitate: at humilitas cum ambitione honoris tunc ſimul eſſe poſſet, ſi cum tenebris lux, ſi cum Belial Chriſtus habitare ſimul poſſent.

Religioſus non eſt, qui & ambitioſus.

4. Igitur religioſam animam extra patris ſui tabernaculum in quo tuta, & pura cum Deo agebat, in ſeculo vagantem, & inutilibus diſtentam curis inueniens hoſtis vitiat, ac deturpat. Sed cùm miſeram ſubinde videt ad ſe reuerſam, ſuæ impuritatis conſciam, dolore præſentis ſtatus, in quem cecidit, & deſiderio præteriti, quem amiſit, compunctam de reditu, ad tabernaculum, & ad patris brachia cogitare, triſtê hoſtis delinit blanditiis; quod ita idem Gregor. expendit. *Quia cùm mens à culpa reſipiſcit, ad ſe ducatur, atque admiſſum flere conatur; corruptor ſpes, & ſecuritates vacuas ante oculos reuocat, vt vtilitatem triſtitiæ ſubtrahat.* Rectè dicit vtilitatem triſtitiæ. Hoc enim clauo alius pellitur clauus, voluptas peccato aditum aperuit, triſtitia illud ſemel hoſpitio receptum foràs expellit. Extrema gaudij luctus occupat; & hanc vel optimam inter cæteras Deus Omnipotens medicinã præbuit ægrotanti animæ, vt triſtitia ſequatur peccatum, illùdque corrodat, deinùmque abſumat; non ſecus ac vermis de ligno natum lignum ipſum exedit, & conſumit. *Per triſtitiã vultus* (ſcribitur) *corrigitur animus delinquentis. Cor ſapientium, vbi triſtitia eſt.* Eccleſ. 7. Quòd ſi triſtitia ex alieno vultu mei cordis ſanat ægritudinẽ, faciliùs & vehementiùs id præſtabit ipſius mei cordis triſtitia, vt ſanet ipſum, in quo eſt, ægrotum? Hoc ipſo medicamento fœdum illud, & ferè tot menſibus inueteratum Dauidis vlcus curatum à Deo ipſemet conteſtatur. *Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.* Pſalm. 31. Itaque ſtimulos pungentis triſtitiæ, ac dolorem diſcruciantis conſcientiæ peccator ille reſipuit, atque in ſe rediens de quærendo diuinæ gratiæ remedio tandem cogitauit. *Conuerſus* (inquit) *ſum dũ pungit me conſcientia peccati.* Sic declarat S. Hier. *Ergo ſequitur. Delictum meum cognitum tibi feci.* Pſalm. 31. *Confeſſus ſum, & patefeci omnia. Scio enim te citò Domine remittere delicta, cùm tibi fuerint integrè reſerata.* Sic Hieron.

Anima peccati dolere compuncta de reditu ad Deum cogitat.

D. Greg.

Triſtitia ex peccato illud abſumit.

Eccleſ. 7.

Conuerſio peccatoris.

Pſal. 31.

D. Hier.

Optimum peccatoris remediũ integra confeſſio.

5. Itaque poſt peccatum ſequitur triſtitia; dolénſque anima pungitur, diſcruciatur ſtimulo cõſcientiæ, agit ergò de reſipiſcentia; demum quærit medicum, prouoluitur ad pedes confeſſarij, reſerat arcana cordis, latebras animi, patefacit vlcera, morbos detegit, ſaniem oſtentat. Igitur bonus ille medicus ægroto vlceroſo panchreſtũ adhibet medicamentum ſacramẽtalis abſolutionis, quo iſte demum ita priſtinam conſequitur ſanitatem, vt animam deinde referat ſuper niuem dealbatam, diuinæ gratiæ ſplendoribus ornatam, atque fulgentem: Dices lunam cum magis plenam, cœlumque ipſum ſerenà nocte intermicantibus pictoratum ſyderibus. Non blatero, non texo nænias, ô hæretice, cum iſta loquor: audi Prophetam. *Benedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus eſt vehementer: Confeſſionem, & decorem induiſti, amictus lumine ſicut veſtimento.* Pſal. 103. Chriſtum Dominum, Deúmque ſuum, virúmque hominem factum alloquitur, qui magnificè veſtit, decoro incedit ornatu, irradiat fulgoribus; & quidem in ſua Eccleſia, in ſuis fidelibus, quorum ornatus eſt in confeſſione: ad illã fœdi, deformes, obſcuri accedunt, eadem ritè peractã ſurgunt decori, ornati, refulgentes. Vnde optimè dicitur decor ipſamet confeſſio, amictus, luménque animæ. Duo hic adnotauit S. Hier. his verbis: *In eo quod confitemur Deo peccata noſtra, glorificamus eũ. videte ordinem. Primum aliquis confitetur, & ſic accepit pulchritudinem, & decorem, & poſteà lumen.* Glorificat Deum peccator, cũ peccata ſua confitetur, ſe videlicet accuſat, tantúmque Deo credit, tam ſe ſubiectum diuino præcepto exhibet, ita ſe humiliat ante Deum, vt propter illius obſequiũ ſit princeps, ſit Rex, ſit ſummus in Eccleſia Pontifex, in genua tamen procumbat, ceruicem deprimat, contrito corde, & humiliato animo, entuſo vultu ſua detegat, etiam occulta ſcelera homini vicem Dei gerenti, homini pro Deo, aut potiùs Deo per hominem, & in homine. O admirabilem Dei gloriam! ô omnipotentiam Dei hominis, qui rem tam arduam, & imperauit, & perfecit vt imperata compleretur ab homine!

Confeſſarius animarum medicus.

Puritas & candor animarum per confeſſionẽ.

Pſal. 103.

Confeſſionis encomia.

D. Hier.

Vis confeſſionis inter Chriſtianos.

6. Quis niſi Deus efficere poſſet, vt homo apud hominem ſui eſſet vehemens accuſator, ſuaque omnia, vel occulta, ſolique Deo nota, & quantõuis inuerecunda, execrandáque flagitia diſertè, ſigillatímque numerando aperiret; commiſſa doleret, & in futurum melioris vitæ ſtudia promitteret? *O anima* (exclamat hoc loco S. Aug.) *primò accuſa fœditatem tuam de peccatis, accuſando fœditatem tuam incipis confiteri, à confeſſione incipis decorari? Ante confeſſio, poſtea decus. Confeſſio peccatorũ, decus rectè viuentiũ, & rectè factorum.* O admirabilẽ ſacramentalis confeſſionis virtutem! ô mirã gratiã! Ex cõfeſſione fidelibus tota venit pulchritudo animarũ, totúmque decus: quo nomine vtitur S. Auguſt. Nec enim à confeſſione peccatorum modò ſurgimus decorati, ſed etiam honorati. Deponimus ibi fœditatem ſcelerum, ornamur pulchritudine gratiæ. Nihil honoris, famæ, bonique nominis, aut exiſtimationis etiam apud Sacerdotem, cui confitemur, vel amittimus, vel diminuimus; ſed magno potiùs honore digni habemur apud Deum, apud Angelos, apud homines, tanquã ex arduo periculoſóque agone victores, proſtratis gehennæ malignis ſpiritibus, obtruncatis, cõbuſtiſque vitiorum, & ſcelerum monſtris regredimur triumphantes. *Ante confeſſio, poſtea decus* (inquit Auguſt.) decus rectè viuentium, gloria videlicet iuſtorum, triumphus bonorum catholicorum, Eccleſiæ decor, & decus eſt de peccatis ſacramentalis confeſſio. Illã oderunt hæretici, quibus decor animæ eſt deformitas, decus gratiæ eſt dedecus. Non curant ſues florum in pratis venuſtatem, ſordibus delectantur: non hortorũ amœnitatem amant, ſed ad quercuum ſiliquas inhiãt. Audire nolunt hæretici de ſplendoribus diuinæ gratiæ, de virtutum ornamentis, de pœnitentiæ gloria, bonorúmque operum dignã hominum animis maieſtate. Bacchus, & Ceres, & Venus, (vt iam legi in abominando cuiuſdam Apoſtatæ hymenæo) & ingluuies, & turpitudo ſola & tota eſt cura, ſtudium, amor, gloria hæreticorum.

Grande Dei [illegible] ſacramentalis.

D. Auguſt.

Mira pulchritudo animarum ex [illegible] Mira [illegible] ex confeſſione.

Confeſſionis encomia.

Confeſſionem oderunt hæretici.

Execrandi mores [illegible] rum.

7. Sed quæ nam ſunt illæ inanes ſpes, & ſecuritates vacuæ, quas hoſtis corruptor deluſæ animæ proponit; quibus illã blanditiis delinire contendit? Explicat deinde S. Greg. *Modo enim aliorum facta grauiora, modo nihil eſſe, quod perpetratum eſt, modo miſericordem Deum loquitur, modo adhuc tẽpus ſubſequens ad pœnitentiam pollicetur.* Sed o fallaces peccatorum ſpes, o vanæ ſecuritates, o non blanditiæ, ſed duritiæ, ve[illegible] æ crudelitate[illegible] certa, & extrema ſeductarum animarum exitia! His [illegible] fraudibus irretit[illegible] his do[illegible] plan[illegible] dementat[illegible] habet in ipſa multos per annos inueter[illegible] pec[illegible] di conſuetudine adue[illegible], quibus in [illegible] ſecuritat

D. Gregor.

Quib[illegible] ar[illegible] tibus ma[illegible] in peccat[illegible] ſo[illegible] dial[illegible] duc

ſecuritate repentinus tandem ſuperueniet interitus. *Illas igitur diabolus fingit blanditias, vt vniuersam* (adiungit idem Greg.) *dum per illas decepta mens ducitur, ab intentione pœnitentiæ ſuſpendatur, quatenus tunc bona nulla percipiat, quum nunc mala non contriſtant; & tunc plenius obruatur ſupplicijs, qua nunc etiam gaudet in delitijs.* Hæc omnia Pontifex loco indicatu. Ex quibus colliges quanta ſit peccatoris infelicitas, cuius animam hoc facto Dina illa repræſentat: ſcilicet, de clauſtro malè contenta, impatiens receſſus, dumum exhorrens, ſpiritu vaga, male cauta in exitu, peius tuta in congreſſu hoſtis, infirma in tentationibus; deinde victa, corruptaque vitiorum blandimentis; peſſimè tandem ſecura in flagitiis, & pertinax, & obdurata, Dei oblita, cœlum, cœleſtiaque neque enrans, neque memorans.

D Greg.

Quanta ſit peccatoris infelicitas.

8. Igitur vt ad Dinam redeuntes, fœminam quamcumque ſua de infirmitate cunctis expoſita periculis admoneamus ſalubriter. Nuſquam (noquam illa) nuſquam ſecura eſt mulier, niſi cum Chriſto Deo homine. Quærat ergò Dominum illum (vbi inuenerit) apprehenſum teneat, illi fortiter inhærens dicat tam humiliter, quàm amanter, *Teneo eum, nec dimittam*, Cant. 3. At Dominus retineri non poteſt, quia vadit ad Patrem. Addat illa tamen ſupplex, quod S. Ambroſ. dicendum monet. *Vade ad Patrem, ſed non relinquas Euam, ne iterum labatur. Tecum eam ducito arborem vitæ tenentem, tecum rape, tuis pedibus inhærentem.* lib. de Iſaac cap. 5. Meminit ſcilicet illius pietatis, illius amoris, quo Beata Maria Magdalena in horto pedes Domini à morte reſurgentis oſculata, tenuit obnixè, ne aut ille vlterius dilaberetur, aut illa ſine ipſo vel tantulum viuere cogeretur: in quo planè magiſtra pœnitentiæ ſimul ac pietatis reliquas ſui ſexus, & infirmitatis animas inſtruit, quo nam pacto ſecuræ poſſint eſſe, nimirum, ſi apprehenſum teneant Chriſtum, ſi Domini pedibus inhæreant; quòd ſi Dominus aſcenſurum ſe neceſſariò ad Patrem dicat, occurrat mulier: *Tecum aſcendam*, (adiungit Ambroſ.) *noli me dimittere, ne iterum ſerpens venena ſua fundat, ne iterum quærat fœmineum mordere veſtigium, vt ſupplantet Adam.*

Mulier nuſquam ſecura.

Cant. 3.

D. Ambr. *Mulier ad pedes Chriſti ſecura.*

Ioan. 20.

D. Ambr.

9. Hanc deinde vim fortiùs quæcumque nunc fidelis mulier vt pericula ſuæ pudicitiæ, ſalutiſque declinet, Dominòque inhærens ſecuriùs, & ſanctiùs viuat, ipſimet confidentiùs inferre poterit pia cum audacia obteſtans: *Suſcipe igitur Euam iam non ficulnea folijs adopertam, ſed ſancto amictam ſpiritu, & nouâ gratiâ glorioſam, quia iam non tanquam nudata abſconditur, ſed tanquam circundata veſtimentis ſplendore fulgentis occurrit, quia veſtit eam gratia.* Et quidem hoc tam pium, tam mirum ſuæ gratiæ beneficium Dominus contulit infinitis propemodum virginibus, viduis, matronis, quas in ſummis cruciatibus, & doloribus pro veta Dei fide conſtantiſſimè tolerandis non deſeruit, imò tenuit, iuuit, animauit, recreauit; ne tortoribus cederent, ne tormentis frangerentur, ne à tyrannis victæ, à dæmonibus eluſæ, vel tantulum à diuina fide, à Dei ſui amore atque obſequio diſcederent. Quod vnum eſt ex omnibus maximis, & præclariſſimis Chriſti Domini miraculis, videlicet tam eximios ſuæ gratiæ in vaſis ita fragilibus theſauros cuſtodire; & de carne, de mundo, de morte, de vitiis, de diabolo per fœminas, de ſerpentibus per Euas triumphare. Denique, vt cum Dina tandem abſoluamus illud Ruperti adiicio · *Talis puella exemplum omnis animæ religioſæ* (addo ego) *& Chriſtianæ profeſſionis cauendum eſt. Nam ſi foris inuenerit opprimet eam corruptor diabolus.* Secreti agimus in abſcondito cum Deo, at in publico inter homines, rerúmque occaſiones periclitamur.

D. Ambr. *Mulieris pia ſupplicatio ad Chriſtum.*

Mira fidelium mulierũ in martyriis conſtantia.

Per fœminas triumphat Chriſtus.

Rupert. *In abdito ſecuri, in publico periclitamur.*

A

10. *Pergens ad Hemor patrem ſuum.*] Impatiens ægérque animi, Sichem timenſque, ne fortè ad ſuos teſugeret puella, quam deperibat, voluit impuros amores nuptiis conglutinare: contendens obnixe a patre illam filio dari vxorem. Quid enim pater filio, & primogenito deneget, & quid Regi volenti, ac iubenti, ne dum ab exteris petenti denegetur? Annuit pater, vt mox videbimus filij poſtulatis, quem tamen de ſtupro acriter obiurgare debuiſſet. Sed infelix iam iſta inoleuit parentum indulgentia, vt filiorum errata non videant, aut ſi viderint diſſimulent corripere: quòd ſi tandem conſcientia ipſa ſtimulante ad correctionem ire conantur, ſerò tamen id faciant, ſegniter, ac remiſsè. Nam illud ſtnex apud Comicum dixit egregiè: *Pro peccato magno paululum ſupplicij ſatis eſt patri.* Terent. in Andr. act. 4. Locus communis, & multis in locis tractati ſolitus de corrigendis à patre filiis. Verus quidem haud pater eſt, qui filiorum vitia ſinit abire impunita, dein increſcere ob licentiam. Non eſt contra patris affectum errantem filium ad rectam viam reducete, peccantémque arguere, & ne vlterius peccantis ob impunitatem ſerpat malum paterno ſupplicio cohibere. Vetus hic amor in vitia, non in animam filij ſæuire. Diſſimulandum interdum docet prudentia, ſed non prorſus obiurgatio, vbi oportebit, omittenda. Bis enim Dominus ab oratione, quam agebat in horto præuiam paſſioni, ad diſcipulos rediens, & quidem ſemper dormientes: primò quidem quaſi diſſimulans videre quod videbat, tacuit regreſſus; at iterum ſomno correptos inueniens, etſi blandè, obiurgauit tamen; quod S. Irenæus ita expreſſit verbis: *Diſcipulorum oculi erant grauati veniente Chriſto ad paſſionem, & inueniens eos dormientes, primò quidem dimiſit, ſignificans patientiam Dei in dormitione hominum; ſecundo veniens excitauit eos, & erexit, ſignificans quoniam paſſio eius expergefactio eſt dormientium.* lib. 4. cap. 39.

Vitioſa parentum erga filios indulgentia.

B

Terent.

Seriò itaq; filiorum errata corrigenda.

C

D Irenæus. *Dei patientia.* Luc. 22. *Paſſio Domini excitat dormientes.*

D

11. Enimverò vt poſtremò venit ad diſcipulos, vt ex Luca apertè colligitur, obiurgauit dormientes; ſic enim ſcribit: Cùm ſurrexiſſet ab oratione, & veniſſet ad diſcipulos inuenit eos dormientes, & ait illis; *quid dormitis? Surgite, orate.* Luc. 22. Quod autem hæc fuerit poſtrema obiurgatio, conſtat ex iis, quæ conſequuntur: *Adhuc eo loquente, Ecce turba*, &c. ibidem. Nimirum ſtatim vinctus eſt. Ergò non minus, imò plus eſt patris corripere in tempore filium, quàm eidem paterno affectu abblandiri. Quotus enim quiſque adeò ſtteus eſt, ac lapideus, qui ſi videat filiũ ſibi mortem gladio conſciſcere, non contendat omni ope gladium de manibus eripere, vincirémque furioſum ſi opus erit, ne ſe ſtultus ille perimat? Quis ita barbatus, ac ſtolidus, ſi videat filium iam ſe in pelagus ipsũ Oceani præcipitare, non accurrat momento ipſo, apprehendat, teneátque amentem, ne vltrò ſe iactet in exitium? Planè ſic habet pater nimium indulgens filio, ſtultéque in filij delictis conniuens, demúmque ſinens in ſceleribus abire impunitum. Non fers ô quiſquis es videre filio lituram in facie, quin ſtatim abluas. Petenti panem filio non audes negare, aut differre ſaltem; & animæ filij admonitionem ſalutarem, ſalubre conſilium,

Luc. 22.

E

Bonus pater filij corripit delicta.

 vtiliſſ

Prima patris cura de filij anima.

vtiliſſimam correctionem ſubtrahis inhumane? A Ah pudeat patrem adeò ſolicitum eſſe de corpore, de vita, de honore, de patrimonio filij, quæ omnia breui fluunt, & conſumuntur; at de anima, de virtute, de ſalute ſempiterna filij nihil protſus curæ, ſtudijque habere!

12. Maximè verò Hemor, quia Rex, pro ratione ſui muneris debuiſſet occurrere tanto malo, videlicet, ſeuerè admodum puniendo tam execrandum illud facinus Sichemi, illiúſque inſolentiam, & libidinem cohibendo, vt e veſtigio puella redderetur parentibus, tam grauiſque iniuria ingenti quodam, regióque dotis munere compenſaretur. Non minùs enim Rex obligatur ad propriam ipſe virtutem, & acquirendam, & conſeruandam, vt iuſtè viuat, quam ad illam ipſam in B ſubditis comparandam, & retinendam, vt iuſtè regat ipſe, illique iuſte viuant. Quamobrem vates, qui Regis hæc ipſa munera, tam rectè obibat, quàm certò ſciebat, ſic ad omnes loquitur. *Et nūc Reges intelligite: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Pſalm. 2. Excitat Reges ad intelligendum, quæ ſint rationes Regij ſui muneris, quid ab illis, & Deus, & ſubditi exigant; videlicet, vt duplicem quiſque Rex timorem habeat; vnum ſibi, alterum ſubditis; illum, ne ipſe peccet; iſtum, ne iſti peccent. Cùm enim & homo, & Rex idem ſit, caueat neceſſe eſt, ne peccando ipſe in æternum pereat: prouideátque ne ſubditorum peccata ſibi à Deo imputentur, quod illius negligentia cauſa fuerit, aut non cohibendi, C aut non puniendi. Sic enim Alex. De Ales Theologiæ lumen Prophetæ mentem explicat. *Aliter* (inquiens) *timet, quia homo eſt; aliter, quia Rex eſt. Reges enim ſeruiunt in timore, ea quæ contra Dei iuſſa fiunt, religioſa ſeueritate prohibendo, atque plectendo.* 3. p. quæſt. 47. art. 1.

Regis munus punire, cohiberéque delicta.

Virtutem in ſe, atque in ſubditis curet Rex.

Pſal. 2.

Duplex in Rege timor.

Alex. de Ales.

Iuſta Regis in delinquētes ſeueritas.

13. Igitur ô Reges intelligite, ſeruite Domino in timore, benè viuentes; & tremore, benè regentes, non minus pij erga Deum, cùm illum amatis & colitis, quàm cùm pro illius obſequio, ac lege tuenda plectitis delinquentes. Idcircò aiebat Rex ipſe vir ſecundùm cor Dei: *Diligit Dominus portas Sion ſupra omnia tabernacula Iacob.* Pſal. 86. Quid hoc eſt? pluris portas vrbis, quam palatia Regū, D Pontificum ædes, fideliſque populi domos, imò & ſuum ipſum templum facit Dominus? Et quid maioris, aut ſplendoris, aut religionis portæ habent impolitis lapidibus, rudique ſtructurâ potiùs ad munimentum, quàm ad ornamentum vrbis inter murorum propugnacula, erectæ, ac patentes? Nimirum, quia in portis vrbium erant iudicij tribunalia, ibi adminiſtrabatur populo iuſtitia, ſceleratorúmque hominum pronūciatis à Rege, Regíſque miniſtris, iuxta diuinam, humanámque legem ſententijs flagitia puniebantur. Atque, vt Regum hoc munus, vel potiſſimū exerceret, Dominus homini ex perſecutionum periculis, ſimúlque ex variis, grauibúſque morbis, quos in ſuis Pſalmis non obſcurè, nec rarò commemorat, diuinitùs erepto vitam multos deinde annos E incolumem produxit, vt ipſemet teſtatur: *Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion.* Pſalm. 9. En ô bone Rex, qui cantus iſti, quæ laudationes in portis Hieruſalē? Ad portas ne tu Rex tantus, tam prudens, tam glorioſus triumphator ſedebas, aut ſaltabas etiā pulſando cytharam, diuinaſque laudes dulciter concinendo? Non planè. Sed in portis iudicabat, & quidem non minùs Deum laudabat in iudiciis, quàm in templis: proferendo ſententias, quàm

Grata Deo iuſtitia contra delinquentes.

Pſal. 9.

Obſequium Deo præſtat qui plectit delinquentes.

A ſtruendo, cantandóque Pſalmos. Nec minùs Deo ſeruit, Deúmque colit, & laudat iudex iudicando, quam clericus in choro cātando: Nec minus Deo placet puniens iuſtitia, quàm deprecans religio. Iuſſus a Deo Saul, vt Regem Agag obtruncaret, pepercit illi, quia Regi, & adoleſcenti, & grandi, formoſóque corpore. Igitur Deus gladium Samueli Sacerdoti, & Prophetæ dedit in manus, vt idololatram Regem iugularet; & Saulem prorſus à ſua gratia amouit. 1. Reg. 15. Non enim dedecet Sacerdotem malefactorum non modù correptio, ſed etiam peremptio.

Index puniendo, clericus cantādo Deū laudant.

1. Reg. 15.

14. *Quod cùm audiſſet Iacob.*] Veriſimile eſt comites Dinæ vbi eam viderunt violenter à Principe raptam, effugiſſe omnes, à quibus Iacob raptū B filiæ videtur intellexiſſe. Aberant per id tempus in paſcuis filij Iacob; patérque etſi iniuriam ab infidelibus illatam filiæ grauiter admodū (vt res poſtulabat) doleret, tamen, vt vir prudens in extero ſolo peregrinus, & filiis abſentibus modeſtè tulit, & diſſimulauit, quod corrigere non poterat, Deo, videlicet, in cuius erat præſidio, & cura, totum committens. Admiranda planè Iacobi conſtantia; audiuit enim & indoluit, vt pater filiam per ſummum dedecus ab infideli homine ſtupratam, ſiluit tamen, non tumultuabatur, non furiis præ doloris impatientia inebriatus Deum, hominéſque inclamare, terrámque cœlo miſcere viſus eſt, ſed vti erat prudens, & iuſtus, ſuſtinuit patiēter, rem tam ſibi aduerſam, & ignominioſam diſ- C ſimulans. Hebr. vox חרש *charax, ſilere, ſurdeſcere, ſurdum ſe præbere.* Quare optimè reddi poteſt, *ſurduit Iacob.* quaſi nihil audiret, ne videlicet filios ad vindicandum ſtuprum incitaret. Quod etiam legimus de Saule, qui ſpretus à multis *diſſimulat ſe audire.* 1. Reg. 10. Et Abſalon monuit ſororem vt taceret, ſeu diſſimularet. 2. Reg. 13. Vtrobique ponitur idem verbum *charax.* Singularis enim prudentia eſt, multa nolle audire, aut diſſimulare, & obſurdeſcere, ne ſcilicet cogamur cum magno vitæ diſcrimine noſtrum tueri honorem. Et quidem ſatiùs tacentur, quàm euulgantur quæ pertineant ad honorem. At querimoniis propriū dedecus non abolетur, ſed proditur potiùs, imò & augetur. Siluit, & ſurduit Iacob & cogitauit, D verbum enim *charax*, hoc etiam ſignificat. Maturè, ſcilicet ſecum expendit, quid eſſet tandem ſibi faciendum. Hanc è ſummis vitam prudentiæ regulam his verbis admonet obſeruandam Eccleſiaſticus. *Inclina aurem tuam: ſuſcipe verba intellectus & ne feſtines in tempore obductionis.* cap. 2. Ingruente ſcilicet paſſione vel odij, vel amoris, vel doloris, ſi vehemens ſit, offunditur quodammodo rationis lumen, & quaſi cœlum animæ obductum non ſinit mentem probè diſpicere quid melius, quid iuſtius, quid decentius, imò & quid vtilius ſit. Ergò in tanta mentis caligine non temerè irruendum eſt in ea, quæ primò ſeſe offerunt inſtigante nimirum paſſione, quæ cùm cœca ſit, E ducet ipſam nebulis offuſam mentem in præcipitia, in voragines, in exitia.

In aduerſis patientia & constantia.

Prudenter in iniuriis diſſimulandum.

1. Reg. 10.

2. Reg. 13.

Oportet aliquando & ſurdeſcere, & obmuteſcere.

Eccleſ. 2.

Cœca paſſio mentē præcipitat.

15. Hæc verò prudentia non feſtinandi in tēpore obductionis, cum omnibus videatur conducere, tum vel maximè viris principibus, atque omnibus ſubinde, penes quos poteſtas eſt in alios, & regimen ſubditorum, neceſſaria omninò eſt. Appetitus enim cum iis plerumque maiorem habet vim, quàm ipſa ratio, léxque diuina. Cōtra Dei præceptum pepercit Saul Regi Agag. Ergò Samuel inobedienti Regi iram Dei confeſtim denunciat. Doluit Saul factum, non quidem

Vbi poteſtas maturo conſilio opus eſt.

Principes contra appetitum feruntur interdum.

dem propter Deum quem offenderat, ſed propter autoritatem regiam, & exiſtimationem, cuius apud populum haud dubiè faceret iacturam ſi publice vulgaretur, quòd Rex errauerit, & idcircò reprehenſus à Propheta fuerit; Ait ergò Saul, *Peccaui; ſed nunc honora me coram ſenioribus populi mei, & coram Iſrael, & reuertere mecum.* 1.Reg.15. Peccatum ſuum agnouit, ſed de pœnitentia, quam agere debuiſſet coram populo, qui peccatum Regis viderat, ne verbum quidem fecit, de honore, autoritatéque Regis tuenda ſolum curauit. Gaudeant iſti Saulem imitantes, ſplendore, deliciiſque Regiæ dignitatis; ac deinde quid ſit Deus, Deique lex aut neſciunt, aut penſi non habent. Ægrè ferunt quod in aliquo putentur errare, multóque ægrius indignantur, ſi ab aliquo ſe videant increpari. Clito quidam quod aſperius Alexandrum Magnum reprehenderit temulentiæ, quo vitio Rex impudens laborabat: illicò miſer trucidatur. Quamobrem Ariſtoteles, vt perhibent, Caliſthenem ſeriò monuit, vt à ſimili abſtineret increpatione:. Cum Alexandro (inquiens) aut rarò, aut iucunda. Quod tamen conſilium Caliſthenes non obſeruans ideò iuſſu Regis peremptus eſt. Intellexit tandem ſapientiſſimus Solon oleum ſe atque operam perdere in admonendo, increpandóque Rege Crœſo: Illámque poſt longam experientiam rerum protulit dignam tanto philoſopho ſententiam. *Cum regibus, aut quam minimè, aut quam optimè.* Quia, nimirum, non tam ratione, quàm paſſione reguntur.

1.Reg.15.

Reges increpari non ferunt.

Cum Rege aut non agendum, aut cautè.

16. De iis illud rectè intelligi poteſt; *ſicut vacca laſciuiens declinauit.* Oſeæ 4. LXX. legunt. *Sicut vacca aſylo percuſſa inſaniuit.* Quis ergò non miretur, vaccam illam quidem carneam molem, quæ liberè vagatur in campis, & fœcundiſſima quæque agrorum paſcua partim ore demetit, partim pedibus proterit, tantillo vermiculo mirandum in modum vrgeri, agitaríque adeò impatienter vt libero curſu, per ſata, ſyluáſque, & montes feratur; quod Ita nobilis Poëta expreſſit.

Oſeæ 4.

Cui nomen aſylo
Romanum eſt: œſtrum Graij vertere vocantes:
Aſper, acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis
Diffugiunt armenta, furit mugitibus æther
Concuſſus, ſyluæque, & ſicci ripa Tanagri.

Virg. 3. Georg.

Sic planè res habet: Magni principes, & præcellentes dignitate viri, qui fœcundiſſimis huius mundi paſcuis poſiti inter cæteros mortales liberè dominantur; plerúmque minimiſſimis quibuſdam rerum occaſionibus, ac momentis, ſic percelluntur, ſic agitantur, vt in furias agi, occæcatóque rationis lumine inſanire videantur. Aman princeps in Regno, Regiaque Aſſueri dolet impatienter, quòd miſellus è captiuis vnus Mardochæus illi nó aſſurrexerit. Eſther 3. Achab Rex Iſrael graui quodam mœrore correptus, mactat ſe inediá, penè moribundus decumbit in lecto, eò quòd vineam pauperis Naboth, non poſſideat. 3.Reg. 21. Saul Hebræorum Regum primus, incredibili mole, roboréque corporis conſpicuus, dolet tamen, indignatur, inſanit, quòd puellarum cantum de laudibus Dauid audierit. 1.Reg.18. Ita ne verò, vt ſummi inter cæteros filij Adam tam anguſto ſint pectore, tam delicatis ſenſibus, tam pucrili, ac muliebri moroſitate, vt leuiculis contra voluntatem, imò & voluptatem ſucceſſibus commoueantur, ac nonnunquam irarum, odiorúmque furiis agitentur?

Principes rebus minimis commouentur.

Eſth. 3.

3.Reg. 21.

1.Reg. 18.

17. *Egreſſo Hemor, &c.*] Impenſiùs filio, quem debebat corripere, indulgens pater comitatu regio conſtipatus extra vrbem ad tabernacula egreditur aduenarum, vt cum Iacob Dinæ, quam ſibi nurum optabat, de nuptiis ageret. Eodem planè temporis momento filij Iacob à paſtu pecorum redibant, poſtridie nimirum, vt videtur à raptu ſororis. Ex colloquio Regis cum Iacob, & ex rumoribus ipſis latè diffuſis rem totam vti acciderat, probè nouerunt; atque vt in Hebræo legitur, *Contriſtati ſunt viri, & irati ſunt valde.* Nam iræ cauſa fuit triſtitia, & indignationis dolor; quare cùm aliquandò dolor, aut triſtitia ponitur pro ira & indignatione, cauſa pro effectu ponitur. Hiſtoriam ita contexit Ioſephus: *Hemor filio morem gerens venit ad Iacobum rogans, vt filio ſuo Dinam in matrimonium collocaret. Iacobus verò, qui negare poterat propter maieſtatem rogantis, neque fas putabat alienigenæ filiam nuptum tradere, deliberandi ſpatium popoſcit. Rex ſperans Iacobum aſſenſurum abiit.* lib. 1. antiq. cap. 27. Abeunte igitur Rege Iacob cum filiis maturè factum expendens, & quid ſubinde conſilij potiùs expediret, deliberare cœpit. Sic enim ſcribit Ioſephus vltra progrediens. *Ille verò indicatâ filiis iniuriâ ſororis, & Hemoris petitione iuſſit eos conſultare, quid facto opus eſſet; maior pars habebat, incerti quid eſſet agendum.*

Ioſephus.

Ioſeph.

18. Multa hîc poſſunt ſubnotari: atque illud in primis, quanta fuerit filiorum Iacob virtus. Quo tempore, ſcilicet, in vrbe vicina feſtum agebatur, ad quod viſendum, & incolæ, & aduenæ certatim confluebant, nullus tamen illorum cùm adoleſcentes eſſent, in ætate ſcilicet rerum nouarum ſtudioſa, in vrbem ingreſſus, ſed omnes pariter ad paſcendos, aut certè inuiſendos greges abierunt, cùm tamen eorum ſoror non fratrum ſecuta exemplum, ſed puellari leuitate inducta ſeſe contulerit ad gentis exteræ, ignotæque feſtum, & in publicum periculis expoſuerit. Videas hinc quantò difficilius parentibus ſit vnius filiæ quàm plurium filiorum cura: quantóque ſit difficilius vnam in officio puellam continere, quàm multos adoleſcentes & erudiri, & cohiberi; atque adeò quantò ſit impotentior quilibet in fœmina, quàm in viro, appetitus. Ardet ſtipula in fœminis, in viris lignum, illius ignis leuior materia ſubitò in flammam corripitur; iſtius flamma difficiliùs, tardiuſque concipitur. Quid quòd faciliùs plurium virorum conuentus, quàm paucula ſub vno tecto fœminæ ſoleant gubernari? Ecquis enim aut volantes auras flocculos facilè colligat: at ſaxa humi iacentia non facilè in aceruum coniiciat? quid plura? Tot filiorum marium pater nihil interim adit periculi, at pro vna tantùm filia, & dehoneſtatur in pudore, & in vita periclitatur cum tota familia Iacob?

Difficilior cura de filia, quàm de filiis.

Iuuenis, quàm puella faciliùs cohibetur.

Difficiliùs fœminæ, quàm viri reguntur.

19. Vbi eſt in Hebr. *Violata filia Iacob rem illicitam perpetraſſe.* Chald. habet, *Quoniam ignominia facta eſſet in Iſrael.* Magnorum ſiquidem hominum latere non poteſt infamia, vti non potuit occultari violatio filiæ Iacob, fœdáque res patrata in Iſraël. Sic planè fit, vt quò ſublimior ſit cuiuſque inter homines dignitas, eò patentiùs, ac vulgarius in ea ſit vitium; nec enim ſolari lumini (ſi fortè accideret) inhærens nebula mortalium oculis poſſet abſcondi. Sic principum vitia, non tam ſunt in papyro liturę, in albo pariete carbonibus impreſſa nigredo, in candida facie næui, quàm in ipſios oculo ſolis eſt offuſa noctis caligo. Nec ſolet eſſe leuis magnorum ruina, quippe cùm ex alto decidant. Atque (vt egregiè adnotauit Albinus) *quantò ſublimior Angelus in gloria, tanto maior in ruina.* quæſt. 4. in Geneſ. Creatus

Vitium in [illegible] vulgatius.

Albinus.

enim in empyreo cœlorum ſupremo Angelus, cùm per peccatum cecidit, non niſi ad profundiſſimam totius rerum creatarum molis abyſſum deſcendit; Et quò in natura,& in gratia propinquior Deo videbatur, eò ſubinde corruens, à Deo ipſo remotiùs per omnem æternitatem exulabit. Quin etiam ipſamet excellentia dignitatis, a qua omne vitium longiùs abeſſe oportet, grauiorem quodammodò facit (ſi contrahat) vitij deformitatem. Quare optimè animaduertit S. Ambr. de Angelo diſſerens: *Leue vitium in Angelo iudicio grauiore cenſetur.* ſerm.8. in Pſalm.118.

Vbi altior dignitas, grauior ruina.
D.Ambr.

20. Fœdior quidem Dinæ violatio, eò quòd ſit illa filia Iacob: grauior illius culpa, ſi fortè conſenſit in ſtuprum, aut certè, quòd illi cauſam dederit ex puellari curioſitate, aut leuitate, cùm ſcilicet virgo eſſet filia Iacob Sacerdotis, ac principis apud Deum. Similiter multò etiam turpior, atque intolerabilior libido Sichem; quòd cùm eſſet princeps, ſuum nomen, ac famam, ſuúmque genus, ac dignitatem tam graui, deteſtandóque flagitio deturpauit. Rectè S. Bernardus in hanc ſententiam illud apponit: *Quo nitidiores manus, eo grauius quoque minor in eis naeuus offendit; & ſicut pretioſam veſtem exigua quamuis macula turpius decolorat.* ſerm. de triplic. cuſtod. Eſt quidem dignitas, velut hominis pretioſa veſtis, quam iccircò decentem, & mundam geſtari oportet. Candidæ ſiquidem veſtis manifeſtiores ſunt ſordes; & in dignitate vitia, vt magis eminent, ſic euidentiùs produntur. Quod ſi quis eſt, qui nimium credens dignitati, quam gerit, iccircò maiora & plura ſibi licere arbitratur; fallitur miſer. Nam qui altiùs in populo eminent, quam Sacerdotes, & nihilominus cùm Dominus Moyſi daturus eſſet legem in monte Sinai, ſeuere interdixit. *Sacerdotes quoque, qui accedunt ad Dominum ſanctificentur, ne percutiat eos.* Et infra: *Sacerdotes, & populus, ne tranſeant terminos.* Exod.19. *Cum enim* (declarat Thodoret.) *veriſimile eſſet Sacerdotes magis confidere, vtpote quibus commiſſum eſſet officium diuinum, oſtendit quantò ſublimiores terrenis illos eſſe conueniant, quibus diuinũ munus creditum eſt.* quæſt.36. in Exod. Nec ſibi quòd ſint Sacerdotes blandiantur, quaſi verò ſupra cæteros, ita emineant, vt à diuinis legibus immunes licitè poſſint, quæ libuerit efficere. Quin etiam quòd Deo propiùs accedunt, ſeuerius circa illos exercetur iudicium. Enimverò cùm Moyſes in Ægyptum Dei mandato pergens filium incircumciſum ſecum duceret, *occurrit ei Angelus, & volebat eum occidere, nec receſſit* placatus, niſi poſt puerum circunciſum. Exod.4.

D.Bern.
Vitia digniorũ magis dedecẽt.
Exod.19.
Maior puritas exigitur à ſacerdote.
Theodor.
Sacerdotis culpa grauiùs punitur.

21. Sed quod nam iſtud Moyſis tam graue crimen, vt ab Angeli manu mortem mereretur? Reſpondet optime S. Auguſt. *Iccircò ſic infeſtum Angelum in ſe vidit Moſes, & paratum ad vindictam, quia viri ſublimis culpa, graue peccatum eſt. Quantò enim perſona ſublimior eſt, tantò magis graue delictum eius. Quod ergò à ſummo viro, vtpote à ductore populi fit, acerbiſſimum eſt peccatum.* tom. 4. in quæſt. de veter. teſtam. quæſt.16. Si tamen illius opus eſt. Maximè verò Dei contra Moyſem exarſit iuſtitia eò quòd electus prædicator, & legiſlator Hebræorum malo quodam exemplo ſuo malè cæteros deberet inſtruere. Quî enim ab illis diuinæ legis obſeruantiam exigeret, qui ſuo ipſemet in filio apertè violabat; *Quare* (vti adiungit idem Auguſt.) *aut filium ſecum ducere ad Ægyptum non debuit, qui cæteros ibat inde educere; aut certò circunciſum aſſumere.* Dixiſſent ergò illi meritò. Quid tu nos ab Ægypto abire mones, cùm aduenias, & vxorem, filioſque huc adducas, ſpecie quidem non ab Ægypto alios abducentis, ſed in Ægypto habitare cum familia volentis? Et quæ iſta doctrina tua eſt, vt aliud doceas, aliud efficias; vt aliis circunciſionem indicas, quam domi tuæ peragi non ſinis? Videat igitur, qui præeſt aliis, dirigítque ad virtutem alios, quantò efficaciùs efficiat exemplo vitæ, quam verbo linguæ; quod quidem vel ipſi ethnici philoſophi quotidianam rerum experientiam ſecuti optimè agnouerunt. Nam ſcitum eſt illud Plutarchi. *Vita Principis cenſura eſt, eáque perpetua; ad hanc dirigimur, ad hanc conuertimur, ad hanc conformamur; plus enim egemus exemplo, quàm imperio.* in Panægyr. Conſule Nanum verb. vita.

D.Auguſt.
Prælati grauior culpa.
D.Auguſt.
Debitum prælati exemplum.
Efficacius exemplum, quàm doctrina.
Plutarch.

22. Res quidem ita ſe habet. Cæterùm Dinæ haud defuit in parentibus, & fratribus exemplum; at videtur tamen imperium patris defuiſſe. Sanctus vitâ, & moribus erat Iacob, familiam ſanctè inſtituebat: ſed neſcio quâ ratione ita filiæ puellæ curam depoſuit, vt aut neſciuerit, aut parui duxerit, quòd illa domo egreſſa leuiter, ac temerè in conuentus infidelium ſeſe intulerit. Vix enim vnquam excuſari pater poteſt, ſi filia puellari leuitate ducta errabit; quòd aut incuſtodita, aut malè permiſſa ſuæ fuerit voluntati. Quamobrem monet Spiritus ſanctus: *Filiæ tibi ſunt? ſerua corpus illarum*, Eccleſ. 7. *Videlicet* (occurrit Lyra) *vt non diſcurrant euagando, & ſic corrumpantur, vt Dina.* Nam ſi plerumque domi inter parietes cuſtoditæ, nihilominùs audent filiæ, aut illicitis ſeſe tradere amoribus, aut furtiua neſcientibus, imò & reſiſtantibus parentibus contrahere matrimonia: mille ſiquidem ad huiuſmodi patranda, & artes, & dolos habent: quid tandem fiet, ſi extra parentum cuſtodiam liberè diuagentur? *Et non oſtendas hilarem faciem ad illas.* Eccleſ. 7. ſtatim adiungitur. Nocent quidem puellis parentum blanditiæ riſuſque. Nimirum *quia* (inquit Lyranus) *ex illo affectu inſoleſcunt.* Abutuntur puellæ nimio parentum amore; atque iccircò audentiores effectæ multa moliuntur, quæ timore coërcitæ nec patrare, imò ne cogitare quidem auderent. Itaque filiæ potiùs timore à laſciuiis arcentur, quàm amore parentum.

Malè pater excuſatur in leuitate filiæ.
Eccleſ.7.
Lyran.
A patre filia diligenter cuſtodienda.
Eccleſ 7.
Filia timore patris coercetur, amore nimio fit audentior.
Lyran.

23. Quin etiam illud omninò certum, & probatum eſt nihil ad comprimendos laſciuientis animi motus, & carnis concupiſcentiam refrænandam eſſe potentius, quàm ipſum Dei, diuiníque iudicij timorem. Huius enim efficacitatem expertus aiebat Dauid. *Confige timore tuo carnes meas.* Pſalm. 118. Et carni quidem confixum vult Dei timorem ne validè ſic confixa, vel vires habeat, vel libertatem, vt laſciuire poſſit; & aduerſos animam, rationémque mentis, & Dei legem ſubſultare: vt etiam adacto timoris clauo transfixa doleat, ac præ doloribus titillantium illecebrarum motus, aut non patiatur, aut non ſentiat. Precatur igitur Dominum Propheta, & quiſque noſtrum precari debet, vti commentatur S.Hieron. *Metuo futurum iudicium, ideò Cruci tuæ configens omnes concupiſcentias carnis tibi commorire, tibi commori, tibi conſepeliri paratus ſum.* S.Ambroſ. legit, *Confige clauis à timore tuo carnes meas, à iudicijs enim tuis timui.* Quaſi diuinus timor vnâ manu teneat malleum, alterâ clauos, dein carni vehementer eos adigat, at multis illa transfixa inhæreat clauis, ne ſeſe queat vel tantulum aduerſus animam commo[…] *Quare vetus homo* (inquit S. Ambroſ.) *cum Chriſto confixus Cruci luxuriam*

Pſal 118.
Dei timore cohibetur concupiſcentia carnis.
D.Hier.
Crux Domini contra carnis laſciuiam.
D.Ambr.
D.Ambr.

rnam deſtruit carnis, ne cupiditates eius indomito feruo- re laſciuiant. Si ergò Dina & quælibet puella clauis huiuſmodi confixa fuerit, haud dubie nec in publicum vagari, nec verò etiam extra domum paternam poterit pedem mouere. Monet igitur idem Ambroſ. *Confige ergo clauis, & deſtrue fomenta peccati, moriatur in carne tua omnis illecebra delectorum; libertatem vagandi cupiditas voluptatum Cruci affixa non habeat.* ſerm. 16. in Pſalm. 118.

Puella crucem Domini amplexata continet ſe.

D. Ambroſ.

24. Non clauos, ſed ſagittas, quibus caro transfigatur, intelligit S. Bernard. ſic enim diſſerit. *Prudenter ſagittari, & impugnari ſalubriter poſtulat ſanctus cùm dicit. Confige timore tuo carnes meas.* Pſalm. 118. *Optima timor iſte ſagitta, qui cōfigit, & interficit carnis deſideria, vt ſpiritus ſaluus ſit.* ſerm. 14. in Cant. Vbi etiam adducit ad iſtam carnis caſtigationem illud, quod idem Propheta de ſeipſo commemorat: *Sagitta tua infixa ſunt mihi; quoniam non eſt ſanitas in carne mea.* Pſalm. 37. *Infirmatur ſcilicet caro, vt ſpiritus roboretur: quod Apoſtolus conteſtatur; cum infirmor, tunc potens ſum.* 2. Cor. 12. *Imo ipſemet Dominus ait: Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.* Matth. 26. *Quæ omnia expendens idem Bernard. hæc adiungit: Vides, quia carnis infirmitas robur ſpiritus augeat, & ſubminiſtret vires? Ita è contrario noueris carnis fortitudinem ſpiritus debilitatem operari. Et quid mirum, ſi hoſte debilitato, in fortior efficeris?* ſerm. indicato.

D. Bern.

Pſal. 118.

Timoris ſagitta carnē transfigit, ac perimit.

Pſal. 37.

2 Cor. 12.

Carne infirma firmior fit anima.

25. Denique animaduertere oportet, de duobus hic agi timoribus: Vno filiali, altero ſeruili; atque illo configi carnes; eò quòd ab iſto corripitur, & expalleſcit. Et quidem iſte pœnarum timor, veluti pædagogus ad caſtum timorem ducit, vti aduertit S. Auguſt. Declarat igitur, *confige timore, &c. Hoc eſt, timore tuo caſto, qui permanet in ſeculum ſeculi, carnalia mea deſideria comprimantur: à iudiciis enim tuis timui, cùm mihi lex minaretur pœnam. Quo enim potius configi carnes Propheta: timor eſt ille, qui à charitate procedit, quem filia erga parentes, nupta erga ſponſos debent obſeruare. Nam qui ſolius eſt pœnarum timor, minus eſt laudabilis. Eſt enim* (inquit S. Auguſt.) *iſte timor, quo timetur pœna, ſeruilis; quia carnalis; & ideò non configit carnem; viuit enim peccandi voluntas, quæ tunc apparet in opere, quando ſperatur impunitas.* Igitur ſanctos, & filialis timor crucifigit carnes, mortem affert, vt ne voluntas quidem, & carnis conſentiat illecebris, & contra Dei legem inſurgat. Qui verò timor eſt ſolius pœnæ cohibet aliquantulum, ſed non interficit, voluntatem peccandi non extinguit. Adiungit enim idem Auguſt. *Cùm verò pœna creditur ſecutura, latenter viuit, viuit tamen. Mallet enim licere; & dolet non licere, quod lex vetat: quia non ſpiritaliter delectatur eius bono, ſed carnaliter malum metuit, quod minatur.* Hæc Auguſt.

D. Auguſt.

S. Auguſt.

Timor filialis animam continet, ſeruilisque putam.

D. Auguſt.

Timor ſeruilis minoris laudis.

26. Et quidem hic timor pœnarum ita diminutus, intelligi debet cùm ſolas huius vitæ pœnas reformidat; ſic enim imperfectus eſt, & cum eo ſimul ineſſe videtur peccandi voluntas, quæ ſtatim vbi deeſt pœna, erumpit in opus. Contrà verò timor diuini iudicij, mortis, & inferni ſanctus, & perfectus eſt, & ad pœnitentiam dux, ad caſtitatem pædagogus, ad conuerſionem peccatoris non modò perutilis, & ſalutaris, ſed frequentiſſimus eſſe ſolet impulſor, ac ductor; de iſto igitur loquitur Propheta: *à iudiciis enim tuis timui.* hoc eſt, à decretis tuis, quibus comminaris te perditurum impios, ab æternis ſuppliciis, quibus in gehenna excruciantur, qui ab hac vita tranſgreſſores tuæ legis ſine finali pœnitentia diſceſſerunt. *Bona ſagitta timor iſte* (vti vocat S. Bernard.) *quâ nimirum confixi peccatores ad fontem aquæ viuæ*, hoc eſt, ad ſalutare confeſſionis ſacramentum, velut cerui venabulo transfixi, exhauſtique ſanguine, ac ſitibundi occurrunt. Egregiè timor iſte, ac potenter cupiditates animi compeſcit. *Et quia corpus* (inquit S. Baſil.) *aduerſus animam inſurgit, membra illius timore iſto configuntur, quo peccato mortua anima ductus obſequuntur.* in ſcholiis Pſalm. Vterque autem timor Dinæ, & cuilibet eiuſdem ſexus, ætatiſque adeò neceſſarius eſt, vt ab iſto puellaris pudicitia, & honor muliebris pendere, cuſtodiriſque videatur. Non timet puella? periclitabitur miſera, peribit infelix. Nihil illi perniciosius, quàm audacia, & vana ſui confidentia. Quid quod virginum Virgo, decus, & ornamentum fœminarum ab Angelo ſalutata ſuo in penetrali, cùm eſſet gratia plena, & vera Dei mater illicò futura; timuit tamen: quod admirans Angelus dixit. *Ne timeas Maria*, quin tu ô bone Angele cum plenitudine iſta, quam prædicas gratiæ in Maria, non poteras timorem non inuenire. Iccircò timet, quia eſt gratiâ plena. Nec enim timet quis arcæ, quæ vacua eſt; patet omnibus aperta domus ſine vllius timore vbi nihil aſſeruatur, quod fures inuitet. *Et cantabit vacuus coram latrone viator.* Contrà verò vbi theſaurus, ibi timor Intrat hunc noſtrum Oliſiponis portum nauis Indica Eois onuſta mercibus, auro, margaritis: ergo occurrunt Regij miniſtri, diſponuntur cuſtodes, vigilant die, noctéque excubiæ, omnibus deinde interdicitur acceſſus. Quorſum tantus hic timor? ſeruantur ibi Orientis opes, Luſitaniæ theſauri.

Timor Dei etiam pœnarū vtilis, & ad gratiam dux.

Pſal. 118.

D. Bern.

D. Baſil.

Puella valde neceſſarius timor.

Luc. 1.

B. Maria timet quia gratia plena.

Vbi opes, ibi timor.

27. Timet Virginum Virgo, quia plena Deo, gratiarum abyſſus, *Nauis inſtitoris de longè portans panem vitæ*; ſcilicet ab omni æternitate in matrem Dei ab ipſo electa. Verùm non timuit quod viderit Angelum, quippe cum ab ipſa infantia videre, audire, alloqui Angelos aſſueuerit. Imò (vt ſcribit S. German. Archiepiſ. Conſtant.) *cùm Virgo ſanctiſſima trium eſſet annorum manſit in templo ambroſiam nutrimentum per Angelum accipiens vſque ad ſecundam ætatem.* de præſent. Virg. Multò minus crediderim ideò timuiſſe, quia viderit Angelum ſpecie adoleſcentis apparentem: non timuit enim, nec cogitauit niſi qualis eſſet iſta ſalutatio. Suſpicata enim eſt Beatiſſima Virgo ex ſalutationis verbis aliquid ad prolem, & generationem ſpectans, iccircò virginitati ſuæ timuit, ac nondum de re iſta certior facta, diligenter, ac prudenter cogitabat quonam tenderet ſalutatio, an ſcilicet, fieret ad annunciandam prolem, quæ diſpendium virginitatis afferret: Quo quidem timore docuit virgines, quæ præſertim ſuum Deo ſponſo conſecrarent pudorem, quàm ſolicitæ, quàm vigilantes, omniáque, vel tuta metuentes, ſuam debeant cuſtodire, tueriſque pudicitiam; nullo pretio, nullius magnitudinis promiſſione, vel Angelis (ſi fieri poſſet) denuntiantibus, exponendam. Enimverò puriſſima Virgo Dei mater, (vt ſcribit S. Ioan. Damaſc.) *Virginitatem, puritatem, & pudicitiam humanè, & comiter exoſculatur. Lutum omne fugit, fœdiſſimæ fornicationis vitiis infeſta eſt.* orat. 2. de aſſumpt.

B. Maria non timuit quia vidit Angelum.

S. Germ.

B. Maria nutrita ab Angelis.

B. Maria timuit periculum pudoris.

Virgines timeri diſcāt à B. Maria.

S. Ioann. Damaſc.

B. Maria affectus erga pudic.

SECTIO VI.

Locutus eſt itaque Hemor ad eos: Sichem filij mei adhæſit anima filiæ veſtræ: date eam illi

O 4 *vxorem:*

vxorem: Et iungamus viciſsim connubia: filias veſtras tradite nobis, & filias noſtras accipite. Et habitate nobiſcum; terra in poteſtate veſtra eſt, exercete, negotiamini, & poſsidete eam. Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait: Inueniam gratiam coram vobis: & quæcunque ſtatueritis, dabo: Augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantùm date mihi puellam hanc vxorem.

1. IGitur Hemor, vt filij amoribus indulgeret, agit cum Iacob, & filiis de nuptiis cum Dina celebrandis. Atque vt illas faciliùs impetraret, & conciliaret ſponſu illorum animos, vt præberent aſſenſum, filij ſui exaggerauit amorem erga puellam: *Sichem* (inquiens) *filij mei adhæſit anima filiæ veſtræ.* Chald. habent, *Anima Sichem filij mei complacuit filiæ veſtræ.* L X X. vertunt: *Sichem filius meus elegit ex animo filiam veſtram.* Sed quid hoc eſt? an non in ea vrbe Sychimorum plures erant puellæ formâ, & ætate præſtantes, quæ animum oblectare, ac voluptatem explere principis poſſent? Erant planè. Cur ergò ſolam iſtam deperit? Solēt homines potiùs affici alienigenarum, quàm ſuarum conciuium, aut contribulium mulierum amore; vti legimus de Samſone qui Philiſtæarum, quàm Hebræarum nuptias ad ſuum exitium expetiuit. Ah quantò iſte Sichem felicior foret plebeius, & pauper, quàm nunc eſt diues, ac princeps? Malè ſiquidem extraneam concupiuit, & quia potuit, cupitam rapuit, raptâ potitur: ſi plebeius, ſi pauper, nec tale facinus auderet, poſſétque. Profectò ſi quantò ſit ſua felicior ſors intelligant inferioris notæ homines, Deo vtique gratias agerent: ſic enim multa nec poſſunt, nec audent improbè facere, quæ ſublimiore fortunâ, liberioréque licentiâ proculdubiò feciſſent. Stultè verò ſomniant ſi diuites forent, multa ſe bona, & ſancta facturos, cùm videlicet (vt quotidie videmus) mutentur cum ſtatu mores, voluntas cum fortuna: & cum diuitiis, atque honoribus vitia pariter creſcant. Maximè verò quia diuites, & potentes, cùm delicatiùs curent corpora, & ſibi nimium indulgeant, nec ſuas compeſcere ſoleant cupiditates; ardentiùs multò, atque impatientiùs ad explendam effrænati animi concupiſcentiam feruntur. Quæ quidem omnia in pauperculis ipſamet conditione miſerâ debilitatis, etiamſi voluntas non deeſſet, inueniri non ſolent, nec poſſunt. Sic princeps Amnon perditè, impatientérque ſororem Thamar adamauit; & pater vtriuſque Dauid alienam vxorem rapuit; Herodéſque, atque Herodias inceſtis ſeſe nuptiis magno cum gentium ſcandalo publicè copularunt.

Amore externarum potiùs afficiuntur viri.

Securior, ac felicior ſors plebeia gloriis.

Perieuloſa diuitum ſors.

Principum liberior ac turpior vita.

2. Ac de Hemor quidem, & Sichem illud non omittam dicere, quod ſuis ipſi nominibus præferunt, vt amborum impudentia, ſimul, & violentia meliùs dignoſcatur. *Enimvero nomen Sichem* (vt ſcribit Philo Hebræus) *interpretatur humero ſuppoſitio, & laborem ſignificat. Hemor autem aſinus dicitur, bruta natura, eſtque deditus imprudentia, alumnus temeritatis, impudentiaque.* lib. de migr. Abrah. ad finem. Quid ergò non audebit filius aſini, tam imprudentis, quàm impudentis, ingenij abiecti, brutæque naturæ Sichem, humeroſus, nimirum qui grauem peccatorum ſuſtineat, & ſecum iam miſer humero geſtet ſtruèm ipſam lignorum, cuius in Inferno ſuccenſæ arſurus eſt flammis ſempiternis. Qui etiam à brutali ſuâ petulantiâ non niſi virgâ & chamo ſoleat cohiberi. Scribitur enim: *Flagellum equo, & chamus aſino, & virga in dorſo imprudentium.* Prouerb. 26. Vbi D. Hieron. aut Beda. *Equus ſuperbum, aſinus luxurioſum figurat, & ideo neceſſe eſt, vt per diuinum flagellum elatio humilietur ſuperborum; & per infirmitatem carnis, velut per chamum cohibeatur voluntas lubricorum: vt qui ſponte conuerti nolunt, coacti flagellis conuertuntur a vitiis.* Ac bene quidem equus, & aſinus ſimul ponuntur, prius ille, hic deinde: nam ſuperbus, & luxurioſus; ſuperbia, & luxuria plurimùm aſſociantur; & ſuperbia diuino iudicio per carnis fœditatem humiliatur, & flagellatur. Quid ergò flagitiorum non patrabunt Hemor, & Sichem aſinus, & pullus aſini, ambo imprudentes, ambo impudentes? Deinde quid eâ Republica infelicius, vbi tales regnant? Quod nam ibi rectum fiet iudicium? Quo pacto ibi ſanctè (vt ratio poſtulat) adminiſtrabitur iuſtitia: defendetur ab improbis impugnata innocentia, & ſcelerum licentia cohibebitur, & vindicabitur, vbi brutæ pecudes dominantur.

Phil. Hebr. Imprudēs & impudens ſimul nihil non auſit.

A

Prou. 16. D. Hieron. Malos cohibet diuinum ſupplicium.

Superbus, & luxurioſus individui comites.

B

Homines moribus pecudes.

3. Pulchrè animaduertit idem Philo: *Dina iudicium interpretatur. Venit ergo in poteſtatem ærumnoſi laboris, inſidiatoris prudentia, qui ſceleſtus iudicium mentis violare & corrumpere auſus eſt.* Corrumpitur iudicium, ablegatur iuſtitia, regnat iniuſtitia, vbi Hemor præſidet, cui quidem non eſt intellectus ad diſcernendum, ſed tantùm cæcus eſt affectus; qui ſpretis legibus pro libidine iudicat. Audiant iudices, quid de ſeipſo dixerit ſummus, & integerrimus iudex viuorum, & mortuorum, & qualem iudicandi normam præſcripſerit. *Non poſſum* (ait Chriſtus Dominus) *ego a me facere quicquam; ſicut audio iudico, & iudicium meum iuſtum eſt, quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius, qui miſit me.* Ioan. 5. Mira quidem Domini ſententia. Deus homo iudex ab æterno Patre conſtitutus, & qui errare nullo modo poſſit, cuius voluntas etiam humana diuinæ vnita, & ſubiecta, & nonniſi ab ipſo verbo dirigi ſolita; nihilominùs ſolum iudicat iuxta regulam, legemque diuinæ voluntatis. *Nimirum, vt cognoſcamus homines* (inquit S. Ambroſ.) *in iudicando, quod non ex voluntate noſtra, & poteſtate, ſed ex æquitate debeamus formare ſententiam.* epiſtol. 2c. At reus, vel alios quiſque litigantium pertentat iudicis animum, conciliare ſibi nititur voluntatem, extorquere ab illo ſententiam. Quid ergò iudex? *Reſpondeat* (inquit idem Ambroſ.) *non poſſum à me facere quicquam; iuſtitia in iudicando non potentia eſt in iudicando. Ego non iudico, ſed facta tua de te iudicant. Leges te adiudicant, quas iudex non conuerto, ſed cuſtodio.* Dictum egregiè, miniſter legum eſt iudex, illis obtemperat, illarum iuſſa exequitur; non ſuæ inſeruit voluntati, nihil aliud in iudicando, quàm legem ipſam reſpicit; non affectu ducitur, non odio mouetur, non auaritiâ cōpellitur, non denique à ſua voluntate, ſed à legis autoritate regitur; nec legem immutat, nec ab illa tantulum recedit. Legem quippe tuetur, cuſtodit, ac ſeruat incorruptam.

C

Philo. Imprudē & iniquum iudicium

Ioan. 5. Mira quidē in Ch. iudicandi ratio.

D. Ambr.

D

Iudicandi ratio eſt ipſa lex & æquitas.

E

4. *Dicat igitur:* (concludit Ambroſ.) *ſecundùm quod audio, iudico; non ſecundùm quod volo; & ideo iudicium meum verum eſt, quia non voluntati indulgeo, ſed æquitati.* Quemadmodum ergò Chriſtus Dominus, etſi humanam haberet voluntatem, nihilominùs quia Deus homo erat ſecundùm Dei Verbi voluntatem iudicabat: ſic planè nouerit iudex, cùm ſit miniſter, tutórque legis,

S. Ambr. Iuſtu iudex non ſuam voluntatē ſed æquitatem reſpicit.

non

non iuxta propriæ voluntatis affectum, ſed ipſius legis præſcriptum ſeſe in iudicio cauſas definiturum æquiſſimè. Quòd ſi Deus homo ſuam quaſi exuit in iudicando humanam voluntatem, quis audeat pro voluntate ſuâ, imò & pro libidine, per fas, nefáſque iudicare? Cæterùm (vt etiam hoc præmittamus) iniuſtitias, & violentias hominum perditorum, & iniquorum non ſinit ſupremus ipſe iudex Deus etiam in hac vita diu abire impunitas. Quod Hemori, & Sichemo pudicitiæ plagiariis, ac tyrannis confeſtim accidit. Perempti ſcilicet, (vt mox videbimus) cum tota ciuitate funditùs euerſa perierunt. *Eſt profectò* (ait ad hunc locum Philo Hebræus) *ſeuera ſcelerum vltrix, & iniuriam patientium auxiliatrix iuſtitia, quæ fruſtratur illudentes virtuti, quibus peſſundatis in virgineam integritatem reſtituntur, quæ videbatur conſtuprata anima*. lib. de migrat. Abrahæ. Atque ex hoc loco videtur Philo affirmare Dinam ſtupro non conſenſiſſe, ac ſubinde reſtitando fuiſſe violatam, & tandem ex defectu voluntatis non peccaſſe. Sic enim concludit: *Videbatur*, inquam, *nunquam enim corrupta fuit: Nam vbi deeſt aſſenſio, nec qui patitur vere patitur, nec qui præter animi ſui ſententiam reus eſt patrati facinoris*.

Iniuſtitia nō diu impunita.

Phil. Hebr.

Dina ſtupro non aſſenſit.

5. Quæ opinio cùm pia ſit, & ob ſanctitatem Iacob, illiúſque familiæ admodum videatur probabilis, non eſt quòd à nobis reiiciatur. Quin verò etiam illa poſt ſtuprum triſtitia (triſtem enim deliniuit blanditiis corruptor) nō obſcurè ſignificat puellam violenter coactam, & omninò inuolnntario illo turpitudinis actu fuiſſe violatam; quod etiam illa præ ſe ferunt verba: *Sichem rapuit, & dormiuit cum illa, vt opprimens virginem*. Vide quàm multa innuunt actum illum inuoluntarium puellæ raptæ, víque oppreſſæ, demúmque triſtis? Quamobrem non ſic dehoneſtata, viliſque reddita, ex violento, & inuoluntario ſtupro viſa eſt, vt honeſtè poſtmodum nubere non potuerit. Nupſiſſe quippe tradunt Hebræi, quod mihi facilè perſuadent; cui verò difficilè. Philo enim ipſe ſcribit fuiſſe poſteà ſanctiſſimi Iobi vxorem, quæ ſcilicet, ad tentandam viri patientiam poſt totius familiæ ruinam relicta vna eſt. Idem Chald. Paraphr. ſcripſit, & probare videtur Genebr. in Chron. Addúntque Hebræi ex Dinæ, Iobíque coniugio natam fuiſſe pulcherrimam filiam, quam duxit vxorem Putiphar Ægyptius, de qua natam dicunt Aſener, quæ Ioſepho deinde nupſit, vt ſuo loco videbimus. At Rab. Sal. aliâ incedens viâ dicit, Dinam fratri ſuo Simeoni nupſiſſe. Cæterùm iure optimo eruditiſſimus noſter Pineda vocat hæc omnia merè anilia, & ſolita Hebræorum fabulamenta. Conſule doctorem ad cap. 2. Iob. verſ. 9.

Hebræorum ineptia circa Dinæ coniugium.

Pineda.

6. Vnum ad calcem huius argumenti adiiciam debuiſſe Iacob diligentiorem (vt pater erat) eſſe in cuſtodienda, curandáque filiæ puellæ, iámque nubilis, pudicitia. Sic enim illam domo egredi, multóque minùs ad infidelium ciuitatem, quo die magni concurſus, pompæque, ac feſta viſebantur, ſeſéque incautam, & grauibus expoſitam periculis conferre, patris vigilantia prohibere debuit. Parentum ergo incuria, & ſomnolentia plerumque (vt videmus, flemúſque) cauſa eſt ruinæ, ac perditionis filiarum. Patruus erat, non verò pater virginis Eſther Mardochæus, qui tamen (vti ſcribitur) *deambulabat quotidie ante veſtibulum domus, in qua electæ virgines ſeruabantur, curam agens ſalutis Eſther, & ſcire volēs, quid ei accideret*. Eſth. cap. 2. Quod etiam his verbis ſcribit Ioſephus: *Obuerſabatur Mardochæus quotidiè circa Regiam ſciſcitans de puella quomodo ſe haberet*. lib. 11. antiq. Vtique non modò de ſalute corporis, ſed potiùs etiam de ſalute animæ; bonis, & caſtis moribus Eſther ſolicitudo iſta Mardochæi deber intelligi; quare in aliis exemplaribus legitur: *ſciſcitans quomodo conuerſaretur*. Quòd ſi patruus ſic diligenter, ſolicitéque inuigilabat virtuti, ac ſaluti puellæ nepti ex fratre: quam quæſo curam, quam ſolicitudinem pro filiæ tuendâ honeſtate, ac modeſtiâ pater non collocabit?

Parentum cura de filiabus.
Eſth. 2.

Ioſeph.

7. Ac nullâ quidem ratione poteſt excuſari Hemor, tum quia pater, tum quia Rex in flagitiis filij Sichem. Profectò ſi debitam patris gereret curam, & filij diligenter ingenium, moréſque obſeruaret, non tam liberè, flagitioséque viueret filius; nec enim putandum eſt adoleſcentem hoc ſe vno, primóque facinore libidinoſum prodidiſſe. Sed (vti libertas eſt principum adoleſcentium) cum ſui ſimilibus laſciuis adoleſcentibus perditè conuerſatus fœminarum amoribus indulgere, multarúmque pudicitiæ violenter opprimendæ aſſueuerat. Nemo enim repentè fit ſummus. Meritò igitur diuina iuſtitia filiorum perditos mores magnâ ex parte ortos ab iniuria, & conniuentia patrum, diligenter ab iis exquiret, & ſeueris eorumdem ſuppliciis expiabit. Vetus ille, bonúſque pater Iſai, qui cùm filij maiores natu in caſtris regiis verſarentur, dixit ad minimum Dauid. *Curre in caſtra, & fratres tuos viſitabis, ſi rectè agant: & cum quibus ordinati ſunt, diſce*. 1. Reg. 17. Hebr. *gharubatham tiquath*. Vertunt aliqui, *pignus eorum capies*, ſeu *tolles*. Vertunt alij: *Commixtionem eorum*. Chald. *negotia eorum*. Vnus harum lectionum ſenſus: ſciret, videlicet quo in ordine, ſub quo vexillo militent, & quibus nam militibus aſſociati viuant: Luſitanè, *de que camarada*. Quibus cùm commilitonibus, ſociis, & amicis, probíſne, an improbis; modeſtíſne, an furibus, & nebulis agant, & conuerſentur; qualis enim amicorum, cum quibus familiariter agis conſuetudo eſt, talis & tua vita ſit neceſſe eſt; bonus igitur ſanctúſque pater Iſai, qui tam diligentem, egregiamque ſuorum liberorum curam habebat. At quis nam ſenſus illius lectionis? *Pignus eorum tolles?* iſte nimirum, quia milites, vel propter ludum, vel alias iuuentutis, & militiæ ineptias malè præſertim ſtipendio perſoluto, aut eodem valde tenui, vt vitam cum debita ſui ipſorum exiſtimatione ſuſtentent, plerumque datis pignoribus pecuniam ſibi comparant alienam: idcircò prouidus pater pecuniam filiis miſit, vt eâ creditoribus perſolutâ poſſent, quæ depoſuerant pignora, ſua redimere. Quo facto prudentiſſimus pater filiorum ſaluti, honori, ac virtuti conſultum eſſe voluit. Miſelli enim, ac pauperculi milites ſæpenumerò in latrocinia, & grauiora interdum flagitia compulſi magiſtrâ (vt vocant) facinorum neceſſitate prolabuntur.

Patris indulgentia filium perdit.

Filiorū delicta Deus à patribus exigit.

1. Reg. 17.

Videns pater quibuſcū filius agat.

Patris cura de filiorum honore ac fama.

Paupertas militum ad furandum incitat.

8. Porrò autem ſocordia, ſtupórque Hemoris, qui filij etſi perditi moribus vitam non curabat, digna fuit, quæ vtrique filio, ac patri extremam importauit calamitatem. Præter quam quod, vti Rex, Hemor continere debuit in officio ſubditos, maximè filios; & ius amicitiæ hoſpitalitatíſque inuiolatum exteris conſeruare, nec ſinere tentari, violentérque fœdari exterarum mulierum pudicitiam, & ſuórum flagitia abire impunita. Quorſum quæſo à mortalibus Rex creatur, niſi vt regnum regníque ciues in pace, iuſtitiâ, virtutéque ſecundùm legis præſcripta

Rex ignauus in caſtigandis delinquentibus.

ſcripta æquiſſimè, ac prudentiſſimè tueatur. Nam vbi non eſt Rex, quem boni vereantur, & mali timeant; qui probis faueat, improbos coërceat, puniatque; qui denique ſcelera impugnet, virtutémque propugnet: latè ſeſe diffundit vaga, & impunita vitiorum omnium libertas, & impudicitia. Vide obiecto quid Hebræis contigerit: legimus quippe: *In diebus illis non erat Rex in Iſrael: ſed vnuſquiſque, quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat.* Iud. 17. Ergò cùm omnia ſine Rege, conſequentérque ſine lege regerentur, ſed pro libito cuiuſque ſe, ſuáque regeret quiſque Hebræorum, immania flagitiorum monſtra paſſim oriebantur, vti fuerunt idololatria publica in Sais, ſpoliatio facultatum Michæ, ſtupratio, & contrucidatio vxoris Leuitæ, & mille alia, quæ in ſacris literis commemorantur. Cæterùm nomine Regis benè contendit Abulenſ. etiam intelligi debere iudicem, rectorémque. *Itaque tunc* (ait) *nullus erat rector, vel iudex potens punire delinquentes, & coercere reliquos ad bene agendum. Quod ſi aliquis fuiſſet illo tempore potens corrigere delinquentes, non auſus fuiſſet Alichas fabricare idolum, quia tamen nullus erat potens hoc facere; qui volebat facere idola, faciebat, & erat impunitus.* ad cap. 17. Iudic. quæſt. 13.

Regis ſocordiâ peris regnum.

Iud. 17.

Increſcunt flagitia, vbi non eſt timor iudicij.

Abul.

9. *Iungamus viciſſim connubia.*] Magnificam ſanè, ac verè Regiam liberalitatem ergà peregrinos illos exhibet Hemor, modò conſentiant in coniugium Dinæ celebrandum cum Principe Sichem. Vti nimirum nimis filio pater indulgens, amores illius, & concupiſcentiam fouere, tuerique omni ope contendit: Satis quidem in vtriuſque perniciem extremam. Ergò ad fœdera, ad mutua connubia, ad vnius, eiuſdémque Reipublicæ, ac ciuitatis communitatem inuitat. Offert latam quoquouerſum, atque ad vberes cuiuſcunque generis fructus reddendos fœcundiſſimam regionem, ac tellurem per omnes ſolitas actiones exercendi liberam facultatem, imò ius, ac dominium attribuit. Profectò aut illa regio non valdè cultoribus abundabat, aut illa Regis non tam prudens magnificentia, quàm profuſio ſatis prodiga videri poteſt hodie mortalibus, quorum ad auaritiam peranguſti ſunt immenſi latè patentium terrarum tractus; & qui pro vno telluris comparando, aut poſſidendo ceſpite (proh dedecus!) cùm nati ſint æternitati, atque immenſitati cœlorum poſſidendæ, ferro, igne, ſanguine inter ſe digladiantur. Anguſta planè tota eſt terræ vaſtitas immortali hominis animo, quẽ ſolius Dei conſpectus, gloriáque poſſit explere. *An non terra eſt* (vt eleganter expendit Plinius) *mundi punctus in vniuerſo? Et tamen hæc eſt* (inquit) *materia gloriæ noſtræ, hæc ſedes: hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuatur humanum genus, hic inſtauramus bella etiam ciuilia, mutuiſque cædibus laxiorem facimus terram.* lib. 2. de hiſtor. cap. 68.

Admiranda Regis magnificentia.

Hominum auaritiæ terra ſatis non eſt.

Plin.

Animo immortali terra eſt anguſta.

Plin.

10. Nullum quippe vel magni reges, ac principes, vel etiam Reſpub. regna, genteſque bellum ſuſcipiunt, geruntque niſi pro terra, vel de nouo acquirenda, vel pacificè conſeruanda. *Et vt publicos* (adiungit) *gentium furores tranſeam: hæc in qua conterminos pellimus, furtóque vicini ceſpitem noſtro ſolo affodimus, vt qui latiſſimè rura metatus fuerit, vltráque fines exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat? vel cùm ad menſuram auaritiæ ſuæ propagauerit, quam tandem portionem eius defunctus obtineat?* Hæc Plinius. O extremam hominis dementiam? Cuius animum, dum viuit, inexplebili auaritiâ æſtuantem, nec omnes gentium in vnum congeſtæ diuitiæ ſatiant, nec diffuſi terrarum termini capiunt, mortuum tandem corpus parua contectum ſindone peranguſta continet fouea ſepultum. *Quid ergo in hoc mundo* (inquit S. Ambroſ.) *proſunt diuitiarum ſuperflua, cùm in iis & nulla adiumenta naſcendi ſint, nec impedimenta moriendi? Nam & ſine tegumento naſcimur in hoc mundo, ſine viatico diſcedimus, ſine hæreditate ſepelimur.* epiſtul. 44. Verum enim verò Rex Hemor ſic perditè filio perdito indulget, ſic eius tuetur, fouetque intemperantiam, vt neque ſumptibus ærarij, nec regio patrimonio peregrinis hominibus diſpertiendo, nec vllis, quæ ſeſe offerent perrumpendis etiam nouarum ac difficilium conditionum obſtaculis deterreatur, modò filius pacificè concupitis amoribus potiatur. Atque humani quoque ingenij ad magnarum opum cupiditatem proclinis benè conſcius, Iacobi liberorúmque animos agrorum latifundiis, colendæque ad libitum telluris iure, ac dominio pertentat. Quin & perditus ipſe adoleſcens inter blanditias, quibus puellam triſtem deliniuit, & Reginæ potentiam, & gloriam cum omnium bonorum affluentia, denique montes aureos pollicebatur, cuiuſmodi blanditiis leuiculas, & credulas puellas mendaciſſimi, ac turpiſſimi permulcere, atque ad ſuæ libidinis aſſenſum pertrahere ſolent amatores. Eſt quidem vera, comprobatáque ſatis illa S. Ambroſ. ſententia. *Prima caſtitatis victoria eſt facultatum cupiditates vincere, quia lucri ſtudium tentamentum pudoris eſt.* epiſt. 31. Fouetur maximè, nutritúrque libido facultatibus; deliciæque, ac diuitiæ grandes mutuo inter ſe præſtant operas; Atque adeò vtriuſque mali quadam velut coniuratione factà, non ciuitates modò, ſed etiam opulenta gentium regna, Reſpub. & florentiſſima imperia omninò perierunt. Nam omnium maximum, & potentiſſimum Romanorum tunc demum extinctum eſt, cùm *ſcilicet, diuitiæ auaritiam, & abundantes voluptates deſiderium per luxum, atque libidinem pereundi, perdendíque omnia innexere*, vti ſcribit Liuius lib. 1. decad. 1.

Tantula portio telluris demortuum auarū contegit.

D. Ambr.

Diuitiæ nec ortum iuuant, nec impediunt obitum

Magna cupiditatis ſatis.

Promiſſis expugnatur puella.

D. Ambr.

Opibus nutritur libido.

Diuitiæ de ciu regna per

Liuius.

11. Ad ſanciendа, ſanctéque ſeruanda in poſterum pacis fœdera, ſtabiliendamque, & inuiolabili concordiâ retinendam amicitiam proponit Rex Chananæus mutua vt iungantur connubia. Hoc enim coniugiorum nexu mirandum in modum ſolent apud omnes gentes conſtitui, & conſeruari pacis, amicitiæque iura. Infenſi olim Romanis, cùm cœpiſſent iſti paulatim accreſcere, adeò fuerant vicini populi, vt poſtulationem eorum de connubiis Sabinarum puellarum ægrè admodum ſuſciperent, filiáſque ſuas dare iuuentuti Romanæ in matrimonium prorſus negarẽt. Cæterùm cùm Romani fraude, víque rapuiſſent Sabinas, earúmque partes conſpiratione factâ ex finitimis gentibus cruento vtrimque Marte cum raptoribus intra vrbis mœnia dimicaſſent; tum Sabinæ mulieres crinibus paſſis, ſciſſaque veſte, victo malis muliebri pauore, auſæ ſe inter tela volantia inferre, ex tranſuerſo impetu facto, dirimere infeſtas acies, dirimere iras: hinc patres, hinc viros orantes, ne ſe ſanguine nefando ſoceri, generique reſpergerent: ne parricidio macularent partus ſuos, nepotum illi, liberûm hi progeniem, melius ſeipſas perituras; quàm ſine alteris illorum mutuò decertantium viduæ, aut orbę viuerent. Igitur poſitis vtrinque armis, ad fœdus faciendum duces prodeunt, nec pacem modò, ſed ciuitatem vnam ex duabus faciunt, regnum conſociant,

Pacis fœdera per connubia ineuntur.

Raptus Sabinarum Romanis.

ſociant, imperium omne conferunt Romam. lege Tit. Liu. lib. 1. decad. 1. Itaque connubiis etſi per fraudem, iniuriiſmque factis duo illi populi animis, armiſque priùs hoſtiliter inuicem auerſi, in vnam denique Rempub. ac ciuitatem coaluerunt. Vtrorumque ſcilicet coniugum, vtrique parentes, cognatiique mirum in modum connectuntur, maximè verò liberorum in huiuſmodi coniugiis ſubnaſcentium dulci quodam ac pretioſo vinculo vtrinque omnium animi copulantur.

Liu. lib. 1. dec. 1.

Proles animos multorum ſociat.

12. Enimverò etſi mulieres Sabinæ inter arma patrum, & virorum obuerſatæ, ſparſo crine, miſerúmque eiulantes multum ad inflectendos bellantium animos, dirimendaſque demum acies valuerint; planè infantulis, quos miſeræ præliantibus oſtentabant, crediderim aut æque, aut magis hanc vtriuſque illius exercitus pacem adſcribendam fore, quod Poeta ſic eleganter cecinit.

Iam ſteterant acies ferro, mortique paratæ,
Iam lituus pugnæ ſigna daturus erat:
Cum raptæ veniunt inter patréſque, viróſque,
Inque ſinu natos pignora cara tenent.
Vt medium campi ſciſſis tetigere capillis,
In terram poſito procubuere genu.
Et quaſi ſentirent blando clamore nepotes
Tendebant ad auos brachia parua ſuos.
Tela viris, animíque cadunt: gladiiſque remotis,
Dant ſoceri generis, accipiúntque manus,
Laudatáſque tenent natas, ſcutóque nepotem
Fert auus, hic ſcuti dulcior vſus erat.

Hæc Ouid. 3. Faſtor. Multa huius generis ſcribunt de hac eadem hiſtoria Plutarch. Dionyſ. & paſſim alij. Itaque certum, & longà experientià ſatis comprobatum eſt cuiuſque ſtatus, & conditionis homines, atque adeò viros principes, regnáque, in quibus diſcordiæ vſque ad internecionem, bellaque exitialia, diu, multúmque exarſerunt, per connubia vtrinque celebrata in concordiam, pacíſque fœdera tandem conueniſſe.

Ouid.

13. Hac ratione multos per annos continuata inter Luſitanos & Caſtellanos bella datis vtrinque regiis in matrimonium filiis quieuerunt; ac tandem omnia Hiſpaniæ regna beneficio coniugali vnam in monarchiam noſtrà ætate conuenerunt. Quid quod potentiſſima, & clariſſima in orbe terrarũ Hiſpaniæ, Galliæque regna, quorum mutua æmulatio non minùs exarſit bellis, quàm Roma, & Carthago quondam bellorum incendiis efferbuerunt, hoc tandem tempore mutuis regiæ ſtirpis factis connubiis in Chriſtianam, ac fraternam concordiam redierunt? Quod ſi olim habuit hanc vim ad ſopiendas ſimultates, ad extinguenda odia, ad finienda bella, ad conciliandos, vinciendoſque in concordiam animos, ad ſtabilienda fœdera, confirmandamque principum, & regnorum, & gentium pacem; nunc vel maximam habet ſanctum matrimonium poſt Dei aduentum in terras. *Sacramentum enim* (inquit Apoſtolus) *hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia.* ad Epheſ. 5. Excellentiſſima enim coniunctio præfigurata in viri, mulieríſque coniugio facta eſt per incarnationis myſterium inter Verbum Dei, & humanam naturam diuinæ hypoſtaſi admiſtam. Deinde inter Deum hominem Chriſtum IESVM, atque Eccleſiam, hoc eſt, fidelium congregationem. Deſponſauit enim ſibi Deus homo Eccleſiam ex gentibus maximè congregatam fidei puritate virginem (vti vocat Apoſtol. 2. Corint. 11.) ac pulchram ſine macula, rugáque Dei ſui ſponſi

Galli Hiſpanique per connubia confœderati

ad Epheſ. 5. *Sanctum, in Eccleſia matrimonium.*

Incarnatio Verbi per matrimonium repræſentata.

2. Cor. 11.

A ſanguine ſplendentem. Nam Synagogam vti perfidam, adulteram, & ex oue factam leænam in ſylua Hieroſolymæ aduerſus Deum Regem, ſponſumque nefariè admodum, crudeliterque clamantem, Crucifige, Crucifige, Deus homo à ſe, ſuaque gratia repulit. Sic enim ipſemet conteſtatur: *Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in ſylua; dedit contra me vocem, ideo odiui eam.* Hierem. 12.

Synagoga ſpreta.

Hierem. 12.

14. Quatuor memorauit ad Deum hominem pertinentia Salomon myſteria, quæ difficillima cognitu viro mortalium ſapientiſſimo videbantur. *Tria* (inquit) *ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in cælo; viam colubri ſuper petram: viam nauis in medio mari; & viam viri*
B *in adoleſcentia.* Prouerb. 30. Sunt autem (vt communis habet explicatio) Chriſti Domini Aſcenſio, Reſſurrectio, Vita; & Incarnatio, ſiue Natiuitas ex Virgine matre. Deinde his quatuor penè inſcrutabilibus ſapientiſſimo viro myſteriis aliud ipſemet pari ſanè difficultate adiungit. *Talis* (inquit) *eſt, & via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuum dicit: Non ſum operata malum.* Prouerb. 30. Quod quidem arcanum Galatin. ita euoluit. *Hæc adultera eſt ſynagoga Iudaica, quæ comedit panem mendacij, de quo* Prouerb. 20. *Igitur poſt illa myſteria Salomon huius adulteræ ingratitudinem, impietatem, perfidiámque admiratur, quæ erubeſcere neſcit, quaſi nihil ſit operata mali repellendo, & occidendo Meſſiam.* lib. 7. cap. 15. ſed miſſa nunc à no-
C bis, quæ iam pridem dimiſſa meritò eſt ab ipſo Deo homine ſponſo fidelium animarum quàm poſſumus clementiſſimo Deo maximas habeamus gratias, quòd *cùm inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo* per incarnationem filij ſui, qui conſors factus noſtræ naturæ fecit nos ſuæ diuinitatis conſortes, cohæredes diuinæ gloriæ, ex inimicis amicos, ex ſeruis filios Dei. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Ioan. 3. Benè ad hunc locum S. Chryſoſt. *Immenſam* (inquit) *hæc amoris ſignificant vehementiam. Nemo vnquam pro filio tantam præ ſe tulit caritatem quantam pro ſeruis, & ingratis ſeruis Deus.* hom. 26. in Ioan.

Prou. 30.

Galat. *Synagoga perfida & impudentia.*

Infinitus Dei amor per incarnationem oſtenditur.

Ioan 3. D. Chryſ.

D 15. Propitiatus eſt hominibus, quibus iure optimo iratus erat, Deus cæli, cùm vidit filium ſuum in terra hominem factum inter homines naſci. Enimverò ſi mulieres Sabinæ infantulos in ſinu geſtantes, armatorum hinc patrum, inde maritorum acies dirimere, atque vtroſque in gratiam conciliare, in complexúſque mutuos inducere potuerunt; quis quæſo, vel animo comprehendere, vel linguà dicere, vel ſtylo poterit explicare, quæ tanta illis fuerit, admirandáque virtus Virginis beatiſſimæ, cùm Deum hominem ex ſuis puriſſimis recèns natum viſceribus infantem mediatrix illa Dei atque hominum in ſinu præferebat, ad propitiandum Deum iratum, & ad conciliandos, ſubiiciendóſque Deo homines?
E Idcircò feliciſſimâ illâ nocte cælituum chori decantabant: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus.* Luc. 2. *Hæc autem pax* (optimè animaduertit S. Cyril.) *per Chriſtum facta eſt. Reconciliauit enim nos per ſe Deo Patri, culpam hoſtilem de medio auferens, duos populos in vnum hominem pacificauit: ac cælicolas, ac terrenos in vnum gregem compoſuit.* Profectò ſi vt Sabinæ matres non decertantibus interueniſſent, filiolóſque in brachiis non illis oſtentaſſent, proculdubiò non vtrorumque mitigatis animis auream pacẽ, & fraternam caritatem

B. Maria puerũ IESVM præferens Deũ hominibus conciliauit.

Luc. 2. S. Cyril.

caritatem, illis attuliſſent. Sic planè certum eſt inter Deum, hominéſque ſempiternum futurum fuiſſe diſſidium, ſi Virgo mater Deum hominem non peperiſſet; ſi Deus Pater in Virginis ſinu Verbum ſuum carnem factum non vidiſſet. *O igitur* (exclamat S. Ioan. Damaſc.) *Virgo ſanctis ſanctior, ſacris ſacratior, piiſque pietate præſtantior! O benedictionis fons, ac bonorum omnium ſcaturigo! O diuinus, & vitam ferens theſaurus! Ex te vita vuam colligimus: ex te immortalitatis germen excerpimus.* orat. 2. de aſſump.

B. Maria nobis omnium bonorum fons. S. Ioann. Damaſc.

16. *Sed & Sichem.*] Patris ſermonem excipit, & continuat filius; quippe cuius illud negotium magis intererat. Annuite (inquit) o tu bone ſenex, bonique adoleſcentes precibus meis. Statuite quæcunque placuerint, cuncta promptus efficiam, videlicet, tam in compenſationem iniuriæ, quàm in donationem propter nuptias. Violaui puellam, fateor ingenuè; ſed amoris crimen fuit, quod facilem apud homines mereatur veniam. Iniurius fui, & patri, & filiæ, & fratribus: ſcio equidem, ſed hæc tamen iniuria poteſt, ac ſolet reſarciri. Si ſponſo, ſi viro in ſanctum coniugium dato ſanari debet hæc violatio: id ipſum cupio, id ipſum efflagito ſupplex. Si donis, ſi pecunia compenſatur iniuria: regios patris theſauros excipite. Ac licèt ſponſæ ſit (vt gentium mos habet) dotem ſponſo dare; non tamen raptæ eſt: dotabo illam de meo libens, ac lætus. Cedet hoc quidem in magnum puellæ commodum: quippe dotis proprietas illi acquiretur ſoluto (quod omen Deus auertat) coniugio manſura. Cedet etiam in patris, & filiorum vtilitatem; nec enim ille filiam dotabit, iſtis verò plenior hæreditas paterna deueniet, grandiúſque luctum ſingulis accreſcet. Ad hæc ſponſæ fratribus non quælibet (vt moris eſt) ſed ampliſſima verè regia, digna ſponſo principe dabo equidem munera modò puellam licitè, ac pacificè, veſtro cum applauſu, gaudióque, habeam vxorem. Hæc princeps Chananæus. Diceres felicem illum patrem, felices filios, cùm indotatam filiam, & ſororem ampliſſimo Principi locarent: quo ex coniugio ipſorum opes multum augeſcerent. Quod quidem hodie cùm parentes puellarum forte aſſequuntur, indicant ſe fortunatiſſimos. Hæ verò virgines, quæ ita velut coëmptæ nubunt, à Græcis vocantur alpheſibϖæ, *ἀλφεσίβοιαι*, eò quòd propter formæ decus facilè ſponſos inueniant, vltróque illis in dotem boues adducant. Nam *alpheo* Græcè, *ἀλφέω*, *inuenio*, *boos* *βοὸς* *bos*, *vacca* dicitur. Eſt igitur alpheſibϖæ epithetum virginum, vt quæ propter honeſtam formam, famámque accipere ſolebant à ſponſis munera boues, qui magno in pretio apud veteres habebantur.

Adoleſcentis mirus ardor in coniugium.

Puella ob ſolam formam nupta.

17. Grata quidem oculis, dulcíſque animo viri pulchritudo eſt, quam ducit, mulieris; & quæ ſola pro dote ſæpenumerò accipitur. Ea tamen (vt plerumque videmus) vanitatis plena ſuſpicionem laſciuiæ non effugit. Hinc illud S. Chryſ. *Multi mulieris pulchritudinem admirabantur. Sed quid tum? Nam ſi pudica ſit, vix malam effugiet ſuſpicionem.* homil. 12. in 1. ad Corint. Eſt quidem bonum naturæ donum, gratum humani corporis ornamentum; at iccircò fœdari non debet vitiis turpitudinum. Quo in argumento ſic eleganter diſſerit S. Chryſ. *Deus vt peritus artifex, vel ex vili, & nullius pretij materia fecit ingentem orem pulchritudinem, non vt fornicaris, ſed vt ſuam tibi oſtenderet ſapientiam.* Laudanda igitur eſt Creatoris ſapientia, qui luteo corpori tam miram indidit oculorum gratiam, oris venuſtatem, coloris nitorem, elegantem compoſitionem membrorum: non iis verò ad cœnoſas voluptates cum iniuria Creatoris, cum dedecore formoſi corporis abutendū. *Enim vero ſi quis* (adiungit Chryſ.) *auream alicuius ſtatuam, & regiam imaginem cœno, & aliis eiuſmod fœdauerit, nónne vltimum luet ſupplicium? Ergo qui Dei pulchrum opus tanta affecit ignominia, quid tandem patietur?* Eſt quidem corporis pulchritudo quædam velut imago diuinæ pulchritudinis, atque ob eam rationem & æſtimanda & veneranda potiſſimum eſt, non verò in turpes vſus abiicienda. Quare optimè concludit: *Is ergo qui tam pulchrum opus fecit, eſt adorandus, non contumelia afficiendus.* in Pſalm. 43. Sed nihilominùs inſaniunt corporum amatores ipſa pulchritudine dementati: Nam pro illa tandem potiunda, quid non moliuntur, quid non pollicentur, quid non largiuntur? Rectè ac feliciter ſe acturos exiſtimant, ſi pro hac vna cauſa effundant patrimonium, fœnore trucidentur, ſuas ſpolient domos, euertant familias, vitæ, famæque extremū adeant diſcrimen: incurrant in alterius domum, atque famam, probrum caſtis, labem integris, infamiam bonis inferant, aduerſantes cupiditati ſuæ interimant, inter ſint inſidiis, inſidientur; cœlum, terramque peruertant.

Bonū à Deo pulchritudo vitiis fœdari non debet. D. Chryſ. S. Chryſ. D. Chryſ.

Deus artifex ob pulchritudinē laudandus.

Inſanus ardor ... erga pulchritudinem fœminæ.

18. Eſt enim libido carnis (vti appellatur à Iobo) *ignis vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.* Iob. 31. *Quantumuis* (exponit S. Gregor.) *reatus luxuriæ, non ſolum vſque ad iniquitatem maculat, ſed vſque ad perditionem vorat. Et quia quamlibet alia fuerint bona opera, ſi luxuriæ ſcelus non abluitur, immenſitate huius criminis obruuntur.* Sic perdit, ſic vorat reliqua (ſi adeſſent) bona vel naturæ, vel moris vna ipſa flamma libidinis. *Ignis eſt eradicans genimina*, *quia* (adiungit S. Gregor.) *ſunt animæ operationes bonæ: Cùm tamen ſi peruerſo ordine caro dominatur, igne luxuriæ omnia bene prolata concremantur.* lib. 21. moral. cap. 9. Venus eſt vrens prata, nemora, ſegetes. Raróque videas florentem virtute vlla è moralibus animam quæ libidinis exardeſcit incendio. Quòd ſi vlla fortè apparet, turpitudinis aſperſa fuligine, paruā aut fere nullam apud homines commendationē adipiſcitur. Eia (inquit princeps) quicquid ſtatueritis, præſtabo actutùm, efficiam libenter, augebo dotem puellæ ſponſus, quantam dixeritis; elargiar dam patri, & fratribus ſponſæ, munera planè regia; modò hanc vnam à vobis impetrem gratiam, vt Dinæ, quam deperco, nuptiis mihi liceat potiri. O vere cæcum amorem! ô infelicem hominem, qui cæco duce inductus puellam in ſui extremam perniciem, ac ſuorum, & vidit, & amauit, & dehoneſtauit! Sola eſt, quæ ardorem iſtum extinguit Dei gratia, quam puriſſima illius mater Virgo cum cæteris diuinæ bonitatis ampliſſimis donis à filio ſuo impetrat iis maximè, à quibus officioſiſſimè colitur. Hinc illud optimè ſcriptum eſt à pio viro, qui ſibi præ humilitate nomen Idiotæ indidit: *Beatiſſima Virgo Dei mater donis ſpiritualibus ditat copioſiſſimè ſeruientes ſibi, & potentiſſimè protegit eos à triplice aduerſario, mundo, carne, & diabolo: quia ſalus noſtra in manu illius eſt. Poſt filium ſuum Domina eſt vniuerſa creatura; & in futuro ſæculo glorificabit ſeruientes ſibi, ſi eam honorificauerint in præſenti.* lib. de contempl. Virg. in Prologo. Prædicamus, inquam, ô digniſſima Dei mater, prædicamus planè, laudantéſque miramur tuam poſt filium tuum in mundo incomparabilem dignitatem tuæ pietati, tuóque obſequio libentiſſi

Iob. 31. D. Greg. *Ex naturæ flamma libidinis.*

Luxuriæ mes infamia.

Cæcus ... pue... peri...

Idiot. *Miris à B. Maria ... ſerui donis ditantur.*

libentiſſimè animorum vota, vitæ ſtudia, ſtudiorum officia, debitos venerationum ritus ſerui obſequentiſſimi dedicamus.

SECTIO VII.

Reſponderunt filij Iacob Sichem & patri eius in dolo, ſæuientes ob ſtuprum ſororis: Non poſſumus facere quod petitis, nec dare ſororem noſtram homini incircumciſo. quod illicitum & nefarium eſt apud nos. Sed in hoc valebimus fœderari, ſi volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circumcidatur in vobis omne maſculini ſexus; Tunc dabimus & accipiemus mutuò filias veſtras ac noſtras: & habitabimus vobiſcum, erimúſque vnus populus: Si autem circumcidi nolueritis, tollemus filiam noſtram & recedemus.

1. PErmiſit filiis Iacob, vt quod ipſis videretur, Regi, ac principi Sichimitarum reſponderent. Illi capita contulerunt, ac tandem iniquiſſimum dolum meditati pietatem religionis crudelitati ſuæ, atque impietati prætexunt. Conditiones pacis, fœderis, amicitiæ, mutuique connubij libenter accepturos ſe promittunt, modò eadem vtrique populo ſit religio, cultúſque vnius Dei, quem circuncisio marium teſtabatur. Verùm non ſic Chananæos intendebant ad veri Dei cultum allicere, ſed circunciſos iam vulnerúmque doloribus ægros opprimere. Cuius doli haud dubiè fuit ignarus Iacob, vt mox videbitur. Grande malum, intolerandum facinus, cultu Dei, pietate religionis abuti ad flagitium, & ſpecioſo illo veluti laqueo irretire miſeros nouam religionem meditantes, & amplexantes ad necem, ad exitium. Dolo rem agere non hominis eſt, ſed feræ, ſed ſerpentis, ſed cacodæmonis. Deficiunt vires, abeſt animus, vbi ad fraudes, ad dolos confugitur. Cum imbecillitate dolus, fraus cum timiditate ſemper copulatur. Aperto vultu, martéque non audet, ſibi vtique diffidens Ioab Abnerem adoriri. Ergò pacem ſimulat, amorem prætexit, oſculum petit, ac porrigit, vt fraudulenter incautum pugione confodiat, quem periculi conſcium, diſtrictóque D ſtantem gladio, aut aggredi non auderet, aut reſiſtentem ſuſtinere non poſſet. Quid quod pacis, & amoris ſigno diſſidium, odiúmque inuolutum geſtare, ſub illóque velamine iſta demum incautis ingerere omnibus penè gentibus execrandũ cenſetur flagitium? Etiam ipſemet Deus homo, cuius eſt immenſa bonitas, infinita patientia, quam in grauiſſimis cruciatibus, atque ignominiis, tã conſtantem, firmamque præſtitit, vt priùs vita deficeret, quàm vel animus ad patiendum, vel in cruciatibus patientia frãgeretur. *Conſummatus enim* (inquit Apoſtolus) *factus eſt cauſa ſalutis.* ad Hebr. 5. *Conſummatus vtique* (occurrit S. Ambr.) *paſſionibus conſummatus ipſe.* epiſt. 82. Nimirum Chriſtus Dominus non ceſſit è vita, niſi vbi tormenta ceſſerunt, nec iſta ceſſerunt, niſi vbi vita defecit; ſed tamen iſtâ, & illis omninò finitis, patientia in anima ſuperſtes inuicta; fortiórque permanſit.

Prætextu religionis dolos intendere.

Dolus & fraus argunt infirmitatem.

2. Reg 3.

Odium ſub pacis ſigno grande flagitium.

ad Hebr. 5.
D. Ambr.
Mira Chriſti patiẽtia.

2. Vides hanc ſummè admirabilẽ Domini IESV patientiam? Cum illa tamen queritur de Iuda, non tam quia proditor eſt, quàm quia oſculator. Prodidit Iudas Dominum hoſtibus, patienter fert Dominus, tacet vt agnus; at quia ſigno amoris odium exprimit, ſub pace bellũ exerit proditor, id quidem indignũ conqueſtus ait: *Iuda oſculo filium hominis tradis?* Luc. 22. Quaſi pro pacis ſi- A gno tantùm indignetur, quod ille proditor in odium exprimendum detorqueat. Sed quid eſt Domine, quod oſculum tam infidum, tamque virulentum, odiíque plenũ non omnino reiicis? Pulchre S. Paulinus reſpondet. *Hoc quidem oſculũ Dominus non ideo ſuſcepit, vt pacem proditoris acciperet, ſed vt ſuam ab alienato reciperet.* epiſt. 2. ad Seuerũ. Pacẽ Dominus, & ſalutando frequenter diſcipulis, Iudæque ſimul impertierat, & eandẽ cum ipſomet licet aduerſario hucuſque conſeruarat, at nũc indignè ferens, & proditionem tandem completã & ſigno pacis male conteſtatam per illud oſculũ, quod libens accepit; ab inimico, manifeſtóque proditore ſuam, quam dederat pacem recipit, vt iã in omnem æternitatem cum tali hoſte bellum ſe B habere, odiúmq; exercere palàm conteſtetur. Nec enim infeliciſſimus iſte iuxtaque impiiſſimus mortalium partem vnquam in filio Dei Redemptore, ſeruatoréque hominum habiturus eſt. Iudæ iſtius fraudes, doliſque etiã nunc perſiſtunt: Vtinam eum ſuo illo laqueo lineo, aut ſparteo ſimul omnes fraudum laqueos ipſemet proditor ſuſpẽdiſſet, nec amplius in Iudaico populo, tot technas, tot fraudes, doloſque ab illo proditore velut hæreditarios vniuerſæ propemodum gentes experirentur. Non loquor de veris in Chriſto fidelibus ex hoc populo, in quibus cum vera Chriſti IESV fide multæ, magnæque virtutes ineſſe videntur. Loquor de iis, qui etiam nunc in ſuo illo Iudaiſmo miſeri, cœcique inſaniunt, palpant in meri- C die, ſolémque oderunt, quales inter Saracenos, Turcáſque ac per alias gentes, ſuæ infelicitatis, atque ignominiæ ſigno prænotati verſantur.

Indignatur Chriſtus ad oſculũ proditoris.
Luc. 22.

D. Paul.

Chriſtus à Iuda ſuam abſtulit pacem.

Iudæi fraudibus doliſque pleni.

Perfidi Iudæi per gentes laborant infamiã.

3. Loquor etiam vel maximè de iis, qui licèt in Eccleſia Chriſti, Baptiſmo inſigniti, ore tenus Chriſtiani cenſentur, huiuſque nominis velamine tectum in Chriſtum, Chriſtique legem animo geſtant odium ſimulque nefariam apoſtaſiã, quæ tamen vbi foràs erumpit, ac tandem deprehenditur in ſacroſancto Inquiſitorum iudicio, aut correcta expiatur, aut pertinax, & corrigi impatiens flammarum incendio deputatur. Hoc igitur genus hominum, qui aut latenter, aut euidenter Iudaiſmum profitentur, turpe eſt dicere, quàm fraudulentũ, quàm varium, quàm vafrum, quàm per- D fidum, quàm multis plenum fraudibus ſit; quot, quàmque varios ſtruat dolos, nocendíque artes, & calleat, & exerceat; vno tandem verbo plura colligam. Viuunt iſti mendacio, viuunt fallaciis, de quibus Deus ipſe teſtatur. *Filij alieni mentiti ſunt mihi.* Pſ. 17. Deo ſcilicet, cuius legem ſuſceperant obſeruandam infidi, mendacéſque extiterũt. Dein ipſum quem à patribus promiſſum expectabant venturum Meſſiam, vbi tandẽ aduenit multis ſæpè verborum fallaciis, etſi fruſtrà circunuẽtum, dolo tandem proditoris diſcipuli traditum in Cruce ſuſpenderunt. Quam gentis iſtius perfidiam Chriſto ipſo inſtruendam prædixit ſæpiùs Propheta: *Mentientur tibi inimici tui.* Pſal. 65. *Lingua ſua mentiti ſunt ei.* Pſal. 80. Bene S. Hier. *Iudæi* E *a Deo alienati, filij diaboli effecti, mentiti ſunt, quia in veritate non ſteterunt, ſicut & pater eorum diabolus,* in Pſal. 17. Quamobrem vere de illis Apoſtolus ſcribit. *Iudæi & Dominum occiderunt IESVM, & Prophetas, & nos perſecuti ſunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduerſantur.* 1. ad Theſſ. 2. Hinc optimè colligit S. Chryſ. *Iudæi orbis terræ communes ſunt inimici.* hom. 3. in dictam epiſt. Ex eo autem quod Iudæi, & Prophetas ſuos, & Dominum IESVM (vti Apoſtolus dicit) occiderunt rectè ſubintulit Theophylactus. *Quare planum eſt, quod Iudæi nihil agunt veluti æmulatores pro veritate, ſed*

Apoſtata in Iudaiſmo plem delit.

Pſal 17.

Iudæi Deo mendaces, Chriſto doloſi.
Pſal. 65.
Pſal 80.
D. Hier.

1 ad Theſſ. 2.
D Chryſ.
Iudæi communes gentium inimici.

Iudæi contra veritatē rabidi, inſaniq́ue.

contra veritatem petunt rabientes, & inſanientes. Vbi etiam vocat communes orbis terrarum hoſtes.

4. Inſignis plane proditorum iſtorum fraus, vt miſeris Chananæis religionem veri Dei, ritúmq; circunciſionis perſuadeant; circunciſóſque, ac velut iam auitæ infidelitatis pœnitentes contrucident. Rectè igitur colligit Procop. *Hoc enormius flagitium, & piaculum eſt, ſi pœnitētes odio, infeſtemur ad exemplum Leui, qui debacchatus eſt in Sichimitas, qui iam ſuſceperant teſſeram, vt eſſent ſub iiſdem ſacris, & religione cum Iſraëlitis, ſcilicet circunciſionem.*

Procop.

Quantò ſatiùs, ſanctiúſque foret cum circūciſione ſimul, & fidē veri Dei illis perſuadere, vt plures eſſent; qui Deum Iſraëlitarum venerarentur. Cæterùm hoc iſti populo ſemper vitiū velut innatum, vt vel propter inuidiam, vel propter odiū Dei ſui religionem aliis gentibus prædicari, & ab iiſdem acceptari, aut non paterentur, aut ſaltem non curarent. Quotus enim dic obſecro ex populo Iudaico, aut Propheta, aut Doctor ex patriæ terminis in vicinas vnquam gentes ad prædicandam fidem Dei, quem Iſraëlitæ colebant egreſſus fuiſſe legitur? Vnum ſcio Ionam è Iudæa miſſum à Domino: *Surge, & vade in Niniuem ciuitatē magnam, & prædica in ea.* qui tamen *ſurrexit vt fugeret a facie Domini.* cap. 1. Ion. Sed quorſum fugit, quorſum prædicationē iſtam Niniuitis detrectauit? *Fugiebat,* (inquit Gregor. Naz.) *quia Iſraëlis perſpiciebat calamitatem, gratiámque propheticam ad gentes migrare ſentiebat.* Apolog. 1. Inſederat nimirum Iſraëlitis ea non tam opinio probabilis, quā veritas ex diuinis oraculis ſæpiùs conteſtata, fore, vt aliquando gentibus ad verum Deum conuerſis Hebræorum Reſpub. cum ſua pariter religione protſus deficeret. *Timebat igitur Ionas* (qui aliorum ſimiliter metus erat) *ne conuerſis Niniuitis daretur gentium felicitatis principium, & Hebræorum calamitatis tempus adueniret.*

Veri Dei religioni gentibus inuident Iudæi.

Nullus Iudæorum prædicauit gentibus excepto Ionâ.

Ion. 1.

D. Greg. Naz.

Ionas futuram gētium conuerſionē preſciēs fugit.

5. *Scit ergo Propheta* (inquit S. Hier.) *ſancto ſibi Spiritu ſuggerente, quod pœnitentia gentium ruina ſit Iudæorum: ideircò amator patriæ ſuæ non tam inuidet Niniue, quam non vult perire populum ſuum.* Dein vel homo ſuæ gentis nimius amator, & alienæ ſalutis paruo, aut fere nullo zelo inductus dolet non ſe ad prædicandum Iſraëlitis, ſed Aſſyriis a Deo fuiſſe electum; quod S. Hier. vlteriùs oſtendit. *Præterea videns Ionas comprophetas ſuos mitti ad oues perditas domus Iſraël, dolet ſe ſolum electum, qui mitteretur ad Aſſyrios inimicos Iſraël, & ad ciuitatē hoſtium maximam, vbi idololatria, vbi ignoratio Dei.* Arduum fortaſſe opus prædicandi gentibus exhorrebat ratus eoſdem in idololatria obſtinatiùs diuinæ prædicationi reluctari debere: at Iſraëlitas veram Dei cognitionem habentes facilè conſenſuros; quod tamen longè aliter ceſſit. Nam ad vnius Ionæ vocem vniuerſa metropolis Aſſyriorum compulſa, & compuncta plane inauditam ſeculis egit pœnitētiam. At cùm Iſaias, Hieremias, Ezechiel, cóplureſque alij Prophetarum Heroes Iſraëlitis prædicaſſent, non modò nihil effecerūt, ſed ob ipſam diuinitùs miſſam prædicationē partim contumeliis acti, partim ablegati in exilium, partim etiam lapidati, ſecti, conciſi, contrucidati ſunt. *Quem enim Prophetarum non ſunt perſecuti patres veſtri? Et occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iuſti.* Actor. 7. dixit S. Stephanus. Hinc illa Domini tam indignatio, quàm querimonia: *Hieruſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te miſſi ſunt.* Luc. 13. Imò (quod ſummè admirandum eſt) ipſemet Deus homo multos per annos conuerſatus inter Iudæos, iiſdémque verbum Dei in maximis atque numero infinitis miraculis, & virtutibus prædicans, nihilominùs, & pauculos, eóſque pauperes, & piſcatores conuertit; & à populo tandem, ac principibus Iudæorum irriſus, conſputus, flagellatus, & Cruci affixus fuit. Nulla durities par Iudaicæ, nulla obſtinatio æqualis, niſi quam in gehenna infelices damnatorum ſpiritus habent.

D. Hier.

Dolet Ionas ſe ad gentes miſſum.

Timet Ionas fruſtrà ſe gētibus prædicaturum.

Dei prædicationē reſpuerunt Iudæi.

Act. 7.

Luc. 13.

Dei prædicatio à Iudæis nunquā acceptata.

Obſtinatio Iudaica par gehennali.

6. Cæterùm non iſtam cauſatus difficultatem, Ionas aufugit. *Sed timebat* (inquit vlteriùs idem Hieron.) *ne per occaſionem prædicationis ſuæ illis conuerſis ad pœnitentiam Iſraël penitus relinqueretur.* At ô bone Propheta, quid tu fugis, quid tu prædicare gentibus exhorreſcis? ſtat fixum, atque immotum diuinæ voluntatis decretum de conuerſione gentium, Iudæorúmque defectione. Aſſumentur gentiles, Iudæi derelinquentur, intrabunt illi in regnum Dei, at verò iſti expellentur. *Ita planè* (inquiet Ionas) ita eueniet, ſed nolim meo id eueniat tempore. *Nouerat enim* (adiungit Hieron.) *eodem ſpiritu, quo illi gentium præconium credebatur, quòd quando nationes credidiſſent, tunc periret domus Iſraël, & quòd aliquando futurum erat, hoc ne in ſuo fieret tēpore, verebatur.* Vitium hoc eſt Iudaicum inuidere gentibus ſalutem, iuxta illud Apoſtoli. *Omnibus hominibus aduerſantur prohibentes gentibus loqui, vt ſalua fiant.* 1. Theſſal. 2. *Profectò* (benè ſubinfert Theoph.) *immenſa inuidentia communem, & publicam ſalutem impedire. Deum* (declarat ibidem S. Chryſ.) *contumeliâ afficiunt, Chriſtum, & Prophetas occiderunt, & nos expellunt, qui ad ſalutem acceſſimus.* homil. 3. in epiſt. ad Theſſal. Summa quidem malignitas Iudæorum, nec filium Dei recipiunt, nec à gentibus recipi patiuntur. Negaſtis ô Iudæi Chriſtum IESVM, & Barabbam latronem ſicarium maluiſtis? Ergo ſinite, vt gentes illum recipiant, quem repuliſtis; ſed infelices cùm cæci oberrent, alios benè oculatos lumen reſpicere indignantur. Volunt gentes ſuæ cæcitatis, atque impietatis conſortes in eandem æternam perditionem pariter detrudi.

D. Hieron.

Timet Ionas Iudaicæ gētis repulſā.

D. Hier.

1. Theſſ. 2.

Iudæi ſalutē gentibus inuident, atq; impediunt.

Theoph.

D. Chryſ.

7. Cæterùm diuinâ voluntate longè aliud prouiſum eſt: *In propria venit Deus homo, & ſui eum non receperunt.* Ioan. 1. *Non erit populus eius, qui eū negaturus eſt:* prædixit multò ante Daniel. 9. repudiatâ in ſempiternum ſynagogâ Iudæorum fide ſibi deſponſauit, gratiâ copulauit Eccleſiam Chriſtianorum IESVS Chriſtus Dominus, ac redemptor hominum: filiis regni eiectis in tenebras exteriores, alienigenæ à quatuor cœli plagis congregati recumbunt cum Abraham patre fidelium, Deique regno potiuntur. Doluit hanc ſuæ gentis infelicitatem Dauid Dominum ſic affatus. *Oſtendiſti populo tuo dura, potaſti nos vino compunctionis.* Pſalm. 59. Vertit ex Hebræo S. Hieron. *Oſtendiſti populo tuo duritiam, potaſti nos vino conſopiente.* Caiet. legit. *Videre feciſti populum tuum duritiam, potaſti nos vino veneni.* Vtique locus eſt egregius de miſero ſtatu Iudæorum, quos ipſe Deus à ſe repulit ad gentes tranſgreſſus, illos enim potauit vino ſoporifero, videlicet ſtupore percuſſit, vlnum miſeris propinauit doloris, vt alij transferunt. *Venenum, & toxicum mortiferum,* alij exponunt; ex quibus omnibus ſignificatur ſumma crux, tormentum intolerabile, atque immortale. Huc reſpiciens Apoſtolus dixit. *Dedit illis Deus ſpiritum compunctionis.* ad Rom. 11. Hoc eſt, (vt exponit Theophylact.) *permiſit eos habere ſpiritum compunctionis. Incurabilem autem, & minimè alterabilem ſententiam eorum compunctionem appellant.* Itaque ſecundùm Theophylact. compunctio iſta eſt

Chriſtus repulſis Iudæis ad gentes tranſgreditur.

Ioan. 1.

Dan. 9.

Pſal. 59.

Summa Iudæorum infelicitas.

ad Rom. 11.

Theoph.

eſt obſtinatio perfidiæ Iudæorum.

8. Exiſtimo etiam cum iſta obſtinatione ſignificari quandam inſignem inuidentiam, dolorem, indignationem Iudæorum: Luſitane dicerem (*rauna*) quo malo Iudæi diſcruciantur dolentes iuxta, & indignantes, quòd Chriſtum, quem occiderunt, regnare videant in orbe terrarum, atque à præſtantiſſimis quibuſque mundi nationibus verum Deum haberi, & adorari; atque Eccleſiam Chriſti de gentibus congregatam omnibus diuinæ gratiæ donis, ac virtutibus, velint illi nolint floreſcentem, ſeu triumphãtem potiùs ſuis oculis contueantur. Inconſolabilis planè dolor eſſe ſolet inuidorum, cùm quos oderint, florere conſpiciunt; maximè ſi ſuis, quæ prius poſſederant, illos vident bonis potiri. Tranſlata quidem Iudæorum gloria fuit ad gentes, quæ cum vero ipſo Meſſia, boniſque omnibus diuinæ gratiæ in ſortem Chriſtianorum ceſſit feliciſſimam. Quid ni ergò Iudæi compuncti, dolentes, ac mœrentes, indignati Chriſtianæ Eccleſiæ felicitatem contueantur? Atque idcircò diuinitùs conſtitutum eſt; vt euerſa Hieruſalem, regnóque, & Republicã Iudæorum omninò deletis adhuc tamen molti per orbem diſcurrant vagi, exuléſque de populo Iudaico, videlicet, vt videant, & compungãtur; quod quidem in Sacerdotis Heli ſupplicio luculenter admodum præfiguratum eſt. Illi enim ob inſignem in cura filiorum ſocordiam Dominus comminatus legitur: *Præcidam brachium tuum, & videbis æmulum tuum in templo in omnibus populis Iſrael, & non erit ſenex in domo tuâ omnibus diebus.* 1. Reg. 2. Brachium vocat iuxta explicationem S. Hieron. dignitatem ſacerdotij, qua poſteritas Heli erat priuanda, & ad alios traducenda; ſenex dicitur Sacerdos magnus, qui iam deinceps non ſuccedet ex poſteris Heli.

Inuidentia rabiéſque Iudæorum quod Chriſtus adoretur à gentibus.

Iudæi ad felicitatem Chriſtianorum indignantur.

Tabeſcit inuidus alium ſuis bonis potiri.

1. Reg. 2.
D. Hier.

9. Adiungitur, *Veruntamen non auferam penitùs virum ex te ab altari meo, ſed vt deficiant oculi tui, & tabeſcat anima tua.* ibid. Quod quidem in maioré Heli, ac poſterorum pœna, doloréque euenit. Sacerdotes quidẽ erunt de familia Heli, ſed nullus tamen Summus Sacerdos. In aliâ verò familiâ ſummum ſacerdotium ſemel ingreſſum perdurabit, vt Sacerdotes nimirum de cognatione Heli, doloris, inuidiæque aculeis perpungantur, cùm ſuæ familiæ pontificatum ab alius ſanguinis hominibus viderint poſſideri. Sed hoc ipſum ex S. Hieron. elegantiùs explicatum accipe. *Ideò Dominus* (inquit) *ſe non penitus ablaturum ex domo Heli virum ab altari ſuo dicit, vt ſemper de domo Heli eſſet in domo Domini vir, qui in dignitate ſacerdotij aliũ ſubſtitutum videat, & ſe eadem dignitate priuatum videns, oculi eius deficerent, & anima tabeſceret.* in trad. Hebr. multos nimirum per annos perdurauit ea pœna, dolórque grauiſſimus in poſteris Heli, cùm dignitate pontificiâ, quæ in ſua illa familia iam inde ab Aarone viguerat, alios Sacerdotes perfrui viderent. Grandis quidem dolor animi, & luctus oculorum: indignatio ex impatientia penè intolerabilis eſt, ſi tuis tuum æmulum tutò gaudere videas bonis; vt illo tuo pallio incedat ornatus, domi tuæ lætus viuat; tuis, quæ magno labore acquiſiuetas, prædiis; tuâ, quam manibus ipſe plãtaſti, vineâ potitus; tuo ſudore, ſanguinéque ſuſtentetur. Hic eſt ſpiritus compunctionis, quem Dominus dedit Iudæis, vt videant in Eccleſia Chriſti de gentibus legem, ſacrificium, admirabilem rerum diuinarum cognitionem, maximarũ virtutum ſplendorem, veram & perfectam diuinæ Scripturæ intelligentiam; omnia ſancti Spi-

D. Hier.

Intolerabilis dolor, ſi videas æmulũ tuis perfrui bonis.

Dolor Iudæorum ex Chriſtianæ gentis felicitate.

A ritus dona, cœleſtium gratiarum abundantiam, denique Dei, quem Hebræi patres coluerunt, mutatam ab illorum poſteris in Chriſtianum populum, & voluntatem, & propenſionem, & amorẽ: doleant ergo miſeri ſe illis omnibus ſpoliatos in ſummis mœroribus, atque in continuis gentium omnium ſibilis, & irriſionibus contabeſcere. Benè poſitum eſt: *Et tabeſcet anima tua*, ex illa enim inuidia, doloréque, quædam veluti febris tabida exoritur, quæ miſeram animam iugi quodam, & peracerbo igne conſumit, ac diſcruciat.

Febris tabida inuidorum.

10. Eſt quidem ſui carnifex, ſua ſe tabe prorſus exedit inuidus, qui ex aliorum vita ſibi mortem conſciſcit. De iſta, inquam, Iudæorum rabie, tabéque loquitur Eccleſia Chriſti cùm ſuo ipſomet ſponſo: B *Paraſti in conſpectu meo menſam aduerſus eos, qui tribulant me.* Pſalm. 22. Enimverò contra Chriſti Eccleſiam, vbi ſe primùm cœpit in mundo explicare, bellóque indicto idolis, & vitiis gentium ad Chriſti iugum mentes hominum addicere; ex aduerſo facto quaſi agmine ab orco furiæ gehennales, à Palæſtina Iudæi, ab omnibus deinde terrarum portionibus Imperatores, Principes, Philoſophi, integríque populi conſpirarunt. Sed vt de Iudæorum perſecutionibus, quas primò paſſa eſt Chriſti Eccleſia, loquamur, dicit illa: O Domine Deus in his omnibus perſecutionibus, quas à tuis crucifixoribus, ego tua ſponſa, tuum corpus, perpetior, ad me conſolandum, & recreandum tu bone ſponſe menſam appoſuiſti, C in qua non magnificè modò, ſed ſumptuosè, atque ſuauiter me alis, vtique menſam tui corporis, & ſanguinis tuâ manu mihi appoſitam habeo: in qua ego non delicias modò tuæ diuinitatis deguſto, ſed admirabilem etiam fortitudiné induo, vt contra omnia tentamenta, vel contra ipſum inferni ſatellitium, ne dum vitæ pericula, mortiſque tormenta, vſque ad victoriam, vſque ad triumphum decertare poſſim. Menſam paraſti cœleſtium quoque poſt huius vitæ certamina deliciarum, ſempiternæ videlicet beatitudinis, de qua tu ipſe conteſtatus es: *Ego diſpono vobis regnum ſicut diſpoſuit mihi Pater, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.* Luc. 22.

Pſal. 22.

Communis contra Chriſti Eccleſiã conſpiratio.

Iudæorum perſecutiones contra Chriſti Eccleſiam.

Euchariſtia menſa Eccleſiæ munimentum.

Luc. 22.

11. Ac de ſacroſancta quidem Euchariſtia locum D intelligit S. Cyprian. epiſt. 63. ad Cæcilium. Didymus autem de menſa cœleſtis, atque æternæ beatitudinis. S. Hieronymus legit: *Poneſ corã me menſam ex aduerſo hoſtium meorum.* Caiet. *coram anguſtatoribus meis, coram hoſtibus meis ad inuidiã.* Vatab. *Videntibus inimicis meis, & ringentibus.* Theod. poſt S. Baſilium de ſacra Euchariſtia explicãs hæc demũ colligit. *Myſticum cibum nobis propoſuiſti, qui præter paſtoris officium ſponſus factus eſt, his autem bonis me in conuiuium inuitaſti, inimicis mœrentibus, ſéque excruciantibus.* Menſa quoque Domini dicitur diuina Scriptura, quam apertis rerum, quæ ſperabantur, myſteriis iam explicatã ſuis Chriſtus Dominus apponit fidelibus. In ea omnium deliciarum exquiſitiſſimis ad intellectum veritate inE ſtruendum, ad voluntatem charitate inflammandam, ad cor diuinis inſpirationibus oblectandum & confirmandum ſuæ ſapientiæ, ſuæque doctrinæ, ac fidei epulis Eccleſiam paſcit, ac recreat. Libros quidem diuinæ Scripturæ Iudæi portant; Chriſtiani verò legunt, atque intelligunt. Nam (vt egregiè adnotauit S. Auguſt.) *Reproba per infidelitatem gens ipſa Iudæorum à ſedibus extirpata per mundum vſquequaque diſpergitur, vt vbique portet codices ſanctos.* ep. 2. ad Voluſ. Ad hoc igitur ſeruati à Deo ſunt Iudæi, vt baiuli ſint Chriſtianorum di-

D. Cypr.
Didymus.
D. Hier.

Ad Euchariſtiam tabeſcunt, & cruciantur diaboli.

Caietan.
Varabl.
Theod.

Sacra Scriptura Dei menſa.

D. Aug.

Iudæi libros portãt, Chriſtiani intelligunt.

uina portantes volumina, quæ iſti veri Doctores
explicant. Quod autem illi ſuorum Prophetarũ
libros portent, in magnum Chriſtianæ fidei ce-
dit teſtimonium. *Ac ſic* (adiungit idem Auguſt.)

Iudæorũ libri ſuã perfidiam, & noſtram fidẽ conteſtãtur.

*prophetiæ teſtimonium, quâ Chriſtus, & Eccleſia pro-
nunciata eſt, ne ad tempus à nobis factum exiſtimare-
tur, ab ipſis aduerſariis proferatur, vbi etiam ipſos præ-
dictum eſt non fuiſſe credituros.* S. Auguſt.

12. Geſtant nobis ad legendum ſuos libros,
quorum etiam apertiſſimis teſtimonis ipſorum
perfidia conuincitur, & Chriſtianorum fides præ-
dicitur. Cur ergò non dolebunt diuinæ Scriptu-
ræ intelligentiam, quà illi ſunt indigni, Chri-
ſtianis hominibus ineſſe. Recordantor priſtinæ
ſuæ ſapientiæ, dolentque prorſus amiſſam, quæ
in illo ſuo populo multum, diúque floruit, de

D. Auguſt. Iudaicus populus Chriſti Propheta.

qua illud eleganter ſcriptum eſt à S. Aug. *Dico
illorum hominum, non tantùm linguam, ſed etiam vi-
tam fuiſſe propheticam; totúmque illud regnum gen-
tis Hebrææ magnum quendam, quia & magni cuiuſ-
dam fuiſſe Prophetam.* lib. 22. contra Fauſtum c. 24.
Menſam igitur tam ſacræ Scripturæ, quàm ſacro-
ſanctæ Euchariſtiæ, quàm denique beatitudinis
æternæ Chriſtus Deus homo ſuæ Eccleſiæ appo-
ſuit, cuius ſuauiſſimis, ac precioſiſſimis epulis a-
nimæ fidelium aluntur, & recreantur ex aduer-
ſo, in regione, in oculis hoſtium noſtrorum ad in-
uidiam, mœrentibus, & ringentibus Iudæis Chri-

Iudæorũ inuidia dolor, rabies ad felicitatem Chriſtianorum.

ſti, & Chriſtianæ gentis hoſtibus atrociſſimis.
Nos quidem cùm Deo manducamus, illi verò in-
terim eſuriunt: nos diuinæ ſapientiæ fontibus
irrigamur, illi verò ſitibundi exareſcunt. Vident
æmulos ſuos in altari Domini ſacrificium non
pecudum, ſed corporis, & ſanguinis Dei homi-
nis offerentes: dolent oculi, tabeſcunt animæ
Iudæorum, cùm Chriſti fidem, ſcilicet, illius ho-
minis, quem inter latrones cruci affixum pereme-
rant, per omnes mundi plagas propagatam. Sua-
dent nunc fraudulenter ſuam pauculis de genti-
litate hominibus, qua maximè gloriantur, circun-
ciſionem: vt circuncisos, non quidem ad Deum
pertrahant, ſed ipſo dolore debilitatos miſeran-
dum in modum occidant. Ergò tempus veniet,
cùm illorum nepotes videbunt veri Dei legem,
gentilibus annunciari, totumque orbem à Chri-
ſto ſubiugatum, non quidem vt pereat, ſed ha-
beat vitam æternam.

13. Inſignis planè fraus per circunciſionẽ ma-
lè indictam à panculis vnius oppidi ciues truci-
dari; at longè inſignior virtus, à duodecim piſca-
toribus omnes terrarum gentes ad veri Dei fidẽ
vocari, & ad ſempiternam vitam alacriter aſpira-
re. Quis non admiretur, non veneretur Euange-
licæ prædicationis miraculum? Enimverò (vt

D. Auguſt. Chriſtianæ gentis per orbem propagatio.

S. Auguſt. expendit) *numero exigui Chriſtiani per
mundum diſſeminantur, populos facilitate mirabili con-
uertunt, inter inimicos augentur, perſecutionibus cre-
ſcunt, per afflictionum anguſtias vſque in terrarum ex-
trema dilatantur; ex imperitiſſimis, ex abiectiſſimis,
ex pauciſſimis illuminantur, nobilitantur, multiplican-
tur.* epiſt. 2. ad Voluſ. Sol quidem extitit, qui ab
ortu ad occidentem vſque totum ſubitò ſplendo-
ribus orbem collustrauit, inundauit diuinæ gra-
tiæ flumen, ſeu mare potiùs, vniuerſúmque breui
terram irrigauit. Tantillum primò granum fru-

Chriſti fides prædicata toti orbi dominatur.

menti manu Dei ſatum in tantam ſegetem repẽ-
tè pullulauit, vt terram iuſtis, cœlúmque beatiſ-
ſimis viris, & fœminis adornauerit. At quibuſ-
nam obſecro gentibus prædicata hæc fides fuit?

D. Auguſt.

Audi vlterius dicentem Auguſt. *Præclariſſima in-
genia, cultiſſima eloquia, mirabiléſque peritias acutorũ,*

A *facundorum, atque doctorum ſubiugant Chriſto, & ad
prædicandam viam pietatis, ſalutiſque conuertunt; al-
ternis aduerſitatibus, & proſperitatibus verum patien-
tiam, & temperantiam vigilanter exercent; mundo de-
clinante in extrema, æternam Ciuitatis cœleſtis felici-
tatem expectant.* Plura hoc in argumentum ex Pa-
tribus, imò & ipſis diuinæ Scripturæ volumini-
bus congeri poſſent, ſi res poſtularet. At nec Iu-

Iudæorũ obſtinatio vſque ad finẽ mundi.

dæorum duritia ſic poterit emolliri, vt ante tem-
pora vicina iudicio finali reliquiæ Iſraël ſaluæ
fiant, quod quidem ad extremum illud tempus
tantummodò ſeruatum eſt.

14. *Tollemus filiam noſtram, & recedemus.*] Obtu-
lerunt Chananæis filij Iacob peramicæ pacia fœ-
dera, vnúmque populum mutuò datis, acceptíſ-
B que connubiis, ex duobus copulandum, modò in
vtroque idem vnius Dei ritus obſeruetur, vna ſit
religio per circunciſionẽ carnis conteſtata. Quòd
ſi huiuſmodi conditionem non admiſerint, di-
ſcedentes (inquiunt) puellam, etſi iam dehone-
ſtatam abducemus, vos Deo interim relinquemus
puniendos. Nouerant, ſcilicet, conditionem fœ-
deris propter puellam, quæcumque illa foret et-
iam perdifficilis, nullo pacto reiiciendam fore.
Audierant quippe à Rege filij ſui animam puellæ
conglutinatam eſſe; atque adeò pro contrahen-
do tandem connubio nihil non patri, ac filio, &
laborandum, & efficiendum. Ac miſero quidem
principi ſic amor Dinæ penitùs inhæſerat animo:
vt ab ea diuelli morte ipſa multò grauius, & a-

Miſeri amãtis dolor.

C cerbius arbitraretur. *Tollemus* (aiunt illi) *filiam
noſtram.* Planè ſimul etiam miſero iuueni animam
tolletis: iſtius enim anima puellæ agglutinata ſic
eſt, vt qui puellam tulerint, animam iuuenis ab-
ſcindant neceſſe ſit. En quò tandem recidit in-
cauta illa oculorum, aut laſciuia, aut certè curio-
ſitas in Sichemo cùm exteram puellam vidit, &
viſam deperiit. Non eſt leue periculum, quod
primùm in oculis intentatur. Iccircò Dominus

Non leue in oculis periculum.
Matth. 5.
D. Saluia.

admonet: *Si quis viderit mulierem ad concupiſcen-
dum iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Matth. 5.
Quo ex loco rectè colligit S. Saluian. *Hinc intel-
ligere plene poſſumus quam caſtos nos eſſe Saluator in-
ſerit, qui etiam licentiam viſionis abſciderit.*

15. Sed quo nam pacto iſtud eſt in oculis pe-

S. Saluian.

D riculum? *Sciens enim* (reſpondet Saluian.) *feneſtras quodammodo eſſe noſtrarum mentium lumen ocu-
lorum: & omnes improbas cupiditates in cor per ocu-
los, quaſi per naturales cuniculos introire: extinguere
eas penitus foris voluit, ne intus orirentur, & lethaliter
creſcentibus fibris conualeſcerent forcaſſe in animo, ſi
germinaſſent in viſu.* lib. 3. de proni. Videlicet pri-

Seritur in oculis libido.

ma in oculis damnatæ libidinis iacit diabolus ſe-
mina, quæ deinde per illius impuram ſuggeſtio-
nẽ, humaníque appetitus ardorem paulatim ado-
leſcunt, donec tandem maledictionis vberem fru-
ctum producant. Igitur aut prouidendum ne in
oculos maledictum iſtud ſemen hoſtis emittat,
aut forte ſatum, vt momento ipſo extrahatur,
extractúmque comburatur; ne ſi viuum, ſatúm-
E que excreſcat, in omnia genera turpitudinum,
& carnis exuberet flagitiorum. Benè vocat cuni-
culos; ſcilicet, in oculis abſcondit diabolus ſuum

Anima incendium ex oculis.
S. Saluian.

illum puluerem ſulphureum in inferno confor-
matum, cúmque illo ſimul ex tartari flãmis ſcin-
tillam; dein ipſe latenter inſufflãs grande quod-
dam excitat incendium, quo anima ipſa cum ſuis
omnibus internis facultatibus, atq; ipſe ratio-
nis igneſcit miſera, & exitialem denique præci-
pitatur in ruinam. *Iccircò* (adiungit Saluianus)
ait Dominus petulcos impudicorum hominum intuitus
noxâ

A *noxâ adulterij non carere, ſcilicet, vt qui bonâ ſide ſugeret adulteriam, cuſtodiret aſpectum.* Vt igitur belli tempore omnia etiam tuta non carent ſuſpicione, atque ideircò prudentis eſt ducis ita inuigilare, vt explorentur internuncij, ne fortè ab hoſtibus aliquid, vel dictum, vel ſcriptum afferatur, quo pertentetur aliquorum animi ad proditionem; ac deinde ſi qui tales deprehenduntur, illicò perimantur: Sic planè curandum eſt, vt nihil ſuſpectum, nihil hoſtile in oculis inueniatur, ac fortè inuentum è veſtigio ſepeliatur, ne ad arcem animæ de ſuarum facultatum, vitiûmque proditione hoſtibus facienda, quicquam vel tumoris, vel etiam ſigni, vmbræque clanculum poſſit illabi.

Proditur hoſtibus anima per oculos.

S.Saluian.

Puritas vitæ, vti oculi puritas.

B 16. *Perfecta ſiquidem* (concludit Saluian.) *ac ſinceriſſima ſanctitatis volens cultores ſuos facere Saluator, iuſſit ab his cautiſſimè etiam minima vitari; & vt quam pura eſt pupilla oculi, tam pura eſſet Chriſtiani hominis vita: vt ſicut ſaluâ incolumitate pulueris labem in ſe oculus non reciperet, ſic vita noſtra labem in ſe penitùs impudicitia non haberet.* Egregie dictum. Nihil in corpore delicatius, quam oculi pupilla, & hanc eandem, vel tenuis quidam puluiſſus lædit, ſoluitque in lacrymas; nihil ſimiliter in anima faciliùs periclitatur, quàm pudicitia; eam ſcilicet, vel ipſæ, quibus nihil, aut leuius, aut fugacius, cogitationes non modò deturpant, ſi imputæ ſint, ſed aliquando etiam debilitant, ac diuinâ ſpoliatam gratiâ occidunt. C Principiis igitur obſtandum huic tanto malo, ne deinceps per ſocordiam hominis increſcete, iamque adulto incaſſum adhibita remedia gliſcentem luem, tabémque viſcera depaſcentem nec compeſcere, nec extinguere poſſe videantur. Enimverò miſer hinc princeps incautè puellâ primò contuitus, deinde amans impudicè, prætereà ſuam ipſe animam iam amatæ, poſſeſſæque agglutinans, ab ea demum non ſine graui ſenſu doloris vel ipſa morte grauioris auelli non poteſt. Illud enim verbum (*iollemus*) hanc importat vim. At miſerrima Dinæ conditio, quam ſic fortiter, ac pertinaciter ligat, tenétque violentiſſimus conſtuprator. Pulchrè ab Hugone Cardinali ad hunc locum dicitur, *Dina delicatum diaboli ferculum*; quo D ſcilicet hoſtis impuritatis amans ſeipſum ſuóſque paſcit; nec enim quicquam aliud magis odit, quàm corporis, animæque puritatem: nec moleſtiùs temat, pertinaciùs inſectatur, grauiore impetu impugnat, auidiuſque deuorat, quam vitum, vel fœminam virginitatis amantem. *Delicatum diaboli ferculum Dina*; deliciæ diaboli impuritas Dinæ: dicerem quoque ſumptuoſum diaboli ferculum Dinam maximè ſi compta, ornatáque incedat ad pompam tum vanitatis, tum impuritatis. Multa huiuſmodi habet nunc in mundo diabolus fercula, miſellas videlicet, tam vanitatis, quàm laſciuiæ amantes puellas, quarum quidem aſpectu ſuos amicos delicioſe paſcit, & curioſe oblectat.

Grande periculum à libidine.

Carnis tentatio ſtatim comprimenda.

HugoCard.

Suauis diabolo eſca impura anima.

Diaboli ferculum compta mulier.

E 17. Cæterùm diuino ſpiritui virginum ſponſo puritatis amanti ſuum quoque ferculum, & eſſe, & placere, legimus; nimirum. *Ferculum fecit Rex Salomon de lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum: media caritate conſtrauit propter filias Hieruſalem.* Cant. 3. Scilicet Dei filius homo factus in mundum venturus conſtruxit ipſe ſibi ferculum, ſiue lecticam Regiam, quâ veheretur; non aliâ nempe, quàm beatiſſimam ſemper Virginem Mariam; in illa igitur columnas fecit, virtutes quidem ſoA lidas, quæ ſemel erectæ nec ipſæ commoueri, nec lecticam, cuius erant, conuelli paſſæ nunquam potuerunt. Itaque in columnis virtutum conſtantia, & immobilitas ſignificatur. Nihil enim firmius Dei matre, quæ ſuos etiam ſeruos ita confirmat, vt vndique procellis tentationum, ac tribulationum impugnati nequaquam, aut conſtringantur, aut conuellantur. In argento (ſunt enim argenteæ columnæ) intelligitur admirabile pretium, inſigniſque candor virginitatis in ea, quam ſibi Virginem puriſſimam Deus ipſemet elegit. Admirationi deinde vel ipſis cœlitibus eſt reclinatorium aureum, at quodnam illud, niſi vterus virginis, in quo nouem menſes Dei Verbum caro factum velut in pretioſiſſimo, ac dulciſſimo B thalamo conquieuit. Quis nam purpureus aſcenſus, niſi mens ipſa beatiſſimæ Virginis ob igniſgnem diuinæ caritatis fulgorem purpurea, & quaſi ſuccenſa? Nam ſi carnis vterus ſua puritate, ac ſplendore, vel ipſorum cœleſtium ſpirituum puritatem, lumenque ſuperat, quid de anima Virginis, quæ ſupra corpus altiſſimè ſubuehitur, dicendum erit?

B. Maria. B. Maria. vterus Dei thalamus.

Ben.Fernand.in Geneſ.tem.3.

Cant.3.

B. Maria in virtutibus conſtantia.

Admiranda puritas animæ B. Mariæ.

18. Atque vt nihil etiam de iis, quæ ab hominibus magno habentur in pretio, deſideretur in lectica Regis pacifici; in Dei matre: de lignis Libani conſtructa dicitur excelſis, atque odoratis. In Virginis enim genealogia numerantur Reges, Principes, Duces; Ecce altitudo cedrorum Libani, recenſentur etiam Patriarchæ, Prophetæ, C virique ſanctiſſimi: En odoris fragrantia in cedris. Cæterùm nec illis ſublimius quid, nec iſtis ſanctius, & auguſtius potuit accedere, quàm vt de ſuo ſanguine haberent Dei matrem, qua poſt Deum illius filium, nec altius, nec purius, nec ſanctius aut eſſe aut cogitari poteſt. Media caritate conſtrauit propter filias Hieruſalem; in medio ſcilicet huius admirabilis lecticæ Rex ipſe ſedens viſebatur non modò in ſeipſo ſuccenſus amore, ſed illo pariter intuentium oculos, animóſque ſuccendens. Quid enim pulchrius, quid ſplendidius Deo infantulo ad medium pectus, in vlnis, in gremio, ad vbera Virginis matris reclinato? In cœlo regnat, at in ſinu matris amat, amantes facit, amorem ſibi hominum conciliat, D ac regnum ſibi debellatis gentibus amando æternum excitauit. O Virginem! ô matrem! ô ferculum! ô Dei lecticam, thalamum, quadrigam triumphalem! Hæc omnia voce illâ Hebræâ intelligunt Doctores; ſed & ô ferculum epularum, ac deliciarum Dei! In eo panis vitæ, cœleſtium vitiorum, tam dulces, quàm pretioſæ deliciæ; delicatum ſanè ferculum Dei, & hominum. Nam quid delicatius, quid ſuauius, quam Virginis fœcunditas, & matris virginitas? Id vnum nobis mel in ore, in aure melos, in corde iubilus, in animo torrens omnium voluptatum. Et quid tandem nobis foret ſine te ô ſuauiſſima Dei mater! Immortales igitur Deo filio tuo habemus gratias, quòd nobis in hac valle lacrymarum vbi plurima E noctis, & mortis imago, vbi omnia tam periculis, quàm laboribus, ac doloribus plena ſunt, ſuum iſtud ferculum omnium deliciarum ſimul, & gratiarum te ſcilicet; ô Virgo parens, propoſuit: vt paſti, recreatique diuinis epulis vitam per te, quâ nihil, aut dulcius, aut pretioſius, ſempiternam à filio tuo dulciſſimo, & glorioſiſſimo tandem conſequamur.

Dei lectica regia B. Maria.

Puer IESVS in brachiis B. Mariæ.

B. Mariæ encomia.

B. Maria ferculũ deliciarum.

SECTIO VIII.

Placuit oblatio eorum Hemor, & Sichem filio eius: nec diſtulit adoleſcens quin ſtatim quod petebatur expleret: amabat enim puellam valde, & ipſe erat inclytus in omni domo patris ſui. Ingreſſique portam vrbis, locuti ſunt ad populum: Viri iſti pacifici ſunt, & volunt habitare nobiſcum: negotientur in terra, & exerceant eam, quæ ſpatioſa & lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus vxores, & noſtras illis dabimus. Vnum eſt, quo differtur tantum bonum: Si circumcidamus maſculos noſtros, ritum gentis imitantes. Et ſubſtantia eorum, & pecora, & cuncta quæ poſſident, noſtra erunt: tantùm in hoc acquieſcamus, & habitantes ſimul, vnum efficiemus populum. Aſſensíque ſunt omnes, circumciſis cunctis maribus.

1. OBlatam conditionem de circunciſione ad mutua connubia libenti animo Chananæi principes admiſerunt. Rex quidem, vt videtur, inductus ſpe lucri, ſcilicet, ex Hebræorum adiecto inſuper populo augeretur ſua illa Reſpublica multitudine incolarum, & copioſa diuitiarum abundantia. Sic enim Hebræorum bona propter eorum negotiationes, ac commercia, & commutationes eorum factas cum Sichimitis haud dubie communicarentur cum ipſis, eſſéntque illi bonorum omnium participes. Prætereà ex diligentia, & induſtria, & peritia Hebræorum colentium terram illam deſertam, & incultam, atque adeò fertilem pecoris, & tritici, & vini, rerúmque aliarum ſuâ culturâ reddentium, plurimum emolumenti ad Sichimitas perueniret. Conſulens igitur in primis bono publico ſui regni, amicitiam cum Hebræis quocunque etiam perdifficili pacto acceptandam cenſuit. Deinde (quod fortè Regem vehementiùs permouit) vt filio, quem vnicè diligebat, complaceret, indulgens nimiùm illius amori, quo puellam deperibat. Facinus vtique filij non obiurgandum ratus, quod ſcilicet contumeliæ non feciſſet cauſa, ſed amoris; magíſque propterea ignoſcendum filio adoleſcenti principi, prudentiſſimus quiſque cenſeret; cùm nullus mortalium adeò inhumano ingenio ſit, neque tam imperitus, vt quid amor valeat, neſciat. Quâ ratione ſimile quid flagitij apud Comicum alius excuſabat. Terent. Eunuch. act. 5. ſcen. 2. *Dandum quidem aliquid eſt paterno amori, ſed non tantum, vt pater in flagitiis filiorum conniueat;* illóſque proinde ſinat liberè, impunéque peccare. Indulgendum etiam aliquantulum eſt filio, & primogenito, & principi, & adoleſcenti, ſed non ita; vt iſte pro libidine iura omnia humana, diuináque effringere permittatur. Nam ſi equum tu effrænem excurrere, vagarique non ſinis, animal quidem illud rationis expers: quid filium diuinâ quadam mente præditum, ad virtutis ſtudia natum excuſſo rationis iugo, diuinique, & humani iuris fræno perfracto in turpiſſima quæque vitiorum volutabra ſponte labi permittis?

Stultus pater filij delictum excuſat.

Erratum in amore ignoſcunt homines.

Terent.

Non permittendum vt filius peccet impunè.

2. Frænanda filij, & primogeniti, & principis, & adoleſcentis eò acriùs eſt concupiſcentia, quò illa cùm ſe liberè effundit, non familiæ tantùm, ſed toti regno grauius ſolet exitium importare. Cuius infelicitatis exemplum tragica hæc ipſa Sichimitarum hiſtoria reliquit in poſteros memorabile. Nam Rex iſte filium ſui facinoris non modò non coarguit, ſed illius notam libidinem dimiſit impunitam; & per connubium violenter conſtupratæ adoleſcentulæ quodammodo fouere, ac celebrare contendit: quæ proinde cauſa fuit illius ciuitatis, ac Reipub. funditus euertendæ. Nocet plerumque nimius erga filium patris amor, ſi tamen amor dici poteſt, qui vel vitæ, vel famæ, vel animæ quoque grauia importat nocumenta. Quare interdum verus amor eſt patris in filium ſæuire, aut certè gratum ab illo, beneuolúmque vultum auertere. At verum deinde odium eſt nimium, filio ablandiri, ceteráque illius vti pueriles luſus ioco, riſúque excipere. Ah pudeat hominem rationis compotem a bruto quodam animante qualis eſſe debeat in filium patris amor, nolle quidem, aut fortè ignorare tandem addiſcere? Enimverò *ſtruthio: camelus* (vti legimus) *induratur ad pullos ſuos.* Iob 39. Nimirum cùm cæteræ alites naturæ ipſo inſtinctu vel pariunt oua, pectore ipſo foueant, alis contegant, proprióque corpore perdiu incubantes calefaciant, vt pullos tandem excludant, ſolum hoc inter alites monſtrum (vti ad locum Iob memorant interpretes) vbi parit oua, ſub arena ſabulóve infoſſa, & veluti ſepulta relinquens; fouendi autem, & excludendi curam tepenti ſoli remittit. Quid quæſo durius, quid immitius, & crudelius? dices fortaſſe. At non ita eſt, quin potiùs innata beſtiæ illi tantæ (quis crederet?) ea fuit à natura ipſa ad educendam, & procreandam ſobolem, vt ita dicam, humanitas, ac lenitas, vt poſt oui partum abſcederet. Nam ſi illi (quod reliquæ ſolent alites) incubaret: neque tam vaſti, durique corporis mole perfringeret, aut nimio calore diſſolueret ouum; vel ſi tandem ex ouo pullum eduxiſſet, haud dubiè natum collideret. Quare quod putaretur crudelitas, magna eſt pietas, abiréque fœtu relicto eſt eidem non negare ſed curare vitam.

Nimia patris indulgentia & filiũ, & alios perdit.

Verus patris amor ſæuit in filium delinquentem.

Iob 39. *Struthionis ad fœtum vtilis duritiès.*

Patres erga filium ſalutaris rigor.

3. Veræ quidem, atque omninò dulces amantium parentum aliquando ſunt blanditiæ, non verò duritiæ, non amaritudines indignantium erga filios; cùm aſperius illos alloquuntur, cùm toruo aſpiciunt vultu, cùm illorum famem, algorémque diſſimulant, cùm pati ſinunt incommoda, cùm ſeueriùs quæcunque, vel etiam minima errata carpunt, & caſtigant. Vera iſthæc pietas eſt, dulciſque amor ergà filios parentum. Profectò nonnullæ matres dulciorem erga filias amorem oſtendiſſent, ſi eas ſub humum (liceat dicere) infoſſas abdidiſſent potiùs, quàm ſi pretioſis quodammodo veſtibus alatas, aut in publicum prodire, aut patere in ianuis, feneſtriſque conſpicuas, permiſiſſent. Non ſæuit atrox, non ſegnis diſſipat agricola cùm grana intra ſulcos infuſſa tellure cooperit, & quaſi buſto ſepelit; prudenter enim, & granis, & ſibi conſulit; illa enim ſub humo infoſſa tumulata repullulabunt in culmum, & in ſpicam grandioribus turgeſcentem granis: Vnde horrea vberrimo prouentu redundabunt. Quid ſi hoc eodem ſenſu Dominus cum ſeruo ſuo Iob loquens ſtruthionis exemplum attulit? quaſi diceret. Ne putes ò Iob hanc meam, quam in tuis laboribus, ac doloribus experiris aſperitatem ab odio proficiſci: eſt quidem boni erga filium dilectum patris amor; tibi conſulo, tuæ prouideo ſaluti, cùm durus videor. Sic rerum humanarum proſperitatem,

Vera parentum pietas, filios punire.

Bona mater, filiã abdit, carpitque.

tem, & quam cœci mortales celebrant felicitatem a te, vt eſt periculis plena, procul anetto. Eia ſcilicet eſt veſtri omnium fragilitas, vt ſecundis rebus inflati, ſtatim & propriæ infirmitatis vos oblitos, & benefactori Deo ingratos, cuius ne memineritis quidem prorſus exhibeatis. Sic etiã ſeſe gerit Dominus cum iis, quos diligit; ab iis enim ſuam interdum auertit beneuolentiam, aut veriùs æternæ beneuolentiæ ſigna; eos ſiquidem moleſtiſſimis (vti vocant) ſcrupulis vellicari, ariditatibus ſpiritus, miriſque animi anguſtiis diſcruciari ſinit. Surdum quodammodo ſe præbet illorum vocibus, precibus inexorabilem, neſcire ſe illos, non curare quid patiantur, quid petant, quòd indigeant, quòd plorent: mœrent illi quidem, ac dolent, queruntur deſeri ſe prorſus à B Deo, ac neſciri.

Noxa homini proſperitas.

Aſperius interdũ cum ſeruis ſuis Deus agit.

4. Cæterùm hoc agit Dominus, vt & ſeruorum ſuorum patientiam probet, & ſui ergà illos amoris vim demonſtret; cui ſcilicet, ipſemet Deus obſiſtere, diúque obſurdeſcere non poſſit. Quid tu igitur homuncio Dei viſcera miſericordiæ, & amoris plena falsò incuſas? Quoniam pacto fortis ille aduerſum te ſit, qui pro te ad mortem vſque voluit infirmari? Eſt quidem Dei noſtri ergà nos diſſimulatrix clementia, & cùm eâ nihil ſit blandius, duritiem tamen in bonum noſtrum ſe ſimulat: mirâ pietate pugnat aduerſus eos, pro quibus contra ſeipſum pugnat. Extra nos ariditatibus, ſcrupulis, mœroribus, ac noſtrarum precum dilationibus, imò & repulſis C contra nos ipſos pugnat: ſimúlque intra nos excitando ſpem, fiduciámque in Deo, ſancta deſideria, humilitatem, patientiámque, contra ſeipſum pugnat. Tantò itaque clementior inclementia, blandior duritia, magiſque pia impietas eſt illa, quam effingit; quantò ardentior ea ſuis eſt, quam in noſtris animis ingenerat. Soletur igitur ſeruus Dei ſuum huiuſmodi, quem patitur mœrorem, qui ab amore naſcitur: Nam quid amor Dei faciet, quod nobis, quos amat, vtile, dulcéque, ac blandum non ſit? Profectò cùm Deus iſtam, quam in ſe non habet, ſimulat duritiem, ſecum ipſe pugnat: blandus enim amor, qui vltrò in omnem pietatem ac dulcedinem diffunditur, propter bonum noſtrum aſperè nobiſcum D agere, ac veluti ſæuire (contra ſuum ingenium) cogitur.

Deus ſimulat ſe durũ contra nos.

Mira Dei pugna cum ſuis.

Dei ſeueritas clementior.

Blandus Dei amor durum ſe effingit.

5. Optat amans filiæ mater illi vitam, ſed primò, & maximè virtutem, modeſtiam, famam, animæque ſalutem: Quin etiam pudicam mauult, quàm viuam: in angulis domus, in abditis recluſam penetralibus, menſes totos, annóſque tenet; mortuam, ſepultámque dixeris: ſed totum hoc facit non odio, ſed amore. Nam ſi filiam non amaret; pudicitiæ, famæque filiæ non conſuleret; quæ quidem illa in ætate, vel ſi tantùm furtè videatur, & ſibi, & aliis periculo eſt. Verè ſiquidem, ac prudenter monet virginem S. Greg. Nazianz. *Virorum aſpectum fuge, ſi fas eſt etiam grauium, & pudicitia laude florentium, ne fortè ex fraude E diaboli vel ferias, vel feriaris.* exhort. ad virg. Illud etiam nouerit mater non veri, ſed falſi amoris, atque adeò mali odij erga filiam eſſe, cùm nimio cultu, ornatuque ſpectabilem reddit puellam; quam profectò modeſtiorem, ac ſecuriorem domi haberet, ſi ab omni lenocinio alienam curaret adoleſcere. Sic enim etſi leuitati iuuenum diſplicent; à grauitate virorum, & prudentiâ ſenum egregiam habebit commendationem; quod ita conteſtatur idem Gregor. *Sordidam veſtem tuam,*

Bona mater in filiam ſeuerior.

S. Gregor. Nazian.

Virorum aſpectus fugiat virgo.

Mater non prodat ornatam filiã.

S. Gregor. Naz.

A *comámque ſqualidam magis venerer; pluriſque faciã, quàm margaritas, veſtiúmque ſericarum elegantiam. Egregius flos verecundia, magnum ornamentum pallor, textura inſignis, virtutes ſunt.* loco citato. Dices id quidem virginem Deo ſacratam in Parthenone decere; at contra dedecere nupturam: quippe cum pulchritudine, atque inſuper lenocinio ſanctas ſibi nuptias virgo conciliat, quas nulla inuenit deformis, & incompta. Interdum ita quidem aut ſæpius fit. At viro graui in vxorem ea pulchrior moribus, quàm coloribus placet.

Laudabilior virgo non ornata.

Virgo moribus, quàm coloribus pulchrior.

6. *Ingreſsique portam vrbis.*] Tandem igitur Rex Hemor, & princeps filius Sichem vniuerſam plebem conuocant ad portam ciuitatis, vbi ſcilicet prætorium erat, & forum vænalium, con-B cionéſque habebantur, vt de acceptanda Hebræorum circumciſione pro contrahendis vtrinque connubiis, coadunandóque ex Sichimitis, & Hebræis populo diſſererent. Rex itaque fari incipiens vtitur ad perſuadendum in primis ea Ingenio aduenarum, quieti, pacique ſtudentium; id enim genus homines grati ſunt omnibus, ac ſuaues; vt econtrario inquieti, & rebelles, omnium ſibi odium, inuidiámque conflant. Deinde ex neceſſitate communi terræ colendæ, & inhabitandæ à nouis cultoribus; parua ſiquidem manus Sichimitarum neutri rei ſufficeret. Tertiò rem potius conficit ratione voluptuaria, hæc enim vna etiam in cauſis difficillimis inter homines perorat. Vbique nimirum dominatur voluptas. C Ea verò ratio eſt connubiorum, quæ maximè Chananæis optanda videbitur; eò quòd (vti adnotauit Abulenſ.) *Meſopotamia mulieres longe formoſiores, & melius morata habebantur.* Denique Rex lucrum proponit, quia participes futuri eſſent magnarum opum nouæ iſtius gentis. Hinc videas, nec Regem, nec ſubditos vlla pietate, ſed ſpe tantùm rerum terreſtrium, & caducarum impulſos ad circunciſionem fuiſſe. Vnum ergò (inquit Rex) ô ciues à nobis expetunt Hebræi, vt circuncidamur; nec enim aliter in fœdera, & connubia ſunt conſenſuri. Sic illorum bona proculdubio noſtra erunt ſi minùs proprietate, at certè commercio, & communicatione ciuili. Docemur ex hoc loco, quàm diſpar ſit ab infidelium D vita ſanctorum. Hi enim in proximorum ſalutem inſudant, pacem cum omnibus habent, omne inhoneſtum deteſtantur, at infideles ſuis tantùm ſtudent commodis, libidines ſectantur, aliorum bonis inſidiantur, ſacra profanant, fingunt amicitias, odia tegunt ſub velamine fœderum: atque idcircò diſpares vitâ, diſpares quoque ſunt in exitu. Sancti in cœlum admittuntur; infideles in inferno ſepeliuntur. Placet Regi, ac filio, acceptatúrque Hebrææ gentis ſacramentum, non pro animæ ſalute procuranda, ſed pro voluptatibus carnis, terræque opibus augendis, & poſſidendis; quo ſanè vitio etiam nunc vereor ne multi laborent.

Vir pacificus vbique placet.

Voluptas vbique dominatur.

Abul.

Diſpares vitâ, mortéque boni & mali.

7. Certè non deerunt fortaſsè, qui vitam cle-E ricalem eligant non pietatis ſtudio, ſed ſpe lucri, non vt Deo propinquiùs accedentes ex altari hauriant ſanctitatem, ſed victum, & opes comparent. Proh pudor! Eo animo igitur clerici fiunt, quo militiæ ſe alij adſcribunt; ad honorem ſcilicet mundi, & ad victum corporis. Quare inſtruens ad ſacros ordines Nepotianum optimè S. Hieron. admonet; *Ne officium clericatus genus antiquæ militiæ putes, id eſt, ne lucra ſæculi in Chriſti quæras militia; ne plus habeas, quàm quando clericus eſſe cœpiſti.* Hæc ille epiſt. ad Nepotian.

Clericus fiat non ad lucrum, ſed ad pietatẽ.

D. Hieron.

A Miles quidem Chriſti eſt ſacerdos,ſed ad animæ, non ad corporis bona,non ad terræ, ſed ad cœli opes.Non aburendum ſacris ad profana;ſacerdotio ad lucrum; cœlo ad lutum; Deo ad terram eluctandam. Sed quotus quiſque hodie conſilium beatiſſimi doctoris admittit; ne plus habeas, quam quando clericus eſſe cœpiſti:Quis ad pinguiores reditus in Eccleſia nõ adſpirat?Quis ſi nobilis,ſi literatus, ſi gratiâ polleat curiæ, non canonicatus,non dignitates, atque adeò Epiſcopatus non ambit? quid quod etiam in humilioris fortunæ hominibus ea lucri cupiditas aliquando ſic exardeſcit, vt qui pauper in ſæculo natus, & pauper ſemper vixiſſet, in Chriſti clericatu repente fiat diues, non ob Eccleſiæ modò reditus, ſed ob induſtriæ propriæ commercium? Adiungit ergò S. Hieron. *Negotiatorem clericum, & ex inope diuitem; ex ignobili glorioſum, quaſi quandam peſtem fuge*.cit.epiſtol. Peſtem vocat,quia qui huiuſmodi eſt, ſuæ vitæ prauo exemplo multos inficit ad perditionem.

Ambitio in clericis.

Clericus ex paupere locuples.

D. Hier.

Clericus ab auaritia ſit immunis.

8. *Aſſenſique ſunt omnes.*] Miſera plebs improbis non poteſt principibus reſiſtere. Illi propriâ libidine ducuntur, ſubditi dominorum imperiis aguntur; vtrique ſuam ſibi extremam perniciem, ac ſuæ reipublicæ vaſtitatem moliuntur. Nihil vtilius, ac felicius bono principe;nihil malo perniciotius,& infelicius.Peſtis,lues,fulmen, incendium eſt reipub. princeps improbus. Videt Propheta Regem ipſum Regem Regũ, & Dominum dominantium inter iudices, hoc eſt, principes C gentium,qui & maieſtate imperij, & dominandi inſolentiâ, propriæque vanitatis ſuperbiâ non homines, ſed planè Deos ſeſe reputant,& haberi volunt. *Deus* (inquit) *ſtetit in ſynagoga deorum; in medio autem deos diiudicat*. Pſalm.81.vbi S.Hieron. *Ipſe Deus loquitur ad iudices, hoc eſt, ad principes populi*. Quod autem hic notentur mali principes, apertum eſt ex iis, quæ adiunguntur: *Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant*. Pſal. cit. *Quos ego* (declarat S.Hieron.) *Deos vocabam, vitio ſuo mali iudices appellati ſunt. Declinarunt a luce, & facti ſunt tenebræ*. Sed quid tandem ex malis iudicibus?Sequitur; *mouebuntur omnia fundamenta terræ*.Pſal.cit.*Totus* (inquit S.Hieron.) *orbis concuſſio propter malos principes venit*. Quaſi prodigioſo D quodam terræ motu Reſpub.miſerandum in modum labefactabitur: & tanquam de cœlo tactum fulminibus,diſſolutum peribit regnum,vbi regit, ac dominatur princeps improbus.O nauem ſummè infelicem,cuius temonem ebrius mouet nauclerus! Quî obſecro & fluctus ſuperabit,ventóſque illudet, & rectum tenebit curſum?Quid tandem aliud eueniet,niſi vt diſiectis velis,cadentéque arbore, diſſultante gubernaculo depreſſa in latus miſella nauis, in profundum hauſta funditùs demergatur?Nauis vtique Reſpub.& regnum eſt,nauclerus eiuſdem princeps;ab hoc, ſi improbus ſit, naufragium, exitiúmque nunquam non publicum oritur. Ergò Sichimitæ, vt Deo meritas ſuorum ſcelerum pœnas luerent, eò tandem E infeliciſſimi deuenerunt, vt ab improbis regerentur principibus,patre, ac filio,qui ſuæ Reipublicæ,ac regno infanda labes, extremáque peſtis extiterunt. Vt enim ſua ſeſe in libidine tuerentur, fraudulenta hoſtium ſuorum conſilia ſecuti miſellam plebem, vel proprio exemplo, vel violento imperio ad ſumendam circunciſionem adegerunt,vnde omnibus natum excidium.

Malo principe nihil infeſtius.

Pſal 81.
D.Hier.

Pſal.81.
D.Hieron.

Malus princeps Reip. peſtis & exitium.

Pſal 81.
S.Hier.

Regni exitium ob malum principem.

9. Regit principes, & quoquouerſum commouet propria libido potiùs,quàm mentis ratio, A aut lex vlla Numinis: ac proinde ſubditos ſuis cupiditatibus cogût inſeruire:iure optimo Marc. Tull. *perniciosiſſimam hominum potestatem* dixit. orat. pro M. Cœlio. Nec maius quidem plebi damnum, quam a malo principe ſolet inferri. *Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem, ſicut eſcam panis*. Pſalm. 13. Queritur Deus ipſe de magnatibus, qui opprimunt populum,eáque facilitate, ſubſtantiam opéſque puſillorum depeculantur, quà fruſtulum panis editur. Deinde tam grata eſt magnatibus oppreſſio paruulorum vti panis, ſine quo nulli cibi appetuntur, & qui ſolus ſi adſit, ad vitam ſufficit. Inſeruiunt,videlicet,magnatibus in Republ.paruuli,& principibus ſubditi; ad illorum cupiditates, B & nutriendas, & inflammandas, etſi deinde miſeri verſentur, comminuantúrque vti panis fruſtula dentibus deuorantium. At nouerint illi populum,quem ita vorant,Dei eſſe,vti Samuël monuit Saulem regem: *Ecce vnxit te Dominus ſuper hæreditatem ſuam in principem: & liberabis populum ſuum*. lib.1. Reg.10. Sunt itaque Dei,non principum,& Regum Reſpub. regna,prouinciæ, populi;ſunt Dei, non hominum Epiſcopatus, Eccleſiæ,prælaturæ,ac præfecturæ; ſunt opes, hæreditas,prædia,ſubſtantia Dei, quæ ille *hominibus illis* (vt in Euangelio dicitur) *locauit tanquam agricolis,qui reddant ei fructum temporibus ſuis*. Matth.21. Quare ſi quod Dei proprium eſt, & ſibi vſurpant,ac pro libidine tractant, diſſipántve, infidi C profectò ſunt, ac proditores, illaque ferientur ſententiâ: *malos malè perdet*. Matth. 21. non conculcandi pedibus, non premendi, vexandique manibus, non comminuendi dentibus, nec vti panis deuorandi ſunt ſubditi, ſed eâ potiùs (liceat dicere) reuerentia tractandi ab iis, qui præſunt,vti vel ipſe Dominus egregio quodam ſymbolo figuratum docuit.

Principes libidine magis, quàm ratione ducuntur.

Tull.

Pſal.13.

Malo principi dulcis oppreſſio plebis.

1.Reg.10.

Dignitates mũdi a Deo ſunt, & hominibus locantur.

Matth.21.

Subditi à maioribus reuerenter tractandi.

10. Enimverò ſeptuaginta illi ſeniores, quos Dominus ad regendum populum collegas eſſe voluit Moyſis, cùm primò electi ad tabernaculum Domini acceſſiſſent:*Viderunt* (vti ſcribitur) *Deum Iſrael: & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſapphyrini,& quaſi cœlum,cùm ſerenum eſt*. Exod.24. loco *lapidis*, vertunt plerique, *lateris*. Vtique ſi- D gnificabantur lateres, quos Hebræi ab Ægyptiis oppreſſi è luto cum paleis efficere cogebantur; viſus igitur Dominus nouos illos Rectores, ac prælatos ita inſtruere: Videte quanam ratione tractari à vobis oporteat,quos veſtræ curæ committo,ſubditos;non quidem vti lateres,lapidéſve platearum pedibus gradientium proteruntur, ſed vt Sapphyri, pretioſæque gemmæ regum coronis inſertæ æſtimantur:aut verò potiùs, tanquam cœli ſydera ſerenâ ſub nocte radiantia. Quòd ſi tam pretioſum, tam pulchrum opus ſub pedibus videtis; meis quidem, non veſtris ſubiiciendos ſcitote illos, qui ſerui mei ſunt, veſtri autem naturæ conditione fratres, atque interdum vitæ probitate longè vobis ſuperiores. Quamobrem E etſi laterculi, ac lapides prætereuntium pedibus luto,& ſordibus inquinentur; at ſubditi, quippe mei ſunt, non ad lutulentas, & ſordidas magnatum cupiditates debent inſeruire, ſed pro capitis ornamento,& gloria diadematis geſtari oportet. Quis enim compos mentis nitentes ſapphyros in lutum iaciet; aut qui pedes, niſi tantùm Dei, ac beatorum aſtra ipſa cœli, aut lumina vnquam contingere potuerunt?Igitur miſeris Sichymitis mali principes Hebræam circunciſionem perſuaſerunt, vt per illam propoſitæ pacis conditio firmaretur;

Exod.24.

Subditi pedibus Dei non hominũ ſubiecti.

Subditi gemma in corona ſuperioris.

A

maretur;princépſque ille impurus raptæ per vim puellæ pacificè amoribus potiretur.

11. Agunt principes cum ſubditis vi plerumque cogendo, aut nimis territando, quibus obluctari quis audeat? *Indignatio enim Regis* (ſcribitur) *nuncij mortis*. Prouerb. 16. *Item ſicut fremitus leonis, ita & Regis ira*. Prouerb. 19. Quo igitur vultu iratum Regem miſella plebs inſpiciet: aut quo pectore Regem audiet comminantem; aut quo tandem animo quodcumque Regis imperium non ſequetur? Cur non oues, agnique ad victum, & rugitum leonis perhorreſcant? *Sicut ros ſuper herbam, ita & hilaritas Regis*. (Prou. 19.) perfundit gaudio animos plebis, & velut rorem vitæ inſtillat ſubditis ſerenum Regis os, & blandus ſermo. Contra verò ipſamet regij vultus indignatio ferè mortem inducit. Proferam de hac re, quod audire me ſæpiùs memini. Intrauit vnam è maximis regni vrbibus vnus è noſtris Regibus; ergò ciuium nobiliſſimi quique ad ſalutandum Regem certatim accurrunt. Comiter ille ſalutantes excipit; at grauiter tamen ſeneteque accedentem è primoribus quendam intuitus, dextrámque ſubtrahens, ait: Nolim ego meam homini, qui malè viuit, exoſculandam manum porrigere. Igitur *indignatio Regis, nuncij mortis*. Domum ciuis ille rediens velut ſagittâ ſclopove traiectus in lectum decidit; ac paulò poſt ſumptis Chriſtiano ritu ſacramentis cum morte ipſa infelix colluctatur. Quod vbi vulgatum in curia fuit, vno Regis blandiore nuncio confeſtim ad ſe, atque ad vitam rediit.

Prou. 16.
Timenda iſta regis.
Prou. 19.
Prou. 19.
Egregium Regis Luſitani dictum.
Seuero regis verbo perculſus decumbit.

B

C

12. Quid ſi proptereà omnes aſſenſi ſunt, hoc eſt, libenti, & alacri animo indictam a principibus circuncitionem admiſerunt, eò quòd ipſos nouerunt, primùm omnium Sichem principem, aut iam circuncíſos, aut circuncitioni ſponte deſtinatos? Quod mihi licet colligere illis ex verbis paulo antè poſitis; *Nec diſtulit adoleſcens, quin ſtatim, quod petebatur, expleret*, &c. Accepto, ſcilicet, pacis fœdere ſub conditione admittendæ circuncitionis è veſtigio princeps ſeſe ipſe circuncidit; *amabat enim* (adiungitur) *puellam valdè*. Amanti quidem nihil difficile, nec vlla in re tam granis eſt difficultas, quæ ad ſuperioris exemplum non euincatur. Circunciditur princeps.

D

Quid tum ergo, niſi; *Aſſenſique ſunt omnes circunciſis cunctis maribus?* recurrit hic ſæpenumerò locus, de vi, efficacitatéque boni exempli: hoc ſane ad inſtruendum, quin etiam ad conuincendum, nihil ſolet eſſe potentius. *Vidit Dominus* (ſcribit Matth.) *duos fratres, Simonem, & Andream piſcatores, & ait illis: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum; at illi continuo relictis retibus ſecuti ſunt eum*, cap. 4. Meritò D. Chryſ. admiratur, & fidem, & obedientiam vocatorum: *Siquidem in medio ipſius operis conſtituti* (*ſcitis autem quàm ſit auida res piſcatio*) *cùm illum audiſſent iubentem, nihil diſtulerunt*. &c. *Ac procedens inde vidit alios duos fratres Iacobum, & Ioannem, & vocauit eos; illi autem relictis retibus & patre ſecuti ſunt eum*.

E

Matth. 4. At quid hoc eſt, quod primis mercedem promittit. *Faciam vos piſcatores hominum, ſecundis verò minimè?* Reſpondet egregiè idem Chryſoſtom. *Iacobo, & Ioanni nihil pollicitus eſt, ſiquidem obedientia præcedentium his quoque ad credendum iter parauit*. homil. 14. in Matth. Primos quidem, & vox Domini, & promiſſio inuitauit; alteri autem præter ipſam Domini vocem in priorum exemplo magnum habuerunt incitamentum.

Regis exemplo ducitur populus.
Efficacitas exempli.
Matth. 4.
D. Chryſ.
Inſignis obedientia Apoſtolorum Chriſto.
Matth. 4.
D. Chryſ.
Mira vis in exemplo.

A

13. Quod quidem in principe, Regéve multò ſolet efficacius videri. Deprecatus eſt Dominum Rex Ezechias pro Hieruſalem ab Aſſyriis obſeſſa, opertus nimirum ſacco; igitur *& ſenes de ſacerdotibus operiuntur quoque ſaccis*. 4. Reg. 19. ad ſolum ſcilicet Regis aſpectum; nec enim legimus imperio ad id Regis coactos. Pulchrum ſanè fertur Ariſtotelis axioma: *Princeps animata lex eſt*; latæ quidem a principe leges mortuæ ſunt, illius exemplum anima eſt, vnde vitam, vigorémque illæ accipiunt. Carpit, & ſeuerè quidem Dauid Reges, ac populos quòd contra Deum, Chriſtúmque eius nefario, ac ſacrilego conſenſu conſpirauerint. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius*: Pſalm. 2. Cæterùm ad finem Pſalmi ſolos ipſos inſtruit, docétque Reges. *Et nunc Reges intelligite*, &c. An non etiam gentes fremuerunt, & populi eandem illam coniurationem vnà cum Regibus concitarunt? Cur ergò à Propheta non docentur populi, non inſtruuntur gentes? Nimirum benè inſtructo principe, rectè morato Rege, ſtatim, & populi, & gentes ſine alio doctore virtutem, bonorúmque morum diſciplinam amplectuntur. Vti è contrario à malo principe miſerandum in modum (etiam abſque alia doctrina) in ſubditos vitia more peſtis vulgantur. Quod eleganter ſcripſit Plinius Iunior his verbis. *Vt in corporibus, ſic in imperio grauiſſimus eſt morbus, qui à capite diffunditur*. lib. 4. epiſtol. epiſt. ad Sempr. Ruff. Quid plura? Vulgò dicitur: *Cùm caput ægrotat, cætera membra dolent*.

4. Reg. 19.
Ariſtot.
Princeps lex animata.
Pſal. 2.
Regis exemplum cogit in vtrámque partem.
Plin.

B

C

14. Profectò non debet aliis præeſſe dignitate, qui aut non poteſt, aut non vult aliis ad virtutem præire. Et quia neceſſe omninò eſt, vt qui alios regit præſertim in præfectura Eccleſiaſtica, maximéque in religioſa, ſubditis potiùs exemplum, quam doctrinam præbeat; iccircò res eſt, quam difficillima dignitatem huiuſmodi ſubire, at multò etiam periculoſiſſima cupere, atque ambire. Ah pudeat virum non dicam modò religioſum, ſed vel Chriſtianum ambitione dignitatum, & honorum etiam nunc poſt Deum hominem humiliatum, & exinanitum vſque ad mortem Crucis, dies miſerum, noctéſque torqueri: cùm illam mentis conſtantiam, & virtutem verè Chriſtianam in Gedeone Hebræo multos ante Chriſti aduentum annos legerit. Cùm enim Gedeon ductor Hebræorum poſt egregias de hoſtibus victorias, aſſertámque populo Dei libertatem ſibi & quidem meritò regium nomen, & dignitatem ab vniuerſo populo deferri videret; *Dominare* (aiebant) *tu noſtri, & filius tuus*; excelſo quidem animo, terrenáque omnia deſpiciente reſpondit: *Non dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus*. Iud. 8. O ſummè admirabilem, & tam antiquis, quàm noſtris inauditam ſeculis vocem! *Non dominabor veſtri, nec dominabitur in vos filius meus*. Itáne verò vti homo Adæ filius oblatum regnum deſpiciat: Rex eſſe, dominari, regnaréque inter homines homo nolit? Et quidem ante legem gratiæ, ante exempla humilitatis Chriſti, & ſanctorum, homo ad arma natus, belliſque aſſuetus, & ſibi, & filio donatum reiiciat regnum: cùm nos hodie non pro regno quidem, ſed pro tantillo inter alios honore, planè anguſti puſilliſque animi homunciones, & deſudemus, & digladiemur! Vir quidem generoſus æquè, atque prudens, & perituros mundi contempſit honores, & cum honoribus admiſta ſimul corporis, animæque

Religioſus prælatus primò exemplum, dein doctrinam præbeat.
Pudor eſt Chriſtianũ ambitione torqueri.
Iud 8.
Mirus regij honoris contemptus.
Innata hominibus honorum ambitio.

D

E

Plenus periculis honor.

animæque pericula declinauit. Tantum quippe à caſu, quantum à culmine diſtamus.

Animo periculoſa proſperitas.

D. Auguſt.

15. Ac multò periculoſius cum proſperitate, quàm cum aduerſitate rerum humanarum ad immortalitatem nati homines colluctamur: & longè faciliùs in ſtatu humiliore, quàm in ſublimiore; maximéque in regali cum Hemor, & Sichem ſalus animæ comparatur. Quare illud optimè ſcripſit D. Auguſt. *Iſta quæ in rebus humanis vocatur felicitas, plus eſt timenda, quàm miſeria; quandoquidē miſeria plerumque affert ex tribulatione fructum bonum; felicitas autem corrumpit animam perverſa ſecuritate, & dat locum diabolo tentatori.* concion. 1. in Pſalm. 68. Ah quantò vterque felicior fuiſſet Rex iſte, princépſque filius, ſi non regni ſublimitate emineret, ſed opificij, aut agricolationis humilitate conſtrictus omnem aditum occluderet tentatori. Nocuit Regi, nocuit principi, nocuit ciuibus, totique regno perniciosa illa felicitas, quâ freti tantum illud flagitium patrare auſi ſunt; & calamitoſam plebem ſtultè induxerunt, vt propriis lancinati manibus omnes inuadenti per inſidias hoſti ad necem vſque traderentur.

Securior ſtatus plebei, quàm principis.

Vtiliſſima hominibus Chriſti humilitas.

At vniuerſo quidem humano generi profuit ad vitam Dei hominis humilitas, qua homines a ſuperbis parentibus nati, & in ſuperbia nutriti viuentéſque ad omnia humilitatis pro ipſo Deo officia obeunda libenti animo ſe ſubiecerunt. Cœlum quidem magna ex parte Angelis in cacodæmones commutatis ipſamet ſuperbia ſpoliauit: terram verò iuſtis, & cœlum ipſum hominibus in angelicam vitam ſubuectis ipſamet humilitas repleuit. Hæc nobis è cœlo traxit Deum, noſtrique ſimilem hominem fecit; hæc in terris fœminam, etſi filiam Adæ in cœli reginam, atque in matrem Dei adornauit.

Vtiliſſima mundo humilitas.

16. Facilè impuri illi principes, vt ſuæ inſeruirent libidini, miſeros Sichimitas ad peregrinum ritum, vnde omnibus tandem illatum exitium eſt, ſumendum impulerunt. At Deus homo, & Dei hominis Virgo mater vitam hominibus cum noua, diuináque lege immortalem attulerunt. Licèt enim redemptor vnus omnium ſit Chriſtus, at cùm per carnem ex Virgine matre deſumptam filius ipſe nobis omnia ſua bona contulerit, iure optimo à filio matrem non ſeparamus. Idcircò appellatur à S. Ioanne Damaſceno, *Iuſtitiæ fons, ſanctitatis theſaurus, gloria Dei tabernaculum, Dei ciuitas; per eam nobis Dei gloriam perſpicue intueri datum eſt.* orat. 1. de aſſumpt. Et quidem illam (vti matrem decebat) primam omnium *introduxit Rex in cellaria ſua.* Cant. 1. Loqui ad hunc modum arbitratur Theod. animam perfectam, quæ verè, ac propriè dicitur ſponſa Chriſti: Rupertus Virginem ipſam matrem intelligit. Nam quæ vlla creatura, vel in cœlo, vel in terra Virginis Deiparæ perfectionem, & ſanctitatem vllo modo non dicam attingere, ſed ne in ſeipſa quidem effingere poſſit? Introducta ſola illa eſt in cellaria Regis, hoc eſt, in ipſoſmet diuinitatis theſauros, ſiue in cubiculum, vt Græci legunt, tanquam filia æterni Patris, mater diuini verbi, ſponſa Spiritus ſancti.

B. Maria non ſeparatur à filio.

D. Ioan. Damaſc.

B. Mariæ encomia.

Cant. 1.

Theod.

Rupert.

B. Mariæ patent omnia Dei myſteria.

17. *Et quæ ſunt iſta cellaria* (inquit Rupert.) *Regis Dei, niſi ſacra myſteria? Nihil enim* (ait Virgo benedicta) *Rex cœli, & terræ à me abſcondit, ſed omni dulcedine ſuâ me inebriauit. Qui enim Verbum ſuum, quod eſt in corde ſuo, mihi totum infudit, quomodo non etiam cum illo mihi omnia donauit?* in Cant. Videbunt igitur adoleſcentulæ ſponſam intraſſe in cellaria Regis, deinde redire plenis fœcundam vberibus: admiratæque exclamant: *Exultabimus, & lætabimur in te memores vberum tuorum ſuper vinum. Recti diligunt te* Cant. 1. Hoc vnum in beatiſſima Virgine potiſſimum concelebrant, quòd à Regis cubiculo, & à ſacroſancto myſterio incarnationis Verbi diuini redierit mater plenis vberibus. Turgent quidem lacte vbera, vt lactenti reddantur; Deique mater non ſibi tantùm plena Deo gratiarum omnium plenitudinem accepit, ſed vt ex illo fonte in homines refundantur. Quicquid enim boni, ac doni mortalibus à Deo venit, per manus vtique Virginis Deiparæ diſpenſatur. *Ergo memores vberum tuorum* ô Virgo, tuis perenniter affluentibus in nos beneficiis grato animo, atque ore te inuocabimus, te prædicabimus. *Recti diligunt te.* Iuſti, ſcilicet, fideles, ac prædeſtinati, quos diuinus ſpiritus per viam rectam fidei, iuſtitiæque ad ſempiternam deducit beatitudinem, pio ſemper obſequio te colunt, ſanctóque amore vti filij matrem proſequuntur; dulcique recordatione iugiter memorant, ac perſonant. Et hoc vnum eſt ex potiſſimis veræ rectitudinis, & Chriſtianæ pietatis teſtimoniis. Quare (vt ſuauiſſimè, ac ſapientiſſimè dixit S. Ioan. Damaſcen.) *ſufficit tis, qui tui memoriam pie vſurpant, pretioſiſſimum memoriæ tuæ donum: quippe quæ eiuſmodi lætitiam pariat, quam nullus eripere poſſit. Quanam enim voluptate, quibus bonis non impletur, qui mentem ſuam ſanctiſſimæ memoriæ tuæ promptuarium efficit?* orat. 1. de aſſump. Itaque Hemor & Sichem pater ac filius ſimul impuri extremúmque ſuis Sichimitis attulerunt exitium: at cunctis verò mortalibus puriſſimi & ſanctiſſimi filius ac mater IESVS & Maria ſalutem pariunt ſempiternam.

Cant. 1.

A B. Maria manant in homines gratia, donáque.

Cant. 1.

Innocenda & prædicanda B. Maria.

S. Ioan. Damaſc.

Dulciſſima B. Mariæ recordatio.

SECTIO IX.

Et ecce, die tertio, quando grauiſſimus vulnerum dolor eſt: arreptis, duo filij Iacob, Simeon & Leui fratres Dinæ, gladiis, ingreſſi ſunt vrbem confidenter: interfectiſque omnibus maſculis, Hemor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem ſororem ſuam. Quibus egreſſis, irruerunt ſuper occiſos cæteri filij Iacob: & depopulati ſunt vrbem in vltionem ſtupri. Oues eorum, & armenta, & aſinos, cunctáque vaſtantes quæ in domibus & in agris erant: Paruulos quoque eorum & vxores duxerunt captiuas. Quibus patratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui: Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius nos pauci ſumus: illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea. Reſponderunt: Numquid vt ſcorto abuti debuêre ſorore noſtra.

1. OPportunum ad patrandum facinus elegerunt tempus Hebræi; quo ex circunciſione grauior ſolet eſſe vulneris dolor. Die ſiquidem tertio, & quarto acerbiſſimum eſſe cuiuſcũque vulneris dolorem, docet Hippocrates lib. de fracturis, cuius rei naturales rationes peti poſſunt à Franc. Valeſio ſacræ Philoſ. cap. 12. Quare non fuit hæc tantùm ſtulta opinio filiorum Iacob,

Hippocr.

Hæreſiar-chæ ſtulti-tia.

Iacob, vt ſtultiſſimè atque impudentiſſimè cauillatur hæreticorum noſtri temporis magiſter. Hinc videbis quanta ſit inſcitia Caluini; atque vt in hac re tam euidenter illius imperitia conuincitur, ſic in cæteris contra catholicam Eccleſiæ Romanæ religionem ſuo illo ex cerebro commentis, quàm turpiter, tam ſtultè infelix hallucinetur; mendax quidem circa philoſophiãm, & medicinam calumniator: mendacior deinde, atque impudentior circa Theologiam, & fidem innouator. Et erunt tamen homines, qui de ingenio, ac prudentia ſibi glorientur, quibus magiſter cœcus, imperitúſque Doctor veritatis lumen oſtendere contendat.

Stulti hæreticorũ magiſtri.

En quales Ambroſius, Auguſtinos, Hieronymos, Gregorios, Baſilios, Nazianzenos, Chryſoſtomos ſibi proponunt hæretici audiendos, ſequendóſque Doctores. Hi quidem, & multi alij verè Patres Catholicorum, vti ſapientia, & ſanctitate mirandum in modum floruerunt, ita verbo, & ſcripto, non minùs impia, quàm ſtulta hæreticorum commenta diſſoluere curarunt.

Patres Catholici commenta hæreticorum diſſoluunt.

Enimverò, vt perdoctè ſcripſit Vincent. Lirinenſ. *Mos iſte ſemper in Eccleſia viguit, vt quo quiſque floreret religioſior, eò promptiùs nouellis adinuentionibus contrairet.* lib. hæreſ. cap. 9. At quò quiſque hæreticus ſordidiores habet mores, eò tam verbo, quàm ſcripto turpiores diſſeminat errores: Sed iam irriſa, & exſibilata hæreſiarchæ iſtius cauillatione ad ſerium deinde ſcripturæ commentarium procedamus.

Vincent. Lirin.

Hæreticus vitâ turpis, verbo ſtultus.

2. *Arripiùs gladiis*, &c.] Igitur Simeon, & Leui fratres vterini, quos magis lædebat opprobrium Dinæ ſororis, audaciores ad vindicandam iniuriam ſeſe accingunt. Et quidem inſtar prodigij videtur, quòd adoleſcentuli vnus viginti, alter vnius ſupra viginti annorum tam graue, tam periculoſum facinus, & auſi fuerint, & patrarint.

Prodigioſũ facinus iuuenum.

Decumbebant igitur ſuis in lectis miſeri Sichimitæ, ex dolore circuncisionis vehementer diſcruciati; quàm ſcilicet peregrinam religionem, non vt ſacrato illo ritu obſequerentur Deo, ſed vt principum ſuorum non tam iuſtæ voluntati, quàm libidinoſæ voluptati prorſus inſeruirent, admiſerant; vnde illis extrema venit pernicies. Hinc videas quanta ſit principum vis ad inflectendos, quò libuerit, ſubiectæ plebis animos. Ac ſubinde quanta ſit infirmitas, ac timiditas ſubditorum, vt mandatis principum contraire non audeant, etiam vbi de mutanda religione, Deíque legibus ſanctiſſimis nefario, & ſacrilego auſu conculcandis ageretur.

Subditi principum apoſtaſiam ſequuti.

Sic noſtris temporibus pleræque gentes principum ſuorum à vera, & catholica fide diſcedentium apoſtaſiam cœco impetu proſecutæ Apoſtolicam à maioribus acceptam & præ longa annorum ſerie, fideliter, ſanctéque conſeruatam religionem cum nouella quadam errorum colluuie; cuius prudentiſſimus, & ſanctiſſimus quiſque neque principium inuenire, neque euoluere exitum poſſit, ſtultiſſimè pariter atque iniquiſſimè commutarunt.

Hæreſibus nec principium, nec exitum euoluere poſſumus.

Ita quidem, nec Chriſtiani, nec Chriſti, Deíque ſunt, ſed huiuſmodi Regum, ac principum. Enimverò diabolus mendacij pater aduerſus Deum, Deíque veritatem pertinaciter decertans, vti Nabuchodonoſor Babyloniæ Rex prodigioſam illam ſuam erexit ſtatuam; ſic ille non minùs monſtroſam noſtris his ſæculis conſtruxit molem; ad cap. enim 3. Daniel. *Vocat hæreſim* D. Hieron, *ſtatuam & idolum falſitatis.* Ergo Rex Babylonius erectâ ſtatuâ miſit ad congregandos ſatrapas, magiſtratus, iudices, & Tyrannos, omnéſque præfectos, & principes, vt conuenirent ad dedicationem ſtatuæ, *Tunc congregati ſunt*, &c. Daniel. 3. Quid hoc eſt? Et de populo non curat Rex? *Seductis* (reſpondet S. Hieron.) *magiſtratibus ſubditi populi maiorum exemplo pereunt.* Solos regnorum præfectos, & principes congregari iubet. *Principes enim* (ait idem Hieronym.) *congregantur ad adorandam ſtatuam, vt per principes ſeducantur, & gentes.*

Hæreſis idolum falſitatis.

Daniel. 3.

D. Hieron.

Per principes ſeducũtur populi.

3. Nihil quidem non molitur diabolus, vti Regem, principémque decipiat, & quamlibet arripiat hæreſim, adorétque falſitatis idolum. Nam miſelli ſubditi vel metu, vel voluntate in ſtudia principis illicò inducuntur. At iccircò etiam principes ſoli congregantur ad ſtatuam adorandam, eò quòd facilius corruunt. *Excelſa quippe* (inquit Hieron.) *periculoſius ſtant; & citiùs corruunt, quæ ſublimia ſunt.* Sed quæ ratio poteſt eſſe iſtius ruinæ? Reſpondet idem. *Qui diuites ſunt, & potentes, dum timent carere diuitiis, & potentiâ, faciliùs ſupplantantur.* Hinc tota mali labes hæreticorum principum, qui cum pinguiſſimis Eccleſiæ redditibus per tyrannidem, & ſacrilegium occupatis potiantur; ne ſi ad fidem catholicam redibunt, illis priuati cogantur, *dum timent* (inquit D. Hieron.) *carere diuitiis, & potentiâ, vti faciliùs ſupplantantur*: adde, ita pertinaciùs inueteratis erroribus adhæreſcunt.

Principes in errorem & hæreſin citius inducuntur.

D. Hier.

Sed ô planè Regis, ac principis nomine indignum, qui ſubditos ad ſuum errorem, nefariámque ſectam attrahere contendit! Pulchrè ſanctiſſimi illi, atque fortiſſimi Hebræorum Iuuenes ſuadenti Regi, vt auream illam ſuam ſtatuam adorarent, Regis nomen homini ſacrilego denegantes. *Non oportet* (inquiunt) *nos de hac re reſpondere tibi* Daniel. 3. Vbi ſic D. Hieron. Hebr. *Non habet, Regem, ne viderentur Regem vocare eum, qui ad iniqua compelleret.*

Regis nomine indignus qui ſubditos ad malum impellit.

Sunt quidem Reges ac principes ab ipſo Deo conſtituti hominum ſibi ſubiectorum paſtores. Iccircò quos Dominus præcipuè regendis quondam hominibus elegit, priùs in paſtoritio munere ſuum quaſi tyrocinium egiſſe voluit. *Abraham enim* (inquit S. Ambroſ.) *Iacob, Moyſes, Dauid paſtores fuerunt regalem quandam in eo munere diſciplinam induentes.* epiſt. 4.

Principes hominum paſtores.

D Ambr.

Quid igitur tam iniquum, támque inhumanum, vt de paſtoribus lupi fiant, & miſerum gregem à caulis Chriſti, ab Eccleſia videlicet Romana, D. Petri cathedra, & petra fidei ad aliena dogmata tranſlatam diabolo ſecum trahant ad gehennam.

Hæretici principes ſubditos ſecum trahunt in infernum.

4. Ingreſſi ergò ſunt ciuitatem Simeon, & Leui confidenter. Hebr. *betach.* legit S. Chryſoſtomus, *ſecurè*, quia ſcilicet in oppreſſos dolore, iacentes in lectis, & nihil tale ſuſpicantes irruebant; deinde quia infamiam, exemplum, periculum, ſeruitutem, & libidinem cogitantes de Domino confidebant, quòd pro ſororis iniuria vindicanda, zelo honeſtatis, & ad exemplum poſteris in tanta familia futuris diuino ſuffulti præſidio, & quidem armati facili negotio dolentes, & procumbentes, incautóſque opprimere poſſent, & contrucidare.

D. Chryſ.

Dei fiducia præſidióque armati vincunt.

Licet autem duo tantùm commemorentur, Simeon, & Leui, haud dubiè tamen, vt plurimi Doctores rectè expendunt, totius familiæ ductores erant, exceptis fratribus, qui poſteà veniſſe ad direptionem dicuntur. Confidentiam, & ſecuritatem præter arma, quæ geſtabant, & ſocios, quibus erant conſtipati, ac præter miſerandum illum totius ciuitatis ſtatum hominum dolentium, & iacentium; dabat vel maximam tum cauſæ propriæ iuſtitia, & veluti

ſanctitas

A ſanctitas pro liberanda ſorore, vindicandiſque flagitiis in illam patratis, tum hoſtium in quos irruebant, cauſa iniqua; videlicet, facinora, quæ Dei, hominumque furorem concitarant. At vbi pœnæ pro flagitiis debentur exoluendæ tota flagitioſorum imbecillitas eſt, hoſtium verò tota fortitudo. Hanc ipſam S. Saluianus cauſam fuiſſe ſcribit, cur potentiſſimum Romanorum imperium ſuo tempore ab ignauiſſimis quibuſque gentibus facili negotio fuerit euerſum. Hæc illius verba: *Quid eſt quod Deus noſtræ maximas Reipub. opes, & locupletiſſimos Romani nominis populos in tua potiſſimum ignauiſſimorum quorundam hoſtium dedit? niſi, vt cognoſceremus meritorum hoc fuiſſe, non virium; vtque ipſam quoque hoc nobis in confuſionem cederet, ac pœnam, quod ignauiſſimis traderemur.* B Euerſio itaque Romani imperij non fuit quidem laus fortitudinis barbarorum; ſed ipſorum, qui victi pereunt, flagitia huiuſmodi ſupplicijs expianda: quòd potiùs eſt vindictæ cœleſtis, quàm humanæ fortitudinis, quæ panculis plurimos, aut barbaris Romanos ſuccumbere fecerit. *Vt vel ſic* (adiungit) *plagam cœleſtis manus agnoſceremus, quia nos non fortiſſimi, ſed ignauiſſimi ſubiugarent.* Quod quidem Sichimitis etiam accidit, quorum tanta multitudo duorum iuuenum gladijs trucidata fuerit. *Sic euidenter*, (concludit) *Deus intelligi voluit magna opera ſæpe patrari per paucos. Ita per infirmos res acta eſt, ne opus cœleſtis dexteræ virtuti aſſignetur humanæ, ſed diuinæ.* lib. 7. de prouid.

Cauſa iuſt ſceleris valde infirmus ac timidus. S. Salu.

Euerſio Romani imperij propter flagitia.

S. Salu. *Fortes ab infirmis victi ob flagitia.*

S. Salu.

C 5. Clariùs hîc etiam in Sichimis elucet diuina virtus, quæ per duos iuuenes totam illam Rempub. euerterit, & quidem in maximum dedecus Sichimitarum, quòd ab illis fuerint debellati, & extincti, vt è contrario ſolatium aliquod victis eſt, ſi pauci à multis, ſi à magnis ducibus milites ſuperentur, vti Dux Troianus Lauſo iuueni à ſe perempto videtur quodammodo parentaſſe.

Hoc tamen infelix miſeram ſolabere mortem,
Æneæ magni dextrâ cadis.

Virgil. 10. Æneid.

Aliquale ſolatium paucos à multis, militem à duce ſuperari.

Ac primos quidem ingreſſi vrbem Hemor, & Sichem, Regem, ac principem; patrem, ac filium D Hebræi fratres, vtpote authores ſcelerum trucidarunt. Indigni, & vitâ, & regno principes, meritas tandem diuinæ iuſtitiæ pœnas dederunt. Vt enim virtus, Deique legibus ſubiectio, & vera fides principatum homini perdiu ſolet firmum glorioſúmque reddere; ſic impium, ac flagitioſum & vita, & principatu interdum Deus priuat; vt propterea ſapienter Valétinianum Imperatorem S. Ambroſ. admonuerit. *Si vis diutiùs imperare: eſto Deo ſubiectus.* epiſt. 33. Trucidati principes illi à ſe ipſis, potiùs, quàm ab Hebræis doleant ſe puniri, quod & quiſque mortalium (quis enim à peccato liber, atque innocens?) cùm ſe videt clade aliquâ conflictari, ſentire pariter, ac dicere debet. Nam (vti S. Saluian. rectè E animaduertit) *vnuſquiſque noſtrum ſe punit, & ideò ad nos dicitur: Ecce omnes vos ignem accenditis, & vires præbuiſtis flammæ: Ingredimini in lucem ignis veſtri, & flammæ, quam accendiſtis.* Iſai. 50. lib. 4. de prouid. *Ignis ſiquidem* (ait S. Hieron. ad hunc locum Iſai.) *ſuppliciorum, qui a peccatoribus ſuccenditur, habet materiam in peccatis.* Et nos cœci, ac ſtolidi nihil aliud agimus in vita, niſi grandem ſtruem lignorum congerimus, quibus ira Dei ſuccenſis, aut hic, aut in gehenna comburamur.

D. Ambr. *Princeps Deo ſubiectus proſperatur.*

S. Salu.

Iſai 50. *Noſtris ſuppliciis materiam nos ipſi damus.* D. Hieron.

A 6. Cum principibus pariter necauerunt Hebræi omnes virilis ſexus, adultos quidem: nam vt ſtatim videbitur, paruulos abegerunt captiuos cum omnibus omninò fœminis. Vide quot, & quanta ex vno impunito mala oriantur. Nam ſi Rex filium inducti ſtupri obiurgaſſet, (vt patrem, & Regem decebat) adoleſcénſque debitâ ſeueritate correptus admiſſi facinoris publicam pœnitentiam egiſſet; ac puellam pro iniuria dotatam parentibus remiſiſſet; profectò aut ſponte, aut diuinitus mitigatis fratrum animis, tota hæc tragœdia, quin vlteriùs ad vſque ſanguinem & excidium procederet, finita prorſus quieuiſſet. Ah quàm multi (res eſt quotidiana) aut in furcam ſublati, aut in tumultuariis ſeditionibus perem- B pti tam dedecoroſam mortem non obiiſſent ſi debita illis parentum obiurgatio non defuiſſet! Optimè S. Chryſoſt. ad hunc locum animaduertit. *Vidiſtis quantum malum operata ſit vnius iuuenis temeritas? Vidiſtis quantam attulit perniciem omnibus ciuitatem habitantibus? Refrænemus igitur puerorum noſtrorum impetus, curemus eorum caſtitatem, & omnia faciamus, vt abſurdas eorum concupiſcentias iuuenilis ætas effugere poſſit.* hom. 59. in Geneſ. Enimverò ſi filius ſuæ libertati relinquitur, & à primis iam annis immoderatam ſequitur carnis laſciuiam, profectò paulatim cum annis, & praui mores, & cum ætate libertas, & cum libertate impudentia, & procacitas miſcto exteſcet. Monet verò ſanctiſſimus Doctor maximè in caſti- C tate inſtituendos à pueritia filios. Hæc enim virtus cùm ſit omnium difficillima plurimis eſt inſtituenda conſiliis, ac monitis, multo labore, induſtriaque iam inde à primoribus annis addiſcenda. Deinde, quia iuuentuti hoc eſt potiſſimum vitium, in hoc lubrica illa ætas frequentiſſimè collabitur. Nec (vt quotidie dolemus) crebriora, & grauiora vitæ pericula miſeri iuuenes, pro alio, quàm carnis vitio ſubire conſueuerunt, pro ambitione honoris interdum ſeditiones oriuntur, cædéſque patrantur, ſed multò frequentiùs pro carnis libidine, aut explenda, aut etiam auertenda, vel vindicanda tumultus excitantur, diſtringuntur enſes, infliguntur vulnera, cædes fiunt. Mulier eſt vna mortalibus ad iurgia, D ad rixas, ad ſimultates, ad vulnera, ad cædes cauſa potiſſima.

Necat filii parentum ſocordia.

D Chryſ. *Comprimenda filiorum laſciuia.*

Iuuenum rixa, cædéſque pro libidine.

Malorum mulier malorum cauſa.

7. Rarus erit, qui non niſi pro fœmina, vel digladietur, vel ſauciet, vel ſaucietur; vel necet, vel necetur, eorum ſcilicet adoleſcentium, qui cœco furore ſeſe impetunt. Mulier eſt ad mortem via, feretrum ad ſepulchrum, portitor multis ad infernum. Meritò igitur de mulieribus queri poteſt ipſemet Deus conditor, quòd cum hominibus in adiutorium, & ſolatium, à Deo ſint conditæ, peruerſa quadam malignitate tum corporis, tum animæ plerumque miſeris important exitium. Quo in ſenſu delicatè admodum Seuerianus Gaualienſ. vti refert D. Gregor. verba illa Domini ad ſorores Lazari in ſepulchro E iam quatriduani, *Vbi poſuiſtis eum?* Ioan. 11. ſic interpretatur. *Hoc mulieribus Dominus per increpationem quaſi dixit quod mortuum Lazarum vbi poſuerunt, requiſiuit. Ac ſi apertè Euæ culpam memorans mulieribus, diceret. Ego virum in paradiſo poſui, quem vos poſuiſtis in ſepulchro.* lib. 8. epiſt. 42. Sic hodie pleriſque mulierum huiuſmodi faciet Dominus increpando interrogationem: vbi poſuiſtis hominem? quo illum à me abactum expuliſtis? qualem ita expulſum, quàm miſerum, quàm inopem, quàm ſordidum, quàm ſui diſſimilem reddidiſtis?

Iuſta D querela mulieribus Seuer. Ioan. 11

Interitu viri à libere Deus exigit.

An non veſtro fuco, ornatu, lenocinio; dein biandiiis, illecebriſque & impuritatum irritamentis illectum, captúmque, & irretitum, ex via ſpiritus, Deique gratia in peccatum animæ mortem deieciſtis? *Vbi poſuiſtis eum?* Rectè pater ille de luxurioſo filio, quem aliqoando tandem ſui compotem receperat, dicit. *Hic mortuus erat, & reuixit; perierat, & inuentus eſt.* Luc. 15. Mortem quippe adoleſcenti meretrices, quibus cum luxurioſe vixit, intulerunt. *Vbi poſuiſtis eum?* infra hominis ſtatum pecudibus natis abdomini, ac ventri omninò perſimilem. Nam (autore ſancto Hieronymo) *voluptas de rationali homine brutum efficit animal, vt ganeas, & lupanaria, & libidinum inſtra ſectetur.* in 4. Oſeæ. Scribit S. Auguſt. ſe, cùm eſſet in Italia, audiſſe de quadam regione illarum partium vbi ſtabolarias mulieres imbutas malis artibus, in caſeo dare ſolere dicebant, quibus vellent, ſeu poſſent viatoribus, vnde in iumenta illicò verterentur, & neceſſaria quæque portarent. Póſtque perfecta opera iterum ad ſe redirent. 18. de Ciuit. cap. 18. En quales ingenio, ſenſu, vitâ, moribus ſuos amatores efficiant doloſæ iſtæ, ac libidinoſæ mulieres.

Perditus à muliere vir.

Luc 15.

Luxurioſus pecudi ſimilis.

D.Hier.

D.Auguſt. Viri tráſformati à fæminis in iumenta.

8. Ac ne ſolum de impuris conqueſtus intelligatur Dominus; ad nuptas etiam, ad matronas, ad honeſtas quoque dicit aliquando: *Vbi poſuiſtis eum?* veſtri ornatus elaborato nimium, exquiſitóque ſtudio pretioſarum veſtium luxu, margaritarum, auri, argentíque elegantiâ; dein pediſſequarum, & ſeruulorum, & lecticarum apparatu, menſarum, laborúmque delicioſo profuſóque ſumptu, quibus omnibus vnam in domum congeſtis, nec dum aut cupiditas, aut curioſitas, aut leuitas, aut laſciuia vnius expletur mulieris; infelix maritus tanto oppreſſus pondere; quid faciet, niſi vt ad furandum vnde muliebri ſeruiat vanitati, ſe conuertat? Quid plura? ſi non in omnibus, at certè in pluribus, quæ viri aut perpetrant, aut patiuntur, malis; & quorum vel inuentrices, vel adiutrices fœminæ ſunt, iuſte Dominus inuehi poteſt in mulieres: *Vbi poſuiſtis eum?* Ego virum in paradiſo poſui, quem vos poſuiſtis in ſepulchro, quem vos poſuiſtis aut amatorem in ſeditionibus, in certaminibus, aut certè in egeſtate, in infamia, in fœdiſſima lue morborum: denique in multis, & inhoneſtis mortis generibus; aut virum in capitis periculis, in rerum omnium inopia, in latrociniis, indéque in ergaſtulis, demúmque in ſuſpendiis. Sed iam mihi operæ pretium videtur, vt à conſpectu malorum omnium, quæ per fœminas importari diximus viris, & mentis cogitationem, & ſcriptionis, quem teneo, curſum tantiſper auertam, dum admirabilem Virginis matris Dei gratiam, & admirari mihi libet, & contemplari.

Immoderatus vxoris ſumptus virum opprimit.

Mulieres ſæpè omnium viris cauſa malorum.

9. Vnius quidem Mariæ virtutibus, omnia mulierum vitia prorſus ita obuelantur, vt nulli iam deinceps maledicto ſubiaceat ſexus muliebris. Vitam morte deuictâ Deus homo attulit hominibus: at vitæ ianua, ſalutis vnica ſpes, ac medicamentum Virgo eſt beatiſſima. Et quidem de vita, quam tanti facimus; corporis iam certum eſt, quod loquimur; vt hæc vna ſit humana creatura, quam mors ipſa timuit, & quæ moriens de morte ipſa ſempiternos agit triumphos; Enimverò, cùm iam ſenior deſiderio videndi in cœlo filij nimium augeretur, mortémque ipſam vti vehiculum à terra in cœlum expeteret, lætiſſimis, ac piiſſimis accerſita votis, non audebat tamen mors accedere, vt S. Ioan. Damaſcen. hoc modo conteſtatur: *Virginis Dei matris affectum mors quoque ipſa pertimuit, ſiquidem ipſius filium adorta ex his, quæ pertulit erudita, periculóque facto prudenter reddita eſt.* orat. 2. de Aſſumpt. Quamobrem adueniens de cœlo Deus filius chariſſimæ, & iucundiſſimæ ſibi matris vltro è corporis nexu ſe ſoluentem animam in manus ſuſcepit; pauló que poſt virgineo corpori glorioſam illam reddens, matrem corpore, & animâ beatiſſimam triumphans de morte in cœlum extulit. Sed multò adhuc nobilioris vitæ principium, feliciorîſque ſalutis medicina extitit Virgo mater. Inuenit illa gratiam apud Deum, ſcilicet incarnationem Verbi, quæ in ſacroſancto illius vtero perfecta eſt, Deúmque hominem, qui nobis eſt ſalus, vita, & gloria; Virgo, & concepit, & peperit. Vitæ immortalis ianua eſt, ad quam ſcilicet illis datur introire, quibus à Deo conceſſum eſt, vt in Virginis beatiſſimæ pietate, cultúque dulciſſimo viuant, ac moriantur. Nec enim vnquam Deus deſpiciet, quem Dei mater aſpiciet. Igitur ó benigniſſima miſericordes iſtos oculos tuos ad nos conuerte. *Sicut enim* (inquit Bloſius) *in æternum viuere, ac ſaluus eſſe non poteſt is, quem à te auerſum deſpexeris; ita in æternum perire non poteſt is, quem ad te conuerſum reſpexeris.* in precul. Fuit Dina, fuerunt, ſúntque hodie multæ mulierum, viris in peccatum laqueus, in tartara iter, ob iſtam vitiorum illectricem oris pulchritudinem. At Virgo Dei mater (vt ſcribit Bloſius) *tametſi pulcherrima omnium fœminarum eſſet, nunquam tamen ab aliquo hominum libidinoſo affectu potuit inſpici ob Angelicam puritatem in ipſa relucentem.* in append. cap. 2. Ergo digniſſima Dei mater, tua ex iſta admirabili pulchritudine ſimul, & puritate lætiſſimum, ac mundiſſimum nobis caſtitatis rorem inſtilla, quò Babylonicæ fornacis ardorem noſtris membris æſtuantem reſtinguas; animæque puriore ſenſu, vitáque præditæ ad diuinam in ſeipſis gratiam, & præſentiam admittendam exornemur.

B. Maria [illegible] ornamentum.

B. Maria de morte triumphat.

D. Ioan. Damaſc.

B. Mariam mors extimuit.

B. Mariam filius Deus in cœlũ extulit.

B. Maria vitæ ianua.

Deuotus Virginis Mariæ non peribit.

Bloſius.

Illectrix impiorum pulchritudo.

B. Maria pulcherrima malo affectu inſpici non potuit.

Puritatem mentis & corporis B. Maria poſtulamus.

10. *Quibus egreſſis.*] Occiſis tandem maribus Sichimitarum reduxerunt Simeon, & Leui Dinam ſororem. Quid de illa factum ſit poſteà, certò non conſtat. Rupert. citat Philonem, affirmans Dinam ſanctiſſimo Iobo nupſiſſe. Genebrard. idem ſcribit in Chronic. ad annum 2669. & paraphr. Chald. in eadem eſt ſententia. Sed ea tamen noſtro eruditiſſimo Perer. non probatur; nec in Philonis Hebræi, quem citat Rupert. libris inuenitur. Quare non eſt quòd pro certo commemoretur, quod Rabbinicum olet commentum, vt egregiè oſtendit idem Perer. ad cap. 34. Geneſ. verſ. 6. Regreſſi ad ſuos Simeon, & Leui cum Dina ſorore, & Sichimitarum à ſe patratam cædem fratribus commemorantes ſpe omnes ſpoliorum inuitati accurrunt certatim omnes in vrbem, quam impunè ac liberè occupantes cunctis opibus expoliarunt. Dein fœminas, & mares citra ætatem adultam ſeruituti addixerunt. At quid meruere cuncti mares Sichimitarum vt adulti occiderentur, impuberes cum fœminis ſimul in ſeruitutem abigerentur? An fortè quia peccatum Regis & principis cunctis deinde placuit? Quod videtur ſignificaſſe fortiſſima illa, & honeſtiſſima Iudith, cùm Dei præſidium pro liberanda patria depreçaretur in hæc verba: *Deus patris mei Simeon, qui dediſti illi*

Rupert.

Genebr.

Dina quid deinde factum ſit.

Perer.

Excidium Sichem.

gladium in defenſionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & nudauerunt femur virginis in confuſionem; & dediſti mulieres illorum in prædam, & filias illorum in captiuitatem, & omnem prædam in diuiſionem ſeruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum. Iudith cap. 9. Laudantur quidem fratres Dinæ, quòd bonum zelum habuerint, videlicet, odium ſtupri, iuſtéque de autoribus tanti flagitij ſumendæ vindictæ, ac vindicandæ in libertatem ſororis deſiderium: & hæc videntur probari, laudarique à ſanctiſſima Iudith.

Iudith 9.

Filij Iacob iniquè Sichimitas occiderunt.

11. Sed ſi quis attente huiuſmodi tragœdiam maturéque conſideret, procul dubiò videbit Hebræos grauiſſimè hoc facto peccaſſe. Ac iſtud in primis patrarunt facinus inconſulto, & inſcio patre Iacob; propriâ quidem autoritate, cœco impetu, furioſo conſilio, ac temerario auſu: pateréque ipſe poſteà, vt factum reſciuit, doluit, improbauit, indignum planè duxit. Præterea ſi primò Sichem iniuſtè, atque impiè violauit puellam, damnum deinde coniugio reſarciuit: ſancitóque vtrinque fœdere, atque expletâ conditione circumciſionis in mutua contrahenda connubia, fraudulenter illicò firmatæ paci confiſos, nihil mali ſuſpicantes, ægros vulnere, iacentes in lecto, arreptis armis trucidare; id quidem, & impium & barbarum, & tyrannicum prorſus fuit. Ad hæc non tam grauis fuerat iniuria violatæ vnius puellæ ab vno adoleſcente; quæ totius ciuitatis exitio foret vindicanda. Maximè quia iam honorifico illo principis connubio, ciuium amicitiâ, agrorum, & mercimonij liberâ facultate, multiſque aliis regiæ magnificentiæ muneribus mirum in modum iniuria penſata videbatur. Sed ô ſæuitiam hominum, quacumque belluarum ac ſerpentium feritate immaniorem! Difficilè admodum, ratóque acceptam homines iniuriâ remittunt. Conceptum de iniuria dolorem viuum, atque in dies magis recrudeſcentem tegunt, fouéntque ſub corde: donec arreptâ opportunâ, quam præſtolantur, occaſione illum in vltionem expromant. Tunc verò (bone Deus!) quantam ſupra omnem iniuriæ grauitatem exaggerat crudelitatem vltio, & pœnam erroris prægrauat vindicta. Equidem mihi certum hoc ſatis eſt, infelicius, ac periculoſius multò haberi, ſi quis ſcelerum homini; quàm Deo faciat. Licet enim ex ipſomet obiecto grauior ſit patrata in Deum immediatè quam in hominem culpa; nihilominùs, vt difficilè ab homine, ſic à Deo facillimè venia impetratur, indulgetur remiſſio.

Tenax iniuriæ dolor.

Barbara iniuria vindicta.

Quomodo infelicius contra hominē, quàm contra Deū peccatur?

Ab homine difficilè, à Deo facilè impetratur venia iniuriæ.

Ioel. 2.

Dulciſſima Dei miſericordia condonātis culpas.

D. Hier.

12. Immortales (vt ita dicam) conſeruat homo inimicitias; *at Deus benignus, & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia,* Ioel. cap. 2. Inuitantur quidem peccatores ad pœnitentiam à Propheta, quaſi dicat: *ne deſperetis* (declarat S. Hieron.) *veniam ſcelerum magnitudine; quia magna peccata, magna delebit miſericordia: Deus enim non humanam imitatur impatientiam, ſed longo tempore noſtram præſtolatur pœnitentiam,* &c. Quo in argumento dulciſſimam omninò, ac piiſſimam refert ſententiam docti, & grauis viri, Deique amici, vt eam commemorat Bloſius his verbis: *Quando peccatum, nec volumus, nec patramus, ſed prorſus ab eo auertimur, Deus ipſum obliuioni tradit: quod ſi etiam quadraginta annis in peccatis vixiſſem, & tempore reſolutionis meæ inſtante peccata mea purè confeſſus, cum perfecto amore ex fundo cordis mei ſaltem ſpatio vnius ſalutationis, ſic me ipſum in Deum recipere poſſem, vt re vera totus ad ipſum conuerſus, & ab omni peccato auerſus inuenirer: tunc nimirum, ſicut purus atque innocens ex hac luce migrarem.* Hæc Bloſius append. cap. 3. Profectò hæc tam magna, tam admiranda, tam lata, iucundaque pœnitentibus de immenſa Dei bonitate, ac miſericordia, déque pretioſiſſimis Chriſti Domini meritis ſperare æquum eſt. Peccauit ergò in te proximus, pœnitentiam agit, dolet, veniam ſupplex à te precatur. Quid tu ô homo veniam differs? Cur non ſtatim ſupplicem amplexaris, iacentem erigis, atque in veram veterémque amicitiam non admittis oblitus priorum, ac ſi factæ non fuerint, iniuriarum. Quòd ſi pœnitentem, ac ſupplicem, veréque emendatum adhuc tamen odiſti, perſequeris, vexáſque: O planè feram non hominem! Rectè ad hunc locum Procop. animaduertit: *Hoc enormius flagitium, & piaculum eſt: Si pœnitentes odio inſectemur exemplo Leui, qui debacchatus eſt in Sichimitas, qui iam ſuſceperant teſſeram, vt eſſent ſub iiſdem ſacris, & religione cum Iſraelitis, id eſt, circumciſione.*

Miro in pœnitentia.

Pœnitenti concedenda venia.

Procop.

Graue ... pœnitentes.

Bloſius.

13. Porrò cùm cædes, & deprædatio fuerint iniuſtæ, credi poteſt, ac debet, Iacobum iuſtum, & ſanctum virum, vti reſciuit, & potuit, captiuos omnes dimiſiſſe liberos, & quæ ſupererant illi bona reddidiſſe. Certè indignatus filiorum immanitatem vehementer doluit ſenex, iuſtoque timore correptus, ne fortè audito facinore illo tam funeſto, & tragico finitimæ gentes ad vltionem concitarentur, cum audaciſſimis, & furioſiſſimis filiis ſeuerè admodum expoſtulauit. Quod miſeri parentes plerumque patiuntur, vt in ſummum capitis, honoris, ſubſtantiæ, totiuſque familiæ diſcrimen incurrant ob audaciam, libertatem, atque in flagitia patranda furorem liberorum. Denique [illegible] etiam inferam ex S. Gregorio, *non ſemper nimium [illegible] eſſe cum peccatoribus etiam qui diu, multúmque in luxuria ſordidam egerunt vitam; imo comiter ac blandè, ne ſi grauius miſeri exacerbentur à prælato, à rectore, à confeſſario,* ad vomitum redeant deſperati, quod quidem erit vulneratum, ac dolentem prorſus perimere; atque adeò Chriſto Domino omnium Patri, ac redemptori, vt filij Iacob patrem offenderunt, iram, & indignationem inferre. Sed hæc ipſa ex S. Gregorio latius eſt audire. *Iſraelita poſitos in dolore occidunt, quia plerumque magiſtri ſeueriores ſi zelum ſuum moderari neſciunt, quamuis per prædicationem vitiis corruptionis reſecent, cum iam à delinquentibus plangitur, quod fuerat perpetratum; adhuc tamen ipſi per aſperitatem diſciplinæ ſæuiunt; & duriores exiſtunt.* Qui nimius increpantium zelus, caritati, imò, & iuſtitiæ Chriſtianæ mirum in modū aduerſatur. *Qui enim* (adiungit) *iam & præputia abſciderant, mori minimè debebant, quia qui culpam plangunt luxuriæ, & voluptatem carnis in dolorem conuertunt, à magiſtris ſ[illegible] non debent aſperitatem diſciplinæ, ne ipſe Redemptor omnium timetur, ſi pro eo iniuſtè plus, quam debet, atteritur.* Hæc Pontifex.

Iratio... ... ...

Pœn... ... non ...

Zel... pre... tru... in...

Cum p... ... d a ...

S. Gre...

Chriſ... ſend... mia ſeueritas.

14. An non homo eſt ipſe, quem offendimus? & tamen pœnitentibus non inſultat, ſed illos benignè recipit, dulciter amplectitur, lugentes conſolatur. Sic enim loquitur: *Vnxit me Dominus, miſit me, vt mederer contritis corde, vt conſolarer lugentes, darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris.* Iſai. 61. *Miſſus eſt Dei filius,* inquit S. Hieron. *ad ſanandos eos, qui corde contriti ſunt; ſiue iuxta Symmach. & Theod. ad alliganda vulnera peccatorum.*

Iſai. 61.

... pœnitentes.

D. Hieron.

Hæc

Hæc omnia expreſſit pater ille, qui filium autè prodigum, & iam pœnitentem recepit. Ergò ad excipiendum filium pater domo egreſſus, venientemque de longe conſpicatus, vt legimus, *miſericordiâ motus eſt.* Luc 15. Sed quis iſte in Deo immobili motus? *Mouetur* (reſpondet S. Petr. Chryſolog.) *miſericordia, quæ loco non poteſt dimoueri. accurrit non progreſſu corporis, ſed pietatis affectu.* ſerm. 3. O immenſam Dei bonitatem, nec in tot, tamque grauibus iniuriis à prodigo adoleſcente acceptis benigniſſimus Dominus aut mutauit pietatis affectum, aut pater eſſe deſiit. Accurrens deinde comprehendit, vincit amplexibus, tenet filium, & quod omnem ſuperat admirationem, *cecidit ſuper collum eius.* Luc. 15. *Vt ſcilicet amoris onere onus tolleret peccatorum.* Idem Chryſolog. At etſi fortaſſe, qui nimiam Dei torie ab homine læſi caritatem eſſe dixerit, quod quidem filius alter ſenior indignabundus ob tantam in receptu fratris lætitiam videtur ſignificaſſe; ſed barbatus ſanè, qui neſcit quid amor, & quid pater ſit. *Patere* (dixiſſet pater) *filium rediſſe patri, permitte patri filium ſuſcepiſſe, nec ille aliud, quam patrem quæſiuit, qui veniens non filij, ſed loco mercenarij voluit collocari.* Hæc idem. O amorem, ò pietatem, ò viſcera Dei noſtri! Offendimus bonum Dominum mali ſerui; at redeuntes, ac pœnitentes ſemper patrem inuenimus.

[illegible] fol. [illegible] Chri- [illegible] benigni- [illegible] ngo pec-

Luc. 15.

Pius pater erga peccatores Chriſtus.

15. Cum ſymphonia, cum conuiuio, cum totius familiæ lætitia excipitur filius ad patrem rediens, cum matronæ, ac vicinarum plauſu drachma inuenitur: cum omnium Angelorum gaudio perdita ouis ad caules reducitur: & peccatori pœnitentiam agenti cœlum acclamat, cœleſtium ſpirituum, & choreæ aguntur, & ſuauiſſimæ voces modulantur. Sic igitur peccatores cùm verè contriti pœnitentiam agunt, tractandi; non autem ſuperbe, contumelioſe, iracundéque aſpiciendi, & deſpiciendi ſunt: de ſupercilio enim id fit phariſaico. Mulierem quippe, quæ fuerat peccatrix, ad pedes Domini, nouo quodam, & inaudito pœnitentiæ habitu iacentem indignanter accepit Phariſæus. *Sic & quidam* (ait S.Gregor.) *ſacerdotali officio præditi, ſi quid fortaſſe exterius, vel tenuiter iuſtè egerint, protinus ſubiectos deſpiciunt, & peccatores quoſque in plebe poſitos dedignantur.* Atque, vt ſibi caueant ſuæ infirmitatis memores huiuſmodi ſacerdotes, admonet deinde: *Neceſſe eſt autem, vt cùm peccatores quoſque conſpicimus: noſmetipſos priùs eorum calamitate defleamus, quia fortaſſe in ſimilibus, aut lapſi ſumus, aut labi poſſumus.* Imitentur igitur Dominum verè patrem peccatoris, quem recipit pœnitentem cum gaudio, ſymphonia, & conuiuio, quem aduenientem vltrò pater amplexatur procumbens in collum filij, & quia ſe peccatorem confitetur: *Pater peccaui in te*, ſuauiſſimè deoſculatur. Quod quidem S. Ioan. Chryſoſtom. ſic eleganter expendit. *Occurrens pater filio reuertenti ſuperfunditur collo eius, & in eum lacrymans requieſcit; oſculatur autem os eius, quod emiſſa de corde confeſſio pœnitentis exierat, quam pater lætus excepit.* homil. in Luc. de patre & filiis. O eximiam prærogatiuam confeſſionis ſacramentalis, quam iſte pœnitens ante patrem exclamans in ſeipſo mirabiliter expreſſit! ſic Deo grata, iucundaque eſt pœnitentis de ſuis delictis confeſſio, vt ipſummet os, per quod illa fit, Deus ipſe lætus, amánſque oſculis ſui honorare dignetur.

Dei, cœloque gaudio pœnitens excipitur.

Peccatores non ſuperbè deſpiciendi. D.Greg.

Aliena vitia cum timore & humilitate inſpicienda.

D.Chryſ. *Filius prodigus confeſſionem præfigurauit.*

Confitentis os Dei oſculis honoratur.

CAPVT TRIGESIMVMQVINTVM.

1. INterea locutus eſt Deus ad Iacob: Surge,& aſcende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo, qui apparuit tibi quando fugiebas Eſau fratrem tuum.

2. Iacob verò conuocata omni domo ſua,ait: Abiicite deos alienos qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra.

3. Surgite, & aſcendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Deo: qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & ſocius fuit itineris mei.

4. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant,& inaures quæ erant in auribus eorum: at ille infodit ea ſubter terebinthum,quæ eſt poſt vrbem Sichem.

5. Cúmque profecti eſſent, terror Dei inuaſit omnes per circuitum ciuitates, & non ſunt auſi perſequi recedentes.

6. Venit igitur Iacob Luzam, quæ eſt in terra Chanaan,cognomento Bethel:ipſe & omnis populus cum eo.

7. Ædificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci illius,Domus Dei: ibi enim apparuit ei Deus cùm fugeret fratrem ſuũ:

8. Eodem tempore mortua eſt Debora nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt ad radices Bethel ſubter quercum: vocatúmque eſt nomen loci illius,Quercus fletus.

9. Apparuit autem iterum Deus Iacob poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ,benedixitque ei,

10. Dicens: Non vocaberis vltrà Iacob, ſed Iſraël erit nomen tuum. Et appellauit eum Iſraël,

11. Dixitque ei: Ego Deus omnipotens, creſce, & multiplicare: gentes & populi nationum ex te erunt,reges de lumbis tuis egredientur.

12. Terrámque quam dedi Abraham & Iſaac,dabo tibi,& ſemini tuo poſt te.

13. Et receſſit ab eo.

14. Ille verò erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei Deus: libans
A ſuper eum libamina,& effundens oleum:

15. Vocánſque nomen loci illius,Bethel.

16. Egreſſus autem inde, venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam, in qua cum parturiret Rachel,

17. Ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitque ei obſtetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filium.

18. Egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij ſui Benoni, id eſt, filius doloris mei: pater verò appellauit eum Beniamin,
B id eſt,filius dextræ.

19. Mortua eſt ergo Rachel, & ſepulta eſt in via quæ ducit Ephratam, hæc eſt Bethlehem.

20. Erexitque Iacob titulum ſuper ſepulchrum eius: Hic eſt titulus monumenti Rachel,vſque in præſentem diem.

21. Egreſſus inde, fixit tabernaculum trans Turrem gregis.

22. Cúmque habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris ſui: quod illum minimè latuit.
C Erant autem filij Iacob duodecim.

23. Filij Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon,& Leui,& Iudas,& Iſſachar,& Zabulon.

24. Filij Rachel: Ioſeph & Beniamin.

25. Filij Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Nephthali.

26. Filij Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aſer: hi ſunt filij Iacob, qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ.

27. Venit etiam ad Iſaac patrem ſuum in Mambre, Ciuitatem Arbee, hæc eſt Hebron. in qua peregrinatus eſt Abraham &
D Iſaac.

28. Et completi ſunt dies Iſaac centum octoginta annorum.

29. Conſumptúſque ætate mortuus eſt: & appoſitus eſt populo ſuo ſenex, & plenus dierum, & ſepelierunt eum Eſau & Iacob filij ſui.

SECTIO PRIMA.

Interea locutus eſt Deus ad Iacob: Surge, & aſcende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo,qui apparuit tibi quando fugiebas Eſau fratrem tuum.

1 TAM horrendam illam Sichimitarum cædem,totiúſque regionis excidium doluit vehementer Iacob, tuliſque indigniſſimè à ſuis patratam filiis, tum quia facinus
E fuit atrociſſimum, quale videlicet, nec barbari à fide Dei Hebræorum alieni, víxque ſylueſtres feræ,aut etiam efferati ſerpentes perpetraſſent: tum etiam,quia poſt pacis fœdera vtrinque confirmata,

ta, circunciſionémque acceptam iniquiſſimè perimerentur, qui vnum in populum cum Hebræis coaleſcentes dato per ſanguinem ſuæ in Deum verum fidei teſtimoniu, eiuſdem cum Iacobo ipſo religionis habebantur. *Indignatur ergo Iacob* (inquit Procop.) *ob crudele illud facinus; exiſtimabat enim illos, quia recepiſſent circuncißionem religioſè victuros.* ad cap. 34. Geneſ. Deinde, quia tam prodigioſa illa rerum omnium depopulatio, vniuerſáque imbecillium turbæ captiuitas iuſto, & ſancto viro diſplicuit; proculdubiò, vti iam cœpimus dicere, nihil illi prius, ac potius fuit, quàm vt illicò & captiui libertate donarentur, & bona omnia per vim fraudémque ablata poſtliminio redderentur. Quo facto vir ſanctiſſimus meruit vti ab ipſo Deo benignè admodum viſeretur, tutoque ſeruaretur. Quod ſi Deus innocentis hac in re Iacobi ſanctitatem non reſpexiſſet, profectò [illegible]ius filij tam barbaræ iniuſtitiæ grauiſſimas luiſſent pœnas. Enimverò cùm ſeruitus inter omnia, quæ homines pati ſolent acerbiſſimum habeatur malum; illi hominem natura ipſa liberum iniuſtè, violentérque addicere; tum Deo omnipotenti, à quo in libertate nati ſumus, ſummè id quidem eſt contrarium, & exoſum, tum etiã homini, qui ſuâ exuitur libertate, fitque de libero ſeruus ſupra quam dici poteſt iniurioſum eſt, ac non ferendum. Et quidem nonnunquam iſti ſpoliatores alienæ libertatis, iuſto Dei iudicio, ab aliis ſua miſeri ſpoliantur: quod in generali illo Romani imperij excidio viſum eſſe locupletiſſimus eorum temporum teſtis commemorat S. Saluianus, cùm ſcilicet inundante colluuie Gothorum, & Vuandalorum capti Romani miſerandam ſeruire coacti ſunt ſeruitutem, quâ videlicet, iidem gentes tyrannicè priùs oppreſſerant. Hæc itaque ſunt verba Saluiani: *Et miramur, ſi nos barbari capiunt, cùm fratres noſtros nos faciamus eſſe captiuos? Nihil ergò mirum eſt, tot vaſtationes atque excidia ciuitatum: diu id plurium oppreßione elaborauimus, vt captiuando alios cœpimus ipſi incipere eſſe captiui.*

Procop.

Sanctitas Iacob declaratur.

Seruitus malum grauiſſimum.

D. Saluia.

Captiuitas pœna captiuanti

Romani ob tyrannidem [illegible]

Matth. 7. — 2. *Quâ* (dicit Dominus) *menſurâ menſi fueritis remetietur vobis.* Matth. 7. Eodémque ſæpiùs genere pœnarum plectuntur ij, qui alios afflixerunt, vti Dominus ſuorum ſtragem ab alienigenis factam vindicaturus dicebat ad Hieruſalem. *Omnes, qui comedunt te, deuorabuntur, & vniuerſi hoſtes tui in captiuitatem ducentur, & qui te vaſtant, vaſtabuntur; cunctóſque prædatores tuos dabo in prædam.* Hierem. 30. *Hæc* (ait S. Hier.) *facta ſunt ſub Zorobabel, quando Aſſyrios, hoc eſt, Niniuem vaſtauere Babylonij, atque Chaldæi, & rurſum Babylonios, & Chaldæos, Medi, Perſæque ceperunt, & Babylon deſtructa eſt.* Nihil tam certum, táque crebrò viſitur, quàm eadem pati mala, quæ quis aliis intulit, quod Romanis accidiſſe nemo eſt, qui neſciat. Quare adiungit idem Saluian. *Sentimus, etſi tardiùs multò, quàm merebamur; ſentimus tamen illa, quæ fecimus, & iuxta ſermonem ſacrum: Labores manuum noſtrarum manducamus.* Pſal. 127. *ac iuſto iudice Deo ſoluimus quæ debemus.* Tibi quidem fraudẽ ſtruis, quando alios decipis; & quam aliis iniuſtam infers vim, tibi paras infelix: & mala, quæ pateris tuorum ſunt fructus delictorum. Ac de Romanis quidem benè colligit Saluian. *Miſerto quippe exulum non ſumus, ecce ipſi exules ſumus: peregrinos fraude cepimus, ecce ipſi peregrinamur.* lib. 5. de prouid. Quid ſi hoc facinus tam horrendum, cædémque, ac depopulationem Sichimitarũ à patribus ſuis ini-

[illegible] 30

D. Hier.

Ab improbis pœna talionis diuinitus exigitur.

Saluian.

[illegible] 127.

[illegible] Saluian.

quiſſimè patratam filij tandem à Romanis debellati Iudæi, ac poſt omnium, quas vnquam in orbe vllæ paſſæ gentes fuerunt, euerſionem captiui per omnes omninò terrarum portiones diſperſi, ſuis capitibus exoluerunt? Certè à Domino dictum ad illos eſt: *Implete menſuram patrum veſtrorum.* Matth. 23. *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt,* &c. Matth. 23. Et quidem hoc ſuo tragico facinore, ſeſe ipſos, ac patrem cum vniuerſa familia & comitatu in extremum audaciſſimi, & dementiſſimi iuuenes periculum intulerunt. *Non enim fit* (dixit Comicus) *ſine periculo facinus magnum, & memorabile.* Terent. in Heauton. act. 1. *Turbaſtis me* (aiebat Iacob) *& odioſum feciſtis me Chananæis, congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea.* cap. 34.

Matth. 23.

Cum graui periculo magnum fit facinus.

Terent. Heauton.

3. *Interea locutus eſt Deus ad Iacob.*] Hunc igitur metum, quo ſenex erat penè conſternatus, ſua præſentia, & colloquio benigniſſimus Dominus voluit depellere. Hoc enim adnotauit ſanctus Chryſoſt. his verbis: *Quia vidit eum formidantem propter filiorum facinora dixit ei Deus, ſurge,* &c. *ſcilicet, quia times eos, qui hic habitant, recede hinc.* humil. 59. Poterat quidem etiam habitantem Iacob in eadem regione, vel à Chananæis, finitimiſque gentibus, per quas tam inauditæ atrocitatis ſparſus ierat rumor, circundatum ſic tueri, ac fouere, vt inter pericula tutus, inter hoſtes ſecurus, inter arma, odiáque infidelium, ſaluus, & incolumis moraretur: ſed quid humana prudentia tunc præſcriberet, homini faciendum potiùs decreuit, ſecedendum enim aliò, vt vicinorum impetus declinaret, & procul iam abſentium facinus paulatim obliuioni gentium traderetur, & opportunum fuit & ſalutare Iacobo. Id ipſum Dominus ſuis diſcipulis edixit. *Cùm perſequentur vos in ciuitate iſta, fugite in aliam.* Matth. 10. Nec enim vult Dominus, vt ſui fideles temerè ſeſe iniiciant in mortis diſcrimina, ſed expectent certamini à Deo præfinitum tempus. Quòd ſi quis fugam huiuſmodi arguet timiditatis, fallitur planè. *Non enim ſancti Apoſtoli, & martyres, quando perſecutiones tyrannorum paulißper declinabant, ob timiditatem* (inquit S. Athanaſ.) *fugiebant. Sed potiùs habebant fugam pro certamine, & exercitatione ad mortem. Verùm hæc duo ſeruabant, rectéque cogitabant, vt neque ſemet temerè obiicerent; Nam id erat ſeipſum occidere, mortiſque reum fieri.* Itaque prudentia erat è mortis periculo ſe ſubducere, quandiu aliter Dei iuſſio non perurgebat. *Sed neque* (adiungit) *negligentiæ crimen ſuſtinebant, quaſi molles aduerſus in fuga perferendas afflictiones, quæ maiorem, & acerbiorem habent vehementiam, quàm ipſa mors.* Sic ille. Seruabantur ſancti martyres ad productiorem mortem, quæ ſanè grauior etiam eſſet in diuturnis laboribus, & vitæ incommodis, in fuga, exilio, latebríſque perferendis: *Nam* (inquit) *qui mortuus eſt, liberatus eſt à laboribus, at fugiens, quoniam expectat quotidianos ab hoſtibus inſultus, leuius malum ducit eſſe mortẽ, vt qui in fuga mortui fuerint, non ingloriam mortem oppetant, ſed habeant & ipſi martyrij gloriam.* Scitum eſt enim, & vulgatum; *grauius eſſe, quàm mors, ipſam mortem expectare.* Quocirca non timoris eſt, ſed fortitudinis ita ſeſe ab vna morte ſeducere & ad multas in fuga tolerandas ſe vltrò reſeruare. *Ob hoc enim* (colligit demum) *& Iob fortitudine magnus fuiſſe cognitus eſt, quòd viuus tantos, ac tales ſuſtulerit labores, quorum nullum habuiſſet ſenſum ſi defunctus fuiſſet.* apolog. 5.

D. Chryſ.

Faciendum, quod prudẽtia dictat.

Matth. 10.

Non temerè periclitandum.

D. Athanaſ.

Apoſtolorũ prudẽtiſque ſanctáque fuga.

S. Athanaſ.

Exilium acerbius morte.

S. Athanaſ.

In fuga & exilio martyrium.

Iobi viui patientia, quàm ſemel mortui clarior.

Præſtat ſæpius in vita pati, quàm ſemel mori.

4. Et quidem Iacob ſi ex periculis Sichimitæ ſtragis ereptus eſt, profectò ad grauiora & plura ſuſtinenda, vt in conſequentibus legimus, reſeruatus à Deo videtur. Diuino etiam conſilio factum eſt, vt occaſione perſecutionis diſcipuli Domini fugerent, nimirum (quod S. Hieron. obſeruat) *orta Hieroſolymis perſecutione diſperſi ſunt in vniuerſam Iudæam: vt tribulationis occaſio fieret Euangelij ſeminarium*, ad cap. 10. Matth. Abiit ergò Iacob cum tota ſua familia de regione illa Sichimitarum in aliam, vt ſuo exemplo gentibus aliis ad cognitionem veri Numinis, & virtutum opera præluceret. Tum etiam (quod cœpimus dicere) vt & odium gentium vicinarum, & infamia dedecoris (ob ſtuprum Dinæ) Hebræorum aliqua ex parte mitigaretur. Vtrumque enim malum ex filiis ſuis Iacob illatum ſibi doluit conteſtatus: *Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis.* cap. 34. Hebr. הִבְאִישֵׁנִי *habeixeni, ad fœtere facıendum me*, radix בָּאַשׁ *baax, fœtere, putreſcere*; ſenſus eſt; feciſtis me abominabilem, deſpicabilem gentibus. Appoſitè quidem vtitur hoc verbo Iacob de filiis conqueſtus, qui & odioſum, & abominabilem apud illas gentes patrem ſuum fecerunt, videlicet filij atrocitate ſui facinoris vicinas gentes in patrem, totámque illius familiam concitarunt; tantum quippe odium aduerſus Iacobum & filios Chananæi ob truculentam illam Sichimitarum cædem conceperunt, vt niſi diuinitùs cohibiti fuiſſent, proculdubiò factâ omnes conſpiratione ad delendam Hebræorum familiã irruiſſent. Hæc eſt multorum parentum infelicitas, vt propter flagitia, maximè homicidia filiorum mortalibus fiant odioſi, ac nonnunquam pariter cum filiis, vel in iudiciis damnari, vel ab hoſtibus, quos læſerant, oppreſſi funditùs deleantur. At radix illa eſt fœtere, putreſcere, quod ex filia malum pertulit Iacob; ac frequenter quidem parentibus huiuſmodi faciunt iniuriam petulantes, ſtultæque filiæ: Dum enim laſciuiunt, indecoréque viuunt, parentum ſuorum nomen infamant, genúſque ipſum auorum, factis, & titulis clarum vſque adeò obſcurant, vt in poſteros deinde putrida, fœtidaque, & abominabilis habeatur ea familia, quam inuerecundæ filiæ dedecora nobilitarunt.

Filiorũ homicidiis parentes cum familia interdum pereunt.

Filiarũ impuritate parentes & familia dedecorantur.

5. Etſi autem filia non ita perditè laſciuiat, at vltrò ſtulta nubens ſic indignum eligit maritum, vt proinde miſera tãquam abortiuum quid, fœtidum ac putridum à parentibus domo expellatur, labémque proinde ſuo generi ita ſpurcam relinquat inuſtam, vt multos per annos talis familiæ nomen ſine ſtomacho, nauſeáque, & odio, nec memoretur, nec audiatur. O amara parentibus liberorum voluptas! ô ærumnoſi parentes, in quorum infamiam, mortémque plerumque naſcuntur & viuunt filij? Sed ô incomparabilem lætitiam, ac felicitatem, quæ ex bonis, modeſtíſque liberis parentes conſequuntur? Similis deinde filiis omnium bonorum felicitas ex virtute parentum liberis aduenire ſolet. Atque iccircò par eſt credere irruentibus, hinc inde gentibus perituros haud dubiò filios Iacob in vltionem ſuæ crudelitatis, niſi diuinitùs propter merita patris defenſi, munitique fuiſſent. Læſus tandem Dominus vaga illa, & profuſa libidine ſimul cum idololatria Salomonis, minatur homini: *Diſrumpens ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo; veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum; de manu filij tui ſcindam illud.* 3. Reg. 11. Admirandum ſanè dictum; meretur Salomon propter ſua flagitia, vt vel toto regno, vel ſaltem illius decem tribubus priuetur; & hoc tamen ſupplicium non Salomoni, ſed filio euenturum prædicitur; & ratio quidem ab ipſo Domino in iiſdem verbis aſſignatur, vt ita colligit Theodor. *Nam tu quidem habes patrem in auxilium; at Ieroboam filius tuus paterno auxilio fuit priuatus.* qu. 33. in 3. Reg. Itaque Salomoni profuerunt patris merita: Ieroboam patris demerita nocuerunt: patris virtus filium tuetur; patris flagitia in miſerum filium expiantur.

Filia indignis nuptiis totã deturpat parentũ familiam.

Prodeſt filiis etiam malis parentũ virtus.

3 Reg. 11.

Patris merita, & demerita in filios redundant.

Theodor.

6. Igitur Dominus non tam filiorum reſpiciens facinora, quàm patris Iacob virtutem, & illos ex impendentibus eruit periculis, & patrem ſuo dignatur colloquio. Et quidem filij, vt cœci, ac furioſi in Sichimitarum exitio debacchati ſunt; at pater factum patienter ſuſtinens, alienigenarúmque fœdera, & amicitiam libenter admittens, diuinum quid, & propheticum mente ipſa proſpexit, vti conſiderat ad hunc modum S. Ambr. *Cùm eſſet ab alienigenæ filio Dina filia Iacob deflorato virginitatis pudore temerata, fratres eius, qui non intellexerunt myſterium, alienigenas, qui ſocietatem per coniunctionem generis offerebant, vindictæ ſtudio peremerunt.* Impetu quidem cœco, vt erant cœci, nec quid tãdem ſuo, patríſque, ac ſororis honori potiſſimum congruebat, nec etiam quid ius gentium, ſacráque fœderum religio expoſcebat conſiderantes in horribilem illam vaſtitatem populi gentilis irruunt ignari, ſcilicet, in ea per connubium coniunctione Hebræorum cum gentilibus, magnum latere myſterium, quod videlicet in vnitatem fidei Meſſiæ venturi Iudæi atque gentiles aliquando eſſent copulandi. *Iacob autem* (adiungit S. Ambroſ.) *qui morali manſuetudine clementiam diligebat, vel myſtico ſpiritu ſacramentum regenerandæ ex gentibus prænidebat Eccleſiæ, inuitus, & dolenter ſcenam illam exactæ vltionis accepit.* lib. 2. de Iacob & vita beata cap. 7. Itaque Dominus manſuetudinem viri iuſti remunerans, & propheticum ſpiritum nouo alio myſterio illuſtrans affatur Iacobum, iubétque confeſtim vt iret Luzam, quam ipſemet tranſiens ad Labanum vocauerat Bethel, ob illam admirabilem ſcalæ cœleſtis viſionem, vt ſuprà vidimus, cap. 28. Bethel autem eſt domus Dei. *Beth* domus, *El* Deus. At S. Ambroſ. loco indicato exiſtimat Bethel eſſe Bethlehem domũ panis; quod etiam putauit Seuerus in hiſtoria ſacra; verùm iam excellenti ſapientiâ præditis Patribus ignoſcendum id eſt, quippe cùm Hebrææ linguæ peritiâ caruerint. Ergò, quod ſubinde ex Bethlehem hoc loco poſita myſterium euoluitur, alieno fundamento nititur. *Vnde prophetantis* (colligit demum S. Ambroſ.) *aduentum Domini IESV reſponſum diuinum eſt datum: Aſcende in Bethel, hoc eſt, in domum panis, vbi natus eſt Chriſtus, in Bethlehem*, &c. Non ergo iubetur Iacob, vt eat in Bethlehem, ſed in Luzam, vbi viderat Deum ſcalæ ſubnixum, & quam vocauerat domum Dei, hoc eſt, Bethel. In quo quidem Dominus locum admirandæ illius viſionis commemorans, præterita illa diuinitùs concepta gaudia, & rerum maximarum datas homini promiſſiones videtur confirmare.

D. Ambr.

D. Ambr.

Eccleſia de gentibus & Iudæis copulata figuratur.

D. Ambr.

Seuerus.

Imperitia Hebrææ linguæ cauſa erroris.

7. *Fac altare Deo.*] Deus loquitur. In Bethel, ô Iacob, extrue altare, non mihi dicit; ſed Deo, quem in ſcala vidiſti. Hebraiſmus quidem eſt in ſacra Scriptura frequentiſſimus, quo vſus in tertia perſona de ſe ipſo loquitur Deus. Sic ait: *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, id eſt, Propheta meus, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar*

Num. 12. *quar ad illum*, &c. Numer. cap. 12. Similiter loquens inducitur: *Dereliquiſti Dominum tuum*, &c. *Scito, quia malum, & amarum eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum*, &c. Hier. 2. Etſi autem hæc, ſimiléſque locutiones ſecundùm proprietatem linguæ Hebrææ ſint hebraiſmi, & elegantiæ in oratione; procul dubiò tamen ad ſignificandum aliquod myſterium à Deo ſic ordinantur: Et quidem huius hebraiſmi, de quo nunc agimus, myſterium ſic euoluit S. Aug. *Quid eſt, quod non dixit: Fac ibi aram mihi, qui apparui tibi? Sed dixit Deus de alio loquens: Fac ibi aram Deo, qui apparuit tibi? Vtrum filius ibi apparuit, & Deus Pater hoc dixit?* Sic Aug. quæſt. 110. in Geneſ. Deinde S. Hilar. eidem inhærens explicationi colligit ex hoc loco filium Dei eſſe verum Deum, cui ſacrificium iſtud à Iacob offerendum à Patre decernitur. Hilarij verba ſunt: *Deus honorem Deo poſtulat: & poſtulat cum alterius ſignificatione perſonæ; qui apparuit, inquit, tibi cùm fugeres Eſau, ne qua perſonæ confuſio naſceretur. Deus ergo & qui loquitur cum Iacob, dicitur Deus; & de quo is loquitur; honoris confeſſio naturæ nomen, non diſcernit; quos ſignificatio ſubſiſtentes eſſe diſtinguit.* de Trinit. lib. 4. Similis hebraiſmus ille apud Oſeam habetur, cùm Dominus Deus loquitur per Prophetam. *Miſerebor, & ſaluabo eos in Domino Deo ſuo.* Oſeæ 1. Vbi ſic D. Hieron. *Dicit quod eos ſaluet in Domino Deo ſuo, vel in ſe ipſo, qui loquitur, vel Pater ſaluet in filio, iuxta illud quod ſcriptum eſt. Pluit Dominus à Domino.* Geneſ. 19. Chald. vertit: *Saluabo eos per verbum Domini Dei ſui.* Suum dicit Deum, qui ex eis ſecundùm carnem naſciturus eſt. Noſter Deus eſt, noſter eſt, qui ex nobis matrem ſibi elegit, qui noſtram carnem aſſumpſit, & Verbum caro factum eſt, homo ſimilis nobis paſſibilis.

Hierem. 2.

D. Auguſt.
D. Hilar.

Oſeæ 1.
D. Hier.
Chriſtus IESVS Deus emphaticè noſter.
Geneſ. 19.

8. Iubet igitur Deus Pater Iacobo, vt eat in Bethel, ibíque filio Deo; aut vti volunt alij; iubet Deus filius extruat Iacob aram Deo Patri, ſcilicet, in gratiarum actionem pro liberatione ex Sichimis. Cùm enim homines pro infinitis, quæ perenniter accipimus, beneficiis, vt pauperculi ſumus, debitum, párque officium Deo exoluere non poſſimus, hoc vno ſatis perſolutum ſibi à nobis reputat benigniſſimus Dominus, quòd debitas ſaltem gratias tanto benefactori habeamus. *Cur quæſo* (rogat optimè S. Saluian.) *non vnuſquiſque noſtrum totum pro ſe Deo offerat, quod habet qui non poteſt totum quod debet.* lib. 2. ad Eccleſ. Cathol. Quod enim Deo debemus, eſt prorſus infinitum; dedit quippe ſeipſum pro nobis; at totum quod ſumus, finitum, ac prope nihil eſt. Erecto altari, Iacob ſacrificium erat oblaturus Deo in gratiarum actionem maximè pro liberatione ex illo periculo Chananæarum gentium, quæ coniuratutæ haud dubiè videbantur ad vlciſcendam Sichimorum euerſionem. Liber enim iam à periculis, ne deinceps (vt ferè ſolent homines) in ſecundo rerum ſucceſſu negligentiùs ageret; iubetur à Domino aram ſubſtruere, oblatíſque victimis Dei benefactoris meminiſſe, debitaſque celebrare laudes. Multorum quippe mortalium hæc eſt inuerecundia ne dicam, an ſtoliditas, vt in tribulationibus poſiti obniae Deum implorent, at vbi euadunt in portum illicò Dei memoriam ex animo expellant. Pulchrè quid vtramque in partem cordato pióque viro ſit agendum S. Saluian. ſic ediſſerit. *Magis placandus eſt Deus in aduerſis, & minus lædendus in proſperis. Placari debet cùm iraſcitur: lædi non debet cùm placatur. Aduerſa enim nobis per iracundiam Dei*

Debitū ſibi à nobis Deus reputat perſolutū per gratiarū actionem.

S. Salu.
[illegible] quod habemus, Deo reddamus.

Ingrati inuerecundè, [illegible] Deum obliuiſcuntur.

S. Salu.
In aduerſis Deus placandus, in proſperis nō lædendus.

A *veniunt, ſecunda per gratiam.* lib. 6. de prouid.

9. Propitianda quidem eſt in aduerſis Dei iuſtitia, celebranda in proſperis Dei miſericordia. Cæterùm longè aliter euenit, in ſecundis maximè, quo in ſtatu miſeri ſic eleuamur in vanitatem, vt etiam ipſius diuinæ gratiæ cui debemus quod ſumus, & habemus, obliti prorſus in vitia deinde inſoleſcentes diffluamus; quo in argumento audiendus eſt idem Saluianus, cuius hæc ſunt verba: *Si quando Deus exoratus ſuâ ipſius miſericordiâ (neque enim vnquam nos ita viuimus vt exorare mereamur) ſed ſi quando (vt dixi) à ſe ipſo exoratus, pacificos nobis dies, prouentus vberes, denique bonis omnibus tranquillitatem dederit, tantâ ſecundarum rerum proſperitate corrumpimur, tantâ morum*
B *inſolentium prauitate vitiamur, vt & Dei penitus obliuiſcamur, & noſtri.* indicato loco. Illud tamen iis, qui proſperè viuunt, ſeriò ac diligenter animaduertendum eſt, gratos quidem eſſe debere beneficiis Dei; ſed non ita tamen, vt præſentium rerum proſperitate contenti futuræ, quæ à Deo promittitur, felicitatis in æternitate obliuiſcantur; quæ tam impudentia, quàm ſtoliditas carpitur à Propheta, cùm de inſipiente amatore mundi huius dicit; *Anima eius in vita ipſius benedicetur: confitebitur tibi, cùm benefeceris ei.* Pſalm. 48. *Cùm verò dicit* (declarat optimè Rupertus) *anima eius in vita ipſius benedicetur; ſubaudiendum eſt; & illâ benedictione contentus erit, de futuro non curans, dummodo in præſenti ſeculo, dum viuit anima eius, id eſt,*
C *ſenſualitas eius, exaltetur ſiuè proſperetur.* lib. 7. de victor. Verb. cap. 26. Quod quidem egregiè interpretatur de Cyro Perſarum rege, qui apud Eſdram confitetur Dominum: *Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli.* 1. Eſdr. cap. 1. Gratias nimirum filius ſeculi agit pro præſentibus, immemor aut negligens virtutis, atque æternæ felicitatis. S. Hieron. verſum illum; *anima eius in vita ipſius benedicetur*, explicat de adulatoribus, ſtultíſque aliis hominibus, qui diuitum & felicium in mundo admirantur affluentiam, nihil interim curantes ſi pij, aut impij ſint. *Bene dicetur* (inquit) *à ſtultis propter potentiam: ſed victus affluentiâ ac potus proferunt, non de bene viuente, ſed de bene paſcente ſententiam.* Hæc ille.

Deus à ſe ipſo, non à nobis exoratur.

Proſperitate corrumpimur.

Pſal. 48.
Rupert.

Mundani terrenam felicitatem amant, cælum non curantes.
1. Eſd. 1.

S. Hier.

Laudantur diuites de victu, nō de virtute.

D 10. Profectò (quod ſummæ infelicitatis eſt) multo plures, etiam qui Chriſtiani cenſentur, ſolam in terra felicitatem cognoſcunt, amant æſtimántque; pauciores verò æternam, quæ vera eſt, curant, & ambiunt. Porrò licèt magnum ac laudabile ſit Dei meminiſſe in proſperis, ac pro acceptis beneficiis debitas perſoluere gratias, quòd hoc loco exigitur à Iacob; longè tamen excellentius, ac perfectius eſt etiam in aduerſis Dei nomen cum gratiarum actione celebrare, veluti pro magno habeatur beneficio, etiam flagellari, ac de manu Domini venientia læto animo, vultúque accipere aduerſa. Hoc de argumento multa diuinitùs dixit, & ſcripſit paſſim S. Chryſ. illud vnum commemoro. *Nihil hac linguâ ſanctius eſt,*
E *quæ in aduerſis gratias agit. Certè non inferior eſt lingua martyrum: Vtraque pariter coronatur. Nam & aduerſus illam inſtat lictor Deum per maledicentiam negare cogens, inſtat diabolus argutis cogitationum quæſtionibus lacerans, & animum anguſtiis obtenebrans.* Genus igitur quoddam eſt martyrij aduerſa patienter ſuſtinere, atque diabolo ad impatientiam ſtimulanti conſtanter ad modum reſiſtere. Quare optimè ſubinfert: *Si ergo dolores pertuleris, & gratias egeris, martyrij coronam ſortitur.* Ita Chryſ. hom. 8. in epiſtol. ad Coloſſenſ. meritóque

D. Chryſ.
Deum laudare in aduerſis genus eſt martyrij.

Iob patiētia martyr.

martyrem appellat patientiſſimum Iob hom. 25. ad populum Antioch. & homil. 1. in epiſtol. ad Corint. Itaque laudare Deum, illique habere gratiam in aduerſis, tantæ virtutis eſt, vt martyrij gloria cenſeatur.

11. Iubet igitur Dominus Iacobo, vti aſcendat Bethel domum Dei, extruátque ibi altare Deo, vtique Dei filio, qui per ſe, vel in Angelo repræſentatus dormienti olim apparuerat in ſummitate ſcalæ, de qua reuelatione ſcriptum eſt ſuprà cap. 28. & in vtroque magnum certe ſignificatur myſterium. *Omnia enim in figuris contingebant illis.* 1. Corint. 10. At quæ alia domus Dei niſi Virgo illa beatiſſima, in qua Deus homo factus habitauit, cùm è cœlis ad terras deſcenderet genus humanum redempturus? Nec enim Deus ſibi conſtruxit in creaturis, aut ſacratius, aut purius, aut auguſtius, opulentiúſque templum, quam vterum, mentémque Virginis beatiſſimæ. Ad hanc domum Dei, ad hoc templum diuini Verbi iubentur in terris aſcendere, tum qui periculis terrentur, afflictantúrque ærumnis, ad expuſcendam Dei opem; tum qui è malis emerſi diuino ſunt numini debitas acturi gratias. Extructum in Virgine non Iacob, nec vllius, aut hominis, aut Angeli, ſed ſolius Dei manibus altare fuit: ſcilicet humanitas ex Virgineis concepta ſanguinibus, quam Dei Verbum ſuæ diuinitati hypoſtaticè aduniuit. En templum Dei Virgo ſanctiſſima; en altare Dei in templo, Chriſtus Deus homo in vtero conceptus, dein in ſinu, brachiiſque parentis pendens ad vbera, virgineóque lacte nutritus. Hîc inueniunt, hîc viſunt, audiúntque mortales Deum, ſcalamque in cœlum, directum iter, facilem aditum in Dei conſpectum, complexúmque habent. Iuſſus Iacob extruere in Bethel aram proculdubiò præſignificat, quæ innumerabilia propemodum extruenda eſſent Deo in terris templa. In quo quidem auguſti planè myſterij eſt, quod in terris primum omnium, quæ hominum celebrantur, monumentis, Virgini Dei matri templum extructum antiquorum annales prodiderunt. Refert enim Cedrenus ab Argonautis ædificatum templum omnium nobiliſſimum Cyzici. Quod Plin. lib. 36. cap. 15. deſcribit veluti maxime admirandum; deinde conſultum ab illis oraculum, cui tandem Numini conſecrari deberet, hæc eadem carmina protuliſſe.

1. Cor. 10.

B. Maria domus Dei.

Dei altare humanitas Chriſti.

B. Maria templū Dei.

Templa in Dei honorē extructa.

Cedren.

Primum ab Argonautis extructum templum.

Plin.

Aſſiduâ virtute decus ſublime parate,
Atque vnum (ſic mando) Deum, qui cuncta gubernat,
Cæleſti reſidens ſolio, colite, atque tenete.
Illius æternum, atque ante omnia ſecula Verbum
Neſcia Virgo viri noſtras emittet in auras.
Quod velut igniferis impulſa ſagitta procellis
E domitum reddet diuino munere mundum.
Huius, cui Maria nomen, ſanctiſſima mater
Agnoſcet templum proprium ſibi ritè dicatum.

12. Hoc oraculum cùm eſſet celeberrimum inciſum æreis in marmore literis priſci illi mortales ſupra ianuæ frontem æternæ memoriæ legendum à poſteris conſignarunt. Cæterùm gentilitas quid Mariæ nomen ſignificaret prorſus ignara Rhææ matri fabuloſæ Deorum illud conſecrarunt templum, quod poſteà imperante Zenone ad cultum Mariæ Dei matris eſt traductum, ſeu potiùs reſtitutum. Habemus igitur primum in terris templum ab Argonautis extructum fuiſſe multis ſæculis ante tabernaculum Silo, & templum Salomonis. Conſtat enim Argonautas floruiſſe ante tempora Iudicū Iſraëlis, vel cum Moyſe, aut Ioſue ſimul extitiſſe ad annos videlicet 2670. bis mille ſexcentos ſeptuaginta, vt ibidem teſtatur Genebrard. Rurſus Iaſon Argonautarum princeps Athenis in arce primum ædificauit templum; conſuluíſque Apollu cui dicandum eſſet cogente Deo hæc verba reſpondit: *Quæcunque ad honeſtatem, virtutémque vos excitant, facite. Ego autem tres cupio. Deum vnum regnantem apud ſuperos, cuius Verbum ab æterno alienum, conceptum in ſimplici Virgine, quod tanquam igniti arcus percurrens mundi medium, omnes capiens, eos adducet donum patri; huius erit hæc ædes. Maria autem erit nomen eius.* Hæc protulit oraculum, quod Procopius martyr ſub Diocletiano interfectus pro Chriſti Domini cultu recitauit, vti ſcribit Metaphraſtes apud Surium tom. 4. Iulij 8. At dæmones ſubinde mendaciis omnia corrumpentes pro Maria Mineruam Virginem fabuloſam ſapientiæ parentem ſoppoſuerunt. En alterum in terris, videlicet in Græcia extructum auguſtiſſimæ Virgini Deiparæ Mariæ templum.

Antiquiſſimum de B. Maria oraculum.

Primū in terra extructum teplū B. Mariæ.

Genebr.

Apollinis oraculum de B. Maria.

Procop.

Metaph.

Secundū in terra extructum templum B. Mariæ.

13. Quid quòd in Hiſpania in ipſis Chriſtianæ Eccleſiæ primordiis, viuenti adhuc in terris Virgini ædificatum, & conſecratum à ſanctiſſimo Iacobo Apoſtolo ſacellum fuiſſe Cæſaraugustæ, ſcilicet ad Chriſti annum trigeſimum ſeptimum ex antiquiſſimis, & ex maximis miraculorum euentis conſtat. Res eſt notiſſima, & celeberrima inter Hiſpanos, & Vaſæus, Lucius Marinæus Siculus, & plerique alij Hiſpanicarum antiquitatum diligentiſſimi ſcriptores tradiderunt. Hæc omnia refert Bozius vir eruditiſſimus & de Chriſtiana fide optimè meritus tom. 1. lib. 9. de ſignis cap. 6. num. 8. Diuino quidem conſilio decretum eſt, vt Virginis Deiparæ prima in terri templa extruerentur, primáque altaria conſecrarentur, iccircò videlicet quia eadem Virgo beatiſſima, & primum maximúmque diuino Verbo conſecratum fuerit templum, & in ea tanquam in altari primo Deus homo mortalibus viſendus, adorandus, implorandus, amandúſque apparuerit. Ac deinde ad refugium & præſidium peccatoribus nullum (poſt Chriſtum Dominum ſacratius, & auguſtius templum: & nullum, quod piis prehendant manibus, in quo preces, votaque offerant, deſideria, ſuſpiriáque incendant, libent lacrymas; animas, cordaque ſacrificent, altare in terris eſt, quàm Virgo Dei mater: ſcilicet (vti loquitur S. Ioan. Damaſc.) *immenſorum bonorum, & omnem captum, cogitationémque ſuperantium officina: munus omnium Dei donorum præſtantiſſimum ſimul & cariſſimum.* orat. 1. de aſſump.

A ... tertio Apoſt... tructum ... plū B. Maria viuenti adhuc

Bozius.

B. Maria homi... tem; um, & altare.

S. Ioan. Damaſc. B. Maria bono... ... omni officina.

SECTIO II.

Iacob verò, conuocata omni domo ſua, ait: Abiicite deos alienos qui in medio veſtri ſunt, & mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra.

1. IAcob æquè pius ac prudens dum vicinarum gentium arma, furorémque pro Sichimitarum euerſione certatim vlciſcenda meritò pertimeſceret, nihil ſibi prius, ac potius faciendum ratus, quàm vt diuinum expoſceret, impetraréteque auxilium, duo maximè ſtuduit efficere, vt & animorum labes, peccatáque ablueret, & ſinceræ virtutis

[illegible] *Iudiorum* [illegible] *religionis.*

vi tu[illegible] [illegible]anditiem exquireret : quò ſcilicet, tam ipſe, quam tota ſua familia ritè propitiati puréque honorati Numinis optatum præſidium conſequerentur. Igitur vxores, liberos, ſeruos, & ancillas, & quoſcunque alios (ſi fortè aderant) in ſuo comitatu omnes in concionem collectos ſeriò, ſeueréque admonet, vt idola, ſi qua adhuc Labani ſupererant, & furto abſtulerat Rachel, & quæcunque in direptione Sichem inuenta cum ſpoliis ſurripuerant, procul exterminarent? *Abijcite* (inquit) *deos alienos.* Idola vocat Deos alienos, & quidem multas ob cauſas; In primis, quia cùm Iacob, & ſui verum Deum colerent, alios qui à gentibus habebantur dij, extraneos, & alienos ſuæ, quæ vera, & legitima eſſet, religioni Deos nominabant: Deinde, quia alienigenæ, gentéſque extraneæ ſanguini Hebræo iſtiuſmodi deos colebant, cùm ſola gens Hebræorum veri Dei cultum teneret. Præterea quia cùm re vera eſſent dæmones, malignique, & tartarei ſpiritus, mortalium mentes, animóſque ſic dementabant, vt eos à vera Dei cognitione, cultúque abalienarent, tum etiam, quia cùm eſſent humano generi alieniſſimi, & infeſtiſſimi, nihilominùs beneuolos ſeſe atque beneficos eſſe homini ſimulabant. Denique, cùm illi eſſent inter omnes omnino creaturas, peſſimi, abiectiſſimi, ſumméque deteſtabiles, nihilominùs nomen Dei prorſus alienum illis, & nullo modo conueniens, falsò, iniuſtéque vſurpabant. Quare quoties in ſacra ſcriptura legeris Deos alienos, idola gentilium his de cauſis noueris appellari. *Auferte igitur* (inquit) *Deos alienos,* ſcilicet (vti animaduertit Procopius) *quos Rachel ſurripuit, & quos cepiſtis in deſtructione vrbis Sichimitarum. Docet autem præſens locus, quomodo eundum ſit in domum Domini.* Eſt quidem huius loci obſeruatio percommoda iis, qui adulti baptizantur, quibus iubetur, vt veterem pompam, vanitatémque diaboli renuncient, bellúmque deinde vitiis, atque erroribus, quibus antea dediti fuerant, indicant. *Maximè* (adiungit) *eo tempore, quo lauamur baptiſmi ſacro liquore, quapropter ibi dicimus. Indico tibi ò Sathana, tuæque pompæ, & omni tuo cultui bellum.* Profitemur hoc idem, ſed velut in habitu, atque per alios, qui baptizamur infantuli.

Idola cur dicantur dij aliena.

Procop.

Sacri Baptiſmi [illegible]

2. Cæterùm ad idem omnes per baptiſmum obligamur, vt ablatis veteris Adami erroribus, mortui quidem ſimus peccato, in nouitatem vitæ ſurgentes cum Chriſto deinceps viuamus. Hoc ſenſu Baptiſmum Chriſtianorum ſic Apoſtolus explicauit: *Si complantati ſumus ſimilitudini mortis eius: ſimul & reſurrectionis erimus.* ad Roman. 6. Baptiſmum vocat ſimilitudinem mortis Chriſti; morimur enim peccato in Baptiſmo, vti Chriſtus in Cruce mortuus eſt; Et quemadmodum Chriſtus in Cruce moriens peccatum omne (quãtum eſt ex ſe) prorſus aboleuit, ac mortalem vitam cum ſua illa grauium ærumnarum ſarcina exuit: Sic nos per Baptiſmum infantuli originale peccatum abulemus, adulti verò etiam actualia cuiuſque generis, ac grauitatis flagitia, veluti Ægyptiorum quadrigas in mari rubro ſubmergunt, atque regenerati in amœnitatem diuinæ gratiæ efflorefcimus. *Complantatos dicit ſimilitudini mortis Chriſti. Plantæ quidem* (declarat S. Chryſ.) *nomine, & fructum ex ea naſcentem nobis clam ſignificat. Nam quemadmodum Chriſti corpus ſepultum in terra fructum vniuerſi orbis ſalutem attulit, ita & noſtrum ſepultum in baptiſmate fructum tulit, ſanctificationem, adoptionem,* &c. Complantati, hoc eſt, ſi-

Ad Rom. 6. [illegible]

Chryſ.

A mul cum Chriſto plantati. Chriſtus enim planta, nos etiam plantæ. Chriſtus mortuus, laceriſque artubus, tabóque perfuſus, vermis non homo, abiectio plebis, nouiſſimus virorum, factus denique maledictum, & opprobrium triduo iacuit in ſepulchro: at ſuâ deinde virtute reſurgens, in corporis ſui immortalitatem, omniumque cœleſtium gratiarum ſplendorem emicuit ſpecioſus formâ præ filiis hominum, deſideratus gentibus, in quem deſiderant Angeli proſpicere, decoréque immortalitatis indutus, atque in ſe palàm omnes triumphans mundi poteſtates, regnum, quod ſua paſſione, crucéque obtinuit in cœlo, & in terra ſupra omnes creaturas ſuſcepit ſempiternum. Tantæ igitur gloriæ de ſepulchro planta

Chriſtus planta per reſurrectionem efflorefcens.

B Chriſtus refloruit, ac pullulauit. Plantæ nos quoque in Baptiſmo, & ſepelimur, & ſerimur, indéque in gratiam, & ſãctificationem donáque Spiritus ſancti cœlitùs infuſa filij quidem Dei, cohæredes autem Chriſti efflorefcimus, adiungit Apoſtolus; *Simul & reſurrectionis erimus. Sepultus enim* (exponit S. Chryſ.) *in baptiſmate fieret tandem & reſurrectionis poſtea donum.* Cæterùm illud etiam ſubtiliter expendeas cum eodem Chryſoſtomo. Loquutus enim Apoſtolus de morte Chriſti non dicit nos complantatos morti, ſed ſimilitudini mortis eius, quia videlicet in Baptiſmo haud corporaliter, veréque morimur, ſed typicè tantùm, mortui ſcilicet peccato; at cùm de reſurrectione loquitur, non dicit ſimilitudini re-

Plantæ ſumus in Baptiſmo.

D. Chryſ.

C ſurrectionis, ſed reſurrectioni complantatos, eo quòd verè, corporalitérque ad exemplar Chriſti reſurgentis poſt diem iudicij pariter reſurgemus. Iſtud ergò eſt aſcendere Bethel domum Dei, intrare in ouile Chriſti, annumerari fidelium gregi, dare nomen Chriſtianæ militiæ, in album Dei referri, pertinetéque ad librum vitæ, quo cum ſtatu, nec errores, nec vitia ſimul inueniri debent, ac poſſunt.

Vis baptiſmi.

3. Auferri iubet Iacob Deos alienos, ſuámque familiam impuriſſimis idolis perpurgari; mirúmque eſt, quantum hæc immunditia Hebrææ genti ſemper inhæſerit; nec enim in Ægypto dum ibi agerent captiui, nec poſteà temporibus Iudicum, ac Regum ab idolis, munda, liberaque

Proni ad idololatriã Hebræi.

D extitit gens Hebræorum. In idololatriam ſumma fuit ſemper illorum procliuitas; nec tamen *ob tam principale* (vti vocat Tertull.) *humani generis vitium gens illa* funditùs euerſa, excisáque fuit, imò nec vltra ſeptuaginta, octoginta ve annos ob idololatriam, quod diuinitùs infligebatur, ſupplicium perdurauit. At iam hodie miſeri vltrà mille quingentos numeratis annos, ex quo à Romanis vaſtata eſt Iudæa, voſque è patriis ſedibus expulſi, ſine regno, ſine Republica, ſine ſacerdotio, ſine templo, & ſacrificiis, toto orbe vagi, exuléſque in maledictum, opprobriúmque gentium oberratis. Igitur proculdubiò grauius aliud flagitium perpetraſtis, quo Deum ſic offendiſtis, & irritaſtis, vt meritiſſimò diuina in vos illa ſit

Tertull.

Iudæorum ſuppliciũ ob idololatriã certis annis definitum.

E pronunciata ſententia: *Vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio.* Daniel. 9. Sed quod nam quæſo iſtud eſt flagitium idololatriâ deteſtabilius, quod nullis ſuppliciis vſque ad finem mundi ſatis expiabitur? Profectò illud ipſum, quod idem Propheta prædixit: *Et poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus, & non erit populus eius, qui eum negaturus eſt. Et ciuitatem, & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo; & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio.* Daniel. 9. Hæc verò Iudaicæ nationis extrema calamitas, &

Daniel. 9.

Iudæorum ſuppliciũ ob Chriſti mortẽ nec modo nec termino circunſcriptum.

euerſio

euerſio tot annorum ſæcula iam inde à Veſpaſiano, ac demum Adriano Romanis Imperatoribus ita conſtans, & immutabilis perſeuerat, vt nunquam paſſa fuerit diuina iuſtitia, vti aut Reſpublica Iudaica reuiuiſceret, aut iſtius gentis natio, ſuum, quod ab interfectoribus Chriſti geſtat opprobrium indelebile, poſſit exuere. Quin etiam ex omnibus hominum ætatibus, quæ ab illa euerſione ad nos vſque fluxerunt, euidenter conſtat, infelici tandem exitu periiſſe principes etiam Chriſtianos, qui gentem iſtam nobili aliquo priuilegio honoris exaltare voluerunt.

Indelebile Iudææ gētis opprobrium.

Infelix principum exitus, qui Iudæos honorarunt.

4. Atque vt cætera, quæ hominum teruntur vocibus, prætercam, illud tantum commemorabo, quod Maximo, qui ſe Imperatorem acclamari fecerat, contigiſſe memoriæ proditum eſt. Enimuero ô florentiſſimum ductans exercitum contra Theodoſium, cùm audiſſet Romæ a Chriſtianis dirutam Iudæorum ſynagogam, vehementer iratus imperauit, vt Chriſtianorum ſumptibus confeſtim erigeretur. Igitur tantæ iniuriæ Chriſto, & Chriſtianæ genti illatæ promeritum infelix Imperator, ſeu potius tyrannus ille ſupplicium ſtatim ſuſtinuit, cùm victus, debellatuſque à Theodoſio fuit. Qua de re ſic ſcribit S. Ambroſ. *Nónne propterea Maximus deſtitutus eſt; quia ante ipſos expeditionis dies, cùm audiſſet Romæ Synagogam incenſam, edictum Romam miſerat, quaſi vindex diſciplinæ publicæ? Vnde populus Chriſtianus aiebat: nihil boni huic imminet: Rex iſte Iudæus factus eſt.* epiſt. 29. ad Theodoſ. Cui quidem Imperatori idem Ambroſ. diſſuadere conatus eſt in eadem epiſtola. Simile quoddam edictum, quo alibi Iudæorum incenſam Synagogam Epiſcopi, & Chriſtianorum pecunia præfectus manu ad id negotij armatâ circumſeptus reædificari curaret. *Mutatur ergò* (inquit) *miles fortaſſe dicturus, quod hic aliquando ante tuum Imperator dixit aduentum. Quomodo poterit nos Chriſtus iuuare, qui pro Iudæis aduerſus Chriſtum militamus? qui mittuntur ad vindictam Iudæorum, ſuos perdiderunt exercitus.* Vel ipſi milites, quos Maximus in exercitu habebat, vbi acceperunt ſui ducis edictum pro Iudæis, prorſus ſuæ cauſæ diffidentes de victoria deſperarunt, & quidem merito. Ibant ſiquidem in prælium cum Imperatore inimico Chriſti, a quo ſunt victuriæ, feliceſque præliorum euentus. Cur enim Dominus nó grauiter induceretur in eum, *qui* (ait S. Ambroſ.) *Synagogam inſtaurabat, quæ Chriſtum neſciat? An non ipſamet iniquè, atque impiè readificata Synagoga, & Maxime conteſtabatur impietatem, & Chriſti vindictam inclamabat? Erat enim* (inquit idem Ambroſ.) *lesus Iudæorum perfidia factus de exuuiis Eccleſiæ: & patrimonium, quod fauore Chriſti acquiſitum eſt Chriſtianis, hoc transferebatur ad donaria perfidorum. Poſſent ergò Iudæi in fronte Synagogæ ſuæ hunc titulum ſcribere: Templum impietatis factum de manubiis Chriſtianorum.* Hæc S. Ambroſ.

D. Ambr.

Iudæorum fautores infeliciter pereunt.

D. Ambr.

Synagoga templū impietatis.

5. Quid ergò tam iniuriuſum Chriſto, tamque ſacrilegum, ac proinde grauiſſimorum ſuppliciorum acerbitate illicò expiandum? Profecto, vt conſtat ex antiquis & noſtris temporibus ferè nullus exitit princeps fautor gentis Iudææ, qui ſtatim in multis, & acerbis calamitatibus diuinæ iuſtitiæ vindictam non tulerit. Ac de Maximo quidem illo colligit hæc demum S. Ambr. *Ille igitur à Francis & a Saxonum gente, in Sicilia Sicie, Pitauione, vbique denique terrarum victus eſt; quid pio communne cum perfido? abolenda cum impio ſunt etiam impietatis exempla.* epiſtol. 2c. Quapropter non immeritò à piis, doctiſque viris, fauor Iudaicus admodum ſuſpectus, Chriſtianoque homine indignus habetur. Atque vt in hac ſententia, quid cœlitùs viro ſanctiſſimo reuelatum fuerit, in poſterum memoriæ hominum, noſtrorum maximè commendetur: referam quod ipſemet audiui à Martino Gondiſaluo de Camera, quem virum, & nobilitate generis clarum, & religione virtutúmque omnium ſplendore clariſſimum in ſumma regni Luſitanici gubernatione prorſus admirandum gentes etiam exteræ celebrarunt. Igitur florente regno, Luſitanorúmque nomine per Africam, Aſiámque omnium gentium ſermonibus percelebrato, Simon Gomeſius vir admirabili ſanctitate, quem diuinis illuſtratam reuelationibus tota iam Luſitania commendabat, à Deo miſſus Martinum adit quo tempore regni totius clauum pro Sebaſtiano Rege moderabatur: edicitque, ac prædicit extremam regno perniciem imminere, cuncta denique mox peritura, Deo ſcilicet indignante, quod Iudaicæ nationis homines, falſi nimirum Chriſtiani (boni ſiquidem Deo ſunt amori) in Luſitania, & honorati, & florentes viuerent: Additque: *Inauratus videlicet fuſtem, quo Deus veſter pulſatus, ac verberatus eſt. Et quis audeat domi ſuæ ſouere, aleréque proditorem, qui regem ſuſte percuteret? Dignus ille foret, cuius, & domus ſale in æternum conſperſa ſubuerteretur.* Hæc ille.

D. Ambroſ.

Fautor Iudæis ſuſpectum, & exitiale.

Martinus Gondiſaluus de Camera.

Exitiū imminet regno, vbi honorantur hoſtes Chriſti.

6. Nec ficta reuelatio, nec vana prædictio; Nam paulò poſt, cum Rege ſimul vniuerſa periit in campis Africæ Luſitania. Certè tum ex his, tum ex aliis, quæ ab vtroque viro noſter Ignatius Martinus vir vnus ex viris noſtræ Societatis, tum prædicationis laude, tum vitæ ſanctitate admirandus, cùm vtrique fuerit amiciſſimus, acceperit, eam induxit mentem, vt in omnibus ferè concionibus contra Iudæos, eorumque perfidiam, ac cœcitatem inueheretur. [illegible] *Quid tu nunquam o pater tam crebrò contra Iudæos prædicas? fruſtra laboras. Indignantur illi, & pertinacius obdurantur. Bene* inquit ille *loqueris. Sed Chriſti tamen honori conuenit, vt illius hoſtes Iudæi dehoneſtentur, infameſque habeantur.* Hæc ille. Si placeat lectori; videat in hoc eodem argumento egregium opus Epiſcopi Altenſis Simonis Vulturar. tom [illegible] loq. 1. Verùm enim verò quæ diximus contra Iudæos, ad fideles, vereque Chriſtianos, ſint licet ex antiquo illo ſanguine orindi, nequaquam attingunt. Gloriari potius illi debent, quòd virus omnium ſanctiſſimos, quòd Apoſtolos regni cœleſtis principes quorum denique ſumma hæc eſt felicitas & Virginem Dei matrem, & ipſummet Deum hominem IESVM Chriſtum ſuo de ſemine, genteque habeant.

Luſitanorū extrema clades.

Ignatius Martinus

Chriſti [illegible] infames.

Fideles Hebræi ſanguinis habent de quo glorientur.

7. *Mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra.*] Idola ſordes ſunt, quippe cùm in ſordidis fanis, ritu ſordido, impuriſque ceremoniis, & à Sacerdotibus omni vitiorum labe pollutis colerentur, & quibus omnia flagitiorum, ac ſcelerum, maximè luxuriæ, ſpurcitiæ, fœtuſque placerent. Mundantur igitur, qui abiiciunt idola, nefandoſque illorum ritus execrantur. Præterea munditiem interiorem ipſius animi curandam edicit, non abiectis modò idolis, ſed omni etiam ſcelerum affectu depoſito, pérque veram antea actæ vitæ pœnitentiam purgatis criminibus; nec enim negandum, aut dubitandum eſt Patriarchis, vtpote viris ſanctiſſimis, & reliquorum mortalium eo tempore magiſtris ac Sacerdotibus medicinam

Idola cur ſordes dicuntur.

peccati,

peccati, quæ ſcilicet eſt pœnitentia, innotuiſſe.

Pœnitentia munditiæ animarum. Iſai. 19.

Hæc eſt illa mundities, quam Dominus ipſe cõmendat *Lauamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis*: Iſai. 19. Interior quidem indicitur mundities, quæ ſoli Deo manifeſta eſſe poteſt, cùm videlicet in ipſum arcanum humanarum cogitationum ſoli Deo (vt loquuntur Theologi) pateat illapſus. Locum interpretatur S. Hieron. S. Baſil. S. Cyrill. de lauacro ſancti baptiſmatis. Cùm enim Dominus ſacrificia, ritusque, ac ceremonias Moſaicæ legis, quibus male confidebant Hebræi, omnibus altoqui vitiorum impuritatibus inquinati, omninò reieciſſet, vt late oſtenditur eodem cap. 1. Iſaiæ.

Mira per baptiſmum mundities.

Tum demum ad ſacrum baptiſma inuitat homines, ex quo animæ candidiores niue, purioréſque auro exurgunt. *Lauamini, mundi eſtote.*

8. Sed ne Sacramenti lotione, ac munditie, quam ex illo animæ comparant contenti, deinde in poſterum conſeruandæ puritatis curam omnem abiiciant, adiungit: *Auferte malum cogitationum veſtrarum*, ſeu, *auferte malitias ab animabus veſtris coram oculis meis*, vt legit S. Baſil. explicatque ad hunc modum. *Expurgatio, quæ per lauacrum fit, vtique dependet à Domini erga nos benignitate: nequitia autem ſubmotio à nobis ipſis requirit accuratam operum exercitationem.* Sanctificatio quidem prima in Baptiſmo nobis (vt fit hodie) infantulis datur ſine vlla noſtra operatione, quod innuitur illis verbis: *Lauamini, mundi eſtote*; at conſeruatio gratiæ deincépſque meritarum ad gratiam, tum ad gloriam non ſine noſtra voluntate, operationeque comparantur. *Quare* (adiungit) *ne ſpem totam collocantes in ſola, quæ ex regenerationis lauacro profluit, gratia, inefficaces, & ab obſeruatione mandatorum vacui deſideamus ſecreto connectit omnẽ moderatam vitæ collocationem dicens: Auferte malitias à cordibus veſtris.* Videlicet, exercitatio bonorum operum, quæ baptizatis diuinaque gratia ſanctificatis commendatur, atque indicitur in iſlis verbis continetur. *Auferte malum cogitationum veſtrarum*; ſed quid hoc eſt, quod non operum, ſed cogitationum tantummodo malum auferendum dicit? An non grauius operum, quàm cogitationum eſt malum? Ita plane. Cæterùm malorum operum radix eſt mala cogitatio, atque adeò extirpata malitia cogitationum extirpantur ſimul operum germina. Quod ſic ediſſerit idem Baſil. *Auferte malitias à cordibus veſtris*; ac ſi dicat. *Ab radice malitioſas cogitationes reuellite à mente veſtra, vt ne vllum ſermonem, non item quidem operis progerminet eorum quæ vitioſa ſunt, & improba.* Sunt autem vel maximè ab homine Chriſtiano reprimendæ, ipſoque in exortu, ne repullulent, *extirpanda praua* (inquit S. Cyrill.) *cogitationes in omne vitiorum genus mentem noſtram planè demergentes. Baptizatos igitur* (addit) *oportet ab omnibus ſceleribus deſiſtere. Vt poſt lauacrum aquæ, cordis habeamus puritatem.* Sic Hieron.

D. Baſ. Poſt Baptiſmum nec conſeruatur, nec augetur, nec recuperatur ſine nobis.

Bona opera baptizatis commendantur.

D. Baſilius. Radix malorum operũ mala cogitatio.

S. Cyrill. Post flagitia comprimenda mala cogitatio.

D. Hieron.

9. Pulchrè locus iſte Iſaiæ concordat cum præſenti edicto Iacob. *Abiicite Deos alienos & mundamini*, &c. *Quibus ſignificatur iuxta Procop. ſacri Baptiſmi lauacrum; in quo veſtium etiam mutamus, ſcilicet exuentes veterem hominem, induimus nouum, qui ſubinde renouatur ad imaginem eius Dei, qui ipſum condidit.* Itaque præſentis loci interpretatio de ſuſceptione Baptiſmatis, atque per illud in Eccleſiam Chriſti, domum Dei Bethel aſcenſu, ingreſſuque, præclara quidem eſt, & à Patribus, Doctoribuſque inculcatur. Cæterùm quia Iacob iuſſus aſcendere in Bethel, ibíque Deo conſtituere

Procop.

Cum puritate adeundum templum.

(A) re altare, primum omnium indicit omni ſuæ familiæ, vt abiectis procul idolis, mundatiſque mentibus, & corporibus omnes ſe ad aſcenſum illum accingerent, proculdubiò videtur docere vir iuſtus, quanta cum animorum, corporúmque munditie in templum ſit fidelibus eundum, ſacríſque altaribus adſiſtendum, diuinaque myſteria, tam ſumenda quam tractanda, maximè verò cum noſtris hodie in templis, non cæſarum pecudum, & ſanguis libetur, & exta concrementur; ſed Chriſti Dei hominis corpus, & ſanguis in admirabili ſacramento Euchariſtiæ officiatur, & fidelibus communicetur, quæ quidem myſteria vti diuinitatem ipſam continent, ſic, à celebrantibus, & ſumentibus inſignem exigunt puritatem, (B) qualem ſcilicet depingit S. Dionyſ. Ariopag. multis, & ſubtilibus verborum ſententiis: apponam aliquot. *Eos* (inquit) *ad ſanctiſſimam venientes immolationem purgare oportet, & extremas animæ phantaſias, & ſimilitudine ipſi tantum, quantum poſſibile eſt aduenire in manifeſtiores ſic theophanias, ſuper quas donentur ſupermundialium ſuſgorum in conforn eum ſpeculorum, ſuauitatem peruenire.* Hierarch. Eccleſ. cap. 3. titul. Theoria.

Diuina non niſi à puris iuſtiſque tractanda.

S. Dionyſ. Ariop.

10. Horum verborum, quia obſcuriora fortè videbuntur, paraphraſis hæc eſt. Accedentes nimirum Sacerdotes ad ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacrificium purgandi ſunt etiam à leuioribus phantaſiis, ſiue cogitationibus, & ipſi, quem ſumunt, Chriſto Domino aſſimilandi ſecundùm (C) ſingulorum poſſibilitatem per hoc ipſum diuinitùs illuminandi, ſplendoribus mentes eorum conformia ſpecula copioſiùs, formoſius, & intenſiùs ſuperfulgentibus. Vide qualis debeat eſſe Sacerdotum ad altare Domini celebrantium purgatio & puritas, nimirum ab extremis animæ phantaſiis, id eſt, etiam à minimis culpis cogitationum iuxta Iſaiam: *Auferte malum cogitationum veſtrarum.* cap. 1. Multò igitur plus à malis affectionibus purgari oportet. Expianda quidem ipſomet diuino iure ſeuerius exigente lethalia ſunt peccata per confeſſionem Sacramentalem, vt ex Apoſtolo dicente; *Probet autem ſeipſum homo*, &c. 1. Corint. 11. definitum habet catholica fides. Deinde à quibuſcunque, vel leuiſſimis cul- (D) pis purgandi erunt Sacerdotes, ne alioqui accedentibus exprobret Dominus: *Væ qui inutile cogitatis.* Mich. 2. *Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis, & flebitis.* Luc. 6. Increpatur à Domino leuitas riſus, damnatur otioſa cogitatio, quæ ſcilicet ſuam non euadet pœnam; Nam Septuaginta legunt, *Væ, qui cogitatis labores.*

Puritas & ſanctitas in Sacerdote cum celebrat.

Iſai. 1.

1. Cor. 11. Etiam à leuiſſimis purgatio neceſſaria Sacerdoti.

Mich. 2. Luc. 6. Et riſus, & leuis cogitatio damnatur.

11. Quod ſi nobis laborandum eſt pro inutili; quid (heu nos miſeros!) pro impura cogitatione, conſenſúque fiet? Si riſus leuitas caſtigatur, quid non ſuppliciorum malignitas operis demerebitur? Ac iure quidem optimo exigitur hæc tanta, támque exquiſita mundities in Sacerdotibus; quippe cùm aſſiſtant ipſi Deo puriſſimo. *Quapropter* (vti animaduertit idem Ariopag.) (E) *Sacerdotum vſque ad ſumma, id eſt, nouiſſima relaxatio in conſpectu ſit ſanctiſſimorum ſymbolorum, nunquam in Chriſto omnes aſpicientes noſtras occultiſſimas motiones, & ſubtiliſſima purgationis, in eius intenſiſſimis ſubtilitatibus, & iuſtiſſimis, & æquiſſimis iudiciis terminata.* Hæc Ariopag. Lauant quidem iterum, atque iterum manus, etiam ſummitates digitorum in Miſſa, vſque ad nouiſſima, id eſt, vſque ad minimarum, & leuiſſimarum culparum deterſionem. Vocat ſublimiſſimam purgationem in examinatione, & conſideratione propriæ puritatis termina

Dionyſ. Ariopag.

Perfectiſſima exigitur à Sacerdote.

Subtiliſſimũ Dei iudiciũ noſtra examinantis.

terminatæ, id eſt, exhibitæ, & peractæ in ſubtili- A tatibus, & iudiciis, id eſt, in præſentia, & conſideratione ſubtiliſſimorum, & diligentiſſimorum, ac iuſtiſſimorum iudiciorum Omnipotentis Dei, quæ qui ſapienter conſiderat valde in omnibus veretur: Nam ſi in conſpectu ipſius Dei, cuius oculi ſunt puriſſimi, & vigilantiſſimi, cuius iudi-

Timendũ ab oculis & iudicio Dei.

cia ſubtiliſſima, & æquiſſima, Sacerdotes viuunt, celebrant, miniſtrant: & vniuerſim omnes fideles viuimus, & loquimur, & operamur: quis noſtrum non timebit, quis iuſtitiæ ſuæ confidet, quis de ſua puritate gloriabitur.

12. Enimverò quid tam timendum, quàm quod minatur Dominus? *Cùm accepero tempus ego iuſtitias iudicabo.* Pſalm. 74. Quid hoc eſt Domine

Pſal. 74. Seueriſſimũ Dei iudicium.

Deus. *Iuſtitias iudicabis?* Et quid de iniuſtitiis B fiet? Si tuum examen iudiciúmque noſtræ (ſi quæ ſunt) ſubituræ ſunt virtutes; quale iniquitatibus, quale vitiis, & flagitiis noſtris ſuperueniet examen, quale inſtituetur iudicium? Cùm accepero (inquit) tempus, quaſi nunc ſit occupatus, & diſtentus aliis curis, & negotiis; Cùm tempus (inquit) erit, cùm licebit mihi per tempus, quo nunc careo. Sed quid nam curarum, quid negotiorum modò ſic Dominum occupatum habet, tenétque diſtentum, vt non ad iudicandum poſſit intendere? Reſpondet egregiè S. Auguſtin.

D. Auguſt. Vitæ tempus deſtinatũ eſt miſericordiæ.

Gratias miſericordiæ Domini. Nondum eſt ipſum tempus. Modo miſericordia, poſteà iudicium: in qua miſericordia peccata donantur, in quo iudicio peccata puniuntur. Scilicet, cùm apud Deum hominum tra- C ctent negotia, & miſericordia, & iuſtitia: currentis interim tempus vitæ totum datur miſericordiæ, reliquum deinde poſt mortem iuſtitiæ aſſi-

Deus nunc miſericordiæ negotiis diſtentus.

gnatur. Ac benigniſſimus Dominus ita nunc præſtando miſericordias, & beneficia conferendo hominibus eſt intentus, ac diſtentus, vt ad iudicandum, & puniendum ſupereſſe ſibi tempus nullum conteſtetur. Adueniet tamen iſtud ali-

Poſt mortem iuſtitiæ tẽpus.

quando, & quidem adeò exactum, & ſeuerum, vt ipſæ quoque noſtris oculis æſtimatæ iuſtitiæ vitia planè, ac dedecora diuino iudicio cenſeantur, & damnentur; quod ſanctiſſimus ille Propheta deplorauit: *Quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ.* Iſai. 64. *Nec mirum hoc* (inquit S. Hie-

Iſai 64. D. Hier.

ronym.) *de hominibus dicere, cùm aſtra quoque Dei* D *iuſtitiæ comparata non ſint munda, & aduerſum Angelos ſuos peruerſum quid excogitauerit.* Iob. 15. ad verba Iſaiæ.

13. Quæ nam igitur in Sacerdotibus Chriſti ad altare accedentibus, & diuinam Euchariſtiam tractantibus munditia, & ſanctitas, niſi Angelica

Ariopag. Lotio manuum in Miſſa. Ioan. 13.

exigetur? *Stans igitur* (concludit Ariopagita) *in conſpectu ſanctiſſimorum ſymbolorum aquâ manus Sacerdos lauat, quia (vt eloquia aiunt) qui lotus eſt non indiget alterius, niſi extremorum, id eſt, nouiſſimorum ſuorum lauationis; propter quam ſublimiſſimam purgationem in caſtiſſimo Deiformitatis habitu, & ad ſecunda Deiformiter proueniens incontaminatam, & immaculatam faciet conuerſionem.* Nimirum Sacerdos, qui purus debet eſſe à lethalibus culpis, non E indiget niſi extremorum ſuorum lauationis, id eſt, purgationis à minimis culpis, in quas interim incidit, ad quod inſinuandum extremitates abluit digitorum & ſic purgatur Sacerdos, & vniformis, & vnitiuè, ac verè vnum cum Deo, conuerſus conuerſionem ſuam facit immaculatam pa-

Sacerdos vti officio quod gerit, ita puritate Chriſtum imitetur.

nis & vini in corpus, & ſanguinem Chriſti Domini. Itaque Sacerdos ſicut ipſo munere, quod gerit, & adminiſtrat, Chriſtum Dominum repræſentat, ſic in ipſa vitæ innocentia, morúmque pu- A ritate debet imitari. *Videlicet*, (vt loquitur Ariopagita) *ſecundum omnem habitum ſuum factus Deiformiſſimus, & ad diuina intelligentiæ, & iudicij compaginationem approbatus.* id eſt, Deo aſſimilatus in

S. Dionyſ.

omni habitu virtutum, & idoneus ad ſpiritualem ſtructuram, & coordinationem ſalutaris ſapientiæ, eruditus, & acutus ad iudicandum, in factis, & verbis exemplaris, atque (vt loqui ſolent) ædificatiuus. Meritò huius capitis commentator Dionyſ. Carthuſ. exclamat. *O quanta fuit in primitiua Eccleſia ſanctitas miniſtrorum, & prælatorum Eccleſiaſtica Hierarchia! nunc autem, &c.*

Primorum Sacerdotum admiranda ſanctitas. Dionyſ. Carthuſ.

14. At ego cùm totum hoc tertium caput Eccleſiaſticę Hierarchię ſæpiùs perlegerim, euoluerim, ſerióque, ac ſtudiosè penſitauerim, & B cum pulcherrima, & ornatiſſima Euchariſtiæ nomina, cognomina, encomia, inuenerim, Miſſæque omnes (vt in Eccleſia Romana fiunt) penè ipſis oculis deſcriptas viderim cæremonias, ap-

Miſſæ nomi, ritúſque eadem ſæper.

poſitaſque ſimul earundem expoſitiones; non poſſum non indignari quod tanta ſit impudentia, vel tanta cæcitas, & ſtoliditas hæreticorum noſtri temporis, vt ſanctiſſimum martyrem, ſapientiſſimum Doctorem, clariſſimum Pontificem, ſummorum Apoſtolorum Ioannis & Pauli diſcipulum verè, catholicè, Romanéque de diuiniſſima (ſic vocat) Euchariſtia, de ſacrificio, de

Cæcitas, & ſtoliditas hæreticorũ.

cæremoniis Miſſæ, de celebratione, de communione, de ſacerdotio, de altari diſſerentem non audiant iſti, non recipiant, ſed illius doctrina C (quæ catholica Romana eſt) prorſus abiecta, nouitates, inanitates, falſitates, commenta, & portenta ſacrilegorum dogmatum à Luthero, Caluino, aliiſque tartari monſtris inuenta complectantur. Pulchrè doctiſſimus, & religioſiſſimus in Gallia Vincentius Lirinenſis ſuo in illo aureo libello ſcripſit. *Hoc* (inquiens) *apud omnes ferè hæreſes quaſi ſolenne eſt ac legitimum, vt ſemper profanis nouitatibus gaudeant, antiquitatis ſcita faſtidiant, & per oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ à fide naufragent. Contra verò Catholicorum hoc ferè proprium depoſita ſanctorum Patrum & commiſſa ſeruare, damnare profanas nouitates; & ſicut dixit Apoſtolus: Si quis annunciauerit præterquam quod acceptum eſt, anathematizare*, ad Galat. 1. lib. contra D hæreſes cap. 34.

Noua, vana, falſa, portenta hæreticorum.

Vincent. Lirin.

Catholicorũ conſtans & priſca fide

ad Galat. 1.

15. Porrò cunctis ſuæ familiæ indicit Iacob munditiem & veſtimenti mutationem, videlicet, quia in Bethel domum Dei ad conſtruendum altare, ſacrificandúmque Deo eſſent aſcenſuri. Mundas quidem etiam expoſcit veſtes: Indecens enim eſſet, vel Deo litare, vel ſacrificio adſiſtere hominem detritâ ſordidáque veſte; multóque indecentius foret Chriſti Sacerdotem vulgari, ne dicam ſordida indutum veſte, peragendo ſacrificio corporis, & ſanguinis Domini dare operam. Quocirca Deo ſic iubente ſtatu-

Ornatus veſtium in altaribus, & in Sacerdotibus.

tum in Eccleſia Chriſtiana catholica fuit, vti pretioſo, pulchroque velamine altaria ornarentur, & celebraturi precioſis, pulchriſque veſtibus induerentur Sacerdotes. Quo in ornatu tanta eſt E varietas, tanta pulchritudo, tam larga, penéque immenſa, auri, argenti, gemmarum, magnarúmque opum affluentia, vt iſti ferè ſint inter Chriſtianos catholicos opulentiſſimi omnium theſauri; quod quidem vno verbo ſubtiliter prædictum ab Iſaia mihi perſuadeo, cùm in eo capite, quod ad literam euidenter totum eſt de Chriſti Domini paſſione, vates Euangelicus apponit. *Dabit impios pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua.* Iſai. cap. 53. Seu vt LXX. vertunt, *diuites pro*

Iſai. 53.

morte

morte ſua; & quidem Impij pro ſepultura, Pilatus, Phariſæi, militéſque haud dubiè intelliguntur, qui omnes in hoc vnum conuenerunt, vt ſepulchrum Domini cuſtoditetur, atque manifeſta illa indicia reſurrectionis Dominicæ prorſus abſconderentur, ne in vulgus veritas proderetur.

16. Diuites dedit pro morte ſua; prophetia quidem eſt de diuitiis, quas Chriſtus pro morte ſua conſequutus eſt, vt Forer. & alij obſeruant. At quicquid à Regibus, & principibus Chriſtianis, atque à piis, honeſtíſque fidelibus donatum eſt Eccleſiæ, patrimonium vtique habetur, & dicitur Chriſti. Maximè verò pro morte Domini IESV, id eſt, in commemorationem paſſionis & mortis Chriſti, pro qua principaliter inſtitutum eſt ſacramentum corporis, & ſanguinis Domini, ordinatum eſt ſacrificium Miſſæ in altaribus, in templis; vbi per totam Eccleſiam latè in prouinciis, gentibuſque diffuſam infinita propemodum viſitnt diuitiarum abundantia. Itaque ad celebrandum auguſtiſſimum ſacrificium Euchariſtiæ, quæ à ſanctiſſimis illis viris Hierotheo, ac Dionyſio Areopagita vocatur *hoſtiarum hoſtia*. cap. 3. Eccleſ. Hierarch. incredibiles congeſtæ ſunt opes, donatæque à fidelibus, ritè, ſanctéque impenduntur. Ad hoc myſterium honorifice celebrandum inſtituti ſunt à Chriſto Domino ſummus Pontificatus, Epiſcopatus, cæteræque in Eccleſia Chriſtiana dignitates cum ampliſſimis, & pinguiſſimis redditibus ex patrimonio Chriſti. Et hoc eſt vnum ex ſummis Chriſti Domini miraculis, vt qui natus in præſepi, educatus, viuéuſque in ſumma inopia, mortuus in Cruce nudus, alienâ obuolutus in ſepulchrum ſyndone; in ipſius deinde mortis, ac paſſionis commemoratione totum per orbem vſque ad finem mundi percelebranda ditiſſimus ipſe opulentiſſimis in templis, atque altaribus a diuitibus honoretur miniſtris.

Forer.

Opulentia templorum apud Chriſtianos.

Euchariſtia hoſtiarum hoſtia. S. Dionyſ.

Dominia, ac dignitates in honorem Euchariſtiæ.

Chriſtus vitâ pauper in Euchariſtia ditiſſimus.

17. Meritò igitur à Chriſto Domino, cuius typū gerebat Iacob, dicitur ſacerdotibus: *Mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra*: veſtiúmque ſacerdotalium nitore, pretióque munditiem corporis, ſanctitatem animæ, virtutémque opes interius reconditas ſignificando demonſtrate. Debitum id quidem eſt corpori Domini, quod in ſacroſancto myſterio tractant ſacerdotes. Enimverò Dei filius ad homines deſcendens iſtud ipſum corpus ſuum, nonniſi ex viſceribus puriſſimis matris ſemper Virginis efformatum ſuæ diuinitati, ac perſonæ aduniuit, nouémque ſubinde menſes geſtari voluit in illo ipſo vtero virginei corporis, cuius quidem puritas ipſus quoque Angelorum ſpiritus longo interuallo ſuperat. O caro mundiſſima! ô corpus Deo dignus thalamus, dignum Deo habitaculum! *Illa* ſcilicet (vt loquitur S. Ioan. Damaſcen.) *minimè effoſſus aquæ refectionis fons, illud inaratum cæleſtis panis aruum; illa minime rigata vua immortalitatis vinea; illa perpetuò vernantem, ac pulchrum fructum proferens olei ſpiritualis oliua.* orat. de Aſſumpt. Quid verò de puritate animæ, vnde in

Mariâ à ſuis ſacerdotibus exigit Chriſtus ſanctitatem.

Puritas B. Mariæ Virginis matris Dei. D. Ioan. Damaſc.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

corpus omnia redundant bona, dicendum erit? *Duplicis quidem* (vti Damaſcen. idem apponit) *virginitatis nauem Virgo mater incolumem ſeruauit: animámque non minùs, quam corpus, Virginem cuſtodiuit.* orat. 1. de Aſſumpt.

B. Maria Virgo corpore & animâ.

18. Nauem dicit emphaticè virginitatem, quæ ſcilicet, per maria tumentia fluctibus; procellis horrentia, Infeſta vadis, & ſcopulis, plena periculis ad portum nauigat cœleſtis patriæ; vnde in hunc mundum tranſlata venerat, ſed quam Dei ſpiritus regit, deducit, tuetur. Cæterùm nauis illa, quæ eſt virginitas animæ vt illuſtrior, ditiórque eſt, ita periculoſiùs nauigat. Ad hanc igitur Beatiſſimam Virginem Dei matrem intentos habeat oculos Sacerdos ad altare Domini celebraturus. Eſt enim ille (vti iam alicubi apud ſanctum Auguſtinum memini me legere) velut altera mater Chriſti. Nam quemadmodum Virgo mater Deum hominem concepit, & peperit, mundóque viſendum ſuo in ſinu exhibuit: ita Sacerdos corpus, & ſanguinem Domini conſecrat, eleuátque fidelibus adorandum, oríque ſumendum proponit. Igitur quàm officio repræſentat Sacerdos, puritate imitetur oportet. Nam quis dicendo explicabit, quàm puris manibus tractare, quàm mundo gremio, vlníſque geſtare infantulum ſuum Deum ſanctiſſima, & puriſſima Virgo conſueuerit? Docet Virgo, monet; iubet, rogátque homines, purè, dignéque ipſius filium Deum hominem in ſacroſancta Euchariſtia, & manibus tractent, oréque accipiant, & condant viſceribus, ex animo adorent, corde diligant, mente complectantur, piéque ſuauientur.

Virginitas typicè nauis.

Sacerdos mater Chriſti.

Sacerdos vt officio, ſic puritate B. Mariã imitetur.

B. Maria commendat puritatẽ ſacerdotibus.

SECTIO III.

Surgite, & aſcendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Deo: qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & ſocius fuit itineris mei.

1. S*Vrgite*, &c.] Surgamus (inquit Iacob ad vxores, filios, ſeruóſque) qui hactenus proſtrati iacuimus, aut idola pro Deo adorantes, aut verum Deum à quo multa, & magna beneficia accepimus, oſcitanter colentes; aſcendamus tandem ad domum Dei. Fidelis quidem ego, & idola ſemper ab infantia deteſtatus; Deum verum corde animóque veneror, ac diligo; ſed non oriabor propter vos etiam externo, ac debito ritu meam illi fidem, obſequiúmque præſtare. Altare inſtituam mihi, & poſteris in Dei mei, vnius, ac veri cultum, & honorem, vtique ſempiternum memoriale beneficiorum Dei mei, qui fugientem ſuſcepit, & cõſolatus eſt, qui proſperum in domum auunculi dedit ingreſſum; qui à ſoceri fraudibus, iniuriiſque protexit, qui abeunti, & redeunti propitius, & beneficus affuit, qui laborantis, & peregrinantis actus, ſtudia, conatuſque direxit. Horum Iacob beneficiorum nunquam amiſit memoriã, ſed iugem potiùs recordationem grato ſeruans animo,

Gratus Dei beneficiis Iacob.

mo, per altaria, per ſacrificia, ritúſque alios veræ, ac debitæ pietatis ſuo benefactori Deo præſtat obſequium gratiaſque habet. Quapropter domeſticum otium, vitamque vmbratilem, & delicatam ſemper execratus, ſe, ſuoſque ad iter, ad aſcenſum, ad opus, ac laborem conſtituendi altaris accingit. *Surgite* (inquit) *vt aſcendamus.* Bonus quidem, ac prudens paterfamilias, qui ſuos ad laborem excitat, neminemque patitur otiari. Profectò nec in ciuitate, nec in cuiuſcunque hominis domo quicquam ſolet eſſe perniciofius, quam otium, quo molleſcunt animi, torpeſcunt vires, bonarum artium ſtudia frigeſcunt; ac velut è ſeminario prauæ cogitationes, prauaque opera exoriuntur. Quæ ſanè vti eſt vera, ſic animis omnium etiam barbararum gentium inſedit, opinio. Enimverò vt ex noſtrorum hominum, qui regionem illam peragrarunt, aut certè illius gentis mores ex perenni commercio didicerunt, incorruptis planè teſtimoniis accepimus, egregiam pro vitando incolarum otio à Sinis conſtitutam ritè admodum obſeruari legem. Grandia ſcilicet, habent xenodochia, in quibus pauperes, cœci, claudique tenentur, ac ſuis deinde quiſque (prout vires, & artes ſuppetunt) ſtudiis omnes occupantur, ac laborant; nec enim curſitare per vrbes, oppidáque oſtiatim emendicando pauperem vel vnum patiuntur. Cæterum ne miſeris ſuo [illegible] o in xenodochio ad victum, vitámque neceſſaria deſint, lex alia (nouæ quidem, atque inauditæ conditionis) ſtatuta eſt in fœminas iracundas, & rixoſas, quas Luſitani emphatice vocant (*ra-uas*) damnantur, ſcilicet, quæ tales deprehenduntur, ac pecunia in pœnam ab illis exacta impenditur tota in ſubſidium illius xenodochij. Itaque miſeri apud Sinas ex linguis rixantium fœminarum aluntur.

Boni patris familias induſtria.

Otium, vt peſtis, vitandum.

Mira Sinarum artes ad euitandum otium.

Laborandum apud Sinas in xenodochiis tenentur pauperes.

Vectigal ex rixis fœminarum apud Sinas.

2. Cæterùm de otio vitando, quod erat huiuſce commentationis inſtitutum, cum ſuperioribus tomis non pauca dixerim, certè quantumuis etiam nunc adiungam, illius tamen malignitas, ac nocumentum nunquam ſatis explicabitur. Vno verbo Sapiens omnia complexus, ait: *multam malitiam docuit otioſitas.* Eccleſiaſt. 33. docuit? ergo vel ipſa eſt magiſtra, vel gymnaſium, ſeu academia generalis omnium vitiorum; vti bonarum omnium artium altrices in orbe Athenæ, Pariſij, Salmantica, Conimbrica celebrantur. Surgite (inquit Iacob) ſomnum excutite, tandem è lectis, è culcitris, ex ignauia, & inertia mentes, corporáque, atque affectus ſurrigite. Aſcendimus enim in Bethel domum Dei, cui quidem tam exoſa, quàm inimica eſt otioſitas, & deſidia, quod etiam Philo Hebr. prudenter expendit. *Si quæris Deum anima; a te ipſa egreſſa illum quære. Donec enim manes in molibus corporeis, non es apta ad quærendas res diuinas, etiamſi præ te feras quærendi ſtudium.* ad illa verba, *Tetendit extra caſtra procul.* Exod. 33. Non enim Deum adimus niſi à nobis [illegible] abeamus. Quæritque Deum, ac tandem [illegible], qui a [illegible] priùs receſſit, ſeipſum re[illegible]. Ex[illegible] Iacob ad aſcenſum vtique [illegible], qui ab ignaua, & humili [illegible]. Dixi, laborioſum, [illegible] ad Bethel, domumque Dei, ſicut è contrario facilis deſcenſus auerni, nihil tam facile, factuque leue, quam præcipiti lapſu in perditionem, & in infernum vſque deſcendere. Nihil verò æque arduum, ac difficile

Otium docet vitia.

Eccleſ. 33.

Auertenda familia ab otio.

Phil. Hebr.

Egreſſi à nobis Deum quæramus.

Exod. 33.

Nihil promptius, quàm in infernum corruere.

A quam in cœlum vſque, Deique gloriam aſcendere. Iſt iſte per virtutes aſcenſus. At vt [illegible] cus ille [illegible]

Virtutem poſuere Dij ſudore parandam.

Arduus in cœlũ aſcenſus

3. Q[illegible]at nul[illegible]m de ſ[illegible] f[illegible] amicis, nobilior[illegible] que in ſua Eccleſia ſanctis Dominus quiete agere, humiliter iacere, abiectéque torpeſcere ſinit; ad aſcenſum illos excitat. *Surgite, aſcendite.* in aſcenſu quidem laborandum, & ſudandum; ſed labore probatur patientia, & per patientiam ſplendeſcit virtus; quam quies ſi non prorſus hebetat, at certe occultat, quod in ſanctiſſimo, & patientiſſimo Iob egregie demunſtratum fuiſſe S. Gregor. ita conteſtatur.

A quiete ad laborem Dominus [illegible] excitat.

D. Greg.

B *Vir iſte ſummis virtutibus fultus, ſibi notus erat, & Deo; qui ſi non flagellaretur, a nobis nullatenus agnoſceretur. Virtus quippe etiam per quietem ſe exercuit: ſed virtutis opinio commota per flagella fragrauit & qui quietus in ſeipſo, quod erat continuit, commotus ad notitiam omnium odorem ſuæ [illegible] titudinis aſperſit.* in præfation. Iob cap. 2. Multum quidem tribulationibus Sanctorum debemus; per eas ſiquidem, & eorum exempla in profectum noſtrum elucramur; & virtutum, quæ in illis effloruerunt, ſuauiſſimâ memoria recreamur. Quamobrem rectè adiungit. *Sicut enim vnguenta, niſi commota redolere latius neſciunt; & ſicut aromata fragrantiam ſuam non niſi cum incenduntur, expandunt: ita ſancti viri omne quod*

Profuit Iobo & aliis ſua patientis exercitatio.

S. Greg.

Fructu[illegible] ſa omni[illegible] tribulat[illegible] Sanctorum.

C *virtutibus redolent, in tribulationibus innoteſcunt.* Iccirco ſe, ſuoſque ſanctus Iacob excitat, vrget, è lecto ex[illegible], ex quiete excutit, in aſcen[illegible] inuitat, compellit ire in domum Dei. *Surgite aſcendamus in Bethel.*

4. Sed non dicit, *aſcendite.* Stans quippe iam in procinctu ad iter expeditus clamat, *Surgite:* Verùm vt in ſurgendo, ſic in aſcendendo non poſtremus, ſed primus eſſe voluit. *Aſcendamus,* inquit. O egregium ducem! o prudentem, ſanctumque prælatum! o eximium, verumque typum illius noui paſtoris, *qui cùm proprias oues emiſerit ante eas vadit & oues illum ſequuntur, quia ſciunt vocem eius.* Ioan. 10. Nouimi d[illegible], *quia contrarium* (vti adnotauit S. Chryſoſt.) *paſtores faciunt: ſequuntur, non præcedunt.* Hunc ſcilicet, diuini paſtoris morem, ſequi debent paſtores in

Ioan. 10.

Prælati ad eius præd[illegible] [illegible] exempl.

D. Chryſ.

D Eccleſia Chriſti, vti cum ſubditis pariter ſurgant, & aſcendant: non verò illi recumbant in lectis, & ſubditi ſubeant colles, repantque ſudando in præaltarum rupium culmina; hoc eſt, præcepta, vel ſaltem conſilia, perquam ardua, laborioſaque exequantur, quin potius ad Chriſti Domini exemplum ante oues vadant, præcedant ſubditos, non ſequantur, in omnibus videlicet quæ iubent quæ docent, quoad fieri poſſit, exemplo præeuntes. *Longe ſiquidem* (ait idem [illegible]) *[illegible] ars [illegible] paſtoralis eſt.* tam exi[illegible] ius p[illegible] paſtor [illegible] quam [illegible]

D. Chryſ.

E [illegible] ſicut in docendo [illegible]. [illegible] enim [illegible] præla[illegible], [illegible] principis ad [illegible] quam [illegible] erga [illegible], quam [illegible], tam [illegible] ſecum per[illegible].

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible].

5. E[illegible]m [illegible], vt [illegible] *aſcendente Domino in naniculam ſecuti ſunt eum diſcipuli eius.* Matth. 8. Nec enim Dominus in [illegible] diſcipulos intrare pelagus iuſſit. Sed primus nauiculam ſubintrans etiam nihil imperans [illegible] exemplo

Matth. 8.

Chriſti [illegible] plum tra[illegible].

exemplo traxit omnes vltrò in nauim. Quis enim ducem prælatumque pene ſequi aut timeat, aut verecundetur? Eſt quidem arduum opus; eſt abiectum, in quo & ſalus, & vita periclitatur. Benè, ſed tamen & laborantem, & ſeſe abiicientem quis ſubditorum (ſi ſapiat) non ſequatur? Vide quæ tanta ſit in exemplo virtus? Abimelech Hebræorum dux, & moderator, turrim hoſtium obſidens, cùm tandem ſuppoſitis vellet flammis ſuccendere, vti memorat ſcriptura: Arreptâ ſecuri præcidit arboris ramum, impoſitúmque ferens humero dixit ad ſocios: *quod me videtis facere, cito facite.* Iud. 9. Res mira, Dux, princépſque nihil interim monet, nihil imperat, nihil effatur. Sed manum operi (quo nil efficacius) admouet, arripit ſecurim, ramos præcidit; proprio, non alieno ſarcinam imponit humero. Quid deinde? *Igitur* (ſcribitur) *certatim ramos de arboribus præcidentes ſequebantur ducem, quæ circumdantes præſidium, ſuccenderunt.* ibid. Certatim omnes, qua voce inuitati, quo imperio compulſi? ſolo quidem ducis exemplo. Omnes; ne vnus quidem, aut labore, aut dedecore permotus a congerenda ſtrue, ab exportanda ſarcinâ lignorum ſeſe proripuit. At ô bone IESV tu primus quidem Crucem tuam baiulaſti. Sed te iam graui, laborioſóque onere præeuntem certatim omnes tui diſcipuli, martyres, ſanctique vtriuſque ſexus ſuam quiſque baiulans Crucem pone ſequentes ad vitæ, mortiſque difficillima quæque, atque acerbiſſima patientiſſimè toleranda vltrò conuolarunt. In ſignum ergò tanti miraculi Domino aſcendente in nauim ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Matth. 8.

Chriſti exemplû trahit. Exemplum principis efficax.

Iud. 9.

Viri ſubditi exemplum ſuperioris imitantur.

Chriſtum cum cruce præeuntem ſequuntur martyres.

Matth. 8.

6. Primum omnium Dominus ſeſe immiſit in mare paſſionis. *Veni* (inquiens) *in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.* Pſal. 68. Apertè loquitur ſua de paſſione Dominus; vt S. Hieron. & Auguſtin. & omnes deinde interpretantur. In hoc autem fideles vocati ſumus, quia *Chriſtus pro nobis paſſus eſt, nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius.* Petr. 2. *Exeamus igitur* (exclamat Apoſtolus) *ad eum extra caſtra improperium eius portantes.* ad Hebr. 13. Hoc igitur eſt ſequi ad nauim, ad mare, ad fluctus Chriſtum. Sic poſt paſſionem Domini Eccleſia ipſius mundi pelagus ſubintrante *gentium flabra,* (inquit S. Petr. Chryſolog.) *Iudæorum turbines, perſecutorum procella ſic ruerunt, vt totius mundi fieret vna tempeſtas,* &c. ſerm. 20. At ô tu bone IESV quid eſt, quòd tuos amicos, & ſeruos in maria, in diſcrimina, in naufragia immittis? Non ſoli quidem (dicet Dominus) periclitantur, non ſoli patiuntur. *Ecce ego cum illis ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Matth. 28. cum tota ſua familia ſimul exurgit, & aſcendit Iacob in Bethel: & aſcendente Chriſto in nauim ſecuti ſunt eum diſcipuli eius. Secum in pelago habent, quo protegantur, quo adiuuentur, quo recreentur colluctantes cum fluctibus, & inter vada, rupéſque naufragantes. Non timet, non effugit è cœlo videns tempeſtatem nauclerus: Suam in ſummis ipſe periculis peritiam, ac poteſtatem demonſtrat. Enimverò (vt egregiè idem Chryſolog. expendit) *gubernatoris peritiam non probat tempeſtas ſerena, ſed procelloſa tempeſtas, blandiente aurâ nauim regit vltimus nauta; In confuſione ventorum primi quæritur ars magiſtri.* ſerm. 20. Sciuit quidem ſapientiſſimè, potuítque potentiſſimè ſuam ita vndique procellis agitatam Eccleſiam Dominus IESVS ſaluam regere, atque incolumem: tranquillatoque pelago perſecutionum Chriſtianam ſuam Rempub. in portu collocare. At ſicut ad imperium Domini è nauicula ſedatis fluctibus, ventis ſilentibus, mari tranquillato *homines illi mirati ſunt dicentes, qualis eſt hic, quia & venti, & mare obediunt ei?* Matth. 8. *Sic* (ait idem Chryſolog.) *ſæculi homines mirantur ad obedientiam Chriſti mundum eſſe conuerſum, quos attonitos reddit Chriſtiani nominis toto orbe profunda, & diffuſa tranquillitas.* ſerm. indicato.

Pſal. 68.

Petr. 2. Exemplo Chriſti perſecutiones tolerantur. ad Hebr. 13.

D Petrus Chryſol. Perſecutionum tempe-

Matth. 28.

…tus ne… perientis … clerus.

… Chryſ.

Chriſtus nauim Eccleſiæ bonus regit nauclerus.

Matth. 8.

S P. Chryſ.

Mundi ad Chriſtũ cõuerſio grande miraculum.

7. *Surgite* (inquit) *aſcendamus in domum Dei.* Bellè dictum. Non autem quod nebulones mutuò dictitant: Surgite eamus in domum ludentium, aut (quod eſt deteſtabilius) in domum meretricis; ad lupanar, ad popinas, ad theatrum, ad mimos, ad profanos, vanóſque luſus. Veriùs dixerint, ſurgite eamus in domum diaboli, in iis vtique regnat diabolus, & animæ vitiis inquinantur. Iacob vir iuſtus inuitat, ducítque in domum Dei, dignus planè cuius nomen ſimul cum Dei nomine in eadem domo ad ſempiternam hominum memoriam commendetur. Dicunt enim gentes, quod Iſaias prædixit. *Venite aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob.* Iſai. cap. 1. *Gentes nimirum* (vti explicat S. Hieron.) *& populi nequaquam propriâ ſalute contenti, ſe mutuo hortabuntur, & dicent; Venite,* &c. Significatur feruor ſpiritus, æternæque ſalutis ſtudium, ſanctuſque zelus, quo Chriſtiani, iuſtique homines erga proximorum ſalutem ſuccenſi, mutuis ſeſe inuicem exhortationibus ad ſeruiendum Deo, virtutiſque ſtudium capeſſendum excitabunt. Sed quid eſt cur aut domus Dei dicitur etiam domus Iacob, aut (quod potius eſt) Deus ipſe vocatur Deus Iacob? *quia videlicet* (reſpondet S. Baſilius) *Iacob gratioſus fuit Deo, & apprimè familiaris. An enim ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, hoc nomen mihi eſt in æternum, & hoc memoriale meum in generatione, & generationem.* Exod. 3. *Vt enim hos ſanctos honore afficeret in perpetuum memorabili eorundem ſeruorum nomina ſuo ipſius nomini attexuit: vt quoties Dei memoria celebraretur, horum quoque toties commemorarentur nomina.* in 1. caput Iſaiæ.

Imitanti ſe inuicê mali ad malum.

Iſai. 1.

D. Hieron.

Chriſtianorum feruor ſpiritus zeluſque.

D. Baſil.

Exod 3. Mirum in modũ Deus etiam nomina ſeruorum ſuorum honorat.

8. Digna igitur tanto viro adhortatio. *Surgite aſcendamus in Bethel.* Digna iuſtis, & ſanctis viris hæc ipſa vox: *Venite aſcendamus in domum Dei Iacob,* quaſi dicant mutuò ſeſe adhortantes: *Agite dum* (declarat S. Baſil.) *auocemus animos ab iſtarum rerum cupiditate, quæ terreni humi, nec multi ſunt momenti: agite quæ cœleſtia ſunt, ſapiamus. Ingrediamur domum Dei. Illic docebimur viam eam, per quam incedentes ad metam pertingere poterimus, vniuerſis in commune propoſitam per vitæ integritatem.* ibidem. Bonus pater familias Iacob, qui ſuos ſecum ducit in domum Dei, in ſacrum nempe templum vt interſint omnes rei diuinæ, vt Chriſtum Dominum verè, realitérque in ſacroſancta Euchariſtia præſentem adorent, vt ſacras diuini verbi conciones audiant. Hoc eſt proprium munus Chriſtiani, & ſancti patris familias, vt ſecum totam ſuam familiam ad Deum adducat, pietatíſque officiis, & bonis rectè viuendi moribus inſtructam habeat, & regat, ſic bonus, & peritus gubernator ſuam per mare huius mundi, ſaluam, & incolumem regit nauim, atque in portum ſempiternæ beatitudinis inducit.

S Baſil. Contemptis terrenis inſiſtendũ cœleſtibus.

Pater familias ad pietatem ſuos inſtruit ducitque.

Pater familias gubernator nauis.

9. *Vt faciamus ibi altare.*] Inuitat ſuos Iacob, vti altare Deo conſtruant, illúmque ibi ritè venerentur. Muneris enim eſt patrisfamilias conari, demúmque efficere, vt ſui domeſtici, & verum Deum agnoſcant, ac venerentur, & omnes pro ſuo quiſque ingenio Deum ipſum precibus implorent. Nouerint quidnam ſit oratio Chriſtiana, & inſtanter orent, maximè verò in periculis, dubiiſque rerum euentis ad Deum confugiant; illius opem, & Virginis matris pio affectu, vocéque precentur. Hac pietate pueri, puellæque iam inde ab incunabulis imbuti ad ſenectutem vſque totam vitam Chriſtianè, ſanctéque ducunt fortunatiſſimam. Certè accepimus non ita pridem in Belgio rem ſanè memorabilem in hoc eodem argumento accidiſſe, quæ iam in puerorum inſtitutionibus percelebratur; Puella ferè nubilis aliquando inter coæuos vtriuſque ſexus cantando, & ſaltando, non ſine leuitatis, & laſciuiæ nota multas inſumpſit horas. Tandem ergo laſſata viribus ſubſidit iuxta arborem. Ibi quieſcentem ecce malignus ſpiritus toruo metuendus aſpectu, prebenſam brachio tenet. Eia (inquit) veni mecum puella in infernum, ibi tuæ ſaltationis præmium recipies, ac de tanto labore paulíſper recreaberis. Quid tum miſella? exclamat: Semper Virgo Maria mater Dei fer mihi opem: mirum dictu. Reſiluit cacodæmon, puellamque dimittit: indignabundus clamat: O infauſtam illam matrem, quæ talia verba proferre docuit filiam! Nam ſi verba huiuſmodi non dixiſſes, proculdubiò hodie mecum cœnares in inferno. Hæc dixit hoſtis, ac diſparuit.

Ad pietatis ſtudia ſuos pater inuitat.

Pueri ad impietatem inſtruantur.

Puella per inuocationẽ B. Mariæ illudit diabolum.

10. Quid ni è tanto illo periculo incolumis euaderet, quæ ſanctiſſimum Deiparæ Mariæ nomen inuocauit, auxilium implorauit? *Eſt enim Maria* (inquit doctus ille ac pius Idiota) *ſpiraculum hominis, peccator per Mariam reſpirat in ſpe veniæ, & gratiæ.* de contemplat. Virg. cap. 5. Digniſſima planè Domina, quam omnes humillimo, ac piiſſimo affectu veneremur, atque identidem venerando deprecemur:

Idiota.

Fons omniũ bonorum B. Maria.

Maria mater gratiæ,
Mater miſericordiæ;
Tu nos ab hoſte protege,
Et in hora mortis ſuſcipe.

Nimirum (vti expendit idem Idiota) *Maria mater gratiæ, bonos in gratia conſeruando. Mater miſericordiæ, malos ad miſericordiam reducendo: adiuuat tribulatos, dando illis patientiam; tentatos dando eis victoriam; protegit ab hoſte, & adiuuat quoque poſt mortem, animas ſuſcipiendo, & eas in cœlum deducendo.* cap. 6. Addit vir egregius: *Faciamus altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & ſocius fuit itineris mei;* quibus verbis oſtendit grati animi admirabilem ſignificationem erga Deum à quo, & liberatus è malis, & bonis affectus fuit. Locus quidem frequens, & ferè communis, ſed ſemper denuò tractandus, aut certè commendandus. Vt enim continua fluunt à Deo in nos beneficia, ſic à nobis in Deum perenniter neceſſe eſt refluat actio gratiarum. Quicquid boni habemus à Deo venit: quicquid mali, aut non admittimus, aut non incurrimus, aut non toleramus, à Deo planè diuertitur, atque impeditur.

Idiota.

Continuis Dei beneficiis cõtinua ſit actio gratiarum.

11. Dicat igitur ſecum vnuſquiſque noſtrum, quod in ſimili argomento ſcripſit ſanctiſſimus Leo: *Laudem Domino loquatur os meum, & nomen ſanctum eius anima mea, ac ſpiritus, caro, & lingua benedicat; quia non verecundia, ſed ingratæ mentis indicium eſt, beneficia tacere diuina.* ſerm. 1. Eſt quidem ingratus, qui tacet; ingratiſſimus, qui obliuiſcitur Dei beneficia. Iacob extruit aram, offértque victimas in gratiarum actionem Deo pro beneficiis. Non aras tu quidem extrue, ſed ante aram extructam vbi ſacræ Dei hominis, & Virginis matris viſuntur imagines: maximè verò vbi auguſtiſſimum Chriſti Domini corpus in ſacroſancta Euchariſtia cuſtoditur, & colitur, procumbe, gratias age, tuámque indignitatem recognoſcens Dei celebra dignationem. *Quæ ſcilicet* (vt ibidem expendit Leo) *dum humilitatem tuam in altum gradum prouehit, quod neminem ſuorum ſperneret demonſtrauit.* Egregiè Deum colit, qui Dei beneficentiam extollit, & propriam indignitatem fatetur. Enimverò bone Deus, vt mirabilem facias gratiam tuam, in me tua munera confers, in quo meritorum ſuffragia non inueniſti; quo quidem opere tuo Domine illud planè commendas, vt de iuſtitia ſua nemo præſumat, & de tua miſericordia nemo diffidat. En Domine Deus à te delinquens liberatur, peccator ſanctificatur, abiectus erigitur, indignus tuis abundat miſerationibus.

D. Leo.

Damnatur ingratitudo hominis erga Deum.

Dei miſericordia humiliter celebranda.

S. Leo.

Dei miſericordia celebratur.

SECTIO IV.

Dederunt ergo ei omnes Deos alienos quos habebant, & inaures quæ erant in auribus eorum: at ille infodit ea ſubter terebinthum, quæ eſt poſt vrbem Sichem.

1. AD nutum omnes planè Iacobo paruerunt expoſitis in propatulum quotquot, vel ex direptione Sichem, vel ex Meſopotamia, vel aliunde ſecum aſportata inanium Deorum ſimulachra & icunculas habebant: nec enim cum tanta illa impietate, ac ſpurcitia in Bethel in domum Dei licebat aſcendere. Quod quidem in figura tunc contigit ad ſignificandum, quæ in lege gratiæ facienda Deus ſapientiſſimè diſpoſuerat. Nimirum (vti Rupert. expendit) planè hoc ordine, & his profectibus aſcendendum eſt in Eccleſiam Chriſti. Primum eſt abdicare errorea, & vnius veri Dei profiteri fidem; quod eſt auferre Deos alienos, deinde baptizari. Hæc ille ad hunc locum. Deinde in eodem ferè ſenſu non eſt aſcendendum in Bethel, non intrandum in templum, non extruendum altare, non in eo litandum ſimul cum Diis alienis, eorúmque imagunculis: ſed iſta omnia immunda, ſacrilega, impia, vana, exectanda fideliter abiiciat quiſque ad pedes Iacob; mundandum ſcilicet pectus omnibus ſceleribus, ac vitiis. Iſthæc omnia fideliter, ſigillatim, ſinceréque explicanda Sacerdoti confeſſario, & ante illius pedes integrè, humilitérque exponenda ſunt: tum deinde licet accedere ad altare Domini, & puro, ſanctóque ore corpus Domini manducare, illiúſque diuinitatis hominem fieri participem. Dederunt ei Deos alienos; dat pœnitens, cùm ſacram peragit confeſſionem, Deo alienos Deos, alienos, inquam proditores veræ diuinitatis. Huiuſmodi enim ſunt noſtra ſcelera, quæ Deo ipſi per ſummam impietatem perfidi antepoſuimus; dein quod peius eſt, abſcondit peccator, dum

Rupert.

In ſtyle pœnitentia & Euchariſtia ſacramenta ſumenda.

Commendatur confeſſio ſacramentalis.

Non celanda Confeſſario delicta.
Iob 31.

dum ea confeſſario non prodit; quod quidem malum ita frequenter a diabolo perſuadetur homini, vt propterea dixerit ſanctiſſimus Iob: *Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem meam.* Iob. 31. Non proditorem iſtum diuinæ læſæ maieſtatis diu celauit, ſed vbi primùm à Propheta monitus in ſe rediit Dauid, prodidit, foraſque expulit confeſſus: *Peccaui Domino.* 2.Reg.12. *Manere ſcilicet*, (inquit S.Ambroſ.) *penes ſe delicti paſſus non eſt conſcientiam: ſed præmaturâ confeſſione, atque immenſo dolore reddidit peccatum ſuum Domino.* apolog. cap. 1. Reddidit latentem videlicet, in corde traditorem, Deo tradidit extinguendum in confeſſione. Verùm Deo ſic ſtatuente contingit, vt peccata ipſa tantò manifeſtiùs prodantur, & vt ita dicam, altiùs clament, quò profundiùs à peccatore, ſilentiùs, & ſecretiùs abſconduntur. Icircò Abelis occiſi vox clamabat contra Cainum, qui facinus non occultabat modò, ſed etiam negabat. Hinc illud optimè dictum eſt à S. Ambroſ. *Meritò vox ſanguinis Abel clamabat; quia nullis Cain impius bonis operibus tegebatur; quia Cain non confitebatur flagitium, ſed negabat.* apolog.1. cap.7.

2.Reg.12.
D.Ambr.
Proditur in confeſſione proditor diabolus.

Peccata in confeſſione abſcondita clamant altius.

D.Ambr.
Cain periit, quia non cõfeſſus.

2. *Et inaures.*] Productis io publicum idolis, produxerunt etiam inaures, non ſcilicet, quibus ſuo more vtuntur fœminæ; nam ea ornamenta nihil habebant impium, & ſacrilegũ, vt propterea deberent exterminari, ac ſepeliri. Sed illa voce ſignificantur omnia ornamenta, inaures, annuli, monilia, & huiuſmodi alia, quibus ſua idola, tam priſcis, quàm noſtris nunc in India temporibus gentilitas adornare conſueuit. Dedecorentur igitur neceſſe eſt, ac nihili habeantur idola, priuentúrque omni ornatu, ac decore, quæ turpiſſima, inaniſſimáque ſunt, vel improborum hominum, vel fœdiſſimorum animantium, vel etiam cacodæmonum ſimulachra. Quare nihil ex ſacrilego, & abominando ritu relinquendum eſt, quod non vel damnetur ignibus, vel in profundis ſpecubus ſepultum, ex hominum conſpectu, affectu, & memoria prorſus aboleatur. Vel inaures, & quælibet alia minutiora idololatriæ ſigna extinguãtur neceſſe eſt. Pulchrè admodum ablegantur etiam idola, eorúmque inaures, & quæcunque alia eorundem, vel ornamenta, vel ſigna, cùm aſcenditur in Bethel, domum Dei, vbi Deo ſacrificandum eſt; quod maximè præſtare debent viri, ac fœminæ, quæ de ſæculo, cui fortiter, ſanctéque nuntium remittunt, ad religioſæ vitæ ritum confugiunt. Relinquant neceſſe eſt ante religioſis ingreſſum cuncta, quæ prius malè amauerant, ac velut idola impiè coluerant, vti ſunt ſcelera, prauique mores, honoris ambitio, libido voluptatis, habendi cupiditas. Quin etiam inaures, affectus nimirum ſi minùs impuri, at certè minus religioſi, & ſancti; ac denique foris, poſt ianuam cœnobij, ac parthenonis remaneat, quicquid ſæculi vanitatem, quoquo modo redolet: Alioqui vana erit viri, aut fœminæ religio, cùm ſæculum corpore tantùm non animo relinquatur. Monet igitur optimè S.Bern. *Age ergò, qui relinquere vniuerſa diſponis, te quoque inter relinquenda numerare memento: imò verò maximè, & principaliter abnega temetipſum.* tract. in Euang. Ecce nos, &c.

Exterminãda ſcelerum occaſiones.

Extra ianuam religionis omnia mũdi relinquenda.

D.Bern.
Se maximè quiſque relinquat ingrediens religionem.

3. Hæc ſententia ſic indubitata, conſtánſque ſemper extitit, vt etiã ethnici homines ſuis quondam virginibus, quas dicebant Veſtales, vano, & nefando Numini conſecrandis rerum omnium ſæcularium, vel inanium affectuum, atque inutilium cogitationum, ſempiternam obliuionẽ præ-

A ſcripſerint. Icircò enim ante veſtibulum gynecæi, quò Veſtales includebantur, Lothon arborem, quæ obliuionis ſymbolum habebatur, plantarunt: vti nimirum ingreſſuræ virgines in illud ſacrarium intelligerent ſibi deinceps Numini cõſecratis obliuioni futurum, cum ſuis omnibus ipſum, quod relinquebant, ſæculum; imò & ſæculi affectum, & qualemcunque de illo, vel tenuem cogitationẽ. Atque in teſtimonium iſtiuſmodi abdicationis tondebantur Veſtales, cùm in ſacrum illud collegium receptæ à Pontifice certo carmine ſacrarentur, ac Diis vouerentur, vti adnotauit Feſtus in voce capillata. Porrò cæſaries detonſæ virginis in proxima illa obliuionis arbore Lotho ſuſpendebatur, quæ propterea di-
B cebatur capillata, vti Plini. his verbis ſcripſit: *In Lucina area (viſitur ſcilicet) Lothos arbor, quæ capillata dicitur, quoniam Veſtalium virginum capillus ad eam defertur.* l.16. cap.44. Quod verò capilli, quibus nihil humanũ in corpore leuius, ac fragilius, ipſas animi cogitationes ſymbolicè ſignificent, nemo eſt, qui neſciat.

Veſtalibus commendabatur obliuio ſæculi.

Feſtus.
Lothos arbor obliuionis ad ædem Veſtalium.
Plinius.

Detonſi capilli abraſos affectus ſignificant.

4. Meritò igitur aſcenſuris in Bethel domum Dei iubetur amouere inaures idolorum: & pulchrè dicuntur idolorum ornamenta, & vti vocat D.Auguſt. in quæſt. in Geneſ. phylacteria Deorum: profectò cuncta vanitatis, & laſciuiæ lenocinia per inaures idolorum ſignificata eſſe dicũtur; iis enim, & irritamentis, & argumentis libidinum libidinoſi, atque impuri ſpiritus maximè
C ſemper oblectari conſueuerunt. Et quidẽ de fuco, déque pigmentis, cæteróque lenocinio, quo ſe vana mulierculartum pulchritudo non tam inſtruit, quam proſtituit: dictum eſt egregiè à S. Gregor.Nazianz. *Vilis, & paruo conſtans pulchritudo meretricum procacibus oculis idolũ proponit.* orat. 11. Egregiè dictum. Lenocinium eſt meretricium idolum cui laſciuiens fœmina ſtudium, & curam; ſtulti verò amatores animas, affectúſque ſacrificant: meretricium dicit, eò quòd honeſtã dedecent; meretricem vti adornat, ita palàm eſſe demonſtrat. In hoc enim ſenſu dixerat Dominus de Synagoga per Prophetam: *Auferat fornicationes ſuas a facie ſua, & adulteria ſua de medio vberum ſuorum.* Oſeæ 2. Quod hìc dicitur de Iudaica Sy-
D nagoga idolorum impuritatibus inquinata: conuenit etiam egregiè mulierculæ cuicunque ad libidinem fucatæ, ornatæque, vti doctiſſimus noſter Ribera, ex aliis refert, & probat his verbis. *A facie ſua. Sunt qui referant ad medicamenta faciei, & ad mentitos genarum & labiorum colores, quod adulterarum eſt; Quòd ſi vera eſt hæc ſententia, vtique fœmina, quamuis animos caſtos ſe habere dicant, adulterarum tamen facies gerunt.* Itaque in ornatu veſtiũ pretioſarum, in lenocinio capillorum, oris, oculorum, pectoris, &c. quæ ſunt, & irritamenta, & argumenta libidinum, videntur adulteria, & meretriciæ turpitudines demonſtrari. Contra verò modeſtia, & honeſtas (quod pulcherrimum eſt mulieris ornamentum) in ipſius lenocinij, fucique neglectu, vel maximè conſiſtit. Optimè
E S.Greg. Nazianz cùm ſororis ſuæ Gorgoniæ cõmendaret honeſtatem, præſertim de iſto mundo muliebri diſſerens, collegit tandem; *Hæc omnia iis relinquebat, quibus probrum, ac dedecus eſt erubeſcere.* orat.11. Quaſi ſtudium iſtud comendi, colorandi, veſtiendíque fœmineum ſic inuerecundum ſit, vt priùs exuat pudorem, quæ delicioſè, curioſéque ſe ornat; & quæ negligit, aut neſcit erubeſcere, vanum illum, & minùs honeſtum amet, comparétque mundum.

D.Aug.
Gratus diabolo mulierũ ornatus.

D.Gregor. Naz.
Muliebris ornatus idolum exponit oculis.
Muliebris ornatus meretricium idolum.

Oſe.2.

Ribera.

Lenocinium libidinis argumentum.

D.Greg. Naz.
Impudens mulieris lenocinium.

3. *At ille infodit ea.*] Tam ſimulachra, quàm inaures, ac ſi qua erant alia idolorum ornamenta priùs confregit, ac liquefecit Iacob, vti ad illius exẽplum (vt videtur) poſteà fecerunt Moyſes, Exod. 32. & Ezechias, 2. Reg. 18. Deinde confracta, & liquefacta omnia in præalta fouea tumulauit, ne quod prophani, & ſacrilegi cultus veſtigium ſupereſſet. Huius quoque ſententiæ eſt Abulenſis, qui ad hunc modum ſcribit. *Fecit Iacob magnam, & profundam foſſam, & omnem idolorum metallicam materiam priùs liquefactam deiecit in illam foſſam, quæ penetrauit in profundum per viſcera terræ, vt inde à nemine poſſet accipi.* At ſatiùs foret (inquies) contritam illam, fuſámque auri, argenti, ærìſque materiam ad bonum aliquem, licitúmque vſum applicari. Noluit tamen vir prudentiſſimus, *ne quod ſemel* (adiungit idem) *fuerat dicatum cultui dæmonum, aliquando id ad vſus hominum applicaretur.* Extinguenda prorſus, atque ex oculis, & mente hominum abolenda ſunt, quæcunque anteà fuerunt, ac deinceps poterunt eſſe vitiorum, ac ſcelerum incitamenta; ne ſcilicet aliquando ad ſola veſtigia, ſignáque flagitiorum reſpiciens cum oculis pariter anima priora peccati fallaci recordatione deliniri, & in affectum, effectúmque relabi compellatur.

Exod. 32.
2. Reg. 18.
Abulenſ.
Abolenda omninò ſcelerum irritamenta.

6. Hoc eximium ſuæ gratiæ beneficium illi peccatrici animæ, ſe facturum Dominus, vt paulò ſuperiùs ex Oſea retulimus, pollicetur: *Auferam fornicationem eius à facie mea, & adulteria eius de medio vberum illius.* Sic enim legunt L X X. Cuius loci ad noſtrum inſtitutum appoſita hæc eſt interpretatio Theodoret. *Pollicetur Dominus illam ſe à fornicatione, & adulterio liberaturum: neque id leuiter, ſed radicitùs hoc è medio vberum reuulſurum. Cor autem deſignat ſub vberibus ſitum, ex quo proficiſcuntur cogitata mala,* &c. Promittit itaque Dominus ſic prorſus ſeſe aboliturum ſcelera illius animæ, quam ſuâ gratiâ ſanandam ſuſcipit, vt non modò illorum externa deleat veſtigia, ſed ipſas quoque, vel primas, ac tenues cogitationes, tanquam priora malorum ſemina, radicitùſque euellat. Quamobrem vera & perfecta pœnitentia concerit idola, in puluerem contuſa, & comminuta redigit peccata; & ne deinde vel præteriti mali puluiſculus appareat, quò poſſit, aut praua cogitatio, aut delectatio mentem ſubire, ipſum etiam puluiſculum ignibus concremat, quod eſt illud tam celebre in ſcripturis holocauſtum. *Azyma* (iubebat Dominus Hebræis) *comedetis ſeptem diebus, & non apparebit tibi aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis.* Exod. 13. Hebr. *Et non videbitur tibi fermentatum in omni termino tuo.* Nec eſſe, nec videri licitum erat. Sæpiùs enim guſtatus huiuſmodi panis, ſi fortè azymorum diebus videretur, proculdubiò palatum irritaret, atque adeò neglectis azymis vti ſapidior ederetur. In holocauſto non renes tantùm, & inteſtina, ſed quibus illa teguntur, concremari iubebat Dominus: *Sumes adipem totum, qui operit inteſtina, & reticulum iecoris,* &c. *Offeres incenſum ſuper altare.* Exod. 29. Nec enim ſolas ipſas carnis voluptates, ac libidinum delectamenta cremari vult Dominus, & à ſeruorum ſuorum animis, ſenſibúſque aboleri; ſed etiam ipſa prauarum huiuſmodi delectationum incitamenta ſymbolo adipis, & reticuli ſignificata in ſacrificio pœnitentiæ abſumenda ignibus edicit.

Oſeæ 2.
Theodor.
Abolendi peccatorum affectus, cogitationéſque.
Exod. 13.
Abolenda ex animo etiam malorum incitamenta.
Exod. 29.
Integra & perfecta cõfeſſio holocauſtum.

7. Egregiè quidem vir prudentiſſimus, & ſanctiſſimus poſtulauit à tota ſua familia, quæ quiſque ſecum habebat idola, deinde cõtuſa, & comminuta in depreſſas terræ voragines in omnium conſpectu ſepeliuit, vt ipſi ſacrilegi ante adoratores deſpici, conculcari, contundi, ac demum ſepeliri ſua quondam ſimulachra, ſuos Deos ſuiſmet oculis viderent. Iuſtum ſanè glorioſumque eſt, de iis ipſis delictis, ac vitiis vindictam ſumere, à quibus ante oppreſſi duram, & infamem ſeruiimus ſeruitutem; grauitérque, ac ferociter deſæuire in hoſtes ipſos, quorum aliquando captiui tyrannidem pertulimus. Pulchre in hanc ſententiam monet Apoſtolus. *Non ergò regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius.* ad Roman. 6. Regnat quidem peccatum. O extremam hominum infelicitatem? Rex peccatum: homines mancipia; regnat peccatum, homines obediunt, famulantur. Et quod peſſimum eſt, voluntate noſtrâ, voluptate noſtrâ regnat peccatum; ſeruimus, premimur ſponte, ridentes, ac tripudiantes, noſtram miſeriam, & ignominiam amplectimur: de ſeruitute ipſa, de infamia, quam patimur, miſeri gloriamur. Benè S. Chryſoſt. adnotauit: *Non dixit, ne tyrannidem agat, quod ipſum neceſſitatis eſt, ſed ne regnet: non quidem propriâ virtute, ſed tuâ ſocordiâ, ſcilicet, vt obediatis.* homil. 11. in epiſtol. ad Roman. Nos videlicet peccatum acceſſimus, nos illud ad imperium noſtri inuitamus, nos illi ſceptrum, coronam, regnúmque tradimus.

Egregia de peccatis vindicta.
ad Rom. 6.
Seruiũt vltrò homines peccato.
D. Chryſ.
Sponte regẽ ſupra nos facimus peccatum.

8. Vtinam ſicut tyrannus eſt in premendo, vexando, conculcandóque miſerum peccatorem, ſic & tyrannum inuiti, dolentéſque inuruſum primò, deinde regnantem perferremus? At tyrannus eſt, & nos Regem facimus. Premit, nos ridemus; conculcat, & nos gloriamur. Quid ergo? clamat deinde Apoſtolus: *Exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes.* ad Rom. 6. Hoc vnum ſcilicet euadendi ex tyrannicâ peccati ſeruitute remedium indicat appoſitiſſimum, vt ſcilicet, expendamus, quid tandem ſit peccatum? Tyrannus eſt. Quid ſit ergo eſſe in peccato? duriſſima, & abiectiſſima opprimi ſeruitute. *At* (vt benè aduertit S. Chryſoſt.) *abſurdum valde eſt, ad cœlorum regnum vocatos pro Rege peccatum habere: Vocatos, vt cum Chriſto regnent, peccati ſe captiuos eſſe malle; perinde, ac ſi quis diademate à capite abiecto intemperans acto mulieri mendiculæ, ac pannoſæ ſeruientem ſeruire velit,* homil. indicata. Norit igitur peccator ignominiam ſui ſtatus, & pudeat hominem abiectiſſimæ ſeruire iniquitati, quem ſui regni Deus participem fieri decreuerat. Ac pœnitens quidem iam priorum ſcelerum, ne ad ſimilia deinceps relabatur Apoſtolum audiat commonentem; *Exhibete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes*; quibus verbis, & memoria præteritæ infelicitatis, & gloria præſentis felicitatis innuitur ad confirmandã in bono perſeuerantiam. *Cogitate numerum* (declarat S. Chryſoſt.) *tum qui eſſetis, tum qui facti fueritis. Eratis mortui, facti eſtis viuentes.* Sic ille.

ad Rom. 6.
Excutiẽdũ peccati iugum.
D. Chryſ.
Pudor eſt ad regnum cœli vocatos ſeruire peccato.
Quibus inuitur perſeuerantia in bono.
D. Chryſ.

9. Proh quàm diſſimilia peccatum, & virtus! in peccato ſeruitus; in vita libertas; mortuus iacet peccator, viuit Dei gratiâ iuſtus. In mortem incurrit, qui labitur in peccatum: ad vitam redit, qui ſurgit à peccato. At quis (modò ſtipes, lapíſque non ſit) mortẽ vitæ præferat, mori quàm viuere malit? Ad hæc ne facilè iam emerſos iniquitas ad calamitatem mortis, & fœtorem ſepulchri retrahat, imò illi audaciores nunc, & alacriores fiant, ad reſiſtendum peccato, ſciant ſe ex mortuis viuentes. Vide licet (exponit Chryſ.) *cum tantâ alacritate, cum quantâ conuenit eos, qui ex mortuis viui ſunt effecti, militate.* Quod ſubtiliter

Quàm diſparia peccatum & virtus.

quidem

quidem dictum ita luculentiùs euoloo per hanc ſimilitudinem, v.g. Fuit quis Luſitanus eques in Africa, vbi continuum noſtris hominibus cum Saracenis bellum eſt, certando à barbaro peremptus: deinde verò in vitam à Deo excitatus, redintegrariſque viribus, equo cum armis impoſitus ante illum eundem Maurum à quo fuerat trucidatus. Bone Deus quanto furore, ardoréque incitaret equum, haſtam dirigeret in hoſtem, inclamanſque inſiliret: O barbarum! ô perfidum! ò ſcelus! ó monſtrum! feriret vtique, transfoderet, contrucidaret ſui peremptorem, hoſtilique ſanguine animum exulceratum, ac vindicem ſatiaret: Hac igitur (ex Apoſtoli ſententia) in peccata à quibus antea victi, mortuique, ac ſepulti ſumus, alacritate irruamus; debellantur illa noſtris lacrymis, noſtris precibus, ieiuniis, aſperioris vitæ ſtudiis, & exercitationibus, atque omnium maximè contriti cordis dolore, ac ſacramentali confeſſione.

Audacia vindicantis ſe de peccato.

Quibus armis peccata debellantur.

10. *Subter terebinthum.*] Hebr. אלה *elah*, tam quercum, quàm terebinthum ſignificat, vtroque enim modo ſolet vertere interpres. Quod ſi radicem vocis Hebrææ inſpiciamus, quæ eſt אלה *alah*, *execrari*, ſiue *malum imprecari*; non temerè poſſumus exiſtimare hoc nomine *alah* ſignificari arborem funeſtam, & execrabilem, quales nimirum erant arbores, quæ iuxta idolorum fana plantari ſolebant: Nam ob eam rationem Iacob Sichimitarum ſub ea ferali, & execranda arbore defodere voluit idola. Porrò qualis nam ſit terebinthus ita ſcribunt, qui de re arborea ſcripſerunt. Arbor ſcilicet eſt lentæ materiæ, & nigra, lauri folio, oleæ flore, ſed puniceo: baccis primum herbaceis, mox rubris; & cùm maturuerint, nigricantibus, magnitudine fabæ, reſinoſis, & ſulphuroſis, radice validâ, & in profundum actâ. Huius arboris in Syria eſt inſignis tum copia, tum proceritas. De terebintho ſcribit Plinius lib. 13. cap. 8. Ambroſ. legit, *ſubter lentiſcum*. Nec ſine myſterio Iacob ſub lentiſco defodiſſe creditur idola, vti ad hunc modum explicat: *Cur ſub lentiſco? certè genus iſtud infructuoſum eſt. Ibi ergo ſunt Dij gentium vbi nullus eſt fructus*. de Iacob & vita beata. lib. 2. cap. 7. Quis enim fructus mortalibus prouenire poteſt ab idolis, quæ vel ſunt brutorum animantium ſimulachra, vel malorum hominum imagines, vel ipſorum cacodæmonum effigies? Nec tanta illa per tot annorum ſecula Romani imperij continuata felicitas ab idolis, & malignis ſpiritibus, qui colebantur à Romanis, ſed ab ipſo vno Deo rerum omnium conditore donata eſt. *Deus enim* (vt in hoc eodem argumento ſcribit D. Auguſt.) *ſic oſtendit opulentiſſimo, & præclariſſimo imperio Romanorum quantum valerent ciuiles etiam ſine vera religione virtutes; vt intelligeretur hac additâ fieri homines ciues alterius ciuitatis, cuius Rex, veritas, cuius lex, caritas; cuius modus, æternitas*. epiſtol. 4. ad Marcellinum.

Plin.

D. Ambr.

Nullus ab idolo fructus.

Romanorũ felicitas à Deo, non ab idolis.

D. Auguſt.

11. Profectò vltrà hanc rationem S. Auguſt. qui rectè huiuſmodi rerum momenta expenderit, inueniet maieſtatem illam florentiſſimi imperij Romani diuino conſilio in terris fuiſſe conſtitutam, vt ex eo, quòd illa tandem ſubiugata fuerit Chriſti Domini fidei, & ipſa vrbs olim Domina gentiom, & caput mundi ceſſerit pedibus Vicarij Chriſti; inde ſcilicet Domini IESV illuſtrior gloria excreſceret apud homines. Eſt enim ille ſine manibus de monte abſciſſus lapis, videlicet, Deus homo natus ex Virgine matre, qui memorabilem illam ſtatuam imperiorum ſymbolum confregit, & comminuit. Non fuit illa Romanorum gloria, nec ab idolis, nec à dæmonibus fundata, ſteriles ſunt arbores, bonorum omnium infœcundæ. Quin etiam verum eſt quod in eadem epiſtula animaduertit S. Auguſt. *Si omnino per dæmones eſſet temporalis obtinenda felicitas: qualibet potius ſuit infelicitas obtinenda*. Quare ſi verum eſſet, (quod tamen falſum omninò eſt) ethnicorum celebre illud placitum: ſtare Romanum imperium Martis, ac Iouis præſidio, cùm inde infinita propemodum vitiorum colluuies effluxerit, deploranda potiùs illa fuiſſet felicitas, quàm prædicanda. Meritò enim idem Aug. carpit *obſtinatiſſimas* (vt ſcribit) *contradictiones infidelium, qui propterea putant, vel putari volunt Chriſtianam fidem vtilitati non conuenire Reſpub. quia volunt Rempub. firmitate virtutum, ſed impunitate vitiorum*. epiſtol. 3. Non eſt felicitas vbi vitia regnant, & flagitia dominantur. Florente ſiquidem cum ſuis Diis Romano imperio nullum erat vitium, quod (vt ita dicam) non ſacrum, religioſúmque, & gratum Diis haberetur. Hinc illa ſanctiſſimo Cypriano digna ſententia: *Deos ſuos, quos venerantur, imitantur, fiunt miſeris & religioſa delicta*. epiſtol. 2. Adorabant enim Iouem adulteriis infamem, Venerem prorſus meretricem, Martem humani ſanguinis ſitientem, atque cætera huiuſmodi prodigioſæ impuritatis monſtra. Nec illorum Deorum ſacra, ritus, altaria, delubra, victimæ miniſtri quicquam aliud ſpirabant, quàm in omni vitiorum genere deteſtanda facinora.

illuſtrior Chriſti gloria ex Romani imperio ſubiugato.

Dan. 2.

Chriſtus lapis ſine manibus abſciſſus.

D. Auguſt.

Infelix per diabolum felicitas.

S. Auguſt.

Solum in vitiis felicitatem ponunt gentiles.

S. Cyprian.

Infames Dij Romanorũ.

Vitia pro Diis colebãt gentiles.

Infames idolorum miniſtri.

12. Prudenter igitur ſanctéque Iacob idolâ gentilium comminuta in foueam deiicit; & cum iis pariter omnes vitiorum affectuum ſpecies à tota ſua familia procul ablegare contendit: hoc enim vno verbo indixit: *Mundamini*; gaudent Dij, ſeu verius dæmones Deorum nomina ementiti, vitiis, ac flagitiis: at virtutes, quæ à Deo vero ſunt, oderunt, & execrantur. Quod quidem ſymbolicè videtur expreſſiſſe Moyſes, cùm ad Pharaonem Ægypti Regem dixit: *Abominationes Ægyptiorum immolabimus Domino Deo noſtro*. Exod. 8. Vocat oues, capras, boueſque, è quibus Deus Hebræorum ſibi victimas poſtulabat, abominationes Ægyptiorum, quippe cùm ea ipſa colerent animantia, valde indignabantur abominari ſcilicet, mactari pecudes, quas pro Diis venerarentur. Typicè autem ſignificatur myſterium, quod Philo Hebræus his verbis euoluit: *Abominationes Ægypti ſacrificemus Deo. Perfectæ enim, & inculpatæ victimæ virtutes ſunt operationes his congruæ, quas illud Ægyptium affectibus obnoxium corpus abominatur*. lib. de profugis. Itaque puritas mentis, munditia corporis, ac reliquæ virtutes Deo vero ſunt gratiſſimæ: at Diis gentium, ac dæmonibus faſtidio ſunt, odio, execrationi. Subtiliter etiam Philo Ægypto humanum corpus, pecudibus verò ſacrificandis virtutes adumbrari exiſtimat; Et quidem virtutibus animæ, nihil tam aduerſum, & contrarium, quàm corpus ipſum vitioſis ſcatens paſſionibus. *Caro enim concupiſcit aduerſus animam*, ad Galat. 5.

Virtutes odit diabolus.

Exod. 8.

Philo.

Corpus virtutibus inimicum.

ad Galat. 5.

13. Pulchrè etiam idolorum inaures ſubter terebinthum infodiuntur. Nam (vti animaduertit Rupert.) *ſignificant inaures falſæ doctrinæ phaleras, ſermone nitidas, ſed ſenſu veritatis vacuas eſſe, cuius nos fabuloſa dicacitas, cùm eſſemus gentes, ad ſimulachra muta tanquam Syrenarum cantus pertrahebat*. Itaque nefanda, & inanis doctrina, quam gentilitas, tam falſorum ſuorum ſapientium, quàm Philoſophorum, Rhetorum, & Poëtarum commen-

Rupert.

Falſa gentilium doctrina.

tis fallaciter ornatam mortalium auribus, animíſque ad vanum, & impurum Deorum cultum confirmandum inſtillauit, idolorum inauribus ſignificatur. *Meritóque* (vti obſeruat S. Ambroſ.)

D. Ambr.
Ridicula gentilium commenta.

inaures gentilium infodiuntur, quas dederunt Iacob, vt iam nouam linguam audire aſſueſcant, veterem perfidia ſonum neſciant, obſurdeſcant aures eorum ſacrilegio, & mundentur ad gratiam. lib. 2. de Iacob. cap. 7. Benè

Tertull.

Tertul. in gentilium ſtultitiam inuectus cum iiſdem expoſtulat: *Conuerſus ad literas veſtras, quibus informamini ad prudentiam, & ad liberalia officia, quanta inuenio ludibria? Quis non poeta dedecorator inuenitur Deorum!* Et infra. *Hæc neque vera prodi, neque falſa confingi apud religioſiſſimos oportebat*, &c. Apolog. aduerſ. gent. cap. 14. Tam ſunt enim; & ridicula, & impura, quæ gentiles de ſuis Diis prædicabant, vt ſi vera fuiſſent a religioſis hominibus tacenda forent potiùs, quàm euulganda: vel ſi falſa nequaquam à ſuis cultoribus, in ſummum Deorum ludibrium confingenda; & quia ſummè impura, prorſúſque falſa erant; planè quam impudentes tam ſtulti fuerunt qui talia de Diis celebrabant.

Indigna quæ audiantur, gentilium fabulæ.
Stulti ſimul & impudentes fabularum ſcriptores.

14. Phaleratis etiam mendaciis & inauratis præſtigiis hæreſes quoque ſuam ſolent impietatem adornare; auro ſcilicet diuinæ ſcripturæ abutentes, cuius quidem teſtimoniis mendaciſſima dogmata falsò comprobátes, tanto periculoſiùs decipiunt, quanto ſpecioſius veritatis velamen ſuis prætendunt erroribus. Quo in argumẽto cùm multa luculentiſſima ſcripſerit Vincent. Lirin. hæc tantùm paucula ex illo ſubſcribam.

Sua commẽta hæretici velant, & ornant.
Vincent. Lirin.

Hæretici (ait) *diuinæ ſcripturæ teſtimoniis vtuntur, ſed tanto magis cauendi, & pertimeſcendi ſunt, quanto occultius ſub diuinæ legis vmbraculis latitant. Sciunt enim fœtores ſuos nulli ferè citò eſſe placituros, ſi nudi, & ſimplices exhalentur.* Fœtent igitur hæreticorum placita, cùm denique (vt experientia quotidiana comprobat) in ſpurcitiam Veneris, & Bacchi deſinant. Sed ne facile huiuſmodi fœtor ſentiatur; à diuinarum ſcripturarum prato, flores, & odores, quibus illam ſuam Mephitim occulient, ſuffurantur. *Atque ideirco* (adiungit) *eos cœleſtis eloquij velut quodam aromate aſpergunt, vt ille, qui humanum facilè deſpiceret errorem, diuina non facilè contemnat oracula.* lib. contra hæreſ. cap. 35. Hunc ipſum hæreticorum dolum, quo ſcilicet vſi veritatis ſpecie adornant mendacia, eleganti adhuc aliâ exprimit ſimilitudine. Sic enim inſit. *Faciunt hæretici quod ij ſolent, qui paruulis auſtera quædam temperaturi potiones priùs ora melle circunliniunt; vt incauta ætas cùm dulcedinem præſenſerit, amaritudinem non reformidet.* ibidem. Benè patuulos, atque adeò inſipientes dicit, qui ab hæretico magiſtro ſinunt ſe decipi; mel quidem ex aluearibus diuinæ ſcripturæ pſeudo-propheta ſurripit, videlicet, malè quoddam intellectum teſtimonium, illóque miſellam turbam delinit, vt delinita virus non ſentiat erroris.

Fœtent hæreticorum dogmata.
Hæreſes in vinum & carnem deſinunt.
Vincent. Lirin.
Diuina ſcriptura hæretici abutũtur.
Proditur impoſtura Doctoris hæretici.
Stulti pueri, qui ab hæreticis decipiũtur.

15. *Subter terebinthum.*] *Sub eam, ſcilicet arborem* (inquit Rupert.) *quæ reſinam generat pretioſiſſimam, & lignum Crucis, quod virtutis eſt optimæ, ſignificat, omnia peccata noſtra ſepeliuntur, vt eorum nullum vltra veſtigium reperiatur.* Amplius dixerim idola, idolorúmque inaures, hoc eſt, & nefandos ritus, ſacrilegiáque gentilium, & vaniſſima hæreticorum dogmata, ſubter pretioſiſſimum, ac fragrantiſſimum Crucis Dominicæ lignum prorſus fuiſſe conſepulta. Vicit mundum Deus homo crucifixus, vexillum quod victor erexit, Crux fuit, in quâ pependit; haſta, quam cœli valuis infixit, quâ mortalium corda transfixit: gladius, quo mundi tyrannum peremit; errorum vitiorúmque capita decuſſit, quadriga, quâ vectus per orbem de gentium idolis; de tyrannorum potentiâ, de philoſophorum inani ſapientiâ, de commentis, ac præſtigiis hæreticorum, de cunctis denique mortalium vitiis, ac flagitiis, de morte, de inferno, de mundo, carne, ac diabolo triumphauit. O admirabilem æquè, & amabilem crucifixi virtutem! *Splendor eius vt lux erit; cornua in manibus eius. Ibi abſcondita eſt fortitudo eius.* Abachub. 3. Chald. vertit: *Splendor gloriæ eius ſicut ſplendor primogenitus apparuit: & ſcintilla à quadriga gloriæ eius prodierunt: ibi patefecit maieſtatem ſuam.* Vaticinium eſt de Chriſto crucifixo. *Splendor enim eius*, (vti exponit S. Hieron.) *quaſi ſol iuſtitiæ clarâ luce radiauit; & cornua in manibus eius, vexilla, trophæa Crucis.* Cornua, intelliguntur Crucis brachia, quæ potiùs à manibus Domini tenebantur, quàm manus ipſas tenebant; atque iſtis Crucis cornibus Dominus cacodæmones, idolorúmque ritus, & hæreſum errores ab Eccleſiâ ſua & à mundo ipſo procul ventilauit; à cordibus verò ſuorum fidelium vniuerſam vitiorum caliginem expulit.

Rupert.
Exuuiæ Crucis dominica.

A

Prophetia de Chriſto crucifixo.
Abac. 3.

B

D. Hier.
Chriſti victoria per Crucem.

16. O infinitam Crucis potentiam! In Cruce maieſtatem ſuam Dominus demonſtrauit: per Crucem (inquam) de idolis, de erroribus, ac vanitatibus, & gentilium, & hæreticorum Dominus IESVS triumphauit, quod quidem admirabili quodam prodigio vnus ex omnibus (vt mihi videtur) Chriſti IESV hoſtibus acerrimus ſuis oculis conteſtatum diuinitus vſurpauit. Rem ita ſcribit ſuo illo tempore factam, & celebratam S. Gregor. Nazianz. *Ferunt Iulianum apoſtatam, cùm ipſe ſacrificaret, victimarum exta coronatam Crucem oſtendiſſe. Quæ res alios quidem horrore, atque anxietate perfudit, effecitque vt potentiam noſtram agnoſcerent.* orat. 3. Videlicet cæſarum pecudum viſcera Crucem coronâ cinctam, & comprehenſam oſtendebant: quo prodigio ſignificabatur Crucem Domini IESV victricem de ritibus idolorum, totáque idololatria, eiúſque cultoribus triumphare. Vti de idolis, ita de hæreſibus triumphat Chriſti Crux: graue ſiquidem bellum cum hæreticis, vt pote nunc acerrimis hoſtibus habet Crux Domini. Illos enim vocat Apoſtolus *inimicos Crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.* ad Philip. 3. Intelligit D. Hieron. hæreticos, S. Anſelm. pſeudo-prædicatores. Et quidem nihil æquè oderunt huius fæcis homines, atque Domini Crucem, quæ rerum humanarum contemptum, carnis afflictionem, atque omnem vitæ aſperitatem prædicat. *Horum* (inquit) *Deus venter eſt. Quia nimirum* (explicat Anſelm.) *quicquid faciunt pro ventre faciunt*, &c. Cùm enim fœdiſſimæ carnis mancipia ſint, ſolius ventris, & ſaturitati, & voluptati, abdomini, ac libidini ſuum omne ſtudium, affectum, curámque impendunt. Venerem, & Bacchum, & amicos habent & magiſtros audiunt: Chriſtum, eiúſque Crucem auerſantur. Lignum enim Crucis, vbi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuit magiſtri docentis. Ex hac verò cathedra, & ex hoc magiſtro diuinam illam edoctus philoſophiam Apoſtolus mortificationem Domini IESV corpori ſuo circunferebat.

Mira Crucis potentia.

C

S. Gregor. Naz.
Prodigiũ de Cruce coronata.
Crucis triũphus.

D

Hæretici inimici Crucis Chriſti.
ad Phil. 3.
S. Anſelm.
Hæretici carnis mancipia.

E

Chriſti Crux cathedra docentis.

17. Denique ſubter arborem Crucis catholici homines, & vitia, quæ in nobis ſunt, & prauos omnes affectus, malarúmque cupiditatum, etiam

Vitia in cruce ſepeliuntur.

Clem. Alex.

etiam ipſas, quæ ſeſe animis ingerunt, ſpecies infodere, ac ſepelire debent. *Tales quippe* (ait Clemens Alex.) *nos vocat Dominus nudos a faſtu, & arrogantia, nudos à vana gloria, auulſos a peccatis, ſolum vitæ lignum ferentes, ſolam ſalutem obtinentes.* 3. pædag. cap. 3. Solam ſcilicet Crucem vult Dominus portemus, nullum verò aliud onus, nullum pondus, & iugum; nobis crucem pro baculo tradit, cum quo ſimul vitam ſalutémque portamus.

Nullū pondus, niſi Crucis portandum.

D. Ambroſ.

Tunc igitur (concludit S. Ambroſ. arcanum huiuſce arboris) *verè abſconditur omnis error gentilium, cùm quis fuerit ablutus à vitiis, quia confixus Cruci vetus homo noſter neſcit iam veteri ſeruire peccato.* lib. 2. de Iacob cap. 7. Errorem optimè vocat gentilium, quodcumque vitium etiam in Chriſtiano homine, quippe cùm ſeruos Chriſti ablutos baptiſmo valde omnis dedeceat turpitudo.

Gentilitatis error omne vitium.

Sub B. Maria omnia tumulantur vitia.

S. Ioann. Damaſc.

18. Sed altera quoque arbor eſt, ſubter quam idula gentium & ſcelera mortalium abſconduntur, ac tumulantur; auguſtiſſima videlicet Dei mater Virgo puriſſima Maria, *quæ* (authore S. Ioan. Damaſceno) *omnis vitij impetum diſcuſſit, ac propulſauit, ac Dei Patris obedientia germen produxit.* orat. 2. de Aſſumpt. Impetus quidem, & quidam veluti aſſultus, aut conatus peccati primus tunc ſentitur, cùm labes originalis reatus animam primo ipſo momento, quo creatur, & vnitur corpori, polluit ſimul, & ſauciat. Malum eſt à primæuis illis parentibus hæreditarium, quod omnes eorundem filij virili prognati ſemine incurrimus; à quo tamen illa vna diuino priuilegio exempta, liberáque fuit, quæ in multis, & præſtantiſſimis aliis diuinæ gratiæ prærogatiuis vna in toto humano genere extitit; Diſcuſſit impetum vitij, quia nec primo primi vitiorum motus ante Virginis beatiſſimæ animam apparuerunt; ſole nimirum amictam nulla potuit obſcurare caligo; imò etiam, nec de longè vlla vel tenuis nebula tanto illius fulgori ſeſe potuit obiectare. Quæ ab Angelo ſalutata eſt gratiâ plena, nulli vnquam reatui, quem ſubintraret, vacuum locum reliquit. Decebátque omni ex parte immaculatam, & puram concipi, naſci, ac viuere, quæ Deum hominem, ipſammet, inquam, puritatem erat conceptura; omni decebat plenam eſſe gratiâ, quæ mortalibus futura erat omnium fons gratiarum.

B. Maria immunis ab originali reatu.

Nec primo primi vitiorum motus ante B. Mariam apparuerunt.

Andr. Cret. *Salutatur B. Maria.*

19. *Aue igitur* (vt cum Andrea Cretenſi conſalutemus) *Deo gratiſſimum virginitatis decus, ſuauiſſima roſa ex ſpinoſa regione decerpta. Aue diuinum inter Deum, atque homines reconciliationis perfugium! Aue ſpeculum per quod iuſtitia Solem venientem è cœlo ſuſcipientes ij, qui denſis in tenebris peccati verſabantur illuſtrati ſunt!* de annunt. Virgin. O benedictam arborem, ſubter quam mala vitiorum ſimulachra, mortalium ſcelera, noſtræ in Deum perenniter factæ iniuriæ abſconduntur! *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi*, ne ſcilicet tanto diuinitatis in te inhabitantis ponderi debilitata ſuccumberes, nec in admirabili vteri tui fœcunditate vllius vitij ardorem tua omninò illæſa virginitas ſentiret. Sed tu nobis ô Virgo ab ipſo Spiritu qui te obumbrauit, data es vt nos obumbres, vt tuarum virtutum ramis, & patulis gratiarum foliis, quos ad te confugimus à diuina iuſtitia, quam offendimus, obumbrando tuearis. *Nihil quidem* (vt optimè ſcripſit D. Hieron.) *ſic offendit Deum, quam poſt peccata erecta ceruix, & ex deſperatione contemptus.* in 22. Iſai. At nos, ô mater Dei, qui

B. Mariam virtus Dei obumbrauit.

B. Maria peccatores obumbrat.

D. Hieron.

contra filium tuum in multis peccauimus, inclinatis ante pedes tuos ceruicibus, ſubter ipſam tuis impreſſam veſtigiis tellurem defoſſa noſtra ſcelera abſcondimus; faxiſque tua, & tui filij gratia vt in ſempiternum eadem tumulemus. Impetremus veniam ab humili ancilla Dei, & à filio qui ſe ad mortem vſque humiliauit, ij, qui poſt noſtra quamtumuis grauia delicta humiliati, & contriti ante filium, matrémque procumbimus, ac miſericordiam deprecamur.

Inclinati ante B. Mar. peccatores veniā merentur.

SECTIO V.

Cúmque profecti eſſent, terror Dei inuaſit omnes per circuitum ciuitates, & non ſunt auſi perſequi recedentes. Venit igitur Iacob Luzam, quæ eſt in terra Chanaan, cognomento Bethel: ipſe & omnis populus cum eo. Aedificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci illius, Domus Dei: ibi enim apparuit ei Deus cùm fugeret fratrem ſuum.

1. IAm fama excidij Sichimitarum per vicinas gentes percrebuerat, propiúſque nihil erat, quàm vt omnes factâ conſpiratione in peregrinos illos tantæ cladis autores conuolarent: niſi terrore quodam ſubito, nimirum immiſſo diuinitùs cohiberentur. Sunt quidem repentini aliquando tumultus quidam, terrores, & conſternationes animorum lymphaticis quàm ſimillimi, vſque adeò impotentes, vt non rationem modò, verùm & mentem obducant, ac ferè abducant: at cauſa tamen deinde futilis, nulláque deprehenditur. Non rarò id contingit in præliis, cùm nulla comparente idoneâ causâ viris pariter, equiſque perturbatis diſſoluuntur ordines abiectis armis, fuſa vndique corripitur fuga, prælium euaneſcit. Et quia fabuloſa gentilitas Panem Deum huiuſmodi terrorum autorem eſſe commenta eſt, ex eo nimirum, quòd Titanas contra quos bellabat, teſtudine primus ipſe perſonans in fugam côuerterit; in prouerbium apud veteres vulgò abiit, *Panicus terror*; *Panicus pauor*, ſeu vti ſæpius vſurpat Marc. Tullius; *Panicus caſus*: ac ſimpliciùs, *Panicon, Panicum*. Et hoc ſatis ſit ex prioribus noſtris ſtudiis reminiſci: Nam copioſiùs, & eruditiùs, cùm noſtri haud ſit inſtituti, illuſtrari qui volet locum, conſulat Angelum Polizianum in Miſcellan. annot. 28. Paul. Manut. & alios iſtius literaturæ magiſtros. Certè Panicus iſte pauor non ſemel florentiſſimos Catholicorum exercitus, cùm in Bohemia tempore Martini V. Papæ, atque Sigiſmundi Imperatoris bellum fieret contra hæreticos, ſubitò animos ducum militúmque occupans, etiam abſente adhuc hoſtium exercitu, miſerandum in modum diſſipauit. Correpti ſcilicet ad vnum homines terrore, alius aliò diffugiens, ſine vlla cauſa, quæ ſe offerret, è campo, è caſtris, è regno exceſſerunt. Portentum hoc ſæpiùs viſum narrat Illeſcas 2. p. in vita Martini V.

Panicus terror.

Subito terrore diſſipari exercitus.

Angel. Polit. Manut.

Bellum in Boemia.

Illeſcas.

2. Cæterùm terror ille repentinus, ſubitúſque pauor, quem falſo Numini adſcriptum malè veteres Panicum appellabant, verè (vti eſt) in ſacris literis vocatur, hoc loco, & aliis terror Dei, tum quia vehemens, & magnus (quâ phraſi, vt iam adnotauimus, res magnæ ſic appellantur) tum quia immiſſus à Deo; vti Dominus ipſe vocat

Terror Dei quis ſit.

vocat pollicitus Moyſi. *Terrorem meum mittam in præcurſum tuum, & occidam omnem populum, ad quem ingredieris, cunctorúmque inimicorum tuorum coram te terga vertam*, &c. Exod. 23. Et clariùs id ipſum promittit: *Hodie incipiam mittere terrorem, atque formidinem tuam in populos; vt audito nomine tuo paueant, & in morem parturientium contremiſcant, & dolore teneantur*. Deut. 2. Quod quidem confeſſa deinde Raab exploratoribus miſſis à Ioſue legitur in hunc modum. *Noui quod Dominus tradiderit vobis terram iſtam: etenim irruit in nos terror veſter, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Audiuimus quod ſiccauerit Dominus aquas maris rubri ad veſtrum introitum, & quæ feceritis duobus Amorrhæorum Regibus. Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor noſtrum, nec remanſit in nobis ſpiritus ad introitum veſtrum*, Ioſue 2. Vide quàm propriè deſcribatur terror Dei, à Deo ſcilicet immiſſus timor, qui malè à priſcis dicebatur Panicus. Porrò iſtiuſmodi terroris illuſtre admodum exemplum, admirabilémque effectum legimus in diuina ſcriptura; cuius hæc ſunt verba. *Egreſſus eſt Zara Æthiops cum exercitu ſuo decies centena millia, & curribus trecentis. Porro Aſa* (Rex Iuda) *perrexit obuiam ei, & inuocauit Dominum Deum*, &c. deinde: *Exterruit itaque Dominus Æthiopes coram Aſa, & Iuda, fugerúntque Æthiopes, & perſecutus eſt eos Aſa. Grandis quippe terror cunctos inuaſerat*. 2. Paral. 14. At ſeriò quidem obſeruandum eſt barbaris illis gentibus pro Hebræis immiſſum diuinitùs terrorem, vt ſine prælio, ſine armorum, corporúmque congreſſu, ac mutuo conſpectu infinita illa Æthiopum multitudo repente perturbata, & conſternata in effuſam ſe conuerterit fugam. Videlicet vbi ſanctus ille Rex ad Deum ſuum confugiens illius opem ſupplex, & illacrymans expetierit illis verbis: *Domine non eſt apud te vlla diſtantia, vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus; adiuua nos Domine Deus noſter; in te enim, & in tuo nomine habentes fiduciam venimus contra hanc multitudinem; Domine Deus noſter tu es, non præualeat contra te homo*. 2. Paral. 14. Prius multitudinem, & plures dicit, nunc verò hominem cùm Dei virtutem implorat, antequam vnus homo, quin & nullus homo eſt illa multitudo.

Exod. 23. — *Deut. 2.* — *Deſcribitur terror Dei.* — *Ioſ. 2.* — *2. Paral. 14.* — *Oratione territus aufugit exercitus.* — *Contra Dei virtutem nihil eſt, qui quid ſit.*

3. Memini hoc loco, quod planè miraculum huic perſimile noſtro hoc tempore in Guinea contigerit. Rex quidem Angolæ (vaſtiſſimum vnum eſt ex Æthiopum regnis) ad pellendos è ſua regione, protſúſque delendos Luſitanos coëgit exercitum, in quo, vltra decies centena millia hominum numerabantur. E noſtris erant ferè ducenti ſclopetarij ſub inſigni viro inter claros gentium duces memorando Paulo Didaco. vterque iam cominùs exercitus: Mars in promptu. Ergò pater Balthaſar Barreira Societatis IESV vir piiſſimus, ac religioſiſſimus, quem ego multis annis, & noui, & colui, concione breui habità, monet omnes ad deprecandum Deum procumbant; exclamat deinde, irent Deo duce in hoſtem, quandiu ille prouolutus humi ante Crucifixi IESV imaginem pro omnibus ſupplicat. Ergo noſtri facto impetu in denſiſſimam illam Æthiopum colluuiem primores quidem proſternunt; nec alius deinde labor, & opus. Terrore ſiquidem Dei conſternuntur barbari, tergaque vertentes, vel ipſo tantùm corporum congreſſu, alij alios perturbant, & proterunt, fœdaque, & inaudità ſeculis clade profundam quandam & latam telluris voraginem fugientes ita complerunt, vt prolapſorum cadaueribus æquata iam planities, quendam quaſi pontem per corpora mortuorum viuis ad fugam præſtiterit. Denique incruenta partà victoria, receptiſque carnem duce noſter ille Sacerdos ab humo ſe extulit, & in gratiarum actionem Chriſto Domino ſuos eſt cum ingenti gaudio cohortatus. Conſtant hæc omnia teſtimonio Ducis, ac militum, & per literas eiuſdem Patris, à quo paulò poſt in Luſitania rem ipſam non ſemel verè conteſtatam audiuimus.

Prodigioſa Luſitanorū victoria in Guinea. — *Pater Balthazar Barreira erat pro præliantibus.* — *Inaudita ſeculis ſtrages.*

4. Mira ſanè virtus eſt orationis, maximè, vbi ſimul à pluribus humiliter, ſanctéque fit. *Valet ſiquidem* (ait S. Chryſ.) *multitudo, cum adeſt virtus*. homil. 2. in 2. Corint. quod etiam probat exemplo fidelium, qui conſenſu vnanimi pro S. Petro in vinculis conſtricto Deum precabantur. Scribitur enim: *Et Petrus quidem ſeruabatur in carcere, oratio autem fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia pro eo*. Actor. 12. Oratio quidem publica vim habet admirabilem. Fiebat ab Eccleſia pro Petro ad Deum oratio; quid ni ergò diuinitùs ille à vinculis eriperetur? Et ratio quidem ab eodem Chryſoſtomo aſſignatur optima: *Deus enim frequenter reueretur multitudinem vnanimem & conſentientem in precando, vt veluti pudore victus non auſit illis negare*. ibidem. Tam grata Deo eſt oratio multorum vt eam revereatur, & exaudiat quaſi Dominum pudeat, ſi multis ſimul orantibus quicquam deneget: Viſum id luculente fuit in Niniuitis. Dixit enim Dominus Prophetæ illum ferè incuſanti, quod tam facilè Niniuitis pepercerit: *Ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua ſunt pluſquam centum viginti millia hominum?* Ion. 4. Sed quid ego vel antiqua, vel quæ audiui vſquam alibi euenisse commemoro, cum mihi ſatis ſit ad huiuſmodi, quæ à multis fit, orationis potentiam demonſtrandam, quod, cùm hæc ſcribo, præſens video. Agitur quidem annus ab ortu Domini milleſimus ſexcenteſimus vigeſimus ſecundus, exactóque iam integro Aprili, quo maximè de cœlo pluuiam ſegetibus, plantiſque, & gregum futuræ, nutrimentoque ſummè nunc neceſſariam expectauimus; mœror tamen huc-uſque mortalium magnus, timórque futuræ ob ariditatem terræ omnium rerum calamitatis: priuatim, publicéque fidelium preces ad Deum effuſæ, cœlum nihilominùs clauſum, manent: ergo indictæ nunc aliæ; atque aliæ iam factæ per vrbes, oppidaque precantium, lugentiumque ſupplicationes. At quid tandem deinde? Valet quidem multitudo cùm adeſt virtus, cùm publica fit oratio. Non audet coniunctis multorum precibus clementiſſimus Dominus, quod petitur denegare, vt ex S. Chryſoſt. retulimus. Recluſum hodie cœlum precibus, quod peccata clauſerant, optatos largifluo curſu effudit imbres, ac ſitientem cœleſtis veluti fontis ſcaturigine irrigatam feliciter (vti ſperamus) tellurem fœcundauit. Tanta eſt orationis potentia!

D. Chryſ. — *Mira virtus orationis publicæ à multis.* — *Act. 12.* — *Multorum oratio vim Deo infert.* — *Ion. 4.* — *Siccitas in Luſitania ſupplicantium orationibus ſublata.* — *Pluuia precibus impetrata.*

5. Profectus cum tota ſua familia Iacob ſecurus, expeditúmque habuit iter: terror enim Dei inuaſit circumuicinas infidelium gentes; nec vllus omninò illorum mortalium auſus eſt interturbare tantulam abeuntium Hebræorum familiam. Iſti quippe iam ab omni contagio idolorum, quæ ſubter terebinthum cum ſuis ornamentis ſepelierunt, puri ad ſacrificandum Deo incedebant. Valet quidem in bellis multum, & ſcientia, induſtriaque militaris ducum, & fortitudo, peritiaque militum; tum etiam appoſita valentiorum, armorúmque genera, tum denique machinæ,

Vita puritas, quàm arma, ſcientia, fortitudo, fortior eſt in bellatoribus.

chinæ, tormentáque iaculandis cum igne ſulphureo globis mirum in modum ab artifice efformata, & apertis bellatoribus diſpoſita, & colliſbrata: cæterum longè validius præſidium eſt in ipſa puritate, ac pietate militantium. Illa ſiquidem omnia ſine Dei præſidio vana omninò ſunt, & nihili valent: at virtutum gratia, bonorúmque operum meritis diuinum ſibi præſens, certúmque habent præſidium bellatores. Huius quidem rei teſtimonium (ne foras emendicemus exempla) frequentiſſimum, & locupletiſſimum proferunt annales, & res bello geſtæ noſtrorum hominum. Enimverò nullum præclare bellum confecimus, in quo dextera Domini non fecerit virtutem, ac diuinæ gratiæ fauor, auxiliumque non effulſerit: vt cùm Luſitani ad bellum induſtriæ neruos omnes contenderint, ingentémque animorum, & virium fecerint demonſtrationem; longe tamen potiſſimas victoriarum partes diuina virtus ac miſericordia ſibi meritò arrogaſſe nobis pie confitentibus, & acclamantibus videatur; poſſem equidem ſi foret occaſio, & locus pateretur, hoc ipſum multis noſtrorum, vbicunque ſigna contulerunt, bellatorum exemplis conteſtari. Vnum tamen pro omnibus ſit ſatis commemorare.

Luſitanorũ victoria à Dei maximè virtute.

Nonius Luſitanus inter gentium duces maximus.

6. Fuit inter Luſitanos ille omni æuo celebrandus Nonius Aluerez Pereira, qui omnes inter gentium Duces hanc extulit palmam, vt cùm multa confecerit, nullo tamen in prælio victus, ſed victor in omnibus extiterit. Sub illo Duce Luſitani quater intra Hiſpaniam aperto Marte pauci numero cum florentiſſimis hoſtium copiis decertantes victoriam obtinuerunt; ſub illo extra patriam erumpentes in ipſis Gaditani freti faucibus ſitam vrbem totius Africæ celeberrimum emporium, & caſtrum munitiſſimum (Septa dicitur) vnde in Hiſpaniam facilis erat tranſitus Mahometanis, vi atque induſtria expugnarunt, captamque ad hanc vſque diem poſſident. Hic igitur tantus vir in bello, qui ſi pluries bellandi fuiſſet occaſio, Iulios, & Alexandros non æquaſſet modò, ſed auſim dicere ſuperaſſet, pietatis Chriſtianæ ſtudio etiam ipſa inter arma religioſiſſimos quoſque cœnobitas æmulari videbatur. Nam præter cæteras, quæ in illo virtutes eximiæ fuerunt maximæ, nullum commiſit prælium, quin prius ieiuniis, piſque precibus diuinam [illegible] implo[illegible]aret, tatus [illegible] id quod certum omni[illegible] Deum, ac Dominum exercituum meritò in [illegible] literis, iccircò appellari ſolitum, tum propter diuinæ virtutis omnipotentiam exercituum ſymbolo ſignificatam, tum etiam quia præliorum euentus, bellantiúmque exercituum victoriæ non fortunæ, (vti fingebat antiquitas) ſed Deo rebus humanis ſapientiſſimè prouidenti debeant adſcribi. Quamobrem gliſcente aliquando inter duos exercitus prælio, cùm pauci numero è noſtris, à numeroſis hoſtium copiis acerrimè vrgerentur; viſus eſt Nonius in genua prouolutus volantibus vtrinque telis, & frementium bellatorum horrendo ſtrepitu, velut in ſacrario quietè ageret, ſecum tacitus deprecari. Ac tandem à ſuis excitatus. *Eia* (inquit) *fily in illos tue num irruite.* Quid plura: facta Nonius impreſſione cum octo millibus triginta hoſtium millia profligauit

Cur Deus exercituum dicatur

[illegible] orã[illegible] bellãdo vincit.

7. Magna quidem ſunt hæc omnia, ſed illud multò maius, & admirabilius, quod compoſitis iam rebus tranquillatóque regno Nonius, florente adhuc ætate, cùm iam nec hoſtes ſupereſ-

A ſent; nec armis, belloque ad ſtabiliendam patriam eſſet opus, vnicam ex demortua vxore ſuperſtitem filiam Alfonſo Ioannis I. Regis filio nuptui tradens valere deinde iuſſit res humanas, & ſanctiſſimo Carmelitarum Ordini adſcriptus admirabilem ſanctitate vitam in cœnobio Olyſiponenſi tranſegit, iacétque ſepultus in templo, quod ipſe ædificauerat, amplitudine, ſtructuráque vnum inter auguſtiora regni ædificia quam auguſtiſſimum. Dignus plane vir, quem ſui generis autorem gloriabundi prædicent, ac celebrent in Chriſtiana Republicâ tam latè per orbem diffuſa omnium clariſſimi, & potentiſſimi Imperatores, Reges, ac Principes. Enimverò fuit Nonius autor & princeps excellentiſſimorum Brigantiæ

Carmelitis adſcriptus Nonius.

Primus in Hiſpania Dux Brigantiæ Alphonſus.

B Ducum. Vnde tantorum vere auguſta, regiáque Heroum progenies emanauit: Videlicet Alphonſus (vt præmiſimus) Nonij gener ab Alphonſo V. Rege titulum Ducis Brigantiæ, primum quidem illum tunc in tota Hiſpania inſtitutum anno 1442. accepit; & in dotem à ſocero magnam regni, quod Nonius induſtriâ, & armis pepererat Ioanni, partem cum vxore poſſedit. Dein ex Alphonſo, & Beatrice primis Brigantiæ Ducibus nata eſt Iſabella, quæ nupta Ioanni patruo ſuo Regis Ioannis filio duas peperit filias, Beatricem, & Iſabellam. Illa Ferdinando Eduardi Regis filio nupta fuit mater Emmanuelis Regis omnium Luſitanorum feliciſſimi. At Iſabella nupta Ioanni Regi Caſtellæ filiam habuit Iſabellam

Ex Ducibus Brigantiæ Imperatores, ac Reges.

C Reginam Catholicam Ferdinandi Regis vxorem. Porrò ex Emmanuele Rege Luſitaniæ, deinde ex Iſabella Catholica Caſtellæ Regina Ferdinandi Regis Catholici vxore; atque adeò ex primis illis Brigantiæ Ducibus Alphonſo, & Beatrice illorum proauis: tandémque ex Nonio Aluarez Pereira Comeſtabili primo Luſitaniæ trahunt originem penè omnes ſummi Chriſtianorum principes, Reges, atque Imperatores. Nepos quippe Iſabellæ Reginæ Catholicæ ex filia Carolus V. Imperator noſtri Emmanuelis Regis filiam Iſabellam habuit vxorem, Regum matrem, principum & Imperatorum auiam, Chriſtiani orbis Imperatricem. Ex quibus quidem multum ornamenti, gloriæque acceſſit Brigantinis Duci-

Ex Nonio maximorũ principum ſtirpes.

D bus, præterquam quod ſubinde Iſabella Regis Emmanuelis ſoror, & Ferdinandi Ducis vxor: Dein Catharina eiuſdem Regis ex filio Eduardo neptis Ioanni Duci nupta Brigantinam familiam miro quodam modo illuſtrarunt; térque (verè dixerim) regiam effecerunt.

8. Sic in magno illo Nonio adimpletum vidimus quod Chriſtus Dominus pollicetur: *Qui reliquerit domum, &c. propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam æternam poſſidebit.* Matth. 19. At Marc. adiungit: *Accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, & in ſeculo futuro vitam æternam.* Marc. 10. *Centuplum* (declarat S. Bern.) *illud in viâ, hæc vita in patria eſt, illud conſolatio præſentis laboris, hæc futuræ felicitatis conſummatio eſt.* in tract. *Ecce nos re-*

Matth. 19.

Marc. 19.

D. Bern.

Nonius religionem profeſſus.

E *liquimus*, &c. Abdidit quidem ſe Nonius à Regum aulis, mundíque faſtu & plauſu fugiens in vitæ religioſæ obſcurum penetrale, ac ſubtigidam profeſſionem, vbi latere cum Chriſto humilis maluit, quàm celebratâ per gentes ſuorum triumphorum gloriâ commendari. At icircò longe glorioſior fama Nonij (vti vulgo dicitur) Comitis ſancti per florentiſſimam ſuorum poſteritatem etiam in terris ad omnem vſque conſequentium mortalium memoriam perdurabit; ſuæque religioſæ vitæ, & ſanctiſſimorum vbique

Immortalẽ ſui nominis gloriam Nonius eſt adeptus.

operum

operum ſempiterno donatus æuo præmium obtinuit feliciſſimum. Ferat quidem ac boni conſulat prudens lector, hanc a me factam Nonij commendationem, cùm in gratiam excellentiſſimorum Brigantiæ Ducum, quorum ille (vti præmiſimus) & pater, & fundator extitit, plura vti poſſum, ſic iure optimo debeam literis commendare.

Villauizoſa ſedes Brigātia Ducum.

9. Natus quippe prope Villauixoſam, quæ ſedes eſt noſtrorum Ducum, in eadem puerulus prima Latini ſermonis rudimenta ſuſcepi, vt meritò dixerim noſtrum hoc qualecunque literaturæ huius eloquium ibidem fuiſſe natum. Sed nolim ita dictum accipiatur, quaſi verò ex meis ſcriptis nobiliſſimo illi oppido laudem aliqnam accreuiſſe contendam. Eſt enim illud inter cætera regni oppida, vrbeſque admirandâ ſanè præſtantiſſimorum virorum, quos peperit, gloriâ nobilitatum. Prodierunt ex illo ad bellum robuſti milites, ſtrenuique Duces, ac noſtrâ hac ætate, quem omnea ferè gentes celebrant, ac demirantur, in Flandria nominatiſſimus Hiſpanici exercitus Tribunus Simon Antunez. Sed hoc tamen ſummæ laudis eſt ad gloriam ſapientiæ, quæ longè armis, victoriiſque antecellere viſa ſemper eſt; vno ſcilicet, eodémque tempore in celeberrimâ Conimbricenſi Academiâ quatuor ſimul Doctores, & profeſſores Iuris vtriuſqne, Theologiæque floruiſſe: quorum vnus Emmanuel à Coſta, cùm primas Conimbricæ ac Salmanticæ cathedras ſummâ cum laude obtinuiſſet, inter ipſos Iuris peritiſſimos ita percelebratur, vt neminem acumine ingenij, atque interpretandarum legum ſubtilitate, vel ſuperiorem, vel certè parem habuiſſe cenſeatur. Quid quòd Ioannes Barrius in Luſitanicâ hiſtoriâ Liuio, & Thucydidi iure optimo comparandus, Villauizoſæ natus, altuſque fuit? Rem ita conteſtatam accepi à viris locupletiſſimis; domúſque adhuc viſitur, in quâ tantus hic vir (cùm fortè pater ſenator Regius illûc à Rege miſſus aliquandiu moraretur) natus eſſe perhibetur. Libare mihi animus fuit aliquod ex multis, & clariſſimis Villauizoſæ encomiis, ne quod noſtris hominibus commune vitium eſt, ingratus patriæ in exterarum gentium decantandis ingenium, linguámque exerceam laudibus: at gentis meæ decora, quæ multa, & magna ſunt, obliuione patiar ſepeliri.

Tribunus in Belgio Simō Antunez.

Conimbric. Academia 4. Magiſtri ex Villauizoſa. Emmanuel à Coſta columna Iuris.

Ioannes Barrius in hiſtoria lumen.

10. *Venit igitur Iacob Luzam.*] Duplex Palæſtinæ Luza, hæc in Chanaam; altera fuit in terra Hethim, de qua ſcribitur cap. 1. Iudic. Luzam illam, cùm eò acceſſit Iacob, & noctu ſcalam myſteriis fœtam vidit, appellauerat *Bethel*, domum Dei, *Beth*, quidem Hebr. domus, *El*, Deus dicitur. Hoc igitur loco Iacob, priùs inditam confirmat appellationem, vt vbi aram Deo conſtruit, domum Dei appellet. Et quidem licèt peregrinus in ſolo extero barbarorum, & infidelium gentium, ac deinde cum patuula ſuorum familia, circundatus vndique Palæſtinis ob Sichimitarum cædem, ac direptionem iratis, & in vltionem conſpirantibus, Iacob nihilominus venit Luzam ſecurus, ſecutóque aram Deo conſtruit, & victimarum vota perſoluit. *Vide* (inquit S. Chryſ.) *quantum ſit nos diuino præſidio*· *Nam quando Deus nobis bene voluerit, e medio tolluntur terribilia omnia; ſicut enim iuſto fiduciam dedit, ita illis dedit metum.* homil. 60. in Geneſ. Vana ſunt bellatorum arma, nihil poſſunt hoſtium apparatus, & copiæ, ſi diuino munitum auxilio impugnant hominem. *Et nihil* (adiungit) *fortius eſt eo, qui ſuperna munitur*

Iacob in Deo ſecurus.
D. Chryſ.

A *opitulatione: ſicut etiam nihil infirmius eo, qui illâ priuatus eſt.* Hæc idem. Armatus hoc Dei præſidio audacter dicebat Dauid: *Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum.* Pſal. 17. Quantumuis magnæ ſeſe Dauidi tribulationes opponerent, illique ad ſalutem eſſent malorum, aut periculorum ſubeundæ moles, ſuperandi obices, tranſiliendi aggeres, diſrumpendáque murorum propugnacula: Dei tamen ille munitus gratiâ nihil non alacriter aggrederetur.

Summa ex Dei præſidio ſecuritas. Pſal. 17.

11. Tentationes, & muros vocat quæcunque in vitæ decurſu obſtacula, & difficultates oſtendit, maximè verò, quæ à malignis ſpiritibus iter noſtrum ad cœlum impedientibus obiiciuntur; potiſſimum peccata ſunt murorum moles, vallorúmque obices; vti S. Hieron. ad hunc modum B explicat, *murum dicit peccata noſtra, quem ædificamus peccatis peccata augendo; Niſi à Deo deſtruantur illa peccata, non poſſumus per not tranſire ad Deum.* Perrumpi non poſſunt peccatorum obices, & diſſipari ſcelerum repagula, quin & homo pro virili conetur, conatúmque hominis Deus coadiuuet, vti Propheta inſinuat, murum in Deo tranſgreſſurus. At S. Bernard. duo in tentatione atque in muro difficillima ſignificari arbitratur; per illam intelligit quicquid graue, laborioſum, aduerſúmque in vita occurrit, præſertim, quod virtuti ſit inimicum, & nos à ſalute animæ conſequendâ retrahat, ac remoretur: per murum, quæ vitâ egreſſum hominem, ne in cœlum penetret, C præpediant difficultates. Sic enim loquitur: *In te* (inquit Propheta) *eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum.* Pſal. 17. *Deo nimirum duce, nec hic gradiens offendiculum, nec egrediens hinc obſtaculum pateretur. In altero ergo crebra ereptio, in altero plena iam, & ſecura liberatio deſignatur.* ſerm. 8. in Pſal. 90. Sed heu me! peccatum in vita eſt tentatio; in morte murus; ſeu potiùs in morte, quid tandem ſemper fuerit peccatum apertè oſtenditur: murus quidem eſt excelſa, lataque moles, quam miſeri, ſtultique peccando conſtruimus, ex lapidibus, ligniſque, videlicet ex duritie cordis, & ex ſtultitiâ mentis. O infauſta ſtructura! ó fabri planè infelices! nobis ipſi molem, vallos, muros obſtruimus, ne ad vitam ingredi liceat, D ne ad Dei noſtri beatiſſimum conſpectum aditus pateat.

D. Hieron. Peccata muri & obices ad Deum.

D. Bern.

Obices in vita & in morte. Pſal. 17

Peccando murus nobis ad cœlum conſtruimus.

12. Igitur laborandum cuicumque noſtrum, ac ſedulò prouidendum eſt, ne malam huiuſmodi peccando faciat ſtructuram; aut certè conſtructam, vt adactis malleis, ac ligonibus pœnitentiæ, bonorúmque operum Dei coadiuuante, & cooperante gratiâ ſubruat: non verò huiuſce molis ſubuerſionem ſub extremam mortis periodum incautus, ſtultúſque dimittat. Laborandum in vita eſt, in morte quieſcendum: & quod operando lucramur in vita, tandem in ipſa piæ mortis requie à Deo recipimus poſſidendum; deſtinata eſt vita certamini, mors eſt præfinita coronæ; vita ſtadio, mors brauio. *Beati mortui* (clamat E in Apocalypſi Spiritus) *qui in Domino moriuntur. Amodò dicit Spiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis.* Apocal. 14. Ad mortem vſque laborandum eſt, deinde ab ipſa morte quieſcendum: Totum ergò vitæ tempus præſcribit ſpiritus laboribus, quibus continuanda deinceps à morte requies comparatur. Prudens igitur mercenarius, vtpote, qui de ſuis laboribus viuat, nullum ſine labore diem patitur præteriri; quantum enim de labore prætermittit, tantum ſibi de victu ſubtrahit. *Iuſtus quidem ex fide viuit*, ſed fide

Per pœnitentiam ſubruenda ſcelerū moles.

Laborandū in vita pro requie premióque poſt mortem.

Apoc. 14.

Bonis operibus inſiſtendū.

ad Rom. 1.

tamen

tamen viua ex operibus, quibus ſi caret, mortua eſt.

13. *Ædificauit ibi altare.*] Rediens tandem Iacob poſt multos annos, & longa rerũ diſcrimina in illum eundem montem, in quo pernoctans dum iret in Meſopotamiam admirabili cœleſtis ſcalæ viſione recreatus eſt, nihil prius, ac potius habuit, quàm vt conſtructo altari debitos beneficentiſſimo Deo rependeret honores, votaque illa perſolueret, quæ tunc promiſerat. *Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit in viâ, & dederit mihi panem ad veſcendum,* &c. *erit mihi Dominus in Deum, cunctorum quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.* Geneſ. 28. Et quidem in rerum inopiâ, & mediis periculis multa, & magna Deo vouere, nullius fere negotij eſt; ſed vota Deo perſoluere in ipſa iam rerum affluentia, cùmque res in tuto eſt, nec facile, nec crebrò fit. Maximè verò laudandus eſt Iacob, eò quòd vota promiſerit reddenda, vbi ad pinguem fortunam deueniret, eáque iam locuples promptiſſimè ſoluat. Bonis (inquit) affluens Deo altaria conſtruam, victimas offeram, decimas omnium ritè perſoluam, nec enim illa quæ à tuâ Domine benignitate accepi, me ingratum, immemorémque, malâ ſcilicet cupiditate occæcatum, reddent; nec alios in vſus quàm in tui obſequium à me impendentur. Profectò ſi quæ hominum ſit, & ſtultitia, & impietas conſideretur multum, magnúmque fuit, quod Iacob promiſerit ſe acceptis illis felicioris vitæ bonis eſſe Deo benefactori ſeruiturum; multóque maius nunc tandem eſt, quòd iam diues effectus votum Deo reddat, nec illa malos in vſus vſurpet. Adeò frequens, communéque diuitibus eſt, vt acceptis à Deo bonis malè vtantur: & quæ virtutum deberent eſſe inſtrumenta, ſuperbiæ, luxuriæ, ac vitiorum omnium faciant, habeantque lenitamenta. Adeóque rarum, & inſolitum, penéque miraculum haberi ſolet, vt diues Deum agnoſcat, Deóque ſuis ipſe bonis inſeruiat.

Facilè in periculo vota fiunt, ſed difficilè poſteà ſoluuntur.
Geneſ. 28.
Diuites Dei bonis ad malum abutuntur.

14. Nec mihi quiſquam diuitum iure poterit ſuccenſere, cùm ipſamet diuina veritas dicat: *Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum cœlorum.* Matth. 19. Quæ Domini verba vberius iam explicauimus, & conſequenter plura diximus hoc de argumento priori tom. ad cap. 14. ſect. 2. num. 5. Certè cùm pecunia mala non ſit, ob malum tamen diuitis vſum peſſima fit. Vide quàm illa notetur infami nomine. Dixit Ioas: *Omnem pecuniam ſanctorum, quæ illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus,* &c. 4. Reg. 12. Decretum Regis eſt de pecunia, quam pendebant, qui vltra viginti annos ætate prætoribant; eratque dimidium ſicli. Chald. vertit: *argentum offenſionum, quod tranſit ſuper computum viri:* & quidem egregiè dicitur *pecunia offenſionum*; tum quia tributa non imponuntur, nec admittuntur, nec demum exiguntur abſque plurimis, & maximis mortalium ſcandalis, & exigentium violentiis, ac reddentium oppreſſionibus, & querimoniis; tum etiam pecunia offenſionum appellatur, quia frequentius illâ homines abutuntur ad Deum grauibus offendendum flagitiis; pecuniâ diuites, iudicum æquitatem, innocentium iuſtitiam, & pauperum fœminarum pudicitiam offendunt: Enimverò vt legimus: *Auaro nihil eſt ſceleſtius.* Eccleſ. 10. Eſt quidem vnumquodque vitium aliquando ſolitarium, nec alterius malo conſortio peius, ac potentius efficitur: ſola tamen auaritia diuitis totam ſecum vitiorum omnium trahit colluuiem.

Matth. 19.
4. Reg. 12.
Tributa plena violentiis.
Pecunia offenſionum.
Eccleſ. 10.
Auaritia omnibus admixta vitiis.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

15. *Deinde auaro nihil eſt ſceleſtius,* eò quòd malè pecunia vtatur. *Quid enim* (ait S. Saluian.) *peius, quam ſi quis præſentia bona in mala futura conuertat?* lib. 1. ad Eccleſ. Nihil quidem eſſe, aut fingi poteſt, quod ſummum malum ſit, ita vt e contrario ſummum certè aliquod bonum eſt. Et ſi tamen quodammodo ſummum malum dici ſoleat, quo & offenditur, & amittitur ſummum bonum: Deus eſt ſummum bonum, infinita bonitas, iccircò tantùm dici poſſet in peccato mortali ſumma, & infinita malitia reperiri, eò quòd per illud Deum offendimus, Deúmque amittimus. At in eò maximè videtur ſumma, & infinita Dei bonitas, quòd ſciat, poſſit, velítque de malis bona facere, vt eleganter dictum eſt à S. Auguſt. *Neque enim Deus omnipotens, cùm ſummè bonus ſit, vllo modo ſineret mali eſſe aliquid in operibus ſuis, niſi vſque adeò eſſet omnipotens, & bonus, vt benè faceret etiam de malo.* Enchirid. 10. Igitur ô execrandam, penéque ſummam, liceat dicere infinitam auari hominis malitiam! Summè bonus Deus de malis bona facit; auarus de bonis mala facit, bona vertit in mala. Bonæ ſunt opes, à Deo dantur, bonum aurum, bona pecunia; ſed malo eorundem vſu, & cuncta irritantur vitia, & omnia patrantur flagitia.

S. Saluian.
Summũ malum nec eſt, nec fingi poteſt.
D. Auguſt.
Deus, quia ſummè bonus, de malis bona facit.
Summè malus, quia de bonis mala facit auarus.

16. Denique ſummè ſibi malus, & iniquus eſt auarus, *qui præſentia* (inquit Saluian.) *bona in mala conuertit.* Videlicet ex diuitiis, quas in vita poſſidet, & quibus ad peccata vtitur, auarus elicit ſempiternam in inferno miſeriam, & paupertatem de deliciis, & ex abundantia diuitiarum colligit miſer incendia, quibus ſine fine diſcruciabitur. Bona præſentia, futura mala dixit optimè Saluian. Deliciæ, diuitiæ, honores, & quæcunque in ſeculo bona, & felicia cenſentur, præſentia quidem ſunt, in præſenti vita poſſidentur, & cum vita pariter diffluunt, atque omninò finiuntur. Hinc illud ſubtiliter, ac verè prorſus dixit Abraham ex ſuo illo ſinu ad auarum diuitem in gehennæ incendiis eiulantem: *Recepiſti bona in vita tua.* Luc. 16. Præteritum ergò bona patiuntur (cepiſti) quæ ſimul cum vita euanuerunt, ac ſi nunquam fuerint. Cæterùm, futura ſunt mala, ſemper videlicet futura, quin vllo in tempore prætereant, dicíque poſſint præterita. O ſummam infelicitatem! pene ab exordio mundi iacet in inferno Cain & ſummis torquetur cruciatibus, multæ iam annorum exinde ad hanc vſque horam tranſierunt myriades: an ne miſero deeſt aliquid vltrà ferendum? totum planè! Exoluitne iam in pœnis, & flammis tot per annos vel tantulum? nihil omninò; debet adhuc totum integrum, quod in futurum exoluat. *Nunc autem cruciaris:* dixit Abraham auaro lamentanti. Mala quippe inferni ſemper præſentia, ſempérque futura: in præſenti cruciant, in futurum cum æternitate perdurant. O ſortem infeliciſſimam! Vbi quod infelix homo patitur, nec tempore minuitur, nec ipſe futuri aliquando finis, aut vel tantulo inſtar guttæ leuamento poterit mitigari.

S. Saluian.
Summè malus ſibi auarus.
Præſentia prætereunt, futura ſemper erunt.
Luc. 16.
In inferno debita nunquam omninò ſoluuntur.
Summa in inferno infelicitas.

17. *Et appellauit nomen loci illius.*] Quod prius olim impoſuerat nomen Geneſ. 28. nunc iterum renouat, & confirmat, vt iam præmiſimus. Iuſtus vir, Deique beneficiis gratus quid olim ipſomet in loco à Deo ſuo acceperit, renouato, & confirmato loci nomine cum tota nunc familia celebrat, conſtruendo aram, mactando victimas, fundendo oleum, ac libamina, & (quod æquum eſt credere) ſuis vxoribus, filiis, & ſeruis, diuinam illam viſionem, promiſſiones, ac cætera, quæ diuinitùs

Gen. 28.
Gratus Deo pro beneficiis.

S

uiuitus ibidem acceperat, beneficia prædicando. A Pudeat ergò nos, qui tot, ac tantis à Deo beneficiis cumulati viuimus, ſic tamen immemores, & ingratos eſſe, vt ne ipſa quidem quæ habemus, nec verò etiam illum à quo accepimus, grato animo, memorique mente recolamus. Profectò ea mortalium eſt obliuio, ingratitudo, veréque ſtoliditas, veriúſque impietas ergà Deum tam benignum, adeóque largum, & magnificum benefactorem, vt pro illis ipſa quæ accipiunt beneficia neceſſe ſit inuitentur à Prophetis, vti gratias agant Deo, quòd ea præſtiterit hominibus. Sic enim Dauid Pſalm. 106. cum hominibus agens in primis. *Confitemini Domino*, &c. Dein ad ipſamet beneficia conuertens orationem: *Confiteantur* (adiungit) *Domino miſericordiæ eius, & mirabilia eius*, &c. B Agant ipſamet benefactori gratias beneficia, vti opus commendat autorem, & ſalus præſtita medicum, & ducem victoria, & redemptorem redemptio: Siquidem illi ipſi, quibus ea bona ſunt collata, immemores, & ingratos ſe oſtendunt. *Patres noſtri* (inquit) *in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua. Non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ.* Pſalm. 105. Satiſque hanc ſuam vecordiam re ipſa conteſtati ſunt. *Citò fecerunt, obliti ſunt operum eius.* Obliuio in mente, malignitas in corde, iniquitas in opere. Vbi Dei, beneficiorúmque illius ſubit obliuio, inde ad magna flagitia, præceps impetus, cæca irruptio. Laudant verò Deum miſericordiæ eius; *cùm hominem* (ait Lyrano.) *ad agendas gratias inducunt*, C &c. O ſi mentis aurem ſurdam non haberemus! Clamant ipſa, quibus donati viuimus, mouemur, & ſumus, Dei beneficia; vímque faciunt conclamando, vt memores tandem quàm benignum, quàm magnificum erga nos Deum habemus, debitas illi gratias rependamus.

Obliti, & ingrati homines erga Deum. — *Dei beneficia pro nobis ingratis Deum laudant.* — Pſal. 106. — Pſal. 105. — *Obliuio beneficiorum Dei magna paris flagitia.* — Lyran. — *Inuitamur ad habendas Deo gratias.*

18. *Domus Dei.*] Bethel Hebr. nobis eſt domus Dei; ſed quinam illi parietes, tectáque, quod ædificium, quod templum, quodnam denique ſacellum eo loco eſt conſtructum, vt domus Dei etiam, atque etiam dicatur? Videtur aſſignari huius nomenclaturæ cauſa illis in verbis, quæ conſequuntur. Ibi enim apparuit ei Deus, cùm fugeret fratrem ſuum. Ergo vbi Deus ſeſe oſtendit, ibi templum hominibus ad orandum, ibi D Deus habitat cum hominibus, & homines cum Deo; ibi domus Dei eſt. Non eſt quidem cum Deo curſim agendum, ſed ita ſeriò, maturéque, ac perſeueranter inſiſtendum, vt quaſi domi ſuæ conſiſtere homo videatur. Hoc ipſum Dominus Deus Moyſi aliquando ſignificauit, cùm accederet ad viſionem rubi ardentis: *Solue* (inquiens) *calceamentum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt.* Exod, 3. Cuius loci multiplex traditur explicatio, ſed ille tamen ad literam facilior, quem appoſuit Lippomanus in hunc modum. *Dominus iubet Moyſen calceamenta exuere, vt hac ceremonia admoneat ipſum, ne vltra pergat, ſed ſiſtat gradum, & attendat quod ipſi mandetur.* E Nam ſicut induere calceamenta ſignificat profectionem ex loco. Mandat ſiquidem Dominus Exod. 12. vt veſcentes agno paſchali, habeant calceamenta in pedibus, quibus videlicet admoneantur inde ſtatim abeundum, & in aliam regionem proficiſcendum ſibi eſſe. Vult igitur Dominus locum illum, in quo ſeſe oſtendit haberi, & vocari domum; & vti ſuam quiſque domum ingrediens, illicò pallium ponit, & calceos (ſic moris eſt in Palæſtina, & in calidis regionibus) detrahit, ſedétque, aut recubat, vtpote maiorem in ſuo, & A dulciorem vitæ partem quietè inſumens: ita planè, qui cum Deo agit, vel in templo publico, vel in ſecretiore ſacrario, vel in quolibet alio loco, aut faciendo, audiendóve rem diuinam aut contemplando denique, orandoque; id quidem præſtare debet placidè, pacatè, perſeueranter, non velut pertranſiens viam, ſed habitans, manénſque in propriâ domo.

Non curſim cum Deo agendum. — Exod. 3. — Lippom. — *Perſeueranter orandū.* — Exod. 12.

19. Iubet etiam Moyſi Dominus, vt in ipſo orationis loco calceos, qui nihil aliud ſunt, quam pelles cæſarum pecudum, deponat; hoc eſt, omnes affectus, curas, ſtudia, negotiáque terrena, in quibus nihil non caducum & mortale, multáque illuuies, puluis, ac lutum inuenitur. Imò ne cum amicis quidem, aut ſalutando, aut colloB quendo (quod alioquin debitum eſt, & pium) in templis agendum docet optime S. Chryſoſt. his verbis. *Ibi ne amicum quidem, in quem poſt longum tempus incidiſti, compellare licet: ſed foris iſta fiunt; & rectè quidem. Non enim Eccleſia eſt officina forenſis, ſed locus Angelorum, Regia Dei, cælum ipſum.* homil. 36. in 1. Corinth. Eſt quidem in templo altare, atque in altari, & celebrantur diuina myſteria, & ſeruatur auguſtiſſimum corporis Domini ſacramentum; ſumus igitur in templo Dei hominis; quicquid ibi agimus aut loquimur, aut etiam cogitamus, Chriſtus Dominus iudex noſter ſuis omnia oculis intuetur. At quali cum timore, reuerentiâ, humilitate, modeſtiâ, pietatéque oportet eſſe in templo? *Nónne Deus* (ſcribitur) C *conſiderat vias meas, & omnes greſſus meos dinumerat?* Iob 31. *Idcircò à facie eius turbatus ſum, & conſiderans eum timore ſollicitor.* Iob 23. Vtrúmque locum ita coniungit S. Dionyſ. Areopag. Indéque optimè colligit, quali mentis, & corporis habitu neceſſe omninò ſit in templo Chriſtianum populum aſſiſtere, ac Sacerdotem in altari diuinis operam dare myſteriis.

D. Chryſ. — *In templo cum Deo ſolo agendum.* — Iob 31. — *In tẽplo ante oculos Dei cum timore aſſiſtendum & operandum.* — Iob 23. — S. Dionyſ.

20. Dein celebrantem admonet, animaduertat illam, quæ frequens eſt, dum ſacrum fit, manuum ablutionem. *Sacerdotum* (inquit) *vſque ad ſumma relauatio in conſpectu fit ſanctiſſimorum ſymbolorum, tanquam in conſpectu Chriſti omnes inſpicientis noſtras occultiſſimas notiones.* Hier. Eccleſ. cap. 3. relauatio, quia non ſemel fit in Miſſa, vſque ad D ſumma, ſiue (quod etiam dicit) vſque ad nouiſſima, id eſt, vſque ad minimarum culparum deterſionem, vti explicat Carthuſ. commentator. Heu me miſerum quàm ſunt impura noſtra omnia! Et tamen in corpore immundo, animáque ſordida puriſſimam Dei carnem in ſacroſancta Euchariſtia recipimus? Profectò veniens Deus ipſe in mundum & humanitatem noſtram aſſumpturus in hypoſtaſim, non quamlibet ſibi matrẽ elegit, ſed eam planè cuius puritate ſub Deo nulla eſſe nec fingi maior poſſit. Rectè à S. Ioanne Damaſceno appellatur *animata menſa, nouus liber, in quo inenarrabili modo Deus Verbum citra omnem manus operam inſcriptus eſt.* orat. 2. de Aſſumpt. At E quàm pura & pulchra, vtpote ab Spiritu ſancto fabricata, & diſpoſita menſa hæc fuit, in qua vitæ panis in dulciſſimum animarum cibum eſſet reponendus? quàm nitidus verò, & conſpicuus liber, in quo non vllus creaturæ, ſed ipſius auguſtiſſimæ Trinitatis manu Deus homo erat inſeribendus? Virgo illa eſt, quæ Dei mater puriſſima puriſſimum edidit filium; ac deinde (vti adiungit idem Damaſcen.) *Virgo, & virginum amans, pura, & purorum amans, luxum omne fugit, ac carnoſas affectiones auerſatur, fornicationis impetus, & ſceleſtas cogitationes, non ſecus, ac viperarum fœtus fugit,*

S. Dionyſ. — *Mira exigitur in ſacerdote munditia.* — Carthuſ. — D. Ioan. Damaſc. — *B. Maria menſa animata.* — *B. Maria liber, in quo Deus Verbũ inſcriptus eſt.* — S. Damaſc.

3. Mater puritatis & modeſtiæ mater.

git, & fugat, ſermones fœdos ac ſcurriles propellit, cantúſque, ac meretricia vnguenta ſubmouet. Sic animæ, corporiſque puritatem amat, curatque, ac fouet, & tuetur, quæ ſola meruit Deo ipſi ſuo ex vtero præbere carnem, & ſanguinem in hypoſtaticam æterni Verbi vnionem.

Chriſtus ex pura Virgine natus puram corpora & animas exigit. Euchariſtia aduerſantur maximè vitium, luxuria.

11. Conceptus igitur in Virgine, natúſque ex Virgine matre Deus homo, non patitur intrare in corpus vitiis ſordidum, & habitare in anima fœdis affectibus inquinata. Nam cùm omnia peccata lethalia inſigniter diuinæ Euchariſtiæ aduerſentur, maximè verò luxuria & odium ſacroſancto Domini IESV corpori ſummam inferunt iniuriam; eſt enim hoc ſacramentum puritatis, & caritatis, quippe cùm in eo virgineum Chriſti Domini corpus natum ex Virgine ad tollenda peccata mundi, ad expiandas humani generis culpas, ad abluendam ſcelerum impuritatem, ad lauacrum regenerationis, ad munditiem diuinæ gratiæ hominum animis infundendam in ſacramento Euchariſtiæ poſitum, non niſi ritè confeſſis, ablutiſque, & ſanctificante gratiâ nitentibus communicetur. Quare ſicut in primo illo, & mundiſſimo virginei vteri repoſitum eſt altari corpus Domini IESV, ſic in quocunque ſacerdote, quod quidem templum, altaréque Domini eſt, ſi non æqualem Virgini matri, at certè quantamcunque à Virgine maximam homo diuinâ adiutus gratiâ in ſeipſo poteſt obtinere, ſacroſancta Euchariſtia iure optimo puritatem requirit.

Summã exigit à cõmunicantibus Euchariſtia puritatem.

SECTIO VI.

Eodem tempore mortua eſt Debora nutrix Rebeccæ, & ſepulta eſt ad radices Bethel ſubter quercum: vocatúmque eſt nomen loci illius, Quercus fletus.

1. EOdem tempore.] Hebr. non hæc ſunt verba, ſed tantùm *Vatamath, & mortua eſt* תָּמָת at ex eo tamen quod Moyſes hoc loco mortem hanc interponit, inſinuat etiam hoc ipſo tempore illam accidiſſe, cum videlicet Iacob moraretur in Bethel, propè quam ſepulta quoque legitur Debora. Dein animaduertendum variè ſcribi hoc nomen, cùm ab aliis Debora, ab aliis Delbora, à LXX. Debora legatur; ſimplicius tamen ac melius in Hebr. & Chald. legitur Debora. Sonat autem apud nos Apes, verbum à radice *Dabar* דָּבַר loqui, & quidem appoſitè ſic vocata eſt nutrix; gerula enim, & garrula eſſe ſolet, quæ nutrit infantem; cumque nihil ſit infantulo dulcius, & gratius quàm blandientis nutriculæ vox, meritò Apes dicta eſt; fauos ore, dum blanditur, dum cantitat, dum baſiat, lactenti nutrix diſtillat, ſed & apis eſt, geritque, & exerit aculeum vbi cùm opus eſt, dulciter ſæuit, aut negando, quod perperàm cupit infantulus, aut blande caſtigando, quod noxium, & vitioſum in eo deprehenditur. At ipſum etiam apis ſuæ aculeum, quo infixo illacrymat, infans eiuſdem melle temperat. Videlicet nihil adeò durum, ac dirum occurrit infanti, quod recurrens ad vbera nutricis & lacteum ſugens nectar non mitiget, non contemnat, non obliuiſcatur. Quid quæſo ſic adeò ferum, ac tetrum, ſic horrendum infanti, atque coluber, ſerpéuſque? & illis tamen ſæuientes, hor-

Apis deſcribitur nutrix infantulo.

Lactentulo nihil potius, quàm vbera nutricis.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A ribilioréſque aſpides, ac baſiliſci lucentem (vt prædicit Iſaias) infantem non terrent quidem, ſed illi cedunt in luſus. *Et delectabitur (inquit) infans ab vbere ſuper foramine aſpidis: & in cauerna reguli qui ablactatus fuerit mittet manũ ſuam.* Iſai. 11. Virtutem, & gratiam Chriſti Domini communicatam fidelibus intelligit ſignificari S. Athanaſ. quæ ſic armat, ſic fortem reddit, etiam in tenerâ, & lubricâ ætate Chriſtianam gentem, vt vel pueri, puellæque illecebrarum venena, tentationum ſpicula, voluptatumque blande ſæuientium, ſæuéque blandientium lethalem ſane pugnam vincant, & deludant, inſit enim: *Nunc pueri voluptatem, quæ quondam ſenes demulcebat, derident: pudicitiam quæ ſupra legem eſt, diligunt; virginéſque manentes calcant ſuper ſerpentinæ voluptatis fallacias,* B *conculcant ipſum diaboli aculeum, ipſam mortem, & tormenta, quæ intentat, contemnunt.* lib. de paſſion. Licet autem his monſtris dixerit Athanaſ. euidentius exprimi titillantem carnis voluptatem; S. Ambroſ. tamen vniuerſim peccatum omne intelligit, cùm in quolibet, & venenum ſit, & ſæuitia; ita inquiens: *Peccata dicuntur venenum aſpidum, quod aſpides morſu nullum inferunt dolorem, ſed leuiſſimè pungunt, & dulci ſomno membra hominis morte reſoluunt; ita peccatum voluptate quadam, & ſomno; & obliuione miſeram animam vitâ ſpiritali orbat.* præfatione in Pſalm. 37.

Iſai. 11.

S. Athanaſ. Fortitudo Chriſtiana iuuentutis contra carnem & diabolum.

D. Ambr. Peccatũ ſine ſenſu animã occidit.

2. Affixi matrum vberibus infantuli etiam duriſſima & diriſſima quæque deridént: quo enim C dulciter nutriuntur, eodem fortiter materno lacte muniuntur; ſic planè habet diuina conſolatio, quàm dulcis, tam fortis; oblectat, & armat animam diuino illo liquore perfuſam. O quàm facilè tentamenta diaboli mens illa ludificatur, voluptatumque blandimenta contemnit, quæ Chriſto IESV inhærens ſuauiſſimâ diuinarum deliciarum dulcedine perfunditur, *Vniéque* (vt loquitur S. Auguſt.) *Deo de Deo!* tractat. 26. in Ioan. Hoc ſcilicet oleo perunctа noſtræ mentis quadriga ociùs Euro per viam mandatorum Domini currit, ac volat; quod Propheta expertus aiebat: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meum.* Pſalm. 118. Iccircò (ſenſus eſt) facilem habui diuinæ legis obſeruationem, ex D eo, quòd diuina conſolatio meum cor animúmque repleuit, ac deinde repletum diſtendit, capaxque reddidit omnium, quæ in vita mihi poſſent occurrere, tribulationum. Nullis meum pectus laboribus premi; nullis coarctari periculis animus poterit; nullæ rerum aduerſarum anguſtiæ tenebunt concluſum, aut moleſtiæ conſtrictum prorſus collident, quem diuinarum voluptatum dulcedo generoſum fortémque reddit. Iccircò infirmum, & languidum videmus populum Iudaicum cui propter infidelitatem Dominus abſtulit cum lege, cum templo, cum ſacrificio, cum diuini Spiritus aſſiſtentia, & conſuetis diuinæ prouidentiæ priuilegiis ſuam omnem cœleſtium voluptatum dulcedinem, quod iam ſuo E tempore Machabæi futurum aliquando ſuæ gentis excidium præſagientes deplorabant: *ablata voluptas à Iacob, & defecit ibi tibia, & cythara.* 1. Machab. 3.

Diuina conſolatio armat & roborat.

D. Auguſt.

Facilè aduerſa omnia tolerant diuini conſolatione muniti.

Pſal. 118.

A Iudæis ablata eſt diuina conſolatio.

1. Macha. 3.

3. Hoc etiam pulchro quodam ſymbolo inuolutum Dominus ipſe minabatur: ſic enim Iſaias prædicit: *Ecce dominator Dominus auferet ab Hieruſalem, & ab Iuda validum, & fortem, omne robur aquæ.* Iſai 3. Quocirca (vti hoc loco S. Hieronym. obſeruat) *nihil apud Iudæos poſt paſſionem Domini forte, nihil validum eſt: ſed omnia infirma,*

Iſai 3.

D. Hier.

Mira Iudæorum infirmitas.

& languida. Sed vnde tanta hæc Iudæorum infirmitas? tam cœca præcipitatio? Nimirum carent robore panis, & aquæ. *Fortitudo igitur panis* (adiungit S. Hieron.) *auferetur ab eis, ille qui dicit: Ego ſum panis viuus, qui de cœlo deſcendi.* Ioan. 6. *Et fortitudo aquæ, quæ fit fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Ioan. 4.

Ioan. 6. Ioan. 4.

Dei conſolatio roborat.

Itaque benè coniungitur robur, & panis, & cum diuina conſolatione fortitudo, & alacritas, ad operandum, ad reſiſtendum, ad vincendum; quod mihi videtur à Propheta comprobatum, cùm ait: *Memor fui Dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum.* Pſal. 76. En delectatio ſimul, & exercitatio; quod ſi axiomate philoſophico delectationes ſunt propter operationes, vt in ipſa rerum maximè animantium natura euidentiſſimè conſtat, multò magis ea vel naturæ diſpoſitio, vel Dei prouidentia in actionibus ſublimioris ſtatus ad ſalutem videlicet animæ pertinentibus locum habet: ſuæ quippe Deus clementiſſimus nobis conſolationis gratiam crebrò infundit, vt eâ paſti, & animati alacriter, & expeditè in via diuinæ legis incedamus; imò & aduerſa quæcunque peregrinantibus occurrunt, æquo, lætóque animo toleremus: vtrũque enim ſuis ſeruis Dominus communicat, vt & patiantur, & delectentur: quare dicebat Regius vates: *Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Pſal. 93. Et quidem optimè alternis venit conſolatio, & tribulatio, donec tandem detur intrare in gaudium Domini Dei noſtri, ac torrente voluptatis æternæ potari, vbi omne bonum poſſidetur, & nullum malum timetur.

Pſal. 76.

Dei conſolatio ad operandum, & patiendum iuuat.

Pſal. 93.

Alternis conſolatio & tribulatio veniunt.

D. Auguſt.

4. *Multi quidem dolores* (ait hoc loco D. Auguſt.) *ſed multæ conſolationes: amara vulnera, ſed ſuauia medicamenta.* Id verò maximè Propheta experiebatur, cùm de ſuis apud Deum ſceleribus agebat pœnitentiam, vt ex ipſomet Pſalmo colligit S. Hieron. *Hoc eſt, quod dicit: quoties egi pœnitentiam, toties me conſolatus es. Vnam fudi lacrymam; vnam merui conſolationem: decem fudi lacrymas; decem merui conſolationes. Quantumcunque fuit pondus pœnitentiæ, tantum fuit, & conſolationum numerus.* Quàm verò certum hoc ſit ipſi norunt, ac prædicant, qui ritè confeſſi de peccatis veram agunt pœnitentiam; quorum lacrymas dolore quidem amaras copioſa diuinæ gratiæ dulcedo ſic perfundit, vt hoc velut ſuauiſſimo conuiuio pœnitentium animæ recreentur. *Fuerunt* (ſiquidem aiebat ipſemet) *mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte.* Pſal. 41. Vbi rectè S. Hieron. *Quomodo poteſt de lacrymis panis fieri? poteſt; quia ſicut corpus ſatiatur de pane, ita anima in lacrymis: quia exinde ſperat remiſſionem peccatorum habere.* Et quidem primus effectus ſacramenti pœnitentiæ, quantum ad eius vim, & efficaciam pertinet (vt definit Concil. Trid.) *reconciliatio eſt cum Deo, quam interdum in viris piis, & cum deuotione hoc ſacramentum percipientibus conſcientiæ pax, & ſerenitas, cum vehementi ſpiritus conſolatione conſequi ſolet.* ſeſſio. 14. cap. 3. Deinde cap. 5. eiuſdem ſeſſionis adiungitur: *Ipſa huiuſmodi confeſſionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia, grauis quidem videri poſſet, niſi tot, tantiſque commodis & conſolationibus leuaretur; quæ omnibus dignè ad hoc ſacramentum accedentibus per abſolutionem certiſſimè conferuntur.* Ita Concil. Trident.

Dei conſolatio pœnitentibus. D. Hier.

Pſal. 41. D. Hier.

Diuinæ conſolationes in confeſſione ſacramentali.

Conc. Trid.

5. Nihil profectò ita quotidianum, ac certum experimur, quàm vbi ritè confitemur, abundantiam diuinæ gratiæ, ſanctam animi lætitiam puram cordis voluptatem ipſum incredibile, ac plus quàm humanum totius hominis leuamentum, cum noua quadam ſecuritate conſcientiæ, ac prædulcibus oculorum lacrymis. Quare pius quidem periluſtriſque vir inter nos dicere ſolebat, ſe iccircò etiam maximè confiteri octauo quoque die, vt læto animo, ſecura conſcientiâ iucundè viueret, placidè dormiret, ſuauiter epularetur; Nam in conſcientiâ peccatis obnoxiâ nihil lætũ, quietum, ac iucundum inueniri poteſt. *Ergo qui* (ait S. Ambroſ.) *pœnitentiam, vt oportet, agit, rectè dicit cum Propheta: Aufer opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum, quia iudicia tua iucunda.* Pſalm. 118. Timet aliquis peccator confiteri humanâ præpeditus verecundiâ, quod ſua delicta, quia turpia execrandaque, homini confeſſario aperiat, putat grande opprobrium, ſi procumbens ante pedes vnius hominis ſua detegat vulnera, ſua demonſtret carcinomata? Sit tandem ille bono animo, nihil eſt, quod timeat: Quia iudicia tua iucunda, dicat cum Propheta. *Dulcia quidem* (ait S. Ambr.) *iudicia confitentis, quia ipſe dixit: Ego ſum qui deleo iniquitates tuas, & memor non ero.* Pſal. 33. *Dulcia iudicia pœnitentiam agentis. Dulce iudicium quod præcedit miſericordia: ſcriptum eſt enim: miſericordiam & iudicium cantabo tibi Domine.* Pſal. 100. præcedit quidem miſericordia, ſimúlque ſubſequitur: diuinæ ſiquidem opus eſt gratiæ, & grandis miſericordia, quòd peccator in ſe redeat, ſua cognoſcat ſcelera, de remedio agat, accedat ad pœnitentiæ ſacramentum, ritè confiteatur; quibus deinde peractis diuinę miſericordiæ pœnitentis animæ perfunditur abundantia. Quis igitur timeat confiteri? *Si ergò* (adiungit idem) *dulcia ſunt iudicia Domini, ſuauitatis fructus percipere elaboremus.* Hæc S. Ambroſ. ſerm. 6. in Pſalm. 118.

Securitas conſcientiæ pax animi ac lætitia in confeſſione.

D. Ambr.

Pſal. 118.

Pſal. 33.

Dulce iudicium in confeſſione.

Pſal. 100.

In confeſſione ſuauitatis fructus percipiuntur. D. Ambr.

6. Illud etiam in iſtius nutricis, de qua ſymbolicè agimus, nomine Debora *Apis*, vnum, vel alterum expendam, nec tamen ineptè; cùm illud ab Spiritu ſancto exprimi, & ſcribi, haud temerè, caſúque cenſeatur. Nihil enim in diuinis literis otioſum eſt, caretque myſterio. Quin verò etiam certum eſt, atque indubitatum, quod ſancti Patres conteſtantur, quorum Doctor maximus Hieron. ita ſcribit: *In diuinâ ſcripturâ dictiones, ſyllabæ, puncta, & apices myſteria indicant diuina.* in epiſtola ad Epheſ. 5. Similia tradit S. Baſil. de Spiritu ſancto cap. 1. His ergo poſitis, cùm nutricis huius nomini apem ineſſe, atque adeò mel, & aculeum dixerim; datáque huiuſmodi occaſione vberius de diuinis conſolationibus diſſeruerim: animaduertendum velim poſtremò fieri nonnunquam, vt eæ cum labore coniunctæ, veluti mel apis cum aculeo: at econtrario humanæ, carnaléſque voluptates citra omnem laborem adeptæ habeantur. Cuius quidem diſcriminis egregia fit in diuinis literis figuratè ſignificatio. Enimverò manna, quod è cœlo miſſum diuinæ cóſolationis ſignificantiam gerere nemo neſcit, mille quidem difficultatibus conſtabat: non niſi antelucano tempore colligi poterat, ac proinde præcidendus homini ſomnus, vbi dulcior habetur, ſurgendum è lecto, extra domum, caſtraque exeundum, ac matutini frigoris iniuriæ perferendæ neceſſariò erant; aliter non colligeretur. Ad hæc non ad arbitrium cuiuſque, ſed in præfinita quadam menſura, ſtatutiſque diebus, dabatur in diem tantummodo. Nam quicquid vltra menſuram, vel extra certum tempus caperetur, ſcatens illicò vermibus putreſcebat. Mille itaque ad colligendum manna contra cuiuſque appetitum obſtabant impedimenta.

In Scriptura nihil vel minimum ſine myſterio. D. Hier. D. Baſil.

Diuinæ conſolationes cum multo labore interdum habentur.

Mille difficultates ad colligendum mannæ.

7. Contra

7. Contra verò abſque vllo vel labore, vel obſtaculo affluebant omnibus ad cuiuſque appetentiam in cibum cothurnices. hinc illud: *& manducauerunt, & ſaturati ſunt nimis; & deſiderium eorum attulit eis; non ſunt fraudati à deſiderio ſuo.* Pſalm. 77. Dulces quidem epulæ, eóque dulciores, quò faciliùs habebantur, flante ſcilicet vento in caſtra, in tentoria, in menſas, in ſinus ipſos, manúſque Hebræorum, multitudinéque ipſa, innumerabilem terræ puluerem ferè adæquantes, deníque inſtar pluuiæ de cœlo ſtillantis, ita ſine laqueo, ſine ferro, ſine aucupio, ſine vllâ vi deferebantur. *Ceciderunt* (inquit Propheta) *in medio caſtrorum circa tabernacula eorum. Pluit illis ſicut puluerem carnes.* Pſalm. 77. Quid, quæſo facilius, quid leuius, quid paratius, & expeditius? Epulú dices huiuſmodi carnium æquè ſapidum, ac pretioſum quod citra laborem, ac pretium ne parabatur quidem, ſed vltrò epulantibus offerebatur. Sed heu heu, miſeram humanæ felicitatis conditionem! O grata rerum initia, ſed ingratí exitus! dulces in ore carnes, ſed amaræ in faucibus! mel felli admixtum; in auro venenum; mors in epulis. ſpecta obſecro finem. *Adhuc eſca eorum erant in ore ipſorū, & ira Dei aſcendit ſuper eos.* Pſ. 77. *Conſecuti ſunt nimirum* (explicat Theodor.) *quod deſiderarunt, & ingluuiem impleuerunt; Veruntamen ſatietatis pœnas pependerunt.* Nihil igitur adeò ſuſpectum debet eſſe, quàm ipſamet rerum in mundo felicitas. Dulces quidem ad eſum cothurnices, ſed vbi præmanſæ, ſtrangulant, mortem inferunt. Denique ſancta & caſta Dei voluptas multo ſtat labore, ſed vitam præſtat: facilis eſt ſine ſumptu interdum mundi, & carnis delectatio; ſed incautum, ſtultúmque poſtremò interimit.

Pſal. 77. — *Pſal. 77.* — *Læta initia, triſtes exitus humanæ felicitatis.* — *Pſal. 77.* — *Theodor.* — *Dei voluptas initio laborioſa vitam præſtat. Mundi voluptas ad finē peremit.*

8. *Mortua eſt Debora.*] Solet colligi mortuam eo tempore iam eſſe Rebeccam Iacobi matrem: nec enim ab illa ſi viueret receſſuram eiuſdem nutricem credi poteſt. Sed quorſum ea nunc fuerit in comitatu Iacob, haud facilè dictu eſt. Cæterùm illud veroſimilius dicitur: mortuâ Rebeccâ Deboram illius nutricem, vel patriæ deſiderio in Meſopotamiam rediiſſe domum Labani, vt Iacob filio ſuæ alumnæ adhæreret, valde nimirum Chananitides peroſa fœminas, vel à Rebecca miſſam, vt reduceret Iacob, vbi mitigatâ Eſau fratris irâ, prorſúſque ſopitæ prioris ſtatus inuidiæ videbantur; & cum Iacob, quem in Bethel inuenerat aliquandiu commorantem obiiſſe. Anum verò Deboram fuiſſe annoſiſſimam; annorum videlicet, centum, & propè octuginta, facilè quiuis colliget ex ipſa Scriptura. Etenim ab aduentu illius cum Rebecca in terrá Chanaan vſque ad tēpus, quo nunc obiiſſe traditur in Bethel, anni centum viginti ſeptem præterierunt; tunc autem fuiſſe iam quinquagenariam, credibile eſt, quippe cùm fuerit nutrix Rebeccæ, quæ non minor vigeſimo anno nupſit Iſaac cùm eſſet quadraginta annorum, & ſexagenarius genuit Iacob, vt ſupra cap. 25. viſum eſt. Dein hoc ipſo tempore quo Debora obiit, apertè conſtat Iacob fuiſſe annorum circiter ſeptem ſupra centum; quamobrem videtur Debora exceſſiſſe vti præmiſimus, annoſiſſima centum, & ferè octoginta annorum. Huiuſmodi ſeriem ætatum eruditè, vt ſolet, noſter Pererius deſcribit.

Quid habēdum de morte Rebeccæ? — *Mors, ætáſque Deboræ nutricis Rebeccæ.*

9. Magna certè laus Iacobi, quòd vetulam penè decrepitam in ſuam receperit domum, perhumaniter tractauerit, ac ſecum in patriam reduxerit; denique mortuam piè, atque honorificè

Filij pietas in matrem.

A ſepelierit in gratiam matris Rebeccæ, quam illa nutrierāt. Generoſi enim ac prudentes viri eos recipiunt, alunt, ac fouent, quos de ſuis parentibus olim fuiſſe benemeritos norunt, maximè cùm iam illos, & ſenes, & anus alienâ vident ope indigere. Sepulta eſt Debora, vtique à Iacob, qui vt iuſtus erat, nullum debitæ pietatis officium prætermittere debuit, maximè illud ſepeliendi mortuos, eiſque piè, ſanctéque parentandi; quod quidem adeò ſanctum adeóque honorificum illuſtréque eſt, vt illud idem obire, nec Angeli recuſent, nec ipſemet rerum omnium Dominus dedignetur. Vtrumque in diuinis literis habetur: Et quidem de Angelis funera curantibus ſcribitur. *Et factum eſt, vt moreretur mendicus, &* B *portaretur ab Angelis in ſinum Abrahæ.* Luc. 16. O funus admirabile, ô iuſta nunquam aliàs in terris viſa! O eximios, beatóſque humani corpuſculi ad ſepulturam portitores! Cuius vel Imperatoris corpus inductum feretro, & illatum mauſeolo Angelorum manibus vnquam fuit? Et mendiculi, vlceroſique Lazari corpus pro feretro habuit ipſaſmet Angelorum manus! Imò adhuc expendit S. Chryſoſt. *ab Angelis, non ab Angelo portari mendicum. Non ſuffecerat* (inquiens) *ad portandum pauperem vnus Angelus, ſed propterea plures veniunt, vt chorum lætitiæ faciant: Gaudet vnuſquiſque Angelus tantum onus tangere. Libenter talibus oneribus prægrauantur, vt ducant homines ad regna cœlorum.* in Catena. O patientiæ, paupertatiſque C eximium fructum, mercedem, gloriam! *Vlceroſo paupere miniſterium præbuit Angelorum cohors*; inquit S. Auguſt. ibidem; quia ſcilicet poſt fames, vlcerúmque miſerias patienter exanthlatas, in Domino mortuus eſt.

Benè meritī de noſtris parentibus ſunt à nobis fouendi ſuſtandique. — *Commendatur pietas in ſepeliendo mortuos.* — *Luc. 16.* — *Lazari funus curatū ab Angelis.* — *D. Chryſ.* — *Angelorum lætitia de ſalute hominis.* — *D. Aug.*

10. Sed quid dico Angelos? Lego Dominum ipſum Angelorum defuncto homini ſimile præſtitiſſe obſequium. Sic enim ſcribitur: *Mortuus eſt Moyſes ſeruus Domini iubente Domino, & ſepeliuit eum*, Deuter. 34. Sepeliuit ipſemet Dominus ſeruum; Deus creaturam; nec Angelis id officium ſepulturæ iuſſit exequendum. Hinc apud nos fratres (vti vulgò dicimus) miſericordiæ poſſunt inferre, quanti honoris, gloriæque ſit de mortuis Chriſtiano ritu curare, eoſdémque in D communi ſuo feretro etiam primariæ nobilitatis virorum humeris ſublatos, longâ interim, graui, & piâ fratrum accenſis cereis radiantium procedente pompâ, & lugubri ſacerdotum cantu perſonante per vrbem ad ſepulturam vſque deportare. Profectò Angeli ſunt officio, Angelorum munus exercent, pietatem imitantur. At illorum præfectus, fratrúmque maximus (Prouiſorem vocamus) ſciat inter ipſos locum habere, vicémque gerere ipſius Dei; ac proinde magno in pretio habeat, impensè admodum glorietur, quòd pauperibus miniſtret, quòd miſerorum curet funera; & ſeruulos, ac mendicos, vel deportet, vel inferat ſepulturæ.

Deus ſeruū defunctum ſepeliuit. — *Deut. 34.* — *Diuinū plane munus ſepeliendi mortuos.* — *Mira laus Societatis miſericordiæ in Luſitania.* — *Vicem Dei gerit Prouiſor miſericordiæ.*

11. *Quercus fletus.*] Mortuam Deboram fleuit E cum tota ſua familia Iacob; quod quidem ſignū eſt anum illam, omnibus dum viueret, gratam fuiſſe. Morientes enim, quos diligimus, gratóſque habuimus, luctu proſequimur. Eóque mors & triſtior, & ſæuior habetur, quò nobis gratiores, ac dulciores à conſpectu, & à conſortio noſtro abducit; Sic illa temerè amicitias diſrumpit, amicorum tollit colloquia, diuellit amátium, ſi minus corda, certè oculos, certè conuictum. Parentes à filiis, à fratribus fratres, à maritis vxores, ab amicis amicos; imò & corpus ipſum ab

Luctus pro mortuis. — *Coniuncta dulcíaque ſeparat mors.*

anima, cuius vnione viuebat, diſiungit. Hæc vna vel maxima in obitu luctus cauſa. Ob quam etiam Propheta vehementer doluit, cùm de morte loquentem Dominum audiret. *De manu* (inquit) *mortis liberabo eos. Ero mors tua ô mors. Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, quia ipſe inter fratres diuidet.* Oſeæ 13. Tam grauiter dolet Oſeas vel ipſum mortis nomen percipiens, vt inconſolabile malum dicat, illius, quæ à morte fit, inter amantes diuiſionis. Sic enim explicat S.Hieron. *Non valeo conſolari eorum cariſſima inter ſe nomina morte ſeiungi. Ipſe enim infernus inter fratres diuidit.* Animaduerte infernũ pro ſepulchro poni frequẽtiùs in Scriptura. Quod ſi adhuc contendat quis propriè ſumi hoc loco infernum: ſciat hîc mortem ea eo, quòd crudeliter diuidat, infernum à Propheta vocari. Colligit enim optimè S. Hieron. *Quicquid igitur ſeparat fratres, infernus eſt appellandus.* Vide quàm infauſtum horrendúmque nomen habeat quiſquis ſeminat diſcordias inter fratres, fomitémque ſimultatibus, atque odiis mortalium ſubminiſtrat; non diabolus modò eſt, ſed totus ipſemet infernus.

Oſe. 13.

D.Hier. Carpitur mors quod crudeliter coniuncta diſſociet.

D.Hier.

Qui ſerit diſcordias, & mors, & infernus eſt.

12. Digna etiam luctu mors eſt, quia corpus & animam diuidit, in quâ diuiſione ſummus horror, ac dolor eſt. *Erat IESVS in dexterâ Patris deglutiens mortem*, ait S.Petr.1. cap.3. Deglutiens velut offam tranſitu difficilem, hauſtúque arduam, omni abſynthio, felléque conditam: cui tandem degluriendæ, vel ipſemet Chriſtus æterni Patris dexterâ, virtutéque fuit fulcitus. Quid ergò miſero fiet homini, qui ſummè infirmus amariſſimam velit nolit mortem eſt neceſſariò ſubiturus? At leuia ſunt hæc omnia ad illud in morte adeundum periculum, quo nullum maius, reddendæ ex anteacta vita rationis ſupremo iudici. Heu nos miſeri, ſi ab ore illius integerrimi, ac ſeueriſſimi iudicis audiemus: *Neſcio vos!* Matthæi 25. Plurimis quidem hoc reddet iudex. Sed quid eſt quod neſciat ille, cuius oculis omnia ſunt nuda & aperta? *Neſcio vos* (inquit) quos ſcilicet pœnali ſententiâ ferit. Declarat verò id ipſum egregiè S.Aug. his verbis: *Neſcio vos. In regulâ mea non vos agnoſco: Noui etiam regulam iuſtitiæ meæ; non illi congruitis, declinaſtis ab illa, diſtorti eſtis.* in Pſal. 100. Habet quidem ſummus rerum conditor, architectus, ſimulque iudex, & æquiſſimus operum æſtimator, menſoriam regulam, quã noſtræ vitæ, noſtríſque moribus, dictis, cogitationibus, atque operibus admouet, num congruè, directò, certóque reſpondeant regulæ, ſcilicet, legis, ac iuſtitiæ diuinæ; quòd ſi malè adaptemur regulæ, atque à diuinæ iuſtitiæ menſurâ exorbitemus, tanquam inepta, inconcinna & abſurda opera reiiciemur inclamante artifice, *Neſcio vos.*

S.Petr. 3. Amara mortis difficilis tranſitus.

C

Summũ periculũ reddendæ rationis Deo in morte.

Matth. 25.

D.Auguſt. Reprobi à Deo neſciũtur.

D

Regula menſoria Dei nobis admouebitur.

13. Hoc idem fortè metuens Propheta conquerebatur. *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos.* Pſ. 38. Dies videlicet meos ô Domine Deus, vitam meam, vitæque periodos; quicquid ago, loquor, cogito tuæ menſuræ ſupponis, diligentiſſimè obſeruans, nunquid in me vel deficiat, vel ſuperet, abhorreat, exorbitétve. Num fœdè quid nutet, ſeniúmve faciat; num vel inæquale, diſtortum, vitioſúmque ſit. Auget horrorem, doloréumque illius exitus dæmonis hominem accuſantis, tum ſæuitia, tum peruicacia, quam ſolus honeſtioris vitæ operibus vir iuſtus eludere, ac labefactare conſueuit; vt S. Ambroſ. adnotauit his verbis. *Aduerſarium, depoſitis veteris hominis exuuiis telo continentiæ vulnerauit, vt obſtrepere ei in huius vita*

Pſal. 38.

E

Noſtri accuſator diabolus.

D Ambr. Diabolum boni operis telo vulneramus.

A *ſine non poſſet vulnere claudus, & virtutum admiratione confuſus.* lib.2. de interpel. Iob. cap.4. Nimirum noſtris bonis operibus ita cacodæmonem ſauciamus, ferèque detruncamus, vt infelix dolore vulneratus, & claudicatione præpeditus, aut nequeat accedere ad iudicium de viro iuſto interturbandum, aut in eo tandem hiſcere, nec auſit, nec poſſit. Sic planè res habet; aduerſario brachia præcidis, cùm tua extendis ad opera miſericordiæ, vel mortificationis: pedes amputas, linguam euellis aduerſario cùm ad orandum, ad audiendum ſacrum, Deique verbum procedis in templum: cùm ad genua confeſſarij procumbis; cùm delicta confiteris, cùm ante altare ſupplicas, cùm diuinam ſumis Euchariſtiam: hoſtem omninò perimis.

Pietatis operibus diabolum obtruncamus.

B

14. Mortuam, ac ſepultam Deboram lugent Hebræi anum illam, vt vidimus, annoſiſſimam; nulla ſiquidem ætas mortem fugit, ſua cuique dies obitus eſt præſtituta, quam nullo modo cauere poſſit. Enimverò (vt egregiè dixit Orator) *natura dedit vſuram vitæ tanquam pecuniæ nullâ præſtitutâ die. Quid igitur eſt, quod querare, ſi repetit, cùm vult? ea enim conditione acceperas.* ita Cicer. Tuſcul. 1. Non donatam quidem ſed commodatam accipimus vitam ad libitum commodantis, vt quocumque libuerit momento illam repetat. Repetendam ſcimus! ſemper igitur præſtò ad reddendam ſimus. Et ſenes quidem anúſque veluti longâ ſaturatos vitâ minùs multò lugemus; C quaſi verò ſit aliquid in vitâ longum, ac diuturnum. Pulchrè idem Tullius breuitatem vitæ ſic expendit. *Quæ verò ætas longa eſt? aut quid omninò homini longum? Nónne modò pueros, modò adoleſcentes in curſu, à tergo inſequens, nec opinantes aſſecuta eſt ſenectus? ſed quia vltra nihil habemus hoc longum dicimus.* ibidem. Planè diuturnum illud non eſt, quod tandem deſinit? longum dici non debet, quod fine circumſcribitur. Senem vidi ætate vltra decrepitam, qui cùm plurimos mihi vitæ ſuæ numeraſſet annos: *Et hi omnes* (adiunxit) *quaſi non fuerint, ſic præterierunt.* Obiit annoſa Debora; ſed non ideò quis illam ſibi promittat ætatem. Via enim inde digreſſi iuniorem Rachelem ipſimet Hebræi, vt videbimus, mortuam defleuerunt.

Certa omnibus mors.

Cicer.

Vita nobis commodata in morte repetitur.

Cicer Breuitas vitæ.

Nihil in vita diuturnũ, nihil longũ.

Nullus ſibi longam vitam promittat.

D

15. Quare optimè animaduertit Seneca Philoſophus; *Tam debet eſſe mors ante oculos iuueni, quam ſeni; non enim citamur ex cenſu, ſed ex depoſito.* Sic ille epiſt. vbi ſcilicet vitam accipimus, debitum mortis contrahimus, non quidem ex cenſu, qui quidem præfinito tantùm tempore ſoluendus exigitur, ſed ex depoſito, quod ad libitum creditoris ſine vllo præfixi temporis limite ſicut exigi, ſic perſolui ſolet. Securus ab exactore viuit debitor ante ſtatutum diem: depoſitarius nuſquam, & nunquam tutus; ſæpè inopinatò reddere cogitur. Nihil tam frequens, tam quotidianum, tamque horarium, ac mori. Quid E ergò ſic noſtræ conditionis obliti viaticum bonorum operum futuræ in æternitatem tranſmigrationi non paramus? *Dum tempus habemus* (clamat Apoſtolus) *operemur bonum.* ad Galat.6. Vnde ſubintulit prudenter S. Ambroſ. *Tempus accepiſtis hîc in terrâ, non perpetuitatem; quaſi tempore venimus, quaſi ſtatis vos migraturos.* epiſt. 82. Bonæ quidem vitæ merces eſt bona mors; illâ iſtam à Deo emercamur. *Pretioſa enim* (ait Propheta) *in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* Pſal. 115. Pretioſa, non modò quia pluris æſtimatur, ſed etiam quia multo quæſtu cõparatur, magno ſtat pretio,

Senec.

Mors incerta.

ad Galat. 6. Parandum æternitati viaticũ bonorum operum.

D. Ambr. Pſal. 115. Bona vita bonam emit mortem.

non

non alio ſcilicet, quam piis, ſanctiſque vitæ operibus, quibus comparandis multum laboris impenditur. Atque vt huiuſmodi mortem à Deo tandem conſequatur, adiungit: *O Domine quia ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* ibidem. Verba Chriſti Domini ad æternum Patrem dicta, vt & totum hunc Pſalmum intelligit Richel. maximè verò per ancillam Dei Beatiſſimam Virginem Chriſti Domini matrem meritò accipiunt Lyran. Hugo, & alij, hoc enim ſibi peculiare nomen indidit ſanctiſſima Virgo, cùm ſe Verbo incarnando matrem admirabili quadam humilitate, ſimul & pietate obtulit: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundum verbum tuum.* Luc. 1.

Pſal. 115.

B. Mariæ nomen, Ancilla Domini.

Luc. 1.

16. Rab. Salomon. cum Hebræis, & pluribus noſtrorum arbitratur Dauidem pro matris ſuæ, cuius fuit inſignis in Deum pietas, meritis, ac virtutibus bonam illam, & pretioſam in conſpectu Domini mortem ab ipſomet deprecari; ſed planè typus Chriſti extitit. At illud eſt ſummæ admirationis, quòd Dei filius Deus homo ab æterno Patre ſubeundæ morti opem implorans matris ſuæ merita fretus adducat. Ne quæſo ô Pater me in tot, tantiſque doloribus, atque vituperiis peracerbæ, atque inhoneſtæ in Cruce mortis derelinquas; tuam quippe mereor opem vtpote verus, & vnicus filius Mariæ Virginis, quam mihi vnam inter omnes mulieres matrem elegiſti. O eximiam beatiſſimæ Virginis Deiparæ laudem! O gloriam incomparabilem! Tanta eſt Mariæ gratia, tanta potentia, vt etiam ipſemet Deus homo, quòd illius ſit filius, ſua in morte Dei Patris promeritum imploret, impetrétque præſidium. Profectò huiuſmodi obſecrationem (*O Domine quia ego ſeruus tuus, & filius ancillæ tuæ*) Chriſtus Dominus iccircò pronuntiat, vt palàm doceat fideles quantam vim habeat in morte Beatiſſimæ Dei matris inuocatio: quàm ſalutare, validúmque ſit præſidium in ipſo ſuauiſſimo nomine Mariæ. Meritò vnus ex antiquis Patribus dicere ſolebat: *Nomen Mariæ eſt portarum paradiſi reſeramentum.* Clauis nimirum communis omnium portarum paradiſi, quæ pro diuerſis meritis diuerſæ item ſunt, vna ſcilicet martyribus, alia virginibus, alia confeſſoribus, ſua tandem cuique prædeſtinatorum porta eſt ad ingreſſum cœli deſtinata, ſed reſerandis omnibus vnam veluti communem (magiſtram vulgo dicunt) clauem diuina ſapientia fabricauit. Hæc eſt beatiſſima ſemper Virgo Maria Dei mater: ſe... nauis dulciſſimi nominis Mariæ inuocatio. Quid quod etiam magnis peccatoribus clementiſſima Dei genitrix portarum eſt paradiſi reſeramentum? quippe qui ad eam confugientes, eiúſque pulcherrimum nomen ſuppliciter inuocantes, & ad pœnitendum ritè de peccatis, & ad piè ſanctéque moriendum optatiſſimam Dei miſericordiam conſequuntur.

Incomparabilis B. Mariæ gloria.

B. Mariæ merita Patri ſuo Chriſtus repræſentat.

Mirã habet vim in morte S. Mariæ inuocatio.

Clauis magiſtra cœli B. Maria.

Mirum in B. Maria præſidium peccatoribus.

SECTIO VII.

Apparuit autem iterum Deus Iacob poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ, benedixítque ei, dicens: Non vocaberis vltrà Iacob, ſed Iſraël erit nomen tuum. Et appellauit eum Iſraël.

1. QVinque referuntur Dei viſiones factæ Iacob, de quibus in præcedenti hiſtoria ſatis dictum eſt. Dein hoc ipſo capite duæ commemorantur, ſúntque omnes numero ſeptem. Quia verò hæc vltima, quam aggredimur commentandam, ſecunda eſt poſt illam, quæ paulò ante facta fuit Iacob pòſt cædem Sichimitarum, cùm iuſſus à Domino eſt ire Bethel, ibíque ſacrificare, ne videlicet eum hac ipſa ſexta initio huiuſce capitis deſcripta, ſimul vna, eademque eſſe putaretur; propterea ſacer ſcriptor ponit vocem illam (*iterum*) reſpectu ad proxime antecedentem. S. Chryſoſt. referri putat in voce (*iterum*) ad locum ita inquiens. *Non ſine cauſa adiecit hoc verbum* (iterum) *vt diſcas, quod prius etiam in hoc loco apparuit ei Deus quando fugiens fratrem in Meſopotamiam contendebat. Itaque & nunc ait: Sicut viſus eſt ei tunc abeunti, ita & nunc redeunti apparet in hoc loco.* homil. 61. in Geneſ. In quo virtus Iacob, inculpatæque vitæ puritas maximè demonſtratur. Enimverò ſi iuuenis à domo, & conſuetudine ſanctorum parentum digreſſus, exul, peregrinus, paupérque, ac ſolus ob eximias innocentis animi virtutes dignus fuit aſpectu, & colloquio Dei, hoc eſt, Angeli vicem Dei gerentis: profectò cùm iam maritus plurium vxorum, pater numeroſæ prolis, dominus amplæ familiæ, in magnâ rerum affluentiâ rediens in patriam iterum atque iterum diuinis aſpectibus, & colloquiis honoretur, inſigne poſteris ſuæ probitatis argumentum relinquit. O virum egregium, quem nec abſentia parentum prioris ſuæ fecit immemorem inſtitutionis: nec tam diuturnæ peregrinationis labor ignauum reddidit: nec multiplicata coniugia onerarunt: nec filiorum turba præpediuit, nec tantæ familiæ oppreſſit ſolicitudo: nec ipſa magnarum opum abundantia (vti ſolet) dementauit. Nec denique (quod penè miraculum eſt) tot per annos inter idololatras in domo Labani moribus peſſimi, nefandorúmque rituum ſacrilegiis inquinati tam periculoſa, quàm probroſa conſuetudo ita mentem illius ſenſúſque peruertit, vt de priore ſtatu virtutis, vel tantulum decideret, ſuæque in Deum pietati, vel tenuem infidelitatis, & improbitatis Labani, ac Syrorum labem inſperſam vir ſanctiſſimus referret.

D. Chryſ.

Iacobi virtus eadem ſemper.

Sanctus etiã in matrimonio Iacob.

Admiranda in omni ſtatu virtutes Iacob.

2. Nunc ergò poſt tot pericula innocentiæ, qui ſemel antea Dei congreſſum promeruit, iterum, atque iterum ab ipſo Deo inuiſitur, & recreatur. Quamobrem nihil eſt in vita tam aduerſum, tam turbidum, ac periculoſum, quo mens verè ſapientis, iuſtique viri diuino adiutus præſidio animus, etſi pertentetur, conuelli, & labefactari poſſit. Optimè Iacob à Philone Hebræo *vocatur virtutis meditator, qui apponitur ad meliora, & relinquit deteriora.* lib. de ſacrif. Abelis. Simul etiam vide, quantæ ſit laudis in virtutum operibus ſtudiiſque proficere; dignus quippe duplicatâ Dei viſione cenſetur Iacob. *Ille ſcilicet* (vt loquitur idem Philo) *meditator exantlans virtutis certamina, permutans aures pro oculis, verba pro operibus, profectum pro perfectione, benigniſſimo Deo volente illuſtrare mentis eius oculos.* lib. de Temul. Nihil ſic tam proprium, ſic tam optabile, dulcéque viris iuſtis, quàm vt in virtutis ſchola nonnos quotidiè faciant progreſſus, & in cœleſtium mercium negotiatione plus in dies eluctentur. Pulchrum illud ac ſalutare conſilium, quod viro ad perfectionem ſublimioris vitæ anhelanti præbet S. Gregorius Nazianz. *Nec modum ſibi vllum honeſtè viuendi, atque in virtute progrediendi conſtituas, nec lucro potius id, quod complexu tenet,*

Philo.

Grandis in virtutibus profectus Iacob.

Nihil tam proprium viro iuſto, quàm vt quotidie creſcat.

D. Greg. Nazian.

A

quàm detrimento id, quod effugit deputet. Verùm quod pedibus eſt, aſcenſum ad id quod deinceps ſequitur eſſe arbitretur, nec virtutem, quæ Deo debetur, exiguâ lance perpendat. Apolog. 1. Certè nullus nec meritorum, nec bonarum actionum, nec etiam ipſius diuinæ gratiæ, atque mercedis æternæ circumſcripta limitibus eſt Chriſtianæ virtutis perfectio; quippe cui diuinitatis ipſius proponatur imitanda perfectio à Chriſto Domino. *Eſtote ergò vos perfecti, ſicut & Pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* Matth. 5.

Chriſtianæ perfectioni nullus eſt terminus.

Matth. 5.

Deo debitũ non ſtrictè ſoluendum.

3. Deinde tantum Deo, in quo viuimus, mouemur, & ſumus, homines debemus, vt ingrati planè, atque infidi habeamus, ſi quod illi perſoluimus obſequium, ſtrictâ quadam trutinâ perpendamus, & vix iuſtâ menſurâ non verò liberaliùs extensâ metiamur.

B

Apparuit iterum Deus Iacob, videlicet in præmium illius aræ, quam extruxerat, & victimarum, quas obtulerat. Fidus quidem & promptus, & magnificus eſt Deus, noſtri, cuiuſcunque remunerator. Nemo vnquam Deo gratis ſeruiuit, vltrà menſuram humani officij ſemper diuinæ mercedis protenditur beneficium.

Nemo gratis Deo ſeruiit.

Vltra meritũ ſunt Dei beneficia.

Vide quid Petro fecerit Dominus. *Aſcendens in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere puſillum, & ſedens docebat de nauicula turbas.* Luc. 5. Duo quidem Domino præſtat inſeruiens Petrus; ſcilicet nauim ſuam pro ſuggeſto ad prædicandum aſſumi permittit, eámque remis ſubigens in altum pauliſper retrahit. Vulgare quidem hominis officium parúmque laborioſum Petri obſequium.

Luc. 5.

C

At quid tandem Dominus Petro in præmium contulit? *Vt ceſſauit autem loqui, dixit ad Simonem: duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam*, Luc. 5. Ad verbum ſcilicet Domini iubentis in pelagus retia extendere, tantam Petrus cepit piſcium multitudinem, vt illis, & ſuum, & vicinorum rete aliud adimpleret. Quo loco benè occurrit Theophyl. *Quia turbam de nauicula Dominus inſtruxerat, non ſine mercede dominum nauiculæ dereliquit, dupliciter beneficans illum; quia primò dedit ei multitudinem piſcium, & deinde diſcipulum ipſum fecit.* O naulum magnificum! ô pulchram mercedem! ô fortunatum Petri obſequium! ſed ô (liceat dicere) nimium, ac prodigum redditorem!

Luc. 5.

Paruum Petri obſequium duplici beneficio Chriſtus remunerat.

Theoph.

Chriſtus redditor prodigus.

D

4. Quin etiam ad illuſtriorem diuinæ magnificentiæ demonſtrationem illud frequenter vſu euenit, vt non modò rectè operantem, ſed vel tantùm de opere cogitantem, ac deliberantem diuinæ gratiæ ſequatur beneficium aliquod admirabile. Audi obſecro, quid cum Dauide Dominus egerit: Cogitabat Rex de conſtruendo in Dei ſui cultum templo Hieroſolymis; denique ſecum ſtatuit in opus tandem prodire, cùm ſubitò Nathan Propheta nuncius Dei occurrit pro templi extruendi, vel ipſo tantùm interno decreto admiranda quædam promittens beneficia. *Prædicit* (inquiens) *tibi Dominus, quod domum faciet tibi Dominus.* 2. Reg. 7. O rem incredibilem!

Vel diuini officij bonus cogitatus à Deo ampliſſimè remuneratur.

2. Reg. 7.

E

Cogitauit Dauid ædificare templum Deo ſuo, & quamuis non ædificauit, pro ipſo ſolo ſtructuræ cogitatu pollicetur Dominus Deus, ſeſe nouam, & æternam domum Dauidi conſtructurum! Obſtupuit ſanè Rex inauditam ſeculis diuinæ bonitatis magnificentiam. *Quis ego ſum* (exclamat) *Domine Deus, quia adduxiſti me huc uſque? Sed & hoc paruum viſum eſt in conſpectu tuo Domine Deus, niſi loquereris etiam de domo ſerui tui in longinquum.* 2. Reg. 7. Meritò Dauid obſtupeſcit, vt ſcilicet Dominus ſeruo domum ædificet: & qualem? vtique diuinam, vtique ſempiternam: Videlicet Deum hominem factum ex muliere, natum ex ſemine Dauid. ſeu potius domum Dauidis intelligit ſacroſanctam illam humanitatem ex Virgine matre deſumptam, diuinitatique & perſonæ Verbi æterni adunitam, vt interpretatur Theodoret. *Quod autem* (adiungit) *ex ſancta Virgine ſumptam carnem, & ipſe ædificauerit, & ipſam appellauerit templum, docuit* Ioann. 2. *Soluite templum hoc, dicebat de templo corporis ſui.* quæſt. 22. in 2. Reg.

2. Reg. 7.

Chriſti humanitas domus ac templum Dei.

Theod.

5. O auguſtiſſimum diuinitatis templum, & hominibus ad venerandum, ad propitiandum, ad inuocandum Deum ſanctiſſimum, & iucundiſſimum; nempe Dei hominis carnem! Expugnauit Dauid, cepitque Hieruſalem; dein voluit in ea templum Deo conſtruere; ergo tam pium ſancti animi decretum beneficentiſſimus Deus ſic honorat, vt nouam aliam, longéque pulchriorem, ac ſublimiorem ciuitatem illi attribuat, beatiſſimam dico Virginem Dauidis neptem, in qua Deo, Angelis, & hominibus domum ædificet, Chriſtum Deum hominem.

Chriſti caro templũ Dei.

At quàm appoſitè Virginem Dei matrem ſymbolo Hieruſalem ſignificari dicit Theodoretus? quo nomine illam ipſe ſanctus Spiritus deſcripſit: *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Hieruſalem.* Cant. 6. Duo vel maximè Deus celebrat in Virgine, nobiſque veneranda proponit: ſuauitatem, & decorem. Nihil in Virgine violentum, durumque, & immite; nihil non blandum, mite, dulcéque; nihil in ea vel deforme, vel obſcurum, aut etiam ineptum & inconcinnum, cùm ne labes quidem originalis reatus illius conceptionem macularit, nec vitam, moréſque, leuis, aut venialis culpa offuderit. *Tota enim pulchra eſt, & macula non eſt in ea.* Sed in quo nam ſit ſuauis, & decora, quærit Rupertus; reſpondetque: *In eo videlicet quod & anima Virginis ſemper ſupernam videt pacem; & ex viſitatione illius diſcunt animæ plurimæ cœleſtem ducere conuerſationem; vnde & dicuntur filiæ Hieruſalem.*

B. Mar a noua Hieruſalem.

Cant. 6.

B. Maria pulchra & ſuauis.

B. Maria conceptio abſque reatu originali.

Rupert.

Mihi non perſuadeo Hieruſalem hoc loco intelligi, quæ in terris erat. Nam quid illa omnium vitiorum, atque abominandorum idololatriæ rituum fœditatibus deturpata, deformius, & horribilius? Porrò quid illâ crudelius, quid truculentius, quæ à Prophetis, crebrò appellata eſt leæna, leo, pardus, ſerpens, & beſtiarum cubile, ſylnáque ferarum: quæ Prophetarum cædibus deformata ipſum denique Meſſiam Patribus à Deo promiſſum ſuſpendit in ligno.

Terreſtri Hi[illegible]alem nihil impurius, ac deformius.

6. Dicitur ergò Beatiſſima Dei mater ſuauis, & decora, ſicut Hieruſalem, videlicet illa, quæ cœleſtis patria beatorum, ſedes Dei; hac nihil ſuauius, quæ torrente voluptatum irrigatur: lacteque, ac melle perenniter manante, non ſtillat modò, ſed largiter pluit, in qua delicias ſuas Deus ipſe habet habitare cum filiis hominum, quos prædeſtinauit, fecitque cohæredes gloriæ ſuæ: hac etiam nihil pulchrius; vbi Angeli, beatique hominum ſpiritus pulcherrima Dei facie perfruuntur; & in eandem diuinitatis imaginem immenſo ſuperfuſi lumine transformantur. Itaque cœli decorem, & ſuauitatem Virgo Deipara cùm in terris viueret, non ad viuum modò in ſe referebat expreſſa, ſed planè omninò vincebat. Nam ſub Deo nihil æquè blandum, ac ſuaue, nihil tam decorum, ac mundum, aut eſſe, aut excogitari poteſt, atque puriſſima corpore, & animâ Virgo Dei mater. Igitur ó Domina qualem te finxit Dei manus, talem te nobis exhibe; tuæ

Hieruſalem cœleſti nihil purius & pulchrius.

Sub Deo nihil tam ſuaue, tam pulchrum, quàm B. Maria.

pulchritu

Imploratur B. Mariæ gratia.

pulchritudinis emicent quæſo fulgores, quibus noſtrarum mentium euaneſcat obſcuritas, fœditas detergatur. Suauitatis in ingenio, manſuetudinis in corde, lenitatis in ore, in voce dulcedinis, caritatis in opere, (quæ ſumma omnia in te extiterunt) aliqua ſaltem vel gutta, vel vmbra nobis inſideat, vt meritò filiæ Hieruſalem nominemur; & te mitiſſimam illam ouem, ex qua natus eſt agnus *Dei qui tollit peccata mundi*, imitando, amando, & celebrando agni, ouéſque ſequamur. Heu me quàm longè diſtamus miſeri à matre, & filio Dei, qui noſtris rixis, odiis, ſimultatibus, ſeditionibus, bellis, internecionibus lupi omninò videmur, ac ſumus? Quid ergò nobis miſeria fiet, niſi vt à Deo, Deíque matre omnem inhumanitatem exoſis in ſempiternum derelinquamur? B Agnus eſt filius, ouis eſt mater; paſtores ambo ſunt, gregéſque, & caulas habet, ſed ouium quidem non luporum. *Paſce oues meas; Paſce agnos meos.* Ioann. 21. Petro dicitur. Ergo (ſubintulit optimè S. Chryſoſt.) *tunc à nobis paſtoris auxilium recedit, qui non lupos, ſed agnos paſcit.* homil. 34. in Matth. At quid miſeris fiet, IESV, & Mariæ præſidio deſtitutis?

Abhorrenda in Chriſtianis crudelitas.

Ioan. 21. S. Chryſ. Chriſtiani agni & oues Chriſti.

7. *Benedixítque ei.*] Benedicere Dei, vt ſæpè animaduertimus, eſt benefacere. Et cùm Deus homini mutarit nomen Iacob in Iſraël, inſignéſque rerum in futurum maximarum promiſſiones adiunxerit, Deíque verbis infallibiliter opera ipſa reſpondeant, quin verò etiam operatiua ſit vox ipſa Dei; C proculdubiò Dei benedictio, de quâ hic agitur, illa omnia diuinitùs facta Iacob complectitur beneficia. Hoc ſenſu locum explicant Caiet. Perer. Delrio, Lyppom. Sed quid boni Iacob nunc operatus eſt, quo tam admirabilem Dei gratiam promeruerit? Vbi votum (reſpondet Rupert.) *ſoluit Iacob, benedictionem percipit.* Mirare quæſo Dei bonitatem. Votum quod pro reditu in patriam Iacob emiſerat, nunc tandem ſoluit in Bethel, reddidítque haud dubiè, quod debebat; & ex eo tamen, quod perſoluit debitum, efficit ipſum Deum anteà creditorem, vt quaſi obligatus nouo aliquo ſerui ſui obſequio, eidem noua pro debito conferat beneficia. Verùm enim verò noſtra merita licèt (non quidem ad primam D gratiam) ad Dei dona exigantur, profectò, & illa iſtis minimè æquiparantur: & diuina bonitas quæ iure optimo à Philone vocatur *gratiarum mater.* lib. de migrat. Abrah. ſuum potiùs ingenium quàm hominis meritum in benefaciendo reſpicit. Ad hæc mirandum in modum ſeſe nobis explicat Dei beneficentia. Donat quidem, & gratis donat, nihil domi ſuæ habet venale; mercatur, non vendit. Iuſſit aliquando diſcipulis Chriſtus Dominus, vt appoſito cibo turbas alerent in ſolitudine: fieri nequaquam id poſſe dixerunt ex quinque panibus, ac duobus piſcibus: *Niſi fortè* (adiungentes) *nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam eſcas.* Luc. 9. Agunt de cibo emendo, myſterium tamen adhuc ignorantes, vt E S. Ambroſ. his verbis exponit: *Nondum intellexerant Apoſtoli cibum populi credentis non eſſe venalem; nouerat Chriſtus, nouerat ipſe nos potiùs eſſe redimendos; ſuas verò epulas gratuitas donat.* Reficit Dominus gratuito epulo, non venali; ſuum nobis dat gratis, noſtrum coëmit; nos ſibi ſuo redimit ſanguine, ſeipſum nobis gratis donat. O amabilem! ô pulchram! ô dulcem Dei bonitatem! Verè omnium matrem gratiarum!

Rupert. Debita cùm ſoluimus Deo, denuò facimus illum debitorem.

Dei bonitas gratiarum mater. Philo.

Luc. 9.

D. Ambr. Deus ſua nobis gratis dat, noſtra coëmit.

8. At prudenter quidem Apoſtoli de comparando ab hominibus cibo, *vt emamus*, inquiunt: A nouerant quippe hominum ingenium, qui nihil habent non venale, a quibus niſi emas non accipis; aut nihil dant gratis, aut ſi abſque pecunia dabunt, hoc ipſo carius vendunt, cùm eos, quibus quidpiam donant, ſic obligatos ſibi deuinctóſque habere volunt, vt memoriæ beneficij, velut ſtigmate inuſta mancipia ſuum in obſequium emiſſe videantur: aut (quod in vſu frequens eſt) ſuis quaſi hamatis munuſculis pretioſiora munera expiſcentur. Naſcitur hoc ex ſumma hominis inopiâ, qui propterea dat venditque quod habet, vt inde quod non habet, acquirat. At Deo nihil ex datis decreſcit, acceptiſve accreſcit: *Dixi* (ait Propheta) *Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Pſalm. 15. Quid ais ô B ſanctè Propheta? Deum tuum ex eo cognoſcis, ac dicis, quia mundum creauit, & gubernat? Non ex eo dicit; ſed quòd nullius indiget, & ſine quo nihil eſſe, aut fingi poteſt. Noſtrâ quidem Deus ſeruitute non eget; nos ſine illius dominatione haud eſſe poſſumus: *nobis, non Deo vtilia pietatis exercentur opera:* ait S. Auguſt. ad hæc verba Dauidis epiſtol. 5. *Diues in miſericordiâ vocatur Deus à Paulo*, ad Epheſ. 2. *Non enim quia nobis ex aliquo indiget, ſed quia bonorum omnium fons habere vult, quibus miſericordiam impendat, & ſuas diuitias communicet, nos creauit.* Hanc Dei bonitatem etiam Plato philoſophus agnouit, licèt Deos nefariè multiplicet, cùm ab illo dicitur: *Erga Deos pietas grata, non illis verò vtilis.* in Enthy.

Nihil homines dant gratis.

Hamatis homines muneribus expiſcantur.

Pſal. 15.

D. Auguſt.

ad Epheſ. 2. Deus bonorũ fons non indiget nobis.

Plato.

C 9. *Non vocaberis vltra Iacob, ſed Iſraël erit nomen tuum.*] Cum nouis gratiæ donis ac virtutibus nominis noui confirmatio fit. Non tullit prorſus nomen Iacob; ſic enim deinceps etiam appellabitur, ſed nouum iſtud adiungitur. Senſus igitur eſt. Non amplius ſolo nomine Iacob, ſed etiam nouo Iſraël compellaberis. Denotat verò noui huius nominis adiectio vberiorem tunc fuiſſe gratiam datam Iacob, hominémque fuiſſe in virum meliorem prouectum, & ad præſtantioris ſtatum virtutis. Enimverò vti ſæpiùs adnotauimus, Iacob iuxta ſuam etymologiam eſt ſupplantator; Iſraël princeps cum Deo; in illo ſignificatur proficiens in virtutum ſtudio, ac multùm, diúque verſatus, & exercitatus in vitâ actiuâ: in D hoc autem exprimitur ampliore iam virtute præditus, & gratiâ Dei auctus, atque ad excellentiorem vitæ contemplatiuæ ſtatum præcipuè deinceps tuendum, & colendum promotus. Benè Philo Hebr. *Iacobum appellat virtutis meditatorem.* lib. quod der. pot. inſid. Multo, & magno, atque infatigabili ſtudio ad comparandam virtutem opus eſt. Natura ſiquidem hominis peccato corrupta in vitium ſponte, in virtutem coactè impellitur. Aduerſo flumine, ventíſque reluctantibus cymbam trahit, qui ad virtutem ſudando, adremigandóque contendit. In vitium amnis fluentum ſecundus ventorum flatus, appetitionum remi ociùs Euro mentem hominis tam placidè, quàm perditè deducunt. Exercitator eſt, qui E nauat operam virtuti, meditator eſt quippe in hac vna cura, & ſolicitudine omnium, quæ in vita ſunt, & vtiliſſima, & difficillima, die, nocteque occupatur.

Ex vitâ actiuâ in contemplatiuam profectus.

Phil. Hebr. Virtutis meditator Iacob.

Laborioſa virtus.

Nimia peccandi facilitas.

Summæ virtutis cura & ſtudium.

10. Hanc virtutis, ac vitij diſparitatem videtur Propheta ſubtili quodam ſymbolo expreſſiſſe, cùm huiuſmodi iuſſus à Domino quæſtionem proponeret ſacerdotibus: *Si tulerit homo carnem ſanctificatam in ora veſtimenti ſui, & tetigerit de ſummitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum; nunquid ſanctificabitur? dixerunt;*

Agg. 2.

deſerunt? Non. Agg. cap. 2. Vides tot, ac tanta, quæ in templo Domini ſanctitatem dicuntur habere, & nihil tamen eorum hominis pallio, in quo fertur, vel tantillum imprimere ſanctitatis; nam ægrè admodum abluitur pollutum pallium, ægerrimè ſacrorum libaminum contactu munditiem vllam, ac religionem contrahit. In hoc ſenſu quæſtionem propoſitam explicat S. Gregorius Nazianz. *His verbis* (inquiens) *Propheta ſignificat virtutem huiuſmodi eſſe, vt eam homines non niſi ſummo labore adipiſci queant; quemadmodum nec humida materia ignem facilè excipere ſolet.* apolog. 1. Vide nunc quam nullus ſit in vitio labor; quærit deinde Aggeus. *Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Reſponderunt, contaminabitur.* ibidem. Nimirum qui legali eſt immunditiâ pollutus, quòd nimirum tetigerit morticinium, vel ſi ſemel cibum, vinum, oleum, &c. proculdubiò ſuam contactu ſuo rebus illis transfundet impuritatem, adeò facilè vulgatur vitium; citoque ac tenaciter adhæreſcit. Audi Nazianz. vlterius: *Contra ad vitij perceptionem omnes ferè prompti ſunt, non ſecus, ac ſtipula ad ſcintillam, & ventum ob naturæ ſiccitatem facilè accenduntur, atque conſumuntur.* Eſt igitur natura hominis ad concipiendum virtutis ardorem ſtipes humidus, ad flammam vitij etiam ex leni quadam exorti ſcintilla imbibendam ſtipula eſt, ſtupáque & olei fomes. *Quare* (vti adiungit Nazianz.) *cuius exiguum vitium vberrimè largiſſiméque cuipiam impertiri poteſt, quam vel copioſiſſimam virtutem communicari.* Hæc Nazianz.

Summus ad virtutem labor.

D. Greg. Nazian.

Agg. 2.

Facile vitiū contrahitur, & vulgatur, difficilè eximitur.

S. Gregor. Naz.

Homo ad virtutem ſtipes humidus, ad vitium ſtupa.

S. Gregor. Nazianz.

A B C

11. Aduerte virtutis ſtudioſum, cùm ſeſe in hac diuinâ exerceat ſcholâ, & aſſiduè in hac ſapientiâ meditando vitam impendat, in dies quotidiè ſic accreſcere, vt nouis ſemper auctus meritorum incrementis, vti ex Iacob in Iſraelis nomen, dignitatémque procedat. Haud naſcitur quidem virtus, ſed acquiritur; nec ſemel tandem acquiſita totam ſuam perfectionem exerit, paulatim creſcit vti fructus, qui longa poſt tempora maturuerunt, quod etiam in ipſamet iuſtitia, ſiue ſanctitate, quam Deus ſol iuſtitiæ, ac magiſter ſanctitatis mundo attulit, paulatim huiuſmodi facta incrementa docet egregiè Tertul. his verbis: *Sic & iuſtitia (nam idem Deus iuſtitiæ & creaturæ) primò fuit in rudimentis natura Deū metuens; dehinc per legem, & Prophetas promouit in infantiam, dehinc per Euangelium efferbuit in iuuentutem: nunc per Paracletum componitur in maturitatem.* lib. de vel. Virgin. cap. 1. Hoc ipſum in Iacob viſum eſt, qui ab vtero matris, in quo nondum vitali fruens aura iam incipiens cum fratre colluctari; deinde natus, adoleſcens poſteà, vir quoque, atque adeò ſenex ad hanc vſque nominis mutationem athleta virtutis in omni negotiorum, curarúmque certamine, atque in periculorum, laborúmque palæſtrâ conſtantiſſimè ſanctiſſiméque fuit exercitatus. Pulchre Phil. Hebræus ſcribit: *Virtutem Reginam, principem, ac ducem eſſe negotiorum, quæ in vita geruntur,* lib. de nomin. mutat. Illam Iacob ab vtero ducem ſecutus inter multiplicium negotiorum, ac laborum Syrtes, & Charybdes proſpero ſemper mentis ſtatu velificatus, ad portum denique contemplantis vitæ perueniens, & videntis Deum, & principis cum Deo glorioſam nomenclaturam, ac feliciſſimam obtinuit dignitatem.

Paulatim ſumit virtutis incrementa.

Tertull.
Iuſtitia in mundo triplex ætas.

D

Gradus & progreſſus Iacob in virtutibus.

Phil. Hebr.
Virtus princeps duxque negotiorum.

E

Feliciſſima Iacob cum virtute nauigatio.

12. Nihil cum virtute non ſecundum, non felix, fauſtúmque eſſe poteſt. Quid quòd etiam ethnicis viris ſolo naturæ lumine philoſophantibus ea mentibus inſedit opinio, vt nullum nec humanum negotium, nec architecturæ opus abſque virtute, aut tectogeni, aut perfectè abſolui poſſe arbitrarentur. Enimverò Vitruuius princeps, ac ductor architecturæ ad hunc modum ſcribit. *Philoſophia perficit architectum, vt non ſit arrogans, ſed facilis, ac fidelis, animo magno, ſine auaritia, nullum enim opus verè ſine fide, & caſtitate fieri poteſt: hæc philoſophia præſcribit.* Refert hæc omnia ex Vitruuio Clemens Alexandr. Stromat. 1. Mira quidem ſententia hominis ethnici, vt architecturam, opúſque aliud ſine virtute perfici non poſſe dicat, ac ſi iudicet ædificium ab improbo, impuróque architecto conſtructum iſtius vitiis pariter inquinari. Iacob diximus cum nomine ſimul virtutis ſtudium ab vtero luctatorem vſque ad Iſraelis nomen tuliſſe. Luctatus in vtero cum fratre, dein natus cum aduerſitatibus vitæ, carniſque vitiis, ac demum (quid vnquam ſimile contigit?) cum ipſomet Deo admirabilem luctam cum victoria ſuſtinuit. Nimirum iam indè ab infantia virtus ſuſcepta, pérque ætates deinde continuata in rerum maximarum glorioſa facinora exuberat, atque in memorabiles triumphos euadit. Quid eſt, quod in templo Salomonis, 2. Paralip. 6. & 7. *viſebantur leunculi aurei, leones argentei?* Profectò aurea cenſetur virtus, quæ ab infantia ſuſcipitur; magni à Deo fiunt, qui à tenerris annis Deo ſe dedicant, atque in ſtadio virtutis, etſi laborioſum, valde tamen glorioſum luctamen aggrediuntur; aurei ſunt leunculi; aurei propter eximium, & incomparabile pretium: leunculi, propter infantilem ætatem; aurum offert, qui à puero Deo præſtat obſequium; in ſenibus, ſi leones ſint, ſi luctatores cum Iacob, ſi de virtute agant argentum bonum illud quidem, ſed auro tamen inferius meliſſe videtur.

Abſque virtute nihil rectè geritur.

Vitruu.

Clem. Alex.
Sine virtute non conſtat architectura.

Mira Iacob incrementa virtutis.

2. Paral. 6.
Aurea virtus ab infantia.

Argentea virtus in ſenibus.

13. Cæterùm ex ſymbolicâ vitâ Iacob auſim ego colligere virtutem, quæ ab infantia ſit aurea, ſi deinceps continuetur vſque ad canos; planè tunc in ſenio, longè præſtantiorem auro, margaritis; aut verò potiùs cœli ſyderibus comparari. Eia nunc pueri; eia vos ſaltem adoleſcentoli virtutis ingreſſi agonem Iacobi nomen, ſtudiúmque aſſumite. Pulchriorem iſtam ætatem, iocundiores annos Dei veſtri dedicate obſequio. Florentes enim pro nobis iuuentutis annos Cruci affixit Dominus IESVS, vt nos pudeat noſtram in longum differre ſalutem; & illius obſequium, non niſi poſt canos, & effœtam ſenectutem velle ſuſcipere. Contrà verò, quæ vitia primoribus annis inſident, ſic pertinaciter inhærent, vt poſtea vel in grandæuâ ætate difficilè admodum euellantur. Nullum ferè à multis, qui à Domino curati ſunt dæmoniacis legimus ſic prædurum, ſic obſtinatum in corpore humano, ſic adeò obnixum non cedere, vel ipſis etiam Chriſti Domini Apoſtolis extitiſſe, atque illum de quo multa ſcribit Marc. 9. Tandem ergò Dominus malum illum, ac pertinacem ſpiritum expulſurus interrogat: *Quantum temporis eſt, ex quo ei hoc accidit? at pater ait: ab infantia, & frequenter eum in ignem, & in aquam miſit, vt perderet.* Marc. 9. Malum, ſcilicet, vitium, ac dæmonium quod ab infantia impreſſum geſtatur; rarò vnquam expellitur, ſic altas radices habet infixas, vt non niſi per miraculum diuinâ tandem potentiâ conuelli, ac propulſari poſſit. Magnam profectò vim habet ſeu virtus ſeu vitium primori ætate ſuſceptum.

In ſenio virtus ſyderibus comparata.

Excitantur ad virtutē pueri, iuuenéſque.

Chriſtus in florida iuuentute crucifixus.

Vitia pueris imbibita pertinaciter perſeuerant.

Marc. 9.

14. Denique vt præſens commentarium de

nominis

nominis huiuſmodi mutatione concludamus, animaduerte primò quidem Iacob, dein Iſraël nominari, & hoc illius velut præmium donari nomen. *Mutatur* (ait Philo) *Iacobi nomen in Iſraelem; Iacob enim eſt, qui impetit calcibus ſupplantator; Iſrael vocatur Deum videns. Supplantatoris opus eſt virtutem colere, iſtud non ſine contentione, & labore conſueuit fieri. Veruntamen Deum videntis proprium eſt è ſacro certamine non egredi, prius quàm retulerit coronam, ſed ob adeptam victoriam præmia tollere.* lib. de nom. mut. Illud obiter aduertendum velim, cùm nomen Iſraël duplicem habeat ſignificationem, vt iam alibi adnotauimus, eam maximè placuiſſe Philoni Hebræo, vt videns Deum Iſraël ab autore transferatur; licèt potior ſit, & diuinæ ſcripturæ congruentior ea ſignificatio, principis cum Deo. Ac Philo quidem in ſua perſiſtens etymologia adiungit. *Quanam floridior, aptiórve corona victori animo necti poteſt, quàm illa, per quam ea quæ ſunt, acutè videri valeat?* Nimirum, per virtutis ſtudium, luctaménque cum prauis affectionibus, tandem ſuppreſſis, ac prorſus conſopitis ſapientia rerum diuinarum pro præmio in hac vita donatur. *Præclarum igitur* (concludit) *animo virtuti operam danti præmium proponitur vt oculatus fiat ad perſpicuam eius perceptionem, quod ſolum contemplatione dignum eſt.* Eſt quidem vita in primis actiua, dein ſubſequitur contemplatiua. Lucta eſt illa, iſta corona; pugnat illa, iſta triumphat: illa per mare nauigat, iſta quieſcit in portu; illa per totam vitam deſudat, nec vltra vitæ limites egreditur; iſta cum in hac vita cœperit quieſcere, in altera cum Deo in ſempiternum quiete, gaudióque perfruetur. Illa Martha, iſta eſt Maria; ſeruit illa ſolicita, ſatagit circa frequens miniſterium; *iſta meliorem partem elegit, quæ non auferetur ab eâ.* Denique ne quid eruditionis ad præſentis loci maiorem explicationem deſit; animaduertendum eſt verba futuri temporis apud Hebræos frequenter denotare debitum quoddam, & decentiam, vt egregie adnotarunt ex noſtris doctiſſimus Ribera in c. Malachiæ, & Pereira hoc loco, vt illud; *Filius honorat patrem.* Malach. Hebr. *Filius honorabit patrem*, quo ſignificatur debitum eſſe, atque officium filij honorare patrem. Idem oſtenditur multis aliis in locis. Quare non vocaberis Iacob, id eſt, non erit æquum, nec decens, ſi ſpectetur tua fortitudo, vt voceris Iacob ſupplantator, ſed Iſraël princeps cum Deo.

Philo. *Inſiſtendu in virtute vſque ad coronam.*

Vita actiua eſt lucta, contemplatiua verò corona Philo Hebr.

Vita contemplatiua præmium actiuæ.

Luc. 10.

Malach 1. *Debitum honorare patrem cum ... filii.*

SECTIO VIII.

Ego Deus omnipotens, creſce, & multiplicare: gentes & populi nationum ex te erunt, Reges de lumbis tuis egredientur.

1. HEbr. *El Saddai.* Duo Dei nomina. *Poſtremum* (inquit S. Hieron.) *Aquila interpretatur, ἀλκιμον, ἀλκιμον, quod nos robuſtum, & ſufficientem ad omnia perpetranda accipere poſſumus.* epiſtol. ad Marcellam. At LXX. cum Hebr. duo nomina Dei ponunt, *El Saddai*, vnum tantummodò vertunt *θεός*. Etenim apud Græcos, & Latinos præter *Theos, & Deus*, non extat aliquod aliud nomen ſubſtantiuum, quo poſſit diuinitas exprimi: at apud Hebræos decem nomina Dei, vt animaduertit S. Hieronym. reperiuntur. Præmittit verò Deus, & quaſi commendat ſuam omnipotentiam, vt Iacob intelligat dubitandum ſibi non eſſe de Dei beneficiis, cùm Deum omnipotentem, & omnibus ſufficientem ſemper conſiderauerit. Vana eſt ſpes, ac fiducia, quæ ponitur extra Deum, vbi ſcilicet, nec omnipotentia, nec plena ſufficientia eſt. *Non ſaluatur Rex per multam virtutem. Fallax equus ad ſalutem.* Pſalm. 32. Florentiſſimum licèt habeat Rex equitatum, Deo potiùs credat, in Deo amplius confidat, ſine quo nihil vanum, infirmúmque prorſus non ſit. Ideircò Dominus populo ſuo conſulens iubebat: *Cum fuerit Rex conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos.* Deuteron. 17. Copioſum equitatum, atque adeò grandem belli apparatum, ſuo populo interdicit. *Vult enim* (animaduertit Theodor.) *eos ſoli Deo fidere.* quæſt. 18. in Deuter. Tunc nimirum Deus ad maiora præſtanda nobis auxilia, & ampliora conferenda beneficia ſeſe obligatum exhibet, cùm nos de noſtris, ac totius naturæ viribus parum, aut nihil ſperantes totam in illo fiduciam collocamus, freti que diuinæ prouidentiæ, ac miſericordiæ, de nobis ſemper optimè meritæ patienter aduerſa de manu Domini ſuſtinemus, atque in ſilentio, & ſpe diuinam opem expectamus.

D. Hier.

Certa & bene collocata in Deo ſpes & fides.

Pſal 32. *Vana extra Deum ſpes & fides.*

Deut. 17.

Theod. *Propriis viribus diffidendum, Deique fidendum.*

2. Achaz Solymorum Regem duo Reges Samariæ, atque Syriæ obſeſſum grauiſſimè vrgebant. Ergo Dominus mittit Prophetam Regi, bono vt ſit animo. *Dices ad eum, vide, vt ſileas, noli timere.* Iſai. 7. legunt alij: *Sis circumſpectus, & quieſce.* Senſus eſt: Patienter fer, nec te (vt homunciones, & mulierculæ ſolent) impatienter abiicias ad querimonias, & eiulatus, quibus miſeri, non tam Dei miſericordiam implorant, quàm offendunt; non tam placant, quàm irritant Dei iuſtitiam. Summa ratio noſtræ fiduciæ in Deo collocandæ illa eſt, quam Dominus apponit: *Ego* (inquiens) *Deus omnipotens*; quis enim diffidat, deſperétque de omnipotente, qui gaudeat in effectis ſuam demonſtrare omnipotentiam; maximè verò in iis, quæ ad ſalutem animæ pertinent, & quæ, cùm ſint altioris ordinis, multò excellentiùs Dei magnitudinem oſtendunt. De iiſdem loquitur Propheta. *Magna opera Domini: exquiſita in omnes voluntates eius.* Pſalm. 110. Perfectiſſima quidem ſunt omnia diuinæ potentiæ, ſapientiæque opera, *quæ attendentibus* (vt animaduertit S. Baſil.) *exactiſſimam rerum ſcientiam afferunt.* Magna quidem opera, quorum ratio pendet è Dei voluntate; ſuam quippe Deus voluntatem in operando reſpicit etiam repugnante naturâ pro ſalute hominum: nec aliquid eſt tam arduum, ac difficile, humaniſque viribus impoſſibile, quod diuinæ voluntati ad noſtram ſalutem res ipſas, cauſáſque & media fortiter ac ſuauiter dirigenti poſſit obſiſtere. Quare optimè S. Aug. Dauidis verba explicat: *Sicut Deus vult vt homo non peccet, ita vult peccanti parcere, vt conuertatur, & viuat: ita vult poſtremò in peccato perſeuerantem punire, vt iuſtitiæ potentiam contumax non euadat. Ita quicquid elegeris, omnipotenti non deerit vnde ſuam de te compleat voluntatem.* Omnipotens eſt: & quocunque pacto ſeſe homo habeat, vel merendo, vel demerendo, Deus quicquid volet, in illum efficiet; & quicquid Deus efficiet, infallibiliter homo aut malum patietur, aut bonis afficietur.

Iſai. 7. *Noſtra Dei offendunt querimoniæ.*

Dei omnipotentia elucet in operibus ſalutis.

Pſal 110. D. Baſil.

Dei voluntati nihil reſiſtit.

D. Auguſt.

Infallibilis vel pœna, vel merces à Dei voluntate.

3. Adiungit ergo Dauid: *Confeſſio, & magnificentia opus eius.* Pſalm. 110. Vbi etiam D. Aug. *Quid magnificentius, quam iuſtificare impium? Hæc eſt magnificentia Domini, iuſtificatio peccatoris.* Non enim vllum aliud à diuina magnificentia præſtantius, & diuinius procedit opus, quàm humani generis ſalus,

Pſal. 110. *Summa Dei magnificentia ſalus hominum.*

ſalus, ad quam præſtandam diuini Verbi requiſita omninò eſt incarnatio. Seruis ô Iacob, ſeruis omnipotenti, confide, nihil eſt, quod timeas. Sed tamen adhuc omnipotentiæ fretus de voluntate miſericordiarum effectrice ſine qua nihil fit, audite cupis. *Ego* (inquit) *Deus omnipotens.* Quid quæſo, aut humanius, aut dulcius eſſe, fingive poteſt Deo: *Pereat Samaria* (clamat Propheta) *quoniam ad amaritudinem concitauit Deum ſuum.*

Oſeæ 14.

Deus natiuâ dulciſſimus hominū ſceleribus fit amariſſimus.

D. Hieron.

Oſeæ cap. 14. Videbat quidem Propheta Deum iratum de iuſtitiâ vindicandâ, non de miſericordiâ condonandâ cum Hebræis, ſuccenſénſque ideò peccatoribus, has iiſdem diras imprecatur. *Pereat Samaria, &c. Dulciſſimum Deum in amaritudinem vertit*, declarat S. Hieron. Enimverò cùm Deus ingenio ſit dulciſſimus, hominum ſceleribus in Dominum conuertitur amariſſimum; de patre in iudicem, de benefactore in flagellatorem. Mellis fauo dulcior Deus eſt: *Spiritus enim* (inquit) *meus ſuper mel dulcis.* Eccleſ. 24. at nos abſynthium, & venenum delictorum in diuinam ipſam dulcedinem inijcimus; atque adeò mel in Deo quærentes fel inuenimus.

Eccleſ. 24.

4. Septuaginta legunt; *quoniam reſtitit Deo ſuo.* Idem ſcilicet eſt Deo reſiſtere, atque illius prædulcem bonitatem noſtrorum peccatorum felle in acerbiſſimam iracundiam conuertere. Hoc tu infelix, quiſquis es, peccando efficis: Fonti obſiſtis, obſtructis aquæ venis, ne perenniter effluat. Obſiſtis oleo diuinæ gratiæ, ne ſuper te ſuauiſſimè, atque vberrimè effundatur, melli reſiſtis, ne tuam ſuâ dulcedine animam perfundat, ſoli reſiſtis, ne ſuis te ſplendoribus illuſtret. *Pereat Samaria, quoniam ad iracundiam concitauit Deum ſuum: quoniam reſtitit Deo ſuo.* O admirabilem iuxtà & amabilem Dei noſtri bonitatem! non ſponte iudicium exercet, pœnáſque ſumit: ſed cogi ſe dicit ad vindictam ſuo quidem ingenio ſic extraneam, ſic aduerſam, vt melli fel, vt manſuetudini ſeueritas, vt luci tenebræ, vitæque mors ipſa ex aduerſo reluctatur. Pulchrè, ac dulciter (vt ſolet) S. Bernard. de Deo diſſerens ita eloquitur. *Quid eſt Deus? Voluntas omnipotens, beneuolentiſſima virtus, lumen æternum, ſumma beatitudo, creans mentes ad participandum; viuificans ad ſentiendum, afficiens ad appetendum, dilatans ad capiendum, iuſtificans ad promerendum, fœcundans ad fructum, viſitans ad conſolationem, implens ad felicitatem, circundans ad ſecuritatem.* lib. 5. de conſider. ad Eugen. Talis eſt Deus meus! Quis ergo talem Deum non quærat; inuentum non complectatur; ſtringat, teneátque, exclamans? *Inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam.* Cant. 3.

Ingeniū Dei contra nos peccando inuertimus.

D. Bern.

Egregia deſcriptio Dei.

Cant. 3.

5. *Creſce & multiplicare.*] Sæpiùs vidimus antiquorum Patrum à Deo benedictiones maximè in filiorum multiplicatione, numeroſaque, & glorioſa poſteritate conſtitiſſe. Timuit quidem Iacob, ne propter Sichimorum excidium à vicinis gentibus ad vltionem conſpirantibus bello ipſe impeteretur, ac prorſus cum tota ſua familia deleretur. Simeonis enim & Leui facinus illud adeò truculentum, & barbarum execratus dixit. *Turbaſtis me, & odioſum feciſtis habitatoribus terræ huius, nos pauci ſumus; illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea.* Geneſ. cap. 34. Et meritò quidem timebat; delendúſque haud dubie foret paruulus ille Hebræorum cuneus, niſi diuinâ virtute Iacob muniretur, gentéſque infidelium deterrerentur. Ergo Dominus bono eſſe animo ſeruum ſuum iubet. Tantum enim abeſt, vt cum ſua pariter familia deleatur à Chananæis; vt non ſo-

Gen. 34.

A lùm liber, atque immunis ab hoſtium euadat incurſibus, ſed etiam numeroſa, & glorioſa filiorū, ac nepotum multitudine in dies auctus pater futurus ſit multarum gentium; videlicet duodecim tribuum, quæ quidem multis nationibus numero pares erunt. Quid quòd etiam principum, ac Regum autor, & pater erit: Ita ſeruum ſuum pollicetur Dominus numeroſæ, glorioſæque ſobolis felicitate fortunatiſſimum in terra futurum. Duplex quidem felicitas; & copioſa proles, & glorioſa: tametſi longe multitudini præſtet nobilitas, & virtus: nec decori ſit, ac laudi plurimos generare, niſi & nobiles, ac boni ſint; plures ſiquidem educit catulos vulpes; at vnum leæna. Et vrticæ, vileſque herbulæ in campis ſponte ſyl-
B ueſcunt; at roſæ, lilia, violæ rariùs, ac difficiliùs pullulant.

Duplex Iacob felicitas promiſſa à Deo.

Præſtat paucorū virtus, quàm multorum numerus.

6. Et quidem in hominum fœtura certum illud eſt, quod Propheta conqueritur. *Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam.* Iſai. 9. Nec enim multitudinem ita ſequitur pietas, vt ad illius incrementū hæc pariter increſcat. Grex erat Chriſti paruulus illa ætate primæuâ, nunc totum per orbem effuſus: Cæterùm virtus, ac feruor caritatis priſcorum, etſi paucorum fidelium, martyribus, virginibus, confeſſoribus, ſanctiſſimis Eccleſiam Dei nobilitauit. Contrà verò cùm noſtris temporibus ferè vbique terrarum Chriſtianum nomē, & gens, audiatur, & videatur; ita iam nunc deferbuit caritas, vt indies quotidie mundus in
C maligno poſitus accerſere aduentum Antichriſti meritò cenſeatur. Hoc ipſum argumentum eleganter admodum pertractans S. Saluianus cùm multa diuinitùs dixerit, hæc etiā adiungit: *Multiplicatis fidei populis, fides imminuta eſt; & creſcentibus filiis ſuis mater ægrotat, factáque es Eccleſia profectu tuæ fœcunditatis infirmior, atque acceſſu relabens, & quaſi viribus minùs valida. Diffudiſti ſiquidem per omnem mundum religioſi nominis membra religionis vim non habentia.* Fides Chriſti per orbem vniuerſum propagata, operibus tamen, moribúſque fidelium multò magis nunc debilitata ratis, quàm vnquam, ſanctorum partubus fœcundatur. *Ac ſic* (idem vltra colligit) *ô Eccleſia eſſe cœpiſti turbis opulens, fide pauper: quantò ditior multitudine, tantò*
D *egentior deuotione: latior corpore, anguſtior mente; eadémque (vt ita dicam) & in te maior, & in te minor: nouoque penè & inaudito genere proceſſus, & receſſus, creſcens ſimul, & decreſcens.* lib. 1. ad Eccleſ. cathol.

Iſai. 9.

Virtus non creſcit cum multitudine.

S. Salu.

Eccleſia nunc fidelibus quàm iuſtis ferācior.

S. Salu.

Plures nunc Chriſtiani, pauciores iuſti.

7. Plures quidem numero Chriſtiani ſumus, ſed caritatis feruore, maximarúmque virtutum ſplendore longè pauciores: An nō integræ quondam ciuitates, imò, & prouinciæ, regnaque, lætis animis, expeditis corporibus (quod ſine admirabili quodam virtutum ſtudio fieri non poterat) in martyrium conuolabant? at noſtrâ quid ætate geritur? Planè veriùs, quàm quod ſuâ geri videbat idem Pontifex (ſemper enim mala indies augeſcunt) & videmus omnes, & pauci deflent. Sic autem effatur: *Faciliùs inuenias reos malorum om-*
E *nium, quàm non omnium; faciliùs maiorum criminum, quàm minorum, id eſt, faciliùs, qui & maiora crimina cum minoribus, quàm qui maiora tantùm ſine maioribus perpetrarint.* Profectò ſic abundat maximorum colluuies vitiorum, vt ſacrilegia, periuria, rapinæ, adulteria, odia, etſi quæ ſunt immaniora facinora, inundaſſe in mortalium cœtus ab ipſo tartaro videantur. Meritò igitur colligit; *In hanc probroſitatem morum propè omnis Eccleſiæ plebs redacta eſt, vt in cuncto populo Chriſtiano genus quodammodo ſanctitatis ſit minùs eſſe vitioſum.* lib. 3. de prouid.

S. Salu.

Plures maiorū, quàm minorū criminum rei.

S. Salu.

Fidelium vitia noſtri temporis.

8. At

8. At dices, propagatâ iam Christi fide per orbem, nec tyrannos nunc eſſe, qui falce perſecutionis Chriſtianam ſegetem demetant, nec multus tormentorũ acerbitate perterritos à fide Chriſti deſciſcere; atque adeò plures modò in Chriſtum credere, cùm martyria (quæ ſine grandi puſillorum diſpendio non contingunt) ſopitis perſecutionibus fieri deſierunt. Benè id quidem. Sed tamẽ adhuc ſtat propheticum teſtimonium: *multiplicatâ gente, non magnificari lætitiam.* Enimverò ſcripſit egregiè S. Ambroſ. *Plures crederent, ſi martyres non eſſent: ſed præſtantior eſt fortitudo paucorum, quàm remiſſio plurimorum.* epiſt. 77. Plures hodie ſumus Chriſtiani, ſed remiſſi tamen, ſed tepidi, ſed infirmi; pauciores tunc erant, qui Chriſtum profiterentur, ſed inter illos, aut multi, aut penè omnes, qui vel cum Chriſto ſanctè viuerent, aut pro Chriſto glorioſè morerentur. Ardens quippe tunc caritas, audaces ad bellum, fortes in prælio reddebat: eadem nunc frigeſcente, nec ipſis minorum tentationum aſſultibus audemus obſiſtere. Verùm tanti Deus facit audaciam in periculis pro fide ſuſceptis, vt etiamſi præ fragilitate humanâ, & perſecutionis pondere miſer aliquis tandem ſuccumbat, ac deficiat: ſua tamen hominem qui defecit, miſericordia, quod fortiter auſus certamen inierit, non in æternum derelinquat. Eſt enim hæc ipſa S. Ambroſio digna ſententia. *Sæpe (inquit) in hoc athletarum ſecularium certamine etiam victos, quorum fuerint certamina probata, vulgus hominum cum victoribus coronare conſueuit. Chriſtus ergò athletas ſuos, quos viderit grauibus paulisper ceſſiſſe ſupplicijs, ſine venia patietur manere!* libr. de pœnitent. capit. 3.

Felicior Eccleſia in perſecutionibus quàm nunc in pace.

D. Ambr.

Præſtat fortitudo paucorũ, quàm remiſſio plurimorum.

Quanti Deus faciat audaciam fidelium in perſecutionibus.

D. Ambr.

Etiã victis in tormentis veniã Deus concedit.

9. Indignum Dei miſericordiâ iudicat Ambroſ. illos à Deo derelinqui, qui piè, fortitérque certamen pro fide aggreſſi, magnitudine tamen cruciatuum, vti homines imbecilli defecerunt; nec enim minus de Domini ſapientiâ, & benignitate, quam de gentilium prudentiâ, & humanitate ſperandum eſt. Etenim in Romanorum ludis, & certaminibus, qui audacter, fortitérque depugnaſſet, tametſi victoriâ cecidiſſet, nihilominùs enim corona victoris ſuam etiam conſtantis bellatoris cum applauſu ſpectantium reportabat. Ex qua conſuetudine ſuum egregiè duxit argumentum S. Ambroſius. Cæterùm ni fallor in verbis Iſaiæ aliquid ſolatij videtur innui fidelibus; non enim abſque myſterio verba mutauit Propheta, ſcilicet, *multiplicari gentem, & magnificari lætitiam:* quaſi lætitiã multiplicari quoque ad multiplicationem gentis haud negandum innuat. Ergo auſim dicere plures nunc in Chriſtianorum penè infinito numero ſalutem æternam conſequi; pauciores tamen ingenti meritorum culmine, atque adeò maiorem nunc eſſe multitudinem iuſtorum, qui ſalui fiunt, ſed minùs excellentes, & glorioſos nunc mori iuſtos, quàm qui prioribus illis ſeculis, vel martyrio, vel pœnitentiâ, vel continentiâ, vel charitatis feruore, ardoréque fidei in Eccleſia prorſus admirandi heroes extiterunt. Plures nunc ſunt numero in mundo fideles, plures iuſti, plures in cœlum abeunt. Sed pauciſſimi nunc priſcis heroibus ſimiles repetiuntur.

Maior nunc iuſtorum, ſed minor ſanctorum heroúmque numerus.

10. *Creſce, & multiplicare.*] Primò quidem de incremento, & multiplicatione carnali diuina intelligitur promiſſio, ſed ibi non ſiſtit; ſemper enim Deus ſub huiuſmodi bonorum terrenorum inuolucris ſpiritualia, & cœleſtia vult intelligi.

A Creſce (inquit) in te per virtutum opera; ſic enim accreſcunt merita; & virtutes iuſto viro augeſcunt. Ingenita conditio virtuti eſt, non retrò agi, ſed vlteriùs progredi: non alicubi gradũ ſiſtere, ſed noua ſemper in dies acquirere incrementa. Quo ſenſu ſancta illa anima loqui videtur: *Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.* Cant. 6. Legunt L X X. *poſuit me currus Aminadab.* haud dubiè velocitatem in curſu ſignificat, quâ ſcilicet concitatiſſimos quadrigarum equos ita æquabat, vt ſeipſam meritò vocarit quadrigam. Hinc benè ſubintulit S. Ambroſ. *Anima ergo currus, qui bonum rectorem Chriſtum ſuſtinet. Si currus eſt anima, habet equos vel bonos, vel malos; boni equi virtutes ſunt animæ, mali equi paſſio-*
B *nes ſunt corporis; bonus ergò rector malos equos reſtringit, & reuocat; bonos incitat; boni equi volant.* lib. de Iſaac cap. 7. Igitur virtutibus proprium, vt ferantur vlteriùs, voléntque, etſi per æternitatem vita perduraſſet, illæ indefeſſo curſu peruolantes nullo vnquam æternitatis puncto quieſcerent. Quamobrem cùm æterna ſuopte ingenio ſit virtus, meritò illi decernitur præmium ſempiternum, quod ſubtiliter admodum ſubnotauit Sanctus Bernard. De iuſto dicitur: *Conſummatus in breui expleuit tempora multa.* Sapient. 4. *Quod meruit multorum, imò omnium temporum receperit vicem, qui nullo tempore voluerit mutare intentionem.* epiſt. 253.

Propria virtutis conditio ſemper in maius accreſcere.

Cant. 6.

D. Ambr.

Cur virtuti temporali æternum donatur præmium?

D. Bern.

Sap. 4.

11. Loquimur de virtute per diuinam gratiam
C informatá: ſecum enim illam habet, quæ à Deo infuſa fit in anima *fons aquæ ſalientis in vitam æternam.* Ioan. 4. Quâ ſimilitudine voluit Dominus feruorem iuſtificantis gratiæ, virtutíſque incrementa ſignificare, vti explicat Theophyl. *Nam aqua* (inquiens) *quam ego tribuo, ſemper multiplicatur, ſemina enim, & principium boni ſumunt ſancti per gratiam; ipſi vero negotiantur, & operantur ad eius augmentum.* Creſce (ait Dominus) in te, vt iam explicauimus, ac deinde multiplicare in aliis prædicando, inſtituendo, conuertendo. Creſce in te ipſo per contemplationem Dei, ſine qua nec virtus in grande ſurgit augmentum, nec fons aquæ iuſtificantis vbertim ſalit in vitam æternam. Erit quidem in anima Dei gratia,
D ſed ſine adminiculo orationis, & contemplationis pigra potiùs ſtagnabit, quàm in ſublime proſiliens emicabit. Deinde multiplicare in aliis per vitam actiuam proximorum ſaluti ſtudioſè, ſanctéque vacantem. Rectè ſiquidem habet, quod S. Bernard. ſcribit. *Hoc vera, & caſta contemplatio habet, vt mentem, quam diuino igne vehementer ſuccenderit, tanto interdum repleat zelo, & deſiderio acquirendi Deo, qui eum ſimiliter diligant, vt otium pro ſtudio prædicationis libentiſſimè intermittat.* ſerm. 57. in Cant. Sic autem otium ſtudio commutans non modò nihil virtutis, & gratiæ deperdit, ſed multò impenſiùs adauget. Imò ſi vera contemplatio eſt, Dei caritate neceſſe eſt inflammetur, inflammatáque in-
E ſtar ignis ſeſe diffundat, & ſtipites quoque præduros, humentiaque ligna corripiat, & ſuccendat. Quare *vtiliter* (ait S. Gregor.) *à contemplatiuà animus ad actiuam reflectitur: vt per hoc quod contemplatiua mentem accenderit, perfectiùs actiua teneatur.* hom. 14. in Ezech.

Ioan. 4.

Virtus Dei gratiâ informata ſemen habet æternitatis.

Theoph.

Creſcit virtus per orationem.

D. Bern.

Zelus ſalutis animarũ commendatur.

Vita contemplatiua ſuccenditur ad actiuam.

D. Gregor.

12. Iungit vtrumque Dominus, & creſcere, & multiplicari; miro enim, prædulcique nexu ſociantur virtus propria, & zelus proximi; contẽplatio, & actio; quies, & labor; otium & ſtudiũ. Hinc illud optimè conſulit D. Auguſt. *Non ſic*

Coniungẽda ſimul contẽplatiua & actiua vita.

D. Auguſt.

quiſque debet eſſe otioſus, vt in eodem otio vtilitatē non cogitet proximi; nec ſic actuoſus, vt contemplationem non requirat; in otio non inertis vacatio delectare debet; ſed aut inquiſitio, aut inuentio veritatis: vt in ea quiſque proficiat, & quod inuenerit, alteri non inuideat. lib.19.de Ciuit. cap.19. Bibat inprimis ille, ac ſatietur de fontibus Saluatoris; deinde verò aliorum animas irriget, ac fœcundet. Hanc ſummam Chriſtianæ virtutis perfectionem primò quidem, & maximè habuerunt ſancti Apoſtoli, qui ſcilicet Spiritu ſancto pleni totum ſubinde mundum ab erroribus, & vitiis conuerſum Chriſti fide, & Spiritus ſancti gratiâ repleuerunt. Apoſtolorum veſtigia planè ſequentes religioſi viri ſic inuigilant propriæ perfectioni, vt proximorum deinde ſaluti diligenter, ſanctéque ſtudeant. Non loquor de anachoretis, & huiuſmodi religioſis, quorum eſt vita inſtituta ſolùm ad contemplationem rerum diuinarum, atque iccircò procul ab hominum commercio in agris, lociſque remotis peragitur; quæ cùm fugiat, aut certè non exerceat actionem in proximorum ſalute collocari ſolitam; profectò minus habet dignitatis in Eccleſia Dei, quàm quæ vtramque vitam & contemplatiuam, & agentem complectitur, & Apoſtolicum ſtudium, inſtitutúmque ſectatur.

Apoſtolicū inſtitutum propria, & aliorum ſaluti ſtudere.

13. Porrò inter eos ordines religioſorum huius Apoſtolicæ perfectionis ille proculdubiò nobiliorem habere locum cenſetur, qui melioribus ad vtriuſque vitæ finem conſequendum, & aptioribus ex ſua ipſa inſtitutione mediis vtitur. Quæ doctrina prorſus extra litem à S. Thoma diſertis verbis traditur ad hunc modum: *Vltima rei perfectio in ſui finis conſecutione poſita eſt; Quare ex duobus potiſſimum expectanda eſt inſtituti cuiuſque religioſi maior perfectio: primùm ſi finem habeat nobiliorem; deinde ſi inſtrumenta ad eum finem conſequendum aptiora: Nam quæ præſtantioribus operibus diriguntur, illa etiam præſtantiora ſunt iudicanda: & quæ in operibus efficiendis tum plures, tum efficaciores continent rationes, eadem etiā meliora ſunt, & præferenda.* opuſcul.contr.impugn.relig.c.1. Ab hac vera Theologia vulgus aberrat, dum eam cenſet perfectiſſimam religionem, quæ aliis paupertate & aſperitate, cæteroque huiuſmodi rigore antecellit. Non enim ex iis; ſed cum nobiliore fine, mediiſque ad illum aptioribus, & naturâ, eſſentiáque religionis magis coniuncta ſit; planè ex iiſdem magis, vel minùs perfecta exiſtimanda eſt; tum quia perfectio vitæ magis in interiore iuſtitiâ, quàm in exteriore abſtinentia collocanda eſt: tum quia hæc auſteritas maiora bona, & maximè in proximum impedire poteſt. Hæc ferè traduntur ab eodem S. Thoma.

Quæ religio ſit omnium perfectiſſima.
D. Thom.

Perfectio religionis ex fine ac mediis deſumitur.

14. Hinc etiam obiter animaduertes, non ita in rigore auſterioris vitæ perfectionem collocari; vt qui minus abſtinet, minus aſperè viuit, maiorem ex animi virtutibus perfectionem habere non poſſit. Definit enim tam verè, quàm ſapienter S. Gregor. *Longè altioris eſt meriti propriam voluntatem alienæ ſemper voluntati ſubiicere, quam magnis ieiuniis corpus atterere, aut per compunctionem ſe in ſecretiori ſacrificio mactare.* lib.6. in lib. Reg. c.2. Quocirca longè perfectius eſt religioſorum ſub obedientiâ viuentium (vbi modò habent) inſtitutum, quàm anachoretarum vita ſolitaria, & grauiſſimis exercita rigoribus. Denique vt totum hunc locum de religioſorum Ordinibus, qui fortè nobis tractandus incidit, ſuis abſolutum numeris relinquamus: Scire oportet ex D. Thoma primo loco dignitatis eas religiones collocādas, quæ ad docendum, & prædicandum referuntur,

D. Greg.
Maius meritū ex obedientia, quā ex abſtinētia colligitur.

Perfectior religioſorum quàm anachoretarum vita.
D. Thom.

A quoniam cùm eiuſmodi opera ex abundantia cōtemplationis promanent, vtrumque bonum, tum contemplationis, tum actionis coniunctum complectuntur; ſecundo loco eos Ordines ponendos, qui ſolam retinent contēplationem; tertio, qui ſolam actionem. Hæc ex D. Th. 2.2.q.188.a.6.

Ordo perfectionis inter religiones.

15. Verùm enim verò iuxta hanc Theologiam auſim ego dicere religioſum inſtitutum ſanctiſſimi Ignatij, auguſtiſſimo nomine IESV diuinitùs inſignitum, tantæ proculdubiò eſſe perfectionis, vt nulli aliorum Ordini perfectiſſimo cedat. Nam ſi in ipſis religionum quaſi claſſibus præſtant illæ ex doctrina S. Thomæ, quæ ad plura diriguntur, & aptiores regulas, legéſque habent ad Deum in primis contemplandum, deinde ad proximorum ſalutem curandam; profectò nullus nō videat quem dignitatis locum inter cæteros Ordines habeat Societas IESV, quæ ad Deum, & ad proximum tota dirigitur, atque optimis ad ſuum finem conſequendum vtitur mediis, & aptiſſimis nititur adiumentis. Vtinam qui ſub S. Ignatio militamus, atque in Societate IESV viuimus, dignam Ignatij meritis, dignámque eximiâ ipſius Societatis dignitate vitam in Dei obſequium, & ſalutem animarum tranſigere in oculis Domini, ac totius Eccleſiæ Catholicæ videamur!

Societatis IESV dignitas quāta ſit.

16. *Reges de lumbis tuis egredientur.*] Glorioſa poſterorum ſoboles à Deo promittitur Iacob, Reges quippe tum in Iudæa, tum in Samaria multi fuerunt, quorum etiam plures, & bello, & pace clariſſimi, imò & ſanctitate vitæ (quod eſt multò excellentius) floruerunt: ſed illud denique vincit omnem Regiæ dignitatis gloriam, quod ex ſanguine Iacob natus eſt Chriſtus Dominus, *qui regnauit in domo Iacob, & cuius regni non erit finis.* Luc.1. Regum nomine intelliguntur etiam, qui maximè inter ſanctos heroas Eccleſiæ Dei eminent, vti ſunt Apoſtoli, martyres omnes, primoréſque confeſſorum, & virginum. Nam qui ſunt alij Reges, & dominantes, qui leguntur in titulo, ſtemmatéque Domini IESV, vt vidit Ioannes, inſculpti: *Rex Regum, & Dominus dominantiū?* Apocal. 19. *Reges* interpretatur Gloſſa interl. *ſanctos, qui ſe, & alios regunt; dominantes, qui dominium exercent in ſubditos, &c.* Profectò nihil poſt Deum excellentius, aut eſſe, aut fingi poteſt, quàm ipſamet Angelorum, & hominum ſanctitas. Regia planè dignitas elucet in virtutibus, quæ magis conſpicuæ ſunt, illuſtriúſque eminent.

Luc. 1.

Eminentiores ſancti dicuntur Reges.

Apoc. 9.

17. Regalis etiam poteſtas, in iis maximè cernitur, qui ſuas comprimunt animi paſſiones, corpus in vitia procliue moderantur, ac regunt. Hinc illud optimè S. Aug. *Rege terram, & eris Rex terræ. Terram quam portas, rege.* in Pſal.75. Hunc regiū in corpus ſuum exercebat dominatum Apoſtolus qui aiebat: *Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo.* 1.Corint.9. Sed ne quis arbitretur ſolum à Paulo corpus caſtigari, & in ſeruitutem redigi; ſciat cum corpore ſimul vniuerſam carnaliū paſſionum cohortem, ac totum cum vitiis, & malignis ſpiritibus infernum vinci, & ſubiugari. Tam longè, latéque patet regius Chriſtianæ mortificationis dominatus! Sic enim S. Ambr. ad verba Pauli diſſerit: *Caſtigabat carnem ſuam Paulus, vt aduerſarios verberaret: & ſeruituti redigebat corpus ſuum, vt dominaretur inimicis.* ſerm.12. in Pſal.118. Hos igitur Reges Propheta inuitat ad intelligēda diuina. *Et nunc Reges intelligite,* Pſal.2. *Nunc intelligite iam Reges* (declarat S. Aug.) *id eſt, iam valentes regere quicquid in vobis ſeruile, atque beſtiale eſt: & iam valentes pugnare, non quaſi aerem cadentes, ſed caſtigantes veſtra corpora, & ſeruituti ſubigentes.*

D. Auguſt.
Rex eſt, qui ſuum corpus domat, cohibet, regit.
1. Cor 9.

Mortificatio regalis dominatus.
D. Ambr.

Pſal. 2.
D. Aug.

Perfectos

Perfectos haud dubiè viros S.Hieron.aliíque accipiunt & qui ad intelligendum inuitãtur à Propheta, & quos in tota progenie Iacôb, videlicet Chriſti Domini, perquã excellentes,& glorioſos Chriſtianæ gẽtis heroas Deus hoc loco promittit.

Cantic.6.

18. Cum Regibus intellige ſimul prædici, inuitari,ac promitti Reginas,quas cœleſtis memorat ſponſus: *Sexaginta ſunt Reginæ, & octoginta concubinæ,& adoleſcentularum non eſt numerus*.Cant.6. Pulchra ſanè deſcriptio prædeſtinatorum, qui duas velut in claſſes diuiduntur. *Et quidem Reginas nominat* (inquit Theod.) *virtute perfectas animas; regníque cœleſtis cupidas; ipſa quidem in hoc mundo, ſed regni cupida, ad virtutis perfectionem pro viribus contendunt*,&c. Pſellus intelligit *filios, qui ex toto corde Deum diligunt,& amore ipſius mundum, & quæ in mundo ſunt contemnentes Chriſto ſponſo coniunguntur*, &c. *Concubinas intelligit* Theod. *eos, qui iudicij metu legibus obtemperant*. Pſell. *vocat mercenarios: ſed quid de tertio ordine? Adoleſcentularum non eſt numerus. Videlicet* (inquit Pſellus) *innumerabiles adoleſcentulas agnoſco peccatores illos, qui præ inertia talentum à Domino acceptum in terrâ defoderunt, illi quidem, ſed tamen ſalutem obtinuerunt*, &c. Itaque reliquam fidelium turbam, *qui vitam* (inquit Theodor.) *traducunt negligenter, modò ſeipſos curant,modò rurſus ad ignauiam redeunt; nunc ſe peccatis inuoluunt,nunc reſipiſcunt: hos ſponſus vocat adoleſcentulas, ſed tamen & hic ſponſus eſt*,&c.

Theod. Duo prædeſtinatorum ordines. Pſellus. Theodor. Pſellus. Theodor. Ordo fideliũ, qui non eminent.

19. Porrò & Reginarum,& concubinatũ certus apponitur numerus; adoleſcentularum verò nullus præſcribitur; *Non ſolùm* (ait Theodoret.) *quia præ multitudine numerari non poſſunt, veriùm etiã quoniam indigna ſunt, quæ numerantur*. Indignum quidem eſt viro Chriſtiano ignauam ſic vitam agere,vt iugi ferè indigeat pœnitentiâ,per quam ſæpè in peccatum prolabatur, ſæpè itidem à peccato in gratiam reſurgat. Quid quod multi totã vitam in grauiſſimis flagitiis tranſigentes vix ſub mortem ipſam, peractâ ritè confeſſione gehennã euadunt, & ſalutem conſequuntur? Veræ quidẽ adoleſcentulæ ſunt,quarum non eſt numerus. Sic igitur habet triplex ordo prædeſtinatorum. Cæterùm extra ordinem, & claſſem conſtituta eſt ipſius ſponſi mater, de qua ille ipſe ſtatim ſubiicit: *Vna eſt columba mea,perfecta mea*,Cant.6. *Sanctiſſimam Dei genitricem* (declarat Pſellus) *Mariam illam immaculatiſſimam, quam omnibus, omnes omnium hominum generationes vocibus nunquam ceſſantibus, beatiſſimam prædicant, quæ totius mundi peperit Saluatorem,intelligit Salomon*,&c.

Theodor. Communis de propria ſalute ignauia fideliũ. B. Maria ſola vnum efficit ordinem prædeſtinatorum. Pſellus.

20. Vna eſt electa,& perfecta eſt; nec enim in omnibus omninò creaturis, aut ſimilem viſa eſt Dei mater,aut habere ſequentem. *Inter tot animas*, (inquit Pſellus) *quæ ſaluantur,electa columba eſt vna illa ſola,quæ Chriſtum genuit,Virgo mater,puella Maria, quæ puritate profectò Cherubim, & Seraphim antecellit*, &c. *Verè columba* (inquit Rupertus) *quia gratiâ plena,verè electa, quæ non ſolùm ſalua exiſteret, verùm etiam ipſam ſalutem pareret*,&c. Tu ergò nobis eſto (ô Dei mater) vna columba, vna electa, vna perfecta, in cuius meritis, precibúſque certam ſpem, gratámque fiduciam habeamus, vt per te à filio tuo in aliquem trium iſtorum ordinem redigamur. Vtinam (& ſic digneris efficere) ſaltem ad numerum adoleſcentularum adſcribamur: excluſi nimirum à præſtantioribus gradibus,pœnitentiam tamen noſtrorum ſcelerum agentes (per gratiam filij tui, tuámque interceſſionem ô Virgo benedicta!) ſaltem in ſeruorum, qui tamen ſalui fiunt,ordine collocemur!

B. Maria poſt Deum in omnibus vnica. Pſellus. Rupert. Inuocatur ad ſalutem B. Maria.

Ben.Fernand.in Geneſ.tom.3.

SECTIO IX.

Terrámque quam dedi Abraham & Iſaac, dabo tibi,& ſemini tuo poſt te. Et receſſit ab eo. Ille vero erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei Deus: libans ſuper eum libamina, & effundens oleum:vocánſque nomen loci illius Bethel.

1. TOties hæc eadem Patriarchis à Deo promiſſa legimus, *vt iam nunc* (quod optimè animaduertit Rupertus) *non tam promiſſiones,quàm repromiſſiones verius appellentur*. Promiſſam igitur terram dedit Dominus Abrahæ, & Iſaac, id eſt, promiſit dandam, ſeu ius & proprietatem illius tradidit, licèt vſum in deſtinatum tempus diſtulerit: poſteris denique Iacob dabit in poſſeſſionem. Diuites reddidit, bonorúmque huius mundi amplitudine perilluſtres effecit Dominus primores illos virtutum athletas, & fidelium parentes. Non proinde tamen quis ob illam opulentiam, & rerum humanarum felicitatem quicquã de illorum patrum ſanctitate diminutum eſſe arbitretur. Non damnantur facultates, ſed cupiditates, imò & cum ſancto veræ pietatis ſtudio illæ; hæ verò cum ſumma rerum inopia,ſimúlque auaritiæ,atque ambitionis affectu coniunctæ nõnunquam videntur. Pulchrè ſiquidem appellauit S.Aug. *Abraham Deo diuitem, cupiditate pauperem*. in Pſal.51. Vniuerſimque illud eſt quàm certiſſimum,quòd à S.Ambroſ. ſcribitur. *Operationes bono commendantur affectu*. lib.1. de Iacob. cap.8. ab interno, ſcilicet, mentis affectu,& oriuntur, & denominantur externæ actiones.

Rupert. Diuites pij: pauperes auari. D.Auguſt. Damnatur cupiditas. D.Ambr. Ab interno affectu denominantur externæ actiones.

2. Hinc eſt quòd magni viri ſtatu huius vitæ multum diſpares, non ita verò meritis diſſimiles eſſe videantur. Quod quidem S.Ambr. ſic oſtendit: *Non magis beatus Elias,quàm Moyſes; cùm alter cibi indigus, melotide vili, ſine filiis, ſine ſumptu, ſine comite: alter populi ductor, latus ſobole, ſuccinctus potentiâ, diuerſo genere meritum æquale fundauerint*, &c. Vides nec minorem meritis Moyſem inter opes, & honores, nec maiorem Eliam in ſummâ rerum indigentiâ extorrem, deſpectúmque, imò pares ambos extitiſſe.Quod quidem ſubinde colligit: *ſicut in Euangelio* (inquiens) *declaratum eſt, quando cum Domino IESV in reſurrectionis gloriâ refulſerunt. Videtur enim parem his quaſi paribus gloriæ ſuæ teſtibus dediſſe mercedem*, &c. Cùm ſcilicet Dominus in monte Thabor gloriam ſui corporis oſtenſurus Moyſem, & Eliam ſecum pariter habuerit,pares vtique meritorum ſanctitate videtur ſignificaſſe. Id ipſum quoque vlteriùs cõprobat adiungens; *Nec magis beatus Eliſæus,quàm Dauid, cùm alter ſubditus Regibus, alter regali poteſtate præditus propheticæ ſanctificationis haud diſpare ſint adepti gratiam*. lib.1. de Iacob. c.8. Ex quibus colliges, cum diſpari ſtatu, fortunáque rerum humanarum poſſe nihilominùs parem inueniri duorũ ſanctitatem: nec iſtam in externo habitu, ſed in affectu mentis conſiſtere. Quamobrem,& nimio ipſo affectu in paruum peculium imperfectior fortè quis exiſtet; longè verò perfectior,qui nullo ferè affectu ingentes opes poſſideat. Nec vllus in ſua inopia monachus maiorem Euãngelicæ paupertatis laudem obtinebit, quam Gregor.Magnus ſummo ipſo in pontificatu obtinuerit.

D.Ambr. Viri ſtatu diſpares,merito pares. Math.17. Sanctitas in mentis affectu conſiſtit.

3. Ac terram quidem, terræque bona Patriarchis Deus quondam in præmium pullicitus; idẽ

poſteà homo factus perfectã omnium terræ bonorum abnegationem in ſcipſo dedicans ſuis amandam, & obſeruandam ſeruis conſuluit. Hæc enim gloria humanæ mentis terram cum omnibus bonis ſuis deſpicientis in legem gratiæ ſeruata eſt. Icircò Sapiens ſub Moſaicæ legis ſtatu adhuc viuens, & ſcribens aiebat: *Beatus vir, qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abiit, nec ſperauit in pecunia theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eum; fecit enim mirabilia in vita ſua.* Eccleſ. 31. Quis eſt hic? qui ſcilicet tantâ mentis altitudine præditus ſit, veréque iam non terreſtris homo, ſed beatus inter cœlites agat ſpiritus, vt aurum non deſideret, eique acquirendo, & cumulando, non ſtudeat auaritiæ vtique ſordibus inquinatus, quæ frequenter in turpitudinum cœnũ delabuntur. Quis eſt hic? quaſi nullus tantæ admirationis homo in terris inueniri poſſit. *Fecit enim mirabilia in vitâ ſuâ.* Plurium ſanè miraculorum patrator habebitur, cui habendi cupiditas, mentem, manúſque non fœdauerit. Hæc ſumma virtutum illius temporis, hæc illo in ſtatu ſanctorum hominum miracula.

Terrenorum bonorum contemptus in lege Chriſti.

Eccleſ. 31.

Terreſtrium bonorum cupiditas animum inquinat.

4. Cæterùm prædicatam à Deo homine paupertatem Euangelicam, infiniti propemodum vtriuſque ſexus mortales ita conſtanter, & alacriter amplectuntur, vt quod poſſident, abiiciant: nec iis tantùm ad vitam neceſſariis ſponte ſeſe exuunt: Verùm in quadam rerum omnium nuditate ſe conſtituunt, non aliqua tantùm reſecantes aut etiam multa, ſed planè omnia, & in omni genere, & in perpetuum: non re ipſa tantùm, ſed etiam affectu. O verè magnam, & plenam miraculis paupertatem! *Paupertas hæc religioſa, & voluntaria planè* (vti loquitur S. Chryſ.) *regia eſt, nõ ſubiecta furibus, ſed benè munita, portus tranquillus, palæſtra, & gymnaſium ſapientiæ.* homil. in Matth. vlt. Quis eſt hic, qui diuitias ſaltem non deſideret, non acquirat? & laudabimus eum, aiebat Sapiens. Plurimi ſunt poſt Chriſtum in præſepio natum, in Cruce nudum, infiniti hodie ſunt in religioſorum cœtibus. Et laudabimus eum. Verè quidẽ omni laude digniſſima illa eſt anima pauperis voluntarij. *Fulget enim* (inquit idem Chryſoſt.) *vt aurum, ſplendet vt gemma, efflorescit vt roſa. Non eſt illinc tinea, neque fur, neque ſolicitudo negotiorum huius vitæ, ſed ſicut Angelus ita conuerſatur, non aſtitit Regi, ſed Deo; non militat cum hominibus, ſed cum Angelis, non habet theſaurum terram ſed cœlum; ſuper nube vehitur, & eſt cum Chriſto,* &c. homil. 47. in Matth.

Paupertas euangelica grande miraculum.

D. Chryſ.

D. Chryſ.

Quãta laus animæ ex voluntaria paupertate.

5. Igitur ô Domine Deus terram tu Abraham, Iſaac, & Iacob promiſeris, illorúmque ſemini dederis; mihi verò nec terram promittas, nec des; cœlum da. Cœli meum tui ſubeat animum iugis recordatio, vt & amorem mundi procul excutiat, & vel ipſas carnis cogitationes ſubiutrare nõ ſinat. Nimirum in hoc ipſo argumento illud egregiè monet S. Bern. *Ad portam voluntatis, in qua ſolent manere carnalia deſideria tanquã in domeſticâ familiâ ſtatuatur oſtiarius, qui vocatur recordatio cœleſtis patriæ. Hic enim poteſt prauũ deſiderium, quaſi cuneus cuneum expellere, & ipſum, qui ait; ego ſto ad oſtium, & pulſo,* Apoc. 3. *ſine cunctatione recipere.* ſerm. de trip. iudic. Puerilis erat ille ætas, ſapiebant illi vt paruuli: At deſcendit tandem in mundum Dei ſapientia, multóſque docuit, (& reddidit viros) hanc iſtam ſuam, quæ ſola diuites facit ſapientiã. *Enimverò* (vt rectè ſcribit S. Ambr.) *verè diues, qui in conſpectu Dei poteſt diues videri, in cuius conſpectu terra exigua, mundus ipſe anguſtus eſt: ſed ſolum Deus*

D. Bern.

Cœli recordatio terrã deſpicere facit.

Apoc. 3.

Verè diues virtutibus non opibus.

D. Ambr.

A *illum diuitẽ nouit, qui ſit diues æternitate; qui non opũ, ſed virtutum fructus recondat.* epiſt. 1. lib. 3. Vera iſta ſapientia, quæ præſcribit terræ contemptum, & cœli amorem; nuncium mundo cum diuitiis, & deliciis ſuis remittere, ac bonis cœleſtibus toto affectu inhiare, ſtudioque intendere; ab ipſomet Deo homine in terras primùm adducta ſanctiſſimis religioſorum hominum familiis Chriſti Eccleſiam adornauit; in iis enim Chriſtus Dominus de cathedra Crucis admirabilem ſuam, & prioribus incognitam ſeculis Euangelicæ perfectionis doctrinam verbo explicat, opere conteſtatur.

Religioſos euangelicã perfectionẽ Chriſtus docuit.

6. *Et receſſit ab eo.*] Hebr. *Et aſcendit ab eo Deus,* à loco vbi ſcilicet locutus fuerat cum Iacob. Chald. vertit, *& aſcendit ab eo gloria Domini,* &c.
B Per aſcenſum, ſiue receſſum Dei à Iacob intelligitur, vel Deus, qui moueri loco non poteſt, ſed ſemper, & vbique adeſt, ceſſaſſe loqui cum Iacob; vel Angelus formâ humanâ indutus Deũ repræſentans ab eo loco abiens in cœlum receſſiſſe. At Rupert. ſubtilius quidpiam iis in verbis rimatus Dei à Iacob receſſum ita explicat. *Quomodo a ſancto viro receſſit Deus? Eo videlicet modo, vt permitteret eum tentari, vel tribulari, vt magis aduerſis occurrentibus ad augmentum meriti promereretur, qua ab hoc loco vſque ad deſcenſum eius in Ægyptum continuantur.* Sic planè res habuit, ad hoc vſque tempus, licèt multis, ac variis, & in omni genere difficillimis, grauiſſimiſque aduerſitatibus fuerit afflictatus Iacob, nihilominùs intermediis ſemper acer-
C biſſima quæque mitigantibus Dei viſionibus, & conſolationibus legitur recreatus. His verò deinceps caruit, vt eo illuſtriorem patientiæ palmam efferret, quò acerbiores tribulationes, ſine vllo diuinarum viſionũ leuamento ſuſtineret. Profectò ex tam multis, quibus hucuſque fuit perfunctus, tribulationibus, & animi robore, & conſtantiæ magnitudine, & meritorum amplitudine vſque adeò Iacob accreuit, aſcẽditque apud Deum, vt factus, & nuncupatus princeps cum Deo perfectioris iam nunc virtutis laudẽ conſequeretur.

Rupert.

Iuſti conſolationibus priuati ad patientiam.

7. Eò quidẽ digniorem apud Deum habet gratiam vir iuſtus, quò maiorẽ in dies præbet in perferendo conſtantiam. Quod S. Hier. in Dauid eleganter expendit his verbis: *Dauid non erat de Sa-*
D *cerdotibus, nec licebat ei comedere panes propoſitionis: ſed quia per ſingula creſcebat opera; & perſecutio Saul, virtutum illius profectus erat; profectò in fuga ſua dum neſcit, ſubitò antiſtes efficitur; & accipit panes propoſitionis, & non violat mandatum Dei.* in 2. Sophon. Qui aulicus erat, cantórque, & cytharœdus ante agonem patientiæ, deinde iam miles dum perſecutionibus exerceretur, illatum poſtmodum tolerantia tantum excelluit, vt inter arma ſacerdotis dignitatem Dei ſuffragio mereretur. Tantum homini cum patientia tribulatio affert emolumentum. Nec pluribus ſanè, dulcioribúſque blãditiis alibi ſponſus dilectã illam ſibi animam cõpellauit, quam vbi eam vidit ærumnis exercitam,
E & malorum tolerantiâ velut aurum in igne probatam. Sic enim alloquitur: *Pulchra es amica mea, ſuauis, & decora ſicut Hieruſalem.* Cant. 6. Pulchrã ſpecie dicit, ſermonibus, moribúſque ſuauẽ. Cur ita nunc: Sicut Hieruſalem; quæ quidem ciuitas forte vna eſt omnium in toto orbe terrarum obſidionibus, aſſultibus, bellis, hoſtibus maximè appetita, & afflictata. Quare optimè vertunt LXX. *Sicut probata,* ſiue tanquam probatio. Cui lectioni Theodoret. Inſiſtens ita ediſſerit. *Quemadmodum ſponſa, ſponſum deſiderium nominauit ex affectione ſua, quâ illius ardebat deſiderio et nomen imponens:*

D. Hier.

Multum iuſtus proficit ex patientia tribulationum.

Cant. 6.

Tribulationibus anima probata Deo eſt in deliciis.

Theodor.

ſic

ſic etiam ipſe probans, & volens eam ſibi ſponſam adiungere, probationem vocat ipſam. Sic enim (inquit) *es pulchra, vt probata à me atque dilecta.*

Pſellus. Tribulatio diuini amoris ſignum.

8. En quorſum a Deo tribulatio; vt animam ſcilicet exerceat, probet, poliatque, & pulchram reddat, ac ſuauem Deo ſponſam. Pſellus verò legit: *pulchra es, ſicut bona voluntas*, nimirum, qualẽ te mea voluntas tui amans, in te vehemẽter propenſa, tuis intenta commodis efformauit. Sunt enim tribulationes amoris mei non dulces modò, ſed ſalubres etiam blanditiæ. *Et receſſit ab eo.* Sic multi paſſim queruntur, & eiulant deſertos ſeſe à Deo, quòd affligantur, quòd doleant, quòd patiantur. At tunc maximè præſens, fauẽs, amanſque adeſt, qui ait, *Saluabo claudicantem, & eam quæ eiecta fuerat, congregabo.* Sophon. 3. Dolebas ô anima te malè affectam, vulnere tardam, & quia ſic deformem à Deo tuo, quẽ ſponſam putabas, prorſus abiectam? at ille tandem te quærit, attrahit ad ſe, incolumem reddit. Legunt L X X. *Saluabo expreſſam, & repulſam ſuſcipiam.* Quæ quidem lectio admirabilem ſanè innuit ſenſum, vti explicat S Hier. *Saluabo expreſſam; quæ in præſentiarum, quaſi vua, & oliua, ita tentationibus, atque preſſuris vtè prælo, & trabe preſſa eſt, & afflicta, vt vinum faceret, & oleum, & de vino biberet I E S V S in regno Patris ſui; de oleo autem vngeretur.* O vtilem, ô pulchrã, ô valde iuſtis, & ſapientibus optabilem tribulationem! ô prædulcem vuam: ô fœcundam oleã, ex quibus labore preſſis vinum, quod bibat; oleũ, quo ſe perfundat, cœleſtis animarum ſponſus exprimit, atque in cœlum colligit?

Sophon. 3.

Dei fauor in tribulationibus.

D. Hier.

Salutaris homini tribulatio.

Grata Deo hominis tribulatio.

9. Hoc vel maximè in Iob patientiſſimo apparuit, vt deinde oſtendit idem Hier. *Ego puto propter expreſſionẽ talis vini, & olei Iob multa perpeſſum: poſtquam autem vinum & oleum fecerat, audiuiſſe à Domino: Putas me aliter tibi reſpondiſſe, niſi vt appareres iuſtus?* Iob. 40. iuxta L X X. quaſi ad vuã, & oliuam loqueretur: *exiſtimas me aliter te preſſiſſe atque cõtriuiſſe, niſi, vt vinum de te & oleum exprimerem?* Vides vtile prælium, ſalubrem expreſſionem vuæ, atque oleæ: ſed horres tamen ſub prælo exprimi: ne timeas. Deus eſt, qui exprimit, qui affligit. *Quis enim menſus eſt pugillo aquas? & cœlos palmo ponderauit?* quærit Iſai. cap. 40. Aquas contracto pugno, cœlos manu in palmum protenſa metitur: hoc eſt, tribulationes arctiore menſurâ, conſolationes productiore: ſupplicia manu occultat, beneficia in propatulum profert. Et adhuc tamen anguſti cordis homo derelictum à Deo ſe queritur, cùm quidlibet aduerſum patitur: clamitantiſque Iacob filij clamant ad Dominum: *Tu verò repuliſti, & confudiſti nos.* Pſal. 43. Et quidem (vt ibi explicat S. Hieron.) *Videtur nos Deus repellere, quando relinquit tentationi.* ad cap. 3. Sophon. Idem verò ad prædictum Pſalmum expendit egregiè tempus illud, quod vates apponit: *Nunc autẽ repuliſti*, &c. *Ergo* (inquit) *in præſenti tempore ad exercitationem repellimur, vt in æternum glorificemur.* Et ſi per totam vitam ſic laborando, & patiendo à Deo derelinquamur, modò in æternitate cum ipſo viuamus: quid illud quæſo eſt ad iſtud: vita mortalis ad æuum ſempiternum: momentum ad æternitatem!

D. Hier.

Iob 40.

Manu contracta tribulationes, protenſa cõſolationes Deus largitur.

Iſai. 40.

Pſal. 43.

D. Hier.

Vtile nobis eſt hic tribulari, vt in æterna gaudeamus.

10. At ne iſtius quidẽ vitæ puncto ſuos (quicquid aliter videatur) Deus in tribulationibus derelinquit. *Cum ipſo ſum* (inquit) *in tribulatione. Eripiam eum, & glorificabo eum.* Pſal. 90. *Et iuxta eſt Dominus his, qui tribulato ſunt corde.* Pſal. 33. Eſt quidem Deus in tribulatione cum ſuis ſeruis, qui patienter aduerſa perferunt: non recedit à Iacob,

Pſal. 90.

Pſal. 33.

A cum illo maximè tunc eſt, cùm tribulatur, & affligitur. Sed vnde ſciat quòd Deum ſecũ habeat in tribulatione? ex eo nimirum, quòd ipſemet ſit homo in tribulatione. Optima ſanè conſequentia. Patitur homo, & patienter ſanctéque ſuſtinet; non deiicitur; non ſuccumbit. Igitur Deus illi adeſt, cum illo ſimul Deus eſt, Deus illum præſens ſuſtentat, iuuat, corroborat. Tanta enim hominis fragilitas, qui ſine Deo poſſet conſiſtere? Sic verò certa, & indubitata eſt hæc veritas: ita Dominus nobis ſuam in tribulatione poſitis conteſtatam vult eſſe præſentiam, vt vehementer contra illum blaſphemum indignetur, qui auſit dicere ſeruos Dei ab ipſo in tribulationibus derelinqui. Ait enim Dauid: *Multi dicunt animæ meæ:* (*mihi* B hebraiſmus) *non eſt ſalus ipſi in Deo eius.* Pſal. 3. hoc eſt; derelictus eſt à Deo, nullum homini auxilium à Deo expectandum. Sic illi blaſphemi Dauidem à Deo prædicant derelictum. Sed non impunè tamen Deum tantæ inhumanitatis, aut ſaltem obliuionis inſimulant. Quo enim ore ſic blaſphemant, illud ipſum diuinâ iuſtitiâ feriri ſentiunt. Sequitur enim: *Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi: dentes peccatorum contriuiſti,* Pſal. 3. Maledictis me iſti laceſſebant, blaſphemóque ore tuam Domine in ſeruos tuos benignitatem corrodebant. Ergò tu noſtri, tuique honoris vindex iuſtiſſimus contuſa blaſphemantium ora confractis, conuulſiſque dentibus, ne amplius detrahant, ne obmurmurent, ne mordeant, in C exemplum tuæ iuſtitiæ, in documentum mortalibus palàm oſtendiſti.

Certò Deus præſens adeſt patienter tolerantibus.

Pſal. 3. Blaſphemia eſt, dicere hominẽ tribulatum à Deo derelinqui.

Iraſcitur Deus contra detractores iuſtorum.

11. Deo attrahit, adiungitque hominem tribulatio; quo igitur pacto Deum ab homine remoueat illum ſcilicet, qui præſtò adeſt quærentibus eum? Enimverò (vt ſcribit S. Chryſoſt.) *Afflictio negligentem aſtringit*, &c. Quod S. Doctor late oſtendit ad illa verba: *In tribulatione dilataſti mihi.* Pſalm. 3. Dum enim proſpera cuncta ſuccedunt, liberéque anima lato in campo felicitatis exultat; miſera quidem, ac ſuæ infelicitatis immemor vitioſarum intùs paſſionum, tribulationibus conſtringitur. Ergò in aliquam vitæ afflictionem diuinitùs adducta ſuam illam falſam felicitatem odit, ſuam veram infelicitatem agno- D ſcit, dolénſque ſeipſam Deo adhæret, & filiorum Dei libertatem conſequitur, *Quamobrem* (vti apponit S. Chryſ.) *nihil æquè affligit, ac ſi anima obſideatur à perturbationibus; aliæ enim extrinſecùs incidunt; hæ verò intùs naſcuntur; & hæc eſt maxima afflictio.* Non igitur indignandum, ſed exultandum, & gloriandum potiùs in tribulationibus. *Multæ quippe ſunt tribulationes iuſtorum.* Pſalm. 33. Vnde ſubintulit optimè S. Auguſt. *Magis ſi iniuſti ſunt, pauciores habent tribulationes, ſi iuſti ſunt, multas habent; ſed poſt paucas tribulationes, aut nullas illi venient ad tribulationem ſempiternam, vnde nunquam eruentur. Iuſti autem poſt multas tribulationes venient ad pacem ſempiternam vbi nunquam aliquid mali patientur.* O verè infelicem peccatorum felicitatem! E ſed & ô felicem iuſtorum infelicitatem! ſiccine res ita habet, vt multiplex in vita tribulatio ſit vnus, vel maximus æternæ prædeſtinationis effectus, & argumentum? At in reprobis, vel raro, vel pauculæ tribulationes inueniuntur? Per cruces itur in cœlum, per gaudia in orcum deſcenditur. Conſtrata roſis vernat in tartarum via: ſilueſcit vepribus, horret ſpinis in cœlum ſemita.

Vtilis homini tribulatio.

D. Chryſ.

Vera peccãtium infelicitas.

D. Chryſ. Magna afflictio ex paſſionibus animæ.

D. Auguſt.

Iuſti, quàm iniuſti, in vita magis affligantur.

Via in cœlũ aſpera, via in infernum cõſtrata floribus.

12. *Ille verò erexit titulum.*] Altare à ſe Deo ſubiectum appellauit Iacob El Bethel, Deum Bethel: Locum verò tituli appellat Bethel; illud propter

A viſionem ſcalæ; hunc propter diuinam allocutionem. Columnam igitur lapideam erexit pro ſigno, & memoriali diuinæ ſibi factæ reuelationis, & allocutionis. Dein ſuper lapidem effudit oleum, & vinum, quæ vocat ſcriptor libamina in ſacrificium Deo, à quo tot, ac tantis ſeſe beneficiis cumulatum profitebatur. Denique nomen Dei loco impoſuit. Benè hîc S. Chryſ. *Conſidera* (inquit) *quomodo in nominibus locorum memoriam immortalem beneficiorum reponat, vt, & poſteris manifeſta fiat viſio, quæ facta ibidem iuſto fuit.* Nullum vir iuſtus locum, tempúſque prætermittit, in quo diuina beneficia non recognoſcat, non prædicet, benefactorique ſuo debitas voce, réque ipſa gratias non rependat; Scilicet hæc vna eſt ea potiſſimis ad promerendum diuinæ gratiæ in dies

D. Chryſ.

B augmentum ratio grati animi, gratæque vocis in Deum benefactorem. *In omnibus gratias agite. Hæc eſt enim voluntas Dei in Chriſto IESV in omnibus vobis.* 1. Theſſal. 5. Tam ſalutare hominibus eſt Deo iugiter pro acceptis donis habere gratias, vt hoc ipſum pro ſummo beneficio ea Chriſti Domini meritis à Deo conceſſum mentibus eorundem inſideat. Vbi enim tibi animum Deo gratũ, beneficiorúmque illius memorem Deus ipſe indidit, ibi multa iam, & magna tibi, velut in radice, ac virtute dona contulit, beneficia in pignore iam conceſſit. *Hæc eſt voluntas Dei, id eſt* (declarat S. Anſelm.) *hoc vult Deus, vt iſta faciatis, ſcilicet, orare, & gratias agere. Quæ voluntas eſt in Chriſto IESV, quia in Chriſti beneficio conceſſit Dei voluntas*

Gratitudo erga Deum grande Dei beneficium.

1. Theſſ. 5.

D. Anſel.

C *hominibus, vt ita poſſint facere.* Precor igitur ô Domine Deus, vt hoc mihi donum grati animi, hoc ea tui filij meritis beneficium mihi conferas: quò ſcilicet tuorum beneficiorum iugem memoriam recolens dignas te benefactore gratias orando, celebrandu, potiúſque rectè operando exoluam.

13. *Libans libamina.*] Haud dubiè vinum obtulit. Qui quidem ritus poſteà in præcepto, & in vſu fuit Hebræis; ſcribitur enim: *Præcepit Dominus: vinum offeretis mane, & alterum ad veſperum.* Et infra: *libabitis vini quartam partem*, &c. Num. 28. Grata Deo priſcis illis ſeculi vini oblatio, ſeu effuſio ſuper aram; videlicet ob ſignificatũ ſanguinis Chriſti, in cuius effuſione in ara Crucis poſita erat humani generis redemptio. Et quidẽ

Num. 28.

Oblatio vini in lege Moyſis.

D ſanguis, vt poſteà ſancitum eſt lege Moſis, immolatæ pecudis partim ſuper altare, partim ſuper capita populi effundebatur. *Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum.* Exod. 24. Sanguine quidem pacta inter Deum, & homines feriuntur, & ſempiternæ pacis fœdera confirmantur. Cùm enim ſola nos à Deo ſeparent peccata, & *ſine ſanguinis effuſione,* (ait Apoſt. ad Hebr. 9.) *non fiat remiſſio:* profectò ablutis per ſanguinem peccatis digni fiunt homines, qui de filiis iræ in filios gratiæ ad ſempiternam cum Deo amicitiam recipiantur. Verùm in ea legali effuſione ſanguinis ex diuino præcepto ſuper capita populi tantum ſanguinis hyſſopo inſperſi guttæ incidebãt:

Exod. 24.

ad Hebr. 9.

Quid ſignificet ſanguine populum irrorari?

E at ſuper altare totus è vaſculo ſanguis profundebatur: cuius ego myſterij hãc (inter alias) agnoſco ſignificationem. Videlicet per patientiam oportet nos intrare in regnum cœlorum: ſanguine ſtat nobis noſtra ſalus. Cæterùm plures, ac penè omnes minutis, & pauculis irrorantur guttulis, qui minùs quidem in hac vita patiuntur, vel ab ipſo Deo immiſſa flagella, vel ſuſceptam vltrò carnis afflictionem: fideles, hi quidem minoris virtutis, ac tepidioris ergà Deum amoris.

Plures patiuntur minus quàm merētur, aut poſſunt.

14. Pauciores deinde in Chriſti Eccleſia, ſed

A multò ardentioris fidei, longéque præſtantioris virtutis, vera ſunt altaria, in quibus Deus ipſe ſacratiùs colitur, ſanctiúſque reſidet; cuiuſmodi fuerũt Apoſtoli, martyréſque, & illuſtriſſimi quique iuſtorum Heroes. In eos igitur non guttatim ſanguis incidit, non eos irrorant ſtillæ ſanguinis, ſed planè omninò ſanguis in eos effunditur. Stagnant ij, exundántque ſanguine, quando per multas, grauéſque tribulationes, cum admirabili quadam conſtantiâ, prorſuſque triumphali patiẽtiâ vexillum Crucis ad cœlum vſque perſequuntur; Sanguine firmatur inter Deum, & homines amicitia: ſanguinem ſanguine cõpenſamus, Chriſti ſcilicet amorem amore in Chriſtum, ſi minùs integrè, aliquâ ſaltem ea parte ſoluimus. Poterat

Paucorum triumphalis patientia.

Chriſti debitum aliquo modo ſoluamus.

B Dominus ſine vllo ſumptu, laboréq; ſuo, ſed gratis, aut certè minore ſumptu, minoréque labore nos redimere. At non ita ſuum tunc ergà nos amorem demonſtraſſet. Igitur *exinaniuit ſemetipſũ vſque ad mortem Crucis*, vt copioſa illius eſſet redemptio, nimia oſtenderetur caritas redẽptoris, redempti ampliùs obligati officioſiùs eundẽ colerent, fideliùs eidem inſeruirent, vehementiùs in eiuſdem amorem exardeſcerent. Denique ex tam copioſa, laborioſaque redemptione conſtaret euidentiùs, quanti Deus hominum ſalutem fecerit; quanti valeat anima, cuius pretium eſt ipſemet Deus. Grata quidem Deo libatio vini propter figuram: gratiſſima iam demum ipſa res, videlicet, ſanguinis libatio. Et quo nobis carius, ac labo-

Cur tam copioſa ea debitum redemptio.

C rioſus ſtat Dei obſequium, atque in illius honorẽ noſtra impenſiùs inſudat voluntas, noſtráque opera, quæ rectè fiunt difficiliora nobis factu & moleſtiora ſunt: eò planè vberiora nobis promanant merita, gratius Deo noſtrum cedit obſequiũ, ac magnificentiùs ſuã ipſe nobis gratiã refundit.

Augeſcunt merita ex difficultate operis.

15. Porrò hæc omnia pro celebrando Dei beneficio, ac recolenda in perpetuũ diuinæ viſionis memoria lapideã columnam Iacob erexit, altare priùs extruxerat, nunc ſuper illud effundit ſãguinem, & oleum; imponit loco nomen Bethel, domus Dei, aut fortaſſe columnæ, vel altari nomen ipſum inſcribit. O quàm multa hic latent myſteria? Eſt quidem ſublata in altum columna Crux ipſa, in argumentum, ac teſtimonium victoriæ

D Chriſti IESV, *qui domuit orbem non ferro ſed ligno.* Qui (autore S. Aug.) *vicit mundum non armato milite, ſed irriſa Cruce.* in Pſalm. 62. Erecta in ſublime Crux, in templis fulget, in altaribus adoratur; in frontibus fidelium regnat, in Regum capitibus triumphat. Benè S. Aug. in eodem argumento: *Finita eſt* (inquit) *Crux in pœna, manet in gloria: à locis ſuppliciorum fecit tranſitum ad frontes Imperatorum.* Hinc etiam optimè colligit; *qui tantum honorem dedit pœnæ ſuæ, quid ſeruat fidelibus ſuis?* in Pſal. 36. conc. 2. Pulchrè cùm Deus nihil temerè caſúque, nihil ineptum, aut inconſideratum agat; ſi (quod videmus) inanima, mutáque inſtrumenta ſuæ paſſionis tantum in mundo voluit honorari: eximios planè, atque incredibiles, inaudi-

D. Auguſt.

Celebratur gloria Crucis Chriſti.

D. Aug.

E tóſque mundo reſeruabit honores ſuis quidem Apoſtolis, martyribus ſanctíſque omnibus, qui pro ipſo multa, & grauia perpeſſi, & patientiam, & humilitatem Chriſti in ſeipſis mirabiliter expreſſerunt.

Admiranda Martyribus præmia in cœlo dãtur.

16. Eſt ergò Crux Domini titulus gloriæ, monumentum victoriæ, arcus triumphorum. Nouit hoc Apoſtolorum princeps Petrus, de quo Romæ in Crucem ſublato ita ſcribit S. Ambroſ. *Non fuit opprobrio Petro Crux Chriſti, quæ tantum ei gloriæ dedit, vt vniuerſis Chriſtum honoraret veſtigiis, metuens ne ſi*

Triumphalis gloria Crucis Chriſti.

D. Ambr.

S. Petrus in-

verſo corpore crucifixus.

Chriſti in cruce regnantis ſpecies.

ne ſi eâ ſpecie crucifixus eſſet, quâ Dominus; affectaſſe Domini gloriam videretur. in ſerm.21. in Pſal.118. Humiliatus quidem, & reſupinato corpore Petrus voluit vti ſeruus Cruci affigi: nam erecto vultu in Cruce pendere regnantis erat ſpecies, illius tantummodò, *qui exaltatus à terra omnia traxit ad ſeipſum.* Ioan. 12. *Qui ſtetit, & menſus eſt terram, aſpexit, & diſſoluit gentes: & contriti ſunt montes ſeculi, incuruati ſunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius.* Abac. 3. Vtique de gentium conuerſione, triumphatique mundi ante IESVM Dominum crucifixum humiliatione apertum eſt vaticinium.

Abac.3.

17. Erexit Iacob lapidem. Chriſtus Eccleſiam catholicam columnam immobilem fidei, diuinæ firmamentum veritatis, ex eo nimirum, quia fundata ſupra petram, primariam quidem Chriſtum, ſecundariam Petrum: *Idcircò portæ inferi* (vt Dominus pollicetur) *non præualebunt aduerſus eam.* Matth.16. Bellabunt quidem tyranni, bellabunt hæretici, bellabunt tartarei ſpiritus aduerſus Eccleſiam catholicam Romanam, Sedem Petri, fidem Chriſti, & Petri, ſed non eam debellabunt, non contra illam præualebunt. De illa ſiquidem prædixit Dominus. *Ecce ego ponam Hieruſalem ſuperliminare crapulæ omnibus populis in circuitu.* Zachar. cap.12. Quæ nam iſta Hieruſalem, niſi Eccleſia Chriſti, quam nulla vis, aut mundi, aut inferni ſemper impugnatam vnquam expugnauit? Nam illa quondam Iudæorum metropolis in puluerem, & cinerem, multarum gentium armis ſæpiùs expugnata, tandem redacta eſt. Poſita eſt ergò Chriſti Eccleſia populis ſuperliminare crapulæ; *Vt qui* (declarat S.Hieron.) *limina eius attigerit, inebrietur, & corruat: ſiue ipſam ſuperliminare in eum corruat, à quo contingitur.* Obſtupuit Diocletianus, quod totas imperij ſui vires ad delendum Chriſtianorum genus, & nomen multos per annos expromens nihil tandem profecerit, ſed multiplicato in dies Chriſti grege inanium Deorum ritus aboleri, ſimulachra, fanáque excindi, atque ſuccendi; Chriſtúmque ipſum, quem oderat, crucifixum, vti eſt, verum Deum, atque hominem adorari, & ab omnibus vbique terrarum gentibus celebrari ſuis oculis, etſi diabolicâ inuidiâ tabeſcentibus vidit. Ergo infeliciſſimus mortalium à Chriſto, & Chriſtianis ſe victum conteſtatus imperio ſe abdicauit, priuatúſque, & inglorius plenam mœrore ac dolore vitam finiuit.

In vita ſuper Eccleſia Catholica Romana.

Matth.16.

Zachar.12.

D.Hieron.

Victum ſe à Chriſto Diocletianus eſt confeſſus.

Infelix Diocletiani obitus.

18. Quid quòd omnes Imperatores, & Reges, qui Eccleſiam Chriſti perſecutionibus impugnarunt, infeliciſſimè tandem perierunt, vt Nero, Domitianus, Aurelianus, Decius, Maximianus, Maximinus, Maxentius, Licinius, Conſtantius, Iulianus, Valens, Valentinianus, &c. Certè vt in Chriſtianos crudelitatem, ſic proprij obitus infelicitatem, primus ille noſtrorum hoſtium Nero in ſeipſo dedicauit. Quod quidem in Chriſtianæ Eccleſiæ non vulgarem cedit honorem: primam, ſcilicet, quam paſſa eſt perſecutionem à monſtro omnium, quæ inter homines apparuerunt, & turpiſſimo, & truculentiſſimo excitatam fuiſſe. Quæ ſententia his ipſis Tertulliani verbis conſcripta & Chriſtianis honori eſt, & gentilibus infamiæ. Sic habet: *Conſulite commentarios veſtros; illic reperietis primum Neronem in Chriſtianos ferociſſe. Sed tali dedicatore damnationis noſtræ etiam gloriamur. Qui enim ſcit illum, intelligere poteſt non niſi grande aliquod bonum à Nerone damnatum.* Apolog. cap.5. Diſplicere quidem malis laudabile eſt; ſummæque laudis haberi debet, ab ipſa mortalium labe, peſtéque impugnari. Odium eſt inter diſſimilia; parit amorem ſimilitudo. Luculentiùs adhuc ad præſens inſtitutum adiungit Dominus per Prophetam: *Ponam Hieruſalem lapidem oneris cunctis populis, omnes qui leuauerunt eam, conciſione lacerabuntur.* Zachar.12. Tyranni videlicet, omnes ſuas vires in perſecutione Chriſtianæ Eccleſiæ vehementer exercuerunt, & quantum odiis, armis, dolis. furore, ac rabie, valerent, in Chriſtianorum ſanguine periclitari contendebant, vt nonnulli ſolent exercere vires in ſubleuando grandis ponderis lapide, vel deſtinatò illum contorquendo, vbi tamen vſu euenit aliquando, vt fracti viribus ſub tanto pondere ſuccumbant, ſuppreſſique, & conciſi pereant.

Perſecutores Eccleſiæ perierunt infeliciſſimè.

Gloria Eccleſiæ, quòd primû perſecutorem habuit Neronem.

Tertull.

Nero primus Eccleſiæ perſecutor.

Laudis eſt à malis odio haberi.

Zach.12.

19. Cæterùm hic ſenſus multò elegantius ex commentario S.Hieronymi accipi poteſt. Sic enim habet: *Mos eſt in vrbibus Palæſtinæ, vt in viculis, oppidis, & caſtellis, rotundi ponantur lapides grauiſſimi ponderis; ad quos iuuenes exercere ſe ſoleant, & eos pro varietate virium ſubleuare, &c. Senſus ergo eſt. Ponam Hieruſalem cunctis gentibus quaſi grauiſſimum lapidem ſubleuandam. Leuabunt quidem eam, & pro virium magnitudine vaſtabunt.* Huc ſanctæ Eccleſiæ potiùs, quàm Hieruſalem conuenit vaticinium, vt iam adnotauimus; Et quidem vti exercentes in lapide vires, illum ab humo in altum attollunt: Sic tyranni, & perſecutores dum Eccleſiam perſequerentur, illam prole numeroſiorem, & meritis florentiorem, ſanctitatéque fidelium glorioſiorem effecerunt. In hunc eundem ſenſum videtur Propheta ceciniſſe. *Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius; ſuper montes ſtabunt aquæ.* Pſalm.103. De perſecutionibus, quæ inſtar diluuij ſuper Eccleſiam Chriſtianam inundauerunt, intelligit S.Auguſt. *Vocat amictum perſecutionum, quæ non tam operuerant, quam vti pretioſa veſtis adornarunt Eccleſiam.* Quaſi oppreſſa, & ſubmerſa perſecutionum aquis videbatur Eccleſia, ſed planè ſic ſe habuit, vt inundationibus illis oblimata in vberiorem ſanctorum virorum, ac mulierum ſegetem pullulauerit. Quare optimè hic S.Auguſt. *Aquæ perſequentium Eccleſiam Dei cooperuit, ſed fœcundauit eam potius, quàm ad ſterilitatem perduxit.* Sequitur. *Ab increpatione tuâ fugient.* Pſalm. 103. Nimirum declarat idem, *à preſſura montium receſſerunt aquæ. Iam montes extant Petrus, & Paulus, qui ante à perſecutoribus premebantur, nunc ab Imperatoribus venerantur.*

D.Hier.

Perſecutionibus creuit, & excelluit Eccleſia.

Pſal.103.

D.Auguſt.

Perſecutionibus adornata Eccleſia.

S.Auguſt.

Fœcundata perſecutionibus Eccleſia.

S.S.Petrus & Paulus à Regibus honorati.

20. Preſſit quidem, & occidit Nero Petrum, & Paulum; at montes iidem ſunt, qui caput intra ſydera condunt. Meritò enim exclamat S.Chryſoſt. *Quid eſt Petro maius? Quid verò poteſt cum Paulo conferri? omnem naturam creatam vicere, tam in cœlo, quàm in terra. Nemo ante vos, neque poſt vos talis apparuit.* homil.de Petro, & Paulo. Nemo igitur ante Chryſoſtomum auſit vel Præcurſorem Domini, vel etiam dilectum IESVM anteferre Petro, ac Paulo; imò & cum illis conferre. Vide quantum in ſublime caput Romæ ſuſtulit, quem ad mortis vſque infamis abyſſum carnifices depreſſerunt. *Beatiſſimum Petrum* (ait Auguſt.) *genibus prouolutis adorat multitudo credentium.* homil.1. Vnus tantummodò Deus homo & vna Dei hominis mater ante pedes Petri non ſe proſternunt; Cæteri ſubditi verò ſuo Pontifici colla ſubiiciunt. Subleuarunt quoque Dei Eccleſiam hæretici, cùm illam erroribus, mendaciiſque, & apertâ vi armorum oppugnarunt. Catholica ſcilicet fides magis enititur, vera Chriſti doctrina

D.Chryſ.

S.S.Petrus & Paulus ſupra omnes eminent.

Quanta S. Petri gloria in terris.

D.Auguſt.

Ante Petrû omnes procumbunt.

Hæreticorũ perſecutio profuit Eccleſiæ.
1.Cor.11.
D.Auguſt.

luculentior extitit, multáque Euangelij myſteria quæ prius latebant ab Spiritu ſancto ſuam regente, docentéque Eccleſiam explicata denuò innotuerunt. Hinc illud Apoſtoli. *Oportet hæreſes eſſe, vt probati manifeſti fiant inter vos.* 1.Corint.11. Ergo S. Auguſt. *Quid eſt* (inquit) *probati? probati argento, probati eloquio, iuxta illud: Congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos, qui probati ſunt argento.* Pſalm.54. *Per tauros cornupetas, intelligit hæreticos; per vaccas animas ſeductibiles. Vt quid hoc? vt excludantur hi, id eſt, appareant, emineant, qui latebant, qui probati ſunt argento, eloquio Domini.* in Pſalm.54.

Pſal 54.
Hæretici tauri cornupetæ.

Creuit doctrina Eccleſiæ occaſione hæreſum.

21. Fuerunt quidem hæreſes occaſio, vt inter Catholicos eruditio creſceret, acuerentur ingenia, ſtudia efflorеſcerent; virique omni diſciplinarum genere inſtructiſſimi pro Eccleſia Dei contra hæreſes florentiſſimo, & inuictiſſimo agmine decertarent. Subleuarunt lapidem in cœlum vſque, confractique tanto pondere, atque illiſi denique perierunt hæretici: ab exordio quippe naſcentis Eccleſiæ per omnes ad noſtram vſque ætates contra fidem catholicam Romanam multæ variæque exortæ hæreſes, cùm aliquandiu mundum perturbaſſent, tandem ad meridianam fidei lucem prorſus diſparuerunt; quarum ſcilicet hodie ne nomina quidem memorantur. Similem haud dubie quæ nunc in borealibus plagis vim aliquam habent, exitum, atque ſempiternam obliuionem patientur. Stat firma Chriſti Eccleſia, ſtat firma: quippe ſuper lapidem illum fundata, *quem reprobauerunt ædificantes, ſed factus eſt in caput anguli*, cuius Inuicta virtus ita exprimitur: *Qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur; ſuper quem verò ceciderit, conteret eum.* Matth.21. Et quidem de lapide iſto, Chriſto ſcilicet Domino, de quo æternus Pater prædixit: *Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem probatum angularem, pretioſum, fundatum fundamine.* Iſai. 28. Duo inquam ſanè quàm admirabilia dicuntur; quòd & cadens conterat, & cadentem in ipſum confringat. Quibus nimirum ſignificantur duo multum diuerſa ſupplicia, quibus à Chriſto Domino alij, atque alij peccatores puniuntur. Quidam in lapidem caduнт, in alios cadit lapis. Arcanum ſic euoluit S. Hieron. *Qui peccator eſt, & tamen in Chriſtum credit; cadit quidem ſuper lapidem, & confringitur, ſed non omnino conteritur.* Nimirum fideles cùm peccamus, etſi confringamur miſeri, at non prorſus contriti ſumus. Fide adhuc ſubnixi, doctique ad medicamenta confugimus confeſſionis, pœnitentiæ, lachrymarum, orationis, &c. quibus ritè appoſitis in priſtinam reducimur ſanitatem.

Hæreſes tẽpore ipſo euaneſcunt.

Matth 21.
Chriſtus myſticè lapis.
Iſai.28.

Duo ſupplicia irrogãtur à Chriſto.
D.Hieron.

Fideles habent remedia cùm peccant.

22. *In eum verò, qui Chriſtum negauerit, ſic irruet lapis, ſic conteret eum, vt ne teſta quidem remaneat, in qua hauriatur pauxillum aquæ.* Hæc D. Hieron. in 21. Matthæi Nullus omninò relinquitur, aut pœnitentiæ, aut ſalutis locus, vbi fides Chriſti non eſt. *Qui non credit in filium Dei iam iudicatus eſt.* Ioan.3. Nullum habes ô infidelis, nullum tu hæretice medicamentum tuis vlceribus, ſubterfugium tuæ perditioni; tuum eſt irreparabile malum, quandiu Chriſtianam fidem catholicam non habes, illud de te Vates prædixit: *Comminuetur ſicut conteritur lagena figuli contritione prævalidâ, & non inuenietur de fragmentis eius teſta.* Iſai. 30. Confringitur peccatis vir Chriſtianus, ſed non comminuitur, vt ſaltem homini teſta non ſuppetat, quâ petat aquam, vt bibat, aut ignem, quo ſe foueat, videlicet Dei miſericordiam precibus lacrymiſque, & (quod amplius eſt) ſacramentorum Chriſti ritè ſuſceptorum ſuffragiis impetratam. At infidelis, at hæreticus ita conteritur, ſic in puluerem redigitur, vt nihil ſimile habeat infelix, quo Deum ſibi reddat propitium, cuius fidem non habet, cuius Euangelium non recipit, cuius aut ignorat, aut etiam abhorret, ac deteſtatur ſacramenta.

S.Hier.
Nullum ſine fide peccatori remediũ.

Iſai 30.
Chriſtiano eſt remediũ, infideli non eſt.

23. *Fundens oleum.*] Super aram, ſuper columnam effudit oleum. Domus quidem Dei, & Chriſti Eccleſia oleo abundat gratiæ, & miſericordiæ, quo pœnitentium animæ perfunduntur; vbi fides non eſt (quod antè præmiſimus) ne guttula quidem olei, gratiæque diuinæ inuenitur. Quod autem non tantùm irroretur, ſed planè ſuperexundet Chriſti oleo Catholica Eccleſia, & conſequenter peccatores verè pœnitentes abundanti diuinæ miſericordiæ ſuperеffundantur, vel quaſi abſorbeantur oleo, prædictum eſt à Propheta iis verbis: *In die illa proteget Dominus habitatores Hieruſalem, & erit, qui offenderit ex iis, quaſi Dauid.* Zachar.12. Eſt quidem apud nos Bethel, domus Dei in quam pater familias Chriſtus Dominus venit (vt ipſemet teſtatur) *non vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam.* Luc.5. Sic autem nunc illius ſuperabundat gratia, vt innumerabilis ſit peccantium multitudo, qui doleant, qui lugeant, qui fateantur peccata ſua, qui pœnitentiam agant, & poſt lapſum ardentiùs aſſurgant, ſanctiúſque viuant vti Dauid. Certè S. Gregor. citans locum Zachariæ animaduertit: *Hac dies miſericordiæ, qua nobis de aduentu Redemptoris noſtri promiſſa eſt. Qui itaque offẽderit, erit ſicut Dauid, quia peccator ad pœnitẽtiam redit.* homil.20. in Ezechiel. Lugeamus igitur, qui peccauimus, ante conſpectum Domini cum Dauid: *Magnus eſt enim* (ait idem Gregor.) *Creatori noſtro ad recipiendos fletus humilium, miſericordiæ ſinus.* Humiliati ergò ſub potenti manu Dei lacrymas pro noſtris flagitiis vbertim effuſas in ſinu miſericordiæ Domini IESV reponamus, quæ præclarâ pro nobis (vti ſolent) legatione perfunctæ proculdubio veniam, & propitiationem reportabunt.

Chriſti Eccleſia ſuperabundat oleo.

Zachar. 12.

Luc.5.

Frequentia & fructus pœnitentiæ.
D.Greg.

S Gregor.
Exhortatio ad pœnitentiam.

Fructuoſæ lacrymæ pœnitentium.

24. Porrò autem vbi Bethel domus Dei, vbi olei ſuperfuſio eſt, & Eccleſiam, & gratiam Chriſti agnoſcimus, & matrem Chriſti neſcire non debemus; prima illa, & ſplendidiſſima, & pulcherrima, & auguſtiſſima domus extitit, quam Deus è cœlo veniens primò inhabitauit. Eadem cùm ſit gratiâ plena, vtique oleo miſericordiæ; & cùm ſola inuenerit gratiã apud Deum, vt digniſſimè ab illo in matrem eligeretur; tanti profectò apud Deum filium ſuum valet, tantam in cœlo poteſtatem habet, vt gratos ipſa Deo faciat, quos in ſuum obſequium admittit, atque in ſuam gratiam recipit. Illius enim puritate noſtrum abluitur lutum: illius ſanctitate noſtra obumbrantur flagitia. Sempiternæ felicitatis vinum cum Chriſto, in regno Patris bibet; cœleſtis exultationis oleo perfundetur, glorioſam domum Dei æterno fruiturus æuo ingredietur, qui Virginem Dei matrem in vita, & debitis obſequiis coluit, & dulci memoriâ, ſanctiſque vocibus, atque illius (quod caput eſt) virtutum imitatione percelebrauit. Sicut enim Baptiſmum ritè ſuſcipientibus illa nota indelebilis inuritur (character dicitur) quâ veri fideles Chriſti dignoſcuntur; ita præter alia illud velut ſtigma ſalutis æternæ gerunt impreſſum prædeſtinati; dulcem quendã affectum erga Virginem Dei matrem; ſedulumque, & pium obſequium illi per totam vitam, quam ſine dubio in

B.Maria domus Dei.

Summa B. Mariæ gratia & potẽtia apud Deum.

Felix qui piè colit, & ſalutat B. Mariam.

Signũ prædeſtinationis pietas in B.Mariam.

A Dei gratia finali, (vt de diuina bonitate credere par eſt) ille feliciter terminabit, qui prærogatiuam deuotionis erga Virginem a Deo meruit obtinere. Quam in ſententiam egregiè ita ſcribit S. Bonau. *Qui acquirit gratiam Mariæ, agnoſcetur à ciuibus paradiſi, & qui habuerit characterem eius, annotabitur in libro vitæ.* in ſuo Pſalt. Igitur ô Domine I e s v quoniam pro tuâ erga nos (vt Apoſtolus tuus vocat) nimiâ caritate beatiſſimam Virginem matrem tuam noſtræ ſalutis mediatricem, & patronam eſſe voluiſti, atque in noſtro ergà ipſam affectu, pietatiſque obſequio inſigne quoddam diuinæ prædeſtinationis teſtimonium poſuiſti: dignare obſecro, vt hoc ipſum, quod in hiſce commentariis non leue, nec obſcurum meæ pietatis erga Virginem matrem oſtenditur, indicium; certum omninò ſit mihi tuæ gratiæ, ſempiternæque electionis argumentum.

D. Bonau.

Dei beneficiũ pietas in B. Mariam.

SECTIO X.

Egreſſus autem inde, venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephratam, in qua cùm parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitque ei obſtetrix: Noli timere, quia & hunc habebis filium.

1. **V***Enit verno tempore.*] Hebr. כִּבְרַת *Chibrath.* Locus difficilis ob variam ſignificationem vocis *Chibrath.* Quidam terræ ſpatium ſignificari arbitrantur, ac proinde vertunt milliare, quaſi mille paſſus diſtet à Bethlehem ſepulchrum Rachelis. Sic Oleaſter, Pagnin. & alij ſentiunt. Verùm huic ſententiæ repugnat, quod de terræ ſanctæ deſcriptione ſcribit Brochard. 1. part. cap. 7. n. 56. his verbis: *Scias ſepulchrum Rachelis non eſſe in Ciuitate Bethlehem, ſed foris iuxta viam, qua ducit Hebron ad dexteram ad iactum vnius arcus extra Bethlehem.* Hæc ille. Non igitur ex loco, vbi ſepulta eſt Rachel, multum terræ, ſiue itineris, ſupererat vſque ad vrbem Ephrata, ſiue Bethlehem. At meâ quidem ſententiâ, nullus hiſce nouitatibus locus videtur ſupereſſe poſt vulgatam hodie correctam, & ſapientiſſimo in hanc rem commentario S. Hieron. confirmatam. Ille igitur poſt multa, ſic tandem colligit: *Melius eſt, ſi transferatur in electo terræ tempore cùm introiret Ephrata. Porrò vernum tempus ſignificat cùm in florem cuncta rumpuntur, & anni tempus electum eſt: Vel cùm tranſeuntes per viam carpunt, & eligunt ex vicinis agris quodcunque ad manus venerit, diuerſis floribus inuitati.* in tradit. Hebr. in Geneſ. Vberiorem ſi velis eruditionem inuenies apud noſtrum Perer. Iccircò autem diuinus autor meminit verni temporis obitum Rachelis narraturus, vt oſtendat propter auram calidiorem putrefactioni obnoxiam non licuiſſe cadauer Hebronem vſque perferre: ſed coactum Iacob in via ipſa extra vrbem præeligere ſepulturam.

Vbi Racheli ſepulchrum.

D. Hier.

2. *Cum parturiret Rachel.*] Magna in pariendo difficultas, dolor grauiſſimus, mórſque nonnunquam accidit, ſicut Racheli contigiſſe narratur. Vnde verò tantum miſeriæ patiantur fœminæ, multæ ſolent à medicis afferri cauſæ. Vide ſi placet noſtrum Perer. hoc loco. Qua de re copioſè ſcribit Ariſtot. lib. 4. de generatione animal. cap. 6. vbi docet grauiùs, & frequentiùs periclitari fœminas in partu, quæ vitam otioſam, & ſellulariam degunt; illis verò quæ laborant, & exercentur, facilem vterum, partúmque eſſe; quod quidem Racheli delicatiùs, & otioſiùs agenti fortaſſe periculum, & mortem attulit. Periclitatur in partu Rachel illa ſcilicet; cuius pulchritudo tam celebris in mundo fuit; atque in dolores deſinunt illa tenerâ ætate gaudia nuptiarum. Sic habent res mortalium, gaudij, ac triſtitiæ, voluptatis, ac doloris, ſpei, ac timoris, riſus, ac luctus crebrâ quadam viciſſitudine, ac temperamento conſtant. Nulli in hac vita ſolidum, & ſincerum, & perpetuum gaudium contingit; ſed triſtitiâ ſubinde, doloréque dilui, atque interrumpi ſolet. Ecce Iacob cariſſimam iuxtà, & pulcherrimam vxorem in ipſo adhuc ætatis flore, pro qua multos annos in ſummis laboribus iniquiſſimo ſocero ſeruiuit; illam, cuius amore, potiundæque formæ ſpe nihil non alacri animo durum, arduúmque ferebat: illam, de qua ſuauiſſimum iam filium Ioſeph ſuſceperat: & alterum ſubinde conſimilem ſperabat: præmaturâ nunc morte maioribus, ac melioribus ſemper mortalium gaudiis inſidiante à conuictu, ab oculis, à vita, ſpectauit, doluítque abreptam. Proh quantis emptam laboribus, breuibúſque poſſeſſam gaudiis, immenſis tandem doloribus amiſſam defleuit! Meritò celebratur illud Euripidis in Iphigenia.

Ariſt. Vnde dolor partus.

Humana vita ex gaudio & dolore conſtans.

Mors Rachelis.

Nullum in vita bonum diuturnum.

Eurip.

Gaudere atque dolere, neceſſe eſt,
Mortalis enim es. Sin tu nolis,
Tamen eueniet. Sic diis placitum.

C 3. Stare neſcit bonum, diu nunquam manſit felicitas. Fugit ocior Euro voluptas. Et nos tamen miſeri fugientem prendimus auram: inanem ſequimur vmbram. Profectò cuncta, quæ hominibus magna videntur, prorſus nihili ſunt, ſomnia delirantium, & vmbrarum effigies inanes. Id tantùm manet, ac perdurat, ſempérque ſtabit, quod rectè quiſque, honeſtéque in vita fecerit. Quid quod adoleſcentiæ flos citò marceſcit, & vernans iuuenilis formæ gratia euaneſcit? amores, & deliciæ, quæ plus eneruant, quàm oblectant adoleſcentium animos, mature, ac celeriter defloreſcunt? Pulchrè, ſanctéque noſter Edmundus Campianus, cuius in Anglia martyrium cum ſanctorum Laurentij, Sebaſtiani, Vincentijque agonibus meritò conferri poteſt, in libello D illo aureo concluſionum, quas ſcripſit Academicis Angliæ, hæc ipſa de vanitate rerum humanarum interſerit: *Aurum, gloriam, delicias, Veneres contemnite. Quid enim aliud iſta ſunt, niſi terrarum ilia, canorus aer, popina vermium, bella ſterquilinia?* Ita martyr illuſtriſſimus. Et huiuſmodi tamen cùm iſta ſint; incredibilem vim habent ad decipiendum, ad peruincendum: ſeu potiùs in nobis eſt tanta infirmitas, quanta & ſtultitia, vt à meris inanitatibus vltro decipi, ac vinci patiamur. Rectè Clem. Alex. *nos ſimiles eſſe dicit ceruis, iiſque ſomellis: quos (inquit) fiſtulis demulceri accepimus, & in laqueos inter venandum cantu duci à venatoribus.* 2. pædag. cap. 4. Quid enim aliud nobis ad E antes animæ, cùm malis ſuggeſtionibus pertentamur, velut inſuſurrat, niſi quidam quaſi ſonus illecebrarum, quo tanquam dementati in laqueos peccati, atque in mortem ipſam incurrimus?

Rerum humanarum inconſtãtia & vanitas.

Edm. Camp. S. Martyr Campianus cum antiquis comparandus.

Egregia ſẽtentia de vanitate rerum humanarum.

Clem. Alex.

Mala voluptas demẽtat & illaqueat.

4. Nihil tam indignum hominis animo, & in ſe immortali, & ad æternam felicitatem creato, quàm ſordida iſta mundi voluptas, quæ animum ipſum, & polluit, & deprimit. Quod regius Vates animaduertens exclamat: *Filij hominum vſquequò graui corde, vt quid diligitis vanitatem,*

Pſal 4. D.Chryſ.

tatem, & quæritis mendacium? Pſalm 4. *Graues quidem corde ſunt* (declarat S. Chryſ.) *qui ſunt craſſo corde, carnales, affixi terræ, libidine, & voluptate marcidi.* Cor in diuina ſcriptura mentem, & ipſam mentis intelligentiam crebrò ſignificat, vt hoc loco. Sic autem libidinoſa voluptas mentis aciem offundit, ſic intellectus acumen hebetat, craſſumque reddit, vt in terram, terræque ſordes deiiciat, nec ſinat in altum ad cœleſtia & diuina contemplanda, diligendaque aſſurgere. Quare illud ingenioſe admodum ſcripſit Tertul. *Tanta eſt vis voluptatis, vt ignorantiam protelet in occaſionem, & conſcientiam corrumpat in diſſimulationem.* lib. de ſpectac. cap. 1. Sic voluptas mentem occæcat, vt ignorantiam prætendat erranti; hoc enim velo male contectam excuſant libidinoſi (B) ſuam audaciam dicam, an impudentiam, cùm ſeſe vltrò immiſcent conſuetudini mulierculárum, & in ipſa pericula ſcienter intrudunt. Deinde (quod eſt deteſtabilius) ea vis eſt voluptatis, vt conſcientiam peccati, quâ mens noctu, diuque morderi ſolet, oſcitare, conniueréque faciat, ne mortem ipſam ſuam videat, ſentiátque aut vt viſam miſera penſi non habeat. Hos igitur voluptatis lethargo conſopitos clamoribus excitat Propheta: *Qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris; qui canitis ad vocem pſalterij,* &c. Amos 6. *Qui ſcilicet* (declarat S.Hieron.) *deliciis vacant, atque luxuriæ, & omnia cauſa ventris faciunt: & quia pulchra videntur vitia, & præſenti iure delectant, requieſcunt in eorum lectulis, & ſopore grauiſſime deprimuntur,* &c. (C)

Quantum noceat carnis voluptas.

Tertull. Occæcat mentem libido.

Summũ ex mala voluptate damnum.

Amos 6. D.Hieron. Lethifera requies in luxuriis.

5. En ſoporati noxiâ, & veternosâ carnis voluptate, ſic in lethalibus libidinum vitiis conquieſcunt, vt etiam ſuum iſtud captandæ vndecunque voluptatis ſtudium exemplo iuſtorum hominum, qui ſimili oblectamento fruerentur, excuſare, imo & eo honeſtare contendunt. Addit enim Propheta. *Sicut Dauid putauerunt ſe habere vaſa cantici.* Amos 6. Videlicet ita ſunt impudentes iuxta, & ſtolidi, vt exiſtiment ſibi licere, quæ viri ſancti captarunt oblectamenta; nec ipſis innoxiam, aut illicitam eſſe carnis, ſenſuúmque voluptatem, cùm illius patronos habeant viros in ſanctitate præcedentes, qualis extitit Dauid. Cæterùm falluntur miſeri. *Quod enim* (ait S.Hieron.) (D) *Dauid fecit ad cultum Dei, iſti ad voluptatem, & luxuriam conferunt,* &c. Vide plura, & egregia in hanc eandem ſententiam apud noſtrum Ribera eodem loco. *Verùm* (quod S.Hieron. animaduertit) L X X. *hæc verba non tranſferunt ex Hebræo, ſicut Dauid, &c. ſed alia de ſuo videlicet: Quaſi ſtantia putauerunt, & non quaſi fugientia.* Pulcherrima quidem ſententia (vt eam vocat S.Hieronym.) quæ carnalium hominum magis auget vecordiam. Cùm enim omnia illorum opera in vnam voluptatem dirigantur, nihilque illi faciant, niſi quod ventri procurent, & libidini; inſuper ſua iſta carnis, & mundi oblectamenta, quaſi ſtantia, & non quaſi fugientia putauerunt. *At res ſeculi* (inquit S. Hieronym.) *& omnia corpora momento fluunt, & abeunt, & nihil in ſuo conſiſtit ſtatu. Nihil fugacius ſeculo, rebúſque ſeculi, quas dum tenemus, amittimus.* (E) Mutantur etiam peccatores, dum ſuis oblectantur illecebris, & currunt; & neſcientes ad mortis terminos perueniunt, & (quod omnium eſt miſerrimum) marcidi Venere, ſaginati epulis, vino ſopiti, ridentes, & canentes puncto ad infernum deſcendunt. Quid quod etiam honeſta huius vitæ, licitaque delectamenta carnis non ſtant, ſed fugiunt: Et Rachelis etiam amores, nuptiæ,

Malè ſe excuſant luxurioſi.

Amos 6.

D.Hieron.

S.Hier. Nihil fugacius voluptate carnis.

Infelix exitus luxurioſorum.

(A) felix cum viro vita, lætitia prolis, iuuentutis flos, formæ gratia, ſubeunte demum morte, ſimul omnia perierunt. Quis ergò (niſi lapis aut truncus ſit) illa ipſa putabit ſtantia, & non fugientia?

Breuia iſta ſunt etiam honeſta gaudia.

6. *Periclitari cœpit.*] Miſera conditio mortalium: vix è Sichimorum ereptus periculo, dein viſione diuinâ recreatus, nunc è veſtigio percuſſus cariſſimæ vxoris diſcrimine vehementer indoluit Iacob: ne quis in terra vitam vtcumque trahens, aut proſperis nimiùm credat, aut in aduerſis nimiùm diffidat. Benè in hanc ſententiam ita diſſeruit S. Auguſt. *Iter huius ſeculi moleſtum eſt, plenum eſt tentationibus: in rebus proſperis ne extollat: in rebus aduerſis ne frangat. Qui tibi dedit felicitatem huius ſeculi, ad conſolationem tuam dedit, non ad corruptionem.* (B) *Rurſus qui te flagellat in iſto ſeculo, ad emendationem, non ad damnationem facit.* Profectò alterum ſine altero ſi adueniat, diſcrimen afferet homini, aut arrogantiæ, aut deſperationis; quanquam in hâc vita vtilius homini ſit aduerſis humiliari, quàm proſperis efferri: quare optimè colligit idem Aug. *Ferto patrem erudientem, ne ſentias iudicem punientem.* tract. 3. in 3. Ioan. Hic ergo Domine perure, ſeca, vre, vt in æternum parcas; periclitetur hic corpus, vt illic anima tutè glorietur. Angunt, diſcruciantque in morte anguſtiæ, grauiſſimique ad ſeparationem animæ à corpore dolor, horrórque. Cæterùm hoc agit in noſtrum commodum diuina prouidentia, vt his anima cruciatibus afflicta purgantium in altera (C) vita flammarum ſupplicia, vel prorſus effugiat, vel certè multum diminuat. Sic latroni cruci affixo ſimul cum Domino mortis ſuæ terror, ac dolor purgantis ſcelera ignis vicem ſubiit. Quocirca dixit egregiè S.Chryſ. de hoc ipſo latrone. *Quoniam exiguo tempore, vt oportuit, Chriſtum timuit, beatus factus eſt, dicens: neque tu times Deum.* Luc. 23. *Nullum enim eſt malum, quod non extinguat Dei metus.* in Pſalm. 127.

D. Auguſt. Alternis ſe læta & triſtia in vita.

Nocent proſpera, proſunt aduerſa homini.

S. Auguſt.

Mortis anguſtiæ purgant peccata.

D.Chryſ. Dei timore purgantur peccata. Luc. 23.

7. Hoc quidem de timore: de ipſis verò dolorum in morte cruciatibus facilius id ego crediderim, cùm dolor propria ſit, & conſueta pœna malæ delectationis, quæ in peccando ſuſcipitur, & quæ luſtralibus poſtmodum incendiis erit expianda. Vnum ego ad huius aſſumpti probatio- (D) nem afferam noſtris temporibus perquàm memorabile. Ægrotabat vnus è noſtra Societate iuuenis, nec dum initiatus, ſed ſenſu ille quidem, ac virtute ſenilem ſuperegreſſus canitiem. Igitur ingraueſcente in dies morbo dicit ad aurem familiari ſocio. Heus tu mi frater, ora obſecro ad Dominum; grandis enim imminet mihi tempeſtas. Ecce ſubitò ingruit multiplex dolorum cruciatuúmque procella; æſtuare pectus, ardere, premi, frangíque ſcapulæ, humeri, terga: caput totum quantum eſt, tremere, contundi, perpungi, lancinari. Quid plura? omnibus membris, oſſibus, neruis, viſceribus, medulliſque intimis corporis deſæuire malorum, nec audita, nec viſa colluuies. Stupere interim omnes, condolere laboranti; precibus ad Deum iuuare, blandiſque vocibus (E) conſolari æſtuantem, ipſe patienter agere Dei clementiam, Virginis matris opem implorare. Perdurauit hoc malum integras viginti quatuor horas; illo exacto ſpacio diſerenauit vndique tempeſtas; æger demum in portu conſiſtens, atque in ſe rediens tantæ rei cauſam explicuit. Petiſſe nimirum ſe obnixè à Deo, vt purgatorij pœnas ſibi ante mortem præſtitueret: quibus tandem perfunctus liberè in cœlum ſubuolaret; poſtulatiſque annuiſſe Dominum. His tandem expletis

Dolores in morte vicẽ purgatorij ſubeunt.

Admiranda doloribus & gaudiis mors vnius è Societate IESV.

pletis placidè, ſanctéque obdormiuit in Domino in collegio noſtro Eborenſi.

Cæſarius.

8. Non abſimile quid Cæſarius lib. 12. c. 151. refert de Monacho Ciſtercienſi, qui ſtatim vbi mortem obiit, Prælato ſuo glorioſus apparuit; rogatúſque ab illo, quî iam citò beatam vitam adeptus, nec tantulam in purgatorio moram feciſſet: *Scilicet* (reſpondit) *per acerbos dolores, immanes cruciatus, grauéſque terrores, quibus in morte vehementer admodum ſum afflictatus, expiatrix mihi flammæ in purgatorio vicem ſubierunt.* Quamobrem cùm aliquem fidelem videris inter ſummos cruciatus, doloréſque cum morte colluctari, ne hominem deſertum à Deo, atque inferno deſtinatum ſuſpiceris: quin potiùs maximè, ſi vitam rectè tranſegerit, grandi beneficio Dei clementiſſimi ſic illum excruciari; vt hîc pœnis illis pro expiandis plenè delictis caſtigatus, etiam purgatorij flammas ſubterfugiens, recto, ac libero in cœlum curſu deferatur. Sunt quidem tormenta, quibus in purgatorio animæ cruciantur omnium omninò, quæ in hac vita, vel paſſi homines ſunt, vel pati poſſunt, quàm acerbiſſima; quæ doctrina S. Aug. ita illius verbis habet: *Ignis ille* (purgatorij) *etſi æternus non ſit, miro tamen modo grauis eſt.* lib. de cur. pro mort. cap. 8. Cæterùm benigniſſimus Dominus, ne tam grauibus affligamur in purgatorio cruciatibus, eoſdem vult compenſemus in hac vita bonis operibus, quorum merito ſatisfacimus diuinæ iuſtitiæ pro culparum debitis, quibus in purgatorij flammis ſoluendo erimus. Quare S. Aug. de ſæuitia, (ſic enim vocat) pœnarum alterius vitæ diſſerens. tract. homil. 50. homil. 16. ita nos admonet. *Quæ omnia hîc ab anima ſeparari per eleemoſynas, & lacrymas compendioſa tranſactione potuiſſent.* O quàm vtili, facilíque compendio per voluntariam carnis flagellationem, ieiuniáque, & opera miſericordiæ in pauperes, immenſas, quæ in purgatorio manent exanthlandæ, pœnas homo euaderet, ſi vellet. At certè, qui adhuc viuunt eas, quæ in purgatorio torquentur, animas piis operibus pœnitentiæ, ac miſericordiæ, ſic pro caritate Chriſtiana iuuare debent, vt compendioſa iſta tranſactione præſtitutum purgantibus pœnis tempus aut omninò præcidatur, aut certe magnâ ex parte minuatur.

Dolores in morte minuunt purgatorij flammas.

D. Auguſt.

D. Auguſt.

Piis nunc operibus diluenda pœna purgatorij.

Piis operibus iuuanda animæ purgatorij.

9. Maximè verò diuinæ Euchariſtiæ ſacrificium pro illis eo in carcere detentis, eóque igne ardentibus viui offerant. *Myſticis enim* (inquit S. Gregor. Nazianz.) *iſtis, ac ſurſum ferentibus ſacris Deus colitur; quibus nec maius quicquam, nec excellentius habemus.* Loquitur de auguſtiſſimo Miſſæ ſacrificio. Apolog. 1. vocat ſacra ſurſum ferentia; ibi enim animæ cùm celebrantium, tum adſtantium diuina myſteria contemplantes in ſublime cum Domino ſurſum corda ſubleuante attolluntur. Tertull. de hoc ipſo ſacrificio diſſerens dicit. *Ibi eſſe ſpiritus refrigerium*, lib. ad vxorem cap. 6. Mirum enim ſolet eſſe animis fidelium in Miſſæ ſacrificio à vitæ miſeriis leuamentum, ac dum in via peregrinantur ad patriam, ſingulare ſolatium. Cùm verò (vt Eccleſia catholica profitetur, ac docet) pro viuis, atque defunctis ſacroſanctum hoc myſterium ex ipſamet Chriſti Domini inſtitutione offerri conſueuerit: profectò quæ magni Doctores de viuis ſcribunt, pariter de mortuis intelligi voluerunt. Sunt igitur myſtica ſurſum ferentia ſacra erga fidelium animas, quæ adhuc in altera vita purgantur: eſt quidem iſtis in Miſſa refrigerium. Quare hinc mihi videre eſt animas illas velut in flumine, (vt S. Hieron. & Aug. vocant) vel in lacu pro aquis incendia flammarum eructante non tam enatare, quàm ſubmerſas latere: ibi verò nonnunquam ex ſuffragiis viuorum præſertim oblatione corporis, & ſanguinis Domini, vbi hæc fiunt, offeruntúrque à viuis, mirandum in modum recreari, refrigerari, & quaſi à fundo in altum emergere, liberiorémque, ac ſaniorem captare auram. Quibus pulchrè appoſitis tranſlationibus, quantum illæ animæ ex piis viuorum operibus, Miſſa præcipuè ſuis in tormentis recipiunt leuamentum, declarari poteſt.

Miſſa ſacrificium pro animabus purgatorij.

D. Greg. [illegible]

[illegible] commenda, vt Miſſa ſacrificium.

Tertull.

Animæ in purgatorio recreantur ſacrificio Miſſæ.

10. Et quidem de Miſſa in hunc modum viuis opitulante validum mihi perſuadeo transferri ad mortuos argumentum: pro vtriſque enim à Chriſto Domino (vti præmiſimus) ſcimus illam fuiſſe inſtitutam. Quod verò attinet ad viuos illud perquàm memorabile narratur à S. Gregorio his verbis: *Non longè à noſtris fertur temporibus factum, quòd quidam ab hoſtibus captus longè tranſductus eſt. Cúmque diu teneretur in vinculis, cum vxor ſua eum ex eadem captiuitate nuncium non reciperet, extinctum putauit. Pro quo iam velut mortuo hoſtias hebdomadibus ſingulis curabat offerre, cuius toties vincula ſoluebantur in captiuitate, quoties ab eius coniuge oblata fuiſſent hoſtia pro animæ eius abſolutione. Non longo poſt tempore reuerſus, admirans valdè ſuæ indicauit vxori, quòd diebus certis, hebdomadibus ſingulis, eius vincula ſoluebantur. Quos videlicet dies eius vxor, atque horas diſcutiens, tunc eum recognouit abſolutum, cùm pro eo ſacrificium meminerat oblatum.* homil. 37. in Euangel.

S. Gregor.

Per Miſſæ ſacrificium captiuus vinculis exuitur.

11. Manet itaque nos extrema dies, manent dolores, manent terrores, egredietur vnicuique ſua, vt hîc de Rachele ſcribitur, animæ præ dolore: debitum hoc eſt cuique noſtrum in morte ineuitabili perſoluendum. Præſtolatur illuc venientes, vt reddant vitæ ſuæ rationem, iudex integerrimus. Quid ergò miſeris faciendum? Illud nimirum, quod in Euangelio Rex ille ſuis diffidens viribus, aduentantiſque Regis potentiam reformidans feciſſe legitur: *Adhuc illo longè agente, legationem mittens rogat ea, quæ pacis ſunt.* Luc. 14. *Mittamus* (inquit S. Gregor.) *ad Regem legationem noſtram flendo, tribuendo, ſacras hoſtias offerendo, ſingulariter namque ad abſolutionem noſtram oblata cum lacrymis, & benignitate mentis ſacri altaris hoſtia ſuffragatur: Nam quoties ei hoſtiam ſuæ paſſionis offerimus, toties nobis ad abſolutionem noſtram, paſſionem illius reparamus. Hæc eſt noſtra legatio, quæ Regem venientem placat.* Hactenus Pontifex.

Mors omnibus præſtituta.

Dei iudiciũ in morte.

Luc. 14.

S. Gregor.

Miſſa pro iudice Deo placando.

Multũ valet Miſſa pro peccatis.

12. Poſt miſericordiam, paſſionem, ac merita Domini IESV habemus filij Adam ſingulare, ſalutaréque præſidium in Beatiſſima ſemper Virgine Dei matre; illius nomen dulciſſimum inuocatum præſtò eſt, vt ferat opem periclitantibus Regina mundi. Neminem illa deſpicit, à quo ſuppliciter inuocatur; eſt enim mater miſericordiæ, refugium peccatorũ, tota poſt Deum noſtra ſpes, ac fiducia. Neminem, quem mater ſuſcipit, Deus filius repellit: nemini, quem illa exaudit, ſurdum ſe filius exhibet. Præclara huius argumenti ſpecies ſeſe obtulit ſpectandam aliquando ſanctæ Brigitæ: ſtabat nimirum Virgo beatiſſima obnixè, conſtantérque Deum filium vehementer iratum contra homines propitians, placánſque precibus. Cui filius hæc omnino verba reſpondit: *Tu Angelorum, & omnium ſanctorum gloria es, & Regina, quia à te Deitas conſolata eſt, & omnes ſancti ſunt beatificati. Ideo faciam quod vis.* Hæc S. Brigit. in ſuis reuelationibus: Nã quicquid per Chriſtum Dominum,

Grande nobis præſidiũ in B. Maria.

B. Mariam filius Deus honorificè tractat.

Dominum, & ad illius incarnationem effectum A eſt, id omne matri beatiſſimæ, a qua Dei Verbum humanitatem ſuam aſſumpſit, meritò etiam adſcribitur. Nec conſulatam dici à Virgine matre Deitatem abſurdum eſt. Noſtro enim intelligendi modo Deus & triſtis, & lætus, & pluribus aliis noſtris affectibus legitur affici: cuiuſmodi eſt illud; *Heu conſolabor.* Iſai. 1. *Conſolatio Dei* (ait ibidem S. Hieron.) *ſuper hoſtibus eius eſt, vt qui non ſenſerunt beneficia, ſupplicijs corrigantur.* Sed potior tamen Dei conſolatio eſt, vt qui anteà erant filij iræ, per pœnitentiam in filios Dei tranſeuntur: & qui priùs notus erat in Iudæa Deus, nunc vbique terrarum, & gentium ita celebretur, vt *ab ortu, & occaſu magnum ſit nomen eius.* Malach. quæ quidem omnia per humanitatem ſuſceptam B ex Virgine matre Dei filius eſt operatus, & conſecutus.

Quomodo à B. Maria Deus conſolatus dici tur.

Iſai. 1.

D. Hier.

13. *Dixitque ei obſtetrix.*] Æſtuantem doloribus fœminam obſtetrix læto nuncio maſculi partus recreare contendit; nihil enim parturientem ita conſolatur, atque maſcula proles; quo nimirum ſenſu Chriſtus Dominus Apoſtolos grauibus, & variis in mundo affligendos ærumnis, periculis, incommodis, perſecutionibus, tormentis denique, ac morte infami, conſolatur æternæ beatitudinis præmio, quod vitæ huius tribulationibus patienter, ſanctéque ſuſceptis comparatur; at tantum illud præmium, & gaudium partu maſculo adumbrari voluit. *Mulier* (inquit) *cùm parit triſtitiam habet, quia venit hora eius: cùm* C *autem peperit puerum, iam non meminit preſſuræ, quia natus eſt homo in mundum.* Ioan. 16. *Parturitio quippe* (animaduertit S. Auguſt.) *triſtitia, partus autem gaudio comparatur, quod tunc maius eſſe conſueuit, quando non puella, ſed puer naſcitur.* Hac igitur vſus ſimilitudine Dominus ſpe futuri gaudij præſentium malorum triſtitiam ita mitigat: *Et vos igitur nunc quidem triſtitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* Ioan. 16. Vbi non ſolùm de gaudio in reſurrectione Domini, ſed etiam de beatitudine cuiuſcunque agi credendum eſt. Grande ſolatium matri eſt ex maſculo partu. Filius enim & optimus eſt effectus naturæ, & parentibus ad honorem, ad riſum, ad familiæ fulcimentum ha- D beri ſolet; matrique (vt experientia comprobat) dulcior etiam, & carior, quàm patri eſt filius, quod quidem infelix illa mater viperæ non abſimilis, quæ ſibi, atque toti orbi terrarum non tam filium quàm monſtrum, & exitium peperit, apertè oſtendit. Enimverò (vt ſcribit Cornelius Tacitus) *Agrippina,* (hæc illa matrum miſerrima) *conſulenti ſuper Nerone reſponderunt Chaldæi fore vt imperaret, matrémque occideret; atque illa: Occidat* (inquit) *dum imperet.* lib. 14. annal.

Ioan. 16.

Filij maſculi ortus parentibus gratiſſimus.

D. Aug.

Matri dulcior, quàm patri, filius.

Corn Tac.

Agrippina Neronis mater.

14. Mortem ſibi etiam optauit, ac petiit Rachel, cùm haud vno contenta filio, quem precibus ac lacrymis impetrarat Ioſephum patiens dixit, *Addat mihi Dominus filium alterum:* Geneſ. 30. Quid ô mulier expetis, quid petis? filium alterũ; E iam mater es; iam filium habes vnum, quem lactes, quem nutrias, quem ad vbera, collúmque ſuſpenſum geſtes, cui blandiens dulcia baſiola imprimas, qui te ſuauiculo matris nomine crebrò appellitet. Siſte ibi obſecro, ne alterum velis filium, nam ſi alterum concipies, malè vtique illum parturies; paries tu illi vitam, mortem tibi ille pariet. Ah quàm nobis malè ipſi etiam à Deo petimus, quæ data noceant, negata proſint? *Petitis,* (ait Apoſtolus) *& non accipitis, eò quòd malè* A *petatis.* Iacob. 4. Quæ quidem verba ſapienter expendens S. Auguſt. ita ediſſerit. *Male ergo vſurus eo, quod vult accipere, Deo potius miſerante non accipit. Proinde ſi hoc ab illo petitur, vnde homo lædatur exauditus, magis metuendum eſt, ne quod poſſet non dare propitius, det iratus.* tract. in Ioan. 73. Clementiùs ageret Dominus cum Rachele, ſi filium alterum poſcenti negaret. Ægrotus eſt vnuſquiſque noſtrum, & intellectu, & ſenſu; miſeriſque multa quandoque petentibus nobis bonus medicus dicit. *Neſcitis quid petatis.* Matth. 20. Qui ſaluator noſter eſt, & medicus noſter eſt. *Nouit autem* (inquit idem Auguſt.) *medicus, quid pro ſua, quid contra ſuam ſalutem poſcat ægrotus, & ideò contraria poſcentis non facit voluntatem, vt faciat ſanitatem.* ibi- B dem. Quamobrem à Deo, quæ ad ſalutem animæ pertinent, abſolutè, crebrò, inſtanter petantor neceſſe eſt: quæ verò ſunt (vti vocant) indifferentia, ſub conditione poſtulentur: Si fortè ita nobis expediat, ne alioqui, aut ægroti pro medicamento venenum, & pueri pro pomo cultellum, & coniugati pro filiis carnifices parentum, familiæque totius labem ac peſtem expoſcant. Multæ matres fœcundæ quidem prole virum, ſed paucæ prole virum felices, illa omnium feliciſſima, ſola inter omnes benedicta, quæ Deum hominem Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo in æternum permanet. Non diabolus, per aruſpices Chaldæorum, ſed per Archangelum cœleſtem Deus Pater Virgini denunciauit: *Ecce Virgo con-* C *cipies, & paries filium, & vocabis nomen eius IESVM, hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur, & regnabit in æternum, & regni eius non erit finis.* Luc. 1. Fore matrem filij, qui cœlorum, terrarúmque imperio potiretur, matrémque ſuam inuiolatam conſeruaret; qui enim veniebat, vt perditum repararet, ægrúmque ſanaret genus humanum, nullam nec in conceptu, nec in partu iniuriam matri debuit afferre.

Iacob 4.

D. Aug.

Malè interdum nocitura nobis à Deo petimus.

Petita Deus interdum negat propitius, cõcedit iratus.

Matth 20.

D. Auguſt.

Quædam abſolutè, quædam ſub conditione petenda.

Mater omnium feliciſſima B. Maria.

Luc. 1.

Sempiterna B. Mariæ virginitas aſſeritur.

15. Imperat in cœlo & in terra filius; imperat in cœlo & in terra mater: *Et quemadmodum Pater omne iudicium dedit filio,* ita filius omnem miſericordiam dedit matri, vt illi proculdubiò miſericordem ſeſe Dominus obliget exhibere, cui mater miſericordiam præſtiterit. Porrò au- D tem periclitari cœpit parturiens Rachel, vtique pœnam illius antiquæ maledictionis exoluens: *In dolore paries filios.* Geneſ. 3. Debitum enim eſt, vt concipientis delectatio parturientis doloribus caſtigetur. At beatiſſima Virgo Dei mater quàm pura & intemerata concepit, tam Virgo incorrupta, cœleſtibúſque mundior ſpiritibus peperit. *Nouus quippe liber eſt* (vti eam appellat S. Ioan. Damaſc.) *in quo inenarrabili modo Deus Verbum citra omnem manus operam inſcriptus eſt.* orat. 2. de aſſumption. In illa ſcilicet mundiſſima, & candidiſſima (liceat dicere) papyro virginei vteri manu diuini Spiritus Deus homo exaratus eſt. O ſi noſtris cordibus ab omni vitiorum labe alie- E nis ea mundities præniteret, vt in iis ſuam ipſe Spiritus ſanctus gratiam, ac beatitudinem inſcriberet ſempiternam!

Deus filius matri ſuæ B. Mariæ negotia miſericordia tradidit.

Gen. 3.

B. Maria in conceptu partuque virgi[illegible]

S. Ioann. Damaſc.

B. Maria nouus liber Dei manu inſcriptus.

SECTIO XI.

Egrediente autem anima præ dolore, & imminente iam morte, vocauit nomen filij ſui Benoni, id eſt, filius doloris mei: pater verò appellauit eum Beniamin, id eſt, filius dextræ.

1. *Egre*

1. EGrediente animâ.] Vehementer corpus angit in morte dolor, dum tota illa facultatum, ſenſuum, artuúmque violentiſſimè fatiſcit, diſſoluitur, diſruptáque euertitur machina: ſed multò grauiùs deſæuiunt in animâ dolores, cùm miſera è corpore digreſſa præſentandam ſe diuino iudicio perhorreſcit. Adhuc incolumis, ſanúſque illa metu, horroréque plena verba proferebat Dauid; *Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ; non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorũ meorum.* Pſal. 37. Morborum ſcilicet, ac dolorũ ſibi ipſa eſt caro ſuorum origo, ac ſeminarium; in illas ſuas colliſneat, infigitque cõplurium ærumnarum ſagittas mors ipſa, cui per peccatum primorum parentum fuit mancipata. Nam de ſagittis huiuſmodi præmiſerat Dauid: *Sagittæ tuæ infixæ ſunt mihi.* Pſal. 37. *Ipſam pœnam* (exponit S. Aug.) *ipſam vindictã, & forte dolores, quos hic neceſſe eſt pati, & animi, & corporis ipſas dicit ſagittas.* Hunc eundem ſenſum ita D. Greg. euoluit; *Mortalitas, & paſſibilitas ſunt ſagittæ, quæ nimirum nobis infixæ ſunt, quia quandiu in præſenti ſeculo viuimus, ab eis liberari aliquâ ratione nequimus.* Non poteſt infelix cerua, infixam lateri cuſpidẽ venabuli extrahere; nec poteſt miſellus, dum viuit, homo infixas animo & corpori omniũ ærumnarum ſagittas euellere; nec vllo quis tam impenetrabili munitur thorace, vt illas vndecunque mittuntur, poſſit retundere; nec eſt miſero locus, quò effugiens illatum queat aciem euadere.

Dolores & horrores in morte
Pſal. 37.
Pſal. 37.
D. Auguſt.
D. Gregor.
Nemo à doloribus in vita immunis.

2. Angunt iſta vehementer, ſed illa multò vehementius: *Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.* Pſal. 37. Cui enim & ſalus, & pax, & quies erit, ad ſuorum ſcelerum recordationẽ, imò & iam aſpectum, quæ in morte coacto agmine conſpirant in animam: quæ ſolo ipſo illorũ aſpectu, ſic tremit, & cõſternatur, vt ni diuinitùs corroboretur, in deſperationem infelix prolabatur. Quantumuis contendas, ac deſudes: non tamen efficies, vt a quo es læſus, in ſeipſum iudex, carnifexque vertatur: At in diuino iudicio ipſimet contra nos pro Deo, & cauſam ſuſcipiemus, & dicemus, ſententiámque feremus: ipſo nimirũ aſpectu noſtrorum ſcelerum, quæ grauiſſimum nobis bellum inferent, victóſque ſponte abiectis armis, oblatis in vincula manibus, nec excuſantes quidem, aut nutu aliquo teſtitantes in damnationem præcipitabunt. Quàm igitur horrendũ faciat bellum, vel ipſa tantum facies peccatorum, expertus aliquando in ſuis confeſſionibus Auguſtinus cum Deo ſuo agebat: *Tu verò retorquebas me ad me ipſũ & conſtituebas me ante faciem meum, vt viderẽ quàm turpis eſſem: videbam, & horrebam, & quò a me fugerẽ non erat.* Scilicet illud erat, quod olim Deus peccatori minabatur: *arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* Pſal. 49. *Videbis* (declarat S. Aug.) *fœditatem tuam, non vt corrigas, ſed vt erubeſcas,* &c. Deinde ſubinfert perquàm ſapienter conſulens. *Aſcende tribunal mentis tuæ, eſto tibi iudex, torqueat te timor, erumpat à te confeſſio,* &c. Nullum æquè fœdum, horrendúmque peccatori ſpectaculum, quàm ipſe ſibi eſt.

Pſal. 37.
Horror peccatorum in morte.
Horrendum in morte iudicium.
D. Aug.
Horrendum peccatori ſpectaculum ipſe ſibi.
Pſal. 49.

3. Redeo ad illud: *Non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.* Pſal. 37. Per oſſa virtutes intelligit S. Greg. Quo quidem nihil, & horribilius, & acerbius eſt in morte. Nam ſi pax non eſt virtutibus, quid boni erit vitiis? Si Dei iudicium in mea rectè facta ſeueriſſimè diſtringetur, quid (heu me) fiet malefactis? Si bellum inſurget aduerſus merita, quid mali in demerita non deſæuiet? *Cùm accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo.* Pſal. 74. Cùm finem rebus ô Domine dabis, cùm

Pſal. 37.
Terribile Dei iudiciũ circa virtutes.
D. Greg.
Pſal. 74.

Ben. Fernand. in Gen. tom. 3.

A tempus, quod mundo, & mundi creaturis decurrit, abſtuleris, cùm ad iudicium veneris, in ipſas hominum iuſtitias tuum exercebis iudicium. Sed quid facies noſtris iniuſtitiis? Si à domo Dei incipiet iudicium, quod nã illa ſubibit domus diaboli? Si Dei filij iudicabuntur, quid fiet ſeruis, quid fiet hoſtibus? Præterea cùm Dominus tandem rediens ponet rationem cum ſeruis ſuis, an non condemnabit malum, & pigrum ſeruum, qui accepto ad lucrandum talentum, nec illud fœtioſi tradidit, nec etiam amiſit? *Inutilem* (ait) *ſeruum eiicite in tenebras exteriores; ibi erit fletus, & ſtridor dentium.* Matth. 25. Ex quo loco argumentatur egregiè S. Chryſ. *Si qui ſolum reddidit datum improbus, quoniam non duplicauit; qui & hoc corrupetit, quid videbit? Si ligatus ille eiectus eſt, vbi ſtridor eſt dẽtiũ: quid nos patiemur?* &c. hom. 35. ad pop. Antioch. B

Seueriſſimũ Dei iudiciũ.
Math. 25.
D. Chryſ.
Peccatorem manet horribile Dei iudicium.

4. Si bonum non feciſſe, diſtricto ſubiacet Dei iudicio: quo nã ferietur iudicio malè multa feciſſe? Si diuina ſentẽtia æternæ damnationis ſuper otioſos contorquebitur; quid quæſo fulgurũ, fulminum ſuper flagitioſos non detonabit, non deuoluetur? Si IESVS ille magnus & electus ſacerdos ad iudicium vocatur, à maligno ſpiritu accuſatur: illéque obmuteſcit: & pro muto, quia ſanctè inter improbos vixerat, iudex ipſe reſpondit: *Nunquid nõ iſte torris eſt erutus de igne?* Zach. 3. *Hoc eſt* (declarat S. Hier.) *qui cùm in Babylone fuerit, non eſt Babylonio igne conſumptus.* Quod quæſo manet iudicium, quæ ſentẽtia, qui exitus illũ, qui C Babylonicam ſponte ingrediens fornacem, & torreri voluit flammis libidinum, & in cineres redigi paſſus eſt? Ah munde immũde, quàm rarò tuis de flammis eruitur quis (ſi minus ibi nõ comburitur) haud ſemiuſtulatus? Sed heus tu qui colluctaris cum Babylonico incendio, ſubſulta foràs è camino; licèt ſemiuſtus pœnitentia quidem, & lacrymis refrigerato ardore, extincto igne, ad priſtinam redibis ſanitatem.

Seuerum in otioſos iudicium.
Zachar. 3.
D. Hier.
Grauiſſima pœna luet libidinoſus.
Pœnitentia dulce refrigerium.

5. O fortunati, ſua ſi bona norint, religioſi; qui è ſeculo expediti, quàm longè à Babylone, tã longè à flammis, ab Incendio ſe proripuerunt in portum, in oram, in auram, in amœnitatem religioſæ vitæ: de quà frequens in cœlum aſcenſus, de quà rarus in infernum delapſus. Scitum eſt enim illud D S. Bern. *Moriens vix vnquã aliquis è cella in infernũ deſcendit: quia vix vnquam niſi cœlo prædeſtinatus, in ea fidelis vſque ad mortem perſeuerat.* Hæc S. Bern. vt refert, ac celebrat S. Bonau. in opuſc. lib. 4. pharetræ, cap. 19. tit. de Religione. Aut enim qui de numero reproborum eſt, religionem (Deo ſic diſponente) non ingredietur; aut ab illa, vel vltrò infelix profugiet; vel vt indignus procul amandabitur: ne à cella paradiſi ianua reuoluatur ad gehennam. Legimus aliquando in energumena cõqueſtos dæmones, qui cùm ad cellam morientis monachi cateruatim quindecim millia malorum ſpirituum à tartaro aduolaſſent, non tamen illuc intrare potuerint, repulſi (vt aiebant) variis clamoribus, quos tonſurati illi (ſic hoſtes teterrimi E per ludibrium, & religioſos Dei ſeruos, & illorũ preces appellabant) circa morientis lectulũ aſſiſtentes ad Dominum pro ſocio fundebant. Refert hiſtoriã noſter Plato lib. 1. c. 31. de bon. ſtat. relig.

Felicitas religioſorum.
D. Bern.
Certa morienti religioſo ſalus.
S. Bonau.
Reprobus nõ perſeuerat in religione.
Morientem preces religioſorum à dæmonibus liberant.
Plato de ſt. relig.

6. Quamobrem quotidie videmus religioſos viros piè, ſanctéq; obire; atque illud experimur, quod idem S. Bern. ſcribit. *Moritur quidem, & iuſtus ſed ſecurè: quippe cuius mors; vt præſentis eſt exitus vitæ; ita introitus melioris. Bona mors, ſi peccato moriaris, vt iuſtitiæ viuas. Hæc mors neceſſe eſt, vt præcurrat, vt ſequatur illa ſecura. Dum viuis in carne,*

D. Bern.
Religioſi ſãcta vita, & mors ſecura.

morere mundo, vt poſt mortem carnis Deo viuere incipias. epiſt. 105. ad Romanum. Quid mirum ſi talem mortem tali vitâ lucretur qui mortificationẽ Domini IESV viuens, ſeu potiùs quotidie moriens pro Chriſto in corpore ſuo circumfert? Si iuſtus in vita moritur, quid mirũ ſi viuat in morte: *Bona illa mors,* (mortificatio videlicet religioſa) *quam nulla illaqueat fraus, nulla oblectat iniquitas; bona mors, quæ vitam non aufert, ſed transfert in melius,* vt loquitur idẽ Bern. ſerm. 52. in Cantic. Bona mors religioſorum, qui parentibus, & cognatis, qui ſeculo, ſeculique bonis mortui, Deo viuunt vitam ſcilicet cum Chriſto abſconditam in Deo; de illa quidem morte, déque vita iſta S. Auguſt. aiebat; *moriar, ne moriar, vt eam videam* (ſcilicet Dei faciem) lib. 1. confeſ. cap. 5.

Salutaris religioſæ mortificatio.

D. Bern.

Religioſus in vita moritur, in morte viuit.

D. Auguſt.

7. Egreditur tandem anima ex conſortio corporis, quo cum tot per annos tam familiariter, intiméque vixit; quæ ſeparatio mors ipſa eſt, ſũmúſque hominis dolor. Icircò pinguiſſimus ille Agag Rex Amalecitarum cùm ſe videret ſub ſecuri, vt in fruſta concideretur, exclamauit: *Siccine ſeparat amara mors?* 1. Reg. 15. O ſi huius ſeparationis proculdubiò velis nolis, faciundæ animũ cuiuſque recordatio ſubiret, quam rectè, ſanctéque actiones vitæ noſtræ componeret? Maximè verò Iacob, & Rachelem, hoc eſt, ſponſos, ſiue coniuges lætam, ac felicem vitam in mutuo amore tranſigentes vitam huiuſmodi ſeparationis meminiſſe oportet; vti eos admonet S. Ephrẽ his verbis: *Si quis iuuenis am recens coniugatus ſit; futura mortis recordatio accedens iucundiſſimis triſtia commiſcebit. Quando enim inſpexerit dilectum coniugis vultum mox omninò ſeparationis ingreditur timor.* tract. de recordat. mortis. Itaque, vt rectè coniugati vitæ ſuæ inſtituant rationem, tunc vel maximè cùm amant ſe ardentiùs, lætiúſque, ac delicatiùs viuunt, mortem ita ſemper ante oculos habeant neceſſe eſt, vt videlicet alter alterum contuens, & contemplans illicò meminerit illum, quem ſic auidè contuetur, quem ſic impensè diligit, paulò poſt ingruente morte à ſuo illo coniugali contubernio, & amore, in ſepulchrum, in cineres transmigraturum.

Summus in morte dolor.

1. Reg. 15. *Vtiliſſima recordatio mortis.*

S. Ephrem.

Coniugibus inuicem amantibus neceſſaria mortis recordatio.

8. Præcipuè autem ſanum hoc conſiliũ proderit, cùm quis, vel ſuam, vel rei amatæ pulchritudinem contemplatur, vt ſtatim ipſemet Ephrem ita præſcribit: *Quando lætatus fuerit contemplatione pulchritudinis, tunc maximè luctus expectationem horret, conſiderans, quòd illa quidem pulchritudo interitura ſit; oſſa verò abominanda, etiamſi capiantur pro ea, quæ nunc oſtenditur forma, reddentur; & neque veſtigium, neque memoria præſentis pulchritudinis apparent amplius.* profectò ſi ſuam ipſa Helena, vel eandem ipſius pulchritudinem ſub hac mortis recordatione Paris contemplaretur, neuter fallaci ſpecie deceptus ſeſe, ac totã penè Aſiam in exitium adduxiſſet? Potiſſimùm verò iſtiuſmodi vanitatis & laſciuiæ amatoribus, ad morum ſuorum correctionem, & vitæ in ſceleribus conſumptæ pœnitentiam iuuabit futuræ mortis recordatio, vt nimirum certa ſit, momentúmque habeat ab ipſo Deo præſtitutum, vt ſit, inquam, ineuitabilis, nec vlli mortalium (ſi ſpectes anguſtum vitæ ſpatium) in longum dilata; vt denique tunc præoccupet incautum, & improuiſum hominem, cùm minimè ſperatur, ac timetur.

S. Ephrem.

Triſtis in morte exitus pulchritudinis.

Mors inſperata præoccupat incautos.

9. Et hoc quidem eſt, vt quotidianum, ita prorſus exitiale malum; vnde ſcilicet obliuio mortis, cõtemptus Dei, peccandique impunita ſubſequitur libertas. quod ipſe Syrus Ephrẽ ſic animaduertit: *Negligentes, & contemptores, occæcati cùm ſint* A *fraude peccati; diebus ſuis præcedentibus exiſtimant procul abeſſe mortis horam nihil de ſuo bono exitu laborantes; veriùm annos multos & tẽpora longa ſibi præſcribunt.* Deinde vti ſe habeat hominum in vita obliuio mortis, incautáque temeritas ex lõga, ſed falſa tamẽ ſpe productioris vitæ, atque adeò mortis inſperatus, repentinúſque aduentus, egregiè deſcribit hac ipſa, quam apponit ſimilitudine. *Similes autem ſunt eorum, qui iter nocte intempeſtâ ſuſcipiunt; qui quidem arbitrantur procul abeſſe ab imminẽti præcipitio, & prærupto loco, donec præcipitati ipſo experientia dubitationem ſoluerit.* Bellè quidem. Nocte ſcilicet illuni viam quis maximè ignotam, & arduam faciens crebrò ceſpitat, nunc in rupes pedem impingit, nunc in obſtantem ſtipitem caput
B allidit, demúmque in apertam telluris voraginẽ, quam vti non deſpicit, ita cauere non poterat, infelix præcipitat, hauſtúſque perit. Sic planè omnibus ferè nobis contingit. Viam ab ortu viuendo facimus incerti, (liceat dicere) quò fata ferãt, vbi ſiſtere detur. Cœci omninò incedimus, quid mali, quid obicis, quid foueæ ſit, vbi & quo tandem modo declinari poſſit. Igitur in morbos, in mille ſpecies ærumnarum incidimus, impingimur, allidimur; donec vbi minimè putabatur, in voraginem mortis, vnde non datur exitus, miſeri præcipitamur.

Oblìuio mortis peccati occaſio.

Ephrem.

Stulta ſpes longæ vitæ.

S. Ephrem.

Noctu incedimus iuxta inſcij de mortis præcipitio.

10. *Vocauit nomen filij ſui.*] Miſella mulier ex partu illo imminentem ſpectans mortem, filium doloris ſui appellat; quippe cuius in vitã egreſ-
C ſus acerbiſſimos parturiẽti matri dolores, ac mortem denique attuliſſet. Appoſitè quæcunque mater ſic appellet filios dolorũ ſuorum, quos nimirum vtero geſtans, ex vtero educens, vberibus nutriens, nutritos ſuſtentans, & inſtituens, in ſtatu honeſto collocans; denique totã vitã tolerans, nunquam non doleat, gemat, illacrymetur; atque adeò pro quibus, aut ſi abſint, aut ſi ægrotent, aut ſi fortè doleant, miſerandum in modum infelix diſcrucietur. Scilicet, in vaccis illis, quæ à Philiſthæis ad Hebræos arcam Dei portabãt, apprimè ſignificantur matres; de illis quippe ſcribitur: *Ibant in directum vaccæ per viã pergentes, & mugientes; & non declinabant, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram.* 1. Reg. 6. Nimirũ vituli, quos adhuc fœtæ
D lactabant, clauſi tenebantur, ne matribus arcam portantibus obſtaculo eſſe poſſent. Totam quidẽ vitæ huius viam parentes carpunt pergentes ſimul, ac gementes, & hoc quidem tum ab ingenio muliebri (quod eſt tenerius, blandius, impotentius) tum etiam à materno affectu, quo nihil & dulcius, & impatientius, haud dubiè proficiſcitur. At nihilominùs recto itinere (quæ piæ, ſanctęque ſunt) per Dei mandata gradiuntur in cœlum; ne tantulum quidem à Dei obſequio propter illum amorem, curámque filiorum declinant: quippe cùm filiis, ſeſéque ipſis longè pretioſiorem, & cariorem Deum habeant.

Filius dolorís eſt quiſque ſuæ matri.

Matrũ angores pro filiis

1 Reg. 6.

Matrum ærumna mulſque ...

11. Quod quidem S. Gregor. Nazianz. de ſuis
E parentibus celebratum ſuã eloquentiã reliquit: *Ambo* (inquit) *filiorum ſimul & Chriſti amantes, (id quod ſummã admiratione dignum eſt) imo Chriſti amantiores, quàm liberorum; quippe qui vnum ex liberis fructum caperent, vt à Chriſto agnoſcerentur, nominéque ducerent: ſoláque virtute, atque cum Deo velut coniunctione, ac velut neceſſitudine felicem prolem definirent.* orat. 10. Diſcant hinc parentes, quã menſurã, quo pretio, loco, modóque ſuum filiis amorem, affectumque debeant exhibere. Non damnatur in parentibus, quantumuis magnus, ardénſq; In filios ſuorum quidem viſcerum fructus, amor; quippe ab ipſa natura, quippe ab ipſo Deo. At

D. Greg. Naz.

Veri parentes virtute filiorum ſtudent.

Dei

Dei obſequio, legi,atqne amori prorſus erunt illi poſthabendi : nec illis tam dioitias, honoréſque mundi, quàm pietaιis Chriſtianæ ſtudium, virtotis, Deíque amorem, quæ quidem ex bona, & ſancta inſtitutione acquiri ſolent, compatare contendant. Et quidem vter parentum vehemétiùs liberos amet, ſolet vulgò controoerti. Philoſophus pro maιre definit quæſtioné hiſce verbis : *Propterea filios minius ſolent patres, quam matres amare : quod hæ certiores ſint de ſuſcepta prole; illi minus certi, ſæpè etiam dubij.* Hæc Ariſtot.9. Ethicor. cap.7. Hinc etiam naſcitor, vt filij eadem matre ardentiùs ſeſe inoicem diligant,quàm quos idem pater non ex eadem matre progenuit. Vnde fratres vterioi iam arctiſſimæ coniunctionis, ſomníque amotis adagium pepererunt. Sed illa quoque, vel potiſſimum pro amore matris ratio facit : eò qoòd ea nobis ſulent eſſe cariora, & pretioſiora, quæ maioribus ſteterunt laboribus; ac filios dolorum ſuorum meritò matres appellare conſueuerunt.

Ariſtot. Filium vehementiùs mater, quã pater diligit.

12. Porrò autem Beatiſſima Virgo omniũ quidem fuit matrum feliciſſima : quippe quæ ſola ſine exemplo cum virginitate fœcunditatem coniungens Virgo ſimul & mater extitit : Deúmque hominem ex intemeratis viſceribus conceptum peperit; à quo ſupra omnem creaturá ſic euecta eſt; vt cùm omne genu flectatur in nomine IESV, ſimul etiã in nomine Mariæ inclinetur; nec enim Deus filius digniſſimam ſuam matrẽ à ſeipſo, vel regoo, thronóque, vel etiam honore, gloriáque patitur ſeparari. At cùm tam admirabilis ſit Beatiſſimæ Virginis felicitas; nulla tamen vbiqne gentium mater extitit,quæ pari ratione Rachelis vocem,filium qooque ſuũ alloquens,poſſit vſurpare. Filius doloris mei; An non filij ſui doloribus illa ſimul cruciata eſt? An non ſtans iuxta Crucem filij ſimul com filio matris anima crucifixa fuit? An non matris animá peuetrauit gladius doloris, cùm filium è Cruce pendenté, morientémqoe ſpectauit mater? Paſſa Virgo non eſt in corpore, non enim capite,vt Catharina truncata; nec gladio tráſfixa gutture,vti Lucia mortem ſubiit : ſed vehementiùs anima (vbi ſenſus acrior, dolor acerbior eſt) diſcruciata grauiores ipſa morte pœnas ſuſtinuit; atque ideò glorioſius adepta martyrii ſuper omnes,quotquot pro Deo violentam oppetiuere mortem palmam extulit triumphando. *Nam cæteri quidem* (vti ſcribit S. Hieron.) *in carne paſſi ſunt, at mater Dei, quia in anima paſſa eſt gladio paſſionis Chriſti,pluſquàm martyr fuit, nimirũ, quòd eius dilectio amplius fortis,quàm mors fuit,quia mortem Chriſti ſuam fecit.* Hæc S.Hieron. ſioe Sophron. de Aſſumpt.Virg.

B. Maria matrum feliciſſima.

Inſeparabilis B. Maria à Deo filio.

Multi grauéſque B. Maria dolores ex filio.

B. Maria in anima pluſquàm martyr.
D.Hier.

13. *Pater verò appellauit.*] Mutauit pater nomẽ infantis à matre inter dolores parturiente inauſpicatò,iufauſtéqoe inditom, io alterum quidem auſpicatius, & felicius : mater Benoni filium doloris mei : pater Beniamin filium dextræ nominauit. Infauſtum ſcilicet Iacob viſum eſt,inamœnum,ac triſte nomen Benoni à matre impoſitum; præſertim qoia huiuſmodi nomen, ſi vigeret io perpetuum,refricaret vtique acerbiſſimá recordatione Rachelis in eius filij partu extinctæ,vulnus planè inſanabile. Adoertetim tamen ex linguæ ſanctæ peritioribus, *On*, ſignificare laborẽ,ac fortitudinem : vertique poſſe filium laboris, quòd ſummum parturienti matri laborem attuliſſet; ſiue filium fortitudinis,eò quòd debilitata doloribus matre fortis ille, atque incolumis in lucem exiſſet. Vide io hanc ſententiá Perer. Indidit verò

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A pater nomen amœnius, lætiúſque, & fortonatius, Beniamin; idem enim eſt,atque filius dextræ, nimirum cum dextra,pro robore, & fortitudine accipi ſoleat, Iacob id nominis filio imponẽs ſignificauit adhuc poſt tam numeroſam ſobolẽ in ipſo robur exiſtere ad plures generandos; vel etiã,quia pueri vltimò nati,vt ſunt filij ſenectutis ad patris dexteram continoò geſtari, aſſideréque ſolent, teneriùs amantur, delicatiùs nutriuntur, ſtudioſiùs tractantur. Quid ſi hoc ipſo oomine pater ſignificare voluit haud dubiè fortunatiſſimum fore filium,qui de matre in partu enecta prodiiſſet,cuiuſmodi inter gentes, Romanos præſertim, inoaluit opinio. Sic enim maiorem Africanom perhibent natum, & primum Cæſarem à cæſo matris B vtero appellatum Latini voloerunt? Denique filiom dextræ appellans ſignificat Iacob ſuã animi magnitudinem, & conſtantiam, quã dilectiſſimæ coniugis obitum ferret, atque etiam filij nati cõſpectu defunctæ vxoris abſentiã mitigaret. *Mœrorem* (ſiquidem ait S.Chryſ.) *quem ex morte Rachelis conceperat Iacob, mitigauit natus puer; & effecit, vt iuſtius Rachelis mortem æquo ferret animo.*

Nati vltimò filij cariores.

Nati ex matribus partu extinctis fortunatiſſimi.

D.Chryſ.

14. Profectò cùm nihil in diuina Scriptura otioſè,caſuqoe ponator,imò cùm ipſamet tota excellentiſſimis rerum futurarũ in lege gratiæ myſteriis plena ſit : magnum hîc latet arcanũ, quod iſte infantulos duplex habeat nomen,& filius doloris matris,& filius dextræ patris appelletur. Videlicet Apoſtolum Paulum de huius infantis ſan- C guine, tribúque natum ſignificari Patres, & Doctores conteſtantur. Igitur S. Ambr. ita ſcribit in hanc ſententiã : *Mortua eſt Rachel parturiens Beniamin ſpecie, myſterio Paulum, qui antequam generaretur, non minimos dolores matri Eccleſiæ præſtitit, cuius filios perſequebatur.* epiſt. 18. At Rupertus per Rachelem præſignari dicit Synagogam, *quæ per infidelitatem a vita gratia excidẽs tunc mortua eſt in partu,quãdo Chriſtum,& eius Apoſtolos emiſit. Quæ enim aſſumptio* (inquit Paulus ad Rom. 11.) *niſi vita ex mortuis?* Erant qoidem Synagogæ (quæ cũ Chriſto moriente in Cruce pariter expirauit) opera iam tunc mortua,ſed nondũ (vt loquũtur Theologi) mortifera, qualia poſt quadraginta annos à Chriſti Domini aſcenſione in cœlum in finem D vſque mundi erunt. Ex mortua igitur matre Synagoga natus in vitam gratiæ prodiit Paulus, vti Beniamin, quem moriens mater vocauit Benoni filiom doloris mei; *doluit enim* (adiongit Rupert.) *id eſt, inuidit, & dolenda ſorte inde mortua eſt, quod ex ipſa vita aſſumpta ſit.*

S. Paulus in Beniamin præfiguratur.

D.Ambr.

Rupert.

Synagoga primò mortua, deinde mortifera.

ad Rom. 11.

E Synagoga mortua prodiit vita.

Rupert.

15. Quantus verò fuerit Synagogæ dolor, atque inuidia quod gentibus prædicaretur Euangelium ſatis conſtat ex primitiua Eccleſia. *Videntes enim turbas Iudæi* (ſcribitur) *repleti ſunt zelo, & contradicebant his, quæ à Paulo dicebantur blaſphemãtes. Tunc conſtanter Paulus, & Barnabas dixerunt: Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei : ſed quoniã repellitis illud,& indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes.* Act. 13. Prædicante vide- E licet Chriſtum IESVM Paulo gentilibus, hiſque Euangeliom recipientibus, Iodæi, qui aderant, inuidiá, doloréque ſuccenſi contra Chriſtum, & prædicatorem mille conuitia & blaſphemias eructarunt. *O impudentiam* (exclamat S.Chryſ.) *contradicunt in his, propter quæ illum commendare oportebat!* Igitur Paulus à Iudæis repulſus ad gentiles conuertitur : illíſque in ſua perfidia conſepoltis iſti ad gratiæ Euangelicæ vitam Spiritu ſancto renati prodierunt : & Rachele io partu extinctã Beniamin vitam accepit, & ex mortua Synagoga

Iudæorũ inuidia, odiũque in Paulum Apoſtolum.

Actor. 13.

D.Chryſ.

natus eſt Paulus, vt gentes, quæ in tenebris, & in vmbra mortis ſedebant Chriſtianæ fidei ſplendoribus illuſtrarentur. Profectò Iudæorum perfidiæ multum (ſi fas eſt dicere) debemus; Quippe repulſus ab illis Apoſtolus conuertit ſe ad euangelizandum gentibus. *Quare contentione facta* (inquit ibi S. Chryſoſt.) *magis propagarunt prædicationem Apoſtoli.*

Chriſtiani multum debemus Iudæis.

16. Et quidem in choro Apoſtolorum vltimus fuit Paulus, vti Beniamin inter filios Iacob poſtremus. Paulus quidem vltimus non merito, ſed tẽpore vocationis. Benjamin fratrum ſuorũ minimus, Paulus quoque de ſeipſo teſtatur. *Ego ſum minimus Apoſtolorũ, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei.* 1. Cor. 15. *Minimus* (declarat S. Anſelm.) *tempore, non dignitate; minimus humilitate, non operatione; minimus in me, magnus in Domino.* Vltimus etiam fuit Apoſtolorum Paulus, eò quòd (vti paulò antè dixit cùm referret quibus Dominus poſt reſurrectionem apparuit) *nouiſſimè omnium tanquam abortiuo viſus eſt & mihi.* 1. Cor. 15. *abortiuo* (exponit Theodoret.) *qui in numero non ponitur.* Tam profunda eſt Pauli humilitas, ſic ſeipſum deprimit, extenuatque, vt inter homines vitali aurâ fruentes numerari ſe non debere arbitretur: vel etiam abortiuo ſimilem ſe dicit (vti Anſelm. interpretatur) *quia ſicut abortiuum quadam natura violentiâ ante tempus compellitur naſci, ita Paulus per terribilẽ Domini viſionem coactus eſt antequam vellet exire de cæco Synagogæ vtero, ad lucem fidei, atque libertatem prodire.* Benoni filium doloris ſui potuit appellare Paulum Synagoga, qui matri ſuæ mortem intulit, nec vllus tanto zelo, & contentione pro Chriſti fide Iudaicam perfidiam impugnauit, & Moſaicæ legis interitum efficaciùs comprobauit, virtutúmque miraculis demonſtrauit. *Præſentia quidem* (vt ipſemet fatetur) *ſuis corporis infirma, ſermone contemptibilis.* 2. Cor. 10. Cæterùm factus, & nominatus eſt à Deo Beniamin, filius dextræ; *plus enim omnibus laboraui*; adeò rubuſtus, & fortis, vt palam vitæ omnes labores, ærumnas, pericula, tyrannos, tormenta, mortem, vniuerſumque infernum, patienter pro Chriſto aduerſa omnia toleraturus in ſingulare certamen vocarit. *Quis nos* (inquit) *ſeparabit à caritate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculum? an perſecutio? an gladius?* &c. ad Rom. 8. *In his quidem immenſum* (vt loquitur S. Chryſ.) *periculorum pelagus percurrit: ſed tamen contra hæc audax inſurgit.*

1. Cor. 15.
D. Anſelm.
1. Cor. 15.
Theodor.
Mira S. Pauli humilitas.
2. Cor. 10.
Mira S. Pauli conſtãtia & patientia.
ad Rom. 8.
D. Chryſ.

17. An non Paulus filius dextræ, in quo virtus Chriſti de mundo vniuerſo triumphauit? Vidit Ioannes Chriſtum Dominum albo equo ſedentem. Apoc. 9. *Quem alium* (inquit S. Hier.) *non puto eſſe niſi Paulum, ſuper quem equitans omnem orbem circuiuit.* in 3. Abach. Pulchrè candenti equo ſimilis ponitur Paulus, in primis propter candorem virginei pudoris, quo eminuit, & cuius teſtimonium fuit lacteus liquor pro ſanguine de amputatis pro Chriſto ceruicibus effuſus, tum vel maximè, quia candidus in bello equus magis eſt periculo expoſitus. Enimverò cùm albedo omnium colorum proxime ad lucẽ accedat, ideóque ſit maxime viſibilis, vbi fortè in prælio ſeſe prodit equus albus, longè latéque videtur, omniũ ad ſe trahit oculos, omnium manus, tela, vímque inuitat. Vnde nobilis poëta damnauit præſertim ad militiam equum niuei coloris. *Color deterrimus albo, & giluo.* Georg. 2. Ergò Chriſtus Dominus Paulo velut equo albo inſidens totum planè orbem excitauit ad prædicationem Euangelij, & concitauit in ſe Iudæorum, & gentium arma. Extitit Paulus omnibus, quæcunque aut dici, aut cogitari poſſint, terræ, mariſque, hominum, & cacodæmonum iniuriis, periculiſque expoſitus. Quod ipſemet Dominus ſignificauit, cùm de Paulo adhuc catechumeno dixit: *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filiis Iſraël. Ego enim oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Actor. 9. Quid non pateretur ille, qui portabat per gentes ſacroſanctum IESV nomen? cur non omnibus terræ, mariſque, atque inferni perſecutionibus eſſet obiectus, in quo ſignum erat contradicibile Chriſtus IESVS? Nec enim tã Paulus, quàm in Paulo Chriſtus erat ſcopus, in quem omnia tela hoſtiũ collimarentur. *Paulus quippe* (ait S. Gregor. Nazianz.) *nõ ſibi ſed Chriſto, & prædicationi viuus erat.* apolog. 1. Vox ſiquidem illius eſt; *viuo ego, iam non ego. Legi mortuus ſum, vt Deo viuam, Chriſto crucifixus ſum Cruci. Viuo autem iam non ego: Viuit verò in me Chriſtus.* ad Galat. 2. Mortuum ſe dicit Paulus, & viuum; in ſe mortuum, in Chriſto viuum. Optimè S. Bernard. occurrit: *Omninò felix mors, quæ ſic immaculatum ſeruat, imò penitùs alienum facit ab hoc ſeculo. Ad alia quidem* (inquit) *omnia mortuus ſum, non ſentio, non attendo, non curo: ſi qua verò ſunt Chriſti, hæc viuum inueniunt, & paratum,* &c. ſerm. 7. in quadrag.

S. Paulus eques albus, in quo Chriſtus viĉtor triumphauit.
Apoc. 9.
Equus albus periclitatur in prælio.
Georg. 2.
A
S. Paulus omnibus periculis iniuriiſque ſcopus.
Actor. 9.
B
D. Greg. Naz.
ad Galat. 2.
D. Bern.
Felix qui ſeculo mortuus viuit Chriſto.

18. Filius dextræ, filius roboris, ac virtutis Dei, qui mundum prope vniuerſum peragrauit, & perfidiam Iudæorum conuicit, & gentilium infidelitatem confregit, quacumque incedebat Paulus diuini Spiritus igne ſuccenſo nefandi mortalium errores, ac mores momento conflagrabant. *Ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus.* 2. Reg. 23. de David plerique intelligunt, qui cùm in domo patris ſui Iſai eſſet natu minimus, & propterea ad paſcendum gregem abiectus, atque adeò velut inter omnes in illa familia vermiculus, totam deinde patris domum, imò & tribum Iudæ veluti comeſtum in ſe traduxit, ac denique regnum, & potentiam Saulis corroſit, & conſumpſit: vti vermiculus lignũ ipſum intra quod innaſcitur, paulatim rodit, & conſumit. Quid ad Pauli vim in prædicando, virtutem in operando, felicitatem in conuertendo Iudæos, ac gentiles, explicandam magis appoſitè dici poſſet? Itaque per antonomaſiam dicitur *Paulus breuiatus Verbi præco.* S. Gregor. Nazianz. orat. 33. Filius dextræ vtique dilectus, vtique diuini timoris excellentiſſimis priuilegiis honoratus. *Ad ſummum gradum* (ait S. Gregor. Nyſſ.) *diuini progreſſus & incrementi Paulus euaſit*, orat. de S. Baſil. Et hoc quidem habuit primò in ipſo ſuæ fidei tyrocinio, etiam ante raptus in cœlum, quàm ſacro baptiſmate initiatus. *An non protinus* (inquit Rupert.) *diuinæ pulchritudinis, quæ in oculis eius refulſerat, amator extitit Paulus? Protinus ad anguſtiorem conditionem natura transformatus eſt, & velut exuto hoc craſſo, & carneo amictu in ipſis cœlorum adytis verſabatur.* Si ergò tantus, támque copioſis cœleſtium donorum plenus incrementis iam ille natus a diuina gratia fluuius ipſo ſtatim ortu exuberat, quantus obſecro poſt peragratum orbem; poſt immenſas laborum, & periculorum exantlatas myriades, poſt victorias, poſt triumphos de gentibus, de inferno ipſo prorſus debellato, poſt virtutum maximarum vbique terrarum ſparſa exempla, erectáque monumenta, quantus, quàm diues erit, imò quid, non niſi (vt alicubi S. Chryſ. loquitur)

C
1. Reg. 23.
David vngnem mirè virtute ſuperauit.
D
Admiranda vis S. Pauli.
Naz.
D. Greg. Nyſſ.
Mira S. Pauli incrementa.
Rupert.
E
Quantus iã in ipſo tyrocinio Paulus extiterit.
Inexplicabilis magnitudo S. Pauli.

loquitur)maris ipſius pelago latior exiſtet? *Videlicet in cœlo* (adiungit Rupertus) *arcana ſacrorum diſciplina à veritate inſtuabatur, atque illinc ad obediendum fidei in omnibus gentibus vim ſermonis accipiebat: vnde totius propemodum orbis pater extitit.* 4. de op. ſp. cap.29.

Rupert.

19. Meritò igitur Paulum, vt Chriſtus Dominus filium dextræ appellabit, quod ipſemet Paulus vno verbo elegãter expreſſit: *gratiâ* (inquiẽs) *Dei ſum id quod ſum.* 1.Cor.15. Non ſolùm quicquid boni habet, Deo refert acceptum, ſed planè ſeipſum dicit opus diuinæ gratiæ, in quo & abũdantiam cœleſtium donorum, quibus eſt gratuitò ditatus à Deo, & miſeriam, indignitatémque ſuã demonſtrat; quippe in quo nihil meriti, ſed odia in Chriſtum, perſecutiones in Eccleſiã, iniurias, B violentiaſque in Chriſtianos Dei gratia inuenerit. Rectè S. Chryſoſt. proclamat. *Quid hac animâ fuit admirabilius? per omnia ſe depreſſit. Vide quam largus ſit, & copioſus in verbis humilitatis, nouiſſimum, abortiuum, minimum Apoſtolorum, indignũ qui ſic appelletur, perſecutorem Eccleſia ſe appellauit, delicta ſibi attribuit, de rectè factis nihil ſibi, ſed totum Deo aſcribit.* Inſignis planè virtus humilitatis, quæ in abiectionem tot nominibus, tantâ verborum eloquentiâ vtitur. Equidem haud facilè iudicem maior ne fuerit Paulus ſublimitate priuilegiorum cœleſtium, an propriâ humilitate? Benè S. Anſel. vtrumque expendens ait: *Apoſtolus iſte, cùm cæterorum ſanctorum fœcunditatem in prædicatione robuſtius laborando tranſcenderet; vt ab electione ſe premeret, & vires ſuas in humilitatis gremio nutriret, antiqua crudelitatis ſua memor, aliorum Apoſtolorum innocentiam contemplatus ait*, &c. Bellè dictum vires ſuas ad inſtantiùs prædicandum, ad patientiùs, & alacriùs aduerſa omnia perferenda in humilitatis gremio nutriebat. Eſt enim humilitas omnium bonorum operationum mater, nutrixque omnium virtutum.

1.Cor.15.

S. Paulus diuinæ gratiæ filius.

D.Chryſ. *Mira S. Pauli humilitas.*

D.Anſel.

Humilitas omniũ virtutum mater & nutrix bonorum.

SECTIO XII.

Mortua eſt ergo Rachel, & ſepulta eſt in via quæ ducit Ephratam, hæc eſt Bethlehem. Erexitque Iacob titulum ſuper ſepulchrum eius: Hic eſt titulus monumenti Rachel, vſque in præſentem diem.

1. MOrtua eſt Rachel ante obitum Liæ ſororis. Hæc enim paulò poſt ſepulta dicitur in Hebron, quò poſteà Iacob acceſſit, Iſaac patrem inuiſurus, vt infrà ſcribitur; quonam ſuæ ætatis anno, haud certò conſtat. Probatur tamen egregiè à noſtro Perer. aliiſque doctis Rachelem cum obiit, fuiſſe annorum amplius quadraginta. Mortua eſt ergò Rachel: quæ quidem conſequẽtia, cùm de omnibus omninò mortalibus velut anteactæ vitæ periodus verè dici queat: maximã verò emphaſim habet in iis, qui eximiâ quadam, vel dignitatis, vel roboris, vel etiam formæ commendatione inter cæteros excelluerunt. In morte quidem, & Cæſarum maieſtas, & Annibalum fortitudo, & Abſalonum gratia, & Helenarũ ſpecies, ac ſi nunquam extiterit, prorſus euaneſcit. Hanc ipſam quoque conſequentiam paulò poſt audiemus de vobis, ô quicunque delicioſiorẽ vitam ducitis, & ſic turpiſſimarum voluptatum cœno immerſi volutamini, quaſi nec vnquam mors veſtris datura ſit finem deliciis, nec de veſtris vitiis à ſupremo iudice ratio ſit expetẽda. Mortuus eſt ergo Sardanapalus cum ſuis deliciis; mortua

Mors omniũ finis ac periodus.

Extrema omnium conſequentia mors.

Ben.Fernand.in Geneſ.tom.3.

A eſt ergò Flora cum ſuis meretriciis. De iis enim ait Propheta: *Et corruent in corporibus ſuis propter multitudinem fornicationum.* Nahũ 3. legunt LXX. *Infirmabuntur in corporibus a multitudine fornicationis.* Benè corruere, infirmarique conſequitur ex multitudine fornicationum. Quare vt exponit S.Hier. *Poteſt hoc etiam accipi de iis, qui propter res venereas etiam corpore debilitati ſunt, & cum perditione animæ, carnem quoque frangunt, cui ſeruiunt.* Duplicem miſeri mortem incurrunt, & animam perdunt, in æternum libidinum impuritatibus contaminatam, & turpiſſimâ Venere corporibus, exhauſtis præmaturam ſibi mortem conſciuerunt.

Nahum 3.

D.Hier. *Duplex mors luxurioſos occupat.*

2. Mortua eſt ergò Rachel, nec illam à morte viri ſui amor; nec totius in ipſam famulãtis do- B mus obſequia; non ancillæ, non ſerui, non pretioſa ſupellex, non auri, argentíque affluentia, non gemmæ, non torques, monilia, inaures, anuli, non totus ipſe mundus muliebris: non denique flos adhuc ætatis, & illa gentium vocibus percelebrata ſpecies à morte cuncta corporis bona deprædante eximere potuerunt. Morientem vidit, mortuam defleuit Iacob magis ipſe animâ pro dolore, quàm vxor corpore mortuus. Quo tandẽ ſenſu ſanctus vir dilectam coniugem, alterius iam filij matrem amiſit? quibus oculis ſpectauit illos paulò antè viuidos, atque inſtar aſtrorũ collucẽtes oculos, qui contuentium animos, etſi triſti quadam paſſione turbatos mirandum in modum ſerenaſſent, nunc tetrâ mortis caligine depreſſos, C prorſúſque extinctos? Vbi ergò (priſtinum cum præſenti ſtatum conferens aiebat.) vbi ô Rachel ille tui vultus ſplendor, oris tui lætitia? Vbi decor ille? vbi venuſtas illa tua? vbi gratia? Tu ne illa Rachel, pro qua tot annis gelu obrigui, æſtúque exarſi, interdiu, noctúque per agros, in ſiluis, per iniqui ſoceri greges paſcendo, ſeruiui? Tu ne illa præ cuius amore pleni laboribus anni pro paucis tamen amanti pariter, ac laboranti diebus videbantur? Rapuit, offudit, diſſoluit, fœdauit omnia tam liuida, quàm inuida mors! O ſi fœminæ, ô ſi viri cùm florentem ætatem, cùm venuſtos oculos, roſeas genas, lucentem oris gratiam in iuuene, in puella mortis falce demeti, & in æternũ chaos omnium ſepeliri conſpicerent, ſecum me- D ditando expenderent, quæ tanta ſit rerum humanarum inconſtantia, quæ honorum (vt hîc putantur) huius mundi fugacitas, quàm denique omnia ſub cœlo, & vana, & nihil omninò ſint, profectò illorum mentibus ea cogitatio imprimeret, & contemptum, odiúmque rerum omnium, quæ in mundo magnæ, pulchræque habentur: & viuum efficáxque deſiderium excitaret, cognoſcendi, amandíque illa omnia, quæ vera, quæ magna, quæ fixa, æternáque ſunt; atque adeò pro iis, & conſequendis, & poſſidendis nihil non arduum, ac difficile alacri animo perferendi.

Ineuitabilis homini mors.

Rachelis mortem dolet lugétque Iacob.

Pulchritudo oculorũ Rachelis extincta.

Defunctam Rachelẽ deflet Iacob.

Mortis cogitatio multorũ effectrix.

3. Stata omnibus vna dies eſt: omnes morimur, & ſicut aqua dilabimur. Componat igitur ſuas quiſque ad mortis recordationem, vitæ ra- E tiones. *Monet quippe* (ait S. Bernard.) *horror in exitu, dolor in tranſitu, pudor in conſpectu gloria magni Dei.* ſerm.in 6.tribul. Et hæc quidem vnicuique noſtrum ex hac vita demigranti neceſſariò ſubeunda ſunt. Quorſum igitur ob diuitias, ob fortitudinem, ob formæ venuſtatem, ob generis ſplendorem, ob dignitatem honoris, vel ſuperbis, vel gloriaris, cùm ſis mortalis, cùm paulò pòſt in cinerem, ac puluerem diſſoluendus? *Circumſpice illos* (monet S.Baſil.) *qui ante te ſimilibus ſeſe ſplendoribus efferebant. vbi nã ſunt illi? Nónne omnia pulius?*

D.Bern. *Tria horribilia in morte.*

Egregia documenta ex defunctorũ ſepulchris. D.Baſil.

nis? nonne fabula? nonne in punctis oſſibus memoria vita ipſorum conſeruatur? Contemplare ſepulchra, diſcerne captiuum a Rege, robuſtum ab imbecilli; formoſum a deformi, hoc modo fatalem natura curſum ſi expenderis, nunquam mihi crede, intumeſces. tractat. de morte apud Ephrem. Hæc omnia quam vera ſint, ſub mortem potiùs, quam adhuc in vita, probè agnoſcimus. Quocirca moribundi vanitatē mundi, vitæque inconſtantiam edocti, & tunc maximè ante oculos poſitum diuini iudicij tribunal formidantes ſolent egregias plerumque ſententias proferre, & viuentibus ſaluberrima monita inculcare. Dixeris animam morientis velut aliquo ex ſuggeſtu prædicare viuis, & quæ de altera vita ſeſe iam oſtentant, enuntiare. Quod quidem eleganter admodum ita deſcribit Tertul. *Hinc euenit animum in ipſo diuortio potentiùs agitari ſolicitiore obtutu, extraordinaria loquacitate, dum ex ſuperiore ſuggeſtu, iam in libero conſtituta per ſuperſiuum, quod adhuc cunctatur in corpore, enunciat ea, qua audit, qua videt, qua incipit noſſe.* lib. de anima cap. 53. Enimverò ipſa in tranſitu, ex hac in alteram vitā videtur morientis anima ſeſe ipſam excitare, ſapientiùs loquitur, acutiùs videt, prudentiùs operatur, atque breui illo ſpacio temporis, in quo illius in corpore ſuperuacanea videtur commoratio, denuntiat mortalibus, qui vltra ſuperſunt, quid iam de alterius mundi ſtatu, audit, videt, noſſéque incipit. Præclarum ſanè huius rei teſtimonium nuper edidit Hiſpaniarum Rex Philippus hoc numine III. qui cùm multa planè iam moriens dixiſſet, illud vel maximè viuos erudiet. *Ne vnum quidem* (aiebat) *ficum valet eſſe in mundo Regem, nec Imperatorem. O vtinam ego ne vno quidem die Rex fuiſſem! Conuerſuſque ad eos, qui aderant, identidem ſucclamauit. Ita ne verò cruciatus æterni, quandiu Deus erit! O rem ſummè terribilem! Eia Domine Deus miſerere mei, libera, & ſalua me! O Regem verè ſapientem, ſummèque felicem, qui tam piè, ſanctéque viuit, & meruit mori!*

Mortis cogitatio ſuperbiam deprimit.

Moribundus quaſi viuis prædicans ex ſuggeſtu. Tertul.

Sanctè moriens miru eloquitur Rex Philippus III.

4. *Sepulta eſt in via, quæ ducit Ephratam.*] Quinto milliario ab Hieruſalem, & vno tantùm milliario à Bethlehem iuxta viam regiam, ſepulchrū fabricauit Iacob, in quod Rachelem condidit, vti ex S. Hieronymo in tradit. Hebraicis colligitur. In via publica, ſeu iuxtà illam ſepelitur Rachel, nec ſine myſterio, vt ſcilicet, prætereuntibus illa ſit, & mortis, & vitæ documentum: nec enim illa parcit ætati, nec decori: & iſta peranguſtis circunſcripta limitibus in mortem, ac ſepulturā detruditur. In via ſepelitur, vt mortales admoneat viam eſſe vitam: & certo quodā, ac præfinito in via ſpatio ſuam cuique mortem, ac ſepulturā (viatores ea manet ſtatio) ab ipſo Deo eſſe præſtitutam. Cùm ergò via ſit vita quæ in mortem ducit, duo maximè hinc oportet addiſcamus, vt quemadmodum in via incedentibus, tam amœna, quàm inamœna, tā plana, quàm aſpera tranſiguntur: nec enim aut illis, aut his diu ſtando, quieſcendóque viatores immorātur: ita qui viuimus, nec proſperis, nec aduerſis huius vitæ, quæ occurrent, animū vel illectum, aut deterritum a recto itinere in virtutem, atque in Deum deflecti, retardarique ſinamus; ſed hoc ipſum multò luculentiùs verbis S. Ephrem, aut veriùs S. Baſil. expreſſum accipe. *Viator, ò homo veluti quidam es in hac vita: omnia prateris, omnia a tergo relinquis. Conſpexiſti in via plantā, herbam, aquam, paululum ijs oblectatus, præteriſti; rurſus, incidiſti in lapides, in valles, in rupes, in paludes, in feras, in ſpinas: paululùm his perturbatus, mox rurſus ea reliquiſti,* &c. Egregia ſanè deſcriptio vitæ ad vitam deſcribendam. Concludit ergo: *Talis quoque eſt vita hæc humana: nam neque res iucundas ſtabiles, neque triſtes ſatis firmas continet.* tractat. de vita humana. Dein quid aliud non minùs elegans in via reperit, quod ſic explicat: *An ne vita noſtra ſimilis non eſt via, quæ cùm alios ſubinde tranſeūtes mutet, omnes tamen habet mutuo ſe inſequentes? Hodie agrum tuum coluiſti, cras alius, & mox poſt illum alius colet. Vides has magnificè extructas ædes! Bone Deus, quot tum nomina vnaquaque harum, ex quo extructa ſunt, mutauit?* ibidem.

Cur in via ſepelitur Rachel? D. Hier.

Vita eſt ad mortē via.

Nihil in vita vel lætū, vel triſte permanet. S. Ephrem.

Bona mundi aliis atque aliis obueniunt dominis. S. Ephrem.

5. Cùm igitur ſimus in via, pariter cum omnibus, qui in vita ſunt tranſimus. Præſentibus tam miſeri, quàm ſtulti, quæ fugiunt Euro velociùs, tanquàm ſtabilibus, atque æternis inhiamus? De iis, quæ ſupra terram ſunt, omnis inconſtantiæ, mutationiſque expertia, nec vlla nobis eſt cura, nec vel tenuis recordatio. Futura ſcilicet lippis, penèque cæcis oculis à longè aſpicimus, ideoque aut obſcura, aut minima, cùm tamen, & magna, & lucida omninò ſint, eſſe videntur. Præſentia oculis admota, magnitudinem, & ſplendorem, quibus prorſus carent, ementita facilè decipiunt; maximè, quia ſenſum delectant, animæ inſidiantur. Etenim vt (pulchrè S. Greg. Naz. ſcripſit) *facilè impoſturam facit quicquid delectat.* orat. 2. in Iulian. Inſida ſanè deceptrix animorum voluptas, cuius vel ipſo falſo nomine fucantur vitia, vt ſenſus pelliceant, mentéſque offundant. Nihil habet ſolidum, verúmque mundus: veri ſolam ſub falſitate prætendit ſimilitudinē. Monuit ergò Apoſtolus; *Nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonum.* ad Coloſſ. 2. Decipit mundus, decipit caro, decipiūt vitia in ſublimitate ſermonum. Sublimia quidem ſenſibus animiſque, malè ſuggerendo, ingerunt; at quæ falſa, & fucata ſint. S. Aug. legit. *Nemo vos decipiat veriſimili ſermone.* epiſt. 59. Nec enim decipimur veritate rerum, ſed ſimilitudine; nec in honoribus, ac diuitiis mundi, nec in voluptatibus carnis veritas ineſt; ſed ſola veritatis vmbra, & ad fallendum concinnata ſpecies: quam ſerò tamen; tunc bene deſpicimus, cùm mors ipſa corporis oculos debilitat, & mentis acuit. Non aliū ego teſtem adduxerim, quam illum ipſum Regem cuius perbeatum paulò antè commemoraui obitum. Intuitus enim ſacerdotem è noſtra Societate tunc Regis confeſſariū, totáque Hiſpania percelebrem verbi Dei concionatorem: *Quin tu pater* (ait) *nil prædices aliud, quam hoc ipſum, quod cernis ſpectaculum. Conteſtare mortalibus meo nomine fuiſſe Regem, atque Imperatorem ad nihil aliud inſeruire, quam ad terrorem, quam ad tormentum in hac hora, quod fuerit. Felicius mihi contigiſſet, totos viginti duos annos in ipſa Thebaide anachoretarum tranſegiſſe. Sum quidē (heu me) periculo æternæ mortis proximus!*

Caducis affixi æterna non curamus.

D. Greg. Naz. Voluptas deceptrix, & fucatrix.

ad Coloſſ.

D. August. In mūdo ſola veram ſimilitudinem.

Egregia Regis Philippi ſub mortem ſententia.

6. *Hæc eſt Bethlehem.*] Nondum hoc nomen vrbi illi erat impoſitum cùm ſcripſit Moyſes, quare docti viri arbitrantur hanc clauſulam; *Hæc eſt Bethlehem*, adiunctam eſſe à ſapientibus Synagogæ, qui diuino afflati ſpiritu libros Moyſis cōcinnarunt, expoſitis quibuſdam, quæ propter vetuſtatem iam erant obſoleta, & in alia nomina iā fuerant commutata. Vide noſtrum Benedictum Perer. hoc loco. Porrò hinc factum eſt, vt Rachel, quia iuxta illā vrbem ſepulta fuit, pro Bethlehem vſurpetur aliquando, vt videre eſt in illo memorabili vaticinio Hieremiæ: *Vox in excelſo audita eſt lamentationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis conſolari, quia non ſunt.* Hierem. 31. Quod citatur Matth. 2. Quo in loco indubitata quidem duo ſunt, & prophetiam eſſe de inno

Hier. 31.

de innocentibus, ab Herode occiſis, hac enim occiſione commemorata S. Matth. adiungit: *Tunc adimpletum eſt, quod dictum eſt per Hieremiam Prophetam dicentem: Vox in Rama,* &c. cap. 2. Et Rachelem poni hoc loco pro Ephrata, ſiue Bethlehem. Id enim ipſum ſimiliter habetur ex Euangeliſta. Cæterùm quid eſt quod Rachel, quæ mater fuit Ioſeph, & Benjamin dicatur plorare infantes Bethlehem. qui ſine dubio erant de Tribu Iudæ ad quam vrbs illa pertinebat, Iudas verò fuit filius Liæ? Dubium eſt ergò quid ſit, quod Rachel filios ſororis ſuæ occiſos, vti ſuos, lamentetur? Reſpondet ad quæſitum B. Hieron. *Quia Rachel in Ephrata, hoc eſt, in Bethlehem condita eſt, flere dicitur pueros, qui iuxta ſe, & in ſuis regionibus interfecti ſunt.* ad 31. Hierem. Itaque Rachel ſuos dicit illos infantes, non quia de ſua tribu ſint, ſed quia occiſos iuxta vrbem, in qua ſepulta iacebat, & cui nomen dederat.

Matth. 2.

D. Hieron.

7. Altera verò ſubtilior explicatio traditur illo in opere, quod habetur tom. 4. S. Auguſt. quæſtionum ex vtroque teſtamento mixtim, nomine ipſius Auguſtini, quod tamen illius eſſe plerique nolunt. Igitur quiſquis author ille, vel Auguſtinus, vel alter eſt, ſic edisſerit: *Rachel filij (quantum ad hiſtoriam pertinet) olim pro maleſico opere ſuo Sodomitarum, & ſpurcitia, quam in concubinam Leuitæ operati ſunt*, Iudic. 19. *extincti fuerunt, & raſi à reliquis tribubus*, Iud. 20. & 21. Habemus itaque filios Rachelis, hoc eſt, ex Tribu Benjamin filij Rachelis à reliquo populo Hebræorum bellis attritos, penéque extinctos, & hos quidem Rachel defleuiſſe perhibetur: ſed quando, & quare defleuerit, adhuc reſtat explicandum. Igitur Auguſt. aut ille alius author procedit vlterius. *Filij autem Liæ in primanis annis ætatis in cauſa ſaluatoris occiſi ſunt, quorum cauſa adeo planctus non adſcribi voluit, quia & innocentes occiſi ſunt, & in Dei cauſa, à quo mercedis vice æterna vita donati ſunt*, &c. Dicit itaque non lugeri à Rachel infantes Bethlehemiticos, imò & gaudio, iiſque in morte, quam pro Chriſto glorioſam oppetierant, proſequendos: eò quòd [illegible] auſſari ad cœlum æuo cum Deo fruantur ſempiterno. At quis dixerit eos à viuis expetere lacrymas, qui iam beati cum cœlitibus viuunt? Ergo Rachelis luctus non eſt pro innocentibus Bethlehem filiis Liæ, ſed pro illis verè filiis Rachel ex Tribu Benjamin, qui pro execrandis olim flagitiis bello trucidati perierunt. *Hac igitur cauſa* (ille autor adiungit) *planctus Rachelis filiis competit, qui & in præſente, & in futuro periſſe noſcuntur: Vnde conſolationem non recipere dicta eſt, ſciens eorum qui perierunt nullam ſpem eſſe conſolationis.*

S. Auguſt.

Iud. 19.

Lugendi nõ ſunt, quos cælo mors intulit.

8. Lugendi quidem, & inconſolabili dolore plangendi prorſus illi ſoli erunt, qui in peccato lethali à morte abrepti in ſempiternum gehennæ incendium præcipitantur, cuiuſmodi fuerunt illi de Tribu Benjamin, vti præmiſimus, quos Rachel inconſolabiliter ploraſſe dicitur, quia non ſunt, nec in iſto, nec in altero mundo viuunt; vtique damnati ad mortem ſempiternam. Denique videndum eſt, cur eos Rachel defleuerit tunc in ipſa innocentium filiorum Liæ occiſione? Colligit ergo: *Nam ideò filiis Liæ occiſis in Dei cauſa planctum adimpletum Rachel Euangeliſta teſtatur, quia tunc plus plangere filios ſuos cœpit, quando filios ſororis ſuæ in tali cauſa vidit occiſos, vt ad vitam pertinerant. Quia cui aduerſum aliquid euenit, ex felicitate alterius infauſta ſua miſerius luget.* Hactenus ille. Huc quidem euenit quotidie, & ſæpiùs videre mihi licuit. Moritur quis benè moratus, piuſque in Domino adoleſcens: ergò fœmina, quæ illius mater non eſt, inconſolabili affecta dolore, incipit miſera lamentari, recordata, ſcilicet, quòd filium ipſa iuuenem in ſeditione peremptum aut ſuſpendio enectum amiſerit. Quæ ſane tam acerba recordatio ex præſenti alterius pij adoleſcentis felici obitu animum miſeræ illius matris vehementiùs diſcruciat. Dolet igitur iſta filium, quia non eſt; quem in præſenti, & in futuro nouit periiſſe. Sunt hæc omnia (dicet aliquis) ſubtilia magis, quàm ſolida. Cæterùm cùm in opere ſub nomine ſummi Doctoris Beatiſſimi Auguſtini reperiantur ſcripta, non temere illa poſſim repellere, maximè cùm ex doctrina S. Auguſtini ſumma ſit profunditas myſteriorum, & ſenſuum fœcunditas in diuina ſcriptura (vt ſæpius iam adnotauimus) planè hoc etiam myſterium, hic etiam ſenſus potuit à diuino ſpiritu in ſacris literis recondi: quicquid enim non repugnat literæ, nec fidei, poteſtque facilè ex ipſo textu elici, omninò creditur (iuxta regulam Theologorum) ab Spiritu ſancto intentum, cuiuſmodi poſſumus credere hanc eſſe tam ſubtilem, egregiamque huius loci interpretationem.

Inconſolabilis dolor ex morte reproborum.

D. Auguſt.

Ex alterius felicitate ſuæ quiſque infelicitatis acerbius dolet.

Sacra ſcriptura plena myſteriis.

9. Sepulta eſt Rachel in via, quæ ducit Ephratam, ſiue Bethlehem, infauſta illa quidem Iudæis via: eò quòd (vti D. Hieron. ex Hebræis refert) *captâ Hieruſalem ſub Veſpaſiano per hanc viam Gazam, & Alexandream infinita millia captiuorum Romam directa ſunt*, ad locum Hieremiæ. Accedit ad huius viæ infelicitatem, quòd (vti etiam ex Hebræis idem Hieron. commemorat) *in vltima captiuitate ſub Adriano, quando, & vrbs Hieruſalem ſubuerſa eſt, innumerabilis populus diuerſæ ætatis, & vtriuſque ſexus in mercatu Terebinthi venundatus eſt. Et ideò execrabile Iudæis eſt mercatum celeberrimum viſere.* Hæc S. Hieron. Ita miſeri ſimul, ac perfidi Iudæi per eam viam captiui extra ſuam terram promiſſionis in omnes penè gentium exterarum regiones abacti ſunt, eò quòd Dei filium non receperunt, quem Virgo mater per illam eandem viam incedens ad Bethlehem vſque vtero geſtauit, peperitque in præſepio Bethlehemitico, ſiue, (quod magni etiã Doctores teſtantur) in via ipſa, de qua ſublatum in vicino deinde reclinauit præſepio; vt nimirum Iudæis ipſis ſalutem afferret. Ergò iſtius perfidiæ meritas Iudæis pœnas dederunt tracti a Romanis captiui, & publico in mercatu venundati, non ſine miſerabili totius Iudaicæ gentis lamentatione; Vbi quem ex Virgine natum cœlo ipſo applaudente, choróſque ducentibus, & Deo gloriam hominibus pacem concionantibus Angelis: ac denique nouo ſydere Regis cunabula demonſtrante ab Eois adoratum Regibus: nihilominùs ipſi contempſerunt, & inter latrones ſuſpenſum ligno peremerunt.

D. Hieron.

Iudæi captiui per Bethlehem in varias regiones deportati.

In publico mercatu Bethlehem Iudæi à Romanis venundati.

10. *Erexitque Iacob titulum.*] Super ſepulchrum defunctæ coniugis erexit Iacob lapidem vti columnam. Brocard. tradit fuiſſe pyramidem nimis pulchram, & in eius baſi duodecim prægrandes lapides ſecundùm numerum ſuorum filiorum à Iacob diſpoſitos. 1. p. cap. 7. num. 56. Vocat ſcriptura, tum hoc loco, tum cap. 28. titulum ſiue ſignum, & monumentum. Voluit ſiquidem Iacob erecto iſto ſuper ſepulchrum vxoris monumento declarare in omnem deinde poſteritatem, quanto ſuam Rachelem amore fuiſſet proſequutus; cuius etiam illic ſepulturæ nomen ſaltem, ac memoriam quantum in ipſo erat, vellet in

Brocard.

perpetuum propagare. Ac primò quidem defunctorum memoriam in futurum protendere, & quodammodo reddere immortalem ſolent viui illorum extructis magnificè ſepulchris, atque inſcriptis ſepulchralibus titulis, quem morem fuiſſe Troianis etiam temporibus Homerus indicat, cùm ita canit.

Viuit defuncti memoria in magnifico ſepulchro.

Ut ſe ſepeliant fratres, & ſodales
Sepulchro, & titulo; eſt enim hoc præmium morientium.

Ferúntque apud Iudæos noſtri temporis vbi per gentes ſparſi, & exules ſuæ adhuc incubant perfidiæ, ſimile quid fieri in ſuorum ſepulchris, in quibus illa verba, quæ Abigail ad Dauidem dixit, inſculpuntur: *Sit anima tua ligata in faſciculo viuentium apud Dominum Deum tuum.* ex 1. Reg. cap. 25. Cùm tamen huiuſmodi anima Iudæi in ſua obſtinatione demortui ligata verè ſit in faſciculis zizaniorum ad comburendū, Matth. 13.

1. Reg. 25. *Iudæorū ſepulchrales tituli.* Matth. 13.

11. Verum enim verò nullis aliis vel monumentis in altum erectis, vel titulis æri, marmoríve inſculptis, aut firmiùs, ad æternitatem, aut magnificentiùs ad honorem, quàm ſplendidis ingenij operibus, nimirum elegantiſſimis ſcriptis, vel hiſtoriis, vel carminibus mortuorum virtutes factaque celebrantur. Felicéſque iccircò ab huius mundi filiis Achilles, & Æneas iudicantur, eò quòd Homeri, & Virgilij carminibus quandam veluti immortalitatem adepti cenſeantur. Habent hoc doctorum hominum ſcripta, vt tempori omnia exedenti abripere ſoleant, quod viuorum mentibus infixum permaneat, & ſermonibus tritum percelebretur. Quòd quidem ij, qui ſcripſere, vel maximè ſudando elaborant. Propterea quòd (adnotauit optimè Vincentius Lirinenſis) *cùm humana omnia à tempore rapiantur, & nos ex eo aliquid in inuicem rapere debemus, quod in vitam proficiat æternam.* in præfat. lib. contra hæreſes. Quæ ſententia iam multis ante ſeculis deſcripta fuerat à Plinio Iuniore, cùm ſcribendi libros finem, ac præmium dixerit eſſe ipſam gloriæ cupiditatem. Sic enim ſcribit ad Canin. Ruff. *Effinge aliquid, & excude, quod ſit perpetuo tuum; nam res tua reliqua poſt te, alium, atque alium dominum ſortientur: hoc tuum nunquam deſinet eſſe ſi ſemel cœperit.* lib. 3. epiſtol. 7. Et quidem perbellè; Nam quæ prædia, v. g. Marcus Tullius poſſedit, quas villas extruxit, quam domum habitauit, alij, atque alij decurſu temporis poſſederunt: at illius ſcripta etiam poſt mille ſeptingentos annos adhuc viuum retinent authoris ſui nomen. Fugit vita, & cum illa pariter noſtra omnia præter ingenij monumenta mors aufert, & ſepelit. Adiungit ergò: *Cùm denegetur diu viuere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur.*

Auctorum ſcripta ſunt monumenta defunctorū.

Vincent. Lirin. *Scripta in æternitatem proficiunt.*

Plin. Iun.

Scripta defuncti nomē perpetuò cōſeruant.

Plin.

12. Quæ quidem opinio ſic hominum, maximè priſcis ætatibus, inſedit mentibus; vt qui ſine huiuſmodi operibus ingenij vitam tranſegiſſet, à muta pecude nihil omninò diſtare cenſeretur. Hinc illa diſcretiſſimè ſcribuntur à Salluſtio: *Omnes homines, qui ſe ſtudent præſtare cæteris animalibus, ſummâ ope niti decet, ne vitam ſilentio tranſeant, veluti pecora, quæ natura prona atque ventri obedientia finxit.* Ingloriam exiſtimat, & prope belluinam, quæ ſine aliquo ſcriptionis monumento tranſigitur, vitam; ſcriptis enim, & cum mortalibus, quorum in manus deueniunt, familiariter ipſi authores colloquuntur: & quandiu illa leguntur, tandiu ipſi authores hominum memoria viuere cenſentur. Quare adiungit eleganter; *Quò mihi rectius eſſe videtur, ingenij, quam virium opibus gloriam quærere, & quoniam vita ipſa, quâ fruimur, breuis eſt, memoriam noſtri quam maximè longam efficere.* initio Catilinar. Longam efficiunt ſcripta memoriam autoris, nec tantùm illa, quæ de ſeriis, grauiſſimiſque rebus agunt, ſed illa quoque, imò vel maximè, quorum ludicrum, vanumque eſt argumentum authores ſuos ab obliuione, & quodammodo à morte vindicare videntur. Expendit hoc ipſum egregiè S. Hieron. hiſce verbis: *Nullus tam imperitus ſcriptor eſt, qui lectorem non inueniat ſimilem: multóque pars maior Mileſias fabulas reuoluentium, quam Platonis libros: In altero enim ludus, & oblectatio eſt, in altero difficultas, & ſudor mixtus labori.* in proœmio in lib. ſuper Iſai. Adeò ſcilicet ad immortalem ſcribentium inter homines memoriam conducit monumentum literarum.

Salluſt.

Vita ingloria ſimilis vitæ pecudum.

A

Multum nobilitāt monumenta ingenij.

D. Hier. *Et fabulorū ſcriptores celebrātur.*

B

13. Quæ tamen humanæ gloriæ apud mortales cupiditas (verè ipſemet conteſtor) non mihi ad ſcribendum, & commentandum, aut ſtimolus, aut finis fuit. Abſit enim, vt religioſus vir ſub crucifixi vexillo militans ridiculum ſe faciat inanis gloriolæ mancipium. Dei ſiquidem honor in primis, dein Beatiſſimæ Virginis debita commendatio meorum eſt ſtudiorum, & commentationum ſcopus. Et ſi quid præmij demeremur, non in terra præripiendum, ſed in cœlo, vbi repoſitum eſt, velim percipiendum. Memini enim quod eleganter dictum eſt à S. Chryſ. contra eos, qui ſuorum operum fructum in plauſu populari & vanitate humanæ laudationis captanda repoſuerunt. Sic enim inſit: *Sicut guloſi & honeſtatis expertes ad regale conuiuium vocati, nec congruam horam expectantes, paruulorum infantium more ſuam corrumpunt lætitiam præuenientes, & vilioribus ſe ipſos cibis ſaturantes, ita & hi mercedem hîc exquirentes, & accipientes futuram diminuunt.* homil. 36. ad popul. Antioch. Pueruli quidem ſunt ſtulti, abiecti, prorſuſque ridiculi, quos in terra lutulenti, ſordidique honoris quædam velut ingluuies corripit, vt fœdè ſiliquis ſaginati poſtmodum à cœleſti conuiuio diuinarum dapum proiiciantur: Natura ipſa ducimur homines ad honoris ſtudium, & vel maximè ad curandam noſtri poſt mortem nominis immortalitatem: non eſt id vitio attribuendum; ingenitum quippe homini à Deo, & à natura fuit. Cæterùm quo maximè itur certo ad honorem itinere pauciſſimis compertum eſt.

Dei gloriā & B. Mariæ ductus hoc opus ſuſcepit autor.

D. Chryſ.

C

Pueruli ſtulti, qui humana gloria ſtudent.

D

Pauculis notum ad honorē iter.

14. Et quidem de monſtro illo in toto ferè hominum genere (vti ſcriptorum monumenta tradiderunt) Nerone ſic ſcribit Sueton. *Erat illi æternitatis, perpetuæque famæ cupido, ſed inconſulta.* in vita Neronis. num. 55. Talis eſt multorum in ſeculo perpetuæ famæ cupido, inconſulta illa quidem & abſurda, quæ ſine vero mentis iudicio, rerúmque ipſarum digna exiſtimatione hominem permouet, ad aucupandam nominis famam, ad ſtabiliendam in terris nunquam (vt miſeri arbitrantur) interituram memoriæ celebritatem: at mediis tamen diſtortis, ineptíſque rationibus; videlicet, inſanis ædificiorum ſubſtructionibus, ampliſſimis redditibus, nouíſque in familiam gentilitiam perilluſtrium titulis Ducum, Marchiorum, Comitum inductis; numeroſa etiam, & glorioſa liberorum, ac nepotum poſt ſuum obitum relictâ poſteritate. O verè inconſulta perpetuæ famæ cupido! ô vana ſpes æternitatis! ô ſtulta futuræ felicitatis cogitatio! Tranſit Euro citiùs mundi gloria. Perit iſtorum omnium honoris mancipiorum memoria cum ſonitu, nomina

Sueton. *Nero æterni honoris auidiſſimus.*

Inepta ratio famā nominis celebrādi.

E

eorum

A corum in terra ſcribũtur. Nec mirum id quidem. *Inſomnium quippe* (ait S.Gregor.Nazianz.) *fumus inſtabile, ſpectrum, quod veſtigium non habet, puluis, vapor, ros matutinus, flos pro tempore naſcens, atque marceſcens.* in obitu Cæſarij fratris. Quòd ſi homo nil aliud, quàm iſtud ipſum, ſcilicet, mera vanitas, penéque nihil eſt; qualia quæſo erunt omnia mundi bona, quorum cupiditate miſeri æſtuamus, & quæ longè nobis ipſis minora ſunt?

D.Greg. Nazianz. *Inconſtãtia & vanitas hominis.*

15. Sola profectò virtus clara, æternáque habetur, ſolis bonarum actionum meritis recta ad cœlum, & ad immortalitatem nominis, veræque gloriæ perpetuam æternitatem via ducit. Stabile, firmum, æternum eſt, quod in cœlo nomen inſcribitur. Sub cœlo nihil niſi lutum, puluis, & cinis eſt: & tamen ſtolidi luto inhæremus, fabricamus B in puluere, cinerem theſaurizamus! Vis vno verbo ſcire, vno ſymbolo mundi gloriam deſcriptam videre? Mortua, & ſepulta eſt Rachel, erectuſque eſt titulus ſuper demortuæ ſepulchrum. Mundi quidem honor, corporis pulchritudo, & quicquid in illo ſpecioſum videtur, ſuper puluerem, cinerem, fœtorem, ſaniem, atque ipſam denique mortem, tam turpiter, quàm inaniter fundatur. Et quidem Rachel ſepulta eſt in via, vt prætereuntibus documento ſit, quàm vanæ ſint hominum ſpes, quàm fallaces ipſorum cogitationes, quàm breuis, fluxáque carnis voluptas; quam certus, quàm feſtinus rerum omnium ſub cœlo interitus, quàm prudens ille ſit, qui peritura contemnit, & in omnem æternitatem permanſura men- C tis affectu complectitur, ac ſedulo bonarum actionum ſtudio perquirit.

Sola virtus ad honorem & famam æternã via.

Mundi bona ſuper cinerem fundata.

Prudens æterna molitur.

16. Moritur partu Rachel; mortua ſepelitur iuxta Bethlehem, vbi nimirum poſt longam dein euolutam ſeriem annorum pulcherrima, & puriſſima Virginum ſola inter mulieres benedicta vitam ipſam mortalibus peperit digniſſima Dei mater, vt peregrinantibus in via vitæ ſolatio eſſet, ac fulcimento. Ipſamet nobis eſt Ephrata, hoc eſt, vbertas; Bethlehem, hoc eſt, domus panis, ſcilicet a Dei matre plena omnium gratiarum, immenſa bonorum omnium redundat vbertas. Domus illa eſt panis quo beati viuunt, quo iuſti in terra nutriuntur. *Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis.* Threnor.4. lamenta- D batur Propheta; & quidem meritò, cùm adhuc regnaret mors, quæ ipſa eſt ſterilitas bonorum omnium nuſquam inueniri, qui panem eſurientibus diuideret. *Ergo nox præceſſit*, clamat Apoſtolus, *dies autem appropinquauit*; ortus itaque ſol eſt iuſtitiæ, cum quo ſimul omnium bonorum affluentia orta eſt. Patet omnibus domus panis, mater ſalutis, fons vitæ. Accedant patuuli, petant panem, matrem implorent; fonti & ora, & manus admoueant: procul dubiò alti, & recreati, ſaluique erunt. At ſi Virgo mater vitam peperit, (dicet aliquis) quid eſt, quòd & mortua, & ſepulta, vt Rachel fuit? Non eſt poſt Chriſti aſcenſum in cœlos iuſtorum mors lugenda: vt quæ ſit potiùs à morte ad vitam, à tempore ad æternitatem E tranſmigratio. Felix iam nunc eſt, votiſque optãda mors, quæ quos in Dei gratia corripit, beatos efficit, reddit immortales. Quòd ſi beatiſſima Virgo Dei mater filio ſic in matris honorem diſponente mortua eſt, illud planè in morte habuit; quod S.Ioan. Damaſcen. eandem affatus ita ſubnotauit. *Non te mors beatam reddidit, ſed ipſa mortem exornaſti, vt quæ eius mæſtitiam ſuſtuleris, ac mortem gaudium eſſe plenum feceris.* orat. 1. de aſſumpt. Dulcem iuſtis, iis maximè, qui Virginem A ritè, ac piè colunt, mortem Dei mater, ac lætam reddidit, vt poſt labores huius vitæ felicem ingreſſi requiem obdormiant in Domino potiùs, quam moriantur.

Bonorũ fons B.Maria.

Thren 4.

a Rom. 13. *B.Maria domus panis.*

Iuſtorum mors non lugenda poſt Chriſtum.

S.Ioann. Damaſc. *Dulcẽ moriens B.Maria mortem reddidit.*

Felix mors eorum qui B. Mariam piè colunt.

SECTIO XIII.

Egreſſus inde, fixit tabernaculum trans Turrem gregis. Cúmque habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris ſui: quod illum minimè latuit. Erant au- B *tem filij Iacob duodecim. Filij Liæ: primogenitus Ruben, & Simeon, & Leui, & Iudas, & Iſachar: & Zabulon. Filij Rachel: Ioſeph & Benjamin. Filij Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Nephthali. Filij Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aſer: hi ſunt filij Iacob, qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ.*

1. POſt ſepulchrale officium Rachelis, planctúmque de more à Iacob, & familia illius præſtitum progreditur vlteriùs Iacob vſque ad turrim Ader, ſiue gregis, vltráque illam conſedit. Quis verò ille ſit locus, non vna omnium eſt conſenſio. Enimverò Hebræorum magiſtri volunt, intelligi Hieroſolymam, cuius in monte C Moria, vbi poſteà ædificatum eſt Salomonis templum, anteáque ſacrificauerat Abraham, fixiſſe tentorium Iacob arbitrantur. Et quidem Hieroſolymæ templum vocari turrim Ader, ſiue gregis, apertè conſtat ex Michea, qui ſic illam affatur: *Et tu turris gregis nebuloſa filia Sion, vſque ad te veniet Poteſtas prima*, &c. cap.4. Nimirum prædicit ad Hieruſalem venturum, & in templo ſæpiùs prædicaturum Regem Meſſiam Deum hominem, qui eſt Poteſtas prima, Alpha, & Omega. Sic interpretatur S.Hieron. Porrò templum vocatur turris, eò quòd in modum turris conſtructum eſt, Ader, ſeu gregis, eò quòd illuc religionis cauſa cœtus, & congregationes Hebræorum in ſimilitudinem gregum conueniebant; vel etiam quòd D eò greges ouium ad ſacrificia ducebantur. Verùm licèt hæc omnia certa ſint, & indubitata de Salomonis templo, nihilominùs hoc ipſo in loco Geneſ. quem commentamur, longè alia turris intelligitur: Videlicet, campus paſcuis vberrimus, & grandibus oleis refertus, vbi & turris erat: quo in loco poſteà naſcentis in præſepio Domini paſtoribus feliciſſimum nuncium Angelorum chori detulerunt. Luc.2. Sic S.Hieron. in tradition. Hebraic. in Geneſ. ſuper hunc locum, & in lib. de locis Hebraic. Eſt igitur turris Ader, ſeu gregis inter Hebron, & Bethlehem vno fermè lapide ſita à Bethlehem: Cumque Bethlehem diſtet ab Hieruſalem ferè ſexto lapide; profectò turris Ader longiùs ab Hieruſalem, quàm à Bethlehem E diſtare euidenter cernitur. Hoc ipſum aſſerunt etiam Eucherius, Rupert. Abulenſ. poſt D. Hieronymum.

Salomonis templũ turris Ader.

Mich.4.

Meſſias Poteſtas prima.

Luc.2.

2. *Abiit Ruben & dormiuit.*] Concubuit Ruben primogenitus Iacob cum nouerca ſua patris ſui vxore. Nec enim Rabbinorum nugis, ac fabulis habenda eſt fides, dum aſſerunt non patris vxorem vitiatam, ſed lectum fœdè pollutum fuiſſe; verba ſiquidem (*Dormiuit cum Bala*) non alium in ſcriptura ſolent habere ſenſum, quàm carnalis concubitus: & ob illum pater moriens filium maledi

maledictione perſtrinxit, vt videbimus (Deo volente) infra cap. 49. Quàm verò ſit probroſum, execrandúmque flagitium dormiendi cum nouerca lumine ipſo naturæ vniuerſi planè mortales ducti, conteſtantur, ipſo etiam authore Apoſtolo, qui ita ſcribit: *Omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat*, 1. ad Corint. 5. Qualis nec inter gentes nominatur. Sic legit Theophylactus, ne dum videlicet admittitur. Vſque adeò infame, deteſtandúmque flagitium eſt, vt illius nomen, nec inter ipſas gentes, quæ Deum neſciunt, ſcitum, auditúmque ſit. Et nihilominùs auditur inter vos, *Qui ſcilicet*, (ait Theophyl.) *cœleſtibus myſteriis donati eſtis, ac ſpiritualibus*, &c. *Non dixit nouercam, ſed vxorem patris, vt eò acrius ipſe feriat, dum patris meminit. Honeſtius autem dixit (habeat) fornicationis nomen verecunde fugiens, abominánſque.* Inſigne quidem flagitium, quòd omnes omninò gentes ſemper abhorruerunt. Quare iudicitur: *Turpitudinem vxoris patris tui ne diſcooperias: turpitudo enim patris tui eſt*. Leuit. 18. Mirúmque eſt in familia Iacob iuſti viri, quam diuina gratia tot, ac tam miris donis, ac beneficiis irrigabat, tam fœdæ turpitudinis abominandum ſcelus perpetrari: tam cœca nimirum eſt, ac præceps in omne facinus, libidinoſa hominis cupido. Ius omne tam humanum, quàm diuinum impudentiſſimè proculcat, hæc bellua.

1. ad Cor 5.
Execrandũ cunctis, ſeu per gentibus coire cum nouerca.
Theoph.
Leuit. 18.
Procax & præceps & cœca libido.

3. Quæ nonnunquam eò prorumpit, vt non illorum, quibus reuerentiam, amorémve natura ipſa debet, honorem pro explenda libidine contemnat, & proterat ſolùm, verùm etiam, & vitam, aut deſideret, aut curet adimere. Hinc optimè ſcriptum eſt à Zenone Veronenſi Epiſcopo. *Concupiſcentia libidinis mercedem, vel maximè parentum, filiorum, maritorum, vxorúmque in mortibus poſuit*. ſerm. de pudicitia. Plenæ ſunt in omni ætate hiſtoriæ huiuſmodi tragœdiis helluinæ crudelitatis, quæ pro carnis voluptate contra ius, & fas captanda, ſæpenumerò viſa eſt deſæuire. Legimus in hiſtoriis Romanis vxorem Imperatoris, cùm priuignum ſolicitaret ad ſtuprum, illéque tantum ſcelus haud licere reſponderet, dixiſſe impudenter fœminam: Licet, ſi libet; Nec ſic tamen iuuenem ad facinus inclinaſſe. Quis neſciat Hippolyti deploratum ſæpiùs in tragœdiis exitum: quid quod Phædræ nouercæ ad inceſtum ſollicitanti non aſſenſiſſet, ab eadem apud patrem Theſeum falsò accuſatus adulterij, paternis affectus odiis, domo exulans, ab equis tandem raptatus, diſcerptúſque periiſſe memoratur? Profectò cùm leuius multò ſit, atque in amorem impotentius ingenium muliebre, haud temerè quis audeat ſuſpicari; ne fortè Bala hæc Iacob concubina, ſi non ſolicitauit priuignum, at certè pertentanti facilè acquieuerit. Plures enim in hiſtoriis reperimus in huiuſmodi tentationem nouercas, quàm priuignos cecidiſſe. Animaduerte obſecro Ruben, cùm tantum patraret flagitium fuiſſe minorem vigeſimoquarto anno. Hoc enim euenit ante venditionem Ioſeph, qui tunc fuit ſexdecim annorum, vt conſtat ex cap. 37. Geneſ. Ruben autem ſeptem annis tantùm major natu erat, quàm Ioſeph, vt colligitur ex cap. 29. & 30. Geneſ. At illa ætas adoleſcentiæ, quàm ſit ad laſciuiam propenſa, quàm cœca, quàm præceps impoténſque in amore, quis non videt, quia in ſeipſo expertus non eſt? Crudum adhuc, & immaturum eſt in adoleſcente iudicium, atque ideircò cœcitas mentis, & inconſideratio; vnde

Zenon.
Innumeræ crudelitates pro libidine.
Tragica facinora pro inceſtis.
Nouerca priuignum ſolicitans.
Iuuentus ad libidinem propenſa.

A rapidus in quodcunque flagitium impetus.

4. Quapropter prima hoſtis tentamenta fiunt contra mentis iudicium, primam diabolus capiti plagam infligit, iuxta illud: *Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum veniet*. Hierem. 13. Vis hæc tanti mali apertè viſa eſt in puero, aut etiam adoleſcentulo Sunamitis filio, qui mane capitis dolore correptus ſub ipſum deinde meridiem obiit mortem. 4. Reg. 4. Tam periculoſus eſt, tam lethalis in capite morbus, ægrúmque mentis iudicium tam morti vicinum; quid obſecro leuius? quid inconſtantius? quid (auſim dicere) magis ridiculum, quàm adoleſcentulus, dum ſerico, & auro fulgens excurrit per vrbem, laſciuis oculis, ore B impudenti, greſſu ad omnem vanitatem compoſito; vt muliercularum oculos teneat, amoréſque venetur? De huiuſmodi leuitatis adoleſcentulis dictum intelligo: *Ingredientes pompaticè domum Iſrael*. Amos 6. Hebr. *Venerunt ſibi*: quaſi dicat propter ſeſe ipſi amatores ſui obambulant, & gradiuntur; ita ſibi blandientes, proprióque amore perculſi, vt non tam fœminas ad amorem pellicere, quàm ſeipſos ambire, & amare videantur. Quid, quod in illa ætate à qua maximè pudor expetitur, ob leuitatem ſenſus, iudiciíque defectum petulantia procaciùs ſe prodit in quodcunque facinus? quare tunc ſeueriore diſciplinâ maximè opus eſt, vti admonet Tertull. *Vindicanda erit procacitas ætatis verecundiam debentis*. 2. contra C Marcion. cap. 16. Ne ſcilicet poſteà ſenectus multum habeat, quod de petulanti adoleſcentia doleat, ac deploret. Hinc S. Bernard. tam eleganter, quàm piè ſcribens ad iuuenem, hanc illi ſalutationem epiſtolæ præfixit: *Bona indolis adoleſcenti Fulconi frater Bernardus peccator: Inde lætari in adoleſcentia, vnde in ſenectute non pœniteat*. epiſtol. 2.

Hierem 13.
Iudicium mentis primò diabolus vulnerat.
4. Reg 4.
Iuuenis mira vanitas, & laſciuia.
Amos 6.
Iuuenis impudentia comprimenda.
Tertull.
D. Bern.
Dolet ſenex ſua iuuentutis errores.

5. Certè quàm ſit periculoſa iuuenum ætas, quàm prona in lapſum, facilis in errorem; quàm ſit rarum, ac propè miraculum in iuuentute non labi, non inquinari, nemo ſibi conſcius teſtari non poteſt. Aniſiam Theſſalonicæ tam puram virginem, quàm martyrem glorioſam, cùm ſeſe in flore illo ætatis, & egregie pulchram vidiſſet, D ſæpiùs de iuuentute ipſa conqueſtam accepimus. *O inſidioſam* (aiebat) *ætatem, quæ aut lædit, aut læditur. Pulchra res eſt ſenectus. Heu mihi! longitudo temporis me mæſtitiâ afficit, quæ tandem ſeparat a cœleſtibus*, &c. refert Sur. tom. 6. in vita Aniſiæ 3. December. Et quanquam plenam periculis iuuentutem quærebatur, Dei tamen gratia iugiter implorata ſeſe alacriter muniebat, ad conſeruandam illa in ætate, illa in pulchritudine illibatam corporis pudicitiam. *Permaneamus* (dicebat) *integræ, qui formauit, purum figmentum conſeruemus, a reprehenſione alienum Chriſti cuſtodiamus ſignaculum. Agnoſcat Dominus ſigilla virginitatis, clauſum inueniat hortum cùm acceſſerit, præbeamus fontis fluenta minimè perturbata; nunc ſunt nundinæ, negotiemur.* E At quid ages ô pulchra, & ſancta virgo, ſi ad verbera, & ad tormenta ventum erit? Ait vlteriùs: *Perſecutio, & afflictio, mihi gloriam concilient; præſides, & ſupplicia in paradiſi delicias; cuſtodia, & flagella in Chriſti nuptialem thalamum introducant. Non ſolùm ſunt virorum coronæ, ſed etiam mulierum.* Hæc virgo prudens; quàm verò mori cupiens vitæ illius diſcrimina declinare ſapienter exoptaret, vno illud verbo ſecum alloquens ſignificabat: *Fugiamus periculoſam vitam, & probris plenam, deſideremus certamen, quod ſuperat rationem.* Periclitari

S. Aniſia virg. & mart. egregia ſeni. in de iuuentute.
Surius.
Mirum virginitatis ſtudium.
Mirus martyrij affectus in puella.

A elirari nullo modo poterat in illa primæua ætate Virgo benedicta quam ſibi Deus in matrem elegerat; & ipſo tamen ſic iubente ab ipſa etiam infantia in ſacroſanctis templi adytis procul à ſeculo nutrita, & educata demum adoleuit. Nimirum (vt ſcribit Greg. Arch. Nicomed.) *circumcirca ſtipantibus Angelis. Nam & ſi ignorabant arcanum modum myſterij, vt ſerui tamen iuſſu Domini ſeruiebant eius proceſſui.* de præſentat. Virg. in templo. Vt hinc diſcant puellæ amare ſecretum, fugere publicam auram, latere malint, quàm prodi; cùm ipſis, vel ipſa noceat lux, proſint tenebræ.

B. Maria ab infantia in templi adytis.

Greg. Nic.

Commendatur virginibus latere ac neſciri.

6. *Quod illum minimè latuit.*] Reſciuit Iacob fœdum illud filij & vxoris flagitium; nec enim tam horrendum facinus celari diu potuit. Quis B verò dolor, quæ mœſtitia ex tam turpi caſu fuerit Iacob, non meminit ſcriptura; non quòd tam ſtupidus eſſet homo, vt plagam non ſentiret: aut tam abiectus, vt tantum honoris diſpendium negligeret. Sed in primis, quia pater erat, Nam cæcus amor patris vitia filij videre non ſinit, neſcite vult, indignatur audire. An non à filio puero cædi alapis ſuſtinet pater, filióque ferienti miſer ablanditur? Inſano Stratonicæ nouercæ captus amore cùm tacito vulnus ſub corde Antiochus aleret, atque ideircò in morbum incideret, pater Seleucus Aſiæ Rex ex peritiſſimo medico morbi cauſam diſcens: liberè, ac libenter filio conceſſit vxorem, filij vitam ſuo præferens honori; vxore ſuâ priuari voluit, vt cæco amori filij pater in- C dulgeret. Cùm ergò ſic filium pater, quàm ſeipſum, potiùs amet, indè fit, vt in diuinis literis magnificentiùs cenſeatur Dominus patrum merita in benedicendis illorum filiis rependere: atque in filiorum ſuppliciis longè ſeuerius patrum flagitia punire; quod grauiter expendens Tertul. ita edisſerit. *Si patrum delicta ex filiis exigebat Dominus, duritia populi talia remedia compulerat, vt vel proſperitatibus ſuis proſpicientes legi obedirent. Quis enim non magis filiorum ſalutem, quàm ſuam curet? ſed & ſi benedictio patrum ſeminis quoque eorum deſtinabatur ſine vllo adhuc merito eius, cur non & reatus patrum in filios quoque redundaret? ſicut gratia, ita & offenſa.* lib. 2. contra Marcion. cap. 15.

Cæcus amor patris vitia filij ſuſtinet.

Seleucus filio remiſit vxorem.

Tertull.

Pater potius filiū quàm ſeipſum diligit.

Patrū merita & demerita in filiis ſoluuntur.

7. Agit videlicet patris amor, vt in filio po- D tiùs, quàm in ſeipſo viuat; & veriùs deinde in filio, quàm in ſe, vel bonum, vel malum ſentiat. At idcircò miſer dum filio nimis indulget, etiam contra Dei legem ſæpenumerò, & filium, & ſeipſum in grauiſſimum detrudit exitium; quod in Eli Pontifice, qui legem Dei, atque adeò filiorum ſalutem eorundem procaci voluptati poſthabuit à diuino ſcriptore traditur. Nota ſunt filiorum flagitia, nota patris in animaduertendo negligentia: notus omnium interitus, ex 1. Reg. 4. *Filiorum autem* (occurrit ad eum locum Theodoret.) *iniquitas non egebat lenibus medicamentis, ſed acerrimis, & aſperiſſimis: Oportebat ergo cùm poſt primam, & ſecundam admonitionem perſeueraſſent in nequitia, eos à templi ambitu expellere.* q. 10. in 1. Reg. E Quid quòd negligentia Dauidis inceſtum filij Amnon, non (vti debuit) ſeuerè admodum punientis cauſa fuit funeſtæ illius tragœdiæ, quam Dauid familia paſſa eſt? Nimia ſiquidem in filium patris pietas, & Regis in reum indulgentia principium (vti adnotauit Theodoret.) *& radix fuit calamitatis domus regiæ. Nam Rex quidem ex eo dolere eſt affectus: ſed cùm Amnon vtpote filium ſuum primogenitum valde amaret, de nefario flagitio non ſumpſit pœnas.* q. 29. in 2. Reg. Nam videns Abſalon inultam ſororis iniuriam impunitúmque Amnon in patris aula triumphare; contra vtrumque proditor, illum dolo interceptum obtruncauit, iſtum regno expulit, & vitam priuare contendit. Et quidem S. Chryſ. arbitratur Iacob amore ductum a ſupplicio filij abſtinuiſſe. *Hoc autem* (inquit) *ſciuit Iacob, attamen etiam nunc manſuetus eſt iuſtus, naturali amore victus.*

Pater indulgens ſe, ac filium perdit.

1. Reg. 4.

Theod.

Ignauia remiſſi patris familiam perdit.

Theod.

Infelix tragœdia familia Dauid.

D. Chryſ.

8 Fortè Iacob vti prudens erat, intellexit tunc futuram fuiſſe ineptam & inopportunam reprehenſionem filij, ob aliquam, vel temporis, vel loci, vel aliùs rei circuuſtantiam, ſatiúſque duxit illam ad obitum ſuum differre. Moriturus enim ob iſtud flagitium graui quadam maledictione Rubenum perſtrinxit, infra cap. 49. Nulla B enim res ita opportunum, ac maturum tempus exigit, vti reprehenſio, ac ſupplicium: intempeſtiuè quidem nocet, ac vitium facit recrudeſcere, animum delinquentis, & impudentiorem, & obſtinatiorem reddit. Opportunè autem flectit animum, ſanat vúlnera, cohibet petulantiam, ad ſtatum virtutis mentem reducit. Ac ipſe quidem Deus ſapientiſſimè ita prouidet, vt non ſtatim vbi peccamus, ad vindictam inſurgat; ſed opportunè differt pœnam, vt à nobis exigat pœnitentiam. Nihilominùs, quia reprobis ſæpè in hac vita parcitur, & ſempiterna in gehennam ſupplicia reſeruantur, petendum inſtanter eſt à Domino: hîc ſeca, hîc vre, hîc flagella, vt in æternum parcas. Quo de argumento multa diuinitùs ſcripſit C S. Ambroſ. *Monet igitur: qui pœnitentiam agit, offerre ſe debet ad pœnam vt hic puniatur à Domino, non ad ſupplicia æterna ſeruetur, nec expectare tempus, ſed occurrere diuinæ indignationi,* &c. in Pſal. 37.

Reprehenſio opportuna prodeſt.

D. Ambroſ.

Agenda hic pœnitentia.

9. Quod quidem prudentiſſimus ille magiſter pœnitentiæ feciſſe traditur, cùm populum numerari iuſſit. *Percuſſit autem* (vt ſcribitur) *cor Dauid eum, poſtquam numeratus eſt populus, & dixit Dauid ad Dominum; peccaui valdè in hoc facto.* 2. Reg. 23. *Confeſſione* (adiungit S. Ambroſ.) *præuenit nuncium Dei, peccaſſe ſe valdè commemorans, non quaſi admoneret oblitum, ſed quaſi vrgeret morantem, ne diutius commotionem differret offenſa.* ibid. Optimum ſanè conſilium. Peccaſti miſer? ergò ad primum conſcientiæ mordentis ſenſum, ito ad D Dominum, inclama iudicem, delicti pœnam accerſe. *Peccaui Domine.* Sic verò debita eſt peccato pœna, ſic eodem inſeparabiliter partu oriuntur, vt qui ſe peccaſſe confitetur, ſimul etiam pœnæ ſeſe offerat ſubeundæ. Profectò ita eſt homini ſalutaris iſta confeſſio delicti, ac pœnæ conteſtatio; vt & delictum extinguat, & pœnam euitet. Quocirca optimè adiungit Ambroſ. *Plurimum ſuffragatur rei verecunda confeſſio; & pœnam, quam defenſione euitare non poſſumus, pudore leuamus.* Peccator igitur ne diu pœnitentiam differat, occurrat confeſtim Deo iudici vindictam molienti, ne ad ſe de cœlo armatum & iratum expectet venientem: potiùs ſublato in altum animo, affectúque, ad Dominum ipſum in cœlo adhuc moran- E tem ſubintret; dumque ſeſe accingit, parat arma, gladium ſumit inter Angelorum choros intentus harmoniæ, matris puriſſimæ, ac ſuauiſſimæ delinitus blanditiis, innexus brachiis, precibus emollitus, miſericordiæ locum præſtat; clamet pœnitens: Peccaui Domine, culpam confiteor, pœnam expoſco. O felix, qui vbi pœnam expoſcit, veniam extorquet? vbi culpam fatetur, labem diluit: vbi ſe delinquentem prædicat, velut innocentem reddit! *O felix, qui* (authore S. Ambroſ.) *in tempeſtate non dimiſit anchoram pœnitentiæ!* 1. lib. de pœnit.

2. Reg. 24.

D. Ambr.

Pœna & culpa inſeparabiles.

S. Ambr.

Confeſſio ac pudor pœnā auertit.

Dolore ac precibus Deum ante ſupplicium præueniat peccator.

Pœnitentia anchora ſecuram tenet animam.

D. Ambr.

A pœnit. cap. 9. quà qui non tenetur in peccatum lapſus ab inferni voragine irreparabiliter deuoratur. Prudenter iccircò aiebat Dauid: *Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper.* Pſal. 37. *Etſi* (occurrit optimè S. Ambroſ.) *ceſſent flagella Domini, ſe tamen dolore proprio memorat flagellari, vt non inueniat culpa quod damnet quam pœna præuenerit.* ibid. tanti valet proprius dolor peccati, & voluntaria pœnitentia!

Pſal. 37.

10. *Erant autem filij Iacob.*] Inter duodecim filios Iacob in Meſopotamia recenſetur vltimus Beniamin; qui tamen propè Bethlehem natus fuit, vt paulò ſuperiùs viſum eſt. S. Chryſ. S. Cyrill. & alij natum quidem propè Bethlehem, ſed conceptum in Meſopotamia, cùm pater profectionem pararet, Beniamin fuiſſe arbitrantur; B quod quidem non probatur, cùm poſt diſceſſum Iacob ex Meſopotamia, vſque ad ortum Beniamin decem circiter annos præteriiſſe conſtet ex iis, quæ ſupra ſtatuimus. Cur igitur inter cæteros in Meſopotamia natos numeratur. Reſpondet S. Auguſt. eſſe ſynedochem: Vbi enim pars maior eſt, aut potior, ſolet eius nomine etiam illud comprehendi, quod ad ipſum nomen non pertinet, & quia potior erat numerus vndecim filiorum Iacob, qui nati fuerant in Meſopotamia, ipſorum commemoratione ſcriptura complexa eſt etiam Beniamin, &c. q. 117. in Geneſ. Dinam filiam Iacob non meminit Scriptura, quæ non fœminarum, ſed virorum dumtaxat in deſcribenda genealogia mentionem facit, vel etiam C conſulto Moyſes Dinam reticuit, propter fœditatem, & atrocitatem caſus apud Sichimitas, cui non minimam inconſiderata, leuiſque puella præbuit occaſionem. Tanta eſt peccati malignitas vt etiam indignum faciat peccatorem cuius nomen inter homines referatur, quod regius Propheta multis poſt ſeculis animaduertit. *Increpaſti gentes, & periit impius: nomen eorum deleſti in æternum, & in ſeculum ſeculi.* Pſal. 9. Imò & apud ipſum Deum impiorum nomina prorſus aboleuerunt; ſicut ipſe teſtatur: *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Pſalm. 15. Fatuis enim cœli ianuam pulſantibus dicet: *Neſcio vos.* Matth. 25. Sic abſurdum eſt peccatoris nomen, vt memoriam ſubire, aut illi inhærere non debeat; ita verò ſordidum, ac turpe, vt à puro proferri ore, D mundis contineri labiis non deceat.

D. Chryſ.
S. Cyrill.
D. Auguſt.
Impij carēt nomine.
Pſal. 9.
Pſal. 15.
Abſurdum turpéque nomen impiorum.

11. Contra verò de iuſtis, vates ipſe regius conteſtatur: *Honorabile nomen eorum coram illo.* Pſal. 71. Vertit ex Hebr. S. Hieron. *Pretioſus erit ſanguis eorum coram oculis eius.* Vtique genealogia illuſtris, ſanguis verè regius, nomen percelebre generoſæ ſtirpis, inſigniſque, tam apud Deum, quàm apud mortales eſt, & virtus, & qui ſectatur virtutem. Hæc eſt vera nobilitas, hic ſplendor generis, hæc ſanguinis claritudo, quæ in virtute, pietatéque conſiſtit, non quam à Gothis Hiſpani homines traxiſſe gloriantur. Profectò ita glorioſum eſt ſtudium virtutis, vt ſolo hoc nomine vera cenſeatur nobilitas. Atque (vt ſapienter ſcri- E bit S. Gregor. Nazianz.) *Inter poſtremos apud Deum cenſeri ſatius, & ſublimius eſt, quàm apud terrenum Imperatorem primas ferre.* orat. 10. Quod quidem iudicium ſapientiſſimè olim tulerat regius vates: *Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Pſal. 83. *Bona vox* (exclamat hic S. Auguſt.) *gaudenda vox, eligenda vox: elegi abiectus eſſe*, &c. Et quidem vim Hebrææ vocis Caiet. Niceph. & alij expendentes abiectum intelligunt, ſiue proiectum

Pſal 71.
D Hieron.
Vera nobilitas ex virtute.
D. Greg. Nazianz.
Extremus locus apud Deum præſtat, quàm ſupremus in mundo.
Pſal. 83.
D. Aug.

A in ſolo, ad limen, ad valuas domus Dei, vti apud nos vlceroſi, cœci, claudi, ac mendiculi ad oſtia templorum, die, noctéque aſſident. Qui locus etſi abiectiſſimus inter mortales habeatur, in illo tamen ſeruientes Deo longè illuſtriores reddit, quàm quos mundus in ſublime faſtigium extulit dignitatis. Denique texitur hoc loco filiorum Iacob catalogus, vt ante mortem Iſaac, de qua ſtatim agitur, iam proſapia Iacob à poſteris Eſau, & à reprobo de quo ſcribitur cap. ſequenti electum genus diſcernatur. Vide quantum inter bonos, & malos intercedere chaos velit Dominus, cùm vtroſque ſimul vno, eodémque hiſtoriæ capite commemorari non patiatur. Hinc ergò diſcant; qui Deo inſeruiunt, qui virtutem colunt, B ſtudent pietati, de numero electorum eſſe contendunt, quàm ſeſe longo interuallo ab impiorum conſortio debeant ſeparare. Magnam quippe vim ſiue ad puritatem, ſiue ad impuritatem vitæ habet eorum, quibus cum verſamur conſuetudo: vti S. Gregor. Nazianz. vno verbo complexus ait, *ad virtutem aut vitium permagni refert cum quibus quiſpiam conſueſcat.* orat. 10.

Mendiculi & vlceroſi ad ianuam Dei.
Vitanda impiorum conſuetudo
S Gregor. Naz.

SECTIO XIV.

Venit etiam ad Iſaac patrem ſuum in Mambre, Ciuitatem Arbee, hac eſt Hebron: in qua peregrinatus eſt Abraham & Iſaac. Et completi C *ſunt dies Iſaac centum octoginta annorum. Conſumptúſque ætate mortuus eſt: & appoſitus eſt populo ſuo ſenex, & plenus dierum, & ſepelierunt eum Eſau & Iacob filij ſui.*

1. VEniſſe Iacob ad patrem Iſaac in Hebron commorantem certum ex hoc loco eſt; at incertum quo tandem venerit tempore vti adnotauit Caiet. his verbis; *Non dicit, quod de Ephrata venerit, ad Iſaac, ſed abſolutè, & venit: incertum relinquendo ordinem, ac tempus. Ita quod hinc non habetur, quod Rachel eſt prius mortua, quàm Iacob veneret ad patrem ſuum Iſaac.* Veriſimile eſt iam an- D teà poſtquam e Meſopotamia rediit Iacob, non ſemel ad inuiſendum patrem veniſſe, cùm decem circiter annos iam moraretur in Chanaan, hoc enim de pietate Iacob erga ſanctū patrem ſuum credere proculdubiò æquum eſt. Cæterùm cùm alias ſolus, aut cum paucis expeditus patrem inuiſiſſet, nunc primùm venire perhibetur, ſcilicet, cum tota familia, ſtabilique commoratione manſurus apud patrem. Et quidem hoc diuinitùs ita factum eſt, vt ex mutuo patris ac filij conſpectu, & colloquio magnam vterque perciperet voluptatem; quod ita expendit S. Chryſoſt. *Conſidera (obſecro) hic quomodo in omnibus certis indiciis miſericors Deus iuſtos ſuos confirmat. Quia enim venit ad patrem ſuum Iacob, maxima vtrinque facta eſt con-* E *ſolatio, & filio ex patris conſpectu, & patri videnti tantam filij ſubſtantiam, & chorum filiorum ex eo natorū.* hom. 61. in Geneſ. Nihil profectò in hac vita, cùm iucundius, tùm glorioſius poteſt patri accidere, quam ſi ante obitum videat filium, quem potiùs diligit, diuitem, honoratum, & clara ſobole felicem Hac enim ratione homines vel maxime ſibi prouiſum fuiſſe arbitrantur, vt etiam poſt mortem viuere adhuc, & celebritate nominis perfrui per longam annorum ſeriem in terris cenſeantur.

Caiet.
D. Chryſ.
Hominum ſolatium numeroſa prole nepotum.

2. Poriſſi

2. Potiſſimum verò in ſenibus viget hæc humanæ gloriæ per nepotes cupido, vt Salomon ſcripſit. *Corona ſenum filij filiorum.* Prouerb. 17. Sic aui præſertim in ſenectute nepotum ſibi turbam glorioſam eſſe ducunt, ac ſi regia dignitate inter homines eminere viderentur. Quin etiam viro iuſto inter cætera ſuarum virtutũ præmia hoc etiam maximum conferri ſolet à Domino, vt felicem moriens ſobolem relinquat. Sic enim ſcribitur: *Iuſtus, qui ambulat in ſimplicitate ſua, beatos poſt ſe filios relinquet.* Prouerb. 20. beatos intellige virtutibus, non diuitiis, non honoribus; ſtulti enim parentes, qui quod filiis ampliſſima relinquant patrimonia putant ſe feliciter ex vita ſecedere, cùm potiùs idcirco infeliciter moriantur, quòd cum diuitiis peccandi ſimul fomitem filiis relinquant. *Peccata* ſiquidem (inquit S. Saluianus) *in ipſo diuitiarum ſinu, atque matrice quaſi in naturali quodam fonte pullulant.* lib. 2. ad Eccleſ. cathol. O te igitur miſerum iuxtà, & ſtultum, imò & impium, atque inhumanum patrem, qui de bonis moribus, de Chriſtiana pietate, de ſancta educatione, de virtutum ſtudio, de lucro bonorum operum nihil omninò curans, totam ſolicitudinem in congerendis diuitiis, quibus ad libidinem circunfluant filij, reponens pinguiſſimam omnibus vitiis materiam, & viaticum ad gehennam reliquiſti?

Prou. 17.

Felices non tam opibus quàm moribus filij relinquendi. Prou. 20.

Diuitiis peccatorum fomes & fons. S. Saluian.

Diuitiæ ad inferos viaticum.

3. Non omittam expendere quid ſit, quòd Iacob à ſacro ſcriptore hîc nominetur ad patrem iturus: Erant autem filij Iacob, &c. cùm Dominus paulò antè dixerit: *non vocaberis vltra Iacob, ſed Iſrael erit nomen tuum,* &c. In primis illa poteſt reddi ratio: quia videlicet, nomen Iacob (vt ſæpiùs adnotauimus) vitam deſignat actiuam, quæ in lucta bonarum actionum, maximéque in mortificatione vitioſarum paſſionum, quâ nulla difficilior lucta, nullum moleſtius certamen conſiſtit: at Iſraëlis nomen contemplantem vitam deſignat, ad quam ex lucta illa cum Deo longè perfectiorem pius ille athleta, & in comprimendis paſſionibus multum, diúque exercitus diuino tandem beneficio euectus eſt. Cæterùm ne à vitæ actiuæ iam contemplantis honore donatus, exercitatione, quæ dum viuimus neceſſaria omninò eſt, vir iuſtus ſibi prorſus feriandum exiſtimet, prioris etiam luctatoris nomine identidem repetito monitum ſe intelligat reſtare adhuc in vita, in quo amplius operetur, laboret, & colluctetur. Quod egregiè Lyranus aduertens hæc demum adiungit: *Neceſſe eſt ipſum adhuc per vitam actiuam exerceri, ne per ceſſationem ab actiua iterum inſurgant paſſiones rationem perturbantes; ad quod deſignandum, poſtquam vocatus eſt Iſrael, nihilominus cum hoc vocatus eſt aliquando Iacob.*

Nunquam relinquenda opera vitæ actiuæ.

Lyran.

Nunquam à mortificatione ceſſandum.

4. Et hoc quidem magis mihi mirandum videtur, quòd etiam poſt illam cum Deo luctam, atque adeò poſt tactum à Deo femur, prorſúſque areſactum, & demortuum, in quo prauarum ægritudinum, & vitiorum, cum quibus in vita decertamus, velut exciſa radix ſignificatur, contemplantis nomen accipiens adhuc etiam repetito Iacobi nomine, luctandum, ac deſudandum ſibi fore admoneatur: Nam de hac nominis mutatione, atque ad nouam ſublimioris vitæ rationem aſcenſu diſſerens grauis ille religioſæ perfectionis magiſter Cheremon ſic edisſerit: *Quiſquis intellectualis illius Iacob, id eſt, ſupplantatoris aſcenderit gradum ab illa continentiæ colluctatione, ac ſupplantatione vitiorum obſtupefacto femoris neruo ad Iſraelis meritum perpetuâ cordis directione conſcendet.* apud Caſſian. collat. 12. cap. 11. Benè id Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

Religioſo mortificationi ſemper inſtandum.

Caſſian.

A quidem, ſed heus tu quiſquis es, iam dono Dei factus Iſraël, diuinis intentus contemplationibus, non otiandum, non à pugna ceſſandum exiſtimes: adhuc luctator es Iacob; etſi vnius femoris neruo emortuo minor tibi reſtat cauſa luctandi, adhuc tamen viuit alterum femur, & viridus ebullit neruus, integra & vegeta radix vitiorum. Vix quidem audierat vir iuſtus à Domino; Non vocaberis vltra Iacob, ſed Iſraël erit nomen tuum; cùm ſtatim ad luctam rediens, & quidem moleſtiſſimam nouâ quadam aduerſitate perculſus chariſſimam vxorem Rachel partu laborare, mori, ſepelirique ante ſuos oculos videt. Quid grauius, quid acerbius homini? Vbi nunc ille Iſraël cum Deo quietè agens, qui ſeſe B laborioſa patientiæ lucta repentè implicitum, & ferè depreſſum lamentatur?

5. Quid, quod patri decrepito exhibiturus omne obſequium vocatur etiam nunc Iacob, ne Mariæ perfruens otio debitæ pietatis cum Martha obeundum obliuiſcatur officium. Otioſa eſt, dãnoſa eſt vita Mariæ, quæ vitam Marthæ abhorret. Aſſidendum eſt ad Chriſti pedes, audiendum à Domino verbum vitæ, in Dei contemplatione dulciter, ac placidè quieſcendum eſt. Sed non proinde tamen à Marthæ conſortio fugiendum: Chriſto ſcilicet Domino ſimul eſt ſanctâ quadã ſolicitudine miniſtrandum. Vineam ſcio vocari, & Eccleſiam Chriſti, & cuiuſque vitam, & ad illã excolendam conduxit, *& miſit Dominus operarios.* C Matth. 20. Itaque neminem Dominus patitur ab operando immunem viuere. Solis data eſt operariis merces diurna, & ſolas Chriſtianæ pietatis operationes in extremo iudicio, aut omiſſas à reprobis, aut conſtanter à prædeſtinatis exercitas nominabit. Matth. 25. *Operarios* (inquam) *conduxit, mercenarios miſit in vineam*, mercenariis præmium diſtribuit, qui totâ die laborant, qui ad iugiter operandum, & laborandum conducuntur, non qui conducunt, vbi operentur; reddant ſcilicet præfixo tempore opus perfectum, licèt intereà ſæpiùs laborem intermittant, ſæpiùs otientur, dormiant, epulentur. Quin etiam, vt videmus, quò ſanctior quiſque eſt, eò inſtantiùs laborat; decertat, luctatur. *Pœnalis ſiquidem* (ſcripſit optiD mè S. Saluian.) *eſt hominum, ac pernicioſa ſecuritas, præſumpta ſpes, ſarcina ſunt reatus, vſurpata abſolutio damnationem parit.* lib. 4. ad Eccleſ. Cathol. Nulla planè grauior tentatio, quàm ſtulta ſecuritas, fœda omninò ruina: iam eſt operandi, & colluctãdi remiſſio, velut ſuperflui fulcimenti expulſio. Non deſinit Iſraël eſſe Iacob, & nunc maximè Iacob ſeſe exhibet ad patrem iturus, patri debitum honorem præbiturus. *Honora patrem*, in lege Dominus edixit, imò & ipſo naturæ lumine præſcripſit: *Honora patrem. Honor autem,* (vt occurrit Euſeb. Emiſſen.) *magis in obſequiis, quàm in verbis intelligitur.* homil. in 15. Matth.

Actiua & contemplatiua vita coniungenda.

Matth. 20.

Neminem Deus patitur otiari.

Matth. 25.

Laborantibus merces donatur.

S. Saluian.

Stulta ſecuritas grauis tentatio.

Opere magis, quàm verbo pater honorandus.

Euſebius Emiſſ.

6. Quid ſi fortè ille paulò antè nũcupatus Iſraël, nunc iterum Iacob nominatur, cùm pater tot liE berorum ſcribitur? Nam filiorum cura, multóque magis procreatio nõ ad Iſraëlem cum Deo quieſcẽtem, ſed ad Iacobum in terreno luctamine laborantem pertinet. Et quidem certum eſt Iacob poſt illud Domini oraculum, in quo Iſraëlis nomen denuò confirmatum, aut primò nunc (vti volunt alij) impoſitum à Deo accepit, ab omni deinceps ad vitæ vſque finem coniugali commercio abſtinuiſſe, quod poſteà Moyſes præſtitit. *Moyſem enim ferunt* (ſcripſit S. Gregor. Nazianzen.) *poſt audita Dei oracula, nunquam cum vxore conſuetudinem habuiſſe, nec liberos procreaſſe.* orat.

Moyſes poſt Dei oraculũ ab vxore abſtinuit.

D. Gregor. Naz.

Animus enim diuinis contemplationibus intentus, nec ipſi etiam corpori ſenſuum adminiſtrat; aut illum certè magna ex parte minuit ad captandam terræ voluptatem. Et cùm ex affectu, & ſtudio curarum & ſolicitudinum huius mundi oriantur plura, quæ diuinam impediant contemplationem, profectò ſi tota Deo eſt dedita contemplantis anima, qualis in Iacob, & Moyſe proculdubiò extitit, nihil habebit impedimenti, quo minus in Deum ardentiſſimè rapiatur, Deóque intimè inhæreat. Maximè verò illa tria contemplationis impedimenta reſecat, quæ à S.Bernardo his verbis apponuntur. *Sunt tria, quæ oculum impediunt, tenebræ, humor concretus, puluis iniectus. Hæc ipſa ſunt etiam, quibus interior oculus impeditur, tenebræ ſcilicet, peccatorum; recordatio eorundem peccatorum, cura terrenorum actuum.* ſerm.5.de aſſumpt. Quæ quidem tria impedimenta ponit etiam alibi, vocátque *ſenſum egentem, curam pungentem, culpam mordentem.* ſerm.23.in Cant.

Mundi curæ impediunt contemplationem mentis.

D.Bern.

Tria maxime impediunt mentis contemplationem.

–. *In Mambre*, &c.] Habitabat Iſaac in Hebron, vbi Sara mortua eſt, in monte ſita; dicitur & Mambre ab amico Abrahæ ita antiquitùs appellata, vt S.Hieron.ſcribit in quæſt. Hebra. vel vti alij volunt, Hebron eſt ipſa ciuitas, at iuxta illam campus, in quo Abraham ſepultus erat in ſpelunca duplici; Mambre dicitur. In hac igitur ciuitate ac loco habitauerunt Abraham, & Iſaac tanquam peregrini, alieni, & aduenæ: nec enim illa in regione quicquam, vt proprium poſſederunt, nec illi affectu animi, & vitę ſtudio adhæſerunt; nec illius gentis amicitiam & conſuetudinem ſic admiſerunt, vt ab illius vitiis, quæ multa erant, ac turpia, quicquam vel tenuis labeculæ contraxerint. Quare de Abraham ita ſcribit Apoſtolus. *Fide demoratus eſt in terra promiſſionis, tanquam in aliena, in caſulis habitando cum Iſaac, & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem. Expectabat enim fundamenta habentem Ciuitatem,* &c. Et infrà de omnibus colligit. *Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti confitentes, quia peregrini, & hoſpites ſunt ſuper terram,* ad Hebræ.11.

Patriarcharum vita & fides.

ad Heb. 11.

Iuſti in terra peregrini.

8. Sapientiſſimi quidem iuxtà, & ſanctiſſimi Patriarchæ ſeſe in terra dum viuerent vti peregrinos, & hoſpites gerebant. Peregrinos, vt qui non in proprio, ſed in alieno ſolo morarentur. Quid enim viro iuſto æquè alienum, atque ipſa quæ in mundo cernitur, & quam certè oculis vſurpare cogitur, colluuies vitiorum? Quid ſubinde tam alienum animo immortali, & ad ſempiternam cum Deo felicitatem anhelanti, quàm in terris adhuc detineri, qui locus eſt pecudibus ad paſtum abiectis potiùs, quàm ſpiritibus cœlo procreatis deſtinatus? Et quia peregrini erant, non amplas ædes, non inſanas ædificiorum moles ædificabant, non penſiles hortos, non irriguа viridaria, non tam elegantia, quàm artificioſa pratorum nemora conſtruebant ad delicias, non ingentes infatigabili ſtudio ad oſtentationem congerebant opes. Peregrinanti ſiquidem nihil eſt firmum, nihil ſtabile: nec prudens quis in extero ſolo, cui nec notus eſt, aut conſtruere, aut acquirere ſtudet, quod poſſidere diu non poſſit, ſed quàm primùm relinquere cogatur. Idcircò illi morabantur in tuguriis, quæ facilè diſſipantur; ac temporaria figebant tentoria, quæ cum inquilinis aliò confeſtim tranſmigrantibus ſublata pariter commigrarent.

Iuſti cœlo, non terræ ſtudent.

9. Nec verò ſolùm peregrinos, ſed etiam ſimul hoſpites ſe reputabant: *In quo apparet* (declarat S. Anſelm.) *quia credebant ſe cito receſſuros.*

S.Anſel.

A *Hoſpes enim ſtatim recedit, nec diu manere quærit: & horam mortis quotidiè ſuſpectam habebant.* O veram illorum ſanctorum ſapientiam? ó veram illorum ſapientum ſanctitatem! Quam ille ſapiens foret, quàm ſanctus, qui ad exemplum Patrum iſtorum ſeſe peregrinum, & hoſpitem reputaret! huic ſcilicet, & voluptates carnis, & terræ diuitiæ, & mundi honores nec ſenſum titillarent, nec mentem ſubintrarent, nec affectui adhærerent; vtpote iſta omnia extera, aliena, peregrina homini ad cœlum nato, ad immortalia bona iugiter aſpiranti. O quàm prudenter, quàm ſanctè ſuam quiſquam regit, ac moderatur, cùm ſe hoſpitem iudicat; citò nouit relinquendum ſibi hoſpitium, móxque inde aliò abeundum. A Deo vi-

Iuſtorum à morte recordati.

B tam quidem accepimus; illius, non noſtro arbitrio, aut producendam, aut auferendam. Locatam ad tempus habemus vitam, ſuo tandem Domino reddendam. *Ergo* (vt monet Apoſtolus) *non quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes, redimentes tempus.* ad Epheſ. 5. hoc eſt (declarat Theodoret.) *tempus eſt veſtrum. Inquilini enim eſtis, & viatores tranſeuntes.*

Locata nobis eſt à Deo vita.

ad Epheſ.

Theod.

Inquilini & viatores in vita.

10. Redemptores Latinè dixerunt, qui Regis, aut Reipublicæ, aut viri alicuius diuitis, vectigalia, reditus, fundum, domum, & huiuſmodi quidpiam rei familiaris locarunt. Monet igitur Apoſtolus prudentes vt ſimus, vitæ redemptores. Nam imprudens redemptor, cùm videt longiùs differri reddendæ rationis, ac ſoluendi vectiga-

Quomodo ſimus redemptores vitæ.

C le, reditúſque tempus, interim ſegniter agit, largiter expendit, epulatur opipare. Sic ille, ſic vxor, ſic liberi. Ab miſeri, quos tandem illa manet reddendæ rationis, ſoluendi debitum dies: nec tamen re omni malè conſumpta reſtat vnde ſoluant. Sic habet mortalium ſtultitia. Dum vitæ interim ſpacium procurrit, dum mortis hora differtur, temerè, ac perditè, annos expendimus; pueritiam luſibus; iuuentutem laſciuiis, virilem ætatem rixis, odiis, rapinis, ambitioni, auaritiæque veluti liguriendam tradimus: imò ne ipſam quidem ſenectutem à vitiis immunem ſeruamus. Superuenit igitur inexpectata mors, ratio exigitur, prouentus petitur, reditus colliguntur. Heu nos infelices, vbi eſt illa, quam viximus, vita?

Sic viuimus ac ſi nunquam moriturі.

Reddenda vita ratio in morte.

D Vbi, quod in illa fecimus lucrum? Nec vita miſeris iam eſt nec lucrum ſupereſt. Clamat ergo ſummi iudicis præco: *Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere.* ad Roman.13. Quæ nam iſthæc hora, qui ſomnus? illa mors, iſte vita. Audi S.Chryſoſt. ad hæc ipſa verba: *Somnus eſt, præſens vita; nihilque ab inſomniis differunt, quæ in illa geruntur.* homil.24.in epiſtol. ad Roman. Et læti tamen tetum inſomniis, quæ momento euaneſcunt, beatos nos & tanquam immortales ducimus!

ad Rom.

S.Chryſ.

Inſomnia, quæ in viſum omnia.

11. Quid plura? Optimè S. Chryſoſt. ad verba Pauli ad Hebr. colligit: *prima virtus eſt, peregrinum eſſe mundi huius, & hoſpitem: & nihil commune habere cum rebus huius ſeculi, ſed remouere ab eis ſicut peregrinum.* homil.25.ad Hebr. Hanc ce-

S.Chryſ.

E lebrat in Patriarchis virtutem Apoſtolus, quæ planè admiranda, & ſumma fuit; at Paulus in ea non ſubſiſtit, ſublimiorem, & appetiit, & obtinuit perfectionem, vt mox idem Chryſoſt. expendit. *Illi quidem peregrinos ſe eſſe dicebant: Paulus autem aliquid amplius dixit; non peregrinum ſe dixit, ſed mortuum mundo, & mundum ſibi,* ad Galat.6. Quæ quidem virtus propria eſt Chriſtianorum, quibus iam apertum eſt cœlum: *quibus viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum.* ad Philipp.1. Id quidem ſecum importat Chriſti fides,

S. Paulus excelluit perfectione Patriarchas.

ad Galat.

ad Philip.

fides, id a nobis exigit Euangelium. At plerique noſtrum; at fere omnes etiam ab illa priorum patrum virtute longiſſimo interuallo diſſiti viuimus. Quod ita idem Chryſoſtomus deplorat.

D. Chryſ. *Mundo viui, cœlo mortui ſumus*

Nos verò ſicut huius mundi ciues omnia gerimus, & plane viuentes tanquam ciues: & quod ſancti erant mundo, nempe hoſpites, & mortui, nos hoc ſumus cœlo, &c. Felices illi quidem etiam ante Dei aduentum in terras, atque in cœlos reditum, mundo peregrini, & hoſpites, cœlo ciues, nos verò, & peregrini, & hoſpites, & mortui cœlo, de terra ſolùm agimus, in terram de terra volutamur: cœlum non aſpicimus, cœlum neſcimus. *Videlicet* (adiungit idem Chryſoſt.) *terrenis inhiamus: & veluti vermes quidam ex terra in terram, & iterum ex alia in aliam circumrepimus, & planè ne parum quidem volumus emergere, neque nos a rebus humanis abducere.* At miſeris, velimus, nolimus, citò eſt ab hoſpitio recedendum. Ionexa vitæ mors ipſa eſt, vbi cœpit illa in mundo eſſe, cum iſta ſimul colluctari, ab iſta impugnari cœpta eſt. Quo in argumento eleganter ita ſcripſit S. Auguſt.

D. Chryſ. *Pene affectu ſumus terræ vermes.*

D. Aug. *Mors certa, hos mortis incertus.*

Nónne ex quo homo incipit viuere, iam poteſt & mori? poſſibilitatem mortis initium vitæ facit. In hac terra & in genere humano ille ſolus mori nondum poteſt, qui nondum cœpit viuere. lib. de 10. chordis. Rectè igitur quiſque colligat: Tota cuiuſque vita nil aliud proinde ſit, quam ad mortem expeditio. Et quod ſubinde intulit S. Auguſt. *Incertus ergo dies tanquam quotidianus ſperandus eſt.* ibidem. Quo ſcilicet momento viuo; potui eodem emori miſer.

12. *Et completi ſunt dies Iſaac,* &c.] Obiit tandem Iſaac ſenio potiùs, quàm morbo conſumptus, centum ſcilicet, octoginta annorum. Nihil plane diuturnum, quod finem habet; nihil longum, quod termino circumſcribitur; ita ſeni Iſaac cùm moritur breuis fuiſſe, quæ pertranſiit, videtur centum octoginta annorum vita, ſicut adoleſcentulo quatuordecim ipſi anni prorſus euanuerunt. Porrò Iſaac quinque annis patris Abrahæ vitam exceſſit. *Fuerunt enim* (ſcribitur) *vita Abrahæ centum ſeptuaginta quinque anni.* Geneſ. 25.

Vita prorſus euaneſcit.

Geneſ. 25. *Vitâ longiore donatus Iſaac, quod mortis paratus, & cæcus fuerit.*

Vel quia ſic à Deo decretum eſt, vt qui à patre vinctus, & ſuper ſtruem lignorum poſitus ferrum, & mortem libenter pro Dei obſequio expectauit, ab vtroque diuiniùs liber longiore, quam pater vitâ donaretur; aut cùm maiorem quàm pater continentiam ſeruaret, nec aliam, quàm Rebeccam vxorem cognoſceret, ſenioris, & productioris vitæ priuilegio caſtis conceſſo frueretur. Neque verò putandum eſt Iſaac ſtatim obiiſſe ad Iacobi aduentum. Decimo enim tertio anno poſt aduentum Iacob, cùm filius eſſet annorum centum viginti, pater obiit, tredecim annis ante venditionem Ioſeph, qui tunc ad obitum aui erat in Ægypto viginti nouem. Exactiſſimam huius hiſtoriæ Chronologiam habes apud noſtrum Benedictum Perer. hoc loco.

Iſaac obiit ante venditionem Ioſeph.

13. De Iſaac ſubinde narrantur duo, & quòd conſumptus ætate mortuus eſt, deficiente nimirum calore naturali, & exareſcente humido radicali, in quo naturalis conſeruatur calor ſicut oleo lychni flamma. Neceſſe eſt enim ad vitam diuturnam ſic humidum, & calorem attemperari, vt nec ſuperabundante humido ſuppreſſus extinguatur calor, nec vehementia caloris agentis humidum abſumatur. Dulcis hæc eſt in ſenibus mors, ſine vi extinguitur lumen, ſponte decidit maturum ex arbore pomum, aridum leui flatu peruolat folium, graue corpus in centro

... quo vita ... fiat.

Facilis in ſenibus mors.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

ſubſidit; feſſus recubat, dormitque viator. Dura ſunt omnia, diraque in morte adoleſcentis. Alterum deinde apponitur, quod Iſaac plenus dierum obierit; vel ſatur dierum *ſabagh* שבע *implere*, ac *ſaturare* ſignificat, declarat verò Caiet. *Ad ſimilitudinem ſaturi deſcribitur Iſaac dies omnes, quos appetit eius natura indiuidualis, habuiſſe.* Vel ſatur dierum, quia iam diſſolui, & eſſe cum patribus malebat, quàm corporis ergaſtulo diutiùs detineri, vt Lippoman. explicat. Non vulgaris hinc fit iuſtorum hominum commendatio, vt mori deſiderent, nimiſque longam, & moleſtam in vita quamcunque moram cenſeant, ac defleant. Cæterùm vt plurimum ſic frigeſcit in nobis fides, ſic rebus huius mundi tenaciter inhæremus, quod ab illis diuelli cogimur ægerrime feramus mortem. Laboranti pene ad mortem Epiſcopo (vti refert S. Cyprian.) nimiſque anxio, quod ſe moriturum timeret, Angelus à Deo miſſus ſeuero, minacique vultu, hæc verba ſubintulit: *Pati timetis, exire non vultis; quid faciam vobis?* lib. de mortalit. Sic habet noſtra imbecillitas, imò & ſtultitia. Tribulationibus vitæ nimis deiicimur, aduerſa pati recuſamus in vita, quæ eſt militia hominis ſuper terram, & nihilominùs de vita, ſaltem vt pati aduerſa deſinamus, decedere nobis eſt quàm moleſtiſſimum.

Caietan.

Iuſtis mors eſt in deſiderio.

D. Cypr. *Nimius dolor timorque moriendi damnatur.*

14. At ego miſer (dicet aliquis) idcircò mori timeo, & quia ſunt in morte dolores acerbiſſimi, & quia Deo iudici ratio eſt totius exactæ vitæ reddenda diſtrictiſſimè. Et quis Dei iudicium non timebit? Pelagus quidem, vbi fluctus, venti, procellæ, vbi crebra naufragia mors eſt. Sed modicæ fidei, quare dubitamus? An non præſtò eſt clementiſſimus Dominus IESVS, qui fideles ſuos, qui ſeruos ſuos ad ipſum venientes manu teneat ne ſubmergantur, iubeátque ambulare ſuper aquas? Sed quid fiet homini, qui tot, ac tam grauibus ſuum ipſum Dominum, ac iudicem delictis offendit? *Si potes credere* (dixit Ipſemet Dominus, indéaque) *omnia poſſibilia ſunt credenti,* Marci 9. Magnam vim habet hominis in Deo fiducia; multa quidem hominis flagitia, ſed infinitæ Dei noſtri miſericordiæ, & miſerationes. Tam verò grata eſt Deo fiducia hominis, ſpéſque in illius miſericordia, vt propterea illi Dominus ſæpè viſus fuerit ſalutem corporis, & animæ, quam petentibus concedebat, adſcriptam referre. *Fides tua te ſaluam fecit, vade in pace.* Luc. 7. & 17. Matth. 9. Marc. 5. & 10. Hæc eſt illa fides, quam nobis commendat: *Habete fidem Dei,* & quam prodigiorum dicit operatricem. Mat. 17. & Marc. 11. Quàm verò grata ſit Deo hominúque ſalutaris, ac pretioſa hæc ipſa, de qua loquimur, & quam peccatores cùm ſeſe ad Dominum conuertunt præſerre debent, ſpes, fiduciáque in Dei miſericordia, & in pretioſo Domini IESV ſanguine, meritiſque, Ipſemet Dominus cuidam dilectæ ſuæ ſponſæ Virgini ſanctiſſimæ fertur aliquando aperuiſſe.

Egregiũ in morte leuamentum.

Marc 9.

Magnã vim habet fiducia ſpéſq; in Deo.

Luc 7 & 17. Matth. 9. Marc. 5. & 10.

15. Sic enim piiſſimus, & doctiſſimus autor ſcripſit. *Legimus de virgine Gertrude, quod neque pericula, neque tribulationes, neque damna rerum, ſed ne delicta quidem, vel defectus propriÿ conſtantem, ſecuráamque confidentiam, quam ad benigniſſimam Dei miſericordiam retinebat, vnquam in illa obſcurare potuerint. Certiſſime enim confidebat tam aduerſa, quàm proſpera omnia ſibi in bonum diuinâ prouidentiâ conuerti.* Hæc Bluſius. En qualis eſſe debet hominis in Deo ſuo fiducia; quam ſubinde grata ſit Deo ſic vlteriùs oſtendit. Huic virgini aliquando Dominus

Bloſius.

Reuelatio admirabilis de fiducia in Deo.

minus

minus dixit: *Secura illa confidentia, quam quis ergà me habet, credens me reuera poſſe, ſcire, & velle ſibi in omnibus fideliter adeſſe, transuulnerat cor meum, tantámque vim facit pietati meæ, vt nullatenus poſſim huiuſmodi adeſſe, vel deeſſe.* Hæc omnia Bloſius in monil. ſpirit. cap. 11. Loquitur Dominus more noſtro ex vi amoris ſuſpēſus, & vtramuis in partem dubius quid faciat homini, qui ſecurus in Deo confidit. *Tamen* (inquit) *mea vim infert miſericordia, vt illi faueat, illi opem ferre; illum è ſalo erutum, in portu conſtituere ana poſſim, quod interim valde ob illam hominis ſecuram in me confidentiam delector, & quod patienter aduerſa tolerantis mirum in modum augeſcant illius merita: nec tamen è contrario poſſim non laboranti accurrere, vt ſic mea pietati, atque erga illum amori meo conſulam.*

Gratiſſima Deo fiducia in ipſo.

16. Eſt quidem tam dulcis hic de bonitate ac miſericordia Domini ſermo vt ad illum vlterius amplificandum tacitus præterire non patiar, quod apud eundem Bloſium inuenio hiſce verbis ſcriptum: *Ad ſanctam Mechtildem ait Dominus: mihi valdè gratum eſt, vt homines in bonitate mea confidant, & de me præſumant. Nam quiſquis in me humiliter confiſus fuerit, ac mihi benè crediderit; ego & in hac vita illi adero, vt poſt mortem ſupra omne meritum ei benefaciam.* Quid quæſo dulcius, quid etiam vtilius peccatori iam ritè confeſſo ac pœnitenti à Domino dici potuit? O grandis noſtræ in Deo confidentiæ fructus! ô ſine vllo pretio præmium! quid quod etiam adiungit amplius miſericors Dominus? *Quantum quis* (inquit) *mihi credere & de bonitate mea præſumere poteſt, tantum & infinitum amplius obtinebit: quia impoſſibile eſt hominem non percipere quod ſanctè crediderit, & ſperauit. Ideóque vtile homini eſt vt magna ſperando à me mihi bene credat.* Quare ſuppoſitâ diuinâ gratiâ, & quæ ſeſe in infinitum geſtit effundere, miſericordiâ Dei, in noſtra ſubinde poteſtate eſt, vt cœleſtibus donis mirum in modum pro menſura noſtræ ſpei, ac fiduciæ locupletemur. Egimus ergo miſeri, paupercu li, ieiuni: quia puſillo animo modicâ fide infinitam Dei bonitatem ſanctè ſperantes, tutóque confidentes, non veneramur. Iuuat hæc doctrina eos maximè qui mori timent; ac ſuorum ſcelerum anteactæ vitæ horrore vehementer conſternantur.

Bloſius. Vtiliſſima pœnitenti fiducia in Deo.

Egemus miſeri, quia modici fide.

17. Audiant iucundius aliud Domini verbum; ipſi enim Mechtildi quærenti quid nam potiſſimum à Domino credere deberet de ineffabili ipſius bonitate, reſpondit Dominus; *certâ fide crede, quod ego te poſt mortem ſuſcipiam, ſicut pater filium ſuum cariſſimum, quódque nullus vnquam pater tam fideliter cum vnico nato ſuo hæreditatem ſuam diuiſit, ſicut ego omnia bona mea, & me ipſum communicabo.* Ita Bloſius. O ſummè venerandum, ſumméque amandum Dei erga homines amorem! Pater eſt, & pater infinitæ bonitatis. Quis ergo ſi dignam fidei, ſpeique vitam agat, digna Deo Patre dignus filius non ſperet? Dignus, inquam, vitâ filius. Nam tota hæc doctrina de fiducia, ſpéque in Deum procedit, modò ex parte hominis, & oratio, & Chriſtianæ vitæ pietas nō deſiderentur. Vana ſiquidem eſt, & grauiter Deum offendit obſtinati ſuis in ſceleribus hominis vana ſpes, & confidentia diuinæ miſericordiæ. *Præſumptio* (inquit Tertul.) *inuerecundiæ portio eſt, inflat petitorem, deſpicit datorem.* lib. de pœnit. cap. 6. Sanè quàm inuerecundus eſt peccator, qui diuinæ miſericordiæ confidens liberè peccat, & ſecurè de Dei benignitate (vt ſibi videtur) in peccatis perſeuerat. Inſignis planè ſuperbia peccato-

Demonſtratur immenſa Dei bonitas erga homines.

Bloſius.

Peccatoris obſtinati vana ſpes fiduciáque in Deo.

Tertul.

A ris, qui à Deo, cui mala infert, bona ſperet. Concludit ergo Dominus; *quicunque hoc de bonitate mea firmiter & cum humili caritate crediderit, beatus erit.* hactenus Bloſius indicato loco.

Bloſius.

18. Appoſitus eſt populo ſuo Iſaac. Eadem phraſi vſus Moyſes de Abraham ſcripſerat: *Congregatus eſt ad populum ſuum.* Gene. 25. repete huc, quæ ibi à nobis dicta ſunt. Appoſitus, ſiue congregatus eſt Iſaac patribus, vtique in lymbo, vbi priorum iuſtorum animæ tenebantur præſtolantes aduentum Dei hominis, mortem, & reſurrectionem, certæ omninò, quod ab illius anima poſt relictum in Cruce, ac ſepulchro exanime ac lacerum corpus in inferos deſcendente inuiſerentur, diuináque viſione tandem fruentes in B terram, indéque mox in cœlum educerentur. Prouidit etiam Dei benignitas ad ſolatium ſanctiſſimi ſenis, vt morienti adſiſterent duo illius filij Eſau, & Iacob, vt multò nunc pacatiùs & dulciùs è vita decederet, qui filios patri ſuperſtites, iámque antiquis ſimultatibus poſitis in fraternam concordiam reductos, ampliſſimâ fortuna diuites, & numeroſâ prole felices, benedictione paternâ donatos, moriens pater relinquebat. Mortuum denique patrem filij apud Rebeccam, quæ prius obierat, pari pietate, ſumptúque iuſta ſoluentes ſepulchro intulerunt. Feliciter quidem ſibi quiſque actum in morte putat, ſi tandem inter oſcula, & manus filij vitam finiat, cui vitam & generando, & nutriendo dederat: con- C tra verò infeliciſſimam homines eam dicunt mortem parentis, quam triſtes filiorum obitus ante illius miſeri conſpectum præceſſerunt. Porrò cùm noſtrum hoc commentarium intra ferias aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ fortè ceciderit; mihi oppidò quàm opportunum videtur & cogitare, & memorare quantò pulchriùs, & veriùs, quæ de obitu & ſepultura Iſaac memorauimus, ad feliciſſimum, & ſuauiſſimum Dei matris tranſitum poſſint, debeántque transferri.

Genes. 25. Patrū animæ in lymbo Meſſiam præſtolabantur.

Mors Iſaac & ſepultura.

Felix parentis mors inter filios ſuperſtites.

19. *Completi ſunt dies Iſaac centum octoginta annorum:* completi ſunt dies Beatiſſimæ Virginis non tam multi numero; quippe ſummum, quod plerique ſcribunt, & mihi eſt veroſimilius, ſe- D ptuaginta quatuor numerantur; ſed illi tamen verâ, & ſummâ fœlicitate completi, omniúmque cœleſtium donorum, diuinarum gratiarum, virtutumque, ac meritorum plenitudine redundantes. Multi fortè Iſaac, at certè nobis plures tranſeunt incompleti dies; qui enim tranſiguntur abſque ſanctis operibus, & in quibus nec in Dei obſequium aliquid operamur, nec ſaltem aliquem diuinæ gratiæ, gloriæque cœleſtis gradum promeremur, omninò ſunt incompleti, & vacui vti Iob appellabat: *Et ego habui menſes vacuos.* Iob 7. Non quidem de ſe ipſo loquitur ſanctiſſimus Iob, ſed de vnoquoque noſtrum. *Quis enim* (declarat S. Gregor.) *fructu boni operis non ditatur menſes vacuos ducit; quia vitæ tempora ſine* E *retributionis munere expendit.* lib. 8. moral. cap. 5. Dies, menſes, annóſque vacuos miſeri tranſigimus, atque vbi Deo iudici rationem exigenti ſiſtimur, tam vacui meritis, quàm pleni demeritis; tam ieiuni virtutibus, quàm ſceleribus prægrauati ad iudicium & condemnationem inuenimur; nihil in Virgine matre ieiunum, vacuum, incompletúmque fuit; quippe cum ipſo ſtatim primo ſuæ immaculatæ conceptionis momento plena Deo, diuiniſque muneribus locupletata extiterit.

B. Maria obiit annos ſeptuaginta quatuor.

Vacui dies vitæ ſine meritis.

D. Greg.

20. Dies

Pſal.72. *D.Hier.*

20. *Dies pleni inuenientur in eis*, Pſal.72. De fidelibus ad Deum conuerſis dictum intelligit S. Hieron. *Qui* (inquit) *reuertuntur ad Deum, vt plenitudinem dierum capiant æternorum, ſcientes, quia iniqui nec ad dimidium accedunt.* Pleni quidem erunt dies iuſtorum in plenitudine ſempiternæ felicitatis, quia nimirum priùs in terra fuerunt pleni dies in plenitudine meritorum. Nec enim plenitudo gloriæ niſi gratiæ ſubſequitur plenitudinem. Illa eſt plenitudo æternitatis, iſta plenitudo temporis: *quando ſol lucet* (exponit S. Auguſt.) *venit Dei filius temporalia docere contemni, non habere magnum quidquid mali homines cupiunt, pati quicquid mali homines metuunt.* Pleni ergo illius vitæ ſunt dies, in quibus, & conſtanter fugacia mundi bona contemnuntur, & patienter mundi mala pro Dei obſequio tolerantur; atque adeò illa contemnendo, iſta ſuſtinendo ingentia meritorum lucra comparantur. Dies pleni inuenti ſunt in Virgine, quam gratiâ plenam ſibi Deus ipſemet bonorum, & gratiarum inexhauſtus fons in matrem elegit. Conſumptus ætate, potiùs quàm morbo mortuus eſt Iſaac: conſumpta non tam annis, quàm deſideriis filij ſui, non quidem morbo, (ab omni ſiquidem ægra corporis affectione prorſus vixit immunis) ſed amore abſentis, iámque regnantis in cœlo filij mortua eſt Beatiſſima Dei mater; illius enim ad Angelos, qui crebrò miſſi à filio matrem inuiſebant, querula, dulcíſque vox illa eſt: *dicite dilecto, quia amore langueo.* Cant.2.

D.Auguſt.

Plena vita contemnendo, & tolerando.

B. Maria immunis ab omni morbo.

B. Maria deſideriis filij ſui obiit.

Cant.2.

A B C

21. Appoſitus eſt Iſaac poſt mortem patribus ſuis, Abrahæ nimirum, cæteríſque iuſtis, qui aduentum Dei hominis in terras, deſcenſúmque ad inferos præſtolabantur. Appoſita eſt, vbi primùm obiit Virgo ſanctiſſima, non dico tantùm Angelis, beatíſque mentibus, ſed verò potiùs ipſi Deo filio ſuo, ſuper quem dilectum ſuum innixa cum eâ pompâ triumphali, cœleſtíque gloriâ, qualis reginam mundi, Deique matrem decebat, in cœlum aſcendit. Lætus planè felixque obitus Iſaac, cui morienti adſtiterunt, & quem ſubinde mortuum filij parentem ſuis manibus ſepulchro dilectæ vxoris intulerunt. At ô ſoli Deo illam Virginis Beatiſſimæ incomprehenſibilem felicitatem! mortua quidem eſt, vt vera Adami filia debitum naturæ ſolueret, vt Deo filio, qui vetus homo mortem guſtauerat, mater ſimillima eandem guſtaret, vt ſimul etiam tentata per omnia nobis in eodem mortis ſalo iactatis miſericordiam præſtaret, opem ferret, lucem ſtella maris, ac portus vitæ placidiſſimam ſtationem præberet. Quid obitu matris felicius? quid iucundius? cuius ipſemet Deus filius clauſit oculos, quam dulciter morientem filius compellauit: Veni benedicta mater mea in requiem meam: & quæ moriens ſuauiter reſpondit: In manus tuas fili commendo ſpiritum meum, vt vbi tu es fœtus meorum viſcerum, ego quoque tecum degam. At nobis illud perquàm ſalutare, ſuauéque eſt, quod Virgo mater adiunxit: Tu meis filiis, quos tibi placuit vocare fratres, eſto mei diſceſſus ſolatium. Et ſic Dei mater, Dei, hominúmque mediatrix ſuauiſſimè obdormiuit in Domino filio ſuo. Dein ab Angelis, & ipſis Angelorum ſociis Chriſti Apoſtolis ſepulchro illata, ne ſanctitate illud compactum Virginale corpus, vnde ſuam Dei filius carnem aſſumpſerat, corruptionem videret, ad tertium ab exceſſu diem reſurgens, & glorioſa in brachiis filij inter choros, & choreas Angelorum, cœleſtiúmque animarum in cœlum aſſumpta eſt, filio interim proclamante: Hæc eſt benedicta mater mea: Cui omnes cœlituum chori pariter reſpondebant: Viuat Regina mater Dei ſemper Virgo Maria. Scripſi, quæ ab autoribus, & doctis, & ſanctis accepi digna quidem Deo filio, digna Dei matre. Videndus maximè de his noſter Caniſius.

Oportuit mori B. Mariam.

Dulciſſimũ B. Mariæ morientis colloquium cum filio.

Commendat filio B. Maria moriens homines.

Aſtruitur aſſumptio in cœlum B. Mariæ.

CAPVT TRIGESIMVMSEXTVM.

1. HÆ ſunt autem generationes Eſau, A ipſe eſt Edom.

2. Eſau accepit vxores de filiabus Chanaan: Ada filiam Elon Hethæi & Oolibama filiam Anæ filiæ Sebeon Heuæi:

3. Baſemath quoque filiam Iſmaël ſororem Nabaioth.

4. Peperit autem Ada, Eliphaz: Baſemath genuit Rahuel.

5. Oolibama genuit Iehus & Ihelon & Core. hi filij Eſau qui nati ſunt ei in terra Chanaan.

6. Tulit autem Eſau vxores ſuas & fi- B lios & filias, & omnem animã domus ſuæ, & ſubſtantiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat in terra Chanaan: & abiit in alteram regionem, receſſitque à fratre ſuo Iacob.

7. Diuites enim erant valde, & ſimul habitare non poterant: nec ſuſtinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum.

8. Habitauitque Eſau in monte Seir, ipſe eſt Edom.

9. Hæ autem ſunt generationes Eſau pa- C tris Edom in monte Seir,

10. Et hæc nomina filiorum eius: Eliphaz filius Ada vxoris Eſau: Rahuel quoque filius Baſemath vxoris eius.

11. Fuerúntque Eliphaz filij: Theman, Omar, Sepho, & Gatham, & Cenez.

12. Erat autem Thamna, concubina Eliphaz filij Eſau: quæ peperit ei Amalech. hi ſunt filij Ada vxoris Eſau.

13. Filij autem Rahuel: Nahath & Zara, Samma & Meza. hi filij Baſemath vxoris Eſau.

14. Iſti quoque erant filij Oolibama fi- D liæ Anæ filiæ Sebeon, vxoris Eſau, quos genuit ei Iehus & Ihelon & Core.

15. Hi duces filiorum Eſau: filij Eliphaz primogeniti Eſau: dux Themã, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez,

16. Dux Core, dux Gatham, dux Amalech. hi filij Eliphaz in terra Edom, & hi filij Ada.

17. Hi quoque filij Rahuel filij Eſau: dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux E Meza. hi autem duces Rahuel in terra Edom: iſti filij Baſemath vxoris Eſau.

18. Hi autem filij Oolibama vxoris Eſau: dux Iehus, dux Ihelon, dux Core. hi duces Oolibama filiæ Anæ vxoris Eſau.

19. Iſti ſunt filij Eſau, & hi duces eorum: ipſe eſt Edóm.

20. Iſti ſunt filij Seir Horræi, habitatores terræ: Lotã, & Sobal, & Sebeon, & Ana.

21. Et Diſon, & Eſer, & Diſan. hi duces Horræi, filij Seir, in terra Edom.

22. Facti ſunt autem filij Lotan: Hori & Heman, erat autem ſoror Lotan, Thamna.

23. Et iſti filij Sobal: Aluan, & Manahat & Ebal, & Sepho & Onam.

24. Et hi filij Sebeon: Aia & Ana. Iſte eſt Ana qui inuenit aquas calidas in ſolitudine, cùm paſceret aſinos Sebeon patris ſui.

25. Habuítque filium Diſon, & filiam Oolibama.

26. Et iſti filij Diſon: Hamdan, & Eſeban, & Iethram, & Charan.

27. Hi quoque filij Eſer: Balaan, & Zatian, & Acan.

28. Habuit autem filios Diſan: Hus & Aram.

29. Hi duces Horræorum: dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana,

30. Dux Diſon, dux Eſer, dux Diſan: iſti duces Horræorum qui imperauerunt in terra Seir.

31. Reges autem qui regnauerunt in terra Edom antequam haberent Regem filij Iſraël, fuerunt hi:

32. Bela filius Beor, noménque vrbis eius Denaba.

33. Mortuus eſt autem Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Boſra.

34. Cúmque mortuus eſſet Iobab, regnauit pro eo Huſam de terra Themanorũ.

35. Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percuſſit Madian in regione Moab: & nomẽ vrbis eius Auith.

36. Cúmque mortuus eſſet Adad, regnauit pro eo Semla de Maſreca.

37. Hoc quoque mortuo, regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth.

38. Cúmque & hic obiiſſet, ſucceſſit in regnum Balanan filius Achobor.

39. Iſto quoque mortuo, regnauit pro eo Adar, noménque vrbis eius Phau: & appellabatur vxor eius Meetabel, filia Matred filiæ Mezaab.

40. Hæc ergo nomina ducum Eſau, in cognationibus, & locis, & vocabulis ſuis: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth.

41. Dux Oolibama, dux Ela, dux Phinõ,

42. Dux Cenez, dux Themã, dux Mabſar,

43. Dux Magdiel, dux Hiram: hi duces Edom habitantes in terra imperij ſui, ipſe eſt Eſau pater Idumæorum.

SECTIO

SECTIO PRIMA.

Hæ ſunt generationes Eſau, &c. Vſque ad finem capitis.

1\. A DESCRIBITVR in primis Eſau poſteritas hoc loco, & 1. Paralip. cap. 1. vt oſtendatur non irrita fuiſſe Dei benedictio Abrahæ facta de ſeminis multiplicatione. Deinde quia cum Iudæis de ſtirpe Iacob in vnam gentem forent Idumæi ab Eſau progeniti aliquando tandem coalituri, quos iccircò Dominus ab illis voluit haberi, & amari pro fratribus. Sic enim præcepit: *Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus eſt*. Deut. 23. Ne Idumæos Iudæi abominarentur, ſatis eſſe Dominus indicauit; memores vt illi eſſent fraterni ſanguinis, quem in binis vtrorumque parentibus habuerunt. Ac B ſi fieri non poſſet, vt inter fratres odia inuenirentur. Et quidem ſic inſita, & innata hominibus concordia fratrum eſt, vt planè ſemper à cunctis gentibus etiam barbaris deteſtabile inter fratres odium haberetur: imò & pro vera, intima, & indelebili concordia nominaretur, quæ fraterna diceretur. Rectè illud à Nigidio apud Gellium ponitur. *Frater quaſi alter*, &c. Simile quid Xenophontis celebrauit: *Seipſum curat, qui fratri prouidet*, &c. *Pulchra res fraternus amor*: dixit optimè D. Gregor. Nazianz. orat. 16. Contrà verò fœda res fraternum odium. Cuius quidem peccati pœnam diuina vindicta non diu differt. Audi Prophetam contra Idumæos, qui fraternæ charitatis C obliti Iudaicam gentem Chaldæis aliquando permixti bellis attriuerunt. *Super tribus ſceleribus Edom, & ſuper quartum non conuertam eum*. Amos 1. Senſus eſt: Cæteris peccatis, quæ ternario numero ſignificantur, veluti multis & conſuetis, & quæ magis à Dei iuſtitia tolerantur, grauiſſimum hoc Idumæi addiderunt, quòd fratres ſuos Iudæos odiis, armiſque inſectati ſunt. Ita obſcurum hunc locum euoluit eruditiſſimus noſter Ribera.

Deut. 23. *Fratrum concordia etiam inter gentes rata firmaque.*

Gellius. Xenophon. *Fœda res fratrum odium.* S. Gregor. Nazian.

Amos 1.

Ribera.

2\. Quartum igitur grauiſſimum ſcelus Idumæorum ſic Deum offendit, vt dicat: *Super quartum non conuertam*. Hoc eſt, patiar eum in ſua ob- D ſtinatione manere; non aget pœnitentiam, non illi miſericordiam præſtabo, ſed iuſtam irrogabo pœnam. Quod nam illud eſt? *Eò quòd perſecutus ſit in gladio fratrem ſuum, & violauerit miſericordiam eius, & tenuerit vltra furorem ſuum, & indignationem ſuam vſque in finem*. Amos 1. *Gens videlicet Idumæa* (declarat S. Hieron.) *in tantum perſequeretur fratres ſuos, vt egredientibus de Ægypto ne tranſitum quidem in terram ſanctam concederet*. Miſit enim Moyſes nuncios ad Regem Edom, qui dicerent. *Hæc mandat Iacob frater tuus*. Num. 20. Reuocans ſcilicet in mentem Idumæis fraternum ſanguinem, quo cum Iudæis ſimul procreati fuerant, & memoriâ fraternæ caritatis illos ad conceden- E dum tranſitum perurgebat; ſed fruſtrà tamen cum barbaria odium pro amore, bellúmque pro tranſitu repetentibus actum eſt. I. XX. vertunt. *Pro miſericordia violauerit vuluam eius*. Symmachus. *viſcera propria: Vt obliuiſceretur* (exponit S. Hieronym.) *germanitatis, & obduraret viſcera miſericordiæ, fratrémque ſe eſſe neſciret, & contemneret vuluam Rebeccæ, quæ vno partu geminos edidiſſet infantes*.

Ribera. *Fratrũ odiũ grauiter & citò punitur à Deo.*

Amos 1. D. Hier.

Num. 20.

Debitus iure naturæ amor inter conſanguineos. Symmac. D. Hieron.

A 3. Pulchrè noſter legit ex Hebr. *violauerit miſericordiam eius*, ſcilicet, Iudaicæ gentis, quæ quia fraternum cum Idumæa ſanguinem habebat, miſericordiam verè ſuam, ſibique iure omni debitam, quâ non niſi per ſummam iniuriam priuari poterat, eam reputabat, quæ ab Idumæa debuit exhiberi. Eſt quidem fratri miſericordia fratris, quam alter alteri prorſus debet, quam alter ab altero iure debitam exigit. Iratus igitur Dominus contra Idumæos fraternum amorem violantes comminatur excidium: *Mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Boſra*. Amos 1. Regionem, vrbéſque quantumuis munitas hoſtilis populabi- B tur ignis. Eleganter S. Hieron. in Idumæis Iudæos Chriſtiani populi hoſtes irreconciliabiles intelligit: *Qui antiquum* (inquit) *furorem & iracundiam tenentes vſque hodie in ſynagogis ſuis ſub nomine Nazarenorum blaſphemant populum Chriſtianum: & dummodo nos interficiant, volunt igne comburi*. Quid quæſo truculentius? quid execrabilius odio Iudæorum aduerſus Chriſtum IESVM, eiúſque fideles? Torqueri fidiculis, ferro diſcerpi, ludibrio haberi mortalium, incendiis concremari læto animo excipient infelices, modò Chriſtum IESVM blaſphement, illius imagines perfringant, & illudant, ſacramenta polluant: Chriſtianos inſectentur odiis, dolis infeſtent, demúmque C aut ferro, aut veneno, palàm, aut clàm peremptos in Chriſti IESV, quem adoramus, ab illorum prouis crucifixi odium, iniuriamque e medio tollant.

Mea eſt clementia & pietas, quam mihi frater debet.

Amos 1. *Irreconciliabile odiũ Iudæorum contra Chriſtianos.* D. Hier. *Iudæorum blaſphemia quotidiana.*

Iudæi Chriſtianis interitum moliuntur.

4\. Verùm enim verò, quia de Eſau non leuis eſt inter Doctores controuerſia, quod mihi quidem certius ex D. Auguſtin. Caiet. & aliis videtur, vno verbo ſic ſtatuo. Igitur Eſau poſt diſceſſum Iacob in Meſopotamiam, ſeceſſit in montem Seir: rediit autem in Chanaan poſt reditum eôdem Iacob; cum quo ſimul adfuit Iſaac patri morienti, curauítque vnà cum fratre paternum funus. Factâ dein concorditer paternorum bonorum cum fratre Iacob diuiſione, cùm ambo D vehementer locupletati ob multitudinem gregum & armentorum in terra illa valde anguſta & incommoda ſimul habitare non poſſent, ad exemplum avi Abraham & Loth ex conſimili cauſa inuicem diſiunctorum, vt viſum eſt Geneſ. 13. domicilium, & habitationem vnanimi conſenſu ſepararunt. Itaque prioris loci ad venationem (cui apprimè deditus erat) valdè opportuni deſiderio captus Eſau rediit in montem Seir: quod quidem in vtriuſque fratris ceſſit vtilitatem. Securiùs enim egit deinde Iacob diſiunctus à fratre, cuius erat iracundius ingenium, animus ferocior; cum quo, ſi viciniùs viuerent, haud du- E biè quotidianæ diſſenſionum, & rixarum inter ipſos liberos, ſeruos, & paſtores recrudeſcerent occaſiones. Maximè, quia, vt eſt hominum miſera conditio, nuſquam totus amor, nuſquam ſecura concordia; & mutuò data fides etiam inter fratres crebrò in perfidiam pullulat odiorum.

Concordia Iacob & Eſau.

Gen. 13.

Facilè homines in rixas, iurgia, odiáque exardeſcimus.

5\. Defleuit hoc idem D. Auguſt. in D. Hieronymo, & Ruffino, qui ſancto interdum amore deuincti, publicam deinde ſcriptis inimicitiam exercuerunt. *Ait enim: Væ mundo a ſcandalis. Quæ*

De amicis grauiores inimici. S. Auguſt.

 ſibi

A *ſibi enim iam fida pectora tutò refundantur? In cuius ſinum tota ſe proiiciat ſecura dilectio? Quis denique amicus non formidetur quaſi futurus inimicus, ſi potuit inter Hieronymum & Ruffinum hoc quod plangimus exoriri.* Habes amicum, quo nihil tibi dulcius, ſed minimè ſecurum. Inconſtans illius, itaque voluntas. Certus hodie (vt exiſtimas) de amico, ignarus tamen es, an cras fiat inimicus. Meritò exclamat idem Auguſtinus. *O miſerà, & miſeranda conditio! O infida in voluntatibus amicorum ſcientia præſentium, vbi nulla eſt præſcientia futurorum* 1 epiſt. 15. ad Hieron. Cùm ergò tanta ſit in voluntatibus humanis inconſtantia, & in intellectibus futuri euentus ignorantia; prudenter ſic ſe gerat quiſque oportet, vt cum amico agat tanquam futuro inimico, & cum inimico, tanquam cum futuro amico, non quòd infidum ſibi putet amicum: ſed quòd amico non facilè credat, quòd forte aliquando reuelatum, & obiectum pudori ſit, ac timori. Hoc enim eſt D. Auguſt. conſilium. *Ex amico intimo factus inimicus, quærat ſibi potiùs, quod fingat aſtutus, non inueniat quod prodat iratus. Hoc autem vnuſquiſque facilè aſſequitur non occultando quod fecerit, ſed non faciendo quod occultare velit.* epiſt. citata. Prudens qui non leuiter amico, quæ tacenda, & occultanda ſunt, detegit; longè prudentior, qui nihil perpetrat, quod factus deinde inimicus in os humini vnde verecundetur, obiiciat. B

Inter S. Hieron. & Ruffini diſcordia.

D. Auguſt.

Nec amicitia, nec inimicitia poteſt nominari.

Mira hominum inconſtantia.

D. Auguſt.

Cautè agendum cum amico.

6. Vtile poſteris Eſau multum etiam fuit, quod mutuò diſiuncti à Iacob viuerent. Enimverò ſi habitaſſet Eſau in Canaan, vtique numeroſiſſima eius poſteritas magnam illius regionis partem ſibi vendicaſſet. Quare cùm poſteri Iacob ex Ægypto redeuntes terram illam patribus promiſſam occupare, atque vti Dominus Abrahæ ſtatuerat, poſſidere vellent, proculdubio armis expellerentur poſteri Eſau, quos tamen vti erant ſemen Abrahæ nec bello vexari, nec deleri, periréque Dominus volebat. Tam acceptus Deo, gratúſque fuit Abraham, vt illius virtus etiam Idumæis ab Eſau progenitis prorſus impiis, & idololatris profuerit, ne delerentur. *Homines & iumenta ſaluabis Domine, quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus.* canit Regius vates Pſal. 35. Tantum ſeſe diffundit prouidentia, & munificentia Dei ad creaturas, vt etiam deſcendat ad brutas animantes, vel etiam hæreticis, atque infidelibus, qui in domo Dei pro pecudibus habentur, diem faciat oriri, pluuiam cœlo dimitti, annuas ſegetes prouenire, terræque domicilia, & alimenta vitæ ſubminiſtret. Sunt quidem mundi, terræque bona, quæcunque illa magna, & plura videantur, à Deo data infidelibus, vti offæ, oſſáque canibus proiecta. Sinamus ergò Chriſti fideles, vt meliore diuitiarum huius mundi portione Turcæ, Mauri, Gentiles potiantur. Canes vtique ſunt in domo magni Patris familiàs: alantur iis terræ ſordibus, ea rodant dentibus oſſa, qui paulò poſt canes mortui, ac fœtidi cum beſtiis gehennæ in ſterquilinium proiiciendi erunt. Filiis regni cum Patre omnium Rege paratum eſt diuinatum dapum in cœlo conuiuium.

C

Abrahæ virtus poſteris etiã impiis profuit.

Pſal. 35.

D

Dei munificentia etiã ad malos extenditur.

Meliorem terræ partẽ infideles ſortiuntur.

E

Infideles vti canes nunc offa deliniri, poſtmodum in gehennã proiiciendi.

7. *Inuenit aquas calidas.*] Vertunt aliqui *mulos*, & quidem tam pertinaciter pro ſua verſione pugnantes, quàm imperitè hebraizantes. Plus ſiquidem valet vnius B. Hieronymi autoritas, quàm tota non tam argumentorum, quàm ſomniorum congeries contra vulgatam, & receptam in Eccleſia lectionem ab audaculis ſcriptoribus adducta: qui volet accuratiſſimum huius loci A commentarium legat noſtros Peret. Delrio, & Oleaſtr. Inuenit ergò aquas calidas, cuiuſmodi viſuntur in thermis, quod quidem inuentum, & rarum eſt, & percommodum mortalibus, & propterea dignum, quod literis, & memoriâ hominum celebretur. At generationem illam muli ex diuerſæ ſpeciei animantibus primò tunc ab illo homine applicitam nulla nec vox ſcripturæ, nec ratio conuincit. Credibile enim non eſt mulorum ſpeciem, quæ vna eſt inter beſtias non parum perfecta tot per ſecula, & myriades annorum in orbe naturæ abfuiſſe; imò ſimul cum reliquis quadrupedibus mulum quoque à Conditore procreatum haud poteſt dubitari; cùm, quæ ex putri materia gignuntur, tunc fuiſſe procreata B S. Baſil. homil. 7. in Geneſ. multique alij affirmẽt. Ad hæc ex principiis philoſophiæ luculenter admodum probat noſter Perer. generationem muli etſi diuerſis ex animalibus fiat, & naturalem, & completam eſſe, nec in ea deſiderari aliquid ex iis, quæ ab Ariſtotele traduntur in generatione perfectiſſimæ generationis animalium perfectorum. Lege ſi vules accuratius hac de re commentarium noſtri ipſius Bened. Perer. cuius eruditioni amplius nihil addi poteſt.

Thermarum inuentio, & inuentor.

Etiam muli inter alias animantiũ ſpecies ab exordio mundi extiterunt.

D. Baſil.

Perfecta ſecundum philoſophiã generatio mulorum.

8. *Regnauit Iobab.*] Grauis hoc loco excitatur controuerſia, quis iſte fuerit Iobab? an idem qui & Iob ſanctiſſimus Huſitarum Rex, & celeberrimum exemplum patientiæ? Negant in primis Hebræi, qui Iobum aſſerunt ex poſteris Nachor fratris Abraham. C Sic D. Hieron. in traditionib. Hebraic. in Geneſ. Iſidor. de vita, & morte Sanctorum cap. 23. Rupert. Lyran. Raban. Hugo Carthuſ. Oleaſt. & alij Hebræorum amplectuntur ſententiam. Quamquam S. Hieron. eo in loco potius videtur inculcare, quàm probare opinionem Hebræorum. At veroſimilior eſt illorum ſententia, qui affirmant Iobum eſſe ex poſteris Abrahæ, per Eſau, videlicet quintum, aut ſextum ab Abraham; tertium verò, aut quartum ab Eſau. Hanc tenent Orig. S. Auguſt. S. Gregor. S. Ambroſ. Theod. Proſper, Euſeb. Abulenſ. Eandem S. Chryſ. his verbis docet: *Scriptura dicit B. Iob fuiſſe de terra Huz, quæ erat prouincia Eſau. Quo diſcas quibus ex malitia ſcholis quantus veritatis fructus eruperit.* D *Nam ſcriptura quintum ab Abraham facit ipſum Iob. Abraham quippe genuit Iſaac; Iſaac Eſau; Eſau Rahuelem; Rahuel Zaram; Zara Iob. Succeſſionem igitur ab Abraham per Eſau habuit S. Iob.* Hæc D. Chryſ. hom. 2. de pat. Iob. Quid quòd conceptis verbis ita ſcribunt L X X. ad cap. vltim. Iob. *Iob fuit de filiis Eſau filius, vt ipſe quintus ſit ab Abraham:* vt Origen. Chryſoſt. & alij ex antiquis referunt, hodiéque habetur ex editione & correctione Vaticana, quam Sixtus V. Pontifex approbauit. Neque verò ſanctus Hieronym. ab hac ſententia videtur alienus, cùm illam referat; nec tamen reiiciat, epiſtol. 126. ad Euagrium tom. 3. quin etiam apertè aſſerat tom. 9. epiſt. 20. ad Theraſeam. Igitur communior iam nunc eſt, & E verior ſententia de Iobi genealogia ex Eſau, quam ſequitur ſuo illo breui quidem, ſed aureo tamen compendio noſter Del Rio, & ſuis (vt benè auguratur, & ſperat idem Delrio) æternis in Iob commentariis meus Pineda qui ad cap. 1. lib. Iob. num. 31. tam accuratè quæſtionem diſcutit, támque luculentè veram ſententiam confirmat, vt nec eruditioni quicquam adiici, nec confirmationi quicquam obiici poſſe videatur. Eandem fusè doctéque pertractat, & concludit noſter Benedictus Perera diſput. 2. ad cap. 36. Geneſ.

Iob ex poſteris Eſau.

D. Chryſ.

Iob quintus ab Abraham.

D. Hier.

Del Rio.

Pineda.

Fuit

Iob erat & Iobab Idumæus.

Hierem.4.

Fuit itáque Iob, qui & Iobab (binomius ſcilicet, vt & multi alij) ex ſtirpe Eſau in terra Hus, quæ eſt in regione Idumææ, iuxta illud: *Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus*, &c. Hierem. 4. Lament. Quibus verbis planum fit Idumæos habitaſſe terram Hus tanquam regionis ſuæ partem.

In poſteris Eſau prius, quam Iacob regnũ fuit.

9. *Antequam haberent Regem filij Iſraël.*] Videlicet ante Saulem vnctum, & à Deo datum Iſraëlitis Regem, poſteri Eſau regnarunt in Idumæa. Cæterùm cùm huius libri autor fuerit Moyſes, profectò credendus eſt hoc ipſum de regno, vt & multa alia prophetico ſpiritu ſcripſiſſe. Porrò cùm eoſdem hîc poſteros Eſau Moyſes repetat, primò quidem ponuntur ſine vllo addito: ſecundò, vt duces; tertiò, vt Reges; quartò B iterum vt duces: Sic tam varia extitit Idumæorum reſpublica & politia; & quidem duces præerant ſinguli ſuæ tribui, & toparchiæ. Regum verò vnuſquiſque toti Idumææ pleno iure imperabat. Vtrique tam duces, quàm reges non paternâ, & hæreditariâ ſucceſſione (vti apud nos) ſed electione ſuffragantis populi creabantur. Poſt Saulem verò Regem Iſraëlis conſtat Idumæos iterum ſibi Reges præfeciſſe, demúmque regno extincto, cùm in ariſtocratia viuerent, Iſraëlitis in vnum populum iunctos coaluiſſe. Sed quid hoc eſt, quod multis ante ſeculis, quàm in electo Dei populo Iſraëlitico, cui omnes conceſſæ fuerant à Deo promiſſiones; cuius patrem Iacobum Deus dilexit, in quo vera Dei fides, deinde lex, C prophetiæ, ſcripturæ, atque adeò Rex ipſe Meſſias, matérque illius, & ſanctorum illuſtriſſimi reperirentur; & Reſpublica, & regnum, & principes, & nomen, honos, poteſtáſque regia extiterunt? Hæc ſunt plerumque aduerſus Deum ſublata in mundo propugnacula iuxta illud: *Aſtiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* Pſalm. 2.

Varia extitit Idumæorum Reſp.

Electione ſiebant Reges Idumæi.

Pſal.2.

Primum & maximum Deo bellum à principibus excitatur.

D.Chryſ.

Primum quidem, & ſummum Deo, Chriſtóque Dei filio bellum à Regibus, & principibus, quos incitat, armátque diabolus, excitatur: cùm potiùs ad Deum duces populis, fideléſque adminiſtri eſſe deberent. *Aſtiterunt Reges, & principes* (declarat S.Chryſoſt.) *viæ duces, rerum adminiſtratores, regula Reipublicæ, vitæ medici, conuenerunt diabolicum concilium aggregantes, conuenerunt improborum Eccleſiam cogentes.*

Primi contra Deum principes à diabolo armantur.

1.Ioan.2.

10. A diabolo nimirum Reges, regna, principes, principatus, imperiáque mundi armantur; in quibus nihil tam frequens, tam commune, tam proprium, quàm vitium, & iniquitas: ſub tribus enim vexillis, quæ ſunt *concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ*, 1.Ioan. cap. 2. reguntur in bello, & feruntur contra Deum. Regit exercitum, ducit agmen, impellit aciem Rex omnium improborum diabolus. *Vis videre* (inquit S.Chryſoſt.) *Reges, & principes conueniſſe aduerſus Chriſtum? Quando Chriſtus aſcendit in montem, vt tentaretur à diabolo, tunc archidæmon in puncto temporis omnia regna mundi, & gloriam eorum coëgit, & cum omnibus viſus eſt, vt cum omnibus euaneſceret; & de omnibus contendebat, vt in omnibus caderet, & vinceretur.* in Pſal. 2. Non enim diu ſtat regni contra Deum armati, & pugnantis potentia. Detrudit ex alto Deus omnipotens grauiſſimum iræ ſuæ pondus, quo Reges, gentes, prouinciæ, imperia obteruntur. Iccircò Iſaias vocauit diuinæ vindictæ ſupplicium, quo Babylon colliſa, ſuppreſſáque funditùs diſparuit. *Onus Babylonis*, quod vidit Iſai. cap. 13. Sed quodnam illud A onus? quod ſupplicium? adiungit: *Vox ſonitus Regum, gentium congregatarum:* Intellige, contra Babylonem: quam Perſæ, Medíque expugnarunt. Legunt alij; *Vox tumultus regnorum gentium collectarum.* Deinde cùm Hebræa vox *ſonitus* propriè ſignificet ruinam, irruptionem, præcipitium, optimè verti poteſt: *Vox præcipitationis regnorum.* Subtilis planè ſenſus. Inſurgentia contra Babylonem hoſtilium gentium regna ſecum pariter ſuam, ac Babylonis præcipitationem deferebant. Vincunt Perſæ, ſed vincuntur ſimul, nec enim ſolent eſſe incruentæ victoriæ: nec ſine ſui ruina Rex vnus alterum propellit in barathrum: præcipitat victum victor, & præcipitatur. Victoria victoris ruina quoque eſt: luctum cum grandi B tamen diſpendio militum, ciuium, pecuniæ, morúmque, & ſanctæ diſciplinæ regnorum. Hic fructus bellorum eſt, in quibus, tam victi, quàm etiam victores patiuntur diſpendia, conteruntur cladibus, ruinis labefactantur. O quàm vtilis, quàm dulcis, auréaque omnibus pax eſt.

Mũdi principes ducem habent diabolum.

Pondere diuinæ vindictæ regna obteruntur.

Iſai.13.

Bella vtriſque pernicioſa.

Bellum vincentium ſimúlque victorum clades.

11. Profectò quantum Deo, & regnum, & vel nomen ipſum nomen regni ſemper diſplicuerit, facilè colligi poteſt ex ipſa primi Regis in populo Iſraëlitico Saulis creatione. *Dominus enim* (notat optimè Pelagius) *in populo Iſrael à principio non conſtituit Regem, ſed iudicem, & gubernatorem in eorum cuſtodiam; poſteà verò Regem ad petitionem ipſorum, quaſi indignatus conceſſit.* lib. 1. de planctu Eccleſiæ à 56. Poſtulantibus à Deo Regem Iſraëlitis in vltionem ſuæ impietatis Rex Saul datus à C Deo vindice fuit, potiùs carnifex (vt ſtatim ſeſe præbuit) quàm dux & cuſtos: lupus quidem, non paſtor. Nimirum quale tunc Hebræorum ingenium, talis primò Rex creatus extitit; quod Peluſiota ſic expendit. *Poſteaquàm cùm carni addictiores, atque craſſiores eſſent, regnum popoſcerunt, illud ipſis conceſſum fuit, quippe quod viliſſimum eſſet.* tom. 3. epiſt. 249. Miraberis dictum: ſcilicet viliſſimum eſſe regnum. An non obſecro craſſi, & vilis, non ciuilis, abiecti, non excelſi fuit ingenij malè quidem ſeſe regnante homine ſeruos, quàm Deo regnante liberos eſſe Iſraëlitas? Multò illuſtrius Dei beneficium, longè maior felicitas electorum, & ſeruorum Dei (quos ille populus præfigura- D bat) eſt carere dignitatibus ſeculi, quàm illas obtinere; obedire, quàm imperare; ſeruire, quàm dominari. Hac ratione S.Cyprian. cùm Romani Imperatores, illorúmque miniſtri, alijque Reges, & principes vbique terrarum tyrannicâ, & barbarâ impietate Chriſtianum populum perſequerentur, Chriſti ſeruos conſolatur. *Ne vos delectet in ſeculo inter iuſtos, & mites impotens, & vana dominatio, quando & in agro inter cultas, & fertiles ſegetes lolium & auena dominetur.* Sic ille ad Demetrianum.

Regni vel nomen Deo diſplicet.

Pelag.

Deus iratus in ſupplicium primo regnũ inſtituit.

Peluſiot.

Regnũ apud Deum habetur viliſſimum.

Seruorũ Dei felicitas eſt ſeruire non imperare.

S.Cyprian.

In mundo mundi potius, mali quàm boni dominantur.

12. Eſt quidem mundus iſte (vti hodie in tanta morum corruptela procedit) ſicut in maligno poſitus, ita malignis proprius; ſcilicet impiorum peculium, malorum patria, domus ini- E quorum: contra verò bonis, & modeſtis, Deique ſeruis exilium, carcer, locus tentationis. Quid mirum igitur, quòd mali dominentur, boni opprimantur: illi triumphent, iſti lacerentur? Sic habet infelix mundi ager. Nimirum

Segnis horreſcit in aruis
Carduus: intereunt ſegetes: ſubit aſpera ſylua,
Lappæque, tribulíque, interque nitentia culta
Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ.

Boni à malis opprimuntur.

Virgil. Georg. 1. Fœdum ſanè ſpectaculum. Sylneſcunt damnatæ ſtirpes, in altum aſſurgunt: at ſalutares

Virg.Geor.

A lutares homini plantæ repunt humi, & à noxiis preſſæ, obtritæque ſuffocantur. Quid quod maluæ inutiles, venenatæ vrticæ in agris, in hortis tantùm non arboreſcunt: at mollis viola, purpureus hyacinthus, etiam laborioſo ſatu vix ſupra humum erumpunt? At nemo quidem præſenti rerum ſtatui ſic defixum habeat animum, quin futurum tandem euentum proſpiciat. Tempus erit, nec ſerò nimis adueniet, cùm violæ, hyacinthique ad Regum delicias colligentur: at maluæ, vrticæque, aut pecudum pedibus proterentur, aut dentibus depaſcentur. Euolutis demum menſibus matura colligendis anni fructibus adueniet æſtas; immiſſaque falce demeſſæ ſegetes aureum granum dabunt agricolis: at cardui, lappæ, tribuli; at lolium, auenæque ſuppoſitis flammis combuſta in cineres, ac fauillas redigentur.

Diſpares bonorum, & malorum exitus.

B 13. Floreat malis auibus in monte Seir, in ſaltu Edom, ſylueſcat poſteritas Eſau: aſſurgant cardui, lappæ, tribuli, triumphet lolium, dominentur auenæ. Sint Reges poſteri Eſau, regnent in terra Edom, antequam habeant Regem filij Iſraël. Infelix illorum potentia potiùs lugenda, quam inuidenda, quam ad ſui perniciem mali obtinent, quâ feliciter boni carent, humique incedentes æquo interuallo à ſummo faſtigio, & à caſu diſtant, quippe cùm prudenter *elegerint abiecti eſſe in domo Dei magis, quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Pſalm. 83. Satiùs enim vnicuique noſtrum eſt cum paupertate, contemptu, ignobilitate, ærumnis, anguſtiiſque vel tantulum C in domo Dei locum habere, quam in protenſis, altiſque mundi palatiis cum magna diuitiarum affluentia, & ſplendido famulantium apparatu principem ac Regem dominari. Regnum habuit in ſuis nepotibus Eſau, quem Deus odio habuit, longè antequam electum à Deo ſemen Iacob Regem creauerit. Nemo igitur, quia præeſt aliis, quia imperet, quia dominetur, charum ſe ideò ac dilectum Deo arbitretur. Et reprobis, & in æternam perditionem deſtinatis plura, & illuſtriora mundi obuenerunt imperia. Huiuſmodi fuerunt priſcis illis ætatibus Nabuchodonoſor, Aſſuerus, Ptolomæus, Antiochus, Alexander, Cæſares Romani: noſtris, deinde Turcarum, Cynarum, & barbarorum, infideliúmque gentium Im- D peratores. Hoc ſenſu iſtam mundanæ potentiæ maieſtatem prudenter expendens illa iam ad ſummum exaltata ſolium Eſther aiebat. *Ne tradas Domine ſceptrum tuum his, qui non ſunt.* Eſther cap. 14. Videlicet malis & peccatoribus, videlicet ſtultis & indignis; videlicet impiis, & infidelibus. Hoc enim totum quicquid in mundo eſſe videtur inane prorſus eſt, nihili æſtimatur ab optimo rerum æſtimatore.

Infelix malorum proſperitas.

Secura humilis vita. Pſal. 83.

Non eſt Dei ſingularis fauor hominem in mundo eminere.

Eſther 14. Nihili à Deo æſtimantur mundi imperia.

14. O vos igitur infeliciſſimi, qui de malorum cœtu eſtis, etſi in latis Regum palatiis habitetis; etſi manum ſceptro armatam, humeros purpurâ colluceſcentes, diademate caput ornatū præferatis, maximi, potentiſſimi, ſummi, anguſtiſſimi apud homines nomine, nihili Deum non E colitis, Deo non obeditis; ſi mali eſtis, ſi improbi, profectò non eſtis: Luſitanè, *ſeis bons minguens.* *Elegi* (repetam identidem) *abiectus eſſe in domo Dei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum,* Pſalm. 83. Signum in hac vita iuſtorum hominum premi, humiliari: impiorum latè ſpatiari, ſuos ſeruos Dominus & amicos, ſibi quò propinquiores, eò magis comprimit, maioréſque ſubinde conſtringit in anguſtias; cuius rei typum geſſit illa, de qua multa, ſed non omnia diximus

Pſal 83. Nota iuſtorum premi, & humiliari.

A tom. 1. cap. 6. ſect. 6. arca Noë in hominis ſtri ctior, in inferioris latior; illic beſtiis ampla ſtabula, hic hominibus anguſtam præbens ædiculam. Sed hac de re audiendus S. Gregor. *In Eccleſia, & multi ſunt mali, & pauci ſunt boni: quia arca in vndis diluuij, qua huius Eccleſiæ typum geſſit, & ampla in inferioribus, & anguſta in ſuperioribus fuit, quæ in ſummitate etiam ſua ad vnius menſuram cubiti excreuit.* Ita Pontifex. Sic habuit arcæ illius forma, ſed quorſum ita? *Inferius quippe* (reſpondet) *quadrupedia, atque reptilia, ſuperius, vero aues & homines habuiſſe credenda eſt. Ibi lata extitit, vbi beſtias habuit; ibi anguſta eſt, vbi homines ſeruauit.* Ita Gregor. Sed quid nam myſterij ex hac locorum diſparitate Pontifex euoluit? *Quia nimirum* (inquit) B *Sancta Eccleſia in carnalibus ampla eſt, in ſpiritualibus anguſta. Vbi enim beſtiales homines tolerat, illic latius ſinum laxat. Vbi autem eos habet, qui ſpiritali ratione ſuffulti ſunt, illic quidem ad ſummum dicitur; ſed tamen quia pauci ſunt anguſtatur.* homil. 38. in Euangel.

Gen. 6.

D. Greg. In mundo mali dominantur, boni humiliantur.

Maior malorū, quam bonorum numerus.

15. Viuunt in mundo latiùs mali, ſtrictiùs boni. Arcta bonorum vita, malorum lata. In omnem iſti laxantur laſciuiam; intra Chriſti mortificationem illi cohibentur. Dein beſtias non facile quiuis ſimul capit locus: homines, vel in ipſo arcæ acumine ſimul ſe continent. Homines concordia, beſtias arguit diſcordia. Quò vicinius Deo accedunt homines eò inter ſeſe concordiùs C viuunt; belluæ, beſtialéſque ingenio mortales quò remotiùs à Deo, propinquiúſque diluuio, atque æternæ perditioni degunt, eò plus inuicem diſcordes de loco, de paſtu, de carne, de mundo impatientiùs viuunt, atque hoſtiliùs digladiantur. Mundi honores Eſau, illiúſque poſteri antequam Iacob eiúſque filij habuerunt: ſed illos ſuis ſeruis, & amicis Deus plerumque negat, vt ſecuriùs, ac puriùs viuant & moriantur, quin etiam in contemptu honoris maxime iuſtorum, & ſanctorum ſita eſt demonſtratio; tantumque habet quis Chriſtianæ ſanctitatis, quantum & humilitatis, hæc autem in deſpicientia, & abnegatione honoris potiſſimum elucet. Et quidem omni virtuti ambitio & honoris appetitus ſic plane aduerſatur, vt ſecum conglobatam importet colluuiem D omnium vitiorum. Certe Dominus aliquando vanam mentis elationem, honoris appetentiam, famæ, nominiſque, & deſiderium, & voluptatem libidinoſæ turpitudinis nomine dehoneſtauit. *Fornicata* (inquit) *es in nomine tuo.* Ezech. 16. Sic te iſta tuæ laudis, honoriſque inter homines libido, velut ipſamet carnis turpitudo ante oculos meos impuram reddidit. Nec vllum eſt vitium, cui te vltrò fœdandam non obtuleris, vbi honoris ambitio, laudiſve amor ſeſe obiiceret. *Et expoſuiſti fornicationes tuas omni tranſeunti.* Ezech. 16.

Diſpar bonorum & malorum vita.

Diſcordia malorum.

Iuſti ſine honoribus ſecurius & purius viuunt & obeunt.

Honorum ambitio cum vitiis pluribus coniuncta.

Ezech. 16.

E 16. Profectò ipſam Chriſti fidem filij huius ſeculi exponent, proſtituent, abnegabunt miſeri pro adipiſcendo, vel promouendo, vel tuendo apud homines honore; vbi ſeſe iſti vitio tyrannico mancipia dediderunt. Enimverò Phariſæis dixit Dominus. *Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis.* Ioan. 5. Nimirum (vti habet Gloſſa ordin.) *non credunt Phariſæi, quia ſuperbia eos excæcat, & ambitio laudis, qua appetit de ſe exiſtimari, quod in ſe non habet, & ſuper alios ſe efferre. Humilitas vero ſolius Dei gloriam quærit, eique ſoli placere appetit.* Rectè iſtam impoſſibilitatem credendi ſic expendit S. Cyrill. *Hac manu gloriæ cupiditate optima rei, fides videlicet, in eum vecturam illos*

Ioan. 5. Glos. ord. Superbia Euangelio & fidei contraria.

S. Cyril.

facere

facere oſtendit, &c. Deinde affert illud Apoſtoli. A *Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem*, ad Galat. 1. *Quaſi enim* (concludit) *natura neceſſarióque accidit omnibus, qui gloriam hominum venantur, vt gloriam Dei amittant.* lib. 3. in Ioan. cap. 7. At quid hoc eſt, quòd Dominus hanc velut impoſſibilitatem credendi ponit in eo, quod accipiant primos accubitus in cœnis, primas cathedras in ſynagogis, ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Matth. 23. An non iſta omnia ſunt quædam ludicra, & leuia? Nihilominùs vel harum leuitarum ambitio ſic perniicioſa eſt, vt Phariſæis rerum adeò ludicrarum, & quaſi puerilium affectus Chriſtianæ fidei grauiſſimum obſtaculum oppoſuerit. Quid ergò de magiſtratuum, de Epiſcopatuum, de B regni ambitione dicendum erit? Illud etiam maiori adhuc eſt admirationi in verbo, *accepistis*: datas ſcilicet, & oblatas, imò & fortè aliquando per vim intruſas leuiculas eminentias acceptatis. Quid bone Deus! ſi ſapperetent, ſi ambirent, ſi tandem importunis poſtulationibus extorquerent potiùs, quàm impetrarent maiores in religione, in Eccleſia, in ciuitate, in regno, in ſeculo dignitates?

ad Gal. 1. Humana gloria cupidus diuinā amittit.

Matth. 23.

Chriſtiana fidei aduerſatur honori ambitio.

17. Equidem ſic exiſtimo ſanctorum exempla obſeruans, dicta expendens, appeti dignitatem in ſeculo, miram dementiam: quæri, & expoſtulari, planè inuerecundiam: oblatam libenter acceptari, prorſus temeritatem: violenter intruſam, non formidari, ſtultitiam prorſus eſſe. C Quid enim (aiebat ſuo in pontificatu extimeſcens S. Leo) *tam inſolitum, tam pauendum, quàm labor fragili, ſublimitas humili, dignitas non merenti.* ſerm. 2. meritóque exclamabat illud Prophetæ ingeminans. *Domine audiui auditionem tuam, & timui; conſideraui opera tua, & expaui*, Abach. 3. *Reſpiciens videlicet* (inquit) *ad exiguitatis meæ tenuitatem & ad ſuſcepti muneris magnitudinem.* ibidem. Gemit ſub pondere tantus hic Hercules, ſuæque imbecillitatis conſcius impares oneri iudicat humeros vir ille, in quo ſumma omnia, & virtutum, & ſapientiæ decora videbantur: at humi reptantes homunculi ſine viribus, exigui meritis, ſapientiâ deſtituti, planè in omnibus pigmæi non verentur graues admodum in D Eccleſia dignitates, ambire non verecundantur: oblatas arripere non timent; in illis viuere, morique in ipſis non exhorrent, non contremiſcunt? Heu me miſerum, & non pudet in oculis Dei mei vſque ad mortem Crucis, & humiliati, & exinaniti dare operam omni choragio vanitatis; velle inter æquales eminere; omnium linguis prædicari; glorioſo nominis encomio per gentes, per ætates celebrari? An non ſub vexillo crucifixi militamus? Vbi ſacramentum militiæ? Vbi fides data inſiſtendi per viam humilitatis, & perſequendi veſtigia humilis Dei mei ſuo humero Crucem baiulantis? Quid ad regalem Chriſti patientis purpuram, virtutem ſcilicet humilitatis, (vti eam vocat Gloſ. ordinar. ad 7. E Cant.) tam ſtolidi, quàm ingrati erubeſcimus? cur dilectam Chriſto præ cæteris virtutibus humilitatem abiicimus, & irridemus? Acutiùs quidem cernebat, & prudentiùs agebat ille, qui Dominum precabatur. *Cuſtodi me vt pupillam oculi tui.* Pſal. 16. Quis quæſo Domini oculus, quæ pupilla? Reſpondet S. Hier. *Oculus intelligitur corpus Eccleſia, & pupilla humilitas Chriſti; per cuius exemplum viuimus, & videmus. Hoc ſupplicat Eccleſia, vt poſſit illam humilitatem obſeruare, quam Chriſtus docuit.*

Quàm ſit homini periculoſa dignitas
D. Leo Pap.

Abach. 3.
Magni viri gemunt ſub honoris pondere.

Pudet eſſe homine ante Deum ſuum in Cruce humiliatū ſtudere honoribus.

Gloſ. ord.

Pſal. 16.
D. Hier.
Humilitas pupilla Chriſti.

18. Itaque inter omnes virtutes hanc humilitatem Chriſtus Dominus & cariſſimam ſemper habuit, & in deliciis maximè computauit, in corde, & in oculis, non tam, vt rem amatam geſtauit, quàm ſuam ipſam, (quâ nihil dulcius) pupillam duxit oculorum. Auſim ego adiicere humilem illam Dei ancillam, quam ſibi Deus in matrem elegit, pupillam oculi optimè poſſe intelligi. Nullam enim creaturarum ſic Deus homo dilexit, ſic in deliciis habuit, in corde, & oculis geſtauit atque digniſſimam, & ſuauiſſimam matrem ſuam. An non pupillam oculi tui, Domine IESV Virginem matrem dixerim, quæ tibi in præſepio naſcenti primum extitit tuorum obiectum oculorum? Ad pedes Virginis matris (ſic habet vetus traditio, ſic facta cœlitùs reuelatio) in admirabilem quandam diuinitatis tuæ contemplationem, inuſitato mentis exceſſu ſurſum enectæ, tu Domine vti oriens ex aurora ſol, ex ſole ſplendor, ex Lucifero dies, infantilibus membris indutus defixis in matris faciem ocellis humi apparuiſti. Et quidem licet Virginem Dei oculis omnium aliarum, quæ in illa fuerunt anguſtiſſimæ, virtutum pulchritudo gratam amabilémque reddiderit, humilitas tamen potiorem vim habuit, vt amorem Dei conciliaret, vt ad ſinæ virginitatis vterum attraheret. *Humilibus enim dat gratiam.* 1. Petr. 5. Igitur omnium iuſtorum, & Angelorum humillimæ Virgini, qui omnibus humilibus dat gratiam, dedit omnium gratiarum maximam, illam ſcilicet, quam ipſamet inuenit apud Deum: *Inuenisti gratiam apud Deum.* Luc. 1. Vtique Verbi incarnationem, vt cum S. Aug. noſter Suar. & alij Theologi explicant. Summæ humilitati Virginis debebatur ſumma Dei gratia, vt quæ ancillam Dei ſe nominabat, efficeretur Dei mater. *Quia reſpexit Deus humilitatem ancillæ ſuæ.* Luc. 2. Quid prudentius? quid acutius? quid ſubtilius mente humili? quærit diligenter, ſubtiliter inuenit, quid tandem habeat, quo humilietur.

B. Maria pupilla oculorum Chriſti.

Naſcentis IESV oculis prima adfuit B. Maria.

1. Petr. 5.
Humilitati B. Mariæ data eſt gratia matris Dei.
Luc. 1.

Suar.

19. Sic Abraham ante Dominum procidens aiebat. *Ego autem ſum terra, & cinis.* Geneſ. 18. *Quoniam* (expendit S. Chryſ.) *non habebat peccata, quæ diceret; ſed vndique bonis operibus fulgebat, circumcurſans, & nihil contra ſe inueniens, ad naturam ipſam confugit, & quoniam terra nomen videtur quodammodo honeſtum eſſe, cinis addidit.* homil. 23. in 2. ad Corinth. nihil in Virgine, cuius ipſam puderet, aut pœniteret, vllo modo, vel eſſe, vel videri poterat. Nam tota immaculata, & à communi originalis reatus labe prorſus aliena, nihil omninò vitij habebat, cuius aſpectu memoriáque humiliaretur. Sed nihilominùs in exemplum humilitatis ad naturam ipſam creaturæ cum diuinitatis maieſtate comparatam confugiens, ipſóque affectu humilitatis ſeruile, quod in domo Dei elegerat officium, libenter præſtitura dixit: *Ecce ancilla Domini.* Luc. 1. Pluris fecit Virgo Beatiſſima nomen ancillæ Dei, quàm ſtemmata Reginæ Angelorum, & hominum: ſub ancillæ velamine incomparabilem Deiparæ occultabat maieſtatem. Nam quæ Virgo ab Iſaia dicitur *Ghalmah*, abſcondita non hominum tantummodò ad puritatis decorem, refugiebat aſpectum; ſed etiam theſauros ſuarum gratiarum, & donorum in tenui oppido Nazareth, in obſcuro tugurio, ſub ſponſo opifice ancillam ſe gerens, nomináuſque ſic occultabat, vt quæcunque in illa Dei potentia operaretur myſteria, prudentiſſimè conſeruaret, *omnia conferens in corde ſuo*; ne videlicet ab humilitatis norma vel tantulum recederet; cuius quidem virtutis eſt an

Gen. 18.
D. Chryſ.
Humilitas quærit quomodo ſe humiliet.

B. Maria vt ſe humiliet ad officium ancillæ confugit.

Luc. 1.

B. Maria ſuam maieſtatem occultabat.

Humilis virtutes ſuas occultat, prodit vitia.

A eſt in propriis virtutibus grande ſilentium, & loquax in vitiis obſcuratio.

20. Quamobrem Dei prouidentia, quæ ſuperbos humiliat, & exaltat humiles, ſic ancillam in Reginam erexit, & abſconditam fecit eſſe mundo conſpicuam; vt quæ nec ſciri, nec videri voluit, omnium deinde poſt Deum ſcopus eſſet mentium, & oculorum. *Enimverò ad illam* (inquit S.Bernard.) *ſicut ad medium, ſicut ad arcam Dei, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotium ſeculorum reſpiciunt, & qui in cœlo habitant, & qui in inferno; & qui nos præceſſerunt, & nos, qui ſumus, & qui ſequentur, & nati natorum & qui naſcentur ab illis.* ſerm. 2. de Pentecoſte. Nimirum Virgo Dei mater medium, centrúmque eſt, quò Dei, hominúmque intentiones diriguntur: ad Virginem veluti ad centrum ex circumferentia lineæ, noſtra omnium vota, noſtræ preces, oculi, animíque deducuntur: nec vltra centrum lineæ peruadunt; nec vltra Dei matrem, vtique miſericordiæ matrem, bonorum Dei diſpenſatricem, mediatricem inter Deum, atque homines, perfugium miſerorum, aſylum delinquentium, aram peccatorum habent homines; quò poſt Deum ſecurè confugiant; atque vbi expletis votis poſtremò conquieſcant. Eſt Virgo Dei arca, in qua propitiatorium, nec fieri poteſt, vt ab eo vindictam Deus exigat, quem Virgo mater ſub alis ſuis receperit, in ſinu fouerit, imploratæ lacrymis veniæ datâ ſpe recrearit. Illa rerum cauſa, quippe cùm propter Virginem Dei matrem Deus ipſe mundum condiderit, vti tom. 1. cap. 1. ſect. 1. oſtendimus. Pulcherrimè dicitur Virgo Dei *mater negotiatio ſeculorũ*. Quæſtuoſiſſimæ nundinæ in foro huius mundi ab ipſo Deo inſtitutæ, ac propoſitæ ſunt, ipſa nimirũ Virgo Beatiſſima; ab illa Deus humanitatem ſibi vniendam hypoſtaticè aſſumpſit; ab illa nouam Angeli lætitiam, nouum cœli ſplendorem, & per illam ſupremi infimíque orbes Reginam eluctantur: patere ſuum regnum mortalibus, pandi oſtium cœli filiis Adami; vacuas Angelis, qui ex alto in Infernũ deciderant, ſedes ab hominibus obtineri, poſſiderique, cœleſtémque illã patriã à nouis terræ ciuibus

D Bern.
B. Maria omniũ ſcopus mentiũ, & oculorũ.
B. Maria centrũ animorum.
Egregia B. Mariæ encomia.
B. Maria negotiatio ſeculorum.
Grande lucrũ cœlo & Angelis acceſſit per B. Mariam.

B

C

A angelico adiunctis ſenatui ſplẽdidiſſimè habitari.

21. Sed ô pretioſiſſimas hominibus nundinas, omni quidem libertate, & immunitate donatas (Luſitanè *feira franca*) Virginem dico auguſtiſſimam Dei matrem: *Venite igitur* (præco clamat) *emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac.* Iſai. 55. O egregia nundinatio in Virgine Deipara! gratis ſine pecunia, ſine labore vinum, & lac emercamur. Vinum, hoc eſt, Chriſti ſanguinem: lac, ſiue vt L X X. vertunt, *adipem*, hoc eſt, Chriſti carnem, vti S.Hieron. interpretatur: vt carnem Domini & ſanguinem epulemur, comedentéſque, & bibentes vitam æternam habeamus. Summa hæc ſunt, & pretioſiſſima, quæ in hoc celeberrimo Dei mercatu nundinamur; Quod ſi tam facilè maxima emimus, quantò ea, quæ minora ſunt obſecro faciliùs emercabimur? venite, emite: quicquid ad bonum vitæ ſtatum, ad corporis valetudinem, ad animæ ſalutem pertinet; in Virgine Deipara venale propoſitum eſt. *Emite igitur abſque argento*, fundite pretium non terreſtris pecuniæ, ſed pij affectus, ſancti obſequij, humilium precationum, iugis memoriæ virtutum, celebratique iugiter, & implorati ſuauiſſimi nominis Mariæ; pleni haud dubiè diuinis opibus, & opulenti viuetis, ac moriemini. Denique *ad Virginem arcam Dei, negotium ſeculorum reſpiciunt* (inquit S. Bern.) *qui in cœlo ſunt, vt reſarciantur; qui in inferno; vt eripiantur: qui præceſſerunt, vt Propheta inueniantur: qui ſequuntur, vt glorificentur.* ſerm. indicato. Venio & ego quidem ô Virgo clementiſſima, venio ad iſtas Dei nundinas, ac præter animi affectum has ipſas, quas in tui nominis gloriam inſtitui commentationes in pretium (qualecumque illud ſit) tibi offero, vt quia in hoc tuo mercatu gratis omnia venundantur; ſcilicet, quibus coëmptis omne pretium longè inferius eſt: vinum, & lac; ſapientiam (vt etiam explicat S.Hieron.) & innocentiam: ſapientiam quidem vt dignè tuas laudes prædicem, & ſcribam; innocentiam verò vt ſanctè viuam, & moriar, mihi, & meis, quibus iure debitor ſum, poſſim eluerari.

B. Maria hominibus nundinæ Iſai. 55.
D. Hier.
B. Maria Dei mercatus.
D. Bern.
Ad B. Mariam omniũ oculi reſpiciunt.
Hæc ipſa commentarũ pretium ad nundinas B. Mariæ.

B

C

CAPVT

CAPVT TRIGESIMVMSEPTIMVM.

HAbitauit autem Iacob in terra Chanaan, in qua pater ſuus peregrinatus eſt.

2. Et hæ ſunt generationes eius: Ioſeph cùm ſedecim eſſet annorum, paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer: & erat cum filiis Balæ & Zelphæ vxorum patris ſui: accuſauítque fratres ſuos apud patrem crimine peſſimo.

3. Iſraël autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, eò quòd in ſenectute genuiſſet eum: fecítque ei tunicam polymitã.

4. Videntes autem fratres eius quòd à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui.

5 Accidit quoque vt viſum ſomnium referret fratribus ſuis: quæ cauſa maioris odij ſeminarium fuit.

6. Dixítque ad eos: Audite ſomnium meum quod vidi.

7. Putabam nos ligare manipulos in agro: & quaſi conſurgere manipulũ meum, & ſtare, veſtróſque manipulos circumſtantes adorare manipulum meum.

8. Reſponderunt fratres eius: Nunquid rex noſter eris? aut ſubiiciemur ditioni tuę? Hæc ergo cauſa ſomniorum atque ſermonum, inuidiæ & odij fomitem miniſtrauit.

9. Aliud quoque vidit ſomnium, quod narrans fratribus, ait: Vidi per ſomnium, quaſi ſolem, & lunam, & ſtellas vndecim adorare me.

10. Quod cùm patri ſuo & fratribus retuliſſet, increpauit eum pater ſuus, & dixit: Quid ſibi vult hoc ſomnium quod vidiſti? num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram?

11. Inuidebant ei igitur fratres ſui: pater verò rem tacitus conſiderabat.

12. Cúmque fratres illius in paſcendis gregibus patris morarentur in Sichem.

13. Dixit ad eum Iſraël: Fratres tui paſcunt oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo reſpondente:

14. Præſtò ſum, ait ei: Vade, & vide ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora: & renuncia mihi quid agatur. Miſſus de valle Hebron, venit in Sichem:

15. Inuenítque eum vir errantẽ in agro, & interrogauit quid quæreret.

16. At ille reſpondit: Fratres meos quęro, indica mihi vbi paſcant greges.

17. Dixítque ei vir: Receſſerunt de loco iſto: audiui autem eos dicentes? Eamus

A in Dothain. Perrexit ergo Ioſeph poſt fratres ſuos, & inuenit eos in Dothain.

18. Qui cùm vidiſſent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere:

19. Et mutuò loquebantur: Ecce ſomniator venit:

20. Venite, occidamus eum, & mittamus in ciſternam veterem: dicemúſque, Fera peſſima deuorauit eum: & tunc apparebit quid illi proſint ſomnia ſua.

21. Audiens autẽ hoc Ruben, nitebatur
B liberare eum de manibus eorũ, & dicebat:

22. Non interficiatis animam eius, nec effundatis ſanguinem: ſed proiicite eum in ciſternam hanc, quæ eſt in ſolitudine, manúſque veſtras ſeruate innoxias: hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, & reddere patri ſuo.

23. Confeſtim igitur vt peruenit ad fratres ſuos, nudauerunt eum tunica talari & polymita:

24. Miſerúntque eum in ciſternam veterem, quæ non habebat aquam.

C 25. Et ſedentes vt comederent panem, viderunt Iſmaëlitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata, & reſinam, & ſtacten in Ægyptum.

26. Dixit ergo Iudas fratribus ſuis: Quid nobis prodeſt ſi occiderimus fratrem noſtrum, & celauerimus ſanguinem ipſius?

27. Melius eſt vt venundetur Iſmaëlitis, & manus noſtræ non polluantur: frater enim & caro noſtra eſt. Acquieuerunt fratres ſermonibus illius:

28. Et prætereuntibus Madianitis nego-
D tiatoribus, extrahentes eum de ciſterna, vẽdiderunt eum Iſmaëlitis, viginti argenteis: qui duxerunt eum in Ægyptum.

29. Reuerſúſque Ruben ad ciſternam, non inuenit puerum:

30. Et ſciſſis veſtibus pergens ad fratres ſuos, ait: Puer non cõparet, & ego quò ibo?

31. Tulerunt autem tunicam eius, & in ſanguine hœdi, quẽ occiderant, tinxerunt:

32. Mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc inuenimus: vide vtrùm tu-
E nica filij tui ſit, an non.

33. Quam cùm agnouiſſet pater ait: Tunica filij mei eſt, fera peſſima comedit eum, beſtia deuorauit Ioſeph.

34. Sciſſíſque veſtibus, indutus eſt cilicio, lugens filium ſuum multo tempore.

35. Congregatis autem cunctis liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit con-

ſolationem accipere,ſed ait:Deſcendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perſeuerante in fletu,

36. Madianitæ vendiderunt Ioſeph in Ægypto Putiphari eunucho Pharaonis, magiſtro militum.

SECTIO PRIMA.

Habitauit autem Iacob in terra Chanaan,&c. Vſque ad *peſſimo.*

1. REnierat Eſau in Idumæam, in qua illius poſteri multis ſeculis, & bello, & pace floruerunt, vti viſum eſt cap.præcedenti. At Iacob manſit in terra Chanaan, vbi ſi habitare dicitur, affectu potiùs peregrinari videtur. Et quidem appoſitè vox (*megure*) quam interpres vertit peregrinationem, à Chald. & à LXX. *habitatio* vertitur. Vtramque ſcilicet ea vox ſignificat, vt oſtendatur ea virtus Iacob, quam ab auo,& patre acceperat, & retinebat hæreditariam. Hoſpites enim erant, & peregrini in terra non habentes hic patriam permanentē, vtique futuram in cœlo inquirebant. Quo de argumento paulò ſuperiùs diſſeruimus. Hebr. autem habet: *Et habitauit in terra peregrinationum patris ſui*,&c. Quæ quidem verborum clauſula vſque ad illud, *generationis eius*, LXX. pertinere faciunt ad cap.36. præſénſque inchoari volunt ab his verbis.

2. *Ioſeph cùm ſedecim eſſet annorum.*] Hinc ergo incipit Moyſes contexere generationem Iacob, hoc eſt, illius liberos, nepotéſque recenſere, atque illorum hiſtoriam conſcribere. Quare illorum verborum; *Hæ ſunt generationes Iacob*: hic ſenſus eſt: iſta ſunt mox ſubiungenda, quæ contigerunt Iacob in filiis, plurimum verò in Ioſeph. Porrò Ioſeph, qui à noſtro interprete dicitur ſedecim tunc habere ætatis annos; ab Hebr. & Chald. & LXX. ponitur ſeptem & decem annorum. Videlicet completis ſexdecim annis, inierat Ioſeph decimum ſeptimum annum. Quocircà interpres de completo loquitur anno, cæteræ lectiones (vti moris habent) de incepto texunt hiſtoriam. Hæc autem, quæ ſtatim ſubſequitur de venditione Ioſeph tredecim annis ante obitum Iſaac, vt iam oſtendimus, & benè probat noſter Benedict. Perer. contigiſſe creditur. Quod verò prius de obitu, funeréque Iſaac, déque poſteris Eſau conſcripſerit Moyſes, quæ quidem omnia præceſſit venditio Ioſeph, veluti per digreſſionem illa expoſuiſſe videtur, quibus commemoratis ad inſtitutum narrationis curſum de hiſtoria Iacob, eiúſque filiorum, & nepotum, rediens à venditione Ioſeph, quæ in primis accidit, exorditur. Sexdecim igitur annis omninò completis,& ſeptimum decimum ingreſſus, paſtorem gregis paterni agebat Ioſeph: adiungitur in textu; *adhuc puer*; nec ſine myſterio: voluit enim Moyſes ſignificare qualem Ioſeph pueritiam, & primam adoleſcentiam ageret; non illam quidē inertem, atque otioſam, & vagam, non in iocis, ludis,& delectamentis puerilibus (vt ſolet fieri) non inter blanditias parentis,& patriæ domus delicias tranſactam, ſed duram valdè ac laborioſam, & in paſtorali arte honeſta, ſimúlque perutili exercitam.

Ioſeph pueritia laboribus exercita.

3. Præterea ſexdecim annorum,& puer commemoratur, vt citam,& celerem iuſtitiæ ac meriti Ioſeph perfectionem intelligeremus, quæ ſcilicet oſtenditur, cùm mox accuſauit fratres crimine peſſimo. *Hoc enim* (inquit Rupert.) *puer non feciſſet, ſi non puritatis amorem, zelúmque iuſtitiæ tunc haberet, quod quidem in puero, vel adoleſcente vt maximè laudandum; ita rarum mirúmque eſt.* lib.8. in Geneſ.cap.19. Sexdecim annorum adhuc puer dicitur, vt ſignificetur qualis fuerit in pueritia indoles Ioſeph, quàm citò cum illo virtus, ſeu potiùs virtutum perfectio inceperit: *Et quod prima illa ætas* (vti adnotauit S. Chryſ.) *non eſt virtutis impedimentum; & vt pleniùs ſcias pueri ergà patrem obedientiam, in fratres beneuolentiam*, &c. Magna certè laus pueri, qui relictis coæuorum luſibus patri etiam in arduis obedientiam præſtiterit, qui fratrū inuidiam, odiúmque prudenter, ſanctéque tolerauerit. *Simul etiam ſignificatur* (adiungit) *illorum inhumanitas; & quod neque eos cohibere potuit, quòd ita in eos affectus erat; & quod in tam tenera ætate, quæ debebat eos ad commiſerationem prouocare, ſed mox ab initio videntes, & pueri bonam indolem, & patris erga eum beneuolentiam in inuidiam contra eum excitati ſunt.* homil.61. in Geneſ. Exaggerat tenera ætas Ioſeph fratrum inhumanitatem, ſimúlque illius virtutē, quæ in tam immaturis adhuc annis maturior canis apparebat; nec enim anni, nec etiam cani ſine virtutis ornamento, adoleſcentiæ imò, & pueritiæ ornatæ virtutibus comparari vllo modo poteſt. Quid eſt quod puero Samueli Dominus loquitur, & Pontificem Heli grandæuum alloqui dedignatur? *Videlicet* (reſpōdet Theodor.) *docens quantò canitie eſt melior iuuentus ornata virtute.* quæſt.12. in 1.Reg. Omnem virtus ætatem exornat: pulchram reddit iuuentutem, commendabilem efficit ſenectutem, nec Samuelem pueritia, nec Heli ſenectus à virtutis ſtudio facit immunem, quod in illo ſit immatura, in hoc ſera & victa.

Ioſeph à puero iuſtus & ſanctus. Rupert.

D.Chryſ.

D Chryſ.

Præſtabat iuuentus cū virtute ſenectuti. Theod.

Omnē ætatem virtus ornat.

4. Laudat, & quidem meritò Clem.Alexand. vnius ex antiquis Philoſophis hac de re ſententiam; ſcilicet; *Nec ſi ſit aliquis iuuenis, differat philoſophari; neque ſi ſit ſenex, defatigetur philoſophando*, &c. Per philoſophiam priſci illi mortales, eā maximè, quæ moralis ſiue ethica dicitur, ſtudium virtutis ſignificabant. Quare adiungebat philoſophus rationem. *Nam nec eſt aliquis immaturus, neque nimis prouecta, & exhauſta ætatis ad adipiſcendam animi ſanitatem.* 4.Stromat. Nemo igitur virtutem abhorrens cauſetur aut primos, aut poſtremos annos; non eſt virtus puero immatura, nō eſt ſera decrepito. Debetur maturior virtus pueri Ioſeph, patri Iacob, qui quem teneriùs amabat, diligentiùs, ſanctiúſque inſtituebat. Nec enim verus amor parentum erga filios in blanditiis, ac baſiolis, ſed in optima morum inſtitutione demōſtratur. Animaduertenim inſuper infantes etiam non tam ludicris, quàm ſeriis moribus, & geſtibus tractari à parentibus debere iuxta conſilium S. Chryſoſt. qui crepundia, quæ infantibus ad collum ſuſpenduntur, vocat omnis ſtultitiæ plena. *Verùm* (inquiens) *nihil aliud afferri puero oporteret, quàm Crucis cuſtodiam, quæ vniuerſum orbem conuertit, & diaboli potentiam euertit.* Quo quidem conſilio plures apud nos piæ fœminæ ſuis infantibus Cruces, & ſanctarum reliquiarum thecas appendunt: optimum certè amuletū, atque antidotum. *A primis igitur annis* (concludit) *filios veſtros ſpiritualibus armis munite, & manu crucem fronti ſignandam erudite, & priuſquam ipſi per*

Clem. Alex.

Virtuti nulla ætas inepta.

Amor parentum erga filios, in ſancta inſtitutione conſiſtit.

D.Chry.

Infantibus non ludicra, ſed cruces appendantur.

ſe

ſe facere poſſint vos id facite. homil. 12. in 1. Corint.

5. *Paſcebat gregem.*] Etſi Iacob cariorem cæteris haberet Ioſeph, atque adeò (vt amor exigebat) ſecum domi retinere deberet, maluit tamen dilecti filij carere conſpectu, quàm inter paternas blanditias, domúſque delicias ſegnem, atque inertem filium elanguere. Abit meus à me, & ab domo Ioſeph (inquit) modò viriles animos laboribus obduratus a tenera ætare induat. Et quidē ita diuina prouidentia crebrò diſponit, vt electi ad sūma rerū priùs in infimis, arduiſque exercitij deprimātur. *Saul patris aſinas quærens* (inquit S. Greg. Naz.) *regnum inuenit*, 1. Reg. 10. Et Dauid in paſcuis agebat fratrum minimus, & à parentibus præ cæteris filiis deſpectus, cùm perungitur in Regem Iſraëlis, quod illi beneficium Deus aliquando in memoriā reuocans aiebat: *Ego tuli te de paſcuis ſequentem greges, vt eſſes dux ſuper populum meum Iſrael.* 2. Reg. cap. 7. Ab ouilibus ad regnum vocatur Dauid, mittitur ad ouilia Ioſeph, vt poſteà exaltetur in gubernatorē Ægypti. Et Chriſtus Dominus a Bethlehemitico, in quo natus, & reclinatus eſt, præſepio, à fuga in Ægyptum, à tota ſubinde vſque ad viginti nouem annis ætate ſub obedientia matris, & ſancti Ioſeph in paupertate, in fabrili arte tot per annos exercita, vti Baſil. 1. de conſ. monaſt. & Iuſtin. in Tryphon. ſcribunt. Exit ad prædicandum mortalibus Euangelium, demúmque à paſſione, ab infamia Crucis, à morte, à ſepulchro prodiens in cœlum aſcendit, datámque accepit *à Patre omnem poteſtatem in cælo & in terra.* Matth. 28. Igitur Dominus humiliat, vt exaltet; viam præſtruit honori, ad quem ſuos euehit per humilitatem, qua priùs eoſdem deprimit. Ac ipſemet quoque formam ſerui accepit, vt per eam diuinitatis ſuæ maieſtatem hominibus oſtēderet. Exinaniuit ſemetipſum, & naſcens, & viuens, & cū hominibus conuerſatus vſque ad mortē Crucis, vt ab Angelis ſubinde, atque ab hominibus adoraretur. Nā propterea quod exinaniuit *ſemetipſum, & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomē quod eſt ſuper omne nomen, vt in nomine IESV omne genu flectatur.* ad Philip. 2. *Bona humilitas* (inquit ad hæc ipſa verba S. Ambroſ.) *quæ nihil appetendo, totum quod contemnit adipiſcitur.* ſerm. 14. in Pſ. 118.

Sæpe Deus viam præſtruit ad honorem per humilitatē.
D. Gregor. Naz.
1. Reg. 10.
2. Reg. 7.
Deus humiliat, vt exaltet.
Matth. 28.
ad Phil. 2.
Humilitas nihil appetens totum aſſequitur.
D. Ambr.

6. Profectò nihil frequentius mundo Dominus IESVS prædicauit, nihil efficacius ſuis fidelibus commēdauit, quàm quæ fundamētum eſt gloriæ, humilitatem. Pulchrè S. Ambr. de ipſa diſſerens apponit: *Hoc munimentum, hæc ſpes eſt fidei noſtræ.* epiſt. 47. Secura inter dæmonum incurſus noſtra fides eſt, ſi propugnaculo humilitatis, velut caſtrorū aggeribus circunſepta teneatur. Atque (vt experientia conteſtatur) cùm cætera omnia vitia hæreſim comitētur, potiſſimum inter omnia nutrit, fouétque illam elatio mentis, & ſuperbia vitæ, quæ in hæreticorum animis fœdas quotidie turpiſſimorum errorum excitat tempeſtates. Quo in ſenſu ſcripſit optimè Vincentius Lirinenſis: *Idcircò extra tutiſſimum Catholicæ fidei portum hæretici diuerſis cogitationum quatiuntur, verberantur, ac penè necantur procellis; vt excuſſa in altum elata mentis vela deponant, quæ malè nouitatum ventis expanderāt.* lib. contra hæreſes cap. 25. Ergò fracti errorū turbinibus, quos arrogantia concitauit, humilientur potenti manu Dei captiuantes intellectum in obſequium fidei, *ſeſéque* (adiungit) *intra fidiſſimā ſtationē placidæ, ac bonæ matris reducant, & teneant.* ibidem. *Studete* (monet S. Bern.) *humilitati, quæ fundamentum eſt, cuſtoſque virtutum.* ſerm. 2. de Natal. Domini. Lōgè ab omni virtute ſeſe nouerit alie-

D. Ambr.
Encomia humilitatis.
Hæreticorū maxime propria ſuperbia.
Vincentius Lirinenſ.
Hæretici per humilitatē reducuntur ad veritatē.
D. Bern.

A num, qui mundani appetitor honoris caret illa, quæ tota in contemptu honorum eſt, humilitate. Vacua fides, imò & mortua eſt vbi humilitas Chriſti IESV crucifixi veſtigiis inhærens non inuenitur. Heu nos miſeros, qui humiliatum vſque ad mortem Crucis Deum hominē adoramus; & humiliari tamē refugimus, eminerēque inter homines, ac dominari omni ſtudio, induſtriáque contendimus? Rectè idem Bernardus exclamat: *Quid magis indignum, quid deteſtandum amplius, quid grauius puniendum, quàm vt videns Deum cæli paruulum factum vltra apponat homo magnificare ſe ſuper terram? Intolerabilis impudentia eſt, vt vbi ſeſe exinaniuit maieſtas, vermiculus infletur, & intumeſcat.* ibid.

Vacua fides humilitate carens.
Impudēs hominis ſuperbia ante Deum humiliatum.

7. Legimus cùm Dominus legis ſuæ præcepta
B Hebræis inculcaret, identidem hæc verba repetiſſe. *Ego Dominus Deus veſter.* Leuit. 18. *Nimirum illa repetens* (inquit Clem. Alex.) *Ego Deus veſter, pudore afficiendo pulcherrimè hortatur docēs ſeque Deū, qui dedit præcepta.* lib. 2. Stromat. Quæ ſententia potiorem nunc habet vim erga homines Chriſti fideles, quos quidem ad humilitatis amorē inuitaos dicit filius Dei exinanitus vſque ad mortem Crucis. *Ego Dominus Deus veſter.* Pudore ſcilicet, nos afficiendo pulcherrimè hortatur docens, vti homo humilis Dominum Deum ſuum in Cruce humiliatum imitetur. Quod ſi pudor iſte noſtram haud coërcet ambitionem: at certè ille, quē ambitioſus incurrit etiam apud homines, ab iſta inſana prorſus cupiditate cohibere nos debeat. Eſt
C quidem pudor publicus ambitionis fructus, vel tunc etiam, cùm inuerecundè quæſitus honor tādem comparatur. Acuit planè oculos, diſtringit linguas omnium, qui quem fulgere vident in honore, peſſimo enectum ambitu, irrident infamem. Hinc illud S. Cypriani. *Qui amictu clariore conſpicuus fulgere ſibi videtur in purpura, quibus hoc ſordibus emit, vt fulgeat?* epiſt. 2. Sic vel maximè hodie ſe mundus habet; per ſordes ad flores, per lutum ad aurum, per dedecus ad honorem, per infamiā ad dignitatem aſcenditur: magíſque fœtet ambitionis ſuæ ſordibus, quàm ſuæ cathedræ, præfecturæ, prælaturæ, locique dignioris fragrantem ſpirat odorem, qui dolis, non meritis aſſurgit. Viderint etiam principes, maioréſque prælati, qui-
D buſnam vel Reipublicæ, vel Eccleſiæ conferant dignitates, expendant illorum merita, non proprium ſequantur affectum; quod ſi fortè ſuū deprehendant errorem, atque indignum, maléque regentem, & peſſimè viuentem viderint; illicò amoueant, deturbent actutùm; ne ſi conniueant cum Heli, cum eodem pariter diuina vindictā feriantur. Nota eſt hiſtoria ex 1. Reg. 2. *Et quidem* (vt egregiè animaduertit S. Hieron.) *offendit Heli Pontifex; qui corripuerat quidem filios, ſed non abſciderat delinquentes.* lib. 1. contra Iouinian. Non ſatis erat corripere ſacerdotes publico flagitio infames; ſed oportuit etiam illos ſacro illo munere priuatos à tabernaculo Domini procul ablegare: At erant illi filij; benè quidem, ſed nulla ſunt ne-
E ceſſitudinis iura, vbi diuinum intercedit obſequium. Et pedes, manúſque nobis ipſi amputare, oculóſque eruere iubemur, cùm in via Dei ſcandalo ſunt. Matth. 18.

Clem. Alex.
Humilitas Chriſti noſtram confundit ambitionem.
Infamis etiā apud homines ambitio.
D. Cypr.
Indignus in dignitate fœtet.
Indigni remoueantur à dignitate.
1. Reg. 2.
D. Hier.
Nulla ſanguinis iura vbi de cauſa Dei agitur.
Matth. 18.

8. Quid quòd optimè cedit exaltatio ab humiliatione in hodiernam diem exaltationi Crucis Dominicæ dedicatam? nihil in mundo ſic abiectum, ſic dedecoroſum extitit ante Dei aduentum, vti Crux patibulum malefactorum, inſigne pariter dedecus, ac tormentum. At poſtquam in eam ſublatus Dei filius doloribus iuxtà, & igno-

Dominicæ crucis ſplendor & maieſtas.

miniis plenam ſubiit mortem, Crux illa in tam ſublimem gloriæ ſubuecta eſt apicem, vt admirabili maieſtatis ſuæ ſplendore orbem repleuerit vniuerſum. Nullus plane intellectus eſt, quẽ ſpiritus veritatis illuminat, qui gloriam Crucis cœlo, terraque radiantem puto, ac libero corde non ſuſcipiat, & interiori acie non videat, vti loqui-

Leo Papa.

tur S. Leo Papa ſerm. 8. de paſſion. At erunt adhuc infideles, qui cùm videant vniuerſum orbem ad Chriſti fidem conuerſum, nihilominùs illius Crucem cauillari non ceſſent: *Hi planè* (inquit

S. Athanaſ.

S. Athanaſ.) *iidem pati videntur, ac ſi quis ſolem vituperet, cùm nube tegitur, eiúſque admiretur lumen, omnem ab eo creaturam illuſtrari cernens.* lib. 1. contra

Chriſtus ſol, Crux nubes ſole amicta.

Gentiles. Chriſtus ſol, Crux nubes; iam nunc rutilat vſque adeò nubes Crucis ſole ſuo amicta, vt ſol ipſe eſſe videatur. *Iam barbaræ quoque gen-*

D. Hier.

tes (animaduertit S. Hieron.) *ſtridorem ſuum in dulce Crucis fregerant melos, & totius mundi vna vox*

Chriſti Crux mundo dominatur.

Chriſtus eſt. epiſt. ad Heliod. epitaph. Nepot. Non timori iam Crux eſt, ſed amori, non ad ſupplicium, ſed ad perfugium; non ignominiam parit, ſed gloriam.

D. Leo.

9. Meritò exclamat S. Leo. *O admirabilis potentia Crucis! ô ineffabilis gloria paſſionis, in qua tribunal Domini, & iudicium mundi, & poteſtas eſt crucifixi!* ſerm. indicato. Illa, cuius vel aſpectus, vel ſola recordatio animos mœrore complebat. Hodie

D. Gregor. Nazianz. *Encomia Crucis.*

(vti Gregor. Nazianz. loquitur) *ærumnarum ſoluendarum vim habet.* orat. 2. Illa Crux, quâ nihil fœdius, amarius, & horribilius erat hominibus, omni iam pulchritudine pulchriorem, omníque dulcedine dulciorem in fructum exuberat. *Enim ve-*

D. Chryſ.

rò (inquit S. Chryſoſt.) *fructus Crucis floruit in Patriarchis, germinauit in Prophetis, dedit odorem in aduentu, maturuit in paſſione, comeditur poſt reſurrectionem.* in Pſalm. 1. Quamobrem fidelis anima curarum huius mundi, & ſolicitudine feſſa oneribus hîc demum conſidens, ait: *Sub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi; & fructus eius dulcis gut-*

Cant. 2.

turi meo. Cant. 2. Nihil denique ita frequens, nihil adeò certum, & comprobatum, quàm humiliari ad exaltationem. Vnde illud: *Superbum ſequitur humilitas, humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.* Pro-

Prouerb. 19. Iob 5.

uerb. 19. Hoc ipſum Dei Ingenium depingens Iob aiebat: *qui ponit humiles in ſublime.* cap. 5. Quod

B. Maria per humilitatem ancilla Regina effecta eſt.

quidem Virgo beatiſſima Dei mater ſuauiſſima decantauit. *Magnificat anima mea Dominum: Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* Luc. 1. Conſiderauit nimirum Virgo ſanctiſſima exiguitatem, & vilitatem naturæ ſuæ, quia homo erat; ſexus etiã, quia fœmina; conditionis, quia pauper & opifici deſponſata, vt eò magis diuina virtus, & bonitas eluceſceret, quando ex ancilla matrem, & ex abiecta & parua beatam ſuper omnes creaturas reginámque Deus ipſam effeciſſet.

10. Non dixit, reſpexit ancillam, *ſed humilitatem*, exiguitatem ancillæ, ſeſe reputans non ſolùm ancillã, ſed inter ancillas infimam non tantùm in natura, ſed etiam in meritis: quippe quæ ſe ipſam nullius meriti, nullius virtutis exiſtima-

Mira humilitas B. Mariæ.

bat: & hoc quidem non ficte, non falsò: conſiderabat enim dona Dei, quibus præuenta fuerat, & quæ deinde acceperat, non ſuis quidem meritis, ſed diuinæ gratiæ adſcribenda eſſe. Igitur adiungit: *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes genera-*

Luc. 1.

tiones; ex hoc videlicet, quod Deus reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, vilitatem meam ſic euexit in tantum ſublimitatis apicem: & ex hac mea paruitatis confeſſione, quâ virtutem humilitatis ab ipſo doctam nunc opere exerceo, Deus ipſe, qui humilia reſpicit, me ab omnibus gentibus faciet celebrari. Completã maiori ex parte, atque in dies etiam compleri videmus hanc beatiſſimæ Virginis prophetiam. Nam ex omnibus terræ nationi-

Ab omnibus gentibus celebratur, & inuocatur B. Maria.

bus aliqui ad fidem Chriſti, vel iam cõuerſi ſunt, vel quotidie conuertuntur; quibus, vbi fidẽ Chriſtianam attingunt, nihil potius, nihil dulcius eſt, quàm vt crebrò auguſtiſſimam Dei matrem implorent, ac ſuauiſſimum Mariæ nomen corde teneant, ore cõcelebrent. Virgini quidẽ Beatiſſimæ illud aptius cõuenit, quàm Ioſiæ: *In omni ore quaſi mel dulcorabitur eius memoria, & vt muſica in conuiuio vini.* Eccleſ. 49. Itaque recta eſt ad honorem

Eccleſ. 49

via per humilitatem, non aliter, quàm per gradus humilitatis ad infima quæque deſcendentes

Recta per humilitatem via ad honorem.

aſcenderunt in altum, quos hodie ſummis encomiis celebramus, quos in templis, in aris veneramur: contemptus enim honoris, dignum omni facit honore contemptorem.

11. Paſcebat greges Ioſeph, Deo ſic diſponente, vt qui futurus eſſet hominum rector, iã tuc excelſi animi ſpecimen daret, & in regendis ouibus prima humani & modeſti regiminis ſuſciperet rudimenta. Quæ ratio placuit Philoni Hebræo.

Phil. Heb. *Paſtoralis vita ... gubernandum homines.*

Nam qui ſummus (inquit) *eſt in arte pecuaria, facilè bonus rex euadit, pulcherrimo gregi hominum præpoſitus, approbata induſtria in minori negotio. Siquidem quemadmodum futuro Imperatori neceſſaria ſunt exercitia venatoria: ſic admonendis ad curam Reipublicæ propriè paſtoralis ars congruit, velut præludium quoddam magiſtratuum.* lib. de Ioſeph. Paſtor ouium ad rectorem hominum ſeſe velut in præludiis exercet. Laborioſam ille vitam ducit æſtu torridus, gelu concretus, interdiu ſatagit ductando, trahẽdo, impellendo, ſibilando: noctu inuigilat cuſtodiendo, tutando, reſtitando. Ad laborem ſiquidẽ potiùs, quàm ad honorem vocatur, moderator Reipub. religionis prælatus, Epiſcopus animarũ.

Epiſcopi potior ... labor, quàm honor.

Certè de Epiſcopo præſcripſit Apoſtolus. *Qui Epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat.* 1. Timot.

1. Tim. D. Hier.

3. Et quidem S. Hieron. expendens verbum illud, *opus*: adiungit: *videto quid dixerit, bonum opus deſiderat, non dignitatem.* in 3. Sophon. Dignitas quidem magna eſt in Eccleſia, ſed opus longè maius, operoſius negotium, maiórque labor, nec [illegible] quis

Quæ p... re debeat ... munere ...

exiſtimet Epiſcopum in mitra capitis, in apparatu familiæ, in ſplendore veſtium; ſed potiùs ac veriùs in zelo animarum, in exemplo vitæ, in paſtu doctrinæ, in ſancto ſubditorum regimine, in corripiendis qui delinquunt, in alendis pauperibus. Proh, quàm multa, & magna in Epiſcopo requiruntur! arduum quidem onus, ſed ſi dignè portetur, ſanctéque adminiſtretur, immenſi eſt meriti. Pulchrè à S. Gregor. Nazianz. Epiſcopi

S. Gregor. Nazian. *Epiſc... curarum coronarum ſocietas.*

munus dicitur, *Curarum ſimul & coronarum ſocietas.* orat. 2. Etſi autem coronæ inuitent, delecténtque animum; at curarum tamen ſarcina deterreat neceſſe eſt.

12. Hinc mihi perſuadeo mortales vt plurimum ad Epiſcopatus & Prælaturas (quotidiana res eſt) anhelantes cœcu impetu ferri, non conſilio duci: quippe ad honorem, non ad onus animũ, oculóſque intenduot. Quod quàm proiectæ, ſtolidæque ſit audaciæ oſtendit S. Gregor. Nazianz.

S. Gregor. Nazian. *Stultitias indignum p... ſe aliis.*

cùm in eremum profugit, ne crearetur Epiſcopus. Perſtringens enim acriter hominem, qui cùm non ſit multarum, & maximarum virtutum ornamento inſtructus, oblatum tamen non vereatur læto vultu accipere honorem. *Ecquis* (inquit) *cùm nondum Chriſti Crucem tanquam vir ferre queat, ac ne aliud quoddam fortaſſe præſtantius*

membrum

membrum ſit, læto tamen, alacrique animo, ſe Chriſtiano cœtus caput conſtitui patitur? Plane ſtulta temeritas, ſic indigne præeſſe velle aliis. *Eſt quippe* (adiungit) *hic metus omnium maximus, hoc periculum omnium grauiſſimum, hunc quidem certe, qui & operæ præclarè nauatæ magnitudinem, & rei infeliciter geſtæ per aciem intelligit.* apolog 1. At cœci ſtultíque homines non expendimus, & difficultatem rectè adminiſtrandi, & malè adminiſtrati Epiſcopatus flagitium graui noſtro ſupplicio expiandū. Exercet ſe Ioſeph in arte pecuaria præficiendus (vti à Domino præſtitutum erat) hominum gregi moderando, quo in munere duo illa vel maximè obſeruari debent, quæ à bono paſtore obſeruantur, ratio, ſiue dexteritas, ſiue conſilium (vti vocat Propheta) & fortitudo: valet ratio paſtoris in eligendis paſcuis, deducendis, tractandíſque ouibus: fortitudo autem in cohibendis, quæ nimium ſubſultant; corrigendis, quæ temerè aberrant; maximè verò in arcendis lupis, fugandíſque latronibus. Hæc ipſa potiſſimùm à rectore hominum exiguntur, quæ Iſaias in Rege Meſſia prædixit futura. *Egredietur virga de radice Ieſſe,* &c. cap. 11. Quod in virga Rex Meſſias intelligatur nemo eſt qui dubitet. Et paraphraſtes Chaldæus vertit Regem Meſſiam. *Requieſcet ſuper eum* (adiungit Propheta) *ſpiritus conſilij, & fortitudinis.* Polleat neceſſe eſt qui regit, conſilio, ne quid temerè faciat, ne falſa rationum ſpecie ducatur, ne caſu, aut etiam paſſionis æſtu operetur; ſed verâ ratione, optimóque conſilio ad regendum moueatur: fortitudine polleat, ne ſuccumbat oneri; ne labore frangatur, ne beſtiarum, latrunúmve incurſus reformidet, viriliter agat, & patiendo, & caſtigando: & quàm blandus ſit ouibus, tam ſeuerus ſit lupis.

D. Greg. Naz. *Periculis plenus Epiſcopatus.* *In Epiſcopo ſit conſilium & fortitudo.* *Iſai. 11.* *Definitur bonus hominum rector.*

13. Magnus hæc omnia in paſtore ouium, & rectore hominum requirunt animos, quos quidē iam in illa tenera ætate prudentiſſimus Iacob in filio præuidebat, vti Philo animaduertit: *proinde cùm pater* (inquiens) *ita eo generoſum animum conſideraret, & maiorem, quam pro priuata fortuna, mirabatur, fouebátque, accendebat eius ingenium accuratiore tractatione, ne premeretur diutius, ſed quam primùm eluceſceret.* lib. citat. Futurus ergò pater Ægyptiorum; hoc enim ab illis nomen accepit, alimentáque mortalibus in fame prouiſurus, ac diſpenſaturus, opportunè quidem in agris paſcēdo greges pueritiam manſuetudine, benignitateque informatam duxit. Nulla ſic virtus poteſtatem, gubernandíque munus cōmendat, vt humanitas, vt manſuetudo. Virga illa Ieſſe, de qua paulò ſuperiùs, Regem Meſſiam ſignificans cum floribus ſimul viſa eſt aſcendiſſe: *Egredietur virga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet.* Iſai. 11. In virga poteſtas, regimen, iudicium; in flore venuſtas, lenitudo, humanitas ſignificatur: vt ſi quē terreat virga, flos recreet; atque iudicij rigorem ſic temperet manſuetudo, vt ſi quando virga percutiet, ſpargat potiùs flores, quam aperiat vulnera, ſanguinémque eliciat. Quare (vti animaduertit S. Greg. Nazianz.) *vel maximè lex noſtra, & legiſlator ſanxit, vt grex non coactè, ſed ſponte, ac libenti animo paſcendus ſuſcipiatur.* apolog. 1. At ſpontè regitur, libenter obedit, qui perhumaniter regendus ſuſcipitur. Amor prælati alacrem elicit obedientiam ſubditi, mitis paret ouis miti paſtori; rigor abigit fiduciam, amorem extinguit.

In Ioſeph à puero ingenium ad gubernandum. Philo. *Manſuetudo commendat munus gubernandi.* *Iſai. 11.* *Regis Meſſiæ mira in regendo manſuetudo.* *D Greg.* *Amor & obedientia ſubditi prælato.* *Amor & lenitas prælati ſubditum vincit.*

14. *Erat cum filiis Balæ,* &c.] Fortè Iacob diuiſerat greges, partem tribuens curandam ſex filiis Liæ: partem alteram quatuor filiis ancillarum,

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A quibus præpoſuit Ioſeph: Nam alij ægerrimè tuliſſent Ioſeph ſibi præponi: vel idcircò Ioſeph cū quatuor iſtis ancillarum filiis potiùs verſari ſolitus erat, eò quòd à filiis Liæ, vtpote ex libera matre natis deſpectui tanquam filij ancillarum haberentur, quos ille ob animi modeſtiam, & præclaram ingenuitatem, vtpote ex primaria, & dilecta patris vxore natus familiariùs amplectebatur, & humaniùs fouebat; quem illi viciſſim impenſiùs hoc ipſo, & multis aliis nominibus amabant. Hac prudentia pluſquàm ſenili volebat puer declinare inuidiā fratrum, qui cùm ſe vidiſſent natos ex Lia, quæ tum demū ſola præerat, grandiores idcircò ſpiritus aſſumpſerant, atque adeò indignabantur, quòd propenſiorem voluntatē patris B erga Ioſeph quotidie animaduerterent. Generoſus planè animus Ioſeph, omnique dignus imperio, qui & malorum inuidiam prudenter declinat, & deſpectos amplectitur, humilioribus ſeſe familiariter adiungit, iam tunc præſignificans dilectiſſimum Dei filium in quo ſibi pater benè complacuit, qui non nobiles, non potentes, non prudentes huius mundi elegit, ſed abiectos, infirmos, & illiteratos, iudicio mundi ſtultos, vti Apoſtolus conteſtatur, 1. Cor. 1. Quod quidem Dominus non ſolùm præſtitit in electione Apoſtolorum, qui nulla mundanæ gloriæ commendatione apud homines floruerunt: ſed multò etiā potiùs in iis, quæ Deus homo factus in ſeipſo, aut aſſumpſit, aut exercuit, vti declarat S. Hier. *Na-* C *ſcendo enim de matre paupere diuitias reprobauit. Dū autem litteras non diſcit, refutat ſapientiam ſecularem. Cùm verò traditus non reſiſtit, ſed patienter ſuſtinet crucem, in fortitudine humana prohibet gloriari.* Et quidem iſthæc ſeculi gloria, cùm per doctrinam Chriſti Domini multum vituperetur, tum vel maximè illius exemplo vbique dehoneſtatur; atque vniuerſim valet illa S. Greg. ſententia: *Præceptis admonemur, exemplis confundimur.* præfat. in Iob cap. 2. Vtriſque verò humanæ gloriæ appetitus damnatur. *Semper enim* (adiungit Hier.) *ſapientum, & diuitum, & fortium gloria increpatur.* ibi.

Mira in Ioſeph puero modeſtia & prudentia. *Chriſtus mundana gloria vbique contrarius.* *1. Cor. 1.* *D. Hier.* *D. Greg.* *Mundi gloria ſemper à Chriſto damnatur.*

15. Eſt quidem Ioſeph in paſcuis procul ab domo paterna, verſatur in agris pecudum cuſtos, cū filiis ancillarum agit, à maioribus, & illuſtrioriD bus fratribus deſpectus, & abiectus: ita videlicet Dominus puerum exercebat, quippe quem ſublimioribus honorum titulis inſignem poſteà reddere ſtatuerat. Præferat (inquit) nunc paſtorale pedum dexterâ, cui tradendum eſt ſceptrum Ægypti: iuxta illud; *donec afferret illi ſceptrum regni, & dedit illi claritatem æternam.* Sapient. 10. Enimverò ſic ratum, ſtatúmque apud Deum eſt, vt cùm inſigniora quædam beneficia nobis eſt collaturus, noſtræ prius infirmitatis, atque (liceat dicere) inhabilitatis certum ex conteſtato experimēto efficiat argumentum, vt euidenter conſtet diuinam gratiā non egere noſtris meritis, ſummáque Dei beneficia gratis vt plurimum homini- E bus, & immerentibus, & ineptis conferri. Daturus Abrahæ filium, ſeneɛtutem illius ſimul cum ſterilitate coniungit vxoris. Præfecturus Moyſem in ducem populi, legatúmque ad Ægyptios, eorúmque Regem, priùs quidem hominis publicam mundo facit fugam ab Ægypto, exilium inter Madianitas, ſeruilem apud ſocerum vitam pecuariam, blæſam denique linguam, & impeditam. Futurus Iacob Patriarcharum opulentiſſimus, numeroſáque prole glorioſiſſimus, fit prius pauper, & exul, baculo pedes longum iter faciat, tranſiénſque Iordanem eat in Meſopotamiam,

Sap. 10. *Oſtenditur in homine indignitas, & inhabilitas priuſquā ſpeciali beneficio donetur.*

A paſtoriſque vitam agens omni laborum, & periculorum genere defungatur. Dauid in Regem Iſraëlitarum ſubuehendus, conſtet priùs, quod fratrum ſuorum minimus, à parentibus veluti domo expulſus in agros, paſcendis ouibus florentem impendat iuuentutem, deſpectus ignoratúſque in ſaltibus peragret, qui ad regnum mox erat promouendus. Vt euidenter demonſtretur ignis de cœlo in ſacrificium Eliæ demiſſus, difficilem, & prope impoſſibilem conceptum ignis in lignis ſupereffuſa imbrium copia manifeſtò ſpectantibus oſtendat, vt quò minor videtur ad flammam in materia diſpoſitio, eò validius, & euidentius ſeſe miraculum cœleſtis flammæ demonſtret, cœleſtiſque flammæ maiorem ſuam potentiam, virtutémque exerceat. Hoc ipſum

Ad futurum miraculum prius oſtenditur rerum impoſſibilitas.
3.Reg.18.

B Dei gratia in Apoſtolis, vti præmiſimus, operata eſt, quos elegit pauperes, & deſpectos, piſcatores, & indoctos, *vt non glorietur omnis caro*, inquit Apoſtol. 1.Corint.1. donáque ipſa Dei ſicut indignos accepiſſe & habere ſe exiſtiment. *Habentes namrum*, (vt monet idem Apoſtolus) *theſaurum in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis*. 2.Corint.4. *Fictilia vaſa* (exponit S.Ambroſ.) *dicens infirmitatem naturæ humanæ ſignificat, quæ nihil poteſt, niſi a Deo acceperit virtutem, & ad laudem ſuam Deus per hæc ſe prædicet quæ infirma ſunt, vt gloria illi detur, non homini, qui ex luto fictus eſt.* Nouit Dominus figmentum noſtrum, quàm prauo ſimus ingenio: vſque adeò nimirum honoris, & propriæ laudis appetentes, vt donorum, quæ à Deo accipimus, gloriam tam ingrati, quàm impudentes ipſi benefactori noſtro ſuffurari non vereamur.

Humilis conditio Apoſtolorum.
1.Cor.1.
2.Cor.4.
S.Ambr.
Homo laudis & honoris cupidus.

C 16. *Accuſauit fratres apud patrem crimine peſſimo.*] Sic eſt in Hebr. & Chald. & communiùs Patres Doctoréſque legunt. L X X. vertunt; *Accuſauerunt eum fratres*, &c. Suſpicióque eſt Ioſeph primò accuſaſſe: deinde à fratribus recriminari volentibus fuiſſe accuſatum; ſed inhærendum potiùs eſt lectioni vulgatæ, & receptæ in Eccleſia: Ioſeph detulit ad patrem defectus, quos in fratribus ſubnotabat: in quo illius probitas, & prudentia oſtenditur. Et quidem in illa ætatula, ſic virtutis eſſe ſtudioſum, ſic modeſtum, ſic benè moratum, vt illi iam tunc vitia diſpliceant, puer

Ioſeph à puero vitia execratur.

D incompoſitos mores perſtringat, oderit, declinet, deferat, vt corrigantur delinquentes; immenſæ profectò laudis eſt; optimæ indolis ſpecimen, quod quidem in puero animaduertens pater, non poterat non vehementer gaudere ſperans filium maiorum ſuorum Abrahæ, & Iſaac virtutibus egregiè reſponſurum. Sic ille Terentianus Demea vnum è filiis perditum, ab honeſto altero filio publicè iurgiis impetitum lætus accepit: *Heccine flagitia facere te? Hæc te admittere indigna genere noſtro? Non tu hoc argentum perdis, ſed vitam tuam*, &c. Sic frater fratrem perpungit. Quod pater audiens nimio gaudio illacrymans: *Saluus ſit* (inquit) *ſpero: ſimilis eſt maiorum ſuorum*. Terent. Adelph. act.3. ſcena 4. Accuſauit Ioſeph, videli-

Bonus frater culpam fratris odit, accuſátque.
Terent.

E cet poſt præmiſſam fratribus admonitionem, quæ ante denunciationem ſuperiori faciendam neceſſe eſt priuatim fiat delinquenti iubente Domino: *Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolum*, &c. Matth.18. *Corripe, ait delinquentem* (declarat S. Auguſt.) *inter te ipſum ſolum, ſtudens correctioni, parcens pudori: nam ſi ſolus noſti, quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, ſed proditor*. ſerm.16. de verbis Domini.

Matth.18.
D Aug.
Secretò proximus à nobis reprehendendus.

A 17. Itaque ſecretum delictum ſecretò corripiendum, ac puniendum eſt: ſi in te peccauerit, vel quia tibi malefaciendo nocuit, iniuriamque intulit remotis arbitris: Vel (quod potius eſt ad ſenſum literæ) tuis in oculis tantùm, nemine alio vidente, aut ſciente patrauit delictum: dicitur tamen, in te peccauit, quia peccando ſcandalum tibi præbuit, iniuriámque tibi non leuem intulit, cùm tuam faciem non eſt reueritus, cùm te præſente; quaſi malum approbares; vel tam ſtolidus eſſes, vt quid fieret non intelligeres, admittere facinus non dubitaret. *Inter te & illum*, dicit Dominus, *corripe illum*; non publicè deferendus. *Ne ſi ſemel* (occurrit S.Hieron.) *pudorem, ac verecundiam amiſerit, remaneat in peccato.* Similis eſt ratio D. Aug. non publicè, ſed

Iniuriā homini facit qui coram illo peccat.
D.Hier.

B priuatim corripiendi. *Fortè enim* (inquit) *præ verecundia incipiet defendere peccatum ſuum*, &c. *& quem vis correctiorem, facis peiorem.* ſerm. citato. Sic plerúmque ſolet euenire: vt ſtudio boni nominis, metuque infamiæ à flagitiis homines cohibeantur: at verò vbi publicatis ſuis delictis infamatos ſe viderint, quaſi abiecto fræno, diruptíſque timoris & verecundiæ repagulis, cæco deinde impetu, petulantique libertate ad peccandum rapiantur. Quòd ſi priuatâ correptione non emollitur, ſed adhuc in ſua pertinacia obdureſcit, tunc publicato flagitio reus eſt ad iudicium deferendus. *Videlicet* (inquit S. Hieron.) *vt deteſtationi eum multi habeant, & qui non potuit pudore ſaluari, ſaluetur opprobriis.*

D.Auguſt.
Pudor frænū peccati.
D.Hier.

C 18. Quare S. Thomas arbitratur præmonitos à Ioſeph fuiſſe fratres. Sic enim ſcribit. *De Ioſeph credendum eſt, quòd fratres ſuos quandóque admonuerit, licèt id non ſit ſcriptum.* 2. 2 quæſt.33. art.7. in reſponſ. ad 2. Idem affirmat hoc loco Abulenſ. Quanquam ea præmonitio multis ex cauſis non erat neceſſaria, tum quia crimen non eſſet occultum, ſed ob illud iam fratres haberentur infames, vt paulò inferiùs conſtabit: tum etiam quia cum damno proprio fieri non debet ea præmonitio; vti enim ſuperbi erant fratres, valdéque exoſum habebant puerum, profectò ſi de flagitiis præmonuiſſet, grauiter indignati malè illum acciperent, fortéque perimerent. Tum denique, quia

Ioſeph prudenter fratres præmonuit.
D Thom.
Abul.
Prudenter omittitur aliquando præmonitio.

D fratrum delicta non in vulgus enunciauit, non iudici punienda detulit; ſed ad patrem communem ea deferre adiuit, vt is paternâ caritate, prudentiâ & authoritate filios corrigeret; non ad detrimentum, ſed ad ſalutem illorum: Nam ſi hæc non ſperatur, imò probabile eſt, ſi denunciatio patri fiat, fore vt denunciatus graue quoddam animæ ſubeat nocumentum, prorſus illa ſub peccato dimittenda erit: Nam (vt celebratur ex S. Auguſt.) *Quod pro charitate inſtitutum eſt, non debet contra charitatem militare.* Quamobrem cùm huiuſmodi denunciatio in bonum proximi pro medicina vulneris remedióque peccati, & animæ ſalute ſit inſtituta, non debet vulneri vulnus adiicere, & pro remedio vitæ mortem inferre. Cæ-

D.Aug.
Interdum omittenda denunciatio patri.

E terùm hæc tanta malignitas longè vti debet, ſic ſolet abeſſe à religionum prælatis, apud quos cùm verè paternum, ſanctúmque ex præcepto Chriſti Domini habeant affectum zelúmque boni ſpiritualis ſubditorum, confidenter ea vbi iſti peccarint denunciatio, quæ omni caret periculo, facienda erit.

Facienda denunciatio prælato religionis.

19. *Crimine peſſimo.*] Locus eſt difficilis explicatu; nec enim quodnam ſit crimen illud peſſimum, certò haberi poteſt. S.Thom. dicit fuiſſe beſtialitatis peccatum, citátque Gloſſam pro eadem

Crimen peſſimum filiorum Iacob quodnam fuerit.
D.Thom.

eadem ſententia 2.2. quæſt.154.art.12.in reſponſioue ad 4. Idem tradit Hugo S.Victor.quæ quidem abominatio in ruſticis, & pecuarlis, & bubulcis interdum reperitur. Nam cùm ſocietate, conſpectuque mulierum careant, & ſemper in oculis habeant pecora,& iomenta,procliues ſunt in iſtam fœditatem, commixtíque cum pecudibus tutò, & pro libito veſanam exſaturant libidinem; vti beuè obſeruat ad hunc locum Abulenſ. Crimen ſodomiticum fuiſſe dicit Rupert. lib. 8. in Geneſ. cap.18. Meliùs tamen, ac veriùs opinantur, qui neutrum horum vitiorum patrari à filiis Iacob, nec in familia tam ſancti patris Iacob ſic abominandæ turpitudinis flagitia perpetrari ſolita credendum eſt. Igitur tres aliæ ſequuntur explicationes, quarum vnaquæqoe probabilis eſt. Prima eſt Ioſeph accuſaſſe fratres non de vno quopiam certo crimine, ſed abſolutè, quòd flagitioſam vitam agereot, impuríſque, ac fœdis moribus eſſent, ita vt iam apud alios malè audirent, infaméſque haberenrur. Sic Theodoret. & alij. Quod videtur colligi ex Hebræo fonte; vbi legitur Ioſeph ad patrem detuliſſe malam ſuorum fratrum famam. *Dibbatham raghab*, famam malam. Vox דִּבָּה *dibbah* eſt infamia, detractio, oblocutio, contumelia. Itaque iis in locis ſic incompoſitè verſabantur filij Iacob, vt illorum infamia iam vulgò ſubnotaretur. Et benè interpres vocat crimen peſſimum: Licèt enim omnia peccata omnioò mala ſiot, malúmque, & peccatorem hominem reddant: Illa tamen in ſe, atque apud homines cenſentur peſſima, quæ iam erompunt in publicum, ſciuntur, notantur, damnantur à vulgo, quæ proprio nomine dicuntur ſcandala, quorum infamia latè diffuſa, omnium ſenſus, animóſque offendit. Definitur enim optimè à Tertulliano: *Scandalum non bona res, ſed mala exemplum eſt, ædificans ad delictum*, lib. de veland. Virgin. cap. 3. Peccatum enim quod publicè fit, puſillorum mentes commouet, impellítque ad ruinam: atque iccircò grauius, & pernicioſius eſt, quàm quod in abdito perpetratur, ibíque ſepelitur. Certè cùm ſit hypocriſis grande maluo, & a Chriſto Domino in Phariſæis ſeuerè admodum perſtringeretur, nihilominùs eſt multò deteſtabilius, quod nunc definiuimus, ſcandalum. Illa enim cùm virtutis amictu oboeletur, nec in publicum prodeat, non manifeſtò nocet: at ſcandalum publica eſt ſchola, doctrioáque peccati, vimque facit videntibus in ſimile barathrum procidendi.

Hugo S. Vict. — Rupert. — Theod. — *Peſſimum peccatum quod iam eſt publicum.* — *Scandala publica.* — Tertull. — *Grauius ſcandalum, quàm hypocriſis.* — *Scandalum ſchola peccati.*

20. Quocirca peior multo eſt conditio Chriſtianorum, ſi publicè liberéqoe peccantes ſcandalo ſiot, quàm malignitas Phariſæorum, quos ſub ouinâ pelle lopos, & ſepulchra dealbata Dominus nuncupabat. Quod quidem prudenter expendens S. Gregor. Nazianz. aiebat. *Mihi timor incutitur, cùm & Phariſæos probris affici, & ſcribas redargui video.* Apolog. 1. Enimverò Phariſæorum putredo albenti tumulo contecta non videbatur, oon hominum ſenſus inficiebat: at noſtrorum ſcelerum (heu nos miſeros!) ſanies execranda cùm forâs erumpat, fœtorem omnibus, qui vident, qui norunt, peſtémqoe exhalant. Non ſatis eſt vitium fugere, ſed & neceſſe eſt, à vitij vel tantula ſpecie longiùs abeſſe: Videri malum etiamſi intùs non ſit, hoc ipſo, quod videtur malum eſt. Nec ſatis Chriſtiano eſt eſſe bonum, ſed & videri oportet. Enimverò Chriſtus Dominus homo eſſe, & videri voluit. Quod Tertul. eleganter ſic ediſſerit. *Si naſci ſe Deus noluiſ-*

D.Greg. Nazianz. — *Chriſtianorum ſcandalũ peius, quàm malitia Phariſæorum.* — *A vitio, & ab ſpecie vitij fugiendum.* — *Non ſat eſt eſſe bonũ, ſed & videri oportet.* — Tertull.

A *ſet, nec hominem ſe videri præſtitiſſet. Quod noluiſſet eſſe, nec videri voluiſſet. Omnis rei diſplicentis etiam opinio reprobatur, quia nihil intereſt verum ſit quid, an non ſit: ſi cùm non ſit, eſſe præſumitur*, lib. de carne Chriſti. cap.2. Itaque ſi Chriſtianus es, fac talis vt videare. Si videri non vis, planè te piget qnod ſis: ſimul enim atque inſeparabiliter ſeſe coniongunt eſſe, ac videri; aut etiam velle eſſe, ac velle videri. Similiter cùm nmnis rei diſplicentis etiam opinio reprobetur (vti dixit Tertull.) in malo, vel ipſum quoque videri vitandum eſt; non plenè ſatisfacis ſi malus non ſis, fugias neceſſe eſt ne videaris. Meritò crimen peſſimum dicitur, homines in familia ſanctorum Patriarcharum natos, & educatos, ſub patre Iacob viro multis, magníſqoe virtutibus conſpicuo, atque vnius veri B Dei fidem profitentes ita perperàm agere, vt vicinis idololatris ſcandalo, & probro haberentur: nec enim niſi apud iocolas illius regioois infideles malè audiebant filij Iacob. Quò enim Hebræorum ſanctior erat profeſſio & illuſtrius per gentes illas nomen: eò damnabilior eorum vita, quæ fœdis infecta vitiis à puritate oominis, ac profeſſionis diſcrepabat. *Sic nos* (deplorat Saluianus) *qui nos Chriſtianos eſſe dicimus, perdimus vim tanti nominis vitio prauitatis. Omninò enim nihil prodeſt nomen ſanctum habere ſine moribus, quia vita à profeſſione diſcordans abrogat illuſtris tituli honorem per indignorum actuum vilitatem.* lib. 3. de prouident.

Et eſſe & videri ſimul iunguntur. — *Hebræi ſcãdalo erant etiã ethnicis.* — S.Salu. *Mala vita dedecerat ſanctum nomen.*

C 21. Altera interpretatio etiam probabilis eſt, Ioſeph accuſaſſe fratres de inteſtinis odiis, & frequentiſſimis iurgiis, & amariſſimis iris, quæ inter illos erant, maximè verò filiorum Liæ, com filiis ancillarum: hos enim deſpicatui habebant, probríſque inſectabanıor, tanquam abiecto, & ſeruili genere natos, atque adeò iodignos, qui cum filiis liberæ matris, generoſæque ſtirpis hominibus verſarentur. At mutuò inter fratres exerceri odia, belláque inteſtina hoſtiliter deſæuire, crimen eſt peſſimum, vt in Gloſſa interlin. adnotatur. Quid enim ſic dedecet fratres, atque odia, rixæ, diſcordiæ. Non ita grauiter inter ſe primæui fideles de gentibus, & de Iudæis collecti rixabantur, & Apoſtolos tamen grauiſſimè illos perſtringit. D *Non ergò blaſphemetur bonum noſtrum.* ad Rom. 14. *Non ſolum inquit* (declarat S. Chryſ.) *fratrem non iuuas, ſed & ipſam doctrinam, & gratiam, ac donum Dei blaſphemari facis; quando enim litigas, quando contendis, quando contriſtas, quando fratrem conuiciis impetis: facis, vt qui foris ſunt blaſphement.* homil. 26. in epiſt. ad Roman. Hem, ſcilicet aiebant gentiles, qualis iſta lex in qua hoſtiles exercentor diſcordiæ! quî bona, diuináque poteſt lex eſſe, quam qui profiteotur, mutuis ſimultatibus, conuiciis, iurgiiſque lacerantur? Tam falſa igitur illorum lex erit, quàm praua eorundem eſt vita. O intolerandam blaſphemiam! ſed illi noſtra nequitia præbuit occaſionem. Benè igitur Lyran. ad hunc locum; E *Crimen* (ioqnit) *peſſimum, rixam eorum peſſimam vocat, quia ſicut fraterna caritas quid optimum dicitur; ita è contrario odium fraternum crimen peſſimum vocatur.*

Odium iurgiáque inter fratres, crimen peſſimum. — ad Rom. 14. D.Chryſ. *Occaſio blaſphemandi Gentilibus eſt Chriſtianorum diſcordia.* — *Mala Chriſtianorum vita eſt fidei blaſphemia.* — Lyran. *Odium fraternũ crimẽ peſſimum.*

22. Tertia denique interpretatio fortè accommudatior eſt, Ioſeph ad patrem detuliſſe, quòd à fratribus odio haberetur, non ob aliam cauſam, oiſi ob diſſimilem vitam, moréſque, & propterea quod a patre omnium maximè amaretur; quamobrem poſtpoſitâ omni reoerentiâ, & pudore, contumelioſos in patrem multa in

Malach. 1. Contra parēt obmurmurare, crimen eſt peſſimum. D. Hier. Debitus honor patri reddendus.

paſcuis effutire. At iure optimo crimen peſſimum vocatur tam ſanctum, prudentemque patrem à filiis melioni fratri inuidentibus, tam petulanter, támque ſtolidè dehoneſtari. *Si ergò* (clamat Dominus) *pater ego ſum, vbi eſt honor meus?* Malach. 1. Naturâ ſiquidem debitus à filio honor, & amor parentibus eſt. *Si pater,* (declarat S. Hieron.) *debitum patri honorem reddite, & dignam parente offerte pietatem.* Reddendum parentibus debitum honoris; pietatis victima iugiter offerenda.

SECTIO II.

Iſraël autem diligebat Ioſeph ſuper omnes filios ſuos, eo quòd in ſenectute genuiſſet eum: fecítque ei tunicam polymitam. Videntes autem fratres eius quòd à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacificè loqui.

Nec in amore, nec in honore conſortem patimur.

1. PErcommodè agitur de amore Iacob ergà filium præ omnibus dilectum Ioſeph: quaſi videatur poni cauſa odiorum, quibus ille a fratribus, vt paulò ante vidimus, vexabatur. Nec in amore, nec in honore patitur homo conſortem, nedum ſuperiorem; vbi veluti debitus amor, & honor ſperatur. Hinc inuidia, hinc zelotypia, C hinc, veriùs dicam, inſania, quæ non niſi odiis, diuortiis, ac cædibus exſaturatur. Porrò hanc vnam cùm multæ aliæ, ac potiores ſuppetant, amoris paterni cauſam aſſignat Moyſes, quòd eſſet Ioſeph filius ſenectutis Iacob. Hebr. *filius ſenectutum*, quaſi in Ioſeph non vna tantùm, ſed plures extiterint ſenectutes: hoc eſt, magna grauitas, inſignis prudentia, modeſti mores, & præclara maximarum virtutum ornamenta, quæ in ſenibus, ſi non ſunt, eſſe debent. Itaque (vt ita loquar) plures in ſe puer Ioſeph gerebat ſenes, plures in vna illa pueritia ſenectutes referebat. Hac igitur phraſi videtur Ioſephus admirabilem pueri virtutem ſignificatam intellexiſſe: *Ioſephum* (inquiens) *è Rachele ſibi natum pater, tum ob corporis præſtantiam, tum ob animi virtutem (erat enim prudentiſſimus) præ cæteris liberis amabat.* lib. 2. antiq. cap. 2. Similiter Ioſeph grauem, modeſtum, & ſenilibus moribus intelligi hebraiſmo illo ſenectutum volunt Chald. Burg. Peluſiot. & alij. Verùm etſi ea in puero ſenilis eſſet grauitas, eâ tamen phraſi non ſignificatur. Hac enim omninò vtitur Moyſes cum de Benjamin ſcribit; qui in ſenectute eius natus eſt. Geneſ. 44. At quid tunc in illo infantulo ſenile apparuit, vt ſenectutes in eo dicerentur? Quare melius Philo Hebræus: *Diligebat præ cæteris Ioſephum, quia proles erat ſerotina.* lib. de Ioſeph. Fortè numero plurali ſignificatur nimis prouecta ſenectus: erat enim Iacob vnius, & nonaginta annorum cùm genuit Ioſeph, vt iam ſtatuimus.

Phil. Hebr. Puer Ioſeph moribus ſenex.

Ioſeph.

Gen. 44.

Philo.

E

2. *Diligebat Iacob Ioſeph, eò quod in ſenectute illum genuiſſet.*] Non erat quidem hæc ſola, nec potiſſima ratio maioris ergà filium amoris. *Diligebatur enim* (inquit Theod.) *Ioſeph à patre, tum vt ſerò genitus, tum vt Rachelis filius, tum etiam, vt eximia virtute præditus.* q. 93. in Geneſ. Et quidem pater eam ſui amoris erga filium reddebat cauſam, quòd filius eſſet ſenectutis; cùm tamen potiſſima eſſet, excellens videlicet ingenium, oris

Theod.

A modeſtia, moréſque inſigniter amabiles, cum ſenili quadam grauitate, prudentia in puero. Illam pater cauſam afferebat, quæ inuidiam fratrum concitare non poterat. Nam ſi virtutes, ingeniúmque, vti ſupereminebant in puero, pater prædicaſſet, profectò ingentem in fratribus flammam inuidiæ contra puerum incitaret. Amari vt filium ſenectutis, non conflat inuidiam, id quidem temporis eſt, datúrque ſenibus iam ſenſu, iudicióque caligantibus, quæ minora ſunt, & quæ ludicra, pluris æſtimantibus. At nobis alium prudentiâ, ingenio, aliiſque huiuſmodi naturæ, gratiæque dotibus præferri; ex quibus verior, inſigniorque apud homines laus efflореſcit, ægrè admodum ferimus. Sed nunquid licitè, aut prudenter vnum præ cæteris filium pater amet? Ita planè ratio dictat, & natura exigit, vt qui antecellit ingenio, virtutéque cæteris etiam amore parentum præferatur. Nec iuſtè qui poſthabentur de parente conqueri, aut fratri præcellenti ſuccenſere, inuideréque poſſunt. Maiori ſiquidem virtutis commendationi, maior etiam, & amor, & honor debetur. Cæterùm maioris illius erga filium amoris oſtentatio, ſic moderatè, prudentérque fieri debet, vt aliorum animos nec exulceret in patrem nec armet in fratrem, ſed hoc ipſum prudentiæ conſilium eleganter à S. Ambroſio indicatum præſtat audire.

Senes vel pueri ludicra æſtimant.

B

Dignum iure parens amore filius qui virtute ingenióque præſtat.

D. Ambr.

3. *Inſtruimur* (ſcilicet ex hoc loco) *qualis eſſe debeat affectus parentum, filiorúmque gratia. Amare liberos dulce, & impenſiùs amare, prædulce eſt: ſed frequenter amor ipſe patrum niſi moderationem teneat, nocet liberis: ſi aut nimiâ indulgentiâ dilectum reſoluat, aut prælatio vnius cæteros ab affectu germanitatis auertat.* Sic planè vſu ſolet euenire, vt qui cæteris carior patri eſt, nimio illo amore abutatur, liberiùs viuat, in ſeditionibus, in luxuriis, in ludis, immoderatóque veſtium luxu patris ſubſtantiam conſumat: ac parentum, quorum indulgentia ſoluitur, quorum affectui nimium confidit, obedientiam perfringat, autoritati, honoríque iniurioſus grauiſſimis plerumque moleſtiis vitam præcipitat, mortémque conſciſcat. Deinde nocet filio nimius parentum affectus, quippe aliorum liberorum in illum concitet odia, diſtringat linguas, animos hoſtili malignitate exulceret. *At* (inquit idem Ambroſ.) *plus acquiritur filio, cui fratrum amor acquiritur. Hæc præclarior munificentia patrum, hæc ditior hæreditas liberorum. Iungat liberos æqualis gratia, quos iunxit æqualis natura.* Bellè quidem dictum. Quando natura filios eodem patre, matréque natos non diſtinxit, malè, atque iniuſtè parentum affectus diſtinguet. Quid ergò? reprehendendus (inquies) erit Iacob, quia vnum Ioſeph cæteris præferebat? Minimè quidem. Addit enim optimè S. Ambroſ. *Sed nec libertatem poſſumus auferre parentibus, ne eos diligant, quos plus credunt mereri: nec filiis reſecare debemus ſtudium placendi.* Non tollitur omninò parentibus, vt aliquod faciant in amore liberorum diſcrimen, nec liberis via intercluditur ad maiorem parentum amorem demerendum promptiore obedientia, modeſtiore vitâ, fideliori obſequio: Quæ quidem omnia in Ioſeph potiùs, quàm in reliquis filiis Iacob experiebantur. *Certè Iacob* (concludit Ambroſ.) *illum plus amabat, in quo maiora virtutum inſignia prævidebat; vt non tam filium pater prætuliſſe videatur, quam Propheta myſterium: meritóque variam tunicam fecit ei, quo ſignificaret eum diuerſarum virtutum amictu fratribus præferendum.* lib. de Ioſeph. cap. 2. Diligebat igitur Iacob præ cæteris filium

Moderatus parentum erga filios amor.

C

Nocet parentibus, ac liberis nimia indulgentia, nimiúſque amor iſtorum.

D

D. Ambr.

Sit æquus erga omnes liberos parentum [illegible], [illegible]tus S. Am[br.] et [illegible] tum cæteris vnum [illegible] præferre

E

D. Ambr.

[Præcipuè filius ob virtutem præferendus.] filium Ioſeph, potiſſimum virtutis ergò, quâ omnibus illuſtrior videbatur; atque adeò non tam filium filiis, quàm mores moribus, & (liceat dicere) virtutem vitiis præferebat. Quod quidem ſumma cum laude boni parentes præſtare debent, vt ſuo illo diſpari affectu, & filiorum ad virtutem ſtudia ſuccendant, & bonos præmio afficiant, & malos iuſte caſtigent.

4. In hoc ſanè Chriſtum Dominum Ioſeph egregie repræſentauit, qui veniens è cœlo mundum ingredi voluit, cùm iam in extrema ætate, non annis modò, ſed vitiis omninò conſenuiſſe videretur, quò ſcilicet, mundus ſenio confectus *[…lius fi… ſenectutis mundi.]* filium illum ſpecioſum præ filiis hominum, pulchertimo virtutum omnium, & gratiarum amictu adornatum præ omnibus, qui in terris floruerunt, vel etiam florebunt, iuſtis & ſanctis, diligeret; vtique filium ſenectutis. Hoc myſterium *[D. Ambroſ.]* ſic euoluit S. Ambroſ. *Amabat eum Iacob, quia filius erat ſenectutis illius. Quod etiam ad Chriſtum refertur: Seneſcerat enim mundo, & iam occidenti illuceſcens Dei filius per Mariæ Virginis partum ſerò aduenit, quaſi filius ſenectutis.* lib. de benedict. Patriarch. cap. 11. *[Mundus iam ſenio decrepitus Meſſiã ſuſcepit.]* Amari ſcilicet volebat, & tunc maxime id à mundo expectabat, quando is decrepita ſenectute vergens in interitum natali pulcherrimi iſtius, & auguſtiſſimi filij lætaretur, à quo in nouitatem vitæ renouari, & refloreſcere poterat. Hic enim eſt ille, de quo Iſaias mundo applaudens aiebat: *Paruulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis*, &c. *[Iſai. 9.]* Iſai. 9. At quis quæſo natum in ſenectute filium diu expectatum, atque omni perfectione corporis, animæque abſolutum non amet, non foueat, non amplectatur, non oſculetur? Paruulus, & filius natus, & datus eſt *[Puer IESVS in ore, in oculis, in pectore geſtandus.]* vnicuique noſtrûm, vt Dominum IESVM in ore, in oculis geſtemus, intra mentis viſcera reconditum habeamus. Hoc videlicet nobis Propheta nuntiabat. *Dominus Deus tuus in medio tui* *[Sophon. 3.]* *gaudebit ſuper te in lætitia.* Sophon. 3. Inter nos Deus noſter homo factus per omnia ſimilis nobis, non ad terrorem, ſed ad amorem natus, atque ideò paruulus; ideò filios, vt in medio noſtri ſit, geſtetur in vlnis, foueatur in ſinu, in præcordiis commoretur.

5. Adiungit Propheta: *Silebit in dilectione tua, exultabit ſuper te in laude.* ibidem. *Scilicet* (declarat S. Hieron.) *[Sophon. D. Hier. Dei filius viram peccatoribus præſtat miſericordiã.]* *peccata tua in caritate, quâ te dilexit: exultabit ſuper te in laude. Vel quia* (inquit S. Hieronym.) *laudabilis ſit, vel quia eum tuis laudibus canis.* O dulcem filium! ô pulchrum paruulum! qui mihi datus, mihi natus eſt. En mea mihi ſcelera, etſi multiplicata ſuper capillos capitis mei, etſi omni luto ſordidiora, omni putredine fœtidiora, non tamen è cœlo adueniens improperat; ſilet patienter, expectat pœnitentiam, exultat de conuerſione peccatoris, atque vt imperauerat, facto nunc complet: *Ne deſpicias hominem auertentem ſe à peccato, neque improperes ei* Eccleſ. 8. *[Eccleſ. 8.]* *[Natalis dies Domini IESV miſericordiis & gratiis plenus.]* Vertunt Sophoniæ locum ita LXX. *Adducet ſuper te lætitiam, & innouabit te in caritate ſua, & lætabitur in te in dilectione, quaſi in die ſolenni.* Ortus enim huius paruuli, cœlum, terrámque incredibili gaudio perfudit; *ſtillabunt quippe montes dulcedinem.* Amos 9. & Ioël. *[Sophon. 3. Amos 9. Ioel. 3.]* *In die illa ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte, & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ.* cap. 3. De Chriſto monte ſancto *[D. Hieron.]* intelligit S. Hieron. *Dulcedine, & melle ſudabit, & ſtillabunt ex eo gratiæ ſpirituales, fluent de eo riui lactis, quibus rudis in Chriſto nutritur infantia, & nihil ſiccum erit redundantibus cunctis gratiâ ſpirituali.*

A *Vbi enim abundauit delictum, ſuperabundauit gratia:* ad Roman. 5. *ſuperabundauit gratia* (declarat S. *[ad Rom. 5.]* Ambroſ.) *dum donum Dei venit ex promiſſione, &* *[D. Ambr.]* *omnium peccata contexit, vt diaboli inuidia nihil ſe profeciſſe doleat. Deus ſiquidem filium ſuum miſit, qui omnia peccata donaret; vt maior fieret lætitia ex dono gratiæ, quam fuerat luctus ex peccato.* *[Per incarnationem plus lucri habemus, quàm amiſimus per peccatum.]*

6. *Lætabitur* (inquit Sophon.) *in te, in dilectione, quaſi in die ſolenni.* Iuxta verſionem LXX. *[Sophon.]* *In die ſolenni*, quis nam iſte ſolennis? nempe dies *[Solennis dies pueri IESV natalitius.]* aduentus Domini, pulcherrimus ille, ac feſtiuiſſimus in quo Deus homo factus ex vtero Beatiſſimæ ſemper Virginis prodiit, & reclinatus eſt in Bethlehemitico præſepi: Vere ſolennis dies, in quo Deus homo natus in terra vocat, inuitat, tra-
B hit ad ſe homines, de quo iam typicè Ionathas abſentiam Dauidis excuſans, dixerat. *Rogauit me obnixè, vt iret in Bethlehem: dimitte me, quoniam ſacrificium ſolenne eſt in Ciuitate; vnus de fratribus meis accerſiuit me.* 1. Reg. 20. Solennis dies, quò nullus *[1. Reg. 20.]* ab exordio mundi lætior, iucundior, ac felicior extitit mortalibus; quem cœlites ipſi percelebrarunt ſuauiſſimè concinentes: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus.* Luc. 2. De quo Deus *[Luc. 2.]* ipſe prædixerat: *Et erit in die illa; exaudiam, dicit Dominus, cœlos, & illi exaudient terram.* Oſeæ 2. de *[Oſe. 2.]* aduentu Domini intelligit S. Hieron. Sed quid *[D. Hier.]* hoc eſt, tunc primum cœlorum vox erupit, muti ne anteà fuerant, nec hiſcere poterant? An non illud concinuerat Dauid: *Cœli enarrant gloriam*
C *Dei.* Pſalm. 8. An & hoc ipſum completum eſt in *[Pſal. 8.]* ipſo natali Domini IESV? *amarè quidem flentes Angelos pacis vidit Propheta.* Iſai. 33. nec enim in *[Mira cœli terræque feſtiuitas natalis Domini IESV. Iſai. 33.]* terra inter homines quicquam niſi luctu, doloréque proſequendum videbatur; & quando homines ſuum exitium præ ſtupore non ſentiebant, ſeque ipſos in interitum ruentes non deplorabant, Angeli eorum commiſeratione lugebant. Nunc tandem cœli, terráque mutuò ſibi applaudunt, inuicem gratulantur; Angeli hominéſque alternis cantibus emodulantur: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Luc. *[Luc. 2.]* 2. *Eum igitur nos* (ait Clem. Alex.) *qui verè eſt* *[Clem. Alex.]* *Deus contemplemur: hanc ei primò vocem in hymno acclamantes: Salue lux, quoniam lux nobis è cœlo exorta*
D *eſt, qui defoſſi eramus in tenebris, & incluſi in vmbra mortis; lux, inquam, ſole purior, & vitâ, quæ hic eſt iucundior.* lib. ad gentes.

7. Solennis eſt dies, quoniam ſacrificium ſolenne eſt in Bethlehem: At quæ victimæ, quæ ſtrues lignorum, quæ flamma, quæ ara; quis Sacerdos? dicam quæ ſentio. Vtique in Bethlehem infans recèns natus, aut pendens ad Virginis matris vbera; aut poſitus in præſepio ipſe eſt hoſtia pro delictis hominum ad propitiandum Deum *[Nouum ſacrificium in præſepio Bethlehem.]* oblata. Fœnum, paleæque, quibus fouetur infans, ligna ſunt ſacrificij; & quidem ara præſepium eſt; templum ipſum ſtabulum, Sacerdos, quidem ſummus Pontifex ipſemet æternus Pater eſt, qui filium amore (hic ignis eſt) erga homines non
E ardentem modò, ſed exeſum planè, atque combuſtum ſuſcepit immolatam pro hominibus victimam. O ſacroſanctũ, ô ſolemne ſacrificium! quis ad videndum, ad venerandum, ad celebrandum non eò pergat ire, maximè verò, quia *vnus de fratribus meis accerſiuit me*, vnus ac ſolus planè, cui *[1. Reg. 20. Chriſtus è cœlo veniēs fratres nos vocat.]* nullus vnquam ſimilis, Deus, & homo, Deus ex patre Deo, homo ex matre Virgine? Vnus de fratribus. O amorem! ô honorem! Itáne verò Domine Deus, vt tantum te humilies pro nobis, tantum nos diligas, tantúmque nos exaltes: vt frater eſſe, dicique

dicíque noſter volueris, vt nos filij Dei nomine- A
mur, & ſimus? Ergo vnus de fratribus, fratrum pulcherrimus, fratrum ditiſſimus, fratrum ſuauiſſimus, fratrum quocunque nomine, titulóque maximus, nos accerſit, nos inuitat, nos inclamat. Eamus tandem, conuolemus certatim omnes ad fratrem, qui de cœlo ad cœlum nobiſcum rediturus aduenit.

Eundum ad præſepe Domini IESV. *D. Gregor. Nazianz.*

Enimuero ſupernus mundus (inquit S. Gregor. Nazianz.) *implendus eſt: Chriſtus iubet ne obnitamur* orat. de natiuit.

8. At propriis impediti delictis non pergimus ad ſacrificium, pudoréque ſuffuſi accedere non audemus. Benè quidem; ſed qui nullam in nobis fiduciam habemus, totam in puero, & firmiter collocatam eſſe nouerimus. *Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt* B
omnis, qui credit in eum non pereat, ſed habeat vitam æternam. Ioan. 3. Quis ergo timeat? Et puer eſt, & nobis natus, & nobis datus eſt, in quo habitat plenitudo diuinitatis; diues in miſericordia, mitis eſt, & humilis corde, cúmque in omnibus ſemper ſit dulcis, dulciorem tamen ſe oſtendit in teneritudine membrorum. Accedit ad vberiorem peccatoribus fiduciam ipſa, cuius in gremio fouetur, mater ſuauiſſima, vtique abyſſus gratiarum, quibus ſuper noſtrorum ſcelerum turpitudinem effuſis, aut mundi prorſus, aut ſaltem obtecti diuino aſpectui comparebimus. Dixi abyſſum gratiarum beatiſſimam Virginem, quam ſcilicet Deus in matrem ſibi electam repleuit omnibus gratiis, quæ & tantam maieſtatem dece- C
bant, & à diuina potentia effici poterant. Quid enim Deus illi deneget, quam ſuam matrem fecit? aut quanam gratiâ carere poſſet, quæ ſummam omnium habuit, quòd eſſet Dei mater? *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat*. Eccleſ. 1. Sic planè habent omnes, quæ eſſe, aut fingi poſſunt à Dei potentia gratiæ Virgini collatæ; flumina ſunt, quæ ſicut emanant, ſic etiam recurrunt in vnam illam, quòd ſit mater Dei; hæc ſcilicet omnium aquarum viræ fons, hæc mare omnium fluminum. Nec enim omnes omninò coniunctæ, illam vnam gratiam adæquare poſſunt; nec ſuo acceſſu illam redundare faciunt. Hoc vnum ô Virgo beatiſſima, quod de te dicam D
mater Dei; excedit omnem dignitatem, omnem laudem, omnem gratiam, omne donum bonúmque, & quicquid magnum, pretioſum, & præclarum poſt Deum fingi poteſt.

Ioan. 3. *Inuiſendus puer IESVS in præſepio.*

B. Maria hominum fiducia.

Summa B. Mariæ gratia, quod Dei mater ſit.

Eccleſ. 1.

Matre Dei poſt Deum inferius eſt, quicquid eſt aut fingi poteſt.

9. *Fecit ei tunicam polymitam.*] Hebr. פַּסִּים *Paſſim fruſtorum, filorum, ſiue liciorum varietate diſtinctam.* L X X. *Variam*, ſcilicet, *coloribus*. Luſitanè (*meſcla*) minus propriè vertit Symmachus, *manicatam*. Aquila, *talarem*, reſpectu videlicet ad formam, non ad colorem. Certè Plinius ſcribit: *Colores diuerſos picturæ intexere Babylon maximè celebrauit, & nomen impoſuit. Plurimis verò liciis texere, quæ polymita appellant, Alexandria inſtituit. Scutulis diuidere Gallia.* lib. 8. cap. 48. Etſi deceptus fuit in origine polymitæ: multis quippè ante Alexandriam, eiúſque conditorem ſecu- E
lis extitit Iacob, qui fecit dilecto filio trilicem, ſiue multilitiam, quibus etiam nominibus veſtem hanc diuerſicolorem Romani appellarunt. Hæc igitur polymita fratrum oculos continuò lædens, animóſque exulcerans, grande inuidiæ, atque odiorum contra puerum excitauit incendium. Maior patris amor, vehementior, dulciórque affectus ergà filium Ioſeph in hoc foràs erumpens, cæteris patuit liberis, in quo pulchritudinem variarum virtutum Ioſeph, quâ cæteri care-

Plinius.

A
bant ſignificabat pater, vt hac tandem æmulatione compuncti virtutis ſtudium ſequerentur. Sic Dominus IESVS Eccleſiam ſuam ex gentibus collectam admirabili donorum varietate adornauit, etiam videntibus, & inuidentibus per orbem diſperſis Iudæis: *Vt eos* (inquit Apoſtolus) *æmulentur*. ad Roman. 11. Vbi optimè S. Chryſoſtom. *Venit ad Iudæos Chriſtus IESVS, hunc non ſolùm non receperunt innumera mirabilia operantem, ſed & crucifixerunt; quo facto attraxit ad ſe gentes, vt illarum honor Iudæorum ſtupiditatem mordens, ac irritans, vel ex contentione aduerſum alios accedere eos perſuaderet.* humil. 19. in epiſtol. ad Roman. ſed hac de re dicendum inferius.

ad Rom. 11. D. Chryſ. *Iudæi ad Chriſtianã felicitatem torquentur inuidiâ.*

10. Sed ego quidem mirari nun deſino, quàm
B
ridiculo nitatur fundamento inuidia fratrum Ioſeph, & quàm ex leuicula ſcintilla tantũ odiorum exarſerit incendium; eò quòd puero tunicam pater fecerit diſcolorem. Quis ergò iam mirabitur, ſi viderit fratrum lites, iurgia, diſſenſiones, odiáque ob paternam hæreditatem, quod malum quotidiè cernimus, ac deploramus: idipſum animaduertit S. Ambroſ. in hunc modum. *Quid miraris, ſi propter fundum, aut domum oriuntur inter fratres iurgia, quando propter tunicam inter Iacob ſancti filios exarſit inuidia?* lib. de Ioſeph. cap. 2. Iura omnia conculcare ſolet habendi cupiditas; neſciunt ſe fratres eodem ductos ab vtero, qui de prædio, de vinea, de olìueto penè hoſtiliter altercantur. Ac ſæpenumerò contingit, vt qui natu
C
maior à parentibus pro patre minorum filiorum, & cuſtos teſtamento relinquitur, illicò aut nuptiis irretitus, aut (quod turpius eſt) in ludis, gancis, ac lupanaribus patrimonium conſumens pupillos fratres debito etiam victu, veſtitúque priuatos miſerandam trahere ſinat orbitatem. O ſcelus! ô dedecus! Vniuerſim hoc loco dictum velim: etſi frequens ſit deploratio pupillorum, quorum peculia, vel ab infidis tutoribus, vel ab inhumanis iudicibus, aliiſque huiuſmodi potentioribus deuorantur; nihil tamen perniciosius aduenire poſſe iis, qui miſellos depeculantur, quàm iſtorum peculia.

Fratrũ odia ex cupiditate habendi.

D. Ambr.

Frater natu maior hoſt[...] d[...] que minorum.

11. Audi quid Spiritus ſanctus cauendum moneat: *Ne attingas paruulorum terminos: & agrum*
D
pupillorum ne introeas; propinquus enim illorum fortis eſt; & ipſe iudicabit contra te cauſam illorum. Prouerb. 23. Senſus eſt, vti declarat Lyranus: *ne occupes in toto, vel in parte poſſeſſiones eorum, qui neſciunt ſe defendere, vt paruuli; vel non poſſunt, vt pupilli. Propinquus enim Deus eſt cuſtodiens paruulos Dominus*. Pſalm. 114. Scilicet paruuli, & pupilli vnum habent propinquum, ſimúlque & tutorem, & cuſtodem Deum omnipotentem, qui ſcit, poteſt, ac debet commiſſos ſuæ tutelæ miſellos ab omni iniuria liberare, aut etiam grauiſſimè punire illorum oppreſſores. Planè (vti experientia quotidiana comprobat) qui pupillorum capit iniuſtè prædium, aut quid aliud huiuſmodi, propriæ quoque ſubſtantiæ peſtem, exitiúmque importat.
E
Dei maledictione feritur domus, in qua pupillorum rapta ſubſtantia tenetur. Profectò, vt in aliis omnibus rerum euentibus, ita etiam in hoc admirabilem Dei prouidentiam, & inſcrutabilia Dei iudicia contemplari, ac venerari æquum eſt, videlicet, odium, exilium, ſeruitutem, catenas, dominium Ioſeph, deſcenſum in Ægyptum Hebræorum; & quicquid deinde ſecutum eſt; hæc peperit tunicula.

Prou. 23. Lyran.

Pſal. 114. *Paruulo pupi[...] propinquũ bene & [...] torem*

Peſtem ſibi accerſit qui pupillorum occupat ſubſtantiam.

12. *Videntes autem fratres.*] Odiorum cauſa fuit delatio ad patrem criminis fratrum peſſimi,

at in

Odiorum fomes inuidia.

at inuidiæ fuit nimius ille patris amor, ac tunica polymita. Verum enim verò grandis eſſe ſolet odiorum fomes inuidia. Hæc autem (quâ nihil aut inhumanius, aut deteſtabilius) dolor eſt alienæ felicitatis. Quamobrem qui bonum tibi aliquod eminens fecit, inuidiam tibi multorum concitauit, vt hîc videtur. Prælatio quippe armanit fratres. Præferri Ioſeph à patre, idem prorſus fuit, atque inuidos creari, hoſtéſque in Ioſeph armari. Hoc idem ſubtiliter Dauid expreſſit in odio Ægyptiorum aduerſus Hebræos: *Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius, & dolum facerent in ſeruos eius.* Pſalm. 104. Deus ipſe fecit, vt Ægyptij odirent Hebræos, eiſque dolum facerent. Ita vates, ſed quî poteſt hoc verè dici? An Deus autor eſt peccati; an Deus motor eſt odij, ac doli? An Deus corda hominum in odia conuertit, & ad ſtruendos dolos concitat? *Nunquid* (ait hoc loco S. Auguſt.) *iſtorum tam grauium peccatorum autor eſt Deus? Num ipſa eſt mirabilis illa Dei bonitas, qua benè vtitur etiam malis.* Tanta quidem Dei bonitas eſt, vt non modò malum, nec facere, nec fieri velit, ſed etiam malum ipſum conuertere in bonum, & ex malo facere bonum conſueuerit. Quâ ratione igitur fecit, vt Ægyptij odiis, doliſque Hebræos proſequerentur? Declarat optimè S. Auguſt. *In eo, quòd populum ſuum multiplicauit, hoc beneficio ſuo malos ad inuidendum conuertit. Non itaque cor illorum malum faciendo, ſed populo ſuo benefaciendo cor illorum ſponte malum conuertit ad odium.*

Pſal. 104.

D. Aug. Bene facere eſt odium & inuidiam excitare.

S. Auguſt.

13. Itaque inuidia ſubitò erumpit, vbi primùm in alio bonum eminens apparet: & qui hoc elargitur, inuidos creat, hoſtes obarmat, quocirca, vt inuidiam aut non ſuſcites, aut ſaltem declines, neceſſe omninò eſt, ipſum quod poſſides, bonum abſcondas. Pulchrè in hanc ſententiam ſcripſit S. Hieron. *Semper in propatulo fortitudo æmulos habet, feriúntque ſummos fulgura montes: me quoque latẽtem inuenit inuidia.* In procem. quæſt. Hebraic. Latere quidem præ humilitate, & modeſtia ſtudebat vir doctiſſimus æquè, ac ſanctiſſimus: ſed non potuit ſuis (vt putabat) in latebris inuidiam effugere maledicorum. At cùm tantus eſſet, & ſanctitatis, & ſapientiæ ſplendor in Hieronymo, non poterat non in gentes prodire: nec vlla quantumuis denſa, ſic ſolẽ obducit nubes, vt orbi lucem, ac diem prorſus eripiat. Latere non poteſt virtus; quòd ſi ſe abdiderit, adhuc abditam, & latentẽ inueniet inuidia. Oculos hæc beſtia lynceos habet, quos nihil effugiat: reguli oculos, vt quicquid aſpiciet, inſperſo veneno inficiat. Sed primum omnium ſibi nocet inuidus, ſui carnifex, ſe ipſum excruciat, ac perimit. Rectè S. Chryſoſt. iſtud malum ita deſcribit. *Inuidus ſecum bellum gerit; quouis enſe penetrantiores in ſe cogitationes acuens in omnibus, quæ videntur offendens, & in ſingulis, qui occurrunt hominibus ſeipſum vulnerans, omnes tanquam hoſtes intuens.* in Pſal. 4. Vbi etiam inuidus ab eo definitur: *Communis naturæ hoſtis.* Quare qui ſuum inimicum acerbiùs affligere volet, & altiùs adacto vulnere cruentare, benè faciat alteri quod ille inuideat.

Contra illi, in quo bonũ eminet, armantur inuidi.

D. Hieron.

Latere non poteſt etiam abdita virtus.

Nullibi virtus effugit inuidiam.

D. Chryſ. Inuidus ſui carnifex.

Inuidus naturæ hoſtis communis.

14. Ita Dominus adulteram illam, & perfidam ſynagogam ſauciauit, cùm dixit. *Vltra flumina Æthiopiæ inde ſupplices mei, filia diſperſorum meorum deferent munus mihi.* Sophon. 3. Loquitur Dominus cum ſynagoga, quam vocat filiam diſperſorum. *O Iſrael,* (declarat S. Hieron.) *ô ſynagoga, quondam filia, quam in toto orbe diſperſi, licèt inuideat, licèt æmulatione crucieris; tamen de Æthiopia mihi victimæ deferentur, id eſt, de gentilium populo: vteróque legiſfero nubet Æthiopiſſa, inuidente ſynagogâ Hebræorum.* Irridebant Hebræi quaſcunque gentes non ſecus, atque Æthiopas, tam obſcuro ingenio, quam colore. Igitur Dominus illis abiectis, iſtos elegit, horum muneribus, obſequiis, & ſacrificio delectatur, vt interim Iudæi, quæ bona priùs poſſederant à gentibus Chriſtiano ritu imbutis, ac nomine diuinitùs honoratis, quà per prouincias, quà per orbis, cœlíque plagas diſperſi exuléſque diuagantur, poſſideri vident, & inuident. Denique vt hunc locum de inuidia Iudæorũ abſoluamus cum teſtimoniis diuinæ ſcripturæ. Egregiè S. Hieron. hoc de argumento ſic diſſerit: *Synagoga non claudicat, ſed vtroque truncata eſt pede: quæ quia non recipit Chriſtum, oculos dolet, & cum Lia lippeſcit, & non amatur à Iacob; & Rachel ſuccedente negligitur:* in 3. Sophon. Truncantur præ inuidia Iudæi vtroque pede, cùm vident Chriſtianos vtroque ſuccedentes recto per latam mandatorum Dei viam, atque in Dei Regiam confidenter, ſanctéque ingredientes.

Sophon. 3.

D. Hier.

Inuident Iudæi Chriſtianis felicitatem.

D. Hier. Iudæis abiectis gentiles à Deo recepti.

15. Dolent oculos Iudæi, anguntur miſeri cùm lippis cernunt oculis quàm pulchri ſint, quàm acuti Chriſtianorum oculi, qui ſub ſcandalo Crucis Dei virtutem, gloriámque ſpeculantur: abiecti à Chriſto Domino vero illorum Meſſia expelluntur Iudæi: at gentes ad Chriſtum conuerſas à Deo recipi, atque admirabili virtutum omnium pulchritudine vident adornari. Satis hæc fuerint hoc loco contra iſtud monſtrum inuidiæ, quo inter homines vti nullum eſt pernicioſius, ita nec eſt fœcundius: pullulat vbique inuidia malis fœta fructibus vitiorum: ſola verò immunis eſt ab hoc maledicto ſemine illa tantum regio, in qua cum magno diſcrimine meritorum vnanimis tamen regnat concordia caritatis; in cœlo, nimirum. *Vbi* (inquit S. Auguſt.) *nulla eſt inuidentia, concors eſt differentia.* lib. de virg. cap. 29. Videt ibi cœleſti adornatam polymitâ, niueóque integritatis fulgore collucentem virginum chorum, reliqua cœlitum multitudo, quæ non tanto ſplendet lumine; at non inuidet, non odit Ioſephum, non de patre conqueritur; quare idem Auguſtinus beatas in cœlo virgines alloquens adiungit: *Videbit vos cætera multitudo fidelium; quæ agnum ad hoc ſequi non poteſt, videbit, nec inuidebit: & collætando vobis, quod in ſe non habet, habebit in vobis.* ibidem.

Fœta vitiis inuidia pullulat.

D. Aug. In cœlo caritas regnat, abeſt inuidia.

Choro virginum cæteri collætantur in cœlo.

16. Hanc vniuſcuiuſque beatorum de alterius ſublimiore felicitate lætitiam, maximè omnes beatæ animæ de incomparabili gloria Beatiſſimæ Virginis matris Dei feſtiuiſſimè applaudentes, oſtendunt. Cùm enim Virgo mater referat: *Introduxit me Rex in cellaria ſua.* Cant. 1. ſcilicet in promptuarium omnium gratiarum, ex quo exiui gratiâ plena; in theſauros ipſos diuinitatis, vnde prodij mater Dei. *Quis enim* (declarat hoc loco Rupertus) *verbum ſuum, quod erat, & eſt in corde ſuo, mihi totum infudit: quomodo non etiam cum illo mihi omnia donauit.* Hanc Virginis Deiparæ ſupereminentem dignitatem contemplantes animæ non modò non inuiderunt, ſed mirum in modum Virgini cõgratulantes præ lætitia triumphatunt. *Exultabimus, & lætabimur in te memores vberum tuorum.* Cant. 1. Legunt apud Theodor. Græci Patres. *Exultemus, & lætemur in te; amabimus vbera tua. Rectitudo dilexit te,* &c. Hoc ipſum Virgini matri applaudentes dicunt omnes animæ iuſtæ: *Exultabimus, & lætabimur in te,* (inquit Rupert.) *& cantabimus dicentes: quia Eua nos fecit plorare, Maria nos fecit exultare.* ibidem.

Cant. 1.

B. Maria in theſauros Diuinitatis introducta.

Rupert.

B. Maria applaudunt animæ inferorum.

Cant. 1.

B. Maria fons gaudiorum.

Rupert.

SECTIO

SECTIO III.

Accidit quoque vt viſum ſomnium referret fratribus ſuis: quæ cauſa maioris odij ſeminarium fuit. Dixítque ad eos: Audite ſomnium meum quod vidi: Putabam nos ligare manipulos in agro: & quaſi conſurgere manipulum meum, & ſtare, veſtróſque manipulos circumſtantes adorare manipulum meum. Reſponderunt fratres eius: Numquid Rex noſter eris? aut ſubiiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo cauſa ſomniorum atque ſermonum, inuidiæ & odij fomitem miniſtrauit. Aliud quoque vidit ſomnium; quod narrans fratribus, ait: Vidi per ſomnium, quaſi ſolem, & lunam, & ſtellas vndecim adorare me. Quod cùm patri ſuo & fratribus retuliſſet, increpauit eum pater ſuus, & dixit: Quid ſibi vult hoc ſomnium quod vidiſti? num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram? Inuidebant ei igitur fratres ſui: pater verò rem tacitus conſiderabat.

1. QValis quiſque noſtrum eſt, tales profectò & alios eſſe iudicat; Nam ex ſe ipſo vnuſquiſque alios dimetitur. Quod in Ioſeph iuſto & C inocente perſpectum hoc loco eſt: nec enim iratos ſibi fratrum animos vel leuiter potuit ſuſpicari. Ardebant in præcordiis fratrum odia in Ioſeph, & licèt ſæpiùs forâs erumpentia ſeſe oſtenderent ſignis, & verbis, tamen conceptum de intentanda nece fratris flagitium alto ſilentio tegebant, oppurtuno (quod ſperabant) tẽpore perpetrandum. Quamquam Philo Hebræus arbitrari videtur, odium fratrum dolo conditum, atque in tempus dilatum nullo ſatis euidenti ſigno exteriùs prodiiſſe: Ait enim: *Fratres tanto odio Ioſephum proſequebantur, quanto pater beneuolentiâ; tegentes tamen id, & diſpenſantes in tempus aliud: Vnde magis augebatur in dies. Nam affectus qui premuntur, ne per verba aſpirent, grauiores redduntur.* lib. de Ioſeph. D Celabant quidem ſub pectore odium in fratrem opportunè aliquando expromendum, quod in dies quotidie augebatur, tum ob quotidianas occaſiones, quas exulcerati animi auidè captabant, tum etiam, quia cùm non auderent illud per externa ſigna oſtendere, palámque efferre (communicata ſiquidem paſſio, vt plurimum deferueſcit, ac mitigatur) ob reuerentiam, metúmque patri debitum; vti ſuppreſſus violenter ignis accendi vehementiùs ſolet, acerbiùs multò, ac truculentiùs reddebatur. Cæterùm quia nec flamma diutius preſſa poteſt interdum non erompere, ſaltémque emicare, nec odium animo tectum aliquando in aliquod externum ſignum prodire non poteſt, maximè vbi iugiter ſeſe offert odij, E inuidiæque materia; profectò ſi puer aut callidior, aut minus innocens, ſanctúſque foret emicantem odiorum flammam perſpiciens, certò deliteſcens in cordibus malum deprehenderet. Sed qui de fratribus odium ſuſpicaretur, cui vel ipſum nomen diſcordiæ ignotum erat? *Ergo ille* (inquit Philo Hebr.) *innocenter ſimplex non intelligens domeſticas fratrum inimicitias viſo ſomno non territo, vt amicis adaperuit* lib. de Ioſeph.

Phil. Hebr. — *Odiũ animo conceptum diu latere non poteſt.* — *Phil. Hebr.*

2. *Audite ſomnium meum.*] Duo ſomnia eandem ſignificantia, quæ ſibi dormienti occurrerant, ſuis fratribus narrauit Ioſeph. Et primum quidem ſic habebat: Poſt demeſſam in agro ſegetem, collectis iam & ligatis ad aream manipulis, ecce tibi manipulus, quem collegerat, ligarátque Ioſeph, erectus in medio agro ſtare videbatur: dein manipuli, quos legerant fratres circumcirca procumbere venerantes manipulum Ioſeph. Alterum hoc modo contigit: deſcendere de cœlo ſol, ac luna, vndecímque ſydera; & ab illis adorari Ioſeph viſebatur. Vtroque autem ſomnio ſignificabatur poteſtas regia, quam poſt aliquos annos Ioſeph Ægyptum gubernans, eſſet habiturus, ob quam Iacob, & filij, vt infrà videbitur, eſſent veneraturi. Auditis igitur ſomniis B incredibile dictu eſt, quantis odiorum flammis exarſerint fratres aduerſus Ioſephum: haud dubiè ſiquidem collegerunt, de regno ſomnium eſſe, quod intolerandum illis videbatur; vt ſcilicet à filio Rachelis & minimo ipſorum fratrum tanto excederentur honore, atque vti à domino, Regéque iuberi, coërcerique poſſent. Erat quidem tantus honor fratris à fratribus, & magni æſtimandus, & plurimùm celebrandus, qui certè omnibus communis eſſet fratribus. *Sed tamen fratres* (vt ſcribit Ioſephus) *valde contriſtauit illud præſagium, haud aliter ſanè, quàm ſi alieno cuipiam hæc felicitas prætenderetur; ac non fratri; cum quo pariter omnibus fortunis frui poſſent, tam felicitatis, quàm generis ſocij.* lib. 2. antiq. cap. 2. Et quidem C hæc ſomnia diuinitùs facta ſunt, non autem caſu, vt vana ſunt, & ridicula noſtri cerebri inſomnia. *Deus enim* (inquit Procop.) *ad virtutem capeſſendam Ioſephum prouocans futura ſplendorem dignitatis prædicit, qua re magis lætari decebat fratres. Non enim Deus iniuſtè erat facturus, quòd ipſum erat honoraturus. Verùm cùm illi fratrem odio ſe inſectari putarent, etiam Deum ipſum odio proſecuti ſunt. Nam frater ſomnij cauſa non erat: Deus illud autem obiecerat.* Itaque, neque ſomnium, neque per ſomnium ſignificata felicitas iuſta cauſa erat odio proſequendi fratrem. Nam vtrumque à Deo in honorem Ioſeph, eiúſque patris, ac fratrum pro grandi beneficio donabatur. Deinde, qui hominem propter aliquod eminens Dei donum inuidus odio D inſectatur, Deum potiùs, quàm hominem odit. Prætereà quàm ſit non modò iniuſtum, ſed etiam ſtultum, ac ridiculum propter inſomnia iſtud odium fratrum ita conuincit Procop. *Si veritatem prædicit, quomodo vos opprimetis? ſin autem mentitur, & non ſomnium, ſed figmentum narrat; quid inuidetis ob rem vacuam.*

Odium ex ſomniorum felicitate — Ioſeph. *Male frater fratri felicitatem inuidet.* — Procop. — *Deum odit qui hominis felicitatem inuidet.* — Procop.

3. Porrò autem quòd Ioſeph narrauerit fratribus ſomnia futuræ ſuæ dignitatis, non proinde culpandus erit, quippe cùm puer ex quadam pura, & innocenti ſimplicitate referret inſomnia. Deinde ſicut illa ſomnia fuerunt Ioſepho diuinitùs iniecta, ſic ad ea narranda diuinitùs inſtinctum, atque incitatum credere fas eſt; vt nimirum tam mirabilis exaltatio Ioſeph ſuper E fratres, & parentes, à Deo prædeſtinata, & perfecta eſſe intelligeretur, vt quæ multo antè fuiſſet per huiuſmodi ſomnia mirabiliter præſignata, & prænunciata. Verùm enim verò S. Bernard. tractans hunc eundem locum arbitratur, aut non peccaſſe Ioſeph narrando ſomnia, aut ſi peccauit, leue quidem fuiſſe peccatum; quod ſubinde tantis eius virtutibus obſcuratum, & calamitatibus expiatum fuerit. Ita verò ſcribit: *Ioſeph cùm præuidiſſet exaltationem ſuam, non tamen præſciuit ſui venditionem, quamuis propior eſſet venditio,*

D. Bern.

quam

quam exaltatio. Non quod tantum Patriarcham inſuperbiam crediderim incidiſſe, ſed vt eius exēplo pateat, quod hi qui futura prauident per ſpiritum propheticum, etſi non omnia, non ideò tamen putandi ſunt nulla præuidiſſe. tract.de grad.humil. in grad.1. Non ſemper quidem Prophetis ad omnia præſtò erat ſpiritus prophetiæ; Nam & Dauid, quo nullus Prophetarum aut acutiùs, clariuſque diuina myſteria, aut plura in futurum, & inſigniora cantando prædixit; non tamen peccatum ſuum, nec ſuæ familiæ tam luctuoſam tragœdiam præſciuit, vt iam alibi obſeruauimus. Et Hieremias etiam tantus Propheta, quòd tamen ab aduerſariis dolo eſſet vinciendus, mittendúſque in carcerem, non antè reuelatum accepit. *Et ego* (inquit) *quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui, quia ſuper me cogitauerunt conſilia.* Hier.11. Quod quidem fuit etiam prophetia de Christi innocentia, non autem ignorantia. Hanc enim non habuit Dominus futuræ ſuæ paſſionis, quam priùs diſcipulis prædixerat; ſed habuit tamen ignorantiam peccati; hoc eſt, & non cognoui peccatum aliquod in me, cuius ergò Iudæi & me odiſſent, & Cruci affixiſſent, vti declarat ſanctus Hieronym.

Prophetis non in omnibus erat ſpiritus prophetiæ.

Hierem.11. *Chriſtus innocens abſque peccato paſſus.*

4. Hinc edocemnt, quàm ſint cautè conſeruanda Dei dona, quanto ſilentio debeant occultari; quando & Ioſeph innocens quadam ſimplicitate, atque diuino impulſu, non iam acceptam à Deo dignitatem, ſed merum adhuc illius futuræ ioſomnium fratribus referens in odium illorum incurrerit, & extremum capitis adierit periculum. Sanctus eſſe nemo poteſt, qoin ſit humilis; & humilitas nihil tam ſtudioſe curat, atque occultare; quod magnum, & clarum habet; contra verò prodere, quicquid in ſe vile obſcurúmque, aut nouit, aut ſuſpicatur. Iccircò ſancti viri dicuntur in ſacris literis libri, in qoibus diuinus ſpiritus & ſua dona, & gratias, & virtutes in hac vita inſcribit: Cæterùm hîc ſunt inuoluti, ne legantur, & in theca humilitatis conditi, ne ſurripiantur: donec in publico mundi theatro, in oculis totius humani generis ab ipſo Deo, vbi nullum iam erit periculum, & explicentur, & legantur. *Libri enim aperti ſunt.* Daniel. 7. habetur. Hinc illud optimè dictum à S. Petro Damiano. *Quorum nunc meritum ab eis per cuſtodiam humilitatis abſconditur, & tanquam volumen Codicis ne legatur, inuoluitur.* epiſtol.3. cap.7. Iccircò Dominus noſtram orationem ſic in abſcondito fieri commendat, vt ſolis Dei pateat oculis. *Cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito.* Matth.6. Ne ſcilicet, viſa, & audita periclitetur oratio ab inſidiatrice vana gloria ſubitò Intercepta; imò & à nobis ipſis, qui oramus, vt cauta, & tuta ſit, neceſſe eſt occultetur. Sic enim interpretatur S.Hieron. *Mihi videtur hoc magis eſſe præceptum: vt incluſa pectoris cogitatione, labiiſque compreſſis oremus Dominum: quod & Annam feciſſe legimus: Labia eius tantùm mouebantur, & vox illius non audiebatur,* 1.*Reg.* 1. ibidē. Etiam Dominus iuſtitiam noſtram fieri prohibet coram hominibus, & eleemoſynam ſic in abſcondito donari; *Vt neſciat* (inquit) *ſiniſtra tua quid faciat dextera tua.* Matth. 6. *Nimirum edocemur* (declarat S.Hilar.) *vt in Dei ſcientia opera noſtra conſiſtant: cùm ſub nuncupatione membrorum in his quæ geramus, eorum qui noſtra ſunt, atque nobiſcum ſunt, conſcientia arceatur.* Can.4.in Matth.

Occultanda Dei dona.

Humilis tegit virtutes, vitia prodit ſua.

Sancti ſunt libri ab ipſo Deo inſcripti.

Dan.9.

D.Petr.Da.

Matth.6.

D.Hier.

Virtutis opera humiliter occultanda.

Matth.6.

D.Hilar.

5. Facit quidem humilis opera iuſtitiæ, & miſericordiæ, ſed ea vbi primum facta, ſic obliuiſcitur, ac ſi nunquam feciſſet. Habet quidem tuus animam oultis, magniſque plenam meritis, ſed habere ſe neſcit; nec illius cōſcientiam propria virtus intrat, quam ſola vel naturæ, vel moris vitia, & patrata flagitia occupant, vt humilient, vt contriſtent, vt diſcrucient. Eſt enim verè humilis, vti cæcus ad perſpicienda, quæ peperit merita, & dona Dei, quæ accepit: ſic ad demerita, quæ perperam collegit, & ſcelera, quæ commiſit, planè acutus, ac lynceus. Cæterum ea ſolet ipſa Dei prouidentia eſſe pro honorandis iis, qui ſe humiliant, vt illorum vitia celari curet, qui ſuas ſub humilitatis velamine virtutes occoltant. Moyſem nec mori, nec iam mortuum, imò nec ſepulchrum quidem illius, vel vnus mortalium vidit, vt ex Deuteron.34. conſtat. Profectò quia dum Moyſes viueret, ſuam diuino fulgore ſplendentem, ne intuentium oculos, animóſque in admirationem conuerteret, occultare ſolitus eſt; noluit Dominus vri faciem morientis triſti pallore infectam, & mortui ſubinde deformem, ac funeſtam videret, ſepultique graueolentiam ſentiret vllus mortalium. Deinde illum, qui ſua humilis detegit vitia; & quàm ſit vilis, abiectúſque, diuino conſpectui repræſentat, ſcirique, ac videri ab hominibus contendit; vel certè non veretur, non refugit, ipſe Dominus, & occultat, & exornat. Quod quidem pater ille Deum ſignificans, in prodigo, & luxurioſo filio demonſtrauit. Tactus nimirum conſcientiâ ſuorum ſcelerū adoleſcens, ac ſuam illam tot per annos exercitam turpitudinem, aliquando tandem pertæſos dixit: *Surgam, & ibo ad patrem meum.* Sed heus tu infelix, ac perdite iooenis, quo nam iſto habitu audes ad patrem tuum ire, ſiccine lacerâ, detritáque veſte ſeminudus, macie confectus, ſqualore, illuuiéque deformis in patris tui oculis, in conſpectu ſeruorum, totiúſque familiæ, ac viciniæ, in ſummum tui generis dedecus, & infamiam vt appareas ooſi te pudet? Planè peccatorem non pudet iſtius vilitatis, quia conuerſum pœnitet tranſactæ iam improbitatis. Quid igitur pater filio redeunti, quid pœnitenti homini, quid tam humili peccatori Deus faciet? ſcilicet; vidit à longè venientem, accurrit, cecidit ſuper collum eius: ne tam turpi facie, habitúque miſer alienis pateret oculis intra brachia patris, in ſinu, pallióque obtegitur. Deinde ad ſeruos, qui fortè ad inſperatum filij aduentum concurrebant: *citò* (ait) *proferte ſtolam primam*, &c. Luc. 15. Hac ſcilicet occaſione famulos abire iubet, interímque ſeminudum, ac deformem complexibus obſtringit, atque operit, ne filij tam indecens habitus à quolibet alio, quàm à patre videretur. Quare optimè animaduertit S.Petr.Chryſolog. *Hinc eſt, quod à ſeruis ante veſtiri voluit, quam videri, vt ſoli patri nota eſſet nuditas.* ſerm.3. Filius enim, etſi prodigus, etſi perditus, macie confectus, fœdóque habitu porcarius; at patri, quia rediit, quia reſipuit, quia fleuit, quia patrem inclamauit; & dulcis, & charus, & pulcher, gratúſque eſt; qui quidem aliorum oculis, ſi vt erat, appareret, & riſui eſſet & ludibrio haberetur.

Humilis ſua neſcit merita.

Humilis ad ſua vitia lynceus.

Moyſis mors quare occulta.

Luc.15. *Filij prodigi ad patrem reditus.*

Deus vitia tegit ac delet humilis.

Luc.15. *Mirus Dei affectus erga pœnitentes.*

S Petrus Chryſol.

Deus honori pœnitentis conſulit.

6. Hinc etiam inſtruimur, quanta ſint in honoribus, & dignitatibus pericula, quorum vel mera inſomnia, tot, támque luctuoſas excitarunt tragœdias. Nuſqnam tuta fides, nuſquam ſecura concordia, nec fidus etiam fratrum amor, vbi alios alium præcellit, vbi alius alio ſuperior eminet. Mittit Dominus Samuelem vti vnum ex filiis Iſai ſacro oleo vngat In Regem Iſraël; at non Dauidem nominat. *Nimirum* (reſpondet S. Chryſ.) *ne idem Dauidi accideret, quod Ioſephe priùs*

Honores & dignitates periculis plena.

D.Chryſ.

acciderat: quemadmodum enim illius fratres cùm eum regem ſuum fore intellexiſſent, inſidias ipſi inſtruxerunt, ac bellum intulerunt. Eodem modo periculum erat, ne iſti quoque idem facinus perpetrarent. Itaque ignoratio eum à periculo vindicauit. homil. 1. in Pſalm. 50. Enimverò cùm Dominus miſit Samuelem ad vngendum vnum ex filiis Iſai, non ei reuelauit, quis nam eorum eſſet vngendus, vt euidenter conſtat ex ſacris literis. *Ignorantia vero* (inquit Theodoret.) *diuinam reuelauit ſententiam: ſi enim ad Dauidem rectà eſſet profectus, veniſſet in ſuſpicionem, quod hoc feciſſet ex aliqua ſubornatione.* quæſt. 37. in 1. Reg. Quàm igitur cautè omnia Deus ipſe diſpoſuerit, ne fratribus vlla daretur occaſio inuidiæ, odiíque in Dauidem: apertum eſt ex iis, quæ Theodoret. & D. Chryſ. ſubnotarunt, maximè verò, quia in quolibet filiorum, qui ab Iſai præſentabatur, dicebat Propheta, non hunc elegit Dominus: vbi verò adductus eſt omnium minimus Dauid, ait Dominus: *Surge, vnge eum, ipſe eſt enim.* 1. Reg. 16. At hæc vox clarè audiebatur ab omnibus, quod magis placuit Abulenſi, vt ſcilicet alij fratres probè intelligerent, non ſe fuiſſe à Samuele reiectos propter aliquam erga Dauidem, quem adhuc ſupereſſe in choro filiorum Iſai prorſus ignorabat, propenſionem, reſpectúmve alium; ſed ab ipſo Deo non electos, qui ſolum omnium natu minimum, quia ſic voluit, elegiſſet.

Inuidia inter fratres.

Theodor.

Cautè prudentérque acta Dauidis electio.

1. Reg. 16.

7. Hinc illud adiungit Theodoret. *quoniam venit ad primum, ad ſecundum, ad tertium, & deinceps ad ſeptimum, cognouerunt quod Deus eſſet, qui hos quidem ſecerneret, illum vero eligeret.* Voluit Dominus, vt fratres certò cognoſcerent electionem illam pueri Dauid ab ipſo fuiſſe Deo factam non verò à Samuele, qui vti homo errare poſſet. At quorſum iſthæc? nimirum ad vitandam fratrum inuidiam. *Nam cùm etiam* (concludit) *ſic factâ electione aperuerunt fratres ſuam inuidiam, fratrem conſpicati in acie: quid non feciſſent, ſi non factum eſſet hoc modo.* Hæc Theodor. Ac proptereà non remotis arbitris in abdito, ſed (vti habet textus) *vnxit eũ in medio fratrum ſuorum.* 1. Reg. 16. Qui ſcilicet, omnes manifeſtò perceperunt Dei vocem: *ſurge, vnge eum, ipſe eſt enim:* videruntque ſuis oculis diuinam eſſe fratris ſui electionem, in qua nullius poſſit erroris timeri ſuſpicio: nec proinde quiuis homo (niſi lapis, aut ſtipes foret) inuideret ei, quem euidenter sciret à Deo cæteris præpoſitum. Quod ſi nihilominùs poſt hanc diuinitùs comprobatã electionem, etſi non multum, aliquâ tamen ratione tacti liuore Dauidem poſteà conuiciati leguntur: quas quæſo tragœdias non excitaſſent ſi factam dolo, & in obſcuro electionem illam audiſſent? Eadem ferè eſt explicatio Procopij ad hunc modum: *Si ſtatim ad Dauidem porrexiſſet, ex anticipata quadam opinione, vel præſumptione hoc fecere videretur. Cùm verò ad omnes veniſſet, oſtendit Dominus reliquis reiectis Dauidem elegiſſe. Si verò hæc cùm facta ſint, fratres nihilominùs Dauidem videntes in caſtris inuidiam oſtenderunt; quid ſi hæc facta eſſent, non erant facturi?* in 1. Reg.

Theodor.

Procop.

8. Inuidiæ, odiíque, & magnarum calamitatum ſcopus eſt ipſamet eminens inter homines dignitas: exulcerat animos, acuit linguas, incendit oculos, corda, ſenſúſque armat eximius in quoquã alio, quàm in nobis, honor. Hoſtem ducimus, vt hoſtem inſectamur, quem nobis honore prælatum videmus: O quàm graues contra ſe ipſum procellas excitat ipſe, vbi primùm ſeſe extulerit, honor? Hoc ſcilicet nomine appellandum duxit Nazianz. Epiſcopatum, quem ſubterfugiebat. *Præſentia* (inquiens) *tempeſtatis inſtar exiſtimabam,* &c. Atque vt huiuſmodi procellam declinaret, nullas non aut eremi, aut cœnobij latebras perquirebat, vti adiungit. *At rupem aliquam, aut præruptum quendam locum, aut exiguum murum conquirebam, quibus obtegi poſſem.* orat. 5. O dedecus! ô labem! o inſaniam mortalium noſtri temporis! Non vti Chryſoſtomi, non Nazianzeni, non Ambroſij, non Gregorij, non Auguſtini refugiunt, declinant, timéntque dignitatum procellas, non ſeſe in tenebras abdunt, non in latebris ſe ſepeliunt, vt videri ab hominibus, vt anteponi, vt præfici, vt efferri ad honores non poſſint, ſed miſeri, virtutum, & doctrinarum præſidio deſtituti, audent tamen præcipiti quadam temeritate, ac cæco impetu dignitates ambire, quas illi ſi ſaperẽt, vel oblatas reſpuere, vel etiam per vim intruſas defugere potiùs deberent. Deſudant ſtulti pro acquirendis animæ periculis, elucrantur immenſo labore ſalutis æternæ diſpendia.

Inuidiæ, odiorúmque ſcopus eminens honor.

Nazianz.

Fugiendus honor.

Stulta dignitatum ambitio.

9. Rectè S. Cyprian. de ambitione huiuſmodi non minùs periculoſa quàm probroſa in hunc modum diſſerit. *Ambitionis ſalſugo bibulam animam occupat, vt per fas, & nefas ad loca ſuperiora, etiam de latebris eremi nonnulli ſe ingerant,* &c. Pulchrè dicit ſalſuginem: etenim ambitio ſic eſt animæ pernicioſa, vt illam quodam velut humore ſalſo reddat omninò infœcundam; vt nullum in ea pullulet germen virtutis: at curarum, ſolicitudinum, timorum, mœrorúmque perenniter ebulliãt amaritudines. De latebris (ô pudor!) eremi, de clauſtris religionum, quò ſeſe homines à ſeculi vanitate transfugientes receperant, in eandem rurſus euoluti, toto affectu ambiũt eminere, præeſſe, dominari, ac verè dicam ſuperbi in magnum ſcilicet dedecus Crucis & ignominiam Domini ſui crucifixi, cuius ſe obſequio manciparant. *Et de omni gradu* (adiungit idem) *vbi aliquis aditus patet, anheli prodeant, diſcurrant ad iudices, blandiantur mediatoribus, conducunt auxiliarios, & modis omnibus elaborent, vt ſedeant cum principibus,* &c. Præſint videlicet in cathedris, Epiſcopi creentur, ac de humilibus religionum ædibus in regia planè transmigrent palatia. Sed quid inde lucri? Reſpõdet ergo ſanctiſſimus martyr: *Eo queſtu, vt maledicat Deus, quod ipſi benedixerint; & benedicat, quod ipſi maledixerint.* in prolog. lib de operib. Chriſti. Digna illorum ambitione hæc pœna ſuccedit, vt infeliciter præſint, infauſtè regant, irreligioſe viuant, non ſanctè moriantur.

D. Cyprian.

Pudor eſt religioſum ambire honores.

S. Cyprian.

Ambitio epiſcopatus.

Vbi regnat ambitio, & vita & mors periculoſa eſt.

S. Cyprian.

10. *Inuidebant ei fratres ſui.*] Quis nam quæſo dignè queat inuidiæ malum explicare? Bonorum abundantia, & inſignis proſperitas aliorum etiam cognatorum, etiam fratrum creat aduerſus eos inuidiam; & cùm odij cauſa ſit malum; inuidiæ cauſa ob prauam ſcilicet, inuidentis affectionem eſt ipſum bonum: deinde nullo definitur termino inuidia, ſed perſimilis oculorũ vitioſæ (ophthalmia dicitur à Græcis) affectioni, vti hæc rebus omnibus lucentibus omniúmque ſplendidis offenditur, ac læditur; ſic inuidia rebus omnibus aliorum bonis, ac proſperis grauiter admodũ exacerbatur, ac tabeſcit. Quid quòd tantum hoc malũ ſolos inter homines inuenitur; nec enim bruta vel brutis, vel hominibus, nec illis iſti inuident. Solum in homine de hominis bono ignéſcit inuidia. Et quidem alia, quæ mala vel grauiſſima putantur, aliquando ita cohoneſtantur, vt iuſtè ſanctèque ab hominibus exerceri conſueuerint. Sic odiſſe, rapere, occidere iuſtum non ſemel,

Odij cauſa malum, inuidiæ bonum eſt.

Solùm inter homines inuidia reperitur.

&

& ſanctum eſt, quod quidem ritè bello iuſto efficitur, & publica exercet Reipub. iuſtitia. At inuidia nullo vnquam in euentu iuſtè ſuſcipitur: nulla inuidiæ debita occaſio, cauſáque iuſta: vtique malum nullo ſucceſſu laudabile, nullâ circunſtantia cohoneſtandum, nullâ ratione tolerandum. Quæ maior eſſe, aut cogitari poteſt improbitas, & malitia, quam quæ ineſt inuidiæ; vt de bono alterius naſcatur; tantóque magis accreſcat, quantò vel bonitas, vel proſperitas accreſcit aliena. vt vulgò iam inuidioſum eſſe, ac talem, vt ei a multis inuideatur, laudabile ducatur, & glorioſum? Quare illud Themiſtoclis dictum celebratur, qui quidem dicebat, *ſe cùm eſſet adoleſcens, nullum egregium facinus, & præclarum feciſſe, eo quod ſibi tunc nemo inuidiſſet.*

Inuidia nullo euentu laudabilis.

Inuideri laudabile eſt.

11. Quid plura? Venenum eſt inuidia, quo aliorum bona malignè ſuperfuſa inficiuntur, ac tabeſcunt: atque ex floribus, è quibus apicula fauos conficit; inuidus inſtar araneæ venenum effingit. Quid quæſo execrabilius? *Alienas iacturas* (inquit S.Chryſoſt.) *ſuos quæſtus exiſtimat inuidus; & aliorum felicitatem miſeriam ſuam arbitratur.* homil. 41. in Matth. Sint licèt virtutes ſole ipſo illuſtriores, ſint licèt bona, vel naturæ, vel moris in proximo, quæ negari, occultaríque nullo modo poſſint. Ea tamen eſt ingenij malignitas in inuido, vt de illis etiam, & quærat, & nouerit venenum conſtruere. An non fratres Ioſeph innocentem, ſanctúmque puerum apud patrem (vti vidimus ex alia Hebræorum lectione) crimine peſſimo accuſarunt. Sed fruſtrà tamen, quippe prudens Iacob contra innocentem inſurgentibus inuidis, ac maleuolis habendam fidem non cenſuit. Magna quidem illa fuit Ageſilai laus, quam etiam Chriſtiani principes imitari cõſtanter debuiſſent. Nimirum cùm a quopiam delatore alterius erratum, crimenúe acciperet, primum omnium diligentiſſimè vitam ac mores delatoris inquirebat; quòd ſi male moratum hominem, ac ſceleſtum deprehendebat, non amplius procedẽs mendacium, & iniquam reputabat calumniam: ſcribit Plutarch. in moral. Proprium eſt enim perditæ vitæ hominibus, & inuidere bonis, & bonos calumniis, odiiſq; inſectari. Hinc illa S.Gregorij celebratur ſententia: *Cùm perſona per contrarietatem diſplicet, nec recta, quæ protulerit placent.* 9. Moral. O ſi huiuſmodi à prælatis, à principibus, à patribus familias norma obſeruaretur, ne ſtatim libenter darẽt aures, fidémque haberent delatoribus, vti Euangeliſtis; nec credulâ mente ſuſciperent, infixaſque tenerent delatorum calumnias, vti Euangelia; ſed ante omnia ſedulò diſquirerent, quis detulerit, quæ vita hominis, qui mores; num perditè viuens pium, & ſanctè agentem oderit, incuſarit, atque, vt ſibi diſſimilem, & ſuæ vitæ tacitum accuſatorem, hoſtémque prorſus euertere, aut certè oſtendere impoſtorem contenderit.

D.Chryſ.

Summa inuidiæ malignitas.

Delatori malè morato non credendum.

Plutarch.

Mali habẽtur ab inuidis bonis, & D.Greg.

...mendũ de vita delatoris, antequam audiatur.

12. Denique (vt hunc locum de inuidia concludamus) & vitæ, & animæ inuidentis grauiſſimè nocet hoc malum. Enim verò *inuidia* (inquit D.Gregor.Nazianz.) *tabes poſſeſſorum, virus, ac rubigo eorum, qui eâ agitantur; ſola ex omnibus animi perturbationibus æquiſſima ſimul, & iniquiſſima.* orat. ad eos qui ipſum, &c. Iniuſta eſt inuidia, quæ bono, optimam quidem mundi portionem, odit, atque inſectatur. Iuſta verò quæ ipſummet inuidum dignè caſtigat, nec aliunde ſatellites accerſit, cùm ipſamet domini ſui tormentum ſit, & carnificina. Quam verò exitialis animæ peſtis

D.Gregor. Naz.

Inuidia iniuſtè alios, iuſtè inuidũ ipſum iniectatur.

A inuidia ſit, ita ex S. Gregor. accipe: *Nihil lætum de propriis inuenit, quia tabeſcentem mentem ſua pœna ſauciat, quam felicitas torquet aliena: quantóque extranei operis altius fabrica tollitur, tantò fundamentum mentis liuida profundiùs ſuffoditur: vt quo alij ad meliora aſcendunt, eò ipſo deteriùs illa ruat. quia ruina videlicet, etiam illud deſtruitur quod ea aliis actibus, perfecto opere ſurrexiſſe putabatur.* Vbi enim ſæuit inuidia, nulla ſtare ſimul poteſt virtus: hac peſte omnia quæ cenſebantur bona moraliter opera, ſic tabeſcunt, & pereunt, vt nihil boni, aut etiam meriti in anima inuidi relinquatur. *Nam inuidia* (adiungit) *cùm mentem tabefecerit, cunctaque inuenerit bene geſta conſumit. Vnde benè per Salomonem dicitur: vita carnium, ſanitas cor-*

S.Greg. Papa.

Peſtis omnium bonorum inuidia.

B *dis, putredo oſſium inuidia.* Prouerb. 14. Nec mirum, quia virtutum vita eſt caritas, at peſtis, & interitus caritatis eſt inuidia; & conſequenter afflatæ virtutes contagio inuidiæ prorſus emoriuntur. Sed quid eſt, quòd putredo oſſium dicitur? reſpondet idem Gregor. *Rectè profectò inuidia dicitur putredo oſſium quia per liuoris vitium ante Dei oculos pereunt etiam fortia acta virtutum. Oſſa quippe per inuidiam putreſcere eſt quædam etiam in actibus virium robuſta perire.* lib. 5. moral. ad verba Iob. *Paruulum occidit inuidia.*

Prouer 14.

Pereunt inuidiæ contagio virtutes. D.Greg.

13. *Increpauit eum pater.*] Illuſtrius multò fuit ſomnium ſecundum, in quo ſe vidit, & patri narrauit à ſole ipſo, lunáque, & vndecim ſtellis è cœlo cadentibus adorari: Fortè pater timuit filium maligno aliquo ſpectro illuſum: aut ſaltem C ridiculum, vanúmque ratus (vti ſunt vt plurimum inſomnia dormientium) filium ab illa cogitatione, ac narratione voluit deterrere, ne videlicet fratrum (quorum animos iam nouerat malè affectos) vehementiùs illo quaſi flabello inuidiam inflammaret. Monſtrat igitur ſenex puero vanum illud fuiſſe inſomnium, quippe in quo valdè repugnantia, & prorſus impoſſibilia iungerentur; Nam cum ſole patrem, & luna matrem, ſtelliſque fratres ſignificari probè intelligeret; tum deinde vanam, & impoſſibilem dici adorationem contendit. Num ego & mater tua adorabimus te? ac ſi dicat: Non vides quàm vanum ſit ſomnium tuum? Quis credat me patrem D tuum, ſole ſignificatum (vt putas) matrem tuam lunâ indicatam te vnquam adoraturos? Quid inanius, quid etiam à veritate alienius, quàm vt Rachel mater tua, quæ iam pridem ſepulta eſt, ab inferis excitetur, reſumptóque corpore te ſuum adoret filium: Nititur itaque Iacob confutare inſomnia, vanáque demonſtrare, ne Ioſeph iuueniliter exultet gloriabundus: & ne fratres ſignificatam ſomnio dignitatem inuidentes puero inſidias moliantur. Sed quo nam pacto verum hoc ſomnium eſſe poteſt? Planè hoc ſolum videtur ſignificari per ſomnium, ſcilicet Ioſephum ad tantam dignitatem aliquando euehendum, vt à patre, & matre illi ciuilis adoratio deberetur. Nam ſi pater, & mater ad illum ignoE tum veniſſent in Ægyptum, eodem prorſus modo, iuxtà datam à Pharaone legem, quo fratres ipſum ignotum adorarunt, fuiſſent adoraturi. Hæc vera ſomnij videtur interpretatio. Cæterùm S.Auguſt. ſub iſta litera, quæ omninò Ioſeph accommodari non poteſt; prophetiam intelligit in Chriſto Domino, cuius ille typum gerebat, euidenter impletam. *Hoc* (inquit) *in illo Ioſeph impleri non potuit, quia iam mater ipſius de hac luce migrauerat: In noſtro verò Ioſeph, id eſt, Domino IESV Chriſto ſomnij illius ſacramenta completa ſunt.*

Somnij Ioſeph explicatio.

D.Aug.

In Chriſto completum eſt ſomnij Ioſeph ſacramentum.

Ioſeph ſole, B. Maria lunâ, ſtellis Apoſtoli ſignificantur.

14. Itaque prophetia eſt de Chriſto Domino, & in eo completa fuit, quando à Virgine matre, & à Beato Ioſeph, & ab Apoſtolis adoratus fuit. *Maria enim* (inquit) *quaſi luna, & Beatus Ioſeph quaſi ſol cum vndecim ſtellis, id eſt, beatis Apoſtolis incuruati, & proſtrati ſunt ante eum; & impleta eſt prophetia quæ dixerat. Laudate eum ſol & luna, laudate eum omnes ſtellæ, & lumen.* Pſalm. 148. Hæc S. Aug. ſerm. 81. de tempore. Adiungit autem hoc adimpletum fuiſſe poſt reſurrectionem Domini, ratus videlicet etiam tunc ſuperſtitem fuiſſe Beatum Ioſeph, quem tamen communiot ſanctorum & doctorum tenet ſententia multò antè obiiſſe, cùm ſcilicet Dominus ſe mundo prodere, prædicatéque ſuum Euangelium cœpit mortalibus. At nobis illud ſatis ſit colligere ex D. Auguſt. à ſanctiſſimo Ioſeph per ſolem, à Virgine matre per lunam, ab Apoſtolis per ſtellas ſignificatis verum Ioſeph, id eſt, Chriſtum Dominum, cuius ille typus erat, fuiſſe adoratum. Et quidem Iacob putat ſatis a ſe confutari ſomnia Ioſeph, quòd fieri nequaquam poſſit, aut certè indignum ſit, vt filius à patre, & matre adoretur. Verùm prophetiæ ſpiritum nullus extinguet. Sanctiſſimus Ioſeph, qui pater putabatur, quamuis nõ eſſet, Chriſtum Dominum millies adorauit. At de matre quis hoc ipſum dixerit? Planè hoc eſt miraculum omnium maximè nouum: vt mater ſuum ipſum, quem concepit, quem peperit, quem lactauit filium, verè, ſanctéque adorauerit; qui alius eſſe non poterat adoratione latriæ adorandus, quàm ipſemet Deus.

D. Auguſt.

D. Auguſt.

15. Ergo ancilla Dominum, creatorem creatura, fœmina Deum & adorabat pariter, & lactabat. *Virginem* (inquit S. Lauren. Iuſtin.) *ſupra legem fecerat gratia, ſed ſub lege humilitas.* ſerm. de purificat. Quæ ſublimior gratia apud Deũ, quàm quòd ab illo electa, factáque ſit Dei mater? Et quæ profundior humilitas, quàm quòd ancilla ſit filij ſui mater! *Creauit Dominus nouum ſuper terram:* prædixit Hierem. Quid illud? *Fœmina circundabit virum.* cap. 31. Nimirum (vti declarat S. Hieron.) *abſque viri ſemine, abſque vllo coitu fœmina circundabit virum gremio vteri ſui, qui iuxtà incrementa quidem ætatis per vagitus, & infantiam proficere videbitur ſapientiâ & ætate, ſed perfectus vir in ventre fœmineo ſolitis menſibus continebitur.* Sed illud etiam diligenter expendi debet, quanam ex occaſione hanc de Virginis conceptu intulerit prophetiam: dixerat, videlicet, *Vſquequò deliciis diſſolueris filia vaga? quia creauit Dominus nouum,* &c. ibidem. Senſus eſt, quem elicit idem Hieron. *Vſquequò negligentiâ diſſolueris, & profundo errore vagaberis? Reſpice quid dicturus ſum, & vnde tibi tanta beatitudo expectanda ſit, diligenter attende. Audi quod nunquam ante cognoueras. Nouam rem creauit Dominus,* &c. Perſtringit nimirum Hieremias hominis in carnali voluptate effrænatam licentiam eo maximè argumento, quòd Virgo Deum eſſet conceptura: indignum planè indicans, atque intolerandum in carne hominis flagitium perperrari; quam ſcilicet, Deus in Virgine homo conceptus vnione ad ſuam diuinitatem eſſet nobilitaturus. Itáne verò, vt carnem ſuam quis turpitudinum ſordibus coinquinet, cùm ea planè ſimilis illi ſit, ac germana, quæ diuinitati Verbi hypoſtaticè vnienda eſt.

D. Laurent. Iuſtin. Sublimis gratia profunda humilitas B. Mariæ.

Hierem. 31.

D. Hieron. B. Mariæ virgineus conceptus.

Hierem. 31.

Summè indignum poſt Dei incarnationẽ hominis carnẽ luxuriâ pollui.

Potiſſimum in B. Maria remedium contra carnis tentationes.

16. Ad hæc filiam illam deliciis diſſolutam, & vagâ libidine laſciuientem carpens Propheta vaticinium de Virgine Dei matre ſubintulit: admonens videlicet in beatiſſima Dei matre Virgine potiſſimum à Deo contra carnis concupiſcentiam, & libidinum tentamenta remedium eſſe conſtitutum. *Electa vt ſol,* dicitur Cant. 6. Vti enim ſol nubes, nebuláſque diſſipat, & omnem diſſoluit caliginem: ſic ad Virginis Deiparæ præſentiam (quæ præſtò ſemper adeſt verè ſuppliciter inuocantibus) prauarum cogitationum euaneſcunt tenebræ, atque omnis carnalium tentationum tartarea caligo effugatur. Aptiſſima quidem theriaca, præſentiſſimum contra carnalis concupiſcentiæ venenum ipſa pietas erga Virginem Deiparam eſt medicamentum, nec fere aliud tantopere aduerſarius à nobis auertere, aboleréque contendit, atque pietatem erga Virginem Dei matrem, illiúſque ſuauiſſimi nominis Mariæ inuocationem: Vti olim Aſſyriorum Dux Holofernes expugnationem Bethuliæ aggreſſurus primùm omnium aquæ ductus, vnde in vrbem aqua decurrebat, ſubuertete contendit. Sic enim ſcribitur: *Reperit quod fons, qui influebat aquæ ductum illorum extra Ciuitatem dirigeret, & incidi præcepit aquæ ductum illorum.* Iudith cap. 7. Quis nam iſte fons, & quidem aquæ viuæ, niſi beatiſſima Virgo Dei mater, quæ mundo Deum peperit, in cuius inuocatione refrigerium, vitámque habemus. Hunc nobis incidi aquæ ductum, hunc fontem adimi, hac nos aquâ priuari omni ope nititur aduerſarius, quippe cùm probè nouerit, nec abſque noſtro in Virginem Dei matrem obſequio, & pietate, ſalutem à Deo comparari ſolitam; nec vbi debita interueniunt officia pietatis erga Deiparam, poſſe illam prorſus perire.

Cant. 6.

Pietatem noſtri erga B. Mariam diabolus impugnat.

Iudith 7. B. Maria aquæ ductus.

SECTIO IV.

Cúmque fratres illius in paſcendis gregibus patris morarentur in Sichẽ, dixit ad eum Iſraël: Fratres tui paſcunt oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo reſpondente, Præſto ſum, ait ei: Vade, & vide ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora: & renuncia mihi quid agatur. Miſſus de valle Hebron, venit in Sichem: inuenitque eum vir errantem in agro, & interrogauit quid quæreret. At ille reſpondit: Fratres meos quæro, indica mihi vbi paſcant greges. Dixítque ei vir: Receſſerunt de loco iſto: audiui autem eos dicentes: Eamus in Dothaim. Perrexit ergo Ioſeph poſt fratres ſuos, & inuenit eos in Dothaim.

1. AGgredimur ergò ad expendendam, & noſtris illuſtrandam commentariis hiſtoriã Ioſeph: vnam ex paucis memoratu digniſſimis, quæ vnquam inter gentes contigerunt: Certè in toto Geneſeos opere, nulla vel illuſtrior, vel iucundior, vel (ſi initia, media, extrémſque conſideres) admirabilior. Increparat Iacob filium ſua illa narrantem inſomnia, ne ſi reperetet fratribus, iam inuidiâ exulceratis, grauiora in ſe ipſum odia concitaret. At (vti prudens, & iuſtus erat) ſuſpicans à Deo immiſſa, euentum expectabat. Atque interim domi filium retinuit, vt tempus, quo etiam grauiſſima curantur vulnera; morbo inuidiæ mederetur: nec enim vllus tam acerbè dolor excruciat, quin tempore vim ſuam,

Tẽpore multa curãtur

ſuam, aut prorſus amittat, aut valde imminuat. Quapropter ſcripſit optime S. Bernard. *Dolor continuus, & acerbus, diuturnus eſſe non patitur. Nam ſi non aliunde extinuitur, neceſſe eſt cedat vel ſibi. Enimvero citò aut de remedio conſolationem recipiet, aut de aſſiduitate ſtuporem*. lib. 1. ad Eugen. Conſumuntur omnia, quæ ſub ſole ſunt tempore; ac dolor etiam ipſe quantumuis magnus tempore finitur: imò & odia leniuntur, & irarum æſtus deferueſcunt. Hinc illud Poëtæ Ouid. in Ibin.

D. Bern.

Dolor vehemens diu nō poteſt permanere.

Leniat aut odium tempus, & hora meum.

Quamobrem multæ quoque inimicitiæ, quæ planè hoſtiles, prorſúſque implacabiles videbantur, tempore ipſo euanuerunt: ſublatâ igitur ex mutuo conſpectu odiorum, & ſimultatum occaſione mitigati ſunt animi, qui hoſtiliter anteà deſæuierant. Quin & ipſa inuidia, quæ malorum omnium, & ſeminarium, & incentiuum ſolet eſſe, decurſu temporis, dum exulat ab oculis inuidiæ origo, deleta ex animo ſepelitur. Mira quidem in tempore vis eſt, vtramuis in partem, vel ad mitigandum, vel etiam ad immutandum quemcunque animi, licet admodum perturbati affectum. Quare optimè ſcribit in hanc ſententiam S. Bernard. *Noli nimis credere affectui tuo, qui nunc eſt. Nihil tā fixum animo, quod neglectu, & tempore non obſoleſcat*. lib. 1. ad Eugenium. Et odium, & amor, vbi fomes vtriuſque abeſt, facilè ab animo eraduntur; quod quidem efficit tempus edax rerum.

Sublata occaſione finiuntur odia.

Tempore affectus animi mutantur.

D. Bern.

Odium & amorem tēpus conſumit.

2. *Fratres tui paſcunt oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos, &c.*] *Veritus Iacob* (ſcribit Philo Hebræus) *ne fortè præſentibus omnibus aliquid ſeditionis inter fratres oriretur, ex ingrata ſomniorum memoria, illos ablegat ad paſcua, hunc domi ſeruat ad tempus, gnarus, quòd affectuum animæ, ac morborum tempus dicatur medicus*. lib. de Ioſeph. Ea tamen vis eſt odij, vbi iam ex multo collectum in prægrandes flammas interdum igneſcit, vt nec poſt longa etiam tempora extinguatur. Ergo Iacob non tantùm ex filiis malum ſuſpicatus, arbitránſque iam tunc poſt multos dies inuidiam, odiúmque euanuiſſe, *quippe cùm* (vti adiungit Philo) *luctus tollendo, & furori ſedando, & timori pellendo ſit tempus efficax: cuncta enim reddit leuiora, etiam quæ non facilè ſanantur*. At vti homo, ſuâ, & filiorum eſt opinione deceptus: manebat enim adhuc altâ mente repoſtum fratris vtrumque inſomnium; & inuidia, natúmque ex illa odium non quieuerat quidem tempore, ſed nunc vel maximè perfidis illis fratrum pectoribus æſtuabat. Nondum erant ſanata liuoris vlcera, ſed tempore grauius recruduerant: quippe odia, quæ inter viuos concepta nulli medicamini paruerunt, ſolent, vt plurimum obſtinatis in peccato mentibus ita firmiter inhærere, vt nec etiam in morte moriantur, ſed adhuc viuida cum iiſdem pariter ad ſempiternum gehennæ incendium detrudantur. Verum enim verò Iacob tempori credens, benéque ſperans de filiis miſit ad eos puerum. *Vbi ſcilicet cogitauit* (addit Philo) *iam euanuiſſe ſimultates domeſticas, miſit filium, tum vt fratres ſalutaret, tum vt renunciaret ſatiſ' ſalui ſint vel ipſi, vel eorum pecora.*

Philo.

Morborum animi medicus eſt tēpus.

Odia interdum poſt mortem etiam viuūt.

Philo.

3. Itaque Iacob bonam de filiis habens exiſtimationem (quis enim parens de filiis non bona credit: & quis ad illorum vitia non cœcutit?) nihilque mali ſuo Ioſeph timens, ipſum ad illos mittit: maximè, quia ex ſomniis, quæ audierat deſtinatam à Deo ſummam filio ſuper fratres felicitatem haud dubiè intellexit, quam, nec fratrum inuidia, odiúmque, nec vlla rerum creatarum aut impedire, aut interturbare poſſet. Quod

Pater ad vitia filij cæcus.

A autem ex ſomniis felicitatem filio promiſſam Iacob intellexerit, ita explicat Ioſephus: *Iacob non mediocri fuit voluptati ſomnium; præſagium enim ſomnij colligens, & ſapienter euentum coniiciens gaudebat, eò quòd ingens filio felicitas portendi videretur: euenturum olim tempus, quando tam à parentibus, quam à fratribus adoratione dignus haberetur*. lib. 2. antiq. cap. 2. Quæ quidem ſententia mihi videtur probabilis; & quam S. Ambroſ. manifeſtū his verbis explicat: *Non ergò tanto ſomnio Patriarcha non credidit, qui vtrumque pariter gemino prophetabat oraculo, vt & perſonam iuſti repræſentaret, & populi, quòd Deus venturus eſſet in terras, qui & diligeretur à iuſtis, & negaretur a perfidis*. lib. de Ioſeph. cap. 3. At ſi myſterium venturi aliquando Meſſiæ

Ioſephus.

D. Ambr.

B in Ioſeph ſomniis intelligebat Iacob, quid eſt, quod filium ob inſomnia increparit, ſignificatámque illam parentum adorationem oſtenderit impoſſibilem? Planè Iacob duplicis in ſe populi typum gerebat, & Iudaici, & fidelis: atque increpans, & addubitans, imò improbans ſignificatum ſomniorum, non tam filium obiurgauit ſomniantem, quàm Iudæorum obſtinatā erga verum Meſſiam à gentibus, à cœlo, à terris adorandum typicè adumbrauit perfidiam. Hinc peregregiè dixit S. Ambroſ. *Itaque Iacob typo fallitur alieno, ſed ſuo amore non fallitur. Pietas in eo paterna non errat; ſed erratura plebis affectus exprimitur*. cap. 2.

Iacob perfidiā Iudæorum expreſſit.

D. Ambr.

4. Paſcebant in Sichem greges iidem adoleſcentes filij Iacob, qui truculentiſſimam illam in

C Sichimis ediderant ſtragem: & ſecuri tamē agebant, non ſine Dei prouidentiâ, à quâ proculdubiò fiebat, ne Sichimitæ in ſua regione verſantibus Hebræis, à quibus prodigioſis fuerant attriti cladibus, quicquam damni auderēt inferre, quod quidem meritis erga Deum patris Iacobi, cùm filiorum mores peſſimi iam in propatulo haberentur, adſcribendum erat. Enimverò magnam vim habent patrum merita, & demerita, vt proſint, obſintque filiis. Et quidem patrum delictis puniri, afflictaríque liberos quotidie videmus, ſatíſque demonſtrat familia Dauid, in cuius calamitates planè tragicas Dei vindicta ob patris flagitiū viſa eſt deſæuire. *Domus quippe Dauid* (ait Theodoretus) *nudata diuinâ prouidentiâ fuit inſtar ſcaphæ carentis gubernatore, & ſuſtinuit vehementes fluctus inſanorum dæmonum*. q. 32. in lib. Reg. Itaque patris

Patrū merita & demerita multum filiis proſunt & obſunt.

Theodor.

Delicta patris totam euertunt familiam.

D delicta malignis ſpiritibus, atque vltricibus tartari furiis aperiunt oſtium, vt tota in familia liberè ſæuiendo debacchentur. Ne mireris, cùm videris totam aliquam labefactari familiam: vtique nauclerus pyratis proruēdum tradidit myoparonem: aut ebrius gubernator, vt crapulam edormiret, ſeſe cubitum proiecit: illóque ſtertente maria vehementiùs intumeſcentia nauim ſubintrarunt, ac ſubmerſerunt. Meritò Propheta lamētabatur: *Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt: & nos iniquitates eorum portauimus*. Thren. 5. Cæterùm S. Hieron. intelligit filios ob patrum flagitia tunc

Thren. 5.

D. Hier.

E puniri, cùm ſcilicet illorum exemplo ſimilia cōtraxerunt delicta. *Ideò* (explicat) *iniquitates eorum portauerunt, quia imitatores eorum in iniquitate extiterunt, iuxta illud quod ſcriptum eſt: Patres noſtri comederunt vuam acerbam, & dentes eorum obſtupuerunt*. Hierem. 31. Quod ſi aliæ calamitates abſint; at certè opprobrium (quæ vna leuis non eſt calamitas) malorum parentum filij patiuntur: iuxta illud, *de patre impio queruntur filij; quoniam propter illum ſunt in opprobrio*. Eccleſ. 41. Videlicet (vt Gloſſa explicat) *qui malè filios nutrit, vel exemplo perdit, reus eſt eorum perditionis*.

Vitia patrū imitantes filij puniuntur.

Hierem. 31.

Summum filiis opprobrium ex malis parentibus.

Eccleſ. 41.

Gloſſa.

5. At clementiſſimus Dominus (cuius miſericordia eſt ſuper omnia opera eius) in vindictam expiandam in filiis ad abnepotes quidem protendit, at in miſericordia extendenda in filios piorum parentum ferè nullum præfigit limitem. *Ego* (inquit) *ſum Dominus Deus æmulator reddens iniquitatem patrum ſuper filios in tertiam, & quartam generationem his qui oderunt me.* Deut. 5. his ſcilicet (explicat Gloſſa) qui hæreditaria impietate Dominum oderunt. Peruerſum eſt enim peccata patrũ filiis non peccantibus imputari; cùm per Ezechielem dictum ſit. *Filius non portabit iniquitatem patris.* cap. 18. ſic in Gloſſa. Sed quid de piorum patrum filiis. *Et faciens miſericordiam in multa millia diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea.* Deut. 5. Extendit itaque Deus benigniſſimus ſuã miſericordiam ſine vllo prorſus limite in filios, & conſequentem deinde nepotum ſobolem ob merita patrum iuſtorum. Illa enim verba, *in multa millia*, interminatam inſinuant Dei miſericordiam ad omnem piorum parentum poſteritatem, longè, latéque fundendam. Teſtatur hanc Domini clementiam ſuis vſurpatam oculis Dauid; cùm ait: *Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.* Pſalm. 36. Iam quidem ſenui, multáque vidi, & expertus ſum per omnes, quas egi, ætates: haud tamen memini videre me aliquando pium hominem, maximè erga pauperes miſericordẽ, & liberalem à Deo ſic in vita derelictum, vt deeſſet homini, vel vnde viueret, vel vnde egentibus benefaceret: Hunc enim vocat iuſtum. Quin etiam vidi nunquam emendicantem pij, ac miſericordis patris filium, aut certè neceſſario victu deſtitutum. Cùm tamen multos viderim, quod iuſti, & in pauperes eſſent benigni, quotidie magis locupletari; atque illorum ſobolem, & honorum titulis, & magnâ affluentiâ viuere in terrâ glorioſos. Contrà verò multos equidem vidi diuitum, & auarorum parentum filios, quibus ampliſſima obuenerant patrimonia, breui tempore, in tantam redactos miſeriam, vt ne famulum quidem ad debita officia, nec panem ad mediocre alimentum iam inglorij, quam inopes haberent.

Patrum delicta in malis filiis vſque ad quintam generationem puniuntur.
Ezech. 18.
Deut. 5.
Parentum merita toti poſteritati proſunt.
Pſal. 36.
Nec miſericordes, nec illorum poſteri neceſſario victu indigent.

6. Quocircà nullum, aut opulentius, aut ſecurius ſuis liberis pater relinquet patrimonium, quàm multa & magna patris merita, virtutúmque opera; maxime verò Dei prouidentiam, & miſericordiam per eleemoſynas pauperum comparatam. *Itaque* (monet S. Chryſ.) *ſi liberis tuis magnas opes relinquere vis, Dei prouidentiam relinquito.* homil. 7. in epiſt. ad Rom. Nec ſolùm imprudens, ſed inhumanus etiam pater eſt, qui nec virtutum exempla, nec præſtita opera miſericordiæ, nec merita erga Deum filiis ſuis relinquit, ſatis ſe patrem oſtendere arbitrans, ſi diuites mortuo patri ſuccedant liberi. Planè hoc aliud nihil eſt, *quam* (vti animaduertit idem Chryſoſtom.) *ignem igni adducere, & oleum foro inſtillare.* ibidem. ſcilicet filiis libidinum fomenta, flagitiorum inſtrumenta, venenum, quo ſe perimant, viaticum perditionis, & in gehennam commeatum in ampliſſimis patrimoniis relinquunt. Denique vt hunc locum de diuina prouidentia filiis bonorum fratrum magnificè conſulenti, concludam, illud ex 4. Reg. 4. recolendum cenſeo, quo præſens commentatio amplius illuſtrabitur. *Mulier* (ſcribitur) *quædam de vxoribus Prophetarum clamabat ad Eliſæum; ſeruus tuus vir meus mortuus eſt, & tu noſti, quia ſeruus tuus fuit timens Dominum, &c.*

D. Chryſ.
Magnum filiis patrimonium merita & eleemoſyna parentum.
Diuites filiis relinquunt vitæ ſecum perditionis.
S. Chryſ.
4. Reg. 4.

7. En adeſt vidua paupercula, ſed virum habuerat Dei ſeruum & iuſtum, *quem* (vt ſcribit Theodoret.) *tradunt fuiſſe Regis Achabi diſpenſatorem, qui centum viros ſeruauit, & enutriit.* quæſt. 14. in 4. Reg. Idem Lyra. & alij affirmant. Hic igitur Abdias, qui tempore Eliæ ſæuiente perſecutione Ieſabelis, multos Dei Prophetas occultarat, ac præſtito victu clàm aluerat: ac proinde ingentes fecerat ſumptus. 3. Reg. 18. & alienum æs contraxerat. Quocircà mortuus vxorem, & filios reliquerat in ſumma egeſtate. *Et ecce* (adiungit miſella vidua) *creditor venit vt tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi*, &c. Vides matris, & filiorum extremam calamitatem? ergo ne iuſtus ille Abdias à Deo eſt derelictus? ergo ne illius vxor vidua, & orphani filij in tantã decident infelicitatem? Memoratur itaque inuſitatum, & grande quoddam miraculum olei ab Eliſæo patratum. Vnde diues iam effecta mulier, liberos exemit à ſeruitute, ac totum creditoribus mariti debitum perſoluit, & habuit vnde cum filiis honeſtè viueret. *Vade & vende oleum, & redde creditori tuo; tu autẽ, & filij tui viuite de reliquo.* 4. Reg. 4. Itaque ſic ſe obligatum Dominus reddit filiis ſeruorum ſuorũ, vt pro illis tutandis, & alendis, ſi opus erit, præſtò ſit edere miracula: maximè vbi viderit hæreditariam parentum virtutem in filiis permanere.

Theodor.
Lyran.
3. Reg. 18.
Viri iuſti filios Deus fouet, tuetúrque.

8. *Præſtò ſum.*] Filium ætate adhuc tenellum, & paterno amori teneriorem ipſemet pater à ſe amouet, à domo ablegat, rus ad paſcua per itineris moleſtias, inter ſolitudinum pericula dimittit. Et filius tamen præſtò ſe, ait eſſe, aut cæco pulchrioris obedientiæ oculo, nec difficultates, nec diſcrimina diſpiciens; aut quælibet aduerſa conſiderans, fortiter tamen deſpiciens. *Benè quidem* (inquit Rupertus) *ſed præclarum ſcriptura interpoſuit obedientis filij verbum dicendo, quo reſpondente, præſtò ſum.* Præclara ſanè adoleſcentis obedientia, fortis nimirum, & prompta. Nec planè poſſit in Ioſeph tam multa virtutum aliarum eſſe commẽdatio, niſi omnibus vnum, vel maximum obedientiæ accederet ornamentum. Enim verò *obedientia* (vti monet S. Auguſt.) *mater quodammodo eſt omnium, cuſtoſque virtutum.* lib. 14. de Ciuit. cap. 12. Itaque reliquæ virtutes præſertim in viris religioſis ab vna obedientia, & nutrimentum ſuſcipiunt, & vires ſumunt, tum ad reſiſtendum, tum etiam ad impugnandum contra inſultus vitiorũ. Rectè S. Gregor. Nazian. *legem obedientiæ commendans admonet. Ne lex obedientiæ, quæ tam terrena, quàm cæleſtia tuetur, atque conſeruat, infringatur.* orat. 9. Certè obedientia Ioſeph, quam patri, ad paſcua mittenti præſtitit, & vitam illi à multis, quæ modò dicentur, periculis ſaluam, & incolumem ſeruauit, & pertentatam pudicitiam velut ex imminenti naufragio ſecuram in portu collocauit. Nihil planè ſecurius, quàm vera, piáque obedientia; cùm è contrario nihil æquè ſit periculoſum atque aliis imperare. Hinc optimè ſuadet idem Nazianz. *Ne quis, cùm ſine periculo alium ſequi liceat, præire cum periculo expetat.* Prudenter agit, qui ſecurum obediendo carpit iter: imprudenter verò, qui periculis ſtratam incedit viam imperando. Sed ô cæcitatem, penéque dementiam noſtrorum temporum! Rident homines, quin & amant ipſa corporis, & animæ pericula; modò imperent, ruant quidem in tartara præcipites, modò præſint, modò præire poſſint in ruinam.

Fortis & prompta obedientia.
Rupert.
Mater & cuſtos virtutum obedientia.
D. Aug.
S. Gregor. Nazian.
Securitas ex obedientia.
S. Gregor. Nazianz.
Imperare periculoſũ.
Ambitio imperandi cum periculo inferni.

9. Poterat quidem Ioſeph periculoſam illam aut reiicere, aut certè minuere expeditionem: Cæterùm imperio patris obediens filius, veluti

diuino

dimino iuſſui conſtanter, ſanctéque confidit. *Beati enim omnes, qui confidunt in Deo.* Pſal. 2. *Qui confidunt in Domino ſicut mons Sion.* Pſalm. 124. Erunt nimitum ſic firmi, ſic ſtabiles, immobiles, ſecuri, ſicut mons, v.g. Sion ſuo non poteſt loco dimoueri, tantæ virtutis eſt fiducia in Deo, fidentémque in Deo tam ſecurum inter ipſa vitæ, animæque pericula Deus ipſe ſuâ manu tenet, & liberat. Contra verò grauiſſima ſolet importare damna hominis in Deo ſuo diffidentia. Luculentum ex Deuter. commemorabo exemplum. Iam tandem populus Hebræorum poſt emenſos itinerum labores erat in ianuis terræ promiſſionis. Illum ergo Moyſes ad ingreſſum accingit. *Vide terram, quam Dominus Deus dat tibi; aſcende, & poſſide eam ſicut locutus eſt Dominus Deus noſter patribus tuis.* Deuter. 1. Plana quidem, tutáque fecerat Dominus, & Hebræi ſimiliter inuenirent omnia, ſi Domino obedientes confidenter ingrederentur. At contrà res habuit. Meticuloſi enim vti verè Iudæi, *Mittamus* (inquiunt) *viros, qui conſiderent terram.* ibid. O miſeri, quid timetis, quid conſideratis, vbi Deus ingredi iubet? In Domino confidite, non erubeſcunt, qui ſperant in eo; quantò magis qui ab eo iubentur, & in ardua quæque mittuntur. At plebs erat vti animis, ſic fide prorſus infirma. Stupor eſt, quod & Moyſes aut timuerit etiam, aut dubitarit. *Cumque* (ait ipſe) *mihi ſermo placuiſſet.* ibid. At iſtud Hebræorum conſilium adeò prauum fuit, ac pernicioſum, vt renunciatâ illius regionis, gentiſque naturâ grauibus plenâ periculis omninò fracti, ac timidi Hebræi exabuerint, atque in Ægyptum remeare ſtatuerint: quin & ipſum Moyſem, qui ſi minus ſuaſerit, at certe approbauerit terræ promiſſionis explorationem tantùm non exortâ ſeditione certatim populus lapidarit. Sic Deo non credentes, eiúſque promiſſioni diffidentes dignâ ſanè vindictâ puniuntur.

Pſal. 2.
Pſal. 124.
Securū reddit fiducia in Deo.
Deut. 1.
Diffidentia in Deo grauiter punitur.

10. Aliquando igitur Dominus hoc ipſum exprobrauit conſilium. *Mitte* (inquiens) *viros, qui conſiderent terram.* Numer. 13. Elegantiùs habetur in Hebræo: *Mitte tibi viros.* Phraſis quidem Hebræis ſolita. Nihilominùs myſterium agnoſcit Caiet. ſic interpretans: *Ex hoc diuino ſermone inſinuatur, quòd huiuſmodi miſſionem non præcipiebat Deus, ſed permittebat prauidens malum ex illa euenturum, & ſignificans, quod non mihi Deo, ſed tibi hominis congruit mittere huiuſmodi viros.* Itaque huiuſmodi exploratorum miſſio, à proprio capite Moyſis, & non Dei iuſſu decreta eſt, & conſequenter cùm prorſus humana fuerit, & inconſiderata, contráque Dei promiſſionem, quâ freti Hebræi liberè, tutóque poterant ingredi regionem illam à Deo promiſſam; ideò infelicem habuit exitum. *Mitte tibi* (ait Dominus Moyſi) *viros. Et verè tibi* (declarat Caiet.) *non vt regeris à me, ſed à te. Debebat Moyſes perſiſtere in diuino mandato progrediendi, & non complecti conſilium populi. Vniuerſum enim hoc ſignificatur dicendo: Mitte tibi viros.* Caiet. in 13. Numer. Quorſum humana conſilia, vbi datur diuinum præceptum? Nec ſemper quæ videtur hominibus prudentia, talis apud Deum cenſetur. Cauendum ſuo tempore Deus etiam præſcribit, ſed vbi iam iuſſio diuina interuenit, locus cauendi, & conſultandi reliquus non eſt.

Num. 13.
Caiet.
Diffidentia in Deo exitum infelicem habet.
Caiet.
Vbi iuſſio Dei, nec cauendi, nec conſultandi locus eſt.

11. *Inuenit eum vir errantem in agro.*] Quis non doleat, cùm videat pulchellum, & tenellum puerum ſine comite, abſque vehiculo peditem, itinere delaſſatum, per agros, ſyluáſque decerrantem viæ, locíque ignarum? Nec tamen de patre queritur, quin etiam promptè obedit, audacter ardua quæque aggreditur; lætóque animo abeſſe ab domo, vagari per ſaltus; decerrandóque laſſari ſuſtinet, vt mandato patris obſecundet, vt patris obſequio ſtudeat, vt patris amorem rependat; vt patris in ſeipſum collata beneficia, & gratiam ſuper omnes ſuos fratres præſtitam à patre beneuolentiſſimo pro virili conetur exoluere. Amor igitur, & obedientia, & beneficia patris filio ad ſumma quæque præſtanda vires, & animos indiderunt. Sed mera hæc vmbra fuit eorum, quæ Chriſtus Dominus, cuius typum præferebat Ioſeph, pro amore, atque obedientia æterni Patris feciſſe legitur. Enimverò cùm in extrema illa, & myſteriis potiùs, quam epulis affluente cœna Dominus admiranda quædam eſſet opera editurus, & abluendo pedes diſcipulorum, & ſacroſanctam inſtituendo Euchariſtiam, & mox ad paſſionem, mortémque ſe accingendo: ponit in primis Euangeliſta: *Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo exiuit,* &c. Ioan. 13. In his videlicet, ſummam rationem aſſignans magnorum operum, quæ mox edidit. Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus; id eſt, hominum ſalutem, & redemptionem, ſibi à patre commiſſam ſciens. Hoc ſcilicet erat mandatum Patris à filio exequendum in quo tria illa opera continentur.

A
Mira Ioſeph obedientia patri præſtita.
B
Tria maximè præſtitit Dominus in cœna.
Ioan. 13.

12. Adiungit Euangeliſta: *Et quia à Deo exiuit,* id eſt, ſciens ſe eſſe naturalem Dei filium eiuſdem cum ipſo ſubſtantiæ, ac potentiæ. Hæc nimirum conſideratio Dominum IESVM induxit, vt faceret, quæ tanto amori Patris debebantur. Vel aliter; *ſciens quia omnia dedit ei Pater in manus,* id eſt, conſiderans ſibi quatenus homo erat plenam à Patre rerum omnium traditam poteſtatem, quod ipſemet conteſtatus aliquando dixit. *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra.* Matth. 28. Et anteà dixerat; *omnia mihi tradita ſunt à Patre meo.* Matth. 11. Videns igitur quantum à Patre dilectus ſit, atque ſuper omnia exaltatus, vt & amori patris, & acceptæ ab eo poteſtati reſponderet; digna beneuolentiſſimo ſuo Patre moliri opera eſt aggreſſus, vt & ſe ipſum ad abluendos pauperculorum hominum pedes abiiceret: & ſeipſum in cibum, & potum mortalibus daret; & ſacrificium ſui corporis, & ſanguinis ad finem vſque mundi in ſacroſancto myſterio peragendum relinqueret: ac denique mortem æquè acerbam cruciatibus, atque infamem opprobriis pro amore, & obedientia patris ſuſtineret. Non minùs quidem tantus amor Patris, nec tanta ab ipſo data poteſtas exigebat opus à filio. Nec minus filij erga Patrem amor rependere tenebatur. Ac ſi nimirum filio Pater ita loqueretur: Tuas equidem, ô fili, redimendos & ſaluandos homines in manus tradidi; atque vt tantum mandatum Patris exequatis, nihil omninò tibi deeſt, quippe cùm à me ipſam ſuſceperis omnipotentiam. Age nunc fili quid amori, & obedientiæ Patris debeatur: quid tanto Patre, tantóque filio dignum ſit, in quo infinitam, quam acceperis poteſtatem impleas.

Ioan. 13.
C
Matth. 28.
Matth. 11.
Tria maximè propter amorem & obedientiam Patris Chriſtus eſt operatus.
D
In hominū redemptione oſtendit Chriſtus quantam potuit & quantum amauit.
E

13. *Ergo Ioſeph* (inquit S. Ambroſ.) *à patre miſſus eſt ad fratres; ab illo magis Patre, qui proprio filio ſuo non pepercit; Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati. Et errabat Ioſeph, quia fratres ſuos inuenire non poterat. Non immeritò errabat, qui quærebat errantes.* lib. de Ioſeph. cap. 3. Egregium in Ioſeph typum Chriſti habemus, qui ab

S. Ambr.

A æterno Patre in mundum miſſus pro ſalute hominum aſſerenda, vti Ioſeph pro ſalute fratrum ſciſcitanda, & renuncianda. Mandauit enim Iacob filio: *Vade, & vide ſi cuncta proſpera ſint ergà fratres tuos, & pecora; & renuncia mihi quid agatur,* &c. Hebr. & Chald. habetur: *Vade vide pacem fratrum tuorum, & pacem ouium, & refer mihi rem,* שלום *ſcelom*, quo nomine cuncta proſperitas apud Hebræos deſignatur. Et quidem optimè, vt enim ſumma eſt infelicitas, & opum, & morum, vbi ſtrepunt arma, cientur bella, Márſque igneſcit, ſic rerum omnium ſumma viget felicitas, vbi pax Dei floret, ac dominatur. *Vade nunc* vel *obſecro*, נא *na*, vtrumque ſignificat in ſcriptura, magis aut propriè obſecro, quæſo. Sic etiam Chald. legit, & ex Hebr. plerique vertunt. B Quibus quidem verbis ita vrbanis, dulcibúſque demonſtratur comitas, & prudentia Iacobi, ſic nimirum dulciter, & more deprecantis filium ab domo in paſcua mittentis. Ineptit ille, qui dicet obedientiæ diminui laudem, vbi ſuperior cùm iubet, deprecantis, aut etiam blandientis perurbanâ, & ſuaui vtitur voce. Rationalis quippe ouis blandulo potiùs regitur ſono paſtoris, quàm minaci vrgetur clamore. Nec Dominus Eliæ in monte, in ſpiritu grandi, qui montes ſubuerteret, rupéſque confringeret: nec in terræmotu omnia quatiente, nec in igne quo cuncta exardeſcerent: *Sed in ſibilo auræ tenuis*. 3. Reg. 19. At quid illud Ambroſij? *Meritò errabat, qui quærebat errantes*. de C Chriſto quidem optimè dicitur. Nam qui venerat quærere ouem perditam, errantémque in mõtibus; profectò vt illam inueniret, per montes, ſaltúſque diuagando non errare non poſſet. Et qui venerat non vocare iuſtos, ſed peccatores, neceſſariò cum iiſdem verſari debuit, itéque ad telonia, vt inde publicanos ad ſe pertraheret.

Vbi pax, ibi cuncta proſpera.

Dulciter, nõ minaciter imperandum.

3. Reg. 19.
Suaue lenéque Dei imperium.

Chriſtus cũ peccatoribus agebat, vt eos conuerteret.

14. Imprudenter ergò murmurabant Phariſæi, *Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis*. Luc. 15. Hoc nimirum (animaduertit Theophyl.) *exequebatur, cuius carnem cauſa ſuſceperat, admittens peccatores ſicut medicus ægrotantes*. Quid ô Phariſæi murmuratis? quid Apoſtolis de domino improperatis? *Cum publicanis, & peccatoribus manducat magiſter veſter?* Matth. 15. *Ibat quidem Dominus* (reſpondet S. Hieron.) *ad conuiuia peccatorum, vt occaſionem haberet docendi, & ſpirituales inuitatoribus ſuis præberet cibos.* D Quid hoc eſt, niſi quod Ambroſ. adnotauit? *Non immeritò errabat, qui quærebat errantes*; non ad alium nempe finem Dominus IESVS ſeſe in conuiuia publicanorum & peccatorum ingerebat, quàm ad eorundem conuerſionem. Hinc luculenter adiungit S. Hieron. *Cum frequenter pergere ad conuiuia deſcribatur, nihil refertur aliud, niſi quid ibi fecerit, quid docuerit: vt & humilitas Domini eundo ad peccatores, & potentia doctrinæ eius in conuerſione pœnitentium demonſtraretur.* Quid quæſo in domo, & conuiuio, Leui publicani fertur egiſſe Dominus, quàm, vt à telonio in Apoſtolatum vocarit Matthæum: & in domo, conuiuióque Simonis, quid operatus E legitur, quàm vt admirabilem illam Magdalenæ acceptarit pœnitentiam, & quæ paulò ante peccatrix fuerat, ſaluam in pace, ſanctámque dimiſerit.

Luc. 15.
Theoph.

Matth. 15.
D. Hieron.

D. Ambroſ.

D. Hier.
Chriſtus pro conuertẽdis peccatoribus ibat ad conuiuia.

15. *Fratres meos quæro.*] Errantem per agros Ioſephum quidam offendens, rogat quid tandem in ſyluis quæreret; reſpondit ille: fratres meos quæro. O puer innocens! ô ſancte puer! quæris, qui te oderunt, qui ligabunt, qui tuâ te exuent polymitâ, qui tibi mortem intentabunt; qui te A ſaltem in voraginem proiicient, qui te denique in exteras gentes infami addictum ſeruituti vendent mancipium: & hoſce tu vocas fratres: hoſtes ſunt: feras tibi quæris, ſerpentes inuenies. *Enimverò* (vti S. Gregor. Nazianz. docet) *parum cauta eſt ſimplicitas, ac benignitati adiuncta eſt imbecillitas: miniméque is improbitatem ſuſpicatur, cuius animus ab improbitate liber, ac purus eſt*. orat. 3. in Iulian. Iccircò Dominus admonuit: *Eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ.* Matth. 10. Simplicitatem in columba, quæ auium minimè cauta eſt, noſtráſque in ædes ſeſe fidenter ingerit: & in ſerpente, qui totus ex fraudibus, ac dolis conſtat, prudentiam nobis voluit exprimere; videlicet cùm ſimplex ſit columba, cauere neſcit etiam B pullorum è nido raptores; at ſerpenti cùm mille ſint nocendi artes, totidem quoque ſunt cauendi, latendi, ſubterfugiendíque; vbi malum inferre nequit, ſed timet accipere. Nec malum ſuſpicatur, nec metuit, qui nec in ſeipſo ineſſe, nec aliis malum nouit inducere.

D. Gregor. Nazianz.
Bonus nihil male ſuſpicatur.

Matth. 10.

16. Fratres meos quæro, aptiùs multò reſpondeat, qui miſſus à Patre venit in mundum ſaluos facere, qui perierant. Quid igitur ô bone IESV, ô pulcher, ô dulcis puer! quid quæris nocte intempeſtâ, ſummâ hyeme, prodiens ex Virginis matris vtero, in ſtabulo pecudum, in præſepi reclinatus; in fœno illacrymans, vagiens, quiritans? *Fratres* (ait) *meos quæro.* Fratres in tuo corde, atque ore ſunt, qui ſe tibi, aut hoſtes, aut C alienigenas oſtendent. In propria enim veniſti, & tui te non receperunt. Iudæos tuo de ſanguine quæris; *& facta eſt tibi hæreditas tua, quaſi leo in ſylua*. Hierem. 12. An fortè quæris fratres, non qui ſunt, ſed quos facias? Eramus omnes filij iræ, ſed à te vocamur ad gratiam filiorum Dei: *& cum inimici eſſemus, per te reconciliati ſumus Deo.* ad Rom. 5. Fugis vrbes, populóſque Hebrææ gentis, & pecudum ad ortum tuum, & ad cunas ſtabulum eligis, vt fratres tuos quæras, & è gentibus homines, qui te fratrem velent, excipiant, amplectantur. Fratres meos quæro, mundum ingreſſus & è virgineo vtero egreſſus, dicit ſuauiſſimus puer IESVS. At quorſum illos quæris? quia fratres. Et quid ex illis tantum tibi ſperas emolumenti, D vt tantis illos laboribus, ac ſudoribus quærendo compares! Fratres meos quæro. Amor ipſe inuenit, quos facit, pretioſos. *Igitur* (vti animaduertit S. Petrus Chryſolog.) *homo quare tibi tam vilis es, qui tam pretioſus es Deo? Quare ſit honoratus a Deo te ipſum taliter inhonoras?* ſerm. 148. Indignum planè, atque intolerandum, vt qui ſe nouit ſanguine Dei coëmptum, tam vili, nullóque pretio miſerum deinde tradat peccati iugo, & diaboli ſeruituti.

Puer IESVS in ſtabulo quærit ſuos fratres.

Hier. 12.

ad Rom. 5.

Homo pretioſus Deo ſibi ſe vilem facit.

D. Petr. Chryſ.
Homo Dei ſanguine coëmptus tradit ſe gratis caco.

17. Porrò myſteria, quæ Patres, Doctoréſque inueniunt in hoc ipſo itinere, ac locis, quæ percurrit Ioſeph explicatu ſunt quàm digniſſima. Miſſus quidem Ioſeph, de valle Hebron venit in Sichem, quærénſque fratres inuenit tandem in E Dothaim. *Sichem ſignificat humerum, Dothaim defectum* (vt animaduertunt S. Ambroſ. S. Cyrillus, Procop. Rupert.) *Hebron coniugium* (vti vult Lippom.) *Et hoc eſt* (inquit) *quòd Chriſtus de humili natus coniugatâ Virgine venit ſub onere legis*, &c. Igitur Ioſeph de valle Hebron venit in Sichem, ac deinde in Dothaim vbi fratres inuenit; in typum ſcilicet Chriſti Domini, qui de matre Virgine, in vitam oneratam laboribus prodiens, tandem in mortem ipſam, atque in ſepulturam defecit. Et quidem de valle Hebron viam Ioſeph

Lippom.
Chriſtus ex humili Virgine humilis prodiit.

cœpit

A

cœpit carpere, ſuæque tam ærumnoſæ vitæ initium Deus homo ſumpſit ex humilitate Virginis deſponſatæ humili, pauperique fabro; vnde Iudæi exprobrantes dicebant: *Nónne hic eſt fabri filius? Nónne mater eius dicitur Maria?* Matth. 13. *Nónne hic eſt faber filius Mariæ?* Marc. 6. Qui enim veniebat ad conſtringendum caput diaboli, hoc eſt, ſuperbiam, humilitatis habitu circumcinctus voluit apparere.

Matth. 13.
Marc. 6.

18. Quid quæſo humilius, quàm quod ipſemet de ſe conteſtatur? *Ego ſum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Pſal. 21. Vtique perfidorum, & Iudaicæ plebis opprobrium, & abiectio. At Chriſtianæ gentis, at hominum, qui per fidem in ſocietatem Angelorum vocantur, vera ſalus, & gloria. At ô bone IESV Dei ſapientia vbi te humilias, ibi te, matrémque tuam exaltas! Ego ſum vermis & non homo; nimirum, qui ab hominibus, à Iudæis tam vili æſtimor, vt vermis, non homo iudicer; Vt vermis quidem ſum, non vt homo, in lucem natus. *Quoniam vermis* (declarat S. Ambroſ.) *nullà extrinſecùs admixtione alieni corporis, ſed de ſolà, & purà terrà procreatur. Et Exod. 16. ſcribitur, de Manna vermiculos fuiſſe procreatos. Digna planè, & iuſta comparatio: de Manna vermiculus gignitur, & Dominus Chriſtus de Virgine procreatur.* ſerm. 3. En partus Virginis, en Virgo mater, en filius Virginis, quæ quidem miracula Chriſtum, Chriſtíque matrem incredibili gloriâ commendant. Eſt quidem terra pura abſque cultura, & cœlo delapſus panis aura ipſa purior, quem mortalium ſtupor Manna nuncupauit, Virgo eſt Dei mater.

Pſal. 21.
B
Chriſtus & Virgo mater per humilitatem exaltati.
D. Ambr.
Exod. 16.
B. Maria cæleſte Manna.
C

19. *Quin potius* (adiungit idem) *ipſam Mariam Manna dixerim, quia eſt ſubtilis, & ſplendida, ſuauis, & Virgo, quæ velut cœlitus veniens cunctis Eccleſiarum populis cibum dulciorem melle defluxit.* nihil quidem verius, nihil dulcius Mannâ, cibus ille cœleſtis, in quo dapum omnium ſapores continebantur, appoſitè admodum vocatur omne delectamentum fidelium in ſe habens beatiſſima Virgo Dei genitrix. Hinc ad vitam, ad ſalutem corporis, ad ſanitatem quarumcumque ægritudinum ac periculorum liberationem, ad ærumnarum ſolatium, ad dolorum leuamentum, ad miſeriarum perfugium, ad tentationum aſylum, ad delictorum veniam, ad mortis ſubſidium, ad Dei miſericordiam, & ſempiternam beatitudinem comparandam fidelium animæ ſuauiſſimas ſibi, ac pretioſiſſimas epulas deſumunt. Eſt Virgo Deipara, & officina miraculorum, & omnium cœleſtium voluptatum hominibus à Deo menſa propoſita. *Sapientia quippe ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam.* Prouerb. 9. Nec enim Dei Verbum Deus homo in ſua Eccleſia ſeptem ſubnixa ſacramentis, quæ ſcilicet eſt firmamentum veritatis, poſt ſacrificium ſui corporis, & ſanguinis maius aliud, & excellentius, ac mortalibus, vel pretioſius, vel dulcius propoſuit, quàm Beatiſſimam Virginem Mariam, ſuam, & fidelium hominum parentem.

D. Ambr.
B. Maria hominibus ad omnia remedium.
D
B. Maria officina miraculorum.
Prou. 9.
B. Maria nihil nobis dulcius ac pretioſius.
E

SECTIO V.

Qui cùm vidiſſent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere: Et mutuò loquebantur: Ecce ſomniator venit: Venite, occidamus eum, & mittamus in ciſternam veterem: dicemúſque, Fera peſſima deuorauit eum: & tunc apparebit quid illi proſint ſomnia ſua.

1. IOſeph à patre digreſſus, ſanè multum confecerat iter, ignarus locorum, per agros, ſyluaſque non ſine grauibus vitæ periculis diuagando ad fratres vſque perrexit: at qui ſolus in montibus inter feras, & monſtra ſyluarum pertranſiit ſecurus, vbi fratres inuenit, extremum adiit vitæ diſcrimen; in multos quippe ſerpentes, multáſque inauditæ feritatis belluas, in vnoquoque fratrum incurrit. Immanior multò eſt, ac truculentior feris, & draconibus aduerſus hominem homo, & qui cum illis tutò verſatur, ab iſto plerumque trucidatur. Miſſo in locum leonum Daniele: *Allatus eſt* (ſcribitur) *lapis vnus, & poſitus ſuper os laci, quem obſignauit Rex anulo ſuo; ne quid fieret contra Danielem.* Dan. cap. 6. Mirum ſanè dictu: Incluſo in lacum, hoc eſt, in ipſa leonum guttura, in ipſas mortis fauces Daniele; quorſum deinde obſignatur introitus laci? Ne quid fieret contra Danielem. Vnde quæſo, & à quo nam fieret malum? Vtique ab hominibus, qui extra lacum erant, timeri poſſet, ne fortè intùs occiderent, quem beſtiæ non attigiſſent. Quod quidem prudenter ita Rex intellexit, vti adnotauit S. Hieron. *Obſignauit* (inquiens) *anulo ſuo lapidem, quo os laci claudebatur, ne quid contra Danielem moliantur inimici. Credidit enim Dei potentiæ, & qui de leonibus ſecurus eſt, de hominibus pertimeſcit.* Quia nimirum Rex, (ait Lyran.) *de crudelitate hominum contra Danielem, non de ferocitate leonum timet.* Vincit homo crudelitate leones, etſi ferociſſimos. At quid eſt, quod Rex nihil amico timet à leonibus? *Confidebat enim fore* (inquit Theodoret.) *vt Deus non permitteret ſacroſanctum Danielis corpus à leonibus lædi.* Sed tamen poſſe homines in lacum introire, vt etiam cum ſummo propriæ vitæ periculo illæſum à feris Danielem interimerent, meritò timeat, & prudenter cauet Rex Babylonicus. Nam ſi frater inter fratres extremum ſubit periculum, & in fratribus inuenit parricidium, quid ab extraneis, & hoſtibus non timeat Propheta.

Homo ſecurus à feris ab hominibus occiditur.
B
Daniel. 6.
D. Hier.
C
Lyran.
Vincit homo feritate feras.
Theod.
D

2. Venientem Ioſeph cùm fratres vidiſſent, cogitauerunt illum occidere. Illum, quem? fratrem vtique. *Nunquid* (inquit S. Ambroſ.) *& ipſi fratres tam impij, vt fratrem occiderent? quomodo conueniunt pietatis nomina, & ſceleris inſignia?* lib. de Ioſeph. cap. 3. Cogitauerunt illum occidere, fratrem, ſcilicet, fratres, non hominem feræ, non hoſtem hoſtes. Ex omnibus praui, & intemperantis animi affectionibus nulla ſic mentem obſcurat, iudicium obnubilat, rationem excæcat, impotentiùs vrget, ſæuit vehementiùs, magis cæco rapitur impetu, acerbiores excitat tragœdias, quàm odiis ſuccenſus furor iracundiæ. Pulchrè S. Chryſoſtomus *iracundum hominem vocat mare ventis commotum, fluctibus tumidum, præferuidum tempeſtatibus: In quo* (inquit) *nauis ob imperitiam gubernatoris ſæpè ſubmergitur.* homil. 9. in Geneſ. Crebra ſcilicet fiunt, & rationis, & honoris & iuſtitiæ, omniſque virtutis naufragia, vbi fœda tempeſtas ob ſuperbiam maximè concitata deſæuit iracundiæ. Superbi nimirum iſti cùm ægerrimè ferrent ſibi à patre fratrem anteferri, honorúmque ſomnia licèt etiam à puero nunciari; furioſam illam tempeſtatē concitarunt.

D. Ambr.
Nihil impotentius, quàm furor iracundiæ.
E
D. Chryſ.
Vbi iracundia, ibi naufragiũ mentis.

Contra

D.Chryſ. *Superbia concitat iras. Humilis quietè viuit.*

Contrà verè (ait S.Chryſ.) *qui ſe ipſum verè humiliat, nunquam poterit ira commoueri; quia anima eius in ſui conſideratione occupata eſt, & humiliata, quicunque talis eſt, in portu continuo ſedet ab omni tempeſtate liber, & oblectatur in ſerenitate cogitationum.*

3. Vtinam omnes prophetent; dicit verè humilis; quid mihi mali eſt bonum alterius? Quid nocuit Caïn Abelis innocentia, vt ille impatiens, non quòd iniuriam accepiſſet, ſed quòd ſibi a Deo prælatum dunis fratrem vidiſſet, vſque ad parricidium innocentis indignaretur? Orta quidem ex propriæ elationis affectu impatientia nonniſi alieno ſanguine, atque exitio exaturatur. De huiuſmodi peſte mortalium ita ſcribit

S.Zeno. *Impatientia plurium malorum cauſa.*

B S.Zeno Veron. *Impatientia mater criminum, acumen temeritatis, ac magiſtra malorum; hominis namque ſalutem ab incunabulis mundi mors, vt iugulet, ubi ipſa prorupit. Adam vbi ex lubricitate ſerpentis eſt impatientiam mutuatus, poſteris hereditatem erroris, qua homicidium mox peperit, dereliquit.* ſerm. de patientia. Miretur quis, vnde tam cæca impatientia, tam barbara indignatio filios Iacob inuaſit, vt vno cum puero, ac fratre, ſanctóque eodem domi habitare, nec in agris ductare gregem, nec in orbe ipſo ſimul viuere paterentur. At ſtupori potiùs eſt, quod vbi rerum natura duos eodem genitos patre, eadem matre nutritos edidit in terram fratres, ſimul eſſe diu paſſa non eſt impatientia: Quare optimè ſcripſit idem Veronenſ.

S.Zen.Ver. *Impatientia Cainum armauit in ſobolem.*

C Epiſcop. *Miratur orbis vacuum ſe duobus anguſtum: armantur elementa hominem; qui factus ſit ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, poſſe iugulari, & hoc à fratre. Erubeſcit rudis terra pio ſanguine impiata. Solus Cain exultat infelix.* ibidem.

4. *Ecce ſomniator venit.*] בַּעַל הַחֲלֹמוֹת *bughal bachalomoth, dominus, magiſter ſomniorum.* Baal enim eſt dominus, magiſter, maritus. Vocant, ſcilicet, in ſomnio dominum, Regemve; vel peritum, ſomnia fingere. Sic verbis odium exprimunt: dedignati vocare fratrem, vel Ioſeph; ne nomen quidem pueri, quem oderunt, audire, dicere̓que volunt. Sic Phariſæi ad Pilatum de Chriſto Domino aiebant: *Domine recordati ſumus, quòd ſeductor ille dixit adhuc viuens*, &c. Matth. 27. ne nomen

Matth.27.

D quidem IESV quem Cruci affixerant proferre dignabantur. *Impoſtorem* (inquit S.Chryſ.) *illum vocant ob nimium ſeruitatem ſuam, quia nec eo mortuo iram exuerant, ſed priori adhuc detinebantur infamia.* Seductorem vocant, & quidem verè, & benè; *Seductor enim erat Chriſtus* (inquit S. Hieron.) *non à veritate in errorem mittens; ſed a falſitate in veritatem; à vitiis ad virtutes, à morte ad vitam ducens.* Seductor ille, inquiunt, nimirum vti Gloſ. Interlin. animaduertit, *quod erant, Domino imponunt*, &c. Huiuſmodi eſt malorum hominum ingenium: ex ſe ipſis alios diiudicant. Latrones latro, luxurioſos luxurioſus, alios ſibi arbitratur perſimiles: nec virtutem, qua quiſque caret improbus, in aliis poſſe inueniri ſibi perſuadet. Deum hominem, qui eſt ipſamet veritas, ſapientia, caritas,

D.Chryſ. *Probris & conuiciis Chriſtũ Iudæi lacerãt.*

S.Hier. *Seductorem Iudæi Chriſtum meritò vocabant.*

Pia Chriſti eductio.

E vocant ſacrilegi ſeductorem, quod quidem cedit ad ſolatium ſeruorum Chriſti, cùm ab improbis iniurias accipiunt, conuiciis, & contumeliis lacerantur. *Non enim eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper Dominum ſuum, ſi patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domeſticos eius?* Matth. 10.

Matth.10.

5. Nimirum exemplo ſuo Dominus ad propediem venturam perſecutionem omnium proinciarum, & gentium ſuos inſtruit, armátque

A diſcipulos: *Multum enim* (declarat S.Hilar.) *profuit ad tolerantiæ aſſumptionem rerum imminentium cognitio, maximè ſi patientiæ voluntas præſumatur exemplo.* Quis autem prudens, vel diſcipulus, vel ſeruus ſperet meliori ſe à mundo, quam ſuum vel magiſtrum, vel Dominum tractati conditione. *Quin potiùs* (adiungit) *gloriæ loco amplectamur, ſi Domino noſtro, vel paſſionum conditionibus adæquemur.* Et quidem hìc armantur fratres in fratrem, & ſuos diſcipulos ad futuram à gentibus tolerandam perſecutionem adhortatus ſimiliter prædixit: *Tradet frater fratrem in mortem; & pater filium; & inſurgent filij in parentes, & morte eos afficient.* Matth. 10. Sic Dominus exaggerat vim perſecutionis, quam pertulit Eccleſia fidelium. Benè S.

S.Hilar. *Exemplo Chriſti ad perferendas perſecutiones inſtruimur.*

S.Hilar.

Matth.10.

B Chryſoſt. *Vide quale tunc incendium perſecutionis ardebit, vt nec ſibi ipſi parcat natura.* Vtique vehementius illud, quo primæui fideles pro Euangelio exarſerunt, incendium, quàm quòd fratrum odium in puerum Ioſeph excitauit. Enimverò in perſecutionibus Eccleſiæ omnia propinquitatis iura gentilicus furor violauit, cùm etiam parentes, & filij mutuò necarentur. *Igitur* (colligit optimè) *fortior eſt conflictio inimici, quam virtus naturæ. Corruptibilis enim eſt dilectio carnis; mendax eſt omnis ſecularis amicitia, quæ diuini timoris vinculo non eſt ligata.* Hinc videas plerumque diſſolui amicitias, quæ ſcilicet, aut carnales erant, aut certè diuini timoris vinculo connexæ non tenebantur. Docemur etiam non credendum amico, quem

D.Chryſ.

S.Chryſ. *Mendax amicitia carnis.*

C ſcimus Deo inimicum. *Non eſt enim* (adiungit Chryſoſtom.) *fides in ſeruis diaboli.* Videlicet à diabolo diſcunt, qui cum nullo habet amicitiam; imò & implacabiles cum Deo, & cum omnibus creaturis gerit inimicitias. *Nam diabolus* (concludit) *nec generat, nec generatur: ſi non generatur, neſcit ſeruare iura propinquitatis, qui nullum habet propinquum.* Pulchre quidem: Diabolus nullum habet propinquum, cùm totius naturæ communis hoſtis ſit.

S.Chryſ. *Non eſt fides in ſeruis diaboli.*

Diabolus omnium hoſtis.

6. Porrò futuri, quod moliuntur, parricidij cauſam referunt ad inſomnia. Ecce ſomniator venit, venite occidamus eum, &c. Indignantur videlicet, quòd ſe Regem, ac dominum ſomniauerit. Hanc enim vim vti præmiſſum eſt, habet

D hebraiſmus: Rex ſomniorum, ſiue in ſomnio Rex vel dominus: dominium videlicet, & honor planè regius ſupra fratres vtroque illo ſomnio ſignificari haud dubiè nulli non videbatur. Hæc igitur potiſſima inuidiæ, odiorum, intentatæque necis cauſa fuit, honor ille adhuc non verus, ſed confictus; non obtentus, ſed ſomniatus. Et nihil tamen vehementiùs appetunt, ardentiùs amant, inſtantiùs ambiunt homines, quàm honorem. *Ac dum* (inquit S. Auguſt.) *dominari appetunt, ipſi eis dominandi libido dominatur.* 1. de Ciuitate cap. 1. Scilicet, illi exercere in aliis dominium appetunt: at ipſos opprimit, vti mancipia honoris ambitio. O dura ſeruitus ſô duriſſima tyrannis! nec die, nocteque quietum patitur animum

Hono... ambit... mort... ve... paſſio

D.Aug. *Am... mancip...*

Inquietum malum ambitio.

E conſiſtere; nec ſine timoribus, curis, ſolicitudinum aculeis breuem ipſam (vti eſt) ſinit trahi vitam ambitio.

7. Certè religioſis viris, quorum eſt de perfectione Chriſtiana profeſſio, nihil ita de ſuo ſtatu mentem dimouet; ac ſecularis pelagi, de quo in portum religionis emerſerant, animo, ſenſuique ingerit horridam illam ſpeciem procelloſámque ſalſuginem; atque honor, vel dum appetitur, vel dum ambitur, vel dum poſſidetur, & adminiſtratur. Amittitur quidem (vt probat

experien

Ambitio pernicioſiſſima religioſis. *D. Gregor.*

experientia) magnarum virtutum ſtudium; & cum grandi meritorum diſpendio, aut imminuitur, aut omninò relinquitur bonorum operum vſus, vti S. Greg. malo ſuo expertus in hunc mundum deplorat. *Plerumque in occupationibus regiminis ipſe quoque boni operis vſus perditur, qui in tranquillitate tenebatur: quia quieto mari recte nauem, & imperitus nauta dirigit; turbato autem tempeſtatis fluctibus, etiam peritus ſe nauta confundit.* 5. Paſtor. 9.

Subditus in portu eſt.

Subditus quidem in portu eſt, pauculis, & minutulis diſtrahitur curis; vni tantùm ſtudio intendit animum, vt obediat. Vna, & libera, iugiſque, ac dulcis occupatio eſt hominis ad pedes Dei ſui orando, meditando, contemplando, quàm placide, tam ſuauiter aſſidere.

Prælatus in ſalo collidatur.

At is verò vbi ad gubernandum aſſurgit, tot deinde rerum negotiis, curiſque agitatur, quot in ſalo, & venti ſibilant, & fluctus ebulliunt. *Enimvero, quid eſt* (adiungit) *poteſtas culminis, niſi tempeſtas mentis! In qua dum cogitationum ſemper procellis nauis cordis quatitur, huc, illuc, inceſſanter impellitur, vt per repentinos exceſſus cordis, & operis, quaſi per obuiantia ſaxa frangatur.* Hæc Pontifex.

S. Gregor. Gubernandi munus tempeſtas animæ.

8. Percommodè tempeſtas dicitur honor, maximè dignitas gubernandi, ac proinde, qui regendis aliis præficitur, iure optimo dicere poteſt cum Propheta: *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.* Pſal. 21. Et quotus quiſque eſt tanta peritiâ, dexteritatéque, & animi magnitudine nauclerus, qui animam ſuam, vtique nauim in medio ſalo, fluctibus vndique, procelliſque agitatam ſic poſſit, ſciatque tenere ac moderari, per ſaxa, per vada, inter naufragia ſecuram, vt in portum tandem illæſam inducat? Malè ſibi conſulit omninò imprudens, qui cùm poſſit tutus in portu quieſcere, potiùs eligit in pelago cum fluctibus, cum ventis, cum procellis, cum morte ipſa ſæpius colluctari: qui videlicet ſubditus eſſe cùm poſſit, ac debeat, ad plenam periculis præfecturam aſpirat.

Pſal. 21.

Qui poteſt ſubditus viuere, ne prælatus fiat.

Nocent Ioſeph innocenti, & ſancto tantùm ſomniati honores: quis ergò auſit illos ambire, illos obtinere, in illis ſupra cæteros homines eminere: quis ab honorum fallacia, vel etiam graui pondere non ſibi timeat? Mirum ſanè dictu eſt, quod de ſeipſo ſcribit S. Auguſt. iam in Epiſcopatu eminens: *Spem* (inquit) *omnem ſeculi reliqueram: & quod eſſe potui, eſſe nolui: nec tamen quæſiui eſſe, quod ſum.* Nimirum, cùm poſſet in ſeculo ambire, atque obtinere honores, honorumque titulos, maluit in religione humilem vitam ducere: *Elegi* (inquiens) *in domo Dei abiectus eſſe.* Pſal. 83. *Et hoc agebam, quantum poteram, vt in loco humili ſaluarer, ne in alto periclitarer.* ſerm. de vita Clericor. Inuitus nempe, ac reſiſtans in Epiſcopum eſt promotus. Quâ quidem dignitate nihil minus concupiuerat, nihil magis refugerat, ac timuerat; hoc vnum in votis habens excelſi honoris declinare pericula, & in humilitate religioſæ vitæ ſecuram facere ſuam vocationem: Imò etiam apud homines tutiùs viuere, & poſt mortem ſi minùs celebrari, at certè infamia non laborare. Verè ſiquidem ſcripſit Cornel. Tacit. *Atrocior ſemper fama eſt erga dominantium exitus,* lib. 4. annal.

Timeat ſibi quiſque ab honore. *D. Auguſt.*

S. Aug. dolet ſe Epiſcopum.

Pſal 83. Viuat quiſque in religione priuatus.

Securitas viuit ſanctum. moritur ſubditus. *Corn Tac.*

Mors imperantis malè ſemper audit.

9. *Venite occidamus eum.*] O ſtolidum conſilium! ô furor planè ſatanicus! ô tam ſtulta, & barbara, quàm fera, & crudelis coniuratio! Occidamus eum. quem? ſomniatorem. Ob quæ delicta? Ob inſomnia. Et quid peccauit ſomnians? Num liberum homini ſomnium eſt? An culpâ ſuâ ſomniat, qui malum, vel bonum ſomniat? O leniculam, ô nullam prorſus cauſam ſupplicij! Cæterùm mentes inuidia correptæ non aliunde, quam ab innato furore ad excitandam odij flammam, & ſaturandam patrato facinore in caput innocentis rabiem impelluntur. Enimverò etſi foris tentatio pulſet, intùs tamen grauior eſt ex prauo mentis habitu ad ruinam impulſus. Deinde cùm nomen ſomniatoris frequentiam & quaſi ſomniandi habitum denotet; at ille duo tantùm retulerit ſomnia: cur barbari homines appellatis ſomniatorem? Planè inuidorum hominum proprium eſt, res augere ſupra verum: mens quippe inuida etiam pauca, & parua exaggerat, & multiplicat.

Inuidia odiúmque malè dicendi & faciendi non habet terminum.

Ad hæc animus odio imbutus, cùm ſatis non habeat, ex vno vel facto, vel dicto hominem criminari, plura ſic etiam mendaciter congerit, vt prorſus infamiam denotet miſeri, quem inſectatur. Hæc eſt impudentia, hæc inuidia, hoc verè diabolicum dixerim odium improborum in ſeculo nebulonum, vt ſi fortè vnquam vnus de religioſis viris (quæ humana fragilitas eſt) vel tantillum ceciderit, auidè lapſum haurientes blaterent, inſultent illico: Et qualis eſt iſthæc religio! Quis iam nunc ſe credat iſtis, qui ſub religionis nomine, tam fœdam geſtant hypocriſim. Omnes proculdubiò ſunt impoſtores, nullus eſt non intemperans, & inuerecundus. O vos potiùs intemperantes, & inuerecundos, qui à tam inuerecunda intemperantia linguæ non temperatis? Siccine vnius, vel alterius ex lapſu totum colligitis ordinem corruiſſe? Quæ noua iſthæc logica, vt ex ſingulari vniuerſalem propoſitionem colligatis.

Laici religionem vnius lapſu infamant.

10. *Occidamus eum.*] Pulchra in hunc locum eſt paraphraſis Ioſephi. *Illi* (inquit) *viſo fratre aduentante gauiſi ſunt, non ob aduentum germani, à patre miſſi, ſed tanquam inimico in manus ſuas à Deo tradito.* lib. 2. antiq. cap. 37. Videlicet liberationem ab inimicis, vnum vel maximum Dei beneficium putarunt ſemper homines, quod magni Baptiſtæ pater ex aduentu Meſſiæ futurum prædicauit, *Salutem ex inimicis noſtris, & de manu omnium qui oderunt nos.* Luc. 1. Euadere ſiquidem è manibus inimici, non minus eſt quàm ex vnguibus leonis, & dentibus lupi eripi; idem prorſus eſt, atque è mortis faucibus extrahi. Planè ab inferis rediuiuus excitatur, qui manus effugit inimici. Ex quo amplius ſequitur; nihil æquè mortalibus fauſtum, iucundúmque aduenire quàm oblatam (vt exiſtimant) diuinitùs occaſionem habere ſecurè, atque impunè mortem aliquando tandem inimico inferendi, quò ſcilicet, & iniurias vlciſcantur, & libidinem expleant vindictæ, & metum ſubinde ac periculum in poſterum auertant.

Ioſeph.

Grande Dei beneficium euadere è manibus inimici. *Luc. 1.*

Mors inimici lætiſſima.

11. Hanc vnam in hominum genere inauditam, ſumméque admirandam prædicauit Saul in Dauide laudem, quòd cùm in illius manus deueniſſet, faciléque poſſet occidi, Dauid tamen deſtinato iam ad mortem Regi pepercerit. *Iuſtior* (inquit) *tu es, quàm ego: tu enim tribuiſti mihi bona, quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, & non occidiſti me. Quis enim cùm inuenerit inimicum ſuum, dimittet eum in via bona?* 1. Reg 24. Ex ſe ipſo videlicet Rex barbarus alios æſtimabat, fieri non poſſe dicens, vt quis inimicus ſuis à Deo manibus traditum cùm poſſet occidere, vellet illæſum dimittere. Quo ſenſu ipſemet Rex dixerat paulò antè cùm accepiſſet Dauid, quem perſequebatur certo iam loco inuentum: *tradidit eum Deus in manus meas, concluſuſque*, &c. 1. Reg. 23. Benè cæcitatem,

1. Reg. 24. Dauid pepercit Sauli, cùm poſſet occidere.

1. Reg 23.

A ciatem, ac dementiam Regis tam impij, quàm furioſi expendens Abul. occurrit. *Saul cum eſſet in manifeſtiſſimo crimine, quia perſequeretur Dauid, putabat, quod Deus faueret ei contra Dauid tradendo illum in manus illius.* Sic Abulenſ. quæſt. 12. in caput prædictum. Verius profectò, ſaniúſque dixit eidem Sauli Dauid: *Ecce hodie viderunt oculi tui, quòd tradiderit te Dominus in manu mea, & cogitaui, vt occiderem te; ſed pepercit tibi oculus meus.* 1. Reg. 24. Vere quidem Deus obtulit illam opportunam Dauid occaſionem, vt Saulem iuſtè atque impunè trucidare poſſet, ſi vellet. Cæterùm vir modeſtiſſimus, & piiſſimus maluit inimico parcere, quàm ſibi ipſi conſulere.

Abul.

1. Reg. 24.

D. Greg. Nazianz. Præcipua laus Dauid manſuetudo.

12. Quocirca ſcripſit optimè S. Gregor. Nazianz. *Dauid inter Reges magni nominis, cuius cùm*
B *multa de hoſtibus victoria ac triumphi hiſtoriis proditi ſint, tamen præcipuum decus, & ornamentum eſt clementia.* orat. de S. Baſil. Vel poteſt etiam dici traditum quidem à Deo in manus Dauid fuiſſe Saulem, vbi liberè, iuſtéque poſſet hominem occidere, ſed tamen non vt occideret, ſed viuum dimitteret, ad grande ſuæ virtutis meritum, & memorabile in poſteros patientiæ, caritatiſque exemplum. Sic nobis tradit Dominus aliquando inimicos, non vt de illis ſumamus vindictam, ſed vt parcendo, & miſerendo inſignem promerendi apud Deum ex caritate Chriſti occaſionem habeamus. *Nihil enim* (docet optimè S. Chryſoſt.) *omnium Deus ita odit, & auerſatur, vt hominem vltionis auidum, & in animo ſuo perpetuas ſeruantem*
C *inimicitias; tantum enim eius peccati damnum eſt, vt miſericordiam reuocet Dei, nec locum habere ſinat.* homil. 17. in Geneſ. Quaſi Deum ipſum pœniteat beneficium contuliſſe, veniámque, & miſericordiam impendiſſe homini, qui tam barbarus ſit, vt cùm multorum, & grauium ſcelerum à Deo veniam aliquando impetrarit, proximum tamen ob leuiorem noxam crudeliter obſtringat, & ſtrangulet, quod in parabola talentorum expreſſum eſt. Matth. 18.

D. Chryſ. Summè Deus execratur hominem vindictæ cupidum.

Barbarus non donat leuia, cùm grauibus à Deo ſit donatus.

Matth. 18.

13. Contrà verò nihil Deo gratum eſt atque iniuriarum condonatio, & caritas ergà inimicos; ſic enim homo vel maximè ſimilis Deo efficitur; *Qui* (vt Propheta loquitur) *benignus, & miſericors eſt, patiens, & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper*
D *malitia.* Ioël. 2. *Tam blandus videlicet, amánſque hominum Deus eſt, vt* (declarat S. Hieron.) *ſi nos egerimus pœnitentiam ſuper peccatis, & ipſum pœniteat comminationis ſuæ. Præſtabilis, id eſt, pœnitens, malitia hoc loco afflictionem ſignificat.* At qui obfirmato demum animo veniam denegat pœnitenti, ſeruátque odium immortale, diabolo eſt quàm ſimillimus. *Diabolus enim* (inquit S. Chryſ.) *eſt hoſtis irreconciliabilis. Cæterùm homo quicquid faciat amicus tamen eſt, & frater.* homil. 5. in 2. Corinth. Machinati verò barbari fratres necem fratri, ne parricidium ſciatur, cadauer in profundam foueam ſtatuunt proiiciendum, ciſternam veterem vertunt interpretes. Hebr. *Vnam ciſternam.* ſcilicet
E conſtractam, & quæ nulli iam vſui ſit, vbi fortè ſi non aquæ ſint, quibus pereat ſubmerſus, aut venenatæ beſtiæ à quibus cum dolore, & cruciatu perimatur; at certè luto ipſi penitùs inhærens; omnique deinde ope deſtitutus paulatim miſellus puer vitam in ſqualore, ac mœrore finiens contabeſcat.

Ioël. 2.

D. Hier. Noſtrâ ſcelerum pœnitentiam Dei ſequitur de vindicta pœnitentia.

D. Chryſ. Implacabile odium diaboli.

Barbara hominum crudelitas.

14. Deinde ad occultandum facinus inter ſe ſtatuunt: *dicemúſque: Fera peſſima deuorauit eum:* Verè dicunt feram, & peſſimam: quam quæſo! Videlicet inuidiam, odiúmque fraternum: nihil

Inuidiâ odióque nihil ſtolidius, & furioſius.

A enim aut ſtolidius, à rationéque alienius, aut deinde nihil impotentius, ac truculentius eſſe ſolet. Optimè S. Chryſ. ita facinus hoc exaggerat. *O nefanda rabies iniquorum! Non licet Ioſeph, impunitum eſſe, quod bonus eſt? non licet meliorem inter eſſe cum malis, & quaſi inuidi aliquid perdant aut diſpendium alicuius rei incurrant: ſic bonorum vita detrimentum eſt peſſimorum.* Grandis nimirum ſemper extitit inter bonos, malóſque diſcordia, magna vtrinque diſparitas, chaos maximum: Cúmque ſimilitudo amoris ſit cauſa, & è contrario generet odium diſſimilitudo, bonos à quibus tanto interuallo in vita, & in ſtudiis diſſident, imò, & arguuntur mali, ferre non poſſunt; imò quacunque ratione perſequuntur. *Zelant igitur*
B (inquit S. Chryſoſt.) *manſuetum inuidi, modeſtum ſuperbi, probum improbi, mitem iniquè amulatione laceſſunt. Patitur Ioſeph ſanctus innocentis vita inuidiam, & aemulos in ſe fratres ſanctâ incitat vitâ. Bonum mali videre non poſſunt.* At ſint odia etſi barbara, & impia; fratrem fratres auerſentur. Peſſimum id quidem, ſed quid amplius furit iſtorum impietas? *Denique venientem ad ſe* (concludit) *lacerant, ſæuiunt, necare feſtinant. Nolunt meliorem vincere, ne degeneres ipſi poſſent improperia ſuſtinere. Cur innocentem zelas inimica fraternitas? cur modeſtum perſequeris? Cur probum non diligis? Cur rea innocentis ſanguinis inueniris?* ſerm. de Ioſeph vendito. tom. 1. Cur ita? ſcilicet, quia innocens, modeſtus, probus eſt, à nocentibus, immode-
C ſtis, improbis malè habetur conuiciis, & in mortem vocatur.

D. Chryſ.

Bonorum vita execratio malis.

Bonos odio mali proſequuntur.

D. Chryſ.

S. Chryſ. Bonorum vitam mali auerſantur.

15. *Tunc apparebit quid illi proſint ſomnia ſua.*] Morte ſcilicet, quam ſtatuunt inferre, locum non habebunt honores illi ſomniati; conſtabit etiam vana illa fuiſſe inſomnia, ridiculúmque ſomniatorem, quippe qui honores ſuos ſomnians mortem tamen ſuam præproperam non ſomniauerit. Hæc illi tam barbari, quàm ſtulti, contra ſanctum, & dilectum Deo fratrem iactare videbantur. Profectò non caret myſterio, quod S. Thom. de hoc eodem Ioſeph his verbis adnotauit: *Præuidit* (inquiens) *ſuum dominium ſuper fratres, non tamen venditionem, & alia ex quibus dominium conſequutus eſt.* 2. ſent. diſt. 4. art. 2. ad 2. Nec
D enim tantum Dominus adhuc adoleſcentis huius ſanctitati confidebat, vt illi aduerſa, & grauia, quæ paſſurus eſſet venditus, captiuus, in ergaſtulo vinctus; atque ante omnia violenter exutus tunicâ, & in profundam foueam proiectus; certò euentura omnia reuelaret; ſuccubuiſſet vtique puer conſternatus animo, ſi tam luctuoſæ tragœdiæ reuelationem accepiſſet. At futuram illam in ſomniis duplicatam accepit diuinitùs felicitatem, vt deinde in medio ſuarum tribulationum, quibus eſt exercitus, certâ ſpe futuræ proculdubio felicitatis, & ſolari, & excitare poſſet animum ne periret.

S. Thom. Præuidit Ioſeph non honore non labore.

Spes nos in tribulationibus.

16. Porrò autem, quæ virtus, quæ magnitudo animi, quæ conſtantia, quæ tolerandi ad-
E uerſa, & grauia pro Deo alacritas, nec à pueritia Ioſeph, nec ab illa nondum matura mundi ætate exigebantur, poſtquam venit temporis, & gratiæ pariter plenitudo in Paulo inuenta ſunt; vt reuelata diuinitùs ſummè aduerſa omnia paulò pòſt ſubeunda non deprimerent animum, ſed velut ad triumphandum excitarent: audi Apoſtolum. *Nunc ecce alligatus ego ſpiritu vado in Hieruſalem, quæ in ea ventura ſint mihi ignorans: Niſi quod ſpiritus ſanctus per omnes ciuitates mihi proteſtatur dicens: quoniam vincula, & tribulationes Hieroſolymis*

Act. 20.

vīſ lymis me manent; ſed nihil horum vereor. Act. 20. Ecce grauiſſima quæque mox toleranda, & non ſomniata, ſed tam manifeſtò reuelata; vt iam alligatus ſpiritu Apoſtolus trahi videretur. *Quibus verbis oſtendit Apoſtolus* (inquit S. Chryſ.) *quod ad magna accedat, & quod ſponte ſubeat,* &c. quare omnia tribulationum genera iam animo præconcepta non exultanti ſolùm ſpiritu arripuerat, ſed illis auidè, atque inſatiabiliter velut ſapidiſſimis epulis mentem oblectabat, cùm tamen interim de diuinis conſolationibus, quibus perfunderetur, nec de admirandis, quæ toto orbe vulgabantur, miraculis, nec de illuſtriſſimis gratiæ apud Deum meritis, nec de maximis, quæ in Eccleſia Chriſti eſſet in omne æuum habiturus, honorum titulis, ac præconiis vllam vel mentionem faceret, vel reuelationem, aut haberet, aut habitam referret.

S. Paulus labores refert reuelatos, non honores.

D. Chryſ.

17. Quod Paulus de ſeipſo ſcripſit, hoc ipſum quoque *germanus ille Chriſti* (vt vocat noſter Maffeius lib. 15. hiſtor. indic.) *in morte pariter, & in vita diſcipulus Sanctus noſter Franciſcus Xauerius aliquando, aut in ſomnio, aut etiam reuelatione diuinitùs accepiſſe traditur: Nam cùm ſeruo Dei ante ſuſceptam expeditionem Indicam, ſeſe omnium laborum, periculorum, tribulationum, famis, ſitis, æſtus, ac frigoris, iniuriarum, naufragiorum, tum genera, tum nomina menti obiectarent: vt quæ ſingula, & omnia eſſet ille per orientem ſubiturus; exclamaſſe dicitur. Plura Domine, plura. Quicquid enim aduerſum horrendùmque in vita excogitari poteſt, generoſo animo Xauerij ad ſedandam patiendi pro Deo ſitim ſatis eſſe non poterat.* Tribulationum itaque demonſtratione ſeruos ſuos Dominus non modò armat, ſed etiã recreat potiùs, quàm honorum, & conſolationum reuelatione. Illic enim ſeges meritorum exſurgit, & glorioſa datur occaſio triumphorum.

Maffeius.

S. Franc. Xauerius ad reuelationē laborũ gaudio exultat.

Patiendi pro Deo ſitis inſatiabilis S. Franciſc. Xauerij.

18. Ex hac ipſa, quam ſomniator mortem à nobis illatam ſubibit, videbitur, quàm vana prorſúſque nulla fuerit illius ſomniata felicitas. *Occidatur* (inquiunt) *ne nobis imperet, ne regnet; reddat irrita ſuorū inſomnia.* Sed ô amentes & ſtolidi, quin iſto veſtro conſilio, ſaltem perſequendi, & vendendi fratrem innocentem, ad præmonſtratã, illis ſomniis, & prædeſtinatam fratri gloriam vos ipſi maximè odiis, iniuriiſque affectum, & in exteras gentes venditum promouebitis, atque perducetis. Sic profectò euenire ſolet, vt quibus inuidi machinationibus gloriam obſcurare, felicitatémque impedire conantur eorum, quibus inuident, iis maximè illam illuſtrare, atque amplificare videantur. Et ſimiliter improbi odiis, & iniuriis, quibus bonorum, aut famam lacerare, aut etiam vitam tollere nituntur, iiſdem potiſſimum non ſolùm coronam in cœlo conſtruãt, ſed etiam in hac vita ſummã veluti adminiſtri, adiutoréſque proſperitatem operentur. Venditus quidem eſt Ioſeph à fratribus, ne ſuper eos regnaret; at ideò regnauit, quia fuit ab illis venditus. Cruci Dominum IESVM affixerunt Iudæi, vt illius & gloriam inter homines obſcurarent, & nomen protſus delerent: at à Deo data eſt illi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, nomen illius ita extitit glorioſum, vt illo audito cœli, terræque, atque inferi contremiſcant, & procumbant: denique illius gloria, & maieſtas mundi machinam repleat vniuerſam: ex eo videlicet, quod ad Crucem vſque humiliatus, & exinanitus fuerit, ipſemet prædixerat: *Et ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Ioan. 12.

Mali bonis conſtruunt felicitatem.

Ioan. 12.

19. Maximè verò Dei ſapientia, & potentia tũc demonſtratur, cùm deſtructis hominum conſiliis, & humana ſapientia prorſus illuſa ſupra ipsã naturam operatur multa, & admiranda, prout vult, quæ humanam excedunt intelligentiam, & impoſſibilia iudicantur. *At non eſt impoſſibile apud Deum omne verbũ.* Luc. 1. Benéque proindè Iſaias exclamauit: *Domine quis credidit auditui noſtro, & brachium Domini cui reuelatum eſt.* cap. 53. Ioſeph ex odio fratrum, paratóque ab illis parricidio: *Venite occidamus eum;* ad ipſammet, quam inuidi præpedire conabantur, imperij gloriam eſt euectus. Ex Cruce, mortéque infami Dominus IESVS tantum aſcendit, vt regnaret è ligno Deus, & exaltatus ſuper omnes cœlos impleret omnia. *Et aſcendet* (addit Propheta) *ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti.* ibid. Loquitur de conceptu partuque Virginis, ad quem tota rerum natura obſtupuit, humanáque ſapientia dixit incredibilem, merámque ſtultitiam & Iudaica perfidia ſcandalum reputauit.

Bea. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

Dei ſapiẽtia hominũ conſilia illudit.

Luc. 1.

Iſai. 53.

Iſai. 53.

Verbi incarnatio ſtupori fuit toti naturæ.

20. Quamobrem ſanctiſſimus ille iuxtà, & feliciſſimus ſenex, qui Deum recèns hominem natum ex Virgine ſumens in vlnas ſuas cycneo ſuã mortem cantu eſt proſecutus; dixit ad Mariam matrem eius. *Ecce poſitus eſt hic in ſignum, cui contradicetur.* Luc. 2. Quo etiam nomine vſus antea Iſaias prædixerat. *Dabit Dominus ipſe vobis ſignum.* Iſai. 7. quod nam quæſo iſtud eſt ſignum? adiungit: *Ecce Virgo concipiet, & pariet.* ibid. Vnde ſubintulit Tertull. *Agnoſcimus ergò ſignum contradicibile, conceptum, & partum Virginis Mariæ.* lib. de carne Chriſti cap. 23. Quis enim humano iudicio ductus crederet de terra ſitienti florem pullulare, fructum matureſcere; de ventre ſcilicet Virginis naſci hominem. Verùm vt eleganter occurrit S. Aug. *Hic ſi ratio quæritur, non erit mirabile; ſi exemplum poſcitur, non erit ſingulare. Demus Deum aliquid poſſe, quod nos fateamur inueſtigare non poſſe.* epiſt. 3. ad Voluſian.

Luc. 2.

Conceptus & partus Virginis ſignum contradicibile.

Iſai. 7.

Tertul.

Conceptus & partus Virginis ſupra rationẽ & abſque exemplo.

D. Auguſt.

21. Nihil quidem alienius à conceptu, & partu, quàm ipſa virginitas; vnde namque ſeges pullulat, niſi ex arata ſatáque tellure? Verùm ita cum ſuis cauſis rerum agit natura, cuius tamen legibus Creator ipſe omnipotens haud obſtringitur. Et qui à fratribus odio habitum, tunicã exutum, proiectum in puteum, venditum, captiuum, ligatum catenis, accuſatum adulterij, morti denique deſtinatum; vbi omnia difficilia, & penè impoſſibilia videbantur, ipſummet deinde felicem, fortunatúmque, & ſuorum ipſorum fratrum principem ac dominatorem effecit: ex tanta infelicitate miram felicitatem; ex tanta miſeria tam excelſam in terris gloriã eduxit: ipſemet Deus & Dominus naturæ eadem planè ſuã potentiã, miraculum iſtud omnium auguſtiſſimum potuit, nouit, voluitque operari; vt ancilla fieret cœli, terræq; Regina, Virgo conciperet, pareréque, & creatura mater Dei eſſet, & ab Angelis, hominibuſque celebraretur. Nam (vt optimè concludit idẽ Auguſt.) *in talibus rebus tota ratio facti eſt potentia facientis.* ibid. Peregregia quidem regula iſta B. Auguſtini. *In talibus rebus,* &c. ſcilicet, quæ in Virgine matre operatus eſt Deus, quæ matri ſuæ beneficia, dona, priuilegia conceſſit, per hanc videlicet menſuram, vti conceſſa fuerunt, ſic à nobis facta intelligi, prædicarique debent, vt nimirum, & ſciamus, & dicamus: Quicquid cœleſtium gratiarum, & priuilegiorum Deus potuit, & filium, ac matrem decuit, conceſſum, indultúmque fuiſſe Beatiſſimæ Virgini Dei matri.

Dei potentia ſupra id quod videtur impoſſibile.

D. Auguſt.

Menſura donorũ B. Mariæ ipſa eſt Dei potentia, & ei decentia.

SECTIO VI.

Audiens autem hoc Ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat: Non interficiatis animam eius, nec effundatis ſanguinem: ſed proiicite eum in ciſternam hanc, quæ eſt,&c. Vſque ad *comederent panem.*

1. PAratos iam ad patricidium fratres: Ruben omnium natu maximus cohibuit dato cõſilio, vti potiùs à ſanguine fratris abſtinentes illum proiiciant in pertuſam illam ciſternam, vbi fame, frigoréque correptus intereat. Quod quidem mortis genus, vbi non humanus, & fraternus cruor effunditur, nec tantæ crudelitatis, nec taoti facinoris arguetur. Cæterùm meos erat Ruben, vbi ad greges illi redirent, clàm è puteo fratrem extractum remittere illicò illæſum ad patrem. Sed vnde tam grata hæc Rubeni pietas in fratrem, támque pia erga patrem gratia? Nimirũ, vt hoc tam egregio facto poſſet illam de patrato nuper inceſtu infamiam abolere, læſique patris amiſſam recuperare gratiam. Nec digniore quidem obſequio poterat Ruben patris ſui beneuolentiam demereri, quàm ſi è letho cariſſimum filium eriperet, patríque ſaluum remitteret. Profectò credendum eſt Patriarcham iſtum de flagitio ſuo vehementer doluiſſe, duráque, & diuturnâ pœnitentiâ illud apud Deum, atque homines expiaſſe. Nam vt libello illo, qui teſtamentum duodecim Patriarcharũ inſcriptus habetur in 3. tom. Biblioth. patrum. Moriens Ruben inceſtum ſuum execratus, & filiis caſtitatem ſeriò commendans; hæc ſimul apponit. *Dico vobis quoniam percuſſit me dominus plaga magnâ in ilíis meis per menſes ſeptem, & niſi Iacob pater meus oraſſet pro me ad Dominum, quoniam volnit occidere me, periſſem. Eram tunc triginta annorum, & ſeptem menſibus infirmatus ſum vſque ad mortem.* Sic ille. Inſigne videlicet flagitium etiam in hac vita interdum à Deo grauiter vindicatur; maximè verò carnis intemperantia, carnis doloribus, morbiſque vt plurimum flagellatur; vt vbi perpetàm laſciuiit voluptas, ibi carnifices deſæuiant cruciatus.

Ruben ſui inceſtus egit pœnitentiã.

Carnis voluptas carnis doloribus caſtigatur.

2. Quod quidem diuinæ vindictæ flagellum, ſi patienti humilíque animo ſuſcipiatur, mirum in modum, & cœleſtem placat iudicem, & promeritam ſceleribus pœnam ſi nũ omninò diluit, at certè maiori ex parte diminuit. At potentior vis eſt ad abolendam peccatis debitam pœnam in ſpontanea pœnitentia, cuius etiam medicamento ſuam prudenter plagam curare voluit Patriarcha. Siquidem adiungit. *Et electione animæ meæ ſeptem annis pœnitui coram Domino. Vinum, & ſiceram non bibi, & caro non intrauit os meum, & omnem panẽ deſiderij non guſtaui lugens pro peccato meo; magnũ erat, & non fiet in Iſraël ita.* Hæc Ruben. Hinc ſuſpicari licet Ruben non fuiſſe de illorũ numero, quos puer Ioſeph accuſauit apud patrẽ de crimine peſſimo; ac proinde nõ fuiſſe à fratre offenſum, nec eidem iofenſum; addit enim ipſe: *Vſque ad mortẽ noſtri non habebam fiduciam aſpiciendi in faciẽ Iacob, vel loquendi alicui fratrum propter opprobria: & vſque nunc conſcientia mea cruciat me de peccato meo. Ex tunc igitur cuſtoditus ſum, & non peccaui.* Hactenus Ruben. Certè doctrina hæc (licet alicui liber non tantæ videatur autoritatis) & planè Chriſtiana eſt, & nobis, qui ſæpiùs peccauimus, valdè ſalutaris. Nam iugis illa per totam vitam ſceleris admiſſi, & vel etiam deplorati, atque emendati recordatio magnam vim habet ad abolendam omninò pœnam peccato irrogatam, & ad plenã, ſanctámque prioris vitæ reſipiſcentiam. Iccircò enim monet Spiritus ſanctus: *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* Eccleſ. 5.

Voluntaria afflictio ſcelerum curat vulnera.

Pudor & pœnitentia ſcelerum.

Efficax eſt pœnitentia per totam vitam.

Eccleſ. 5.

3. Pudor etiam, quo pœnitens ita ſuffunditur, vt cum Publicano ad Deum leuare oculos vereatur, eſt quidem Dei propitiandi, veniæ impetrandæ, auertendi ſupplicij, recuperandæ gratiæ, vitæ in melius commutandæ remedium ſingulare. Nã ſi verum eſt, quod S. Greg. Naz. ſcribit: *pudor ad inflectendos, alliciendóſque homines mirè efficax medicamentum eſt.* Apolog. 1. Quantò, dic obſecro, maiorem vim habeat neceſſe eſt ad inflectendum, alliciendúmque Deum ipſum, cuius quidem viſcera affluunt miſericordiâ? Iccircò benè precabatur Dauid peccatoribus, qui diuiniùs ad pœnitentiã vocantur. *Confundantur, & reuereantur.* Pſalm. 34. Siue vt alij legunt, *& reuerebuntur.* Scilicet, ex ipſamet confuſione naſcitur reuerentia, timórque Dei: Hinc optimè occurrit S. Aug. *Benè illis optanit: multi ſalubriter confuſi ſunt.* Vna ſcilicet ex potiſſimis ad conuerſionem peccatoris via eſt ipſamet ſcelerum verecundia; vti è contrario in ſceleribus obſtinati animi, ac veluti nota reprobationis æternæ habetur inuerecundia, quam illi ſecum geſtabant, qui à Propheta dicuntur, *Filij dura facie, & indomabili corde.* Ezech. 2. *Durâ facie* (inquiunt Theodor. & Polychron.) *impudentes, quia non erubeſcebant, neque illos pudebat ſcelerum.* O ſummè infelices, qui nec ore pudorem, nec corde præferunt dolorem: qui nec alapis diuinæ iuſtitiæ percuſſi verecundantur, nec ſagittis æterni iudicij penitùs transfixi dolent, ſed pertinacius obdurantur.

Valde ſalutaris ſcelerum pudor.

D. Greg. Naz.

Pſal. 34.

D. Aug.

Inuerecundia in ſceleribus ſignũ reprobationis.

Ezech. 2. Theodor. Polychron.

Summa infelicitas peccatoris, qui nec dolet nec verecundatur.

4. Ruben igitur poſt pœnitentiam, & ſenſu, & mente melior factus nouit, ac potuit fratres à concepto parricidio auertere. *Docens, nimirum* (vti ſcribit Ioſephus) *quantum facinus molirentur, & quantam inuidiam parituram. Deum vererentur ſpectatorem, ac teſtem conſilij contra fratrem initi; ſin pergant, fieri non poſſe quin exigat ab eis parricidij pœnas, cùm nihil ipſius prouidentiam latere poſſit, ſiue in ſolitudine admittatur, ſiue in ciuitate. Vbicunque enim ſint homines, exiſtimandum ibi Deum quoque adeſſe. Ioſephum verò ne peccaſſe quidem in illos, cuius ætas miſerationem potiùs mereatur, & ipſos tutores, ac protectores. Cauſam etiam cædis facinus eorum grauaturam, ſi videantur ob inuidiam futuræ felicitatis ei vitam ademiſſe: quâ felicitate propter cognationẽ ipſis quoque frui licebat. Debere enim exiſtimare ipſorum eſſe quicquid Deus Ioſepho largitus fuerit.* Hæc ille, pluráque in hanc ſententiam egregiè ſcribit lib. 2. antiq. cap. 3. Exarſerant nihilominùs odio barbari; nec niſi ſanguine innocentis pueri conceptam ex inuidia iracundiam decreuerant ſaturare. *Poſtquam igitur* (adiungit idem) *nihil ſe proficere vidit, ſed omninò ad cædem accenſos; conſulebat, vt ſaltem modum necis mitiorem eligerent, ſatius eſſe temperare à manibus, & proximum videri puteum illicque extingui ſinere, vt ſaltem manus puras ſeruarent.* Perſuaſit demum, vti manus ſuas ſeruarent innoxias; videlicet, ne cruentarent manus cruore fratris occiſi; nihil enim magis inquinat, fœdátque, & exoſum Deo reddit hominem, quàm crudelitas in fratres, & humani ſanguinis, maximè verò fraterni effuſio. Propterea Dominus per Iſaiam comminatur: *Cum extenderitis manus veſtras auertam oculos meos à vobis: & cùm multiplicaueritis*

Ioſeph.

Timendus à peccatore Deus, quem nihil latet.

Felicitas vnius totam cognationẽ illuſtrat.

Ioſephus.

Nihil tam contaminat quàm fraterni ſanguinis effuſio.

caueritis orationem non exaudiam; manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Iſai. 1.

Iſai. 1.

5. Mirum quidem eſt, quòd cùm Dominus per ſuum Prophetam hoc eodem capite, Iudæorum, & grauia, & omnis ferè ſpeciei peccata commemorauerit, ad ſolum deinde homicidium hîc nominatum ſeſe omninò ſurdum implacabilémque fruſtrà illis deprecantibus futurum comminatur; vt egregiè adnotauit S. Cyrill. Alex. *Ergóne* (inquiens) *Deus deſiit eſſe humanus? Ergóne oblitus eſt miſereri Deus? Nequaquam. Humanus eſt, & bonus, & miſericors, tantum non iniuſtus auertens oculos. Manus ſiquidem veſtræ plenæ ſunt ſanguine. Cæteris criminibus prætermiſſis, cædis dicam impingit.* Eandem comminationem repetit Propheta cap. 59. Licèt autem vtroque loco vniuerſalem, atque irreuocabilem Iudaicæ gentis vaſtitatem propter ab ipſis patratam cædem Chriſti Domini Propheta ſignificet: vti volunt S. Hieron. S. Cyrill. & alij, videtúrque omninò literalis ſenſus; inde tamen vult etiam Dominus extendamus illius iuſtitiá, maximè armatam contra homicidas, quorum inhumanitas diuinæ bonitati, & caritati maximè omnium ſcelerum aduerſatur. Animaduertit enim S. Hieron. *Vtendum hoc teſtimonio, & contra eos, qui cùm quotidianis operibus ſanguine manus plenas habeant, in oratione dies, noctéſque coniungunt.* Vſque adeò execratur Deus Omnipotens homicidium, *auertit faciem ſuam non ſuſtinens* (inquit S. Cyril.) *videre manus homicidarum.* Sic ille. Quod tamen non dixit, cùm cætera peccata, imò etiam idololatriam illius populi commemoraſſet, ac ſi homicidium magis Dei miſericordiam offenderet, vehementiúſque illius iuſtitiá irritare videatur, quàm ipſa, quæ omnium peccatorum grauiſſima eſt idololatria; in quo benigniſſimus Deus oſtendit, quanti faciat hominem, quantum diligat; quando ſcilicet necem illatam homini, quàm ipſam ſuæ diuinitati ſummam ab idololatris irrogatam iniuriam acerbiùs doleat, ac ſeueriùs vlciſcatur.

Surdum ſe & implacabilem oſtendit Deus homicidis.
Cyril. Alex.
Scelus Iudæorum in Chriſti necē prorſus inexpiabile.
D. Hier.
D. Cyril.
Homicidiū ſupra omnia flagitia Deus execratur.

6. Igitur Rubeni verbis emolliti fratres, depoſitá crudelitate ferro trucidandi pueri, ad dimittendum in puteū, vbi foret incruenta mors, vnanimiter conſenſerunt. *Quare Ioſeph alacri animo, lætóque vultu ad fratres accedentem Ruben,* (vti ſcribit Philo) *complexus eſt. Cæteri hoſtiliter comprehenſum ſpoliant, ſpoliatum demittunt per funem in profundam foueam.* Cæterùm (vti Iuſephus ſcribit) *abductum adoleſcentem Ruben fune religatum demiſit ſēſim in puteum: erat enim ſatis ſiccus; quo facto abiit paſcua quæſiturus.* Abductum dicit, nimirum à manibus, à vi, ab impetu fratrum, qui ſine dubio innocenté agnum truculentiores lupis lacerаſſent, niſi à primogenito fratre coniiciendus (ex condicto) in puteum viuus abriperetur. Et quidem puer ab adoleſcentibus; amanſque ab iis, qui malè amorem odio rependentes hoſtilem exercebāt feritatem contra eum, qui fratres, & vocabat, & ſalutabat, & amabat, trahitur in interitum. Sic interdum fit, vt amicum quis oderit, & inhumaniter inſectetur. Hanc verè quidem proditoris impietatem ita S. Saluianus deteſtatur: *Cæcus ille quidem factus eſt affectu tuo, & notatur à cunctis, atque reprehenditur; ſed tu tamen hoc magis es obnoxius factus es, quia ſe ab omnibus fecit pro tuo amore culpari. Quid ergò ſimile apud barbaros, quis eorum amantibus nocet? quis diligentem inſequitur? quis cari ſui mucrone iugulatur? Tu amantem perſequeris.* lib. 5. de prouid. Ita contingit aliquando, vt qui nimis diligit, nimium ab eo, quem diligit, odium

Philo.
Ioſephus.
Ioſeph in ciſternā proiicitur.
S. Saluian.
Amicum odiſſe, atque perſequi, extremum facinus.

A eluceretur; & qui fratrem ſe præſtat alteri, eundē ſentiat inimicum. Nihil planè communius, ſed nihil etiam magis dolendum, quàm vt qui per omnia ſeſe mitem, beneuolum, munificum nobis patrem Deus exhibet, nos immites, barbaros, ingratos, non tam ſeruos, quàm hoſtes inueniat.

Ingrati & barbari diuinam caritatem offendimus.

7. *Nudauerunt eum tunica.*] Hebr. *Tunicá ſuá, tunicá polymitá, quæ ſuper eum.* Hinc aliqui ſubinferunt: vtraque tunicâ, & interiore, ſcilicet, (vt vocant) camiſiâ, & exteriore, veſte, quæ diſcolor erat, denudatum fuiſſe puerum; atque adeò nudū prorſus in foueá proiectum: Vt videlicet, Chriſtum Dominum ad flagella nudatum in prætorio repræſentaret. Magna profectò ignominia tá ingenuo puero, tam modeſto, & patri præ cæteris B dilecto; vt nudus inimicorum oculis exponatur. Summum planè opprobriū Chriſtu Dei filio perfidi hoſtes irrogarunt, cùm illum prorſus nudum columnæ alligatum ad flagella gentilium, & Iudæorum conſpectibus expoſuerunt. Fuit hoc vnū inter cætera, quæ Dominus in paſſione pertulit, maximum ludibrium. Nec enim modeſtiſſimus, & puriſſimus Dei, & Virginis filius tátum doluit ob ipſos flagellationis cruciatus, quantum ægrè tulit, ob oculos mortalium, quibus nuditas patuit ſui corporis virginalis; hoc enim côqueſtus aiebat: *Ipſi verò conſiderauerunt, & inſpexerunt me.* Pſ. 21. Apertè ſignificat Dominus tam in flagellatione, quàm in Cruce nudum ſe, ac ſine vllo tectum velamine fuiſſe, vt intelligunt S. Auguſt. Athanaſ. C Nazianz. Ambroſ. Cyprian. Bern. Anſelm. Rupert. Suarius, Ianſen. & communiter DD. vt nimirum ſic Dominus primorum parentum lueret nuditatem, quam in Chriſto Domino futuram multò ante præfigurauerat Noë, ob nimiam potionem nudus obdormiens.

Chriſtus omninò nudus ad columnam & in cruce.
Nuditatem ſui corporis pro omnibus doluit Chriſtus.
Pſal. 21.

8. Certe aduerſarij Dominum ita ludibrio habitum cum contemptu contemplati ſunt oculos paſcentes tam ignominioſo ſpectaculo: omnibus enim modis Chriſtum Iudæi vilem, abiectum, atque omni honore, memoriáque indignum hominibus oſtendi voluerunt. At fruſtra tamen, quò enim Dominus ſe viliorem videri permiſit, eò fidelibus ſuis ſpecioſior, cœlo, terræque ſublimior, & potentior tandem apparuit. De nuditate igitur D Domini, cùm flagellaretur, ita Virgo Dei mater reuelaſſe ſcribitur S. Brigitæ. *Ad columnam alligatus filius meus nihil omninò operimenti habebat, ſed ſicut natus eſt, ſic ſtabat, & patiebatur erubeſcentiā nuditatis ſuæ,* &c. Quare illud Pſal. 21. *Conſiderauerunt, & inſpexerunt me,* &c. non modò ad contemptum inimicorum, ſed etiam ad ſpectantium admirationem referri debet. Stupor quippe fuit apparere nudum Chriſti Domini corpus, cuius nitori, puritati, & pulchritudini nihil vnquam par in mundo licuit videre. De quo ipſa Virgo mater ita conteſtatur: *Fuit filius meus optimæ, & feliciſſimæ naturæ, de mea enim carne corpus mundiſſimū, & optimè complexionatum ſumpſit. Cutis eius ſic tenera erat,* E *& gracilis, quod nunquā ita leniter flagellabatur, quin ſtatim exiret ſanguis.* Ita Virgo Dei mater in reuelat. ad Brigit. Eſt quidem ſemper figura inferior re, quam præſignificat; nec proinde Ioſeph adæquare potuit Chriſtum Dominum cuius hoc loco typus exiſtit. Vterque nudus: Ioſeph in puteum dimittitur; Chriſtus ad flagella exponitur, & in Crucem attollitur.

Chriſtū omni honore indignū oſtendi voluerūt Iudæi.
S. Brigit.
Pſal. 21.
Chriſti corpus nudum ad flagella.
Delicatiſſima & mundiſſima Chriſti caro.
S. Brigit.

9. Cæterùm Dei filius, *qui torcular calcauit ſolus.* Iſai. 63. hoc eſt, nec in redimendo humano genere ſocium, nec in paſſione parem habuit: non modò illam cum Ioſeph nuditatem pertulit, ſed in-

Iſai. 63.

Quali dolore B. Maria filium flagellari ſpectauit.
S. Brigit.

ſuper nudo corpore acerbiſſimam flagellationem ſuſcepit. Inauditam ſiquidem in virgineis carnibus filij ſui ſpectauit mater mœſtiſſima verberum carnificinam: adiungítque. *Ad primum ictum ego, quæ aſtabam propinquius, cecidi quaſi mortua, & reſumpto ſpiritu vidi corpus eius flagellatū, carnes ipſius flagellis ſulcabantur, totus ſic laceratus ſtabat, vt in eo non inueniretur ſanitas, nec quod flagellaretur.* ibidem. Quis quæſo Virginis matris in eo ſpectaculo dolorem, lacrymas, gemitus, cordis angorem, viſcerum afflictionem dignè poterit comprehendere, ne dum verbis explicare? Vtinam ô Virgo Dei mater, vel vnam ſaltem guttulam immenſi tui doloris, meo cordi, meis oculis liceret infundi, vt dolentem te, ac lacrymantem poſſem aliqua ratione imitari! Eſt enim valde indignum ſiccis oculis, cordéque duro Deum contemplari acerbiſſima verbera patientem. Demiſit Ruben fratrem ſenſim ne doleret, in puteum: at Dominus ipſe teſtatur. *Poſuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis & in vmbra mortis.* Pſalm. 87. ſiue, *in lacu infimo*, vt Hebr. & Græci legunt. *Quid eſt autem* (inquit S. Auguſt.) *lacus infimus, niſi profundiſſima miſeria, quā nō ſit profundior? Vnde alibi dixit: Eduxiſti me de lacu miſeriæ.* Pſalm. 39. Nec enim vllus vnquam hominum ex damnatis ad mortem, aut æquè iuſtus, & innocens vti Chriſtus Dominus, patibulum ſubiit, aut tam multis, & grauibus, tum cruciatibus, tum opprobriis, & ignominiis, aut à tam barbaris, ac truculentis hoſtibus eſt occiſus. Illud etiam quod Procopius animaduertit, ſignificabatur. *Ciſterna* (inquit) *carebat aquâ, ſic ſepulchrum Saluatoris vacuum erat cadauere. Dein è ciſterna illa productus (vt ſtatim videbimus) Ioſeph in Ægyptum abiit ad ſummam illo in regno gloriam: & Chriſtus Dominus reſurgens e ſepulcho accepit omnem poteſtatem in cœlo & in terra, regnauitque Deus adoratus a cunctis gentibus.* Illud etiam non prætereundum: quòd vetus illa ciſterna dicatur non habere aquam. *Quod autem* (inquit S. Ambroſ.) *lacus ſiccus erat, quid mirum ſi Iudæorum lacus aquam non habet, qui dereliquerunt fontem aquæ viuæ, fecerunt ſibi lacus contritos?* lib. de Ioſeph. cap. 3. Carent miſeri dum in ſua perfidia permanent, & aquâ veræ ſapientiæ: nihil enim illis ſtolidius; & aquâ diuinæ gratiæ ſalientis in vitam æternam, quâ ſe fecerunt indignos, cùm autorem vitæ recipere noluerunt.

Condolendū B. Mariæ in filij paſſione.
Pſal. 87.
D. Auguſt.
Pſal. 39.
Nullius paſſio Chriſti paſſioni æqualis.
Procop.
Ioſeph in ciſterna typus Chriſti in ſepulchro.
S. Ambr.
Corda Iudæorum ſine aqua ſapiētiæ, gratiæque.

10. *Et ſedentes, vt comederent panem, &c.*] O magna rerum diſparitas. O inſignis mundi iniuria, iniquitas non ferenda? Ioſeph in puteo iacet, parricidæ comedunt! premuntur iuſti, exultant impij! Baptiſta in vinculis, Herodes in deliciis: Seruiunt, affligantur Iſraëlitæ, Ægyptij dominantur? Iam vetus hæc mundi conditio ab ipſis rerū primordiis exorta in dies magis inoleuit, vt mali proſperè, boni miſerè viuant. Multa in hoc argumento dici ſolent, & aliqua iā vbi ſe tulit occaſio, diximus. Cæterùm quia ſtultis hominibus, ac Deum prorſus ignorantibus hæc ſemper quæſtio moleſtiam peperit; imò, & impiam ingeſſit de diuina prouidentia dubitationem, vt tanto ſacrilegio poſſimus occurrere, nonnihil etiam hoc loco adiicere oportet. Igitur S. Saluianus hac de re ſcribit in hunc modum. *Quæritur ſi totum quod in hoc mundo eſt, curâ & iudicio Dei agitur, cur melior multo ſit barbarorum conditio, quàm noſtra. Cur inter nos quoque ipſos ſors bonorum durior, quàm malorū. cur probi iaceant, improbi conualeſcant, cur iniquis, vel maximè poteſtatibus vniuerſa ſuccumbant?* Hæc ille diſſeruit, quo tempore à Gothis, Vuandalis, cæteriſque barbararum gentium effuſis contra Romanū

Diſpar in mundo bonorum & malorum conditio.
S. Saluian.

imperium copiis extrema noſtro orbi vaſtitas inducta eſt, quod nos etiam quotidie deploramus, cùm infidelium Saracenorum, hæreticorū, atque inter nos quoque iniquorum ac turpiter viuentium hominū felicior conditio videatur. Reſpondet igitur: *Satis ſit pro vniuerſis rationibus autor Deus: nec licet vt de his quæ diuino aguntur arbitrio aliud dicas iuſtum, aliud iniuſtum: Quia quicquid à Deo agi vides, neceſſe eſt pluſquam iuſtum eſſe fatearis.* lib. 3. de Dei prouid.

Iuſtū, quicquid Deus agit.
S. Saluian.

11. Etſi autem Dei iudicia, tametſi nobis occulta, eſſe iniuſta non poſſint, nihilominùs ex ipſa diuina ſcriptura Chriſtique fide, omnis veritatis magiſtra multas, & egregias rationes edocemur, quare Deo ſic diſponente malorū ſit in terra felicior, quàm bonorum conditio. Et quidem mali ad pœnam, ad ſummā animæ infelicitatē in altera vita tranſigendam proſperantur. *Prodiitque* (canit Propheta) *quaſi ex adipe iniquitas eorum.* Pſalm. 72. O infeliciſſimam felicitatem! ô adipem exitialē! ô ſaginam planè mortiferam! *Attende* (occurrit S. Aug.) *taurum deuotum victimæ, permiſſum errare liberè, & vaſtare, quæ poteſt vſque ad diem occiſionis.* Infauſtum igitur omen eſt nimia rerū proſperitas. Signum eſt, quod vaccæ pingues, & quæ liberè, impunéque per campos laſciuiunt, ad macellum mortis æternæ, atque ad caldariam inferni ſaginantur; & nihilominùs filij Adā de corpore, corporiſque bonis ſoliciti, de anima verò, animæque bonis prorſus obliti, aut non curātes, amant, ambiunt, quærúntque corporis, & mundi proſperitatem. At certa eſt illa D. Aug. ſententia. *Periculoſior eſt res proſpera animo, quàm aduerſa corpori, &c.* Quod quidē in Dauide luculenter expreſſum videmus. Quandiu enim exul, & profugus, per mōtes, ſaltus ſpelæáque ferarū abſconditus, odia, inſidiáſque Saulis declinauit, nec adulter, nec homicida fuit, at vtrumque facinus in pace, felicique regni gloria turpiter admiſit. *Erat ſiquidem* (adiungit idem Auguſt.) *in infirmitate tribulationis ſuæ tantò in Deum innocentior, quantò miſerior videbatur. Factus eſt ſecurus deuictis hoſtibus, preſſura caruit, tumor excreuit, &c.* in Pſalm. 50.

Pſal. 72.
Infelix malorum proſperitas.
D. Aug.
Mali ſaginantur ad macellum inferni.
D. Ambr.
Perniculoſior animæ proſperitas, quā aduerſitas.
D. Aug.
Sanctius in fuga per ſaltus, quàm in pace regnās vixit Dauid.

12. At (inquies) ipſa quoque miſeria deprimit animū, mentem ne ad magna, & ſublimia ſeſe erigat, multum debilitat. Benè id quidem euenit aliquando. Cæterùm de vtroque ſapienter hanc ſuo dignā ingenio fert ſententiam D. Bern. *Magnus, qui incidens in aduerſa non excidit, vel paràm à ſapiētia. Nec minor cui præſens felicitas ſi arriſit, non irriſit. Quamquam faciliùs inueneris, qui ſapientiam retinuerunt, contraria ſibi fortuna, quàm qui propitia non perdiderunt.* lib. 2. de conſid. Rideant ergo parricidæ, ſedentes, & quieti epulentur, cùm interim innocens Ioſeph in puteo iaceat, doleat, mortémque ipſam præſtoletur. At hic rerū ſtatus mutari poteſt, & inuerti; haud dubiè tempus erit, cùm illi ipſi ante hunc ipſum Ioſeph prouoluti, ac ſupplices ſeruitutem, vincula, mortémque intentatam proditoribus cum gemitu, & fletu deprecentur: O ſi ab hoc præſenti ſtatu in futurum oculos cōiicientes, in quam tandem, vel malorum proſperitas, vel bonorū miſeria finem deſinet, diligēter contemplaremur! Hoc ſtudium Angelus ille, qui cum Zacharia loquebatur, propriū amicis Domini IESV prædixit. *Audi IESV ſacerdos magne: tu, & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes ſunt.* Zachar. 3. Legūt LXX. *Portentorum ſpectatores.* quem locum iam explicauimus tom. 1. cap. 14. ſectio. 9. num. 4. Sed in alio non minùs proprio, & eleganti, nunc exponemus.

D. Bern.
Faciliùs in aduerſis, quàm in proſperis cōſeruatur virtus.
Spectandus eſt cuique rerum finis.
Zachar. 3.

13. Sunt

13. Sunt quidem ſerui, & amici Chriſti Domini, vt Angelus dixit, viri portendentes, ſiue portentorum ſpectatures; nimirum egregij mathematici: vt enim iſti ex ſyderum aſpectu, & planetarum concurſu, cœleſtiúmque virtutum facultatibus in futurum multa coniiciunt, ac prædicunt, quod nimirum poſt tot annos fient hæ, vel illæ eclypſes, ac ſimiles rerum euentus apparebunt: Sic planè viri iuſti ſemper animos, oculóſque in futurum coniectos, defixóſque habent: quare non præſentibus inhærent, ſed euentum contemplantur. Dat ſe videndam peccatoris felicitas? ergò bonus hic Aſtrologus agit de futuro, ſpeculatur illius exitum, at quàm infelicem! & quem mundus in diuitiis ac deliciis admiratur, conſiderat Aſtrologus malè morientem, & peſſimè ad inferos decidentem. Videt fortè pauperculum à potentiore oppreſſum in ſumma egeſtate, miſeriáque lugentem: attollit ergò in futurũ oculos, quis tandem illius euentus erit, ſpeculatus ouit in Domino morientem, & ſublatum ab Angelis, in cœlóque regnantem. O ſi quiſque noſtrum ſibi fiat Aſtrologus, atque futuros olim rerum omnium exitus, ſuúmque maximè ſpeculetur euentum? & ſui figuram (vt vocant) eleuet, non ortus quidem, ſed exitus; certam proculdubio aſſignabit ſui mortem, non dico ex corporis habitu, ex ſtellarum ortui affulgentium impreſſionibus, ſed ex ipſis quæ molitur operibus, ex ſuæ animæ moribus, ex ipſa quam viuit vita. Qualis enim quiſque viuet, plurimùm, & talis emoritur.

Viri iuſti futuros euentus ſpeculantur.

Diſpares bonorum & malorũ exitus.

Suum quiſque finem ex ſua vita nouerit.

SECTIO VII.

Viderunt Iſmaëlitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata: & reſinam, & ſtacten in Aegyptum. Dixit ergo Iudas fratribus ſuis: Quid nobis prodeſt, ſi occiderimus fratrem noſtrum, & celauerimus ſanguinem ipſius? Melius eſt vt venundetur Iſmaëlitis, & manus noſtræ non polluantur: frater enim & caro noſtra eſt. Acquieuerunt fratres ſermonibus illius: Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de ciſterna, vendiderunt eum Iſmaëlitis, viginti argenteis: qui duxerunt in Aegyptum.

1. MOrabantur filij Iacob, vt ſupra viſum eſt, in Dothain: & venientibus ex Arabia in Ægyptum neceſſariò trãſitur per Dothain. Quare negotiatores Iſmaëlitæ illac tranſeuntes ab epulantibus viſi ſunt; portabant illi ſuas merces, videlicet aromatum collectionem, quam vox Hebraic. *Nechoth* ſignificat, vt periti volunt, etſi alij *ceram*, quidam abſolutè *varias merces*. Prætereà *reſinam*. Hebr. *ſeri*. Volunt alij *theriacam*, aut *opobalſamum*; denique *ſtacten*. Hebr. *Loth myrrha lacrymam*, exponunt alij *Maſtychen*. Sic diuinæ prouidentiæ aduentus iſtorum viatorum ad magnos deinde rerum euentus inſeruiit. Enimverò Iudas vnus inter fratres, tum ætate, tum autoritate præcipuus conſilium dedit (vti ſcribit Ioſephus) fratribus, vt extractum venderent Arabibus, & illum quidem hoc pacto ablegatum apud exteros moriturum, & ſe impollutos permanſuros, &c. cap. 3. Mala quidem innocenti fratres intentarunt. Primò vt ferro occiderent: *Venite occidamus eum:* deinde vt fame in puteo enecarent. Denique vt vẽ-A ditum, & in extero ſolo ditáque ſeruitute à ſuo & patris conſpectu ablegarent. Cæterùm Deus hæc omnia vertit in bonum. Quod ipſemet Ioſeph probè intelligens prouolutis ante ſe fratribus, ac ſuppliciter veniam deprecantibus dixit aliquando: *nolite timere. Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? Vos cogitaſtis de me malum; ſed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me.* Geneſ. 50. Quæ verba ſuo loco (fauente Deo) cõmentabimur. Dei quidem conſilia inſcrutabilia ſunt, illius à nobis eſt cum ſilentio, & humilitate veneranda prouidentia. Cœci ſumus, & quid magis nobis expediat, prorſus neſcimus. Ibi noſtra interdum eſt ſalus, vbi maior illius deſperatio. Ioſephũ fratres oderunt, mortem intentarunt, ac demum in exteras B gentes venditum ablegarunt: at hæc illorũ parricidalis voluntas verſa eſt à Deo in bonum, vt inde, quem oderunt, vendiderunt, & procul amãdarunt, exaltaretur Ioſeph. Igitur Deo noſtra cõmittamus, *noſtri omnem ſolicitudinem proiicientes in eum, quia ipſi eſt cura de nobis.* 1. Petri. 5. Nec tam graue occurrit periculum, nec tam deplorata ſalus videtur, quin etiam ipſo articulo meliorem rerum noſtrarum ſtatum à Deo expectemus: modò patienter aduerſa feramus, & proſpera humiliter, confidentérque imploremus.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

Aduerſa quoque hominum conſilia diuinæ prouidentiæ inſeruiunt. Ioſephus.

Geneſ. 50.

Committat ſe quiſque diuinæ prouidentiæ.

1. Petr. 5.

Locanda in Deo ſpes, ac fiducia.

2. *Extrahentes eũ vendiderunt.*] Extractus è puteo, non dubium eſt, quin penè frigore, pæduréque confectus, dolénſque, & effuſis lacrymis fraternum ſanguinem, & amorem imploraret obni- C xè deprecans, ne mali quicquam fratres inferrent fratri puero immerenti. Teſtantur enim hoc ipsũ cùm in Ægypto extremam perniciem metuentes dicunt. *Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus; ideircò venit ſuper nos iſta tribulatio.* Geneſ. 42. Nihilominùs barbari homines, ſeu feræ potiùs ac dracones (quod ſtupendum omninò eſt) potuerunt tam immani patrato ſcelere ſpoliandi veſtibus fratrem puerum innocentem, proiiciendique in puteum, & nunc demum vendendi ad exteras gentes, tamẽ imperturbato animo, & tranquillà mente conſiſtere, nedum iucundè, atque hilariter epulari; Verùm hæc eſt inuidiæ, odiíque vbi mentem hominis occu- D pauit, execranda cõditio, vt omnem humanitatis exuat ſenſum, ferinúmque induat animum; demúmque, tam aliorum, quàm ſuorum ſanguinem profundere pro ludo, iocóque habeat; ac proinde barbarus hic homo (ſi fas eſt hominem appellare non belluam) tantò grauiùs peccat, quantò vehementiùs gaudet, impudentiùs exultat, furioſiùs triumphat de pœnis, de lacrymis, de ſanguine miſerorum. *Lætantur* (inquit Sapiens) *cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis.* Prou. 2. Sed vnde tanta hæc inuerecundia, vt lætentur, cùm malè fecerint; tantáque dementia, vt exultent in rebus peſſimis? Nimirum, quia præceſſit: *relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas.* ibid. Si enim (declarat vel S. Hier. vel Beda) *quia ad pœnã ten-* E *dunt aſpicerent, greſſum vtique cohiberent; noxiámque lætitiam ſalubri fletu caſtigarent.* Dum ſcilicet, ſtolidi ruunt in peccatum, pœnis vel in hac vita, vel, quod peius eſt, in altera ſubeundis ſeſe exponũt; vnde miſeris non quidem lætari, ſed dolere, ac timere; non exultare, ſed cruciari animo, & carne affligi pro impetranda venia, & deprecando gehennæ incendio deberent. At filij Iacob, vt & multi alij (dicit idem Salomon) *Non dormiunt, niſi cùm malefecerint, & non rapitur ſomnus ab eis, niſi ſupplantauerint. Comedunt panem impietatis, & vi-*

Geneſ. 42.

Summa inhumanitas in inuidia, & odio.

Prouerb. 2.

Inuerecunda lætitia de maleſaciendo.

Prouerb 4. D.Hier. *Obſtinatio vinum damnatorum.*

uum iniquitatis bibunt. Prouerb. 4. Nimirum (vt S.Hier. explicat.) *in actione ſcelerum iniqui quaſi epulis delectantur appoſitis, vel certè vinum damnatorum bibunt*, &c. Obſtinatio quidem rectè dicitur vinum damnatorum: quâ videlicet, potione prorſus dementati, atque ſempiternæ perditionis lethargo conſopiti nunquam ampliùs reſipiſcêt, nec ſalutari verecundiâ, & dolore ad veram pœnitentiam excitabuntur. Certè huiuſmodi infelicitatis ſignum iam in ſe ipſis præferunt qui de ſceleribus ſuis non lugent, ſed rident; non contemnuntur humiles, ſed ſtolidi geſtiunt, & ſibi perquàm inuerecundi blandiuntur.

Signum reprobationis gloriari de peccatis.

3. Magna profectò crudelitas eſt, innoxium hominem affligere: maior etiam fratrem innocentem: maxima ex miſerabili fratris cruciatu delectationem,& voluptatem capere. Quæ quidem fuit iſtorum barbarorum impietas, & truculentia. Nam deiectus in puteum Ioſeph, in horas mortem ſubinde, ſi non per ferrum, at certè per inediam, ſitim,& algorem expectabat: cùm interim puer flebilibus verbis fratrum miſericordiam,& opem imploraret, fruſtrà tamen, erant enim illorum aures per inuidiam obſtructæ, animi per odium cautibus duriores; fratriſque eiulatus, aut non audiebatur, aut auditus irridebatur, quin etiam illi inſtructo conuiuio inter epulas,& pocula læti, ac ſecuri fratris exitium celebrabant. Cæterùm quicquid agitur, quicquid toleratur, mera vmbra eſt; Veritas in Chriſto Iesv agno innocentiſſimo viſa fuit. Loquitur Dominus: *Et factus ſum illis in parabolam: Aduerſum me loquebantur, qui ſedebant in porta, & in me pſallebant, qui bibebant vinum.* Pſal.68. Trahebatur ſcilicet Dominus Iesvs per plateas Hieroſolymæ baiulans ſibi Crucem, in qua demum ſuſpenſus, clauiſque ſuffixus peracerbam iuxtà & infamem erat mortem obiturus. Nihil iſtiuſmodi ignominia grauius vnquam vllus delinquentium memoriâ hominum pertuliſſe fertur. In eadem ciuitate in qua ſex dies anteà inaudito applauſu Rex & filius Dei ab effuſa omnis ætatis, ſexus, ordiniſque multitudine acclamatus eſt; nunc verò inter latrones ad mundi ludibrium trahitur, totius Iudaici populi conuiciis, irriſionibus,& maledictis impetitus.

Chriſtus baiulans crucem trahitur per vrbem. Pſal.68.

4. Igitur quà Dominus Iesvs, ita cum tanta ignominia per Hieroſolymam ducebatur ad patibulum, feſtus dies barbari,& perfidi Iudæi agere videbantur in portis vrbis, ad fores cuiuſque domus in conuentibus hominum aduerſus Dominum prætereuntem loquebantur, vel vt legit S. Auguſt. *inſultabant*. D. Hilarius, *detrahebant*: quin & ipſæ fœminæ naturalis compaſſionis oblitæ tranſeuntem conuiciabantur, & maledictionibus inceſſebant. Tunc enim maximè *factus eſt* (quod ſcripſit Apoſtolus) *pro nobis maledictum.* ad Galat.3. Sic verò in furias acti omnes inſani erant, vt vinctum illum, damnatúmque morti hominem, cuius calamitatem vti homines condolere deberent, opprobriis,& contumeliis exciperent, & proſequerentur. Hinc illud Domini: *Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me.* Pſalm.68. Qui enim in veteri lege blaſphemias ſæpenumerò in Deum eructarunt, iidem nunc, vel ſaltem illorum filij, vt implerent menſuram patrum ſuorum, quæcumque probra,& dedecora in Chriſtum Dei filium ſub pondere Crucis labantem euomebant. *Et in me pſallebant* (adiungit) *qui bibebant vinum: videlicet irriſio mea* (declarat S. Auguſt.) *erat illis pſalterium*,&c. Profectò credere

ad Galat. 3. *Infinita Chriſtus pertulit opprobria, cùm & baiulauit crucem.* Pſal 68. D.Aug.

fas eſt illo maximè die paſſionis, & deinde multos per annos compoſitas ad ignominiam Chriſti Nazareni Crucifixi cantilenas in conuiuiis, in ludis, feſtiſque, atque in conuentibus Iudæorum ſolitas decantari. Ergo aiebat Iudæus inter pocula penè temulentus, atque in media ipſa epularum ingluuie vomens helluo, ad cytharœdum, aut ſymphoniacum: Heus tu habes, quod nobis occinas carmen de opprobriis Iesv Nazareni? recita obſecro, canta: nullæ dulciores epulæ, nulla ſapidiora bellaria, quàm ſit ipſa cantio,& auditio ludibriorum, verborum, iniuriarum, Crucis, & mortis illius Nazareni?

Cantilena Iudæorum de Chriſti opprobriis.

5. Denique (quod omnem excedit & Iudaicę gentis impietatem,& Chriſti patientię pro nobis patientiſſimè toleratam ignominiam) *Factus ſum illis in parabolam*; hoc eſt, in prouerbium, dicterium, exemplum, fabulam, ſcilicet, ex illa tam memorabili, & inaudita poſt homines natos tragœdia paſſionis Domini Iesv ductum prouerbium maledictionis, quod inter Iudæos in multos ſubinde annos perdurauit, vt talia quiſque hoſti ſuo imprecaretur, qualia Iesvs Nazarænus eſt paſſus. Sic te videam, ſic tu vitam finias: Pereas tu ſicut Iesvs Nazarænus. *Ac demum* (vti Caietanus explicat) *ortum eſt deriſorium de Chriſto prouerbium inter Iudæos: videlicet, cùm quempiam ludo, riſúque dignum exprimere volebant IESVM Chriſtum Nazaræum nominabant.* Meræ nugæ, merúſque riſus, ipſum ludibrium Iudæis erat Iesvs Nazarenus.

Iudæi in exemplum maledicti, exſecrationiſque IESVM Nazaræum vſurpabant. Caiet.

Egregiam circa prædicta verba Prophetæ (ſi ampliùs quid deſideres) apud noſtrum Lorinum, omnis quidem eruditionis theſaurum inuenies. Cæterùm de ignominia Chriſti Domini ſuam Crucem baiulantis dicere tandem deſino illa rem omnem colligẽs paraphraſi digna planè S. Aug. ingenio. Sic habet. *Ibat ergò ad locũ vbi fuerat crucifigendus portans Crucem ſuam IESVS. Grande ſpectaculũ, ſed ſi ſpectet impietas, grande ludibriũ; ſi pietas, grande myſterium: ſi ſpectet impietas, grande ignominiæ documentũ; ſi pietas, grande fidei munimentũ. Si ſpectet impietas, videt Regem pro virga regni lignum ſui portare ſupplicij; ſi pietas, videt Regem baiulantem lignum ad ſemetipſum figendum quod fixurus fuerat in frontibus Regum. In eo ſpernendus oculis impiorum in quo erant gloriatura corda ſanctorum.* Hæc Auguſt. tract.117. in Ioan. Diuinæ quidem ſummi in Eccleſia doctoris ſententiæ non malè commentariis explicandæ, ſed piarum mentium meditationibus ſedulò expendendæ.

D.Auguſt. *Pietas fidelium,& impietas infidelium variè diſcurrunt circa Chriſtum baiulantem crucem.*

6. Verum enim verò, ne vllos intra cancellos Iudæorum ſe immanitas teneret, nec patientia Domini Iesv vllis, vel doloribus, vel ignominiis ſaturata videretur, ad acerbiores animi cruciatus acceſſit præſentia dilectiſſimæ Virginis matris, quæ filium ſub Cruce pergentem ad patibulum comitata, non tam patientis mitigabat dolorem quàm compatientis, gemitibus, & lacrymis mœſtiſſimæ matris, mitiſſimum animum filij vehementiùs exulcerabat. Certè (vt ex reuelationibus ab ipſamet Virgine ad Brigitam factis conſtat) multò acerbiùs Cruci affixus ex compaſſione matris, quàm ex ſua ipſius paſſione doluit. Sic enim Dei mater ad Brigitam locuta dicitur: *Filius meus videns me, & amicos ſuos inconſolabiliter flentes, flebili voce, & altâ, ex imo pectore, erecto capite, oculis in cœlum directis, & lacrymantibus clamabat ad Patrem ſuum: Pater quare me dereliquiſti? quam vocẽ ego nunquã, donec ad cœlum veni, obliuiſci potui: quam plus ex compaſſione meâ, quàm ſuâ permotus pertulit.* Hactenus in reuelat. Mirum ergò eſt

S.Brigit.

quod

Acerbius in cruce doluit Chriſtus ex compaſſione matris dolorum.

quod Dominus IESVS multò grauiùs, & acerbius duxit videre matrem Virginem inconſolabili dolore ſauciatam, quàm ſuæ ipſius humanitatis plagis dilaniatæ immenſos perferre cruciatus. Sic ſua vita matrem habebat cariorem. O inexplicabilem ergà Virginem matrem Dei filij caritatem! Sed ô incomparabilem quoque Virginis matris a Deo ipſo ſic dilectæ, ſic honoratæ dignitatem? Multa quidem, & grauia pertulit à fratribus Ioſeph, in primis tunica ſuâ polymitâ denudatus; deinde proiectus in puteum, inde eum probro, riſúque extractus, ac demum pro mancipio barbaris in cæteras gentes venditus. At ſolus doluit, ſolus & paſſus eſt: quippe cùm nec pater, qui procul aberat; nec mater, quæ pridem obierat, calamitatem filij condolens compatientis ſimul animum acerbiſſimè (ſi adeſſet) vulneraret.

B. Mariæ dignitas incomparabilis.

7. *Iſmaelitis.*] Non ſine myſterio Moyſes apponit huiuſmodi negotiatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata in Ægyptum. Et quidem Ioſephum à negotiatoribus aromatum deferri coëmptum ad Ægyptios egregie ſic expendit Procopius: *Ioſeph ex ciſterna protractus venditur Iſmaelitis, quorum negotiatio verſabatur circa aromata, & in Ægyptum profectus eſt. Oportebat enim inter cætera aromata temperantiæ vnguentum in illam regionem importari.* Scilicet, Ægyptus, vti & reliquæ infidelium regiones, omnium ſcelerum colluuie, maximéque turpiſſimarum voluptatum impuritatibus ſcatebat; atque adeò infinitis vitiorum ſordibus inquinata in terras, cœlóſque intolerandam exhalabat mephytim. Igitur oportuit vt in illam prouinciam ad illam gentem virtutum, ac præcipue caſtitatis puritatem, & fragrantiam cæteri negotiatores importarent: quo ſanctitatis odore, ac nitore tam ſpurcus ille fœtor Ægyptiorum certè magna ex parte, ſi non omninò, temperaretur. O purum adoleſcentem, ô benè olentem, non tam Sabæo thure, Indico moſcho ambaréve, Eoíque ſoli aromatibus, quàm ſanctis moribus, corporíſque, & animi caſtimoniâ cœleſtes planè ſpirantem odores. Errant quidem mulieres, errant iuuenes, qui non à caſtis moribus, ſed ab vnguentis, terræque odoribus ſuauem exquirunt fragrantiam. *Nihil eſt enim* (inquit S. Chryſ.) *anima immundius quando corpus habet odoris ſuauitatem.* homil. 22. ad popul. Antioch. Ah quàm malè olet, qui benè interdum olet? benè olet caro, malè anima: ſpirat illa zibethum, aut moſchum, hæc fœdas exhalat libidines.

Procop.

Mira caſtitatis fragrantia.

S. Chryſ. Fœtet anima inter exquiſitos corporis odores.

8. Sed quid eſt, quòd negotiatoribus aromatum traditur Ioſeph vendendus Ægyptiis? Profectò Ioſeph Chriſtum Dominum à Iudæis de quorum erat ſemine, inter quos natus, & altus; ad quos venerat, quibus promiſſus Rex, & Meſſias fuerat; Iſmaëlitæ verò Apoſtolos per mundum vniuerſum gentibus euangelizantes præſignificabant. Quod etiam idem Procopius ita euoluit: *Sic Chriſtus reuiuiſcens in gentium peruenit regionem circunferentibus ipſum ſpiritualibus Iſmaelitis, qui per omnia Deo obſequuntur. Hi enim Chriſti cenſentur vnguentum, qui virtutum fragantiâ redolent, illúdque vnguentum non habentibus apportant.* Vbi aduerte vocem Hebr. *nechat* verti quoque pigmenta, vel vnguenta, vti S. Hieron. vertit ad cap. 20. lib. 4. Reg. Eſt igitur Euangelium, quod Apoſtoli ad gentes deportabant, eſt fides Chriſti, quam & ipſi profitebantur, & aliis prædicabant: eſt Chriſtus ipſe cuius diuinitatem, vitam, paſſionem, reſurrectionem, & gloriam mortalibus denuntiabant, ſuauiſſimum planè vnguentum, cuius odor breui vniuerſum orbem repleuit: Ergò qui Ioſeph ab Iſmaelitis emerunt eos ſignificant, qui ab Apoſtolis conuerſi veram Chriſti fidem acceperunt. *Qui, ſcilicet,* (adiungit Procopius) *quodammodo Chriſtum emerunt relinquentes omnia, & ſectantes Chriſtum mercati ſunt pretioſam illam margaritam.* Longè tamen aliâ viâ procedens S. Ambroſ. ita prophetiam de Chriſto intelligit, *Venditur* (inquit) *Chriſtus; neque enim nos eum emiſſemus, niſi vendidiſſent ſui, malè vendiderunt, penes emerunt; vendiderunt negotiatoribus boni odoris, emerunt à proditoribus. Vendidit enim Iudas, emerunt Iſmaelitæ, qui ſignificantur latinâ interpretatione, adhuc habentes Deum ſuum.* lib. de Ioſeph cap. 3. Venditum, ſcilicet, à proditore diſcipuli emerunt Iudæi Dominum IESVM, eundémque irriſum, flagellatum, & crucifixum, cùm à ſe omninò expulerunt: non hunc, ſed Barabbam, gentibus tandem vendiderunt, à quibus exceptus, adoratúſque eſt.

Procop.

D. Ambroſ. Chriſtus à Iuda venditus Iudæis, & ab iis deinde Gentibus.

9. Vendunt fratres Ioſephum, emunt alienigenæ: ablegant à ſe fratrem Iſraëlitæ; amplectuntur Ægyptij; id quidem vmbra, ſed Chriſtus veritas. Nolunt Iudæi Chriſtum, gentes excipiunt. Nolunt miſeri, derident, conſpuunt, verberant, perimunt IESVM Nazarænum. *At nos* (inquit S. Paulin.) *Dominum IESVM amemus, quem amare debitum eſt: illum oſculemur, cui nupſiſſe virginitas eſt: illi ſubiiciamur, ſub quo cadere ſupra mundum ſtare eſt: propter illum deiiciamur, cui cadere reſurrectio eſt; illi commoriamur, in quo vita eſt.* Sic tam piè, quàm dulciter Paulin. epiſtol. 4. O felix, ô fauſta nobis illorum perfidia! Profuit gentibus cæcitas Iudæorum. Porrò autem ingenuus, & innocens puer audito nomine venditionis exhorruit, reíque indignitatem (par eſt credere) flebili voce conqueſtus videtur, vt ſuo illo carmine tragico grauiter exprimit noſter Crucius. Igitur Ioſeph.

D. Paul. Gẽtes Chriſtum à Iudæis repulſum amplectuntur.

Crucius.

Vendendus auro liber? (illi) *Officium puta.*
Vendendus auro frater? Id nobis leue eſt.
Vendendus auro frater eſt à fratribus?
Quos ipſe fratres eſſe nolebas tuos.
Necate potiùs. Viue mancipium, ſua
Qui ſortis immemor altiùs ſeſe euchit
Exigat in imo inglorius vitam loco.
O magne patriæ rector, & auita domus
Tantúmne gente fiet a noſtra ſcelus!
Scelus ſceleſte dicis? hunc delibera
Vtrum tacendo vita ſit potior tibi,
An mors loquendo. Seruies, ſeruus tace.
En qui te ement.

Hæc ille Trag. Ioſeph, quæ quidem optimè tum calamitati Ioſeph, tum impietati fratrum conueniunt.

10. Venditus ergò fuit viginti argenteis. Ita in Hebr. LXX. & Chald. nihilominùs apud antiquos patres lectio admodum varia fuit. Quidam viginti quinque; plures triginta; alij viginti tranſtulerunt. Deinde aureos pro argenteis legunt multi. Et hæc ipſa pretij varietas aliquod myſterium importat, vti S. Ambroſ. adnotauit: *Ideò alibi viginti; alibi viginti & quinque aureis; alibi triginta inuenimus emptum Ioſeph; quia non omnibus vnius æſtimationis præualet Chriſtus. Aliis minus, aliis amplius: fides ementis incrementum eſt mercis.* Dei ſiquidem gloriam, imò & gratiam ſanctificantem (non tamen primam, quæ gratis datur) atque adeò ipſum Deum iuſti homines, pro ſuis

Venditus Ioſeph.

D. Ambr.

Chriſtum alius alio plus merẽdo emit.

quiſque meritis, alius plus, alius verò minus eluceſcunt. *Religioſiori* (adiungit) *pretioſior Deus, peccatori pretioſior eſt redemptor.* lib. de Ioſeph, cap. 3. Vbi enim ex parte hominis plures, & illuſtriores virtutis religionis fiunt, & offeruntur actus in Dei obſequium, ibi vt maiori ſuorum operum pretio Dei gratiam emit, ſic abundantiorem illam recipit. Peccatori pretioſior eſt redemptor, eò quòd ad condonanda, & eluenda hominis peccata, copioſior de ſanguine Chriſti theſaurus effunditur, abundantior oſtenditur redemptio, ſibique dulciorem redemptus habet, & pluris

Venditus Ioſeph octo aureis.

æſtimat redemptorem. Venditus autem fuit Ioſeph viginti argenteis, hoc eſt, octoginta regalibus Hiſpanicis, ſiue Luſitanicis octo aureis. Nec enim decuit ſeruum vænire, quanti Dominum.

11. At licèt diſpari pretio, tamen quia venditus, & à Iuda venditionis autore traditus emptoribus, ſignum fuit Ioſeph Domini IESV, quem Iudas proditor Iudæis ad necem vendidit. Con-

D. Chryſ. *Summa indignitas venditi fratris à fratribus.*

ſiderate perpendens S. Chryſoſt. Ioſeph à fratribus venditum exclamat ita. *O iniquam commutationem? ò damnoſum lucrum! ò iniuſtiſſimum opus! quæ tanta inſania? quis iſte tam inauditus liuor! ò grauem morbum! ò mentes ſanguinarias! fratrem veſtrum, & patri cariſſimum, qui ad viſendum vos venerat, qui vos non offenderat, barbaris in Ægyptum venditis?* homil. 61. in Geneſ. At quantò fuit Iudæ execrabilius facinus, qui Deum hominem hoſtibus ad flagella, ad opprobria, ad Crucem, mortémque

C

vendidit: Dein quàm vili pretio (Deus bone?) triginta argenteis. Itane verò vt filius Dei, in quo

Chriſtus vili pretio venditus hominum ſalutem immenſo aſtimat.

ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, tam vili, tam nullo æſtimetur, & vendatur pretió? Nimirum, vt quò ſe magis humiliat, viliorémque reddit eò pluris facere, ampliuſque amare ſe oſtendat homines: quos quidem ſibi comparat, infinito pretio ſuæ iſtius humilitatis profundiſſimæ, dignos videlicet iudicans, pro quorum emenda ſalute ſeipſum viliſſimo quodam pretio æſtimari, diuendique patiatur. Quod qui-

D. Paulin.

dem eleganter his verbis complectitur S. Paulinus. *Nos ille vult pretioſos facere, ſui muneris vilitate: ipſe nobis hac pietate pretioſior, quod ſe vili vult æſtimari, vt ab omnibus ematur.* epiſtul. 4. Eſt ergò

D

nobis Dominus eò carior, quò vilior; pluris illum facimus, vehementiùs diligimus, quia viliùs ſe pro nobis æſtimari patitur ac profundius hu-

Chriſtus ab omnibus facilè poteſt emi. *D. Ambr.*

miliatur. Prætereà vt ab omnibus ematur, ne quis ſcilicet cauſetur inopiam, putétve a ſolis diuitibus emi poſſe, haberique Dominum. *Tam vilis ergò* (ait etiam S. Ambr.) *auctione vult æſtimari ſe Chriſtus, vt ab omnibus ematur, ne quis pauper deterreatur.* in cap. 7. Luc.

12. Veruntamen cùm Domini IESV immenſam caritatem conſidero, haud vili, ſed nimio prorſus venditum pretio mihi perſuadeo. Nec enim aliter video cur verè appoſitéque auarus dicatur Iudas, Iudæque auaritia ſit vbique gentium memorabilis. Quis enim auarus rem

E

aliquando pretioſam vili pretio vendit, enim ideò potiùs, ac veriùs, qui ſic cauponatur, prodigus habeatur? Fuit quidem Iudas inſigniter auarus, & (vt loquitur S. Cyprian.) *Apoſtolatus ſui*

S. Cyprian. *Iudas ſummè auarus quia vendidit quod gratis datur.*

honorem deteſtabili cupiditate fœdauit. tract. de ablut. pedum. Et execrabilis illius cupiditas inde inprimis oſtenditur, quòd pecunia vendidit rem omninò gratuitam: pretiumque comparauit de re, quæ ſine vllo pretio gratis dabatur. Nam quæ inſignior auaritia, quæ cupiditas execrabilior,

A

quàm vt mihi etiam vitalem auram, quâ viuimus, ſolem, quo illuſtramur; terram ipſam, in qua iaceo; & publici fontis aquam mihi pretio vendas? Impudentiſſima ſcilicet auaritia Iudæ, qui Dei filium gratis à Deo Patre datum, atque inſuper oblatum, quia ipſe voluit, nihilominùs requiſito pretio vendidit; & quidem carius tradidit proditor Dominum, quam ſe ipſe dedat; vna lacryma, vno tantùm ſuſpirio, vno cordis deſiderio emitur; quin etiam ipſemet non quæſitus adeſt, non rogatus accurrit, & nolentibus ſeſe quodammodo intrudit: clamat denique, *Venite ad me omnes qui laboratis, & ego reficiam vos.* Matth. 11. *Omnes ſitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite: Venite,* Matth. 11.

B

emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum, & lac. Iſai. 55. *Si quis ſitit* (declarat S. Cyrill. Alex.) *accedat ad Chriſtum, & bibat, accipiátque vberem per Spiritum ſanctum conſolationem, gratiam, & ſinceriſſimam myſtagogiam. Accipiens autem non emens pecuniâ, ſed liberaliſſimâ, & promptiſſimâ vocantis munificentiâ.*

Chriſtus datur gratis. Iſai. 55. D. Cyrill. Alex.

13. Cæterùm quî poſſunt iſta coniungi: Emite, & gratis? Reſpondet idem: *Quomodo emunt, & accipiunt gratis, & ſine argento? Fides enim præmium accipimus a Chriſto gratiam, rerum autem momentanearum, & pereuntium nihil rependimus; ſed loco donorum, & pretij offerimus Chriſto fidei in ipſum confeſſionem.* Quid ſi emimus, & ſine pretio; quia Chriſtum IESVM, & eius gratiam accipimus, Iſai. 55. S. Cyril.

C

noſtris quidem meritis, quæ tamen ab illo procedunt, potiúſque illius ſunt, quàm noſtra? Quid ſi emimus, & ſine pretio; quia Dominus libens, lætúſque ſua nobis præſtat, vti venditor vendendo delectatur, noſtraque opera quantumuis multa, & magna, nihil planè videntur; *Momentaneúmque, ac leue tribulationis noſtræ æternum gloriæ pondus operatur in nobis?* Elegantet ad eundem locum S. Gregor. Nazianz. ſic effatur: *O ingentem benignitatis celeritatem! ò facilem contrahendi rationem! Hoc bonum ſola voluntate venale tibi proponitur: cupiditatem ipſam Deus ingentis pretij loco habet: ſitit ſitiri: bibere cupientibus potum præbet: cùm ab eo beneficium petitur beneficio afficitur, promptus eſt, liberalis, ac munificus: iucundiùs dat, quam alij accipiant.* Quibus

S. Gregor. Nazian. *Mira Dei beneficentia.*

D

ad explicandam Dei noſtri magnificentiam, & ad noſtram infirmitatem confirmandam, cupiditatémque excitandam, & negligentiam perſtringendam nihil aptius, & grauius dici poterat. *Hoc vnum* (concludit) *caueamus, ne animi ac minuti animi notam ſubeamus, parua, Deique liberalitate parum digna poſtulantes.* orat. 40. in ſanct. Bapt. Noſtram Dominus voluntatem exigit, ſed promptam tamen, alacrem, viuidam, efficacem, boniſque roboratam operibus. Eſt quidem remiſſis, ac pigris, inefficacibus, frigidis, & operum ſtudio deſtitutis plenus infernus voluntatibus. Denique barbaris negotiatoribus venditus à fratribus Ioſeph innocens, & ſanctus: ſuam deinde perindignam ſeruire cœpit ſeruitutem. At quo nam

S. Gregor. Nazianz. *Quam Deus bonã faciat voluntatem.* *Plenus bonis voluntatibus infernus.*

E

ore quæſo, quonam ſenſu animi, quibus nam verbis ſuam iſtam accepit, defleuítque infelicitatem? Placet dolentem puerum tragico noſtri Crucij carmine audire.

Defflet ſuam ſeruitutẽ ac venditionẽ Ioſeph.

O turpe lucrum, fœda tranſactio, impudens
Mercatus, in quo venditur fratris caput,
Ditentur auri pondere vt viles manus!
Quod par ab orbe condito eſt viſum nefas?
O terra quæ me mittis inſtabant exulem,
O qua videtis arua Ioſephum dari
Malè mancipatum barbaris mangonibus!

SECTIO

SECTIO VIII.

Reuerſúſque Ruben ad ciſternam, non inuenit puerum: Et ſciſſis veſtibus pergens ad fratres ſuos, ait: Puer non comparet, & ego quò ibo? Tulerunt autem tunicam eius, & in ſanguine hædi, quem occiderant, tinxerunt: Mittentes qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc inuenimus: vide vtrum tunica filij tui ſit, an non. Quam cùm agnouiſſet pater, ait: Tunica filij mei eſt, fera peſſima comedit eum, beſtia deuorauit Ioſeph. Sciſſíſque veſtibus, indutus eſt cilicio, lugens filium ſuum multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit conſolationem accipere, ſed ait: Deſcendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perſeuerante in fletu, Madianitæ vendiderunt Ioſeph in Aegypto Putiphari eunucho Pharaonis, magiſtro militum.

Ioſeph.

1. RVben (vti ſcribit Ioſephus) *fratrem fune religatum demiſerat in puteum, eo, ſcilicet, animo, vt innocentem è manibus fratrum eriperet, patrique redderet incolumem. Quo facto* (inquit) *abiit paſcua quæſiturus. At rediens noctu ad puteum inſciis* C *fratribus ſeruare Ioſephum voluit.* lib. 3. cap. 3. Inclamauit ergo Ruben, identidem Ioſeph, puerum ingeminans.

Ioſephe puer audis? Præ metu
Ne conticeſce. Te Rubenus alloquor,
Qui ne perires vnus, auxilio fui,
Eróque ò frater, ò puer?
Anima tam patri, quàm mihi cariſſima.
Reſponſa nulla reddis! ò caſum grauem!
Miſerum Rubenum! ſi quid eſt paſſus puer?
Ioſephe care? Nemo reſpondet mihi.

Legas cætera, quæ vel cautes emullient, & truncos arborum ad ſenſum, luctúmque inflectent. Verè ſi vlla vnquam, iſta maximè tragicum carmina dolorem excitarunt. Flebilem quoque, pla- D néque patheticam Hebræus Philo inclamanti ad puteum Rubeno affinxit orationem: *Vociferabatur* (inquit) *& furibundus diſcurſabat ſciſſis præ dolore veſtibus, capillos ſibi vellens, & quid accidiſſet percontans. Viuitne puer, an extinctus eſt? ſi non ſupereſt, ſaltem cadauer oſtendite, vt deplorando calamitatem, faciam leuiorem; ſolatium erit videre, vel mortem. Cur mortuum quoque odio proſequimur? Certè mortuis nemo inuidet. Quod ſi viuit, quò abiit? apud quos ſeruatur?* lib. de Ioſeph. Quò ibo! (inquit) vt eum, ſcilicet, inueniam. Fuit quidem Ruben quoad fratris venditionem ab omni culpa liber. Sed tamen fratrem viuum accipiens aliquantò mitiùs egit. Audiens ſubinde venditum, etſi de vita lætus, rei nihilominùs indignitatem, ægrè admo- E dum tulit, quocirca Philo adiungit. *Illis verò faſſis venditum, & pretium proferentibus; Bella* (inquit) *negotiatio. Partiamur lucrum, & prædonum, quos malitiâ vincimus, referamus præmium. Egregia verò crudelitatis palma, quæ nobis meritò placet. Illi in alienos ſuſpirant, nos in domeſticos, & cariſſimos: Admiſſum eſt probrum maximum, inſigne dedecus,* &c. Acriores multò aculeos exerit in hunc modum tragicus.

Philo.
Lamentatio Rubeni pro Ioſeph.

Philo.

Vendidimus auro. Vendidiſtis! proh ſcelus!

A *Quod ab Abrahami ſtirpe delecta ſubit!*
Non Iſmaelis grauius auderet genus.
Nec nuper vſta terra cœleſti rogo
Sodoma & Gomorrha, pigra quas condit palus.

2. Et quia mortales ſæpenumerò à patrando crimine abſtinent, infamiam veriti, quam apud præſentes incurrent, & in poſteros prodncent, ſuæ vitæ nominíſque Ruben parricidalis infamiæ fratres timore ſic perſtringit apud Philonem: *Maiorum noſtrorum probitatis monumenta nuſquam non extant: relinquamus, & nos inhumanitatis perfidiæque maculas indelebiles apud poſteros. Volat enim vbique fama nuncia magnorum facinorum non ſine admiratione laudabilium, & noxiorum vituperatione.* Verum enim verò, quia reuerentia patris, B amórque naturâ debitus, à quo vitam acceperunt, magnam ſolet habere vim in filiis. Hac etiam ratione fratrum animos odio, & inuidiâ excandeſcentes Ruben acerrimè perpungit. *Quomodo* (inquiens) *communis pater hunc caſum accipiet? Cui cætera beato, felicique triſte afferetis tædium vitæ? Illiuſne miſeri ſeruitutem, an noſtram deflebit ſæuitiam? noſtram vicem magis dolebit, ſat ſcio, quando leuius eſt malum pati, quàm inferre.* At barbari, ſtolidique iuuenes omni exutâ verecundiâ, omni timore depulſo, omni humanitate abdicatâ, omni iure, tam diuino, quàm naturali effracto, & conculcato fratrem puerum, innocentem, patri cariſſimum, ſi non ferro, vt primò animus erat, peremerunt: at certè (quod honeſti viri morte C ipſa grauius arbitrantur) duriſſimæ, ac turpiſſimæ addictum ſeruituti in exteras barbarorum & infidelium regiones exterminarunt. Meritò Ruben apud noſtrum Crucium indignabundus in fratres hanc expromit vocem.

Philo.
Timor infamia cohibet interdum à flagitio.

Philo.
Inferre, quàm pati multò eſt grauius.

Ite perfidi
Mundi per oras, ite deteſtabiles
Seritéque famam, qualis inuſſam poteſt
Licitationem, debet aut potius ſequi.
Venundediſtis filium? In veſtrum patrem
Quod cogitaſtis facinus? Eſt animus ſenem
Tollere cicuta poculo? An manibus feris
Senile guttur frangere? Huc crudelitas
Fortaſſe veſtra properat, vt duplicem die
Vno triumphum de patre & nato ferat, &c.

D 3. *Tunica filij mei.*] Ergò vt ſuum parricidium miſero patri celarent, cõmenti ſunt hoc mendacium; fratrem, ſcilicet, dum erraret in ſyluis, à fera dilaniatum, ac deuoratum fuiſſe, nec de illo quicquam aliud reliquum quàm ſolam veſtem illam polymitam cruore totam madentem apparere. Hanc illi vt fraternum ſanguinem ſenilibus patris oculis ementirentur, cæſo ad hoc ipſum hædo rubefactam ſanguine dederunt perferendam alieni non conſcio venditionis: poſteà ignari ſuperuenerunt patrem conſolaturi. Nec modò cruentam, ſed laceram etiam miſerunt tunicam, quod licèt in ſcriptura manifeſtò non ſit: at veriſimile eſt, ita illos effinxiſſe, atque adeò poteſt colligi ex iis verbis, quæ inferiùs habentur: Fera E peſſima comedit eum, beſtia deuorauit Ioſeph. Hebr. verò ſic eſt ad verbum. *Beſtia mala deuorauit eum: rapiendo raptus eſt Ioſeph, ſiue diſcerpendo diſcerptus eſt Ioſeph.* Hac ratione ſtulti putabant ſe poſſe imponere patri, non interim Dei oculos, & iudicium curantes, quem nihil latere & quem nullus poteſt effugere. Quare optimè ſic effatur S. Chryſ. *Quid decipitis voſmetipſos ò inſenſati? Nam licèt patrem veſtrum decipere poſſitis, non tamen falletis iudicem illum, qui decipi nequit. Non ignorabit quod feciſtis in Ioſeph, & quod ignorari vultis a patre eius,*

Commento filij patrem ſeducunt.

D Chryſ.
Dei oculos nihil fallit latere.

eius, diuinus ille oculus, qui nunquam dormitat, quem maximè omnium formidare oportebat. homil. 61. in Geneſ.

S.Chryſ.
Latent homines flagitium à Deo tamen cernitur & punitur.

4. Hæc eſt peccatorum ſtoliditas, vt cùm tecti ab oculis hominum humanam declinent notitiam, ſeſe in tuto eſſe arbitrentur: & infelices tamen non cœlum curant, cui toti quanti ſunt patent; Deique oculos non verentur, iudicium non timent, atque iram aſpernantur. Benè igitur adiungit S.Chryſ. *Ita ſe habet multorum deſidia, vt humanum timorem, & præſentis vitæ confuſionem maximi faciant: in mente autem non verſent terribile illud tribunal, & intolerabilem pœnam. Sed hoc vnum curant, quomodo effugere poſſint humanam reprehenſionem, id quod & iſti egerant, dum patrem ſuum decipere moliuntur.* Pulchrè in eodem argumento iterum per ora omnium iſtud fratris a fratribus venditi flagitium, etſi mundus taceat ab ipſomet Deo, & euulgari, & puniri debere poet ipſe prædicit.

Si taceat orbis, non tacebit Conditor
Huiuſce molis, ille deſpectat modò,
Perculſus animi quo dolore mœream.
Quæ vos voluptas in meo caſu efferat:
Redibit olim forte mutatâ vice
Ad me voluptas. Vos meus franget dolor.

Nihil planè abſurdius, quàm vt quis peccando ſe latere poſſe confidat. Ipſa, quam admittis culpa ſe, téque autorem prodit. *Dele iniquitatem meam.* Pſal. 50. precatur Dauid. Ipſeque Dominus ait: *Ego ſum qui deleo iniquitates tuas.* Iſai.43. Quid ergò in peccato eſt, quod manu Dei poſſit deleri? Audi S.Ambroſ. *Sunt profectò alte impreſſa quædam conſcientiæ noſtræ vlcera delictorum, & quædam mentium noſtrarum, animorúmque vibices, quæ errorum noſtrorum obducuntur vlceribus: Habet ergò culpa characteres ſuos, & apices, quibus proditur.* Sunt quidem peccata quædam animis inflicta vulnera, quæ ſi perdurent fiunt vlcera, fiunt carcinomata, quorum putredo, ſanies ac fœtor occultari non poſſunt, ſed fœdo halitu longè, latéque diffuſo mortalium ſenſus, animóſque infeſtant. Ea nos interim malè occultare tentamus, atque hypocriſis velamine, & vanæ diſſimulationis quadam quaſi alligaturâ obuoluimus. At cùm ea ſint fœda, & putrida, ſuo ſe fœtore manifeſtant.

Pſal.50.
Iſai.43.
D.Ambr.
Peccatum ſe, atque autorem prodit.
Peccata, quia fœda occultamus.

5. Sunt etiam delicta noſtris animis diaboli calamo inſcripta iuxta illud Prophetæ. *Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino, exaratum ſuper latitudinem cordis.* Hieron.17. *Talis* (adiungit Ambroſ.) *propemodum ſcriptura, qualis eſt pœna peccati. Scribitur illa graphio ferreo, hoc virgâ ferreâ coercetur. Non enim Deus teſtimoniis ad reuincendum te, argumentiſque indiget, tua te ipſa culpa accuſat.* Propria quemque foràs prodeundo prodit, & clamando accuſat culpa; fruſtráque illam miſer, aut obtegere curat, aut obmuteſcere facit. Sat ſibi notam Dauid veritatem conteſtatur. *Peccatum meum contra me eſt ſemper.* Pſalm.50. Vnde optimè idem Ambroſ. intulit. *Væ mihi, quod latere cupio & latere non poſſum: quomodo enim latebo, qui inſcripta in pectore meo gero meorum indicia delictorum? nudabitur in illo iudicij die vniuſcuiuſque pectus; teſtimonium reddente omnibus conſcientia ſuâ.* ad Rom.2. At extremi diem iudicij non timent multi, quia non vicinum, ſed poſt longas annorum myriades venturum. Profectò etiam in hac vita ſæpiùs, & proditur, & punitur, quæ profundiùs tecta putabatur culpa, maximè quæ atrocitatis iniuriam aduerſus proximum gerit admiſſam. Crebrò videmus publico ſupplicio puniri homicidia, quæ ſolo Deo teſte patrata immortalium oculos latuere. Poſſem equidem huius diuinæ iuſtitiæ non pauca, nec obſcura exempla proferre, ſed vnum ſit ſatis.

Peccata diaboli calamo animis inſcripta.
Hier.17.
D.Ambroſ.
Noſtra nos ipſa delicta accuſant.
Pſal.50.
D.Ambr.
Manifeſta erunt cuiuſque delicta.
Homicidia etiā occulta produntur & puniuntur à Deo in hac vita.

6. Ducebatur Oliſipone (vbi hæc ſcribo) ob homicidium vnus ad ſupplicium; ingenti (vt fit) apparitorum turbâ conſtipatum copioſa vulgi multitudo reum comitabatur. Ergo ventum eſt ad plateam, vbi parochia S. Martyris Sebaſtiani viſitur: iacebat verò proſtrata ad parietem templi marmorea columna; hic reus ſubſiſtit, ſedétque paulìſper, vt vires reliquo itineri reſumat. Subſtitit quoque vniuerſa illa pompa. Ille igitur locum oculis deſignans vocem in hunc modum contendit. O viri, qui adeſtis, audite obſecro. Deum ſupremum omnium iudicem, cuius tribunali mox ſiſtendus ducor ad patibulum, obteſtor ego infelix, immunem me, prorſuſque innocentem eſſe ab hoc homicidio, cuius reus in iudicio conuictus ſuſpendio mortem paulo poſt ſubiturus. At (ô Deus mundi rector, quem nihil latet eorum, quæ vel in tenebris, vel in latebris agimus) hoc eodem lapide ſedentem hominem, quem ne noueram quidem, noctu prætericns adacto in pectus gladio demens, ac furens occidi. Solum tūc habui teſtem mei facinoris Deum, nunc verò iudicem. Ille pœnas exigit de homicida. Ille me ſuſpendio addicit, vt iniuſtam immerentis necem, cuius ille conſcius fuit, iuſtâ ego, & promeritâ eluam morte. Diſcite hinc mortales Dei, cuius oculis nuda ſunt omnia, cuius iuſtitiam nullus peccatur effugit, reuereri conſpectum, iudicium reformidare. Ita res habuit; eamque ab ipſo ex noſtris, qui miſero adhærebat ad latus, confeſſario accepi. Solent etiam illatæ proximis iniuriæ, præſertim verò iniuſta homicidia, iuſto Dei iudicio, quantumuis illa occulta ſint etiam in hac vita grauibus malefactorum ſuppliciis vindicari; niſi forte qui deliquerunt vere ſapientes, ac futurum Dei iudicium reueriti voluntariis ſeſe pœnis addicant, vt ſui ipſorum carnifices de patrato flagitio debitam ſumant vltionem.

Memorabile homicidæ exemplum.
Homicida iniuſtus, vt diuinam effugiat vindictam, agat pœnitentiā.

7. In Saulo illo quondam, nunc Paulo idipſum luculenter expreſſum eſt: multos ille perſecutor Eccleſiæ bonis ſpoliauit, & patriis laribus expulit, in ergaſtula coniecit, fidiculis cruciauit; denique ſanctiſſimum Protomartyrem Stephanum omnium lapidantium manibus ſpirans ille minarum, ac cædis lapidauit. Tandem è Saulo Paolus, è perſecutore Apoſtolus nunquid iniuriarum, quas innocentibus intulerat, & necis, quam Stephano ſtruxerat, vindictam euaſit? *Ego* (inquit Dominus) *oſtendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Act. 9. Scilicet ipſemet Saulus ſui ſatelles de ſeipſo vindictam ſumet; me meóſque ſeruos, quos perſequutus eſt, infinita malorum genera perpeſſus vlciſcetur. Benè hæc ipſa verba expendens ait S.Auguſt. *Factum eſt hoc, & nouimus quanta ſuſtinuerit Saulus, multò plura, quam fecerat, quaſi auarus exactor cum vſuris recepit quod dederat.* in Pſal.36.conc.2. Egregia ſanè ſimilitudo. Nullus quidem fœnerator tam violenta, támque iniqua, & nimia exigit, quod dederat, vſura, quam Paulus: quæ mala fidelibus intulerat, in ſeipſo violentiſſimus exactor, & iniquiſſimus exoluit. Superexcedit quantum nec dici, nec excogitari poteſt, quæ pertulit; omnes, & iniurias, & perſecutiones, quibus vnquam Chriſti fideles afflictauit. Non modò in integrum, nec tantum in duplo, ſed ſupra omnem menſuram, numerúmque debita

S.Paulus plura, quam alius ſuſtinuit, ipſe mala perpeſſus.
Act.9.
D.Aug.
S.Paulus aliorū perſecutor & ſui vindex.
Nimiam de ſe Paulus ſumpſit vindictam.

Saull

Sauli Paulus perſoluit. Vtinam quæ peccauimus æqualiter ſoluamus! Vtinam æqui redditores, nec vltrà fœneratores iolqui efficiamur! Sed heus nos miſeros, qui magis in dies obærati, ne minimam quidem partem Deo, & proximis perſoluere curamus! Ergò ſi ſapimus Dei iudicium præueniamus. Tetendit ille arcum ſuum, minatur: iram expromet, niſi prius minantem exarmemus, perſolutóque debito exactoris iracundiam comprimamus. Monet optimè idem Auguſtin. *Præueni illum; non vis vt ipſe puniat, tu puni. Ideò enim adhuc ipſe parcit, differt, tenet manum, arcum intendit, idest, minans. Clamaret tantum feriturum ſe, ſi vellet ferire?* in Pſal 44. Non clamat, non voce terret, fugátque hoſtem, qui tentat ferire.

Soluen par pari debitū Deo ſoluamus.

D. Auguſt. Deus minatur, ne feriat.

B 8. *Lugens filium ſuum.*] Laceram, & cruentam ſui Ioſeph illam polymitam, quæ fuerat inuidiæ, odiorúmque origo, ante oculos habens, vti verum teſtimonium deuorati, dilaniatíque filij à beſtiis, quo dolore, quibus lamentis infelix pater ſuam calamitatem deplorauerit, nemo aut verbis explicabit, aut cogitatione comprehendet. Solabatur quidam non ita pridem lamentantem amicum, quòd filium morte amiſiſſet: Abi hinc tu (reſpondet ille) neſcis quid pater ſit, quid habere filium. Prudenter ille pictor (quem celebrant hiſtoriæ) cùm Iphigeniam filiam Agammenonis ante oculos patris iugulari in tabula effinxiſſet, patrem verò obuolutum pallio caput depinxit, ratus in aperto vultu doloris magnitudinem penicillo exprimi non poſſe. Quod ita ſcribit Pli- C nius cùm de pictura, & pictoribus agat. *Timanthi vel plurimum affuit ingenij. Eius enim eſt Iphigenia oratorum laudibus celebrata, quâ ſtante ad aras peritura, cùm mæſtos pinxiſſet omnes, præcipuè patruum, cùm triſtitia omnem imaginem conſumpſiſſet, patris ipſius vultum velauit, quem dignè non poterat oſtendere.* lib. 35. cap. 10. Lacera filij tunica patris viſcera lacerabat: cruenta filij tunica patris animam vulnerabat. Nec modò inuidi fratres veſtē illam polymitam, vt facerent fidem diſcerpti à feris pueri, lacerarunt, ſed etiam (quod de illorum immanitate fas eſt credere) vt in ipſam quoque inuidorum oculis ſemper inuiſam, vti argumentum vehementiùs à patre dilecti Ioſeph, ac proinde odiorum omnium ſeminarium, ne cuiquam D amplius integra inſeruiret, rabiem furorémque ſuum expromerent. Sic planè tauri cùm publicitùs agitantur, non ſolùm carnes eorum, quos comprehendunt in circo furioſè cornu impetunt, & tranſadigunt: ſed illorum etiam veſtes ſi fortè offendant, belluinâ rabie diſcerpunt.

Inexplicabilis dolor patris de morte filij.

Plin. Pictura Iphigeniæ trucidandæ ad aras.

Fratres in Ioſeph crudeles etiam illius polymitam lacerarunt. Taurorum rabiem homines imitati.

9. Sed ô miſerum ſenem! ô patrem miſertimum! agnouit illam ſui filij veſtem polymitam; euidens (ſibi perſuaſit) miſerandæ necis filij ſui argumentum. Igitur lacerato à beſtiis filio ſcindēs præ dolore veſtes, induens ſacco artus ſeniles, euellens canos, contundēs pectus, ora percutiens lamentabundus parentauit; flebilem deinde ſenis orationem Philo Hebræus in hunc modum af- E fingit. *Quis luctus poteſt eſſe maior, aut miſerabilior? Veſtis filij ad patrem perlata eſt: ex ipſo non membrum, non fruſtum, non vel minimæ reliquiæ: totum deuorauerunt beſtiæ: nihil ſupereſt, quod ſepulchro inferatur. Ac ne veſtem quidem recepi, niſi vt ad eius aſpectū recrudeſcat doloris memoria, ne vnquam tantæ calamitatis obliuio mihi poſſet obrepere*, &c. Plura huiuſmodi Philo ad patris luctum ſcribit, lib. de Ioſeph. *At hæc omnia in figura contingebant illis.* 1. Corint. 10. Vmbra quidem Iacob, & Ioſeph pater filium viuum, ſed pro mortuo habitum, præſente filij tu- A nicâ, non illius, ſed hædi ſanguine per fraudem intincta miſere lamentatus.

Phil. Hebr. Lamentatur Ioſeph occiſum pater Iacob.

1. Cor. 10.

10. Cæterùm veritas ipſa extitit; Maria, & IESVS. Mater, & filius: Mater filium ſuum ante oculos, pugnis contuſum, ſputis fœdatū, verberibus conciſum, clauis affixum Cruci, ligno ſuſpenſum, totum denique exhauſtū ſanguine mori conſpiciens omnium matrum, quæ vnquam doluerunt, mœſtiſſima. Quid, cùm filius ſub mortē exclamauit. *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum!* Luc. 23. *Hanc ſcilicet vocem* (referebat olim Virgo mater ſeruæ ſuæ Brigittæ) *cùm audirem, ego eius mæſtiſſima mater, contremuerunt omnia membra mea cum amaro cordis mei dolore, & quoties poſteà hanc vocem cogitabam, quaſi in auribus meis præſens, & recēs erat*, B &c. Quid cùm deinde miles lanceâ latus filij aperuit? Ioan. 19. *In corde* (ait ipſamet Virgo parens) *punctus fuit tam amarè, & immiſericorditer, quod pungens non deſtitit, donec lancea attigit coſtam, & ambæ partes cordis eſſent in lācea. Tunc mihi videbatur, quod quaſi cor meum perforabatur, cùm vidiſſem cor filij mei perforatū*, &c. Quantus ſubinde matris dolor, cùm (vti ait) *depoſitum de Cruce recepi in genu meū, quaſi leproſum, & cum linteo extersi vulnera, & mēbra eius, & clauſi oculos, & os eius, quæ in morte fuerant aperta*, &c. Quantus denique matris dolor, *Cùm* (vti adiungit) *vnus tenuit corpus filij mei per caput, alius per pedes; ego verò, quæ mater eram tenui per medium; & ſic nos tres portauimus ad petram, quæ linteo mundo per me operta erat, in quo obuoluimus corpus, & poſuimus illud in ſepulchro. O quàm libenter tūc poſita fuiſ-* C *ſem viua cum filio meo, ſi fuiſſet voluntas eius.* Hæc omnia in reuel. S. Brigit. Quæ quidem non tam legendo, quam lugendo verſanda identidem animis fidelium eſſent. *Vtinam* (cum S. Bernardo Virginem matrem oportet alloqui) *dolor ille ſic quotidiè inhæreret viſceribus meis, ſicut inhæſit tunc tuis? Mihi obſecro lacrymas illas infunde, quas ipſa in ſua paſſione habuiſti*, &c. tract. de lament. Virgin. Indignum ſiquidem eſt ſiccis oculis videre, indignius duro corde cogitare; indigniſſimum turpi animâ offendere Deum pro nobis in Cruce morientem.

B. Maria dolet iuxta crucem filij. Luc. 23.

Ioan. 19.

Quæ maximè doluit in filio cruci affixo B. Maria.

D. Bern. *Qualiter ſpectandus Dominus IESVS in cruce.*

11. *Lugens multo tempore.*] Videlicet per tredecim annos, etenim cùm Ioſeph eſt venditus, erat (vti conſtat ex hoc ipſo capite) ſexdecim an- D norum; cùm autem cognitus à fratribus erat triginta annorum, vt ex capite 40. & 41. colligitur. Ergo à decimo ſexto anno, in quo venditus in Ægyptum fuit vſque ad trigeſimum annum putatus eſt à patre mortuus, atque adeò patris luctus perdurauit, quod arguit incredibilem patris erga filium amorem, & inſignem filij virtutem, cuius amiſſio tot per annos (cùm tempus etiam ſummis mederi malis & nihil citiùs quàm lacrymæ areſcere ſoleant) digna meritò iudicata eſt, quæ lugubri habitu, continuo luctu, atque inconſolabili dolore ab ipſo patre deploraretur: Lugēs itaque Iacob continuandum ſibi luctum ſtatuit quouſque tandem ad ſinum Patriarcharū (cuius haud dubiè vir ſanctus fidem habebat) in quo Io- E ſeph ſancti animam quieſcere iam putabat, lætus & ouans videret. Hic enim locus cùm iuxta infernum damnatorum eſſet, communi nomine infernus hîc appellatur. Hæc explicatio eruditiſſimè traditur & confirmatur à noſtro Del Rio.

Tredecim annis Ioſephum pater luxit.

Del Rio.

12. Sed quid eſt quod benigniſſimus Dominus Iacobum tam multis annis lugere ſinit, nec patri vult, vt filij vita, & principatus in Ægypto innoteſcat? Reſpondet egregiè Procop. *Nec interim reuelat Deus Iacobo Ioſephum in Ægyptum perductum adhuc vitali veſci aura: ne fortè miſerabilis, & æger*

Iacob ignotum fuit quicquid de filio Ioſeph actum ſubinde fuit. Procop.

luctu

A *luctu obſtet diuina prouidentia, qua confectus deinceps, qua in Ægypto, & in exitu contigiſſe legimus.* Sed quod adiungit reuelatum diuinitùs fuiſſe Iacob filium eſſe ſuperſtitem, vti & alij ſimiliter opinati ſunt, videtur diuinæ ſcripturæ repugnare, ex qua conſtat Iacob, vbi audiuit filium adhuc viuere, rē ſibi nouam, & nunquam ante auditam accepiſſe. Scribitur enim infrà; nunciauerunt ei: *Ioſeph filius tuus viuit, & ipſe dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito Iacob, quaſi de graui ſomno euigilans, tamē non credebat eis.* Geneſ. 45. Sæpiùs verò filij tentauerunt verbis lenire patris dolorem; at erat ille inconſolabilis, ſcilicet ex plaga immedicabili: ſoláque ſua patet morte dicebat poſſe ſuum finiri dolorem, plagámque ſanari; quà, ſcilicet, ex hac vita demigrans poſſet in ſinu Abrahæ, vbi animæ B piorum præſtolabantur venturum redemptorem, dilectiſſimi ſui filij conſpectu perfrui.

Geneſ. 45. Sola morſ Iacobum ſolari poterat.

13. *Vendiderunt Ioſeph in Ægypto.*] Iam nunc ſecundò, vel tertiò venditur Ioſeph; primò quidē Iſmaëlitis, & Madianitis, aut iterum iſti ab illis coëmerunt. Denique Madianitæ vendiderunt Ægyptio Putiphari, ſeu (quod potiùs videtur) cùm in eodem eſſent comitatu Iſmaëlitæ, & Madianitæ, vt vtrique cōcurrerint ad emptionem, & venditionem Ioſeph: Vtraque modò iſtis, modò illis attribuitur. Quare Ioſeph venditus primò à fratribus in Dothain, iterum venditur in Ægypto, duplicémque ſubiit ingenuus puer ſeruitutē. *At* (quod egregiè dixit Ioſeph, *Vbi traditus in ſeruitutem diſceſſit*) *non eſſe virtus ſerua fortuna ſolet.* Sic C apud noſtrū Crucium. Quo in argumento multa dicit egregiè S. Ambroſ. *Dedit* (inquit) *Deus per Ioſeph iis etiam qui ſunt in ſeruitute ſolatium, vt diſcerent etiam in vltima conditione poſſe mores eſſe ſuperiores, nec vllum ſtatum immunē eſſe virtutis, ſi animus vniuſcuiuſque cognoſcat carnem ſeruituti ſubditam eſſe, non mentem, multóque ſeruulos eſſe dominis liberiores, ſi in ſeruitute poſiti à ſeruilibus putent operibus abſtinendum.* lib. de Ioſeph. cap. 4. Potior quidem & nobilior pars hominis anima eſt, quàm corpus, ſi libera illa eſt, licèt iſtud ſeruitute premarur, liberum illa hominem facit. Ah quot in mundo ſerui habentur, qui ſuis dominis, & magis liberi, & ingenui ſunt; cùm illi turpiſſimis ſeruiant dominis, iſti verò iiſdem egregiè dominentur. Enimverò D ait Dominus: *Omnis qui facit peccatum ſeruus eſt peccati.* Ioan. 8. Vnde optimè colligit idem Ambroſ. *Seruile eſt omne peccatum, libera eſt omnis innocentia.* ibidem.

Ter venditus Ioſeph.

Duplicem Ioſeph ſeruitutem paſſus.

Crucius.

D. Ambr.

Serui liberiores dominis pro virtute.

Ioan 8.

S. Ambr.

Seruile peccatum, libera virtus.

14. Sed quis iſte Putiphar? In primis dicitur Eunuchus. Hebr. *ſeris*. Multos diſcruciat hic locus quî, ſcilicet, dicatur Eunuchus, qui habeat vxorē, ac fortè liberos genuerit: Sed omiſſis quæ plurima, & valdè abſurda hunc in locum congeri ſolent, reſpondeo in primis voce Hebr. *ſeris* non modò exſectum, ſed & quemlibet Regium miniſtrum ſignificari, vti Diodor. Gennadius, Procop. & alij docent: Nam apud orientales Regum cubicularij, & aulici primò quidem erant Eunuchi; E extenſa deinde vox ad ſignificandos omnes regij cubiculi cuſtodes, & miniſtros; huius generis erat Putiphar, qui à Chald. vocatur *Rabraham*, hoc eſt, præfectus, ſeu ſatrapa, ſic inferiùs pincerna, & piſtor Pharaonis Eunuchi vocantur. Scio tamen ex traditione Hebræorum Putipharem quidem cùm Ioſephum coëmit exſectum non fuiſſe, ſed diui-

A no iudicio prorſus euiratum; eò quòd infami libidine percitus abuti voluerit pulchello puero, quem ſeruum a Madianitis emerat. Ac de barbara illa impuritate Ægyptiorum non abſurde hoc ſuſpicari poſſumus, & de diuina prouidentia, quæ præſtò ſemper fuit innocenti, & modeſto puero, hoc ipſum credere oportet. Si enim adoleſcentē Ioſephum ab Ægyptia liberauit, ne mulieris importunæ blanditiis caperetur, multò magis effeciſſet, ne caſtiſſimus puer iam execrandi hominis cœno pollueretur, ſed ne videatur à me conficta traditio iſta Hebræorum contra Ægyptium, audi S. Hieron. In lib. de quæſt. Hebrai. ita ſcribit. *Tradunt Hebræi emptum ab hoc Ioſephum ob nimiam pulchritudinem in turpe miniſterium, & à Deo virilibus* B *eius areſactis poſtea electū eſſe iuxta morem Ierophantōn in pontificatum Helıopoleos, & huius filiam eſſe Aſenath, quam poſteà Ioſeph duxit vxorem.* Digna quidem tam immani flagitio pœna: nec impurus homo grauius (modò viuus perſiſteret) quicquam doleret, quàm ſibi præreptum ſuarum libidinum, quarum volutabro ſpurca beſtia delectabatur, in poſterum omninò fomitem atque inſtrumentum.

Ægyptius Dei pœna euiratus propter Ioſeph.

D. Hier.

15. Præterea dicitur magiſter militum. Hebr. *Sar hatabachim*. Vertunt quidam, *princeps coquorū*; alij *princeps laniorum*. Formatur ſiquidem Hebræa vox à radice *tabach* טָבַח quæ ſignificat *iugulare, mactare, trucidare*, quod & præfectus militum, & coquus, & lanius, ſuo quiſque munere præſtant. C Cæterùm noſtra verſio cæteris præferenda; Erat igitur Putiphar magiſter militum, & Regiæ cuſtodiæ præfectus, vt 4. Reg. vltimo Nabuzardan ille. Munus quoque Regij cuſtodis erat facinoroſos in carcerem compingendi, curandi eos cuſtodiri, iúſque damnatos occidendi; quod in Banaa præfecto cuſtodiæ Dauidis, 2. Reg. 20. demonſtratur, & de Putiphare infra cap. 40. videbitur. Igitur Ioſeph puer ingenuus, caſtúſque, & ſanctiſſimis à patre Iacob moribus inſtitutus, impiam, & impuram domum ingreſſus, niſi diuinâ fulciatur ope, magnum profectò, aut animæ, aut vitæ periculum ſubibit. Nihil planè periculoſius viro iuſto, quàm impiorum hominum conſortium; ſed nihil etiam vtilius homini impio, quàm ipſa viri D iuſti præſentia, & conſuetudo. Vtrumque Dominus in parabola zizaniorum mirabiliter adumbrauit. Superſeminatis enim ab inimico zizaniis, & triticum malè oppreſſum emarcuerat; & periculum erat ne fortè quis zizania colligens eradicaret cum eis ſimul & triticum. At è contrario vtile fuit zizaniis, quod inter triticum ſata excreuiſſent. Nam ſi triticum non adeſſet, illa proculdubiò euulſa in flammas abiiſſent: & ne vicino tritico noceretur, parcitum eſt zizaniis. *Non* (aiebat agricola famulis zizania eradicare volentibus) *ne fortè colligentes zizania eradicetis ſimul cum eis & triticum; ſinite vtraque creſcere vſque ad meſſem.* Matth. 13. Profuit triticum zizaniis, vti ſecurè exereſcerent: Obfuit tritico zizaniorum vicinitas, E vti cum eis ſimul non euellerentur. Et quidem quàm ſalutaris impio eſt cum iuſtis; tam iuſto viro cum impiis periculoſa eſt conſuetudo. Monuerim ego malos, vti ſeſe admiſceant bonis, Monuerim bonos, vti effugiant malos; promptiùs enim vitia, quàm virtutes per conſuetudinem euulgantur.

Periculoſa mali hominis conſuetudo. Vtiliſſima bonorum conſuetudo.

CAPVT

CAPVT TRIGESIMVMOCTAVVM.

1. EOdem tempore deſcendens Iudas à fratribus ſuis, diuettit ad virum Odollamitem, nomine Hiram.

2. Viditque ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sue: & accepta vxore, ingreſſus eſt ad eam.

3. Quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Her.

4. Rurſúmque concepto fœtu, natum filium vocauit Onan.

5. Tertium quoque peperit: quem appellauit Selaiquo nato, parere vltrà ceſſauit.

6. Dedit autem Iudas vxorem primogenito ſuo Her, nomine Thamar.

7. Fuit quoque Her primogenitus Iudæ, nequam in conſpectu Domini: & ab eo occiſus eſt.

8. Dixit ergo Iudas ad Onan filium ſuum: Ingredere ad vxorem fratris tui, & ſociare illi, vt ſuſcites ſemen fratri tuo.

9. Ille ſciens non ſibi naſci filios, introiens ad vxorem fratris ſui, ſemen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine naſcerentur.

10. Et idcirco percuſſit eum Dominus, quòd rem deteſtabilem faceret.

11. Quam ob rem dixit Iudas Thamar nurui ſuæ: Eſto vidua in domo patris tui, donec creſcat Sela filius meus: timebat enim ne, & ipſe moreretur, ſicut fratres eius. Quæ abiit, & habitauit in domo patris ſui.

12. Euolutis autem multis diebus, mortua eſt filia Sue vxor Iudæ: qui poſt luctum conſolatione ſuſcepta, aſcendebat ad tonſores ouium ſuarum, ipſe & Hiras opilio gregis Odollamites, in Thamnas,

13. Nunciatúmque eſt Thamar quòd ſocer illius aſcenderet in Thamnas ad tondendas oues.

14. Quæ, depoſitis viduitatis veſtibus, aſſumpſit theriſtrum: & mutato habitu, ſedit in biuio itineris, quod ducit Thamnam: eo quòd creuiſſet Sela, & non eum accepiſſet maritum.

15. Quam cum vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem: operuerat enim vultum ſuum, ne agnoſceretur.

16. Ingrediénſque ad eam, ait: Dimitte me vt coëam tecum: neſciebat enim quòd nurus ſua eſſet. Qua reſpondente: Quid
A dabis mihi vt fruaris concubitu meo?

17. Dixit: Mittam tibi hœdum de gregibus. Rurſúmque illa dicente: Patiar quod vis, ſi dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris.

18. Ait Iudas: Quid tibi vis pro arrhabone dari? reſpondit: Annulum tuum, & armillam, & baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit, & ſurgens abiit:

19. Depoſitóque habitu, quem ſumpſerat, induta eſt viduitatis veſtibus.

B 20. Miſit autem Iudas hœdum per paſtorem ſuum Odollamitem, vt reciperet pignus quod dederat mulieri: qui cùm non inueniſſet eam,

21. Interrogauit homines loci illius: Vbi eſt mulier quæ ſedebat in biuio? Reſpondentibus cunctis: Non fuit in loco iſto meretrix;

22. Reuerſus eſt ad Iudam, & dixit ei, Non inueni eam: ſed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam ſediſſe ibi ſcortum.

C 23. Ait Iudas: Habeat ſibi, certè mendacij arguere nos non poteſt: ego miſi hœdum quem promiſeram, & tu non inueniſti eam.

24. Ecce autem poſt tres menſes nunciauerunt Iudæ, dicentes: Fornicata eſt Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumeſcere. Dixítque Iudas: Producite eam vt comburatur.

25. Quæ cùm duceretur ad pœnam, miſit ad ſocerum ſuum, dicens: De viro cuius hæc ſunt, concepi, cognoſce cuius ſit annulus, & armilla & baculus.

D 26. Qui, agnitis muneribus, ait: Iuſtior me eſt: quia non tradidi eã Sela filio meo. Attamen vltrà non cognouit eam.

27. Inſtante autem partu, apparuerunt gemini in vtero: atque in ipſa effuſione infantium, vnus protulit manum, in qua obſtetrix ligauit coccinum, dicens:

28. Iſte egredietur prior.

29. Illo verò retrahente manum, egreſſus eſt alter: dixítque mulier: Quare diuiſa eſt propter te maceria? & ob hanc cauſam vocauit nomen eius Phares.

30. Poſtea egreſſus eſt frater eius, in cuius manu erat coccinum: quem appellauit Zara.

SECTIO VNICA.

Eodem tempore deſcendens Iudas, &c. Vſque ad finem capitis.

A DE coniugio, & liberis Iudæ potiùs, quàm aliorum fratrum mentio fit, eò quòd nobiliſſima omnium futura tribus Iudæ; Dauidéque Rege, atque illius nepotibus nobilitata ſupra omnes tribus. Denique (hoc quidem potiſſimum) eò quòd ex Iuda & Thamar Rex Meſſias erat naſciturus. Quò maximè Iudæorum deprimitur ſupercilium, & inanis quædam præſumptio humiliatur. Deſpicere quippe gentiles tanquam abiectæ, indignæque conditionis conſueuerunt Iudæi, de Abraham, Iſaac, & Iacob patribus ſibi gloriantes. Igitur ò Iudæi habetis hîc Regiæ inter vos, atque omnium clariſſimæ tribus ſtipitem Iudam, qui Chananæam ſcilicet gentilem duxit vxorem, quin etiam, (quod ſummè indignum, ac dedecoroſum eſt) ex inceſtu cum nuru ſuſcepit liberos, è quibus clariſſima veſtrarum omnium tribus duxit originem; vt iam vos dicere Chriſto pudeat? *Nemini ſeruiuimus. Nos ex fornicatione non ſumus.* Ioan.8. At in vtroque mentiti eſtis. Nam & ſæpiſſimè gentibus ſeruiiſtis, & tunc maximè ſub Romanorum iugo eratis oppreſſi; atque adeò nobiliſſimæ omnium tribus ex alienigena muliere, atque ex inceſtu nurus cum ſocero fuit origo. Meritò hic in eos inuehitur S. Auguſt. *O pellis inflata! Non eſt iſta magnitudo, ſed tumor. Ioſeph non eſt venditus? Propheta ſancti in captiuitatem non ſunt ducti? Nonne ipſe ille eſt populus, qui in Ægypto lateres faciebat, & Regibus duris, non ſolùm in auro, & argento, ſed in luto ſeruiebat? Quid aſſiduè vobis Deus imputat, quòd vos de domo ſeruitutis liberauit?* &c. tract. 41. in Ioannem.

Superbiam Iudæorũ humiliat partus Thamar.

Ioan.8.

Iudæorum frequens & infamis ſeruitus.

D. Aug.

2. Sic habet mortalium conditio; nullus ferè inuenietur quem aliqua ſui generis labes non maculet, vilitas non deprimat. Si profundius terram excaues, Iudææ gentis Reges ex inceſtu ſoceri cum nuru gentili. Conditores imperij Romani ex adulterio; illum, qui tibi vane gloriatur, ex porcario, alium ex bubulco; & fortè qui dominantur, ex abiectis, & mendiculis ortum habuiſſe inuenies. Nuſquam argentum ſine ſcoria renidet, nec vinum ſine aqua ſplendeſcit. Vera quidem nobilitas non ex ſanguine, qui vbique vnus rubeſcit æqualiter; ſed ex virtute, ingenio, atque ipſis egregiis operibus ſuam ducit nomenclaturam: illuſtriórque iuſtus mendicans, quàm improbus Imperator. Commendatur hinc etiam Chriſti Domini humilitas, qui ex turpiſſimis peccatoribus ſecundùm carnem genus ducere non erubuit, vti pro peccatoribus turpiſſimam perpeti mortem vltrò elegit. Cæterùm ad ſui generis in carne puritatem, quantumuis illius origo eſſet probroſa, ſatis eſſe exiſtimauit, quòd ex Virgine matre ſanctiſſima, & puriſſima naſceretur. Limpidiſſimo nimirum Virginis matris fonte, auorum omnium labes, imò & totius fœminei ſexus, ne Verbum Dei erubeſceret de fœmina carnem aſſumere, maculæ ablutæ, ac deterſæ prorſus euanuerunt.

Nullius claritudo generis labe & macula caret.

Vera nobilitas ex virtute.

Puritate Virg. Mariæ macula auorum deterſa eſt.

3. Sed & illa ratio S. Ambroſij valet plurimũ ad commendandum beneficium redẽptoris: *Peccatores* (inquit) *adnumerantur maioribus Chriſti, vt* A *omnes homines redempturus beneficium à ſuis maioribus inchoaret*. Apol. 2. cap. 6. O egregium cognatum, ô verè fratrem! ſuo ille generi præluxit: nõ illum maiores, ſed maiores ille ſuos honorauit; iiſdem omnium primis iuxtà ſententiam Ambroſij ſuam de cœlo veniens miſericordiam impertiuit. Planè omni dignus opprobrio, qui ſuis, quæ in exteros liberaliter, & aliquando immoderatè prodigit, bonis aut fratres, aut conſanguineos defraudare nõ veretur. Narrari iſthæc adeò probroſa, & impura de ſuis maioribus voluit Dominus, vt illud etiam doceret, quod idem Ambroſius apponit: *Simul* (inquiens) *exemplum edendum fuit vt* B *intelligerent omnes maiorũ probra non poſſe poſteris eſſe dedecori: quódque vnuſquiſque ſucceſſionis maculã proprio merito poſſet abolere virtutis.* Suo quiſque culpatur, & turpatur vitio, non alieno; nec etiã paterno, aut auito, aut gentilitio. Suo quiſque ſplẽdore virtutum non ſe modò conſpicuum reddit, ſed etiam ſuum genus omni (ſi quam habeat) illuſtratã caligine inter homines facit ſpecioſi nominis famã collucere.

D. Ambr.

Chriſtus ſuã cognatis miſericordiam primò impertiuit.

Indignũ eſt liberalẽ eſſe extraneis, auarum cognatis.

S. Ambr.

Suã quiſque virtute ſuũ genus purificat & illuſtrat.

4. Porrò mirum videri non debet, quòd Iudas tot, ac tantis ſeſe maculis fœdauerit: quippe deſcendens à fratribus ad Chananæos gentem planè moribus, ritibúſque infamem diuerterit, duplex malum, & à conſortio bonorum diſcedere, C & malorum conſuetudini admiſceri. Reliquit ſancti parentis domum Iudas, ab illius oculis receſſit, illius conſiliis, ac monitis caruit: à contubernio fratrum, qui ſaltem fideles erant, & ſancto geniti patre, procul ſemotus cum infidelibus, impuriſque hominibus vitam inſtituit; fixit domicilium. Vulgantur malorum vitia inſtar contagij: breuique, ac facilè, quorum audis dicta, & exempla vides, & contubernio vteris, eorumdem mores addiſcis, vitam imitaris. Quid quòd illo etiam numine pernicioſa eſt improborum conſuetudo, quia illorum præſentia, & noſtros erga Deum affectus impedit animorum, & cœleſtibus, D ne ad nos permeent ſubſidiis aditum, viámque præcludit? Hanc ipſam doctrinam S. Hieron. diuinæ Scripturæ confirmat exemplis. Et quidem, vt ſcribit Iſaias: *In anno quo mortuus eſt Rex Ozias, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium*, &c. cap. 6. Fuit autem improbus, & ſacrilegus, atque iccircò à Deo leprã percuſſus. 2. Paral. 26. illóque adhuc viuente aut mutus ſilebat Iſaias, aut diuinis carebat viſionibus ob illius nimirum ſacrilegi præſentiam: tam ſolet eſſe malorum pernicioſa, & præſentia iis, qui adſunt, & vita etiam longe diſtantibus.

Separari à bonis, & malis adiũgi duplex malum.

Facilè vulgantur, & inficiũt more peſtis vitia malorũ.

Iſai. 6.

Improborum præſẽtia Dei nobis aditũ præcludit.

2. Paral. 26.

5. *Quo mortuo* (inquit S. Hieron.) *Dominus videtur in templo, quod ille polluerat: ex quo animaduertimus regnante in nobis leproſo Rege, nos Dominum* E *in ſua maieſtate regnantem in nobis videre non poſſe.* Princeps lepra, hoc eſt, ſordida vita non terram modò, ſed ipſum quoque cœlum ſuã inficit contagione, benéque regnantem in nobis dicit leproſum: quippe magnam vim habet mali ſuperioris exemplum, vt ferè adigat, & quodammodũ compellat ad ſuum, vnà ſubditos pertrahens, volutabrum. *Vnde* (adiungit) *& in Exodo poſtquam mortuus eſt Pharao, qui opprimebat Iſrael luto & paleis*,

D. Hier.

Magnã vim habet mali principis exemplum.

Mali principis vita Deum à regno auertit.

D. Hier.

leis, & lateribus; populus clamauit ad Dominum, qui illo viuente clamare non poterat. in 6. Iſai. Quid quod etiam Herodes impius Rex cum impiis pariter magiſtratibus Hieruſalem venientibus ab oriente Magis cœleſtis ſplendoris beneficium, ſi nun omninò, certè aliquantulum impediuit? Vnde illud à S. Ambroſ. optimè dictum eſt. *Stella videtur à Magis; & vbi Herodes eſt, non videtur; vbi Chriſtus eſt, rurſus videtur, & viam monſtrat.* lib. 1. in Lucam. Quid ergò nouum, quid mirum ſit, quod in Chananitide, vbi principes, ac populi non minùs nefandis idololatriæ ritibus, quàm omnium vitiorum cordibus infames viuebant, filius Iacob, duóque nepotes inſigni quadam turpitudine fuerint inquinati?

D. Ambr.

6. *Fuit primogenitus Iuda nequam in conſpectu Domini.*] Verè, ſcilicet, & intolerabiliter malus, atque indignus cui Deus parceret. Iudas quidem ex Chananæa muliere tres filios ſuſcepit, Her, Onan, Sela. Primogenito dedit vxorem Thamar: ſed ille, & alter Onan turpes admodum, & ſceleſti extiterunt; ambóque ob idem flagitium iuſſu Dei à dæmone ſtrangulati perierunt. Her ſiquidem in matrimonio fuit impuriſſimus: Nam cùm de pulchritudine vxoris, quam deperibat, nimium ſolicitus, ne puerperiis, & liberorum lactatione quicquam minueretur, in actu ipſo matrimonij ſeſe retrahens fuſo extra vas ſemine generationem impediebat. At Onan iuſſu patris, eandem, quæ fuerat fratris, duxit vxorem, vt fratri filium (quod in more apud Hebræos poſitum erat) gigneret. Cæterùm tactus inuidiâ ne filios alteri generaret, eadem quâ frater deteſtabili immunditiâ generationem impediuit, eodémque lethi genere peremptus eſt à diabolo forſitan Aſmodæo, qui necator fuit libidinoſorum maritorum Saræ, vt ſcribitur Tob. 3. In vtroque fuit permagna ſceleris atrocitas; quantum enim in ipſis erat, & naturæ iura violabant, & hominem perdebant, atque humani generis, quam ipſe conditor naturæ Deus texuerat telam graui flagitio præcidebant. Meritò igitur diuina ſcriptura ſtatim ſubiungit rem deteſtabilem operatos.

Turpes ſceleſtique à diabolo ſtrãgulati.

Tob. 3.

7. Quàm verò fœda, atque abominanda ſit hæc turpitudo, ipſamet omnium conſcientia mortalium conteſtatur. Certè Martialis quantumuis impurus poëta, hoc etiam flagitium acerbiſſimè perſtringens contra quempiã ſuem potiùs, quàm hominem nomine Ponticum ſcripſit Epigramma 42. lib. 9. vbi hæc leguntur.

Peſſimum & fœdiſſimum peccatum mollities.

Martial.

Hoc nihil eſſe putas? ſcelus eſt mihi crede, ſed ingens
Quantum vix animo concipis ipſe tuo.

Et quidem iſtud peccatũ vna inter ſordidiſſimas ſpecies fornicationis nunc mollities: Vnde illud Apoſtoli: *Molles regnum Dei non poſſidebunt.* 1. Corinth. 6. nunc immunditia vocatur, iuxta illud: *Fornicatio, & immunditia, nec nominetur in vobis.* ad Epheſ. 5. *Et mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam,* &c. ad Coloſſ. 3. Grauiſſimum ſcilicet peccatum poſt beſtiale, & Sodomiticum, vti docet S. Thom. 2. 2. qu. 154. artic. 11. & 12. Denique operæpretium duxi huc attexere, quid de hoc tam deteſtando vitio ſcripſerit illuſtriſſimus Cardinal. Toletus, in ſua illa prorſus aurea ſumma hiſce verbis: *Eſt hoc peccatum difficillimæ emendationis, quia occaſio ferè ſemper eſt cum homine, & eſt adeò vniuerſale, vt crediderim maximam partem damnatorũ hoc infici peccato.* Quod certum eſt, maximè in his tam calamitoſis, & vitioſis temporibus, cùm carnis immunditia tam effusè, atque impunè videtur inundaſſe. Quare cùm tam difficulter emendari, auellique ſoleat hoc vitium ſapientiſſimus Cardinalis de remediis, tam deteſtabili, ac periculoſo malo adhibendis, ita prudenter, piéque adiungit. *Vix puto aliud eſſe remedium efficax niſi frequentiſſimam confeſſionẽ, cum vno, eodémque confeſſario, vt fiat ter in hebdomada, ſi fieri poſſit. Eſt enim hoc ſacramentum maximum frænum; & qui hoc non vtitur, non ſibi promittat emendationem niſi per miraculum à Deo factum, aut rariſſimum priuilegium.* lib. 5. Inſtruct. cap. 13. n. 10.

1. Cor. 6.

ad Epheſ. 5.

ad Coloſ. 3.

D. Thom.

Mollities difficillimè emendatur, & in maiore parte damnatorum inuenitur.

Tolet.

Frequens confeſſio remedium cõtra mollitiẽ.

8. Egregium ſanè iſtud medicamentum; ſed etiam præpotens illud, quod in mortificatione, carnis crebrâ flagellatione, ieiunióque ſitum eſt; nec enim feræ domari, niſi adactâ vi, neque pecudes regi, niſi verbere conſueuerunt. Prudenter etiam tam eruditus, quàm religioſus vir Delrio noſtræ Societatis animaduertit hoc loco: ſupplicium iſtorum fratrum confeſſariis vtile memoratu eſſe, hoc æuo omnium inquinatiſſimo. Ad hæc tanto vulneri medicando adhiberi oportet panceleſtum medicamentum, ſcilicet ad omnia remedium præſentiſſimum; eſt videlicet, pia, humilis, frequenſque inuocatio puriſſimæ Virginis Dei matris. *Quæ quidem* (vti rectè admonet S. Ioan. Damaſc.) *duplicis virginitatis nauem incolumem ſeruauit: animámque non minus, quàm corpus, Virginem cuſtodiuit.* orat. 2. de Aſſumpt. Inuocata igitur ipſius puritatis mater optatam feret opem humiliter imploranti, vti ſuam ratem, & corporis, & animæ per vada, per ſyrtes in ſalo huius mundi inter fluctus, procelláſque tentationum poſſit regere vti mundam, ita ſecuram.

Carnis crebra caſtigatio remediũ contra mollitiem.

B. Maria vniuerſale remedium omnibus animæ morbis.

D. Ioan. Damaſc.

Duplex virginitatis nauis B. Maria.

9. *Euolutis autem multis diebus.*] Tertius erat reliquus ex filiis Iudæ Sela, qui duobus fratribus à cacodæmone occiſis ducens Thamar vxorem deberet ſuſcitare ſemen illorum, vti loquuntur Hebræi: ſed quia minor adhuc erat ætate, quàm iungi matrimonio poſſet; ſtatuente ſic ſocero mulier viduam gerens futuro ſe tandem cõiugio caſtam ſeruabat. Iudas etiam defunctâ vxore viduus biennio poſt Onani filij obitum procedens in agrum ad tondendas oues fortè conſpicatur in biuio fœminam velatâ facie, ſed cætero cultu ornatúque meretricium quid præ ſe ferentem: illo ſiquidem loco prætereuntes venari muliercula putabatur; Ergò Iudas ignarus quòd nurus eſſet, ad concubitum pelliciens pacto in pretium hœdo, quem paulò pòſt mitteret, annulum, armillam, & baculum pro pignore tradidit. At mulier ex illo ſoceri concubitu geminum fœtum concepit. Ita ſe res habuit; in qua in primis illud expendendum eſt, quòd mortuis filiis dixit Iudas nurui ſuæ: eſto vidua in domo patris tui, donec creſcat Sela filius meus. Remiſit ſcilicet nurum ſocer ad parentes illius, iuxta conſuetudinem (vti ſuſpicor) illius temporis, & hoc etiam vidi ſæpiùs, vt nimirum iuniores viduæ poſt virorum obitus ſeſe in domum parentum recipiant, vbi ſecuriùs, & honeſtiùs viuant. Nullibi enim vidua ſecurior eſt, quàm in domo parentum, atque inter cognatos. Periclitatur quidem viduarum maximè iuniorum pudicitia, multíſque indiget, quibus muniatur præſidijs, vbi plurimæ ſunt à nebulonibus inſidiæ; multóque difficilius poſt expertam coniugij voluptatem vidua ſolet ſe continere: vti iam ex Tertullian. & S. Hieron. memorauimus 2. tom. ad cap. 25. ſect. 1. num. 2. & ad cap. 29. ſect. 9. num. 14. Atque ipsâ quotidianâ experientiâ comprobatur. Quot annis, imò quot diebus, horis, momentíſque iunior in viduitate honeſtè, ſanctéq; viuit, tot planè vi-

B. Maria inuocanda contra tentationes carnis.

Vidua iunior recipiatur à parentibus.

Vidua iunior difficilè ſe continet.

Vidua caſta coronis & triumphis nobilitata.

ſtoriis coronatur, tot etiam triũphis honoratur.

10. *Nihil ergò* (ait Tertul.) *viduitati apud Deum ſubſignata neceſſarium eſt, quam perſeuerare.* lib. ad vxorem. de nupt. cap. 4. Huiuſmodi viduæ ſic Deo gratæ, acceptæque ſunt, vt illarum ſe ipſemet patronum, ac tutorem prædicet. Sic enim per Iſaiã: *Defendite viduam*, cap. 1. Vbi Tertul. *Quanti eſt vidua ipſa, cuius aſſertor Dominus diſputabit?* lib. ſupra d. cap. 8. Ergo Thamar iuſſu ſoceri in domo patris vidua honeſtè viuens maturam coniugio tertij mariti præſtolabatur ætatem. At ô ſi duraret! bona quidem initia, ſed mali exitus. Eſt enim ſuoptè ingenio mulier impatiens moræ: quam iſta demum pertæſa, turpe quidem facinus, execrandúmque aggreditur. Satiùs illa peteret à ſocero facultatem alteri nubendi. Cæterùm in eo laudabilis, quòd non ex alia, quàm Abrahami ex ſtirpe prolem expeteret; in eo etiam, quòd non ad libidinem, ſed ad prolem coniungi vellet marito, vt ſterilitatis opprobrium vitaret, non minimum laudari debet. Neque propterea quod etiam ad iuſtam, & legitimam coniugij voluptatẽ, vt ita, ſcilicet, concupiſcentiæ ſeſe vltra limites temperantiæ, iuſtitiæque effundenti medeatur, culpari mulier debet. Enimverò, & in prolem, & in remedium concupiſcentiæ à Deo eſt matrimonium inſtitutum.

Tertul.

Iſai. 1.

Viduarum tutor Deus.

Mulier impatiens moræ.

Inſtitutum coniugium ad prolem, & in remedium concupiſcentiæ.

11. *Quare* (vti ſcribit S. Greg. Nazianz.) *cunctis in hec duo diuiſa eſt vita, ſcilicet in matrimonium, & cœlibatum, atque hic quidem ſublimior, ac diuinior eſt; verùm laborioſior, & periculoſior; illud autem humilius, ſed tamen tutius.* orat. 11. Verùm enimverò licèt iuſtum ſit habendæ prolis deſiderium, non idcircò tamen Dei lex violanda erit; nec in mundo quicquam eſſe aut fingi poteſt, cuius ergò liceat vllo crimine Deum offendere. Rectè, ſanctéque primus Iudæ filius vxorem dilexit, ſed peſſimè tamen propter illius amorem, ne dilectæ ſpecies partubus deflorſceret; tam execrando ſe flagitio inquinauit, nec Thamar deſiderio habendæ ex ſancta ſtirpe ſobolis nefariam iſtam, & ſpurcam ſtropham, quam in caput ſoceri ſtruxit, cum vitæ periculo debuit comminiſci. At imprudens mulier, per dolum, atque inceſtum, quo detecto ignibus tradenda eſſet, obtinere voluit, quod impatiens expectabat: nec tam citò, ac licitè poterat adipiſci. Optimè illud Imperator Theodoſius dicere conſueuit. Fœminarum conſilium aduerſus propria commoda laborat, &c. Cauſam exiſtimo illam eſſe, quod nimio affectu, modicâ, vel nullâ prudentiâ reguntur. *Eſt enim mulier* (authore philoſopho) *anxia, & deſperans magis, quàm vir, atque imprudentior, & mendacior, faciliórque decipi.* Ariſtot. 9. de hiſtor. animal. Videat, qui volet Aluarum Pelag. lib. 2. de planctu Eccleſiæ, vbi centum, & duo notat fœminarum vitia; putarim ego virorum vitia quod plura ſint, ab illo nequaquam numerari, ſeu (quòd fortaſſe potius eſt) in ſummam præ ſua multitudine redigi non poſſe. Verùm quicquid Ariſtoteles, & priſci authores de fœminarum vitiis ſcripſerint, ſatis nobis hodie ſit ad eorum occultanda vitia, & virtutes celebrandas, quod fœmina Deum hominem pepererit, omniſque ſanctitatis pelagus, virtutum abyſſus, gratiarum theſaurus, Virgo mater extiterit. Nec mihi vnquam placeat, nec libeat contra fœminas, aut concionando, aut ſcribendo inuehi, cùm videam Deum hominem, non viri vllius, ſed vnius fœminæ, Virginis filium (fortè in matris ſuæ gratiam) nunquam in Euangelio contra mulieres prædicaſſe, aut vllo

Sublimior cœlibatus, quàm coniugium.

D. Greg. Naz.

Incommodũ fœminarum conſilium.

Multo in fœminis vitia, plura in viris.

B. Maria decus mulierum.

A vel tenui verbo illarum vitia perſtrinxiſſe; cùm tamen virorum flagitia, ſiue principes, ſiue Reges, ſiue magiſtratus, Scribæ, Doctores, Pontifices, fuiſſent, crebris docendo, & prædicando aculeis pupugiſſe videatur.

Nunquam Chriſtus contra mulieres prædicaſſe legitur.

12. Veniens ad greges Iudas, vt data mulieri pignora vindicaret, hœdum, quem pacto promiſerat, famulo tradit mittendum fœminæ; iuſta eſt enim corporis merces, etſi fuerit actio illicita, de quo Nauarros, & Syluestros conſule. Ad biuium illud accedens famulus mulierem haud inuenit: abierat illa compos iam voti facta, déque techna ſibi (vt videtur) egregiè ſuccedente mirum in modum geſtiens: etſi (quod in fœmina vti rarum, ſic laudabile eſt) de concubitu illo nihil vl-

B li mortalium aperuit: fœminarum quippe ingenium, vſque adeò leue eſt, pertuſum, inconſtans, garrulum: vt nec propria, nec aliena (quæ prodere nefas ſit) ſecreta occultare, vel ſciat, vel queat. Certior factus Iudas, quòd mulier non comparuerit, libens remiſit pignora, etſi hœdo longè pretioſiora. Vt hinc videas, quantum ſoleat dementare hominem libido, quippe cùm Iudas annulum, torquem, ſiue armillam pro vno hœdulo pignori dederit. Ingentia profectò miſeri, cæcique adoleſcentes patrimonia meretricando paſſim (vti boni lamentantur) conſumpſerunt, & breui ſuam omnem, quam à patre acceperat hæreditariam ſubſtantiam prodigus ille cum meretricibus profudit.

Secretũ velare neſcit mulier.

Libido prodigos facit.

C 13. Porrò quid factum fuerit de muliere ignarus Iudas noluit ampliùs inquirere. Ac prudenter quidem ſeſe continuit, nam ſi curioſiùs adhuc rem ipſam diſcuteret, futurum procul dubio eſſet, vt ſuo in vulgus detecto flagitio inſignem incurreret infamiam. Amittantur (inquit) annuli, armillæ; bonorum omnium temporalium fiat iactura, modò fama, honorque non periclitetur. O egregium in regimine conſilium? Quæ nam obſecro iſthæc aliquando regentium prudentia eſt, vti dum exactiùs inquirere volunt occulta, vel ſemiocculta, faciant in vulgus publica; & quæ latentia facili poſſent remedio ſanari, per nimiam illorum inquiſitionem euulgata prorſus immedicabile contrahant malum infamiæ? Scitè

Teſtis flagitiis conſulendum honori.

D igitur Iudas cùm non compareat mulier: Habeat (inquit) ſibi, certè mendacij arguere nos non poteſt, &c. Hebr. Ne & nos ſimus contemptui. hoc eſt, imponamus rei ſilentium, etiam perditis, quæcunque pretioſa fuerint, ne res publicetur. Ne Iudæ inceſtus in ore, & in auribus ſit mortalium; præſtat auri, quàm honoris; ſubſtantiæ, quàm famæ ſubire diſpendium.

Mali prelatus occulta delicta vulgant ad infamiam.

Silẽtio multa curãtur.

14. *Fornicata eſt nurus tua.*] Ergo iam ad partum mulier matura prodi cœpit, iactarique in vulgus. Acceptâ proinde ſocer prægnantis nurus infamiâ mirum in modum excanduit: præceps non auditâ reâ, damnauit miſeram incendio iudicis, videlicet autoritate, quam in eo facinore pater familiâs habebat, de qua cenſebatur etiã nu-

E rus, maximè, quæ credebatur nuptura Selæ filio Iudæ. Atque in primis magna illis ſeculis fuit continentiæ etiam vidualis obſeruatio, cùm non modò adulterij conuictam in matrimonio, ſed etiam in viduitate fœminam comburi, aut lex, aut mos indixerit. Niſi fortè, quia Thamar velut ſponſa Selæ habebatur, iudicium coniugatæ adulteræ ſubibat, *Producite* (inquit) *illam vt comburatur:* nimirum vti è paterna domo, grauida quæ erat in carcerem deferretur vſque ad partum, quo peracto miſera incẽdio plecteretur. Vide hic

Continentia vidualis obſeruatio priſcis ſeculis.

quam

Seueri iudices in alios, in nos mitiſſimi.

quàm ſeueri iudices in alienis defectibus; in noſtris autẽ ſimus mitiſſimi. Sæuit Iudas in adulterã nurum, nec ſe inceſtus reum meminit. Sic Dauid ſeuerè admodũ voluit diuitem pauperis ouis occiſorem ſuſpendio punire, non ſe interim adulterum, & homicidam agnoſcens, & aduerſum ſeipſum ignorans mortis ſententiam tulit. Prudenter verò egit mulier, quæ cùm duceretur ad pœnam (habetur in textu) miſit ad ſocerum ſuum, dicens: De viro cuius hæc ſunt, concepi; cognoſce cuius ſit annulus, & armilla, & baculus. Miſit quidem Iudæ pignora palàm, vt conſtaret omnibus eam ex ſocero grauidam: & ideò vel vtrũque plectendum, vel vtrumque abſoluendum. Obſtupuit (vt fas eſt credere) Iudas, valdéque hominem puduit, quòd ſuum videret in vulgus prodi flagitium. Profectò ſi vnuſquiſque noſtrũ ſua nollet ſcelera in publicum proferri, pudore ipſe ſuo perfuſus de reliquorum vitiis mitius, aut nullo modo ageret.

Sua quiſque vitia cognoſcẽs de alienis nõ aget.

15. Ergò Thamar iuſſa comburi ſocero ipſo Iuda ſententiam ferente, delicti ſui conſortem aperuit eundem, qui damnabat iudicem; delictũ delicto retundens, & iudicis linguam detecto illius crimine teſtænans. Ita etiam Ioab militi, qui nuntiaturus belli ſtatum, & aliqualem exercitus ſtragem Dauidi, mittebatur; dixit. *Si eum videris indignari, dices: etiam Vrias ſeruus tuus occubuit.* 2. Reg. 11. Regi propter acceptam cladem indignanti expuit in faciem ipſius homicidium; iuſſu, inquam, Regis deſertum in prælio à ſuis Vriam, & ab hoſtibus permiſſum trucidari. Planè proprij ſceleris auditi pudore, ſtimulantéque intùs conſcientiâ iram omnem deponet, quieſcet mutus, & elinguis; talem ergò ſe præſtitit Dauid. Quaſi alapa ingenti percuſſus Iudas de comburenda nuru ne verbum quidem amplius adùcere fuit auſus; imò faſſus eſt ingenuè: *Iuſtior me eſt.* Hebr. *iuſtificata eſt ex me.* hoc eſt, præ me poteſt iuſta cenſeri. Enimverò licèt illa plus peccarit ſcienter inceſtum committens; ego verò minùs, ſolam ſcortationem volens committere; attamen grauius ego peccaui, illa multò leuius. Me ſola impulit libido, illam ſolus amor prolis habendæ ex ſtirpe ſancta Abrahæ. Præterea totius mali cauſa extiti, quod diu expectatum, & ſæpiùs poſtulatum mulieri denegaui maritum. Me illa decepit, ſed in vltionem: iniuſtior ego, quàm quæ iniuriâ eſt prouocata. Verùm (quod ſeriò animaduertere oportet) iuſtior hîc ſignificat minus iniuſtam. Peccarunt enim ambo, nec vlla ratione debent, aut poſſunt excuſari. Reſpondet quidam non peccaſſe, quia myſteriosè id egerunt. Ridiculum hoc eſt. Similiter enim Aman inceſtum; Dauidis adulterium, Abſalonis perduellionem, & plura huiuſmodi à peccato abſolueret; cùm in veteri teſtamento cuncta illis in figura contigerint. Quod ſi S. Chryſ. homil. 52. in Geneſ. Theodoret. quæſt. 94. S. Ambroſ. in Lucam videntur illos excuſare; planè non à crimine, cùm vterque proculdubiò peccarit; ſed virum ab inceſtu, mulierem ab affectu libidinis excuſant. Dimiſſa igitur mulier, ſocero abſoluente, Sellàque iniuriam remittente nunquam amplius nupſit, ſed vidua permanſit.

2. Reg. 11.

Proditũ crimen pudore ſuffundit, & mutum reddit autorẽ.

Ingenua peccati confeſſio.

Excuſari nõ poſſunt delicta licèt myſterioſa habeantur in Scriptura.

16. Benè id quidem. Iudas abſoluit ream. Sella iniuriam remiſit; abiit poſt tam immane flagitium mulier, impunita fuerit (vt aliàs crebrò fit) talis hominum iuſtitia. Sed cur Deus æquiſſimus liberam ſinit abire, impunéque viuere tam graui notatam facinore? Nimirum, quia miſeri-

cors, & patiens eſt: ad miſericordiam commouet infirmitas carnis, luti figmentum, quod vnuſquiſque noſtrum eſt. *At ideo patiens eſt* (inquit S. Auguſt.) *quia æternus eſt.* in Pſal. 91. Dictum egregiè. Hic enim ordo (vt docent Theologi) agnoſcitur in diuinis attributis, vt (licet omnia in Deo ſint vnum, quippe cùm Deus ſit ſimpliciſſimus) aliud tamen ex alio naſci, aliud ad aliud ſupponi conſideretur. Igitur in hac Theologia loquitur D. Auguſt. Deus patiens eſt, quia æternus eſt; ſcilicet Dei patientia, ex æternitate quodammodo naſcitur, & æternitas Dei ſupponitur ad Dei patientiam. Hoc ipſum ita euoluo. Patiens Deus fuit in peccato Adami, quia æternus eſt: patienter illud tulit, nec peccatum ſtatim occidit, atque in gehennam detruſit, quia cùm ſit æternus, illique omnia ſint in puncto ipſo æternitatis præſentia, iam clare, præſentérque videt Adamum ipſum pœnitentem, videt ex eo propagatum genus humanum, ab illo infinitos propemodum iuſtos, quin etiam Deum hominem factum, & Virginem Dei matrem ab illo procreandos, atque in ipſa iam æternitate procreatos.

D. Auguſt.

Æternitas ad patientiã Dei ſupponitur.

Deus patiẽs quia in æternitate omnia habet præſentia.

17. Deus patiens eſt, quia æternus eſt. Iccircò Saulum adhuc ſpirantem minarum, & cædis patienter tolerat, non autem de medio tollit, non detrudit in barathrũ, quia æternus eſt, quia cùm illi omnia ſint præſentia (æternitas enim ſimul omnes temporum differentias complectitur) videt iam illum ex Saulo Paulum, ex perſecutore prædicaturem gentium, denique Apoſtolum poſt infinita laborum pro Chriſto exacta certamina; Romæ pro fide Chriſti à Nerone decollatum. Quid tu Domine IESV peccatricem illam in ciuitate mulierem ſic patienter feras? quia vt eſt æternus iam Domino præſens eſt mulieris pœnitentia; iam videt proiectam Magdalenam lacrymis Domini pedes rigantem, capillis tergentem, dein amore diuino flagrantem, in Maſſiliæ ſyluis abditam, cœleſtibus aſſociatam choris, vno verbo patiens, quia æternus, ideóque venit vocare peccatores, vt quos patienter tulit, ad pœnitentiã adduceret, iuſtóſque & ſanctos faceret: Quòd ſi æternus nõ foret, nec futura iam omninò præſentia cerneret, vtique non patienter ferret, non expectaret ad pœnitentiam: atque adeò nullum haberet iuſtum, nullum amicum; quippe qui, non niſi de iniuſtis iuſtos, de inimicis fecerit amicos. His itaque vtcumque explicatis reſpondeo ad quæſitum; Deus ideò ſinit liberam abire, impunéque viuere iſtam mulierẽ tanti ream flagitij, ideò patienter illam tolerat, quia cùm ſit æternus futura iam habet in oculis præſentia, videt ex illa naſcituros geminos filios, atque ex illis Reges æquiſſimos, Prophetas ſanctiſſimos, demùmque (quod ſupra omnem dignitatem eſt) Deum hominem, illiúſque matrem Virginem ducturos originem, quæ omnia impedirentur mulieris illius damnatæ flammis interitu.

Tolerat Deus peccatorem Saulum, quia iam videt Paulum.

Tolerat Deus peccantes, quia eos iam videt pœnitẽtes.

Thamar non crematur quia ex illius ſanguine naſciturus Meſſias.

18. Quid quod omnes fideles è gentibus procreati haud dubiè Chriſtum non agnoſcerent, nõ adorarent, niſi Deus patiens eſſet quia æternus. Nam quia videbat futurum vt Chriſtianus populus eſſet è gentilium nationibus ad Dei Eccleſiã congregandus, iccireò infinita, & infanda gentilitatis flagitia patienter tot ſeculis tolerauit. Spinarum ſyluis ne immiſſo igne cremarentur, pepercit, eò quòd videbat exinde iuſtorum roſaria mox naſcitura. Hinc egregiè dicitur à S. Ambroſio: *Patientia mater fidelium:* enarr. 1. in Exod. Ex eo ſcilicet, quod eſt in Deo patientia tolerantur

Tolerauit Deus gentilitatẽ, quia ex illa futurus populus fidelium.

D. Ambr.

mali, & ex malis fiunt boni; & ex eo qui nunc Mahometanus, aut gentilis, aut etiam peccator fidelis eſt, naſcetur Chriſtianus, iuſtus, & ſanctus.

Dei patientiæ debemus quod ſumus.

Igitur Dei patientiæ debemus, quòd toleremur in mediis ipſis ſceleribus, quod non puniamur, quod in mortem æternam non præcipitemur: atque adeò quòd à turpitudine ad honeſtatem, à vitiis ad virtutes, à peccato ad gratiam, à diabolo ad Deum conuerſi, ſempiternam denique beatitudinem conſequamur. Benedictus igitur ſit Deus noſter, qui nos tolerat, benedicta illius patientia, cui quod viuimus, quod ſumus, quod habemus, quod ſperamus, quod in cœlo erimus, debemus: noſtra

Dei patientia mater fidelium.

eſt mater Dei patientia, quæ nos planè concepit, & peperit; quæ natos alit, adultos fouet, à malis liberat, bonis replet, in vita conſeruat, in morte defendit, ſolatúrque, atque in cœlum traducit.

19. *Inſtante autē partu.*] Obſtetrix (vt videtur) manu ad vterū admotâ cognouit duos intùs morari, & inter ſe quaſi colluctari, vter eorum prior exiret. Igitur vni, qui priùs manum extulit, cocci bis tinctum, ſeu dibaphum filum innexuit, vt deinde cōſtaret vter eſſet primogenitus. Sed cur filum coccinei coloris? quia fortè ad manum, non

Rubro filo arcetur à pueris faſcinus.

aliùs coloris; vel quia vetus ſuperſtitio fuit, vt & hodie pluribus in locis habet, huiuſmodi coloris licio, vel tænia faſcinum à pueris arceri. At contrà accidit: ille ſiquidem retraxit manum, alter verò priùs ſeſe effudit, diſrupítque ſecundinas, maceriam vocat obſtetrix, atque iccircò nomen habuit infans Phares, quæ vox Hebr. signi- C

Dan.4.

ficat *ſeparationem*, ſiue *diuiſionem*, vt exponit Dan. cap.4. *Phares diuiſum eſt regnum*, &c. Dein quo facto interuallo non conſtat, ſed multum eſſe non debuit, alter gemellus prodiit, cui nomen inditū Zara. Hebr. *Oriens*. Planè ſic habet multorum hodie ad virtutem conatus, & quædam velut ad vitam gratiæ natiuitas. Apparent tantulum, foràs manum exerunt; dein confeſtim retrahunt, eodē

Tarditas in conuerſione ad virtutē. Iſai.37.

vbi latebant ſeſe recondunt. Quam infelicitatem deflebat Propheta: *Venerunt* (inquiens) *filij vſque ad partum, & virtus non eſt pariendi*. Iſai.37. Concipiunt aliqui ſpiritum ſalutis, melioris vitæ ſtatum geſtant in animo: nihil eſt magis in promptu, quàm vt conceptum pariant, vel exuendo veterem hominem, nonúmque induendo, vel re- D

Boni conatus, ſed non acceſſus ad bonum. D.Bern. Incautos opprimit mors.

ligioſam vitam aggrediendo: at miſeri ad partum non accedunt. Simile cuidam ſcribit S.Bernard. *Quid tardas ipſum, quem iam dudum conceperas, ſpiritum parturire ſalutis? Nil mortalibus, vel morte certius, vel incertius horâ mortis. Siquidē tanquam fur in nocte ita veniet. Væ prægnantibus in illa die*. ep.105.

20. Multos inſperata mors intercepit prægnātes, pleróſque parturientes, ſed nondum fœtu foràs educto: fitque vt ad ſepulchrum, faxítque Deus non etiam ad infernum, multi cum ſuis ſimul bonis deſideriis, piíſque, ſed tamen irritis, ad relinquendas vitiorum ſordes, ad emittendam

Bonis cum deſideriis & conatibus plerique ad infernū vadunt.

ritè, Chriſtianéque ſcelerum confeſſionem, ad vitam in melius, & ſanctius cōmutandam, denique ad Dei gratiam veræ pœnitentiæ, bonorúmque E operum interuentu cum Dei præſidio comparādam conatibus detrudantur. Vidit Propheta variorum colorum, & quidem habiles corpore, promptóſque ad currendum equos: nec tamen pedem mouebant. Cur ita? *Erant quidem inter myrteta*.

Zachar.3.

Zachar.1. O riſum, ô luſum, ô dedecus! En quibus vincti ex ferro, aut chalybe catenis, aut no-

A doſis funibus detinentur equi ad ſtadium appoſiti? leniſſimis vtique nulliúſque firmitatis, ex myrto ramuſculis, aut verò etiam foliis conſtringuntur equi. Sic fieri ſolet aliquando, vt quis vel graui concione, vel internâ Dei illuſtratione

Leuibus & ridiculis plerique nexibus impediri tenentur, ne Deo ſeruiant.

ſic ſe efferat, ſic exultet ad melioris vitæ ſtatum capeſſendum, ad piè, ſanctéque currendam diuinæ legis viam: ſed ne tantulum quidem inde ſe moueat ridiculis neſcio quibus mundanæ vanitatis nexibus, aut dicatis turpi Veneri foliis teneatur. Plena eſt nunc Eccleſia Dei piis fidelium

Pia deſideria, ſed nulla opera.

ad virtutem, aut ad perfectionem deſideriis, & conatibus, ſed illorum operibus vacua. Heu nos miſeros; quid aliud obſecro videmur, quam periſtromatum armati homines? ſtat pictus ſuâ cla-

B uâ minitans Hercules: ſed nunquam dexteram commouet, aut clauam eiibrat. Stat equus, inſidet equo Æneas, Turnúſve; nec tamen aut ille graditur, aut illum iſti commouent. Quid tandē agimus, imò cur tandem nihil agimus? *Nolite* (clamat Apoſtolus) *pueri effici ſenſibus*. 1.Cor.14.

1.Cor.14. Boni ad virtutem conatus, ſed irriti.

Vti Zara ferè iam in partu manum producimus: ſed miſeri confeſtim illam retrahimus reticulum quo innectimur, turpes noſtrorum ſcelerum ſecundinas tentamus diſrumpere: bono quidem auſu, laudabili conatu, ſed tamen irrito in antiquum noſtrum barathrum relabimur, atque in conſuetum deuoluimur labyrinthum.

21. Plenus quidem eſt huiuſmodi partus myſteriis; ſed illud potiſſimum à Patribus explica-

C tur, de duobus populis Iudaico, & gentili. Illum Zara, iſtum Phares ſignificauit. *Zara* (inquit S.

D.Iren. Zara typus populi Iudaici.

Irenæus) *clarè manifeſtat eum populum, qui habebat coccineum ſignum, id eſt, eam fidem, quæ eſt in præputio, præoſtenſam primùm in Patriarchis, deinde ſubtractā, & poſterior natus eſt, cognitus per ſignum coccineum, quod eſt in eo, quod eſt paſſio iuſti*. lib.4.c.42. Benè rubricanti filo notatur, & dignoſcitur populus Iudæorum, cuius iam pridem manifeſta omnibus terrarum gentibus eſt infamia propter occiſionē IESV Nazaræni, quem perfidi crucifixerunt. Illius ergò ſanguine tincti rubent adhuc quocunque vagi, extorréſque abeunt per orbem; maledictio ſcilicet illa viget, & in diem vſque iudicij

Iudæi tincti ſanguine Chriſti.

vigebit, à ſe ſibi ipſis irrogata. *Sanguis eius ſuper*

D *nos, & ſuper filios noſtros*. Matth.27. Vbi optimè animaduertit S. Hieron. *perſeuerat vſque in præſentē diem hæc imprecatio ſuper Iudæos, & ſanguis Domini non auferetur ab eis. Vnde per Iſaiam loquitur. Si leuaueritis ad me manus non exaudiā vos; manus enim veſtræ plenæ ſunt ſanguine. Optimam hæreditatem Iudæi filiis reliquerunt dicentes: Sanguis eius*, &c. *Quòd verò Phares* (inquit S.Cyril.) *prior egreſſus eſt, haud obſcurum ſignum eſt, gentes priùs ad fidem vocandas, quam genus Iſrael. Coccinum verò ſanctiſſimum Chriſti ſanguinem ſignat. Quis autem maceriam ſoluit, niſi Chriſtus?* Itaque per Phares, qui prius egreſſus in

Matth.27. D.Hier.

Iſai.1.

Malā filiis hæreditatem Iudæi reliquerunt. D.Cyril. Phares typus populi Chriſtiani.

lucem prodiit, rectè ſignificatur populus Chriſtianus è gentibus ad fidem, & gratiam congregatus. Hic verè maceriam diſrupit, ſepem euer-

E tit; quippe ſcandalum Crucis, & infinita alia obſtacula præcidens exiliit ad lucem fidei, prodiit ad vitam gratiæ. In huius myſterij explicationem ferè omnes ſancti Patres accipiunt hunc partum Thamar. Vide S.Auguſt. lib.22. contra Fauſtum cap.63. & lib.64. & S.Ambroſ. lib.3. in Luc. Vbi latiùs in hoc eodem expatiatur argumento. S. Chryſ. Rupert. Theod. ad hunc locum.

CAPVT

CAPVT TRIGESIMVMNONVM.

1. IGitur Ioſeph ductus eſt in Ægyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Iſmaëlitarum, à quibus perductus erat.

2. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis proſperè agens: habitauitque in domo domini ſui,

3. Qui optimè nouerat Dominum eſſe cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius.

4. Inuenitque Ioſeph gratiam coram domino ſuo, & miniſtrabat ei, à quo præpoſitus omnibus, gubernabat creditam ſibi domum, & vniuerſa quæ ei tradita fuerant:

5. Benedixitque Dominus domui Ægyptij propter Ioſeph, & multiplicauit tam in ædibus quàm in agris cunctam eius ſubſtantiam:

6. Nec quidquam aliud nouerat; niſi panem quo veſcebatur: Erat autem Ioſeph pulchra facie, & decorus aſpectu.

7. Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph, & ait: Dormi mecum.

8. Qui nequaquam acquieſcens operi nefario, dixit ad eam: Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua:

9. Nec quidquam eſt quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?

10. Huiuſcemodi verbis per ſingulos dies & mulier moleſta erat adoleſcenti, & ille recuſabat ſtuprum.

11. Accidit autem quadam die, vt intraret Ioſeph domum, & operis quippiam abſque arbitris faceret:

12. Et illa apprehenſa lacinia veſtimenti eius, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foras.

13. Cúmque vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptam,

14. Vocauit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis: ingreſſus eſt ad me, vt coiret mecum: cúmque ego ſucclamaſſem,

15. Et audiſſet vocem meam, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras.

16. In argumentum ergo fidei retentum pallium oſtendit marito reuertenti domum,

17. Et ait: ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus quem adduxiſti vt illuderet mihi.

18. Cúmque audiſſet me clamare, reliquit pallium quod tenebam; & fugit foras.

19. His auditis dominus, & nimiùm credulus verbis coniugis, iratus eſt valde:

20. Tradiditque Ioſeph in carcerem, vbi vincti regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus.

21. Fuit autem Dominus cum Ioſeph, & miſertus illius dedit ei gratiam in conſpectu principis carceris:

22. Qui tradidit in manu illius vniuerſos vinctos qui in cuſtodia tenebantur: & quidquid fiebat, ſub ipſo erat.

23. Nec nouerat aliquid, cunctis ei creditis: Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

SECTIO PRIMA.

Igitur Ioſeph ductus eſt in Ægyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Iſmaëlitarum, à quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis proſperè agens: habitauitque in domo domini ſui, Qui optimè nouerat Dominum eſſe cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Inuenitque Ioſeph gratiam coram domino ſuo, & miniſtrabat ei, à quo præpoſitus omnibus, gubernabat creditam ſibi domum, & vniuerſa quæ ei tradita fuerant. Benedixitque Dominus domui Ægyptij propter Ioſeph, & multiplicauit tam in ædibus quàm in agris cunctam eius ſubſtantiam: Nec quidquam aliud nouerat; niſi panem quo veſcebatur.

1\. INTERRVPTA Ioſeph aliquantulum hiſtoria propter Iudæ ſobolem, cuius erat futura omnium tribus illuſtriſſima ob Meſſiæ Regis ex eadem ortum, redit ad inceptum Moyſes. Igitur Iſmaëlitæ iam in Ægypto agentes vendunt puerum Ioſeph Putiphari: *Vbi nouis tentationibus vrgetur iuſtus: atque* (vt loquitur S. Chryſoſt.) *increbeſcebant naufragia: nec tamen ſubmergebatur gubernator; & cùm validior inſurgeret tempeſtas, quaſi ad gubernacula ſedens nauem regebat.* Ita ſuos ſeruos & amicos per viam laboribus plenam, conſtratam ſpinis, tribulationibus ſyluescentem ducit Dominus. Sic eorum exercet patientiam, fidem probat, virtutem acuit: atque ad ſubeunda rerum aduerſarum certamina inſtruit pariter, & corroborat. Quo in argumento egregiè idem Chryſoſt. ita diſſerit. *Animum ita comparemus, vt ſit aptus & idoneus ad omnia. Nam qui domum ædificat, non eò ſpectat, neque vt in eam non cadat pluuia, neque vt ad eam non veniat fulgur: hoc enim fieri nequit: ſed vt ad omnia ferenda apta ſit, & idonea. Et qui nauim fabricat, non aliquid agit, neque vt in eam non irrumpant fluctus, neque vt non excitetur maris tempeſtas: ſed vt nauis tabulata apta ſint ad omnia.* homil. 35. in 1. Cor. Vtraque ſanè ſimilitudo egregia. Non viuitur in terra ſine temporum iniuriis; iccircò ad eas arcendas ædificamus domum ex parietibus, ex tabulatis, in quâ lapides, & cæmenta, tecta, trabes, regulæ; quibus illa optimè communita ventos illæſa excipiat, pluuias repellat, niues excutiat, & quamcumque aliunde viui illatam facilè retundat. Sic Dominus amicos ſuos egregiâ quadam ſtructurâ, velut pulchras, & magnificas, in quibus habitet, ædes ædificat; firmas quidem, benéque munitas; vt deinde magnis pulſatæ aduerſitatibus minimè conuellantur. Sunt etiam viri iuſti, maximéque familiares Dei amici, non quidem rates; aut cymbæ in prædulcium aquarum fluentis, non tam nauigantes, quàm luſitantes: Sed lati quidam exceliſque myoparones in ſalo poſiti, vt hinc inde ventorum procellis, & fluctuum vorticibus quaſſati, dein (quod eſt multò periculoſius) per vada ſyrtéſque; ac tandem cum ipſis naufragiis perenniter colluctantes ad portum requietis æternæ dirigantur. Itaque ſuos amicos Deus omnipotens non leuiter conſtruit, non male compaginat, vt ad otium, & dilicias ſecuri perſiſtant; ſed eos diligenti quadam fortique conſtructione ad pericula, ad procellas, ad naufragia confirmatos feréque inuictos in ſalum huius vitæ immittit.

S. Chryſ. Miru conſtantia in aduerſis.

D. Chryſ. Permittit Dominus tribulationes ad patientiam.

Iuſti ædes ſunt à Deo ſtructa, & communita.

Iuſti naues ſunt excelſa, fortéſque.

Suos Deus ad labores cõſtruit tolerandos.

2\. *Emit eum Putiphar eunuchus Pharaonis.*] Superiori ſectione præmiſimus Putipharem diuino ſupplicio exſectum fuiſſe, quod Ioſepho inferre ſtuprum voluiſſet, quod quidem Lyra, Rupert. & alij ſcribunt; ac D. Hieron. refert Hebræorum eſſe traditionem; ſed alij tamen irrident commentum; nam nec Moyſes rem tantam ſilentio prætermiſſet. Quicquid illud fuerit, certè conſtat duos fuiſſe huiuſce nominis Putiphares, vti docent S. Auguſt. q. 136. S. Chryſoſt. homil. 63. imò & Ioſephus, Philóque idem inſinuant; Et quidem iſte Ioſephi herus ſcribitur Putiphar, fuitque Pharaonis protoſpatarius, à Ioſepho dicitur Petephtes Pharaonis, coquorum præſes; at ille alius Sacerdos Heliopoleos ſcribitur Potiphcragh, vt euidenter conſtat ex cap. 41. vbi Moyſes ſcribit filiam iſtius Sacerdotis nupſiſſe Ioſeph. Igitur Putiphar ſeruum, quem ab Iſmaëlitis emerat, non inciuiliter, ſed (vt refert Ioſephus) *liberaliter habuit, quem & diſciplinis ingenuorum erudiendum curauit, & victu commodiore, quàm pro ſeruili conditione, vti præcepit; denique totius domus curæ præpoſuit.* nihil enim hominem magis commendat etiam ignotis, & barbaris, quam ingenuitas morum, ſimúlque cum prudentia, & grauitate, quædam oris modeſtia, & lenis in conuictu humilitas: quæ quidem omnia, vtpote animi egregia ornamenta, plus quàm ipſa formæ venuſtas, amabilem reddebant, & commendabilem Ioſephum. Iccircò arbitror cecinisse Prophetam: *Miſit ante eos virum; in ſeruum venundatus eſt Ioſeph*, Pſalm. 104. virum dicit, qui iuuenis erat vix egreſſus ex ephebis, ſeptendecim videlicet annorum. Certè non ætate, ſed morum canitie, ingeniíque grauitate, ac prudentiâ, vir & ſenex videbatur. Annon vir, imò & ſenex, qui conditione licèt iniquâ ſeruus, nihil tamen ſeruile abiectúmque admiſit, & qui ab hero ſic honoratus, nullum tamen aut inſolentiæ, aut impudentiæ ſignum protulit? *Fruebatur quidem* (inquit Ioſephus) *conceſſis, nec tamen innatam virtutem propter hanc ſui ſtatus mutationem amiſit; docúitque prudentiam aduerſanti fortunæ non ſuccumbere, ſi quis ea legitimè, & non ſecundis tantùm in rebus vtatur.* lib. 2. antiq. cap. 3. Verumque perdifficile, nec reflanti, nec afflanti fortunæ ſic animum ſubmittere, vt vel afflatu rerum ſecundarum eleuetur in ſuperbiam, vel reflatu aduerſarum in ſeruilem abiectionem deprimatur. At (vti probat experientia) difficilius eſt in ſecundis non inſoleſcere, quàm in aduerſis non extabeſcere.

S. Auguſt. S. Chryſ.

Duplex fuit Putiphar.

Ioſeph.

Ioſephum tum oris decor, tum præcipuè modeſtia commendabat.

Pſal. 104.

Ioſeph grauitate ſenex.

Ioſeph. Prudentia fortunæ aduerſæ non ſuccumbit.

Difficile eſt in proſperis non inſoleſcere.

3\. Seruit emptus Ægyptio gentili fidelis, & ſanctus Ioſeph: vt hinc doceamur meliorem multò eſſe aliquando ſeruum ſuo, cui ſeruit, domino; ſeruíque ipſi habeant vnde ſuam ſolentur ſeruitutem: ſciantque poſſe in tam abiecta vitæ conditione grauitatem herilem in moribus exhibere: atque inter ſordes famulatus virtutum ſplendere ornamentis; ſed hoc ipſum multò excellentius à S. Ambr. ſcribitur hiſce verbis. *Dedit Dominus per Ioſeph, etiam iis, qui ſunt in ſeruitute ſolatium; attribuit magiſterium, vt diſcerent, etiam in vltima conditione poſſe mores eſſe ſuperiores, nec vllum ſtatum immunem eſſe virtutis, ſi animus vniuſcuiuſque cognoſcat carnem ſeruituti ſubditam eſſe, non mentem; multóque ſeruulos eſſe dominis liberiores, ſi in ſeruitute poſiti à ſeruilibus putent operibus abſtinendum.* lib. de Ioſeph cap. 4. Ah quàm hodie multi dominantur, qui ſeruis ſuis longè ſunt indigniores; potiúſque, & nomen, & habitum ſeruilem, quàm ipſamet mancipia merentur! Et quid erit, cùm domini, qui nunc ſeruos tyrannicè opprimunt; videbunt in die iudicij à ſupremo iudice inter cœlites ſuos computari, ſe verò ipſos cum ſuis dignitatibus, & poteſtatibus, quas in mundo inſolenter exercuerunt, ad inferorum cum damnatis ſpiritibus incendia detrudi ſempiterna: Colligit ergo S. Ambr. *Seruile eſt omne peccatum, libera eſt omnis innocentia*; quod quidem probat, ſubinde peccatorum infelicitatem diſcutiens, & cùm multa ſint in peccatis abiectæ, ac ſeruilis conditionis argumenta, illud in præſenti loco demonſtrat in timoribus peccantium; illos quippe, aut quos læſerunt, aut à quibus ſuæ cupiditates inhiberi, ac præpediri poſſunt, perpetuò reformidant. *Seruit igitur* (inquit) *ac miſeram quidem ſeruitutem, qui ipſe ſibi dominos facit; ipſe vult habere, quos timeat. Nihil enim tam ſpeciale ſeruitutis eſt, quam ſemper timere. Ille verò in quauis conditione ſeruus, ſemper liber, qui metu criminis non alligatur, qui* ſecurus

Grauitas morũ herilis in ſeruitute.

S. Ambr.

Serui dominis liberiores ob virtutem.

Domini ſerui ignobiliores ob vitia. Serui à Deo in cælum euecti, domini in infernum detruſi.

D. Ambr.

Peccator iugiter timet.

Iuſtus verè liber & ſecurus.

ſecurus ſpectat præſentia, quem futura non terrent. liber igitur; imò & verè Dominus eſt, qui ſanctè, atque innocenter viuens; nec infamem ſeruit ſeruitutem vitiorum; nec à ſeuera illa, quæ nulli non imperat domina, conſcientia flagellatur; nec futuri iudicij rigorem ac ſempiterni ſupplicij cruciatus, vtpote à ſceleribus liber, reformidat. Quibus tamen omnibus abiectiſſimæ ſeruitutis miſeriis plerique domini, magiſtratus, & principes tenentur oppreſſi. *Nónne* (adiungit idem) *videtur tibi iſte in ſeruitute dominari, ille autem in libertate ſeruire? ſeruiebat Ioſeph, regnabat Pharao: beatior huius ſeruitus, quàm regnum illius.* hæc S. Ambroſ.

D. Ambroſ. *Beatior iuſti ſeruitus, quàm mali dominatus.*

4. *Fuit Dominus cum eo.*] Non derelinquit Dominus ſeruos ſuos in tribulationibus, nec ſinit ſuprà id quod poſſunt, afflictari. Ioſeph à patre per ſummam iniquitatem auulſo, vendito à fratribus, ab idololatris empto, ſeruóque barbaris dominis ſeruienti, miſericors Dominus præſtò fuit adiutor: Poterátque Ioſeph Dei præſidio confidens illud, quod à Dauide poſteà dictum eſt, ſimiliter proclamare: *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Pſal. 22. Duo maximè omnium periculoſa meminit, & infernum, & mortem (vti S. Baſil. intelligit) ſed vtrunque Deo, cuius in tutela eſt, confidens aſpernatur. *Potior eſt enim* (inquit ad hunc locum) *Deus ad protegendum, quam illa ad expugnandum*; ibidem. Ac de Ioſeph ſcriptum habemus, *quia venditum non dereliquit, ſed cum eo deſcendit in foueam donec afferret illi ſceptrum regni.* Sap. 10. vt ex ſerie huius hiſtoriæ conſtat euidenter. Enimverò non huius adoleſcentis innocentiam habebant: ſed poſt infinita, & grauiſſima delicta cum aliquali fortaſſis pœnitentia clamarunt ad Dominum illi, de quibus ſcribitur; *Et dedit eos in miſericordias in conſpectu omnium, qui ceperant eos:* Pſal. 105. tribulatos nimirum excipiunt miſericordiæ: ac ſi fractâ naui naufragantes in ſalo, feréque vndarum hauſtos vorticibus, vti Ionam à balæna, Domini non vna, ſed multiplex miſericordia teneat, ſinu excipiat, & in portum placidè, tutóque reducat. O Deum clementiſſimum! ô verè patrem! ſed alter ſenſus ad præſens inſtitutum opportunior, quem ſic elicit Caiet. *Fecit Dominus, quòd ij, qui habebant eos captiuos, miſericordes ſe exhiberent captiuatis Hebræis; diſperſos ſiquidem per mundum, & abactos Iudæos effecit gratioſos coram dominis ſuis.* quam miſericordiam multò abundantiorem Dominus præſtitit Ioſeph, vbi Putipharis domum eſt ingreſſus. Sic enim ſeruo ſuo gratioſus extitit ſeruus, ob innocentiam vitæ, ob ingenij dexteritatem, vt illi totius familiæ curam, atque adminiſtrationem committeret.

Iuſtis in tribulatione præſtò eſt Dominus.

Pſal. 22.

D. Baſil.

Sap. 10.

Pſal. 105. *Tribulatos quaſi è ſalo excipit Dei miſericordia.*

Caiet. *Serui diuinitus gratioſi dominis.*

5. *Habent igitur* (inquit S. Ambr.) *quod etiam domini per ſeruulos bonos ſperent; Benedixit enim Dominus domum Ægypty propter Ioſeph, & facta eſt benedictio Domini in toto cenſu eius, & in domo, & in agris. Et conuertit* (inquit) *omnia quæcumque illi erant in manus Ioſeph. Aduertimus quòd ea, quæ domini gubernare non poterant, ſeruuli gubernarunt.* cap. 4. magna quidem gratia, magnáque potentia virtutis eſt, quæ vel in ſeruis poſita dominorum ſibi amorem, admirationémque conciliat. *Habent etiam* (adiungit Ambroſ.) *vnde glorientur originales ſeruuli: ſeruiuit & Ioſeph, habent vnde ſe conſolentur; qui ex libertate in ſeruitutem aliquâ neceſſitate venerint. Habent quod imitentur, vt diſcant conditionem ſe mutare poſſe, non mores: eſſe & in vernulis libertatem, & in ſeruitute conſtantiam.* vocat originales ſeruos, qui naſcuntur in ſeruitute; filij videlicet ſeruorum, qui ſuam poſſunt ſolari abiectam conditionem exemplo Ioſeph, qui cùm liber, & ingenuus fuerit natus, in eandem nihilominùs infelicitatem, non culpâ ſuâ; ſed alienâ violentiâ deiectus ſit. Ab illo deinde oportet addiſcant, qualem in ſeruitute corporis libertatem ingenij, quam liberos ac pene regios habere poſſint mores; eámque ſeruare in omnibus modeſtiam ac pietatem, vt propter ipſos tuti herili familiæ ſuam benedictionem Deus omnipotens impertiatur.

D. Ambr. *Serui ad gubernandum habiliores interdum, quàm domini.* *Mira virtutis potentia etiam in ſeruis.* S. Ambr.

Ioſeph ſeruis & ſolatium eſt, & exemplum.

Ob merita ſerui benedicit Deus toti familia.

6. Igitur herus optimè nouerat; non leui aliquâ, vel etiam graui quadam coniecturâ colligebat; ſed optimè ſine vlla prorſus dubitatione conteſtatũ conſtánſque euidenter habebat: Deum cœli proculdubiò eſſe in eo ſeruulo. At vnde eſt hæc diuinæ præſentiæ, velut euidentia? Vtique celari nequit Dei in homine præſentia; vti nec orto ſole, aut lux occultari, aut neſciri dies poterit: facile in quo eſt Deus cognoſcitur. Nihil enim in eodem non eſt, quod adeſſe Deum non demonſtret; vel ipſi oculi, vel ipſe vultus, vel ipſe ſermo, vel ipſe totius corporis habitus, geſtus, ac motus: quicquid agit, quicquid loquitur, Deum ibi eſſe demonſtrat. Iuſtus quidem eſt; qualem depingit S. Gregor. Nazianz. *Templum Dei capax, inſtrumentúmque muſicum ab ſpiritu pulſatum, diuinámque gloriam, & potentiam decantans.* orat. de S. Baſil. quis quæſo inter vrbis ædificia templum non diſcernit? Nam vel ipſa ſtructura, ſpecies, formáque ædis, valuæ, limina, turrium pinnæ, cymbala, frequens tinnitus: multóque euidentiùs, quæ intùs habentur, ſacrum quid ac diuinum conteſtantur. Templum Dei vir iuſtus eſt; celari ergo haudquaquam poteſt ipſo tantùm aſpectu hominem rectè conſiderans inquies: Hîc Deus habitat; hîc Deus colitur: ſacra ædes, templum Dei eſt. Quis deinde, aures ſi habeat à perito citharœdo pulſatæ lyræ prædulcem nõ ſentiat concentum? Quis, modò ſtipes, aut cautes, non ſit, numeroſum egregij cantoris carmen haud percipiat? Planè in viro iuſto, cuius omnis vitæ actiones, cuius animæ facultates, & corporis ſenſus, diuini Spiritus ſublimiore quodam artificio manus percutit, omnia Dei præſentiam emodulantur.

Dei præſentia in homine latere non poteſt.

S. Gregor. Nazianz. *Vir iuſtus facilè dignoſcitur.*

Omnia in viro iuſto præſentiam Dei conteſtantur.

7. Quis denique, modò ſenſum non habeat obtuſum, vernantis prati ſuaueolentiam, aut ambari, moſchi, cariophyli, noſtræque Indiæ aromatum, vti fit, fragrantiſſimo odore miſtutam non ſentiat, ſentiens non delectetur? *Odorem* (inquit Apoſtolus) *notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus.* 2. Cor. 2. Ad quæ verba pulchrè S. Bernard. ita diſſerit. *Primus occurrit (ſicut vbique ſolet) mihi Paulus, vas electionis; re vera vas aromaticum, vas odoriferum, & refertum omni puluere pigmentario; multa profectò ſuauitatis fragrantiam longè latéque ſpargebat pectus illud; vide quales ſpecies, & qualia aromata coacervauerat ſibi.* ſerm. 12. in Cant. Sic pleni Deo ſunt iuſti; ſic in ipſis habitans ſui procul odorem Dominus afflat, vt vel illa etiam, quæ minùs olentia eſſe viderentur, diuinum ex ſe ſpirent odorem. *Eructauit cor meum verbum bonum*; cecinit vates Pſal. 44. quod ſi etiam ructus ita benè olet, quid intùs, in quo Deus habitat, cor, & quam ſuis tenet amplexibus, anima? *Sentio* (inquit idem) *ructum, & quidem odoriferum ſuper omnia aromata, quid Ioannis ructu fragrantius, qui Verbi mihi redolet æternitatem,*

Iuſti diuinũ ex ſe ſpirant odorem. 2. Cor. 2. D. Bern.

Pſal. 44.

D. Bern.

genera

generationum, diuinitatem? Quid de Pauli ructibus loquar, quantâ orbem ſuauitate repleuerint? ſerm. 67. in Cant. & quia non ſatis eſt eſſe, ſed & videri neceſſe eſt, atque vt nobis vita noſtra, ſic aliis fama noſtra omninò eſt neceſſaria; luceréque debet, *ex præcepto Domini lux noſtra coram hominibus, vt videant opera noſtra, & glorificent patrem noſtrum, qui in cælis eſt*; curandum ſedulò erit, *vt Chriſti odor ſimus in omni opere, & loco*; mirum eſt enim quanti apud homines fiat boni nominis exiſtimatio. *Quis enim* (inquit S. Bernard.) *vel ſceleratiſſimus iuſti non probet opinionem, quamuis non amet opus?* ſerm. 70 in Cant.

Curandum cuique eſt de bona fama.

Matth. 5.

S Bern.

Etiam malus bonam vult habere famam.

8. Supereminet in hoc, ſicut in omnibus aliis donis, & gratiis, quæ ſupra omnem creaturam exaltata, Deo tam vicina, tam proxima, tam ſimilis eſt, quàm filio mater. Admirantur Angeli, totáque rerum natura in ſtuporem defixa proclamat: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* Cant. 3. tria quidem in Virgine Dei matre hîc admirantur, aut animæ iuſtorum, aut Angeli, aſcenſum, virgulam, odorem; quæ eſt iſta, quæ aſcendit? vbi eſt, & dicitur eſſe, ibi aſcendit, & aſcendere dicitur. Nimirum ſingularis quædam per aſcenſum ſignificata supereminentia, ſimulatque virgo in rerum natura extitit, in eadem viſa eſt; & in ſtuporem cœlites ipſos conuertit: Etenim quo momento concepta fuit, aſcendere ſuper omnia, quæ ſub Deo ſunt, viſa eſt: aſcenſus quippe fuit, non deſcenſus, virginis conceptio: non deiecta, vel vnico temporis puncto in reatum originalem iacuit, vti omnes filij Adami; ſed ſpeciali quodam priuilegio à communi illo deſcenſu, lapſúque præſeruata ſimul cum vita momento indita ſupremum ad gratiam, ad incomparabilem excellentiam, & dignitatem habuit aſcenſum.

Cant. 3.

In B. Maria ſupereminens excellentia ipſo ſtatim momento conceptionis.

B. Mariæ conceptio abſque reatu originali.

9. Et quidem peropportunè ſuauiſſima hæc hodie fit immaculatæ abſque originali labe conceptionis beatiſſimæ ac puriſſimæ Virginis Deiparæ commemoratio; nudius enim tertius agitur dies cùm poſt nouum Sanctiſſimi Pontificis Gregorij XV. pro immaculata Deiparæ conceptione ſine peccato originali aſtruenda, & commendanda fidelibus decretum huiuſmodi dulciſſimã, & pretioſiſſimam Virginis Dei matris gratiam vniuerſalis Chriſti Eccleſia cum ingenti applauſu, ac penè dicam animorum triumpho celebrauit anno 1622. Dein in virgula fumi ſignificatur ſubtilitas Virginis, quæ animo corporéque nullam paſſa, quâ prægrauaretur, vitij labem; nec vanæ cogitationis mundanæque ſolicitudinis, vel tantulum onus; ad ſumma rerum omnium faſtigia potuit ſubuolare. Denique in myrrha, thure, puluere pigmentario, cunctiſque aromatibus videtur adumbrari ſuauiſſima illa fragrantia nominis Mariæ; quo audito Deus ipſe, cœleſtes etiam, iuſtique viri pluſquàm omnibus terræ etiam fragrantiſſimis odoribus, perfunduntur. Quænam quæſo compluſium odorum; aut artificioſior, aut pretioſior, aut etiam ſuauior mixtura fingi, aut eſſe poteſt, quàm ſit omnium gratiarum, donorum, virtutúmque Virginis ab ipſo diuino Spiritu facta compoſitio? At ô dulciſſima Dei mater ſit tuum nomen thus, ambarum, moſchus, lilia, roſæque pratorum: ſint tuæ virtutes, dona, gratiæque, ſint virginea fœcunditas, fœcunda virginitas, ſit denique dignitas & maieſtas matris Dei admirabilis compoſitio ea aromatibus omnis pulueris pigmentarij; cœlum terrámque ſuis perfundant oblectentque odoribus; ſed mihi, & mei ſimilibus, quos diuinæ iuſtitiæ terror exanimat, miſericordia tua ſuauius olet, ſenſus oblectat dulcius, animos pretioſiùs conſolatur.

Gregorij XV. decretũ de cõceptione immaculata B. Mariæ.

Suauiſſimus odor nominis B. Mariæ.

Omnium donorum & gratiarum cõpoſitio in B. Maria.

Miſericordia B. Mariæ nihil dulcius & ſuauius peccatoribus.

10. Itaque vita, moréſque Ioſeph palam omnibus demonſtrabant Dei præſentiam: quippe cùm ſine Dei gratia nullum ab homine virtutis bonum effici poſſit. Contra verò in peccatore Dei ab illo abſentiam cuncta proclamant. Quæ enim conuentio lucis cum tenebris, & quæ ſocietas Chriſti cum Belzebub? Prudenter igitur herus, vbi perſpectam habuit innocentiam ſerui, ratúſque Deum non ſolum iuſto illi adoleſcenti, ſed rebus omnibus, quas ageret, tractaret, ac moliretur præſtò adfuturum (non ſolum enim ſeruos ſuos, ſed cuncta eorundem ſolet Deus tueri, promouere, ac beare) illi totam velut œconomo, aut potiùs patri commiſit familiam. Vnde intelliges iccircò Dominum ſeruis ſuis calamitates permittere, vt ea illis ſubuectos etiam in oculis hominum faciat glorioſos; ex ſeruis dominos, ex conſtrictis in carcere Principes in palatio. Planè fortunata illa domus, in qua vel vnus inter malos bonus deſeruit famulus. Solus in ampliſſima familia (vbi omnes Ægyptij atque idololatræ) Dei ſeruus erat Ioſeph, & tamen propter vnum illum ſecunda, & proſpera licet ſeruis, famulis, ſupellectili, redditibus, prædiis, vniuerſæque ſubſtantiæ, ac familiæ, cuncta procedebant. Vide quid valeat, quid poſſit virtus vel in ſeruulo poſita? omnia ſua dedit Ægyptius in manu Ioſeph, ideóque tanta omnibus erat felicitas. Quod enim iuſto traditur, Deo ipſi committitur, cùm ſcilicet iuſtus ſecum habeat Deum comitem indiuiduum, à quo in manu illius omnia diriguntur. Hebraiſmus. Dirigi, proſperari, fortunari. *Propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.* Pſal. 5. *Qui loquitur iniqua non direxit in conſpectu oculorum meorum.* Pſal. 100. *Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur.* Prou. 26. benè quidem nulla erit, aut vitæ, aut animæ felicitas, quandiu debita confeſſio non fit delictorum, nec proinde ſarcina tollitur, nec Dei gratiâ expeditus homo per ſemitam mandatorum Dei diſcurrit.

Deus ſeruos ſuos ex miſeris in ſummam effert felicitatem.

Propter merita vnum ſerui totam Deus beat familiam.

Pſal. 5.

Pſal.

Prou. 26.

Vbi non vera confeſſio nihil proſperè ſuccedit.

11. Creuerunt bona Ægyptij domini in manu, in adminiſtratione, induſtriâ, & curâ iuſti adoleſcentis: quo ſanè conſilio, ſi plerique in ſeculo viri opes ſuas iuſtis, aut ſeruis, aut miniſtris traderent, vtique ditiores euaderent. Quid ſi proptereà Regis ærarium extenuatur quotidie, opes decreſcunt, redditus minuuntur, omniáque in peius ruunt, quod à malis ſeruis, improbis miniſtris, regni munia, regiáque ſubſtantia obiri, atque adminiſtrari videantur? Præſtat quidem in regio miniſtro virtus, quàm induſtria; vtilior in regimine conſcientia, quàm ſcientia. Minórque peritia cum abundantiore virtute, propter Dei præſidium, & benedictionem, quæ bonis, & piis hominibus communicatur, tam priuatis familiis, quàm vniuerſæ rei publicæ ingentia importat emolumenta. Sunt quidem iuſtorum manus, ipſius Dei manus, vt proptereà quæcumque tangunt, tractántque; feliciter procedant, & mirabiliter augeantur. Quare multiplicauit Dominus bona iſtius Ægyptij, ſiue in ædibus, ſiue in agris eſſent; in gratiam videlicet ſui ſerui innocentia Ioſeph: longè ſiquidem latéque iuſti diffunditur benedictio. Igitur ſic ſe ipſum, totámque familiam Ægyptius ſeruo vni crediderat, vt nihil

Regis opes minuuntur propter malos miniſtros.

Propter bonos magna Reipublicæ veniunt emolumenta.

aliud

aliud nouerit, niſi panem, quo veſcebatur: quod quidem referri poteſt vel ad herum, vel ad ſeruum. Si ad ſeruum referatur; efficiet hunc ſenſum. Licèt Ioſeph omnia illius tam opulentæ amplæque familiæ in ſua poteſtate haberet; nihil tamen inde ſibi vſurpauit, aut in ſuos conuertit vſus, præter quotidianum victum, cæteris quoque ſeruis communem. O mira hominis frugalitas? ô inaudita ſerui temperantia? ô ſeruum nullis fortè aliis, vel in ædibus, vel in ætatibus viſum! Quid enim tam proprium ſeruulis, quàm vt dominorum, quicquid fortè deprehenderint, ſuffurentur; aut certè ſibi demenſam portionem vti minutam & ſuo indignam labore muneréve indignabundi conquerantur? Querulum ſeruorum genus eſt, nec vllum inuenias, qui contentus viuat, & lætus ſeruiat, benéque de domino loquatur.

Serui aut fures, aut queruli.

12. Quòd ſi ad herum referatur; hic erit ſenſus: tantam fidem herus ſeruo iſti habebat, vt nihil ſuarum rerum ſatagens, in vtranque autem ſecurus obdurmiret, nec vllas accepti vel expenſi à ſeruo rationes exigeret, felix quidem herus, cuius vna duntaxat cura, menſæ accumbere, iiſque frui, quæ ſerui ſui arbitrio apponerentur. In hoc ſenſu locum explicant Philo, & S. Ambroſ. felix domus, in qua & ſerui tanta eſt fidelitas, tanta parcimonia, & domini tam larga in ſeruum liberalitas, tantáque humanitas, & comitas? Denique operæ pretium erit hîc adſcribere qualis eſſe debeat cura dominorum erga ſeruus, vti ſcribit Ariſtoteles. Sic enim effatur. *Tria cùm ſint, opus, cibus, & caſtigatio; cibus quidem ſine caſtigatione, & opere petulantes reddit ſeruos: opus vero, & caſtigatio ſine cibo violenta res eſt, & infirmum facit ſeruum. Reſtat igitur vt opus faciendum illi tribuat, & cibum ſufficientem: ſine mercede enim dominandum non putant, merces autem ſerui cibus eſt.* Egregiè quidem. nam ſi viuit otioſe ſeruus, impunéque peccat, & tamen abundat victu, & veſtitu; perit omninò diffluens in laſciuiam, inuerecundéque in dominum ſuum inſultat. Si verò laboribus atteritur, vexatur ſuppliciis, & fame tamen miſer emoritur, laceróque amictu vilis incedit: aut concidit illicò ſuccumbens oneri; aut dominum vel potius tyrannum fugiens victum ſibi aliunde quærit. Dein ſpectandum eſt cuiuſque meritum, vti ſic idem animaduertit: *Oportet item indulgere illis, & permittere ſingula ſecundum merita, & cibum, & veſtem, & quietem; & caſtigationem verbo, & opere.* lib. 1. œconomicorum. cap. 5. Vno verbo dixit omnia Spiritus ſanctus, & corpori & animæ ſeruorum conſulens: *Ciberia, & virga, & onus aſino; panis, & diſciplina, & opus ſeruo.* Eccleſiaſt. 33. Hine ſuam illam ſententiam (nec leuis coniectura eſt) mutuatus videtur Ariſtoteles: niſi fortè ipſo lumine naturæ rem iſtam ſic conſtantem, & euidentem, quam diuinus autor etiam ſcripſit, eſt aſſecutus.

Felix herus ex fidelitate ſerui.

Ariſtot.

Qualis dominorum cura in ſeruos.

Seruo cibus & opus ſit & caſtigatio.

Ariſtot.

Eccleſ. 33.

SECTIO II.

Erat autem Ioſeph pulchra facie, & decorus aſpectu. Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph, & ait: Dormi mecum.

1. P*Vlchrâ facie.*] Occaſionem ſubſequentis hiſtoriæ proponit Moyſes; quæ fuit nimirum inſignis pulchritudo Ioſeph. Hebr. habetur: *Iepheh thoar Iepheh mareh*, pulcher formâ, pulcher aſpectu. Quæ verba omninò dicta ſuperiùs de Rachele matre legimus. *Iephath thoar Iephath mareh, pulchra formâ, pulchra aſpectu.* Geneſ. 29. vnde videtur inſinuari filium eadem oris ſpecie ſimilem matri extitiſſe. Dein Thoar formæ ſignificat (vti peritiores animaduertunt) lineamenta. Radix enim *thaar* תאר eſt *formare, deſcribere, ſignare.* Vnde ſignificari videtur color, ſeu colores apti, quales ſunt ruber, & candidus ſuo quiſque loco; è quibus ſic aptè diſpoſitis ſimul cum membrorum apta diſpoſitione reſultat pulchritudo. Hoc eſt vnum ex naturæ donis, ac bonis, leue illud quidem, flaccidum æuique breuiſſimi, ſed quo maximè mortalium capiuntur oculi, animíque oblectantur. *Eſt* (ſcribit Tertull.) *decor felicitas corporis, diuinæ plaſticæ acceſſio, animæ aliqua veſtis vrbana.* lib. de cultu fœmin. cap. 2. nitidus quidam animæ videtur amictus, elegánſque ornamentum ipſa ſui corporis pulchritudo ab ipſo pulcherrimo, & ſapientiſſimo rerum omnium artifice Deo concinnata; maximè, vt per illam, & contuentes oculi, & recreati animi ad cogitandam, & expetendam diuinæ ipſius artificis pulchritudinem eleuentur.

Geneſ. 29.

Pulchritudo inconſtans bonum, elegans animæ amictus.

Tertull.

2. Quod auribus eſt, & vocum, & fidium concentus, idem eſt ſpectantium oculis colorum, & membrorum elegans compoſitio. Hac enim ſimilitudine vtitur S. Greg. Nazianz. de Cæſario fratre ita ſcribens. *Pulchritudinem, magnitudinem, atque illam in omnibus rebus gratiam, & velut in ſonis concentum.* orat. 10. Et quidem ſapientiſſimus pater haud veretur laudi tribuere, quod Cæſarius frater egregiam illam habuerit pulchritudinem, quæ quia rara ſit; nullius, niſi imprudentis damnationem incurrit. Profectò ſi malum quid eſſet, homineque indignum, & nunquam illi non perniciosum pulchritudo: nec Deus homo illam in ſua humanitate, atque in matre Virgine admiſiſſet. At de Deo homine canit Propheta: *Specioſus formâ præ filiis hominum.* Pſal. 44. Hoc ſcilicet vſus inſtrumento amorem voluit hominum ſibi conciliare, vt his verbis teſtatur Alex. Clem. *Seruator noſter humanam omnem ſuperat naturam; pulcher quidem, vt à nobis ſolus ametur.* Stromat. nam ſi aliqualis in viro, aut in fœmina decor amorem conciliat, qui tamē breui marceſcit: quam quæſo potentiam ad flectendos animos ille decor non haberet, qui nullo morborum incurſu, nullo ætatis decurſu, nulláque aliâ temporis euentúſque iniuriâ debilitari potuit; aut etiam pertentari? Magnum certè ad alliciendos hominum animos in Chriſto Domino, dum in terris ageret iiſdémque euangelizaret, poſt virtutes, & miracula, momentum habuit ipſa illius oris pluſquàm humana pulchritudo.

S Gregor. Nazianz.

Damnari non debet pulchritudo.

Pſal. 44.

Mira in Chriſto & in B. Maria pulchritudo.

Alex. Clem.

3. Vnde S. Bernard. eleganter ita ſcripſit: *Prædicantem Dominum de ciuitatibus, & caſtellis populi ſequebantur, quorum ſaluabat animas, ſanabat corpora; adhærebant ei afflatu pariter, & aſpectu eius delectati, cuius nimirum vox ſuauis, & facies decora; ſicut ſcriptum eſt: ſpecioſus formâ præ filiis hominum.* Pſalm. 44. Enimverò cùm integri aliquando populi ſuis exciti ſedibus per agros, montiúmque ſolitudines euntem Dominum IESVM admirabili quodam gaudio plauſúque ſequerentur, ſi quis curioſè ab illis exquireret: Quidnam hoc eſt? quæ tanta rerum nouitas? Quis tantus hic veluti furor, ſtupórque? Quorſum veſtri ipſorum, rerúmque veſtrarū obliti patrios lares relinquitis, domūs

D. Bern.

Pſal. 44.

Oris decor & gratia Chriſti populos attrahebat.

A domus curam abiicitis, ſine pera, ſine pane infiniti propè numero mortales vtriuſque ſexus, omnis ætatis, ordiniſque lymphatis perſimiles ea vrbibus in deſerta confluitis? Scilicet (responderent omnes) ad Christum IESVM contuendum, audiendúmque aduolamus. Rapit animos, oculóſque ille decor oris, illa maieſtas vultus; illa oculorum gratia, ille ſpecioſus formâ præ filiis hominum. *Talis eſt*, (colligit idem Bernard.) *quem nos ſequimur, cui adhæremus: totus deſiderabilis, in quem non ſolum populi, ſed & ipſi Angeli ſancti deſiderant proſpicere*. ſerm. 1. in feſto omnium Sanctorum.

D.Bern.

4. Bona eſt corporis pulchritudo, quædam videlicet diuino penicillo efficta pictura, proinde dignisſima, quæ non vitiorum ſordibus B inquinetur, nec in alicuius perniciem, & contra Deum ipſum conuertatur. Gratior deinde, ac venuſtior fit, cùm pudicitiæ candore, ac verecundiæ rubore adornatur: qualis nimirum fuit Ioſeph pulchritudo; vti Ambr. animaduertit: *Cùm (inquiens) eſſet decorus aſpectu, & ſpecioſa facie valde, venuſtatem ſui vultus, non ad alienam derinauit iniuriam, ſed ad ſuam ſeruauit gratiam; hoc ſe pulchriorem ratus, ſi non diſpendio caſtitatis, ſed cultu pudoris ſpecioſior probaretur*. lib. de Ioſeph cap. 5. Sed tamen pulchritudo corporis inconſtans bonum, ac proinde minùs amandum, minoris æſtimandum, cuius quidem riſus ſæpenumerò in luctum deſinit, mel in fel, dulcedo in amaritudinem: quod illa Noëmi Moabitis olim conteſtata eſt: C *Non me vocetis Noemi, id eſt, pulchram, ſed vocate me Marà, id eſt, amaram, quia amaritudine valde repleuit me omnipotens?* Ruth cap. 1. Benè quidem. nulla eſt pulchritudo, quæ tandem in amaritudines non deſinat, volat illa ociùs euro, breuique euaneſcens ſæpiùs relinquit grauia tranſactæ vitæ flagitia, pœnitentiæ lacrymis expianda, vel (quod extremæ infelicitatis eſt) ſempiternis ignibus eluenda. Nihil deinde periculoſius eſt pulchritudine, quæ libidinum flammas incendit, propriámque, & alienam vulnerat conſcientiam; polluit animam, corporis etiam vitam, vel omninò præcidit, vel ſaltem diminuit.

S.Ambr. Corporis pulchritudo virtutibus ornanda, nō vitiis inquinanda.

Pulchritudo breuis & caduca. Ruth. 1.

Periculoſa pulchritudo.

5. Meritò Propheta (mitto alios huius loci ſenſus) duas illas videre ſibi viſus virgas, *vnam* D *appellauit decorem, alteram verò funiculum*. Zachar. 11. Eſt enim decor virga, funémque habet, ſeu funi adnexus eſt: virga eſt, quia verberat, ſauciátque: funis, quia ligat, nexúque inſolubili mentes, ſenſúſque conſtringit. Nihil inter mortales æquè patet iniuriis, magíſque frequentibus eſt obnoxium periculis. *Non enim* (inquit S. Hieronymus) *facilè cuſtoditur, quod plures amant, & in quo totius populi vota ſuſpirant*. lib. 1. contra Iouin. quod à Theophraſto dictum priùs fuerat. quæ maior quæſo hac iam perdita moribus ætate infelicitas, quàm pulchræ mulieris, cui tot tantáque intentantur pericula, vt grande ſit diuinæ gratiæ miraculum non vulnerari miſeram, non perire? quid quod etiam in viro ſecura non eſt pulchri- E tudo, vt hoc loco apparet? quis Ioſeph pulchrâ facie non Ægyptias vulnerat, & ab Ægyptiis non vulneratur? Eò ſiquidem glorioſior huius adoleſcentis commendatio; quò ſe magis illæſum à quibuſcunque periculis cuſtodiuit. *Ratus namrum* (vti adiungit idem Ambr.) *illum eſſe verum decorem, qui non alienos oculos caperet, nec fragiles mentes vulneraret, ſed iudicia acquireret vniuerſorum, fraudi nulli futurus, laudi ſibi*. ibid.

Zachar. 11. Pulchritudo virga & funis.

D.Hier. Pulchritudo infelix noſtra ætate.

S.Ambr. Felix pulchritudo, quæ nulli nocet.

6. Profectò cùm in cæteris magna ſit imbe- A cillitas, & vecordia, ſæpéque dementia fœminarum; hic verò maxima eſt; admirando, amandóque viri pulchritudinem; ſed quid actum agimus, & in plano laboramus? nullum inter mortales vehementius ad flagitia incitamentum, grauiúſque animæ periculum, quàm ſiue in viro, ſiue in fœmina pulchritudo. Cæterùm, quæ in Deo homine incomparabilis floruit; virtutú omnium, maximéque puritatis in contuentium animis mirabiles amores excitabat; quam ipſemet filius Virgini matri ſuæ puriſſimæ communicaſſe gratiam perhibetur. Scribit enim S. Ambr. *Maria tanta fuit gratia, vt non ſolùm in ſe virginitatis gratiam ſeruaret, ſed etiam iis, quos inuiſeret, integritatis inſigne conferret*. Quod quidem probat in vtroque B Ioanne, præcurſore, & dilecto IESV, quorum admiranda virginitas magna ex parte debetur Virgini Dei matri, quos illa vtpote ex cognatis ſibi vt filios familiariter tractauit, & materno affectu fouit. Viſitauit (inquit) Baptiſtam: nec immeritò manſit integer corpore, quem in tribus menſibus oleo quodam ſuæ præſentiæ, & integritatis vnguento Domini mater exercuit. Eadémque poſteà Ioanni Euangeliſtæ eſt tradita coniugium neſcienti. *Vnde non miror præ cæteris locutum myſteria diuina, cui praſtò erat aula cœleſtium ſacramentorum*. lib. de inſtit. Virg. cap. 7. En mirabilis à Virgine gratia quædam in animis & corporibus hominum velut impreſſio caſtitatis, & mira tamen in virgine, quæ puritatem afflabat, C ſupra omnia, quæ in cæteris fœminis egregia decora memorantur, inerat pulchritudo.

B. Mariæ pulchritudo caſtos faciebat intuentes.

D.Ambroſ.

Ioannis vtriuſque caſtitas debetur etiam B. Mariæ.

D.Ambr.

7. Quare in hanc ſententiam optimè ſcripſit S. Thomas: *Gratia ſanctificationis non tantùm repreſſit in Virgine motus illicitos, ſed etiam in aliis efficaciam habuit, ita vt quamuis eſſet pulchra corpore, à nullo vnquam concupiſci potuerit*. in 3. d. 3. q. 1. art. 5. gloſ. 1. ad 2. Idem illius magiſter Alex. Alenſ. his verbis ſcripſerat: *Tanta fuit in Virgine ſanctificatio, vt etiam extenderetur ad alios. Vnde etiam dicunt infideles, cùm Maria pulcherrima fuerit, à nullo tamen vnquam potuit concupiſci. Et hoc erat, quia virtus ſua caſtitatis, & ſanctitatis extinguebat omnem motum carnalem in aliis aſpicientibus ipſam: & hanc prærogatiuam habuit præ omnibus ſanctificatis, & virgini-* D *bus: quia ſanctitas earum non extinguebat motus, nec concupiſcentias in aliis, nec transfundebatur ad alios*. 3. p. q. 9. in 3. art. 1. in reſol. Eadem pene verba transfert S. Bonau. in 3. d. 3. conſimilia ſcribens Gabr. in hunc modum adiungit: *Ad cuius rei teſtimonium valet, quod quidam Iudæi aſſerunt hoc mirum fuiſſe in Virgine, quod cùm eſſet pulcherrima mulierum, nunquam tamen à viro fuerit concupita*. q. 2. art. 3. dub. 1. Ex hac doctrina ſummorum Theologorum colliges tantum hoc, tam nouum, & nulli in toto humano genere conceſſum à Deo priuilegium, Virgini beatiſſimæ fuiſſe datum in ipſo immaculatæ ſuæ conceptionis momento ſimul cum ipſa ſanctificatione, atque vel infrænatione, vel (quod potius cum doctiſſimis ex E noſtris viris mihi perſuadeo) extinctione fomitis peccati. Et tamen Virgo puriſſima ſimul ac prudentiſſima, cùm tot ac tantis diuinæ gratiæ donis ac priuilegiis ornata fuerit diuinitùs, admirabilem tamen ſuæ integritatis cuſtodiam, & curam habuit, ac ſi huiuſmodi ſanctificatione, ac priuilegio donata non fuerit: meritò *Ghalmah* dicta à Prophetis, hoc eſt, virgo abſcondita & virorum aſpectibus incognita, vti alibi diximus.

S.Thom.

Alex. Alenſ. Sanctitas B. Mariæ extinguebat intuentium concupiſcentiam.

D.Bonau. Gabriel.

B. Maria immunis ab omni periculo, & tamen cauta & abſcondita.

8. Quia verò corporis pulchritudo magnum

eſt ple

A eſt, plerumque caſtitatis periculum, diaboli laqueus, illecebra voluptatis; & irritamentum peccati, ſedulò vitis cauendum eſt, ne dumum recipiant pulchellos, & cincinnatulos famulos, quorum aſpectu, & intimâ conſuetudine perſtringantur oculi vxoris & filiarum, atque miſellis ad iocendium ſubminiſtretur fomes; ad animæ, corporiſque ruinam opponatur ſcandalum; ad interitum retia intendantur: tentatorem vxori, & filiabus inducit, qui formoſum aſſumit in famulatu. Stulta quoque illa ſibi perniciem, mortémque conſciſcit, quæ pulchellas in dumeſticum miniſterium arceſſit. Meritò S. Chryſoſt. in diaboli malitiam hoc loco inuehitur: *Mala* (inquiens) *beſtia eſt diabolus. Vt primum enim vidit Ioſeph gratioſum eſſe apud dominum ſuum, & in rebus* B *aduerſis clariorem fieri; fremit dentibus, & inſanit, nec videre poteſt iuſtum in dies magis clareſcere.* homil. 62. in Geneſ. Inuidet homini teterrimus hoſtis quodcuoque bonum maximè virtutis, ac diuinæ gratiæ. Indignatur, contabeſcit, diſcruciatur, emoritur, ſi videat caſtum iuuenem, patientem in aduerſis, in proſperis humilem; nullúmque proinde lapidem non mouebit, vt illius ſi minùs labefactet, at certè polluat continentiam: illúmque de ſtatu virtutis, boníque nominis deiiciat: ac (ſi poſſit Deo permittente) tragœdias excitabit, vt illi cum infamia vitam eripiat.

Non recipiendi domū pulchelli famuli.

S. Chryſ.

Inuidet felicitati hominis diabolus.

Armatur contra caſtos diabolus.

D. Chryſ.

9. *Quocirca* (adiungit Chryſoſt.) *profundum barathrum effodit, & horrendum præcipitium parat,* C *quò illum maximo, vt ſperabat, damno præcipitet; & grauiſſimam tempeſtatem excitat, vt violentum illi naufragium faciat. Ecce ubi ex pulchritudine Ioſeph occaſionem capit perdendi eum.* At cùm Dominus præſtò eſſet adoleſcenti, reddidit irritos diaboli conatus, effecitque vt in ipſo penè incendio illæſa euaderet illius pudicitia; commendaretúrque gentibus in omnes ætates in iuuenili pulchritudine, quanuis grauiter pertentata, glorioſè caſtimoniam triumphaſſe. Ac Ioſephum talem voluit Dominus in lubrica illa ætate fuiſſe, vt in pulchro corpore pulchrior illius animi virtus habitaret: nec tam hominibus ob corporis pulchritudinem, quàm Deo propter pulchritudinem animæ gratum, & amabilem exiitiſſe. D Vt diſcant mortales vtriuſque ſexus poſſe fieri (Dei gratiâ opitulante) vt in corporis pulchritudine caſtitatis pulchritudo efflore ſcat. Atque adeò iuſtius illa damnetur; de qua ſcribitur: *Circulus aureus in naribus ſuis: mulier pulchra, & fatua.* Prou. 11. apertius reddunt L X X. *Sicut inaures aurea in naribus ſuis, ſic mulieri vecordi pulchritudo.* Senſus verò eſt: ſicut annulus aureus poſitus in naribus porcæ, non ornat, non decorat porcam: ſed contrà porca nitorem illius conſpurcat, fœdátque rictu ſcilicet terram fodiendo, & nares luto, ac ſordibus immergendo: ſic pulchra, ſed libidinoſa mulier pulchritudinem corporis dedecorat, & turpat: animúmque flagitiis inquinat.

Triumphat caſtus & pulcher de diabolo.

In pulchro corpore pulchrior anima caſtitas.

Prou. 11.

Pulchra & luxurioſa nihil fœdius.

E 10. *Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos in Ioſeph.*] Multo poſt tempore, quàm venditus ab Iſmaëlitis domum Putipharis eſt inductus Ioſeph. Scilicet cùm emptus fuit à Putiphare nondum expleuerat decimum ſeptimum annum, vt ex ſuperiori capite 37. manifeſtum eſt: Captiuus ſeruiuit Putiphari vſque ad 27. annum, vt videtur ex eo, quòd eductus è carcere erat triginta annorum, at in carcere fuit vltra biennium; videtur igitur hæc tentatio caſtitatis Ioſeph accidiſſe tribus annis antequam è carcere educeretur: id autem eſt anno ætatis ſuæ viceſimo ſeptimo. Cæterùm ego mihi perſuadeo non breui tēpore tentatum fuiſſe Ioſephum, ſed forte per integros annos; fauétque huic ſuſpicioni, quod infra ſubſcribitur, huiuſcemodi verbis: *per ſingulos dies*: Hebr. *die, & die*, at diei nomine ſignificantur in Scriptura etiam menſes, & anni; maximè quia ſi dicatur non niſi poſt decennium captiuitis accidiſſe huiuſmodi tentatio, minorem vim videbitur muliebris habere laſciuia, cùm tā prouectioris, & maturioris, atque adeò minus ad libidinem propenſæ mulier eſſet ætatis, quæ tamen ante decennium adhuc iuuenis in amorem pariter iuuenis exarſiſſe facile iudicabitur. Vtcumque fuerit; mulier tum pulchritudine formæ, tū B prudentiâ, dexteritatéque in obeundis negotiis, regendáque familiâ, tum ingenuitate, lenitatéque ingenij, ac morum modeſtiâ Ioſeph mirabiliter illecta, quæ Deum bonorum, ac donorum omnium auctorem inde magnificare debuiſſet, ad ipſum graui quodam flagitio irritandum inflammata eſt.

Tentatio Ioſeph ab Ægyptia per multos annos.

11. Iniecit enim Ægyptia oculos in adoleſcētem Hebræum. Cauſam ergò mali tanti non præbuit Ioſeph; qui cùm amaretur noluit amari, & qui adamatus amantem contempſit: vt laſciuientium iuuenum caſtiget petulantiam; quæ tanta eſt, vt mulierculis die noctúque inſidientur moleſtiſſimíſque tentamentis ſæpenumerò à miſellis extorqueant, quod non leuibus illæ blanditiis C inuitatæ concesſiſſent. *Immiſit,* (inquit S. Ambr.) *oculos vxor domini eius in Ioſeph; hoc eſt, non iſte ſe oſtentauit, nec cepit incautam: ſed illa retia ſua miſit, & indagine ſuâ capta eſt: laqueos ſuos ſparſit, & ſuis hæſit vinculis.* lib. de Ioſeph c. 5. Soli mulieri culpa fuit malè videre; nulla Ioſepho, quod malè videretur. Ardet aliquando, & perit petulans iuuenis, vbi decoram aſpexit fœminam: planè ſuo ſe incautus, & inhoneſtus gladio transfixit; mortem ſibi ipſe conſciuit. Non huius animæ, quòd perierit, Deo iudici, rationē reddet mulier, quòd pulchra fuerit. Rectè idem Ambroſ. *Si qua petulantibus aſpexit oculis, illius crimen ſolius eſt, qua malè vidit, non huius, qui malè ſe nollet videri; nec in eo quòd viſus eſt, culpa eſt.* Summa quidem in omniD bus diſponenda cuſtodia, & vigilantia ſedulò adhibenda eſt, maximè verò in oculis.

Ioſeph iuuenum laſciuiam caſtigat.

S. Ambr.

Culpa eſt malè videre, non videri.

D. Ambr.

12. *Prima enim* (dixit S. Ambr.) *adultera oculorum tela ſunt, ſecunda verborum; ſed qui non capitur oculis, poteſt verbis reſiſtere.* Profectò ſi mulier incautè non vidiſſet, nunquam periiſſet; ſi prima per oculos tentamenta præſentiens prudenter ſuppullulantem mali radicem illicò præcidiſſet; vtique tam denſa ſuum in incendium ſylua non creuiſſet. O quàm diſſimiles habet inter ſe introitus, & exitus, quàm diſparia initia, & fines impura libido? Rectè alicubi Hiſpanus philoſophus ſcripſit: *Libidinis initia continebit, qui exitum cogitabit.* Seneca. Sed miſeri mortales, aut clauſis oculis, aut exoculati feruntur præcipiti lapſu E in barathrum; vnde ad auras, lucémque diuinæ gratiæ, aut nunquam, aut rarò dabitur remeare. Ac fortaſsè incuſet quis virum, quòd non diligenter vxoris leuitati occurreret, quando imprudenter illi domum induxit formoſulum mancipium, cuius illa continuò eſſet vſura miniſterio. *Non enim erat* (inquit S. Ambr.) *in poteſtate ſerui, ne videretur: maritus debuit cauere oculos vxoris.* At ſaltem (dices) ſeruus ipſe non debuit, ſi tamen poſſet, laſciuientis dominæ ſeſe ad iactum obiicere oculorum. Reſpondet egregiè idem

D. Ambr.

Prima diaboli tela in oculis.

Malis exitus habet libido.

Seneca.

Difficilis emendatio à luxuria peccatis.

Nulla in Ioſeph culpa tentationis.

D. Ambr.

A Ambr. *Sed quod ille nihil timebat de coniuge, arbitrabatur iſte teſtimonium eſſe caſtimoniæ, non remiſſionem incuriæ.* vti caſtus, & ſanctus erat Ioſeph, ita caſtè ſanctéque de omnibus iudicabat; benéque fundatam exiſtimabat mariti de vxoris pudicitia opinionem: ac proinde illum nihil vereri de ſeruilis formæ periculo ac de leuitate laſciuiáque vxoris; ſed fallitur vtérque ſuâ opinione: illa ſiquidem, & leuitatis, & laſciuiæ tandem aliquando non leuia protulit argumenta.

Maritus malè cautus in vxorie cuſtodia.

13. *Iniecit* (ſcribitur) *domina ſua oculos ſuos in Ioſeph:* domina quidem erat conditione, ſed prauo libidinis affectu in turpem ſe vilémque ancillam abiecerat, etenim ſeruile cùm ſit omne vitium, libido tamen omnium maximè abiecta eſt, & ſeruilis. B Atque ita *quomodo verò domina, quæ* (inquit S. Ambr.) *non potuit extorquere, quod voluit imperare? quomodo domina, quæ dominandi non habebat affectum, quæ diſciplinam dominæ non tenebat, quæ ſeruulis libidinis incentiua præſtabat.* Ah pudeat (ſi qua eſt huiuſmodi) nobilem, atque adeò dominam ſic apud ſe ipſam vileſcere, vt omni honore neglecto ad amorem ſeruuli ſe abiiciat. Pudeat etiam virum nobilem atque adeò dominum viliſſimarum ancillarum cœnoſis amoribus inquinari: diſcant, tam viri, quàm mulieres ab hoc adoleſcente, quæ ſit vera hominis nobilitas, quæ nam ſit Domini maieſtas. *Ille Dominus,* (inquit S. Ambr.) *qui amantis non excepit faces: qui lenocinantis vincula non ſenſit: quem nulla mortis formido perterruit, qui maluit liber criminis mori, quàm* C *potentia crimnoſa eligere conſortium.* Regia planè virtus eſt pudicitia: verè Dominus imò & Rex, qui potuit ebullientes carnis ſuæ motus cohibere; compreſsóque inſultantium illecebrarum impetu appetitiones animæ, corporiſque ſenſus ad normam diuinæ legis imperiúmque rationis dirigere. Quod apprimè nouerat S. Gregor. cuius hæc ſunt verba; *Qui membrorum ſuorum motus benè regere ſciunt, non immeritò Reges vocantur.* lib. 11. moral. c. 6.

Nihil abiectius libidine.

S. Ambr. *Domina titulo indigna quæ libidinoſa.*

Vera nobilitas in caſto iuuene. D. Ambr.

Verè Rex, qui concupiſcentiam refrenat. S. Greg.

14. Quid quòd non modò regium quid, ſed & auguſtum & diuinum in caſtitate reperitur? Canit enim Propheta: *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum.* Pſal. 81. quoſnam quæſo appellat Deos? *Eos* D (reſpondet Clem. Alex.) *qui ſunt voluptate ſuperiores, qui vincunt animi motus ac perturbationes, qui mundo ſunt maiores.* Stromat. 2. Digna planè virtus Principe viro, digna Deo puritas animæ corporiſque. De Iſacio Commeno ſcribitur res valde memorabilis: Vbi enim in coniugio filium imperij ſucceſſorem ſuſcepit, à licito vxoris contubernio deinceps abſtinuit: nec vſque ad mortem vllà ratione, ſuaſu etiam medicorum ſanitati conſulentium violauit continentiam. Dignus ergo inter mundi Principes, de quo ab ſcriptoribus vocetur in dubium, bellóne fortior, an mente religioſior, corporéque caſtior eſſet? ita Volater. & Bapt. Ignat. Profectò ſuæ veluti regiæ E dignitatis, quam in regenda Ægypto poſteà Ioſeph obtinuit, firmum in caſtitate iecit fundamentum: quam in ſententiam ſanctiſſimus Pontifex Clemens Romanus Deum ipſum ſic affatur: *Tu Domine non deſpexiſti Ioſeph, imò pudicitia, quam pro te ſeruauit, præmium ei dediſti, vt eſſet Ægyptiorum Princeps.* Conſtit. Apoſt. lib. 8. cap. 12. ad finem. Plura huiuſce commendationis teſtimonia dicerem de caſtitate; ſi res exigeret, ſed vno tamen verbo rem abſoluam.

Dij appellantur homines caſti. Clem. Alex.

Illuſtre continentiæ in Imperatore exemplum.

Regia dignitas caſtitatis. Clemens Rom.

15. Nullus inter Luſitanos homines, etſi per omnes ætates multi extiterint immortalitate di- A gni, palmam non meritò tribuit Nonio Aluares Comeſtabili primo huius regni, qui pater autórque fuit excellentiſſimorum Ducum Brigantiæ, de quo iam alibi nonnihil ſcripſimus. Hic igitur Nonius, adhuc adoleſcens ita caſtitatis amator, & cultor extitit, vt cœlibem vitam ſeruare decreuerit; illud cognatis, & amicis crebrò dictitans virum ad arma natum non debere implicari coniugij negotiis, & carnis oblectamentis emolliri. Verùm vt Regi Fernando morem gereret, duxit vxorem; a qua poſt ſuſceptam filiam, quæ Alfonſo filio Ioannis Regis I. Ducum primo Brigantiæ nupta fuit, cùm totam deinde vitam in bellis, victoriis, ac triumphis inſumpſiſſet caſtiſſimus pariter, & bellaciſſimus abſti- B nuit. Certè priſci illi antiquitatis ſapientes ſuis (vti conſueuerant) fabellarum inuolucris veritatem adumbrantes, in eodem vnóque Palladis conficto numine tria hæc, arma, caſtitatem, diſciplinas ſpeciusè admodum copularunt. Palladem quippe armatam virginem bello doctriniſque præſidere confinxerunt; vt nimirum ſignificarent caſtum hominem adminiſtrando imperatorio muneri, belliſque feliciter conficiendis ac diſciplinis tum capeſcendis, tum edocendis præclarè animum, ingenium, corpúſque in ipſa incutis carniſque pudicitiâ exercere.

Nonius Pereira natus ad arma caſtitatem coluit.

Caſtitas ornamentum ducum & doctorum.

C

SECTIO III.

Qui nequaquam acquieſcens operi nefario, dixit ad eam:

1. TImor & pudor, mulieri duplex frænum; duplex ornamentum; binæ quidē ex auro catenæ; quibus, & laſciuia muliebris comprimitur, & pudicitia exornatur. *Eſt timor Dei* (vti docet S. Ambr.) *effector beatitudinis.* lib. 1. de offic. cap. 1. Dum enim à vitiis nos abſtrahit, & à peccando abſterret, diuinæ gratiæ recipiendæ, cœleſtique felicitati cōſequendæ puros idoneóſque reddit. Maximam verò habet vim timor Dei ad refrænandam carnis libidinem, tenendamque D hominis mentem, ne corporeis illecta blanditiis in cœnoſa flagitia prolabatur. Hinc eſt quod illa Domini ſponſa, ne capite nutanti procideret, imò vt confirmata diuinos ad amplexus aſſurgeret, ſiniſtram Domini pro fulcimento legitur habuiſſe. *Læua eius* (inquit) *ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me.* Cant. 2. Vbi Theodoret. *Pro dextera beneficium, pro ſiniſtra ſupplicium intelligamus.* Firmiter quidem caput reclinat in timorem diuini iudicij, & æterni ſupplicij, quo breuis voluptas contra Dei legem admiſſa gehennalibus flammis in ſempiternum caſtigabitur. Rectè ad virginem ſcribit S. Auguſt. *Si non amas, time ne pereas: ſi amas, time ne diſcedas.* lib. de virg. cap. 39. E etiam cum ipſo Dei amore coniungatur timor oportet: iſto ille indiget, vt ſuſtentetur, vt firmus perſeueret. Imò, & qui maximè amat, maximè ſimul timere debet; ne breui iacturam faciat bonorum, quæ multos per annos reſiſtendo, certandóque acquiſiuit. Nam & poſt multas de carne victorias non fatigatur hoſtis, ſed acriùs inſtigatur: vti S. Cypr. ad confeſſores in vinculis, Chriſti fidem confitentes Dei timorem prudenter ingerit: *Confeſſor eſt? ſed poſt confeſſionem periculum maius eſt; quia plus aduerſarius prouocatus eſt.* lib. de vnitate Eccl.

D. Ambr. *Timor & pudor continent & ornant hominem.*

Cant. 2. Theodor.

Timor inferni cohibet concupiſcentiam. D. Aug.

Qui Deum amat, timere debet.

S. Cyprian. *Poſt victoriam timendum maximè à diabolo.*

2. Primum

Remedium peccatori timor. Gen. 3. Gen. 4. *Antichriſto nec timor, nec pudor.* Dan. 12. Dan. 8. *Timor & pudor comites indiuidui.*

2. Primum omnium cùm quis peccat, Dei timorem a ſe depellit, illóque abiecto ruit præceps in flagitium: quin etiam poſt peccatum, ſi timeat adhuc ſpes eſt vt reſurgat ad veniam, & gratiam; ſi non timeat, deſperata eſt homini ſalus, idcircò poſt lapſum primus peccator Adam remedium inuenit, quia timuit: *Vocem tuam* (aiebat) *audiui, & timui.* Geneſ. 3. contra verò periit ſine remedio Cain, quia non timuit, *ſed egreſſus à facie Domini,* Geneſ. 4. terga vertit ad Dominum, illius timorem, ac reuerentiam prorſus abiiciens. Eadem Antichriſto infelicitas eueniet: *Dominum enim* (inquit Propheta) *Deum patrum ſuorum non reputabit.* Dan. 11. Vnde quid conſequatur. *Et erit in concupiſcentiis.* Dixerátque de ipſo paulo anteà: *Conſurget Rex impudens facie.* Dan. 8. benè ſequitur impudentia ex amiſſione timoris. Non timet quis? Nec illum pudeat neceſſe eſt, timor quippe ac pudor indiuidui ſunt comites: illo depulſo confeſtim exuitur iſte. Non erit Antichriſto Dei timor, igitur nec pudor erit, inuerecundè ſcilicet, ac procaciter in omnem ſeſe turpitudinem diffundet. Porrò quod in Hebr. dicitur, *Et erit in concupiſcentiis fœminarum.* LXX. legunt: *Et non erit; quod ideò ſimulet* (vti declarat S. Hieron.) *caſtitatem, vt plurimos decipiat.* Hinc præclara quædam laus apparet caſtitatis, cuius impuriſſimus mortalium ſimulatione cùm ſua dedecora occultabit; tum ſe veluti iuſtum, ſanctum imperióque dignum gentibus commendabit. Pulchrũ viris ornamentum verecundia, pulchrius fœminis; quæ tunc pudicæ, cùm verecundæ: Si vtrũque vtrique amittunt, non tam cæco impetu, aut irruunt agitati ſtimulis tauri; aut è carceribus ſubſultantes in aperta camporum æquora effrænes rapiuntur equuli, aut ex præaltis montium cacuminibus in depreſſa vallium præcipitant aquarum torrentes; vt pudore omni timoréque conuulſo mortales vtriuſque ſexus, ſui, Deíque immemores in libidinum cœnum ſeſe detrudunt.

Antichriſtus caſtum ſe fingẽs decipiet. D. Hier. *Ficta caſtitas commendabit Antichriſtum.* *Pulchrum omnibus ornamentum verecundia.*

3. Teſtis eſt Ægyptia; quæ ſerui ſui amore prorſus ebria ſic innocentem caſtúmque iuuenem aggreditur: *Dormi mecum.* ô imprudens, ô cæca, o furiis tartari agitata mulier! Siccine ruſticatim, & ſine velo? adeóne furiis amor impu- rus? vbi mulieris modeſtia? vbi pudor? ſic petulanter matrona loquitur, domina ſeruum concitat ad flagitium? En mulier, vbi contempti pudoris fræna ſemel abiecis, ſenſu mentis, oris verbo modum vllum, aut inſaniendi, aut laſciuiendi habere neſcis? ergo mulier non conſideras, quòd tu domina ſis, ille ſeruus; tu matrona, mater familias, ille iuuenis, aut etiam puer? quid te ſic abiicis, ſic te vilem reddis; vt domina te ſeruulo dedas conſtuprandam? Non veteris illius ætatem, vt ſunt garruli, vt nihil penſi ac ſecreti habent, vt facilè in coæuos effundant quicquid viderint, ac nouerint adoleſcentuli? Quid ſi (vt fieri ſolet) ſe in foro imprudenter iactet, quòd à domina ſolicitatus domini ſui torum violarit? Quid denique ſi maritus probrũ reſciuerit, adulteriíque pœnas ab vtriuſque ſanguine vltor expetierit? Nihil horum aut videt, aut meminit, aut curat mulier; vrget libido, vlcus dolet, adurit flamma, huic tantùm malo etiam cum diſpendio honoris, cum periculo infamiæ, vitæque mederi omni ope contendis. Scilicet vna huiuſmodi notæ mulier ſeriò admonita de periculo haud dubiè mortis (ſi maritus reſciret) ſubeundæ, num (inquit) quia vna, vel altera, vel etiam ali-

Cæca & petulans mulier neſcit habere modum. *Mira in omnibus inconſideratio mulieris.* *Cæca prorſus ebriáque mulier impudica.*

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A quæ in mari naufragium faciant naues, idcircò reliquæ a nauigando deterrentur? Vide ac dole cæcitatem, imprudentiam, & impudentiam mulierculæ. Optimè quidem ſcripſit Orator, *qui ſemel verecundiæ fines tranſierit eum benè ac grauiter oportet eſſe impudentem.* Tull. epiſt. ad Lucceium. Sic Ægyptia vbi ſemel pudorem exuit non breui quodam termino impudentiam circunſcripſit; ſed vſque adeò procax, impudénſque proceſſit, vt tam apertis & obſcœnis verbis rem adeò flagitioſam, & fœdam atque probroſam à ſeruo ſuo flagitare non erubuerit.

Pudore ſemel exuto nullus deinde terminus eſt impudentia. Tull.

4. Sed quæ iſta tam inuerecunda poſtulatio mulieris cum habeat virum? hæc noſtri hoſtis eſt malignitas, vt etiam coniugatos ſuo toro ne- B glecto ad alienos iniuſtâ cupidine inflammet. Idcircò illicita deſideria immittit, vt aliena contaminent, quibus habere propria ſine delicto licet: obiicit oculis irritabiles formas, ſuggerítque fomenta, & vitiis pabulum ſubminiſtrat: tum intimis viſceribus ſtimulos omnes conturbat, & cõmouet, & naturalem illam incitat atque inflammat ardorem, donec irretitum hominem implicatúmque decipiat. Ac illud quidẽ magis dolendum eſt, quòd mens ſemel contagione impudici corporis inquinata non poteſt, niſi & longo tempore, & multis bonis operibus ab ea, cui inhæſerit, colluuione purgari; adeò tenax malum hoc eſt; adeò ſemel inhærens animæ libidinoſa affectio difficulter abiicitur: Sic raró, aut certè mul- C to cum labore ſanatur carnis vlcus, & abluitur cœnum turpitudinis? At ó Deus bone, cur humanam in hos affectus auidiſſimè naturam irruere voluiſti? Nimirum vt eâ ratione propagari, & multiplicari genus hominum poſſet. Atque adeò huiuſmodi cupiditas in homine vehementior & acrior inuenitur, quia conditor ipſe Deus hominum maiorem, quàm reliquorum animantium voluit eſſe multitudinem. Deinde ratio illa quã Lactantius affert, optima cenſetur: *Quoniam virtutem ſoli homini dedit, vt eſſet laus, & gloria in coercendis voluptatibus, & abſtinentia ſui.* Hæc ille lib. 6. de vero cultu. Ad maiorem igitur laudem & gloriam hominum cùm Deus homo ſuo aduentu, ſuâ paſſione, ſuis meritis, ſuâ gratiâ, per lauacrum D baptiſmatis communicatâ fidelibus multa nobis ex naturæ corruptione vitia ſuſtulerit, etſi aliquantulum debilitauerit, non tamen omninò peccati fomitem, vnde libidinum igneſcunt incendia, extinxit; minus exiſtimans malum ſi plurimos tale incendium abſumeret; quàm ſi deeſſet aliquibus ingens materia virtutum, latus victoriarum campus, theatrúmque triumphorum. Maiórque accedit Deo atque hominum generi honor, & gloria ex paucorum inſigni virtute, quàm ex multorum vitiis lapſúque dedecus & infamia.

Coniugati etiam ad adulteria concitantur. *Mira tentationis carnis pertinacia.* *Libidinis ægritudo difficilè curatur.* *Concupiſcentia carnis in homine vehementior propter prolem.* Lactan. *Ardor concupiſcentiæ in homine, ad laudem, victoriam, triumphúmque illius.* *Maior gloria ex paucorum virtute, quàm dedecus ex multorũ lapſu.*

5. Eſt etiam quod fideles conſoletur; *quia fides* (vt occurrit S. Ambroſ.) *libidinum fluenta conſumit.* ſer. 1. Etenim carnis turpitudines, & quæ- E cunque flagitia, vel omninò ceſſabunt vel nequaquam admittentur, vbi viget fides eorum, quæ credimus ac profitemur: quod ſcilicet Deus homo natus ex Virgine legem immaculatam hominibus prædicauit, ad cuius normam, & legiſlatoris exemplar contemptis carnis delitiis ſobriè, piéque & iuſtè viuant, & ex terrenis animantibus cœleſtem vitam agendo in Angelos tranſmutentur; quòd vita ſit in cœlis cum Deo ſempiterna, omnium bonorum collectio; *in quam non intrabit aliquid coinquinatum.* Apoc. 21. quòd

D. Ambr. *Dogmata fidei mirum in modũ iuuant ad extinguendam libidinem.* Apoc. 21.

ſit infernus ad ſupplicia damnatorum; vbi carnis impura flagitia ſempiternis ignibus punientur. At vbi deeſt fides, aut viua non eſt, nec cœli cura, nec inferni timor, nec mortis recordatio animum ſubit; cæco ruunt impetu in omnia turpitudinum genera mortales, qui deinde in cœno libidinum altiùs defixi nihil planè à pecudibus videntur diſtare. Vbi verò Chriſti viua fides, ibi caſtitas, ibi malarum contemptus voluptatum; ibi turpium tentationum, atque omnium illecebrarum debellatio, quorum in carne certaminum triumphis, & coronis ſuos fideliſſimos quoſque ſeruos Dominus crebrò efficit glorioſos. Iccircò ſcribitur: *Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos ſe.* Sapient. 3. quem locum ſic explicat Clem. Alex. *Deus tentauit eos, hoc eſt, ad eorum probationem, & vt pudore afficiatur tentator, ſiuit eos tentari: inuenit eos ſe dignos, vt ſcilicet vocentur filij.* 4. Stromat.

Luxurioſi pecudibus ſimiles.

Tētatio carnis materia triumphorū. Sap 3.

Clem. Alex.

6. Quid glorioſius, quàm & vocari filios Dei, cùm omnes Angeli naturâ ipsâ longè ſuperiores hominibus adminiſtratorij ſpiritus miſſi propter ſalutem hominum eſſe dicantur? Hac verò tam glorioſa nomenclatura digni cenſentur, quos mentis & corporis caſtitas cœli incolas, Angelorum ſocios, Dei facit imitatores. Iure optimo dixit S. Chryſoſt. *caſtis hæc deberi & donari: videlicet libertatem, ſpem certam, & immortalem, in orbe præconium, conſuetudinem Angelorum, coronam & præmia æterna.* homil. 37. in 1. Cor. Certa quidem & magna in cœlo caſtis præmia promittuntur; nec illis in terra deſunt, quæ apud homines magni æſtimantur: bona exiſtimatio, pulchra fama, honor, amórque vbicunque, aut videntur, aut audiuntur. Refert enim ex Clem. Romano Pontifice, & celebrat dictum Clem. Alex. *Amabiles mores caſtitatis.* 4. Stromat. Verùm enimverò cùm iſtius Ægyptiæ petulantiam conſidero, ſuſpicio mihi eſt maritum vtpote Ægyptium idololatram, & aulicum, ac delicioſiùs agentem conſimilibus probris notatum ſuarum quoque turpitudinum exemplo vxori ſuæ, & magiſtrum ſe præbuiſſe, & forte zelotypiæ furorem impreſſiſſe.

Caſti vocātur filij Dei. ad Hebr. 1.

D Chryſ.
In cœlo & in terra caſtis magna præmia donantur.

Clem Alex.
Amabilis & admirabilis virtus caſtitatis.

7. Id quidem eſt adeò frequens, & vſitatum, vt adulteria diſcant à viris vxores, & in vltionem illis, eadem indignabundæ rependant; ſeruanda igitur fides ab vtroque alteri eſt; imò exemplo continentiæ docenda vxor, vt ſe caſte gerat. Iniquum eſt enim, vt id exigas quod præſtare ipſe non poſſis, aut nolis: quæ iniquitas efficit, vt ſint adulteria fœminis ægre ferentibus præſtare ſe fidem non exhibentibus mutuam caritatem. Denique nulla eſt tam perditi pudoris adultera, quæ non hanc cauſam vitiis ſuis prætendat, iniuriam ſe peccando non facere, ſed referre; quod optime Quintilianus expreſſit. *Homo* (inquit) *neque alieni matrimonij abſtinens, neque ſui cuſtos; quæ inter ſe naturâ connexa ſunt: nam neque maritus circa corrumpendas aliorum coniuges occupatus poteſt vacare domeſticæ ſanctitati, & vxor cùm in tale inciderit matrimonium, exemplo ipſo incitata aut imitari ſe putat, aut vindicare.* Cauendum igitur, ne occaſionem vitiis noſtrâ intemperantiâ demus, ſed aſſueſcant inuicem mores duorum, & iugum paribus animis ferant coniugati: nos ipſos in altero cogitemus. Nam fere in hoc iuſtitiæ ſumma conſiſtit, vt non facias alteri, quicquid ipſe ab altero pati nolis. Ita Dauid, quod patrauerat contra Vriam illius violando vxorem, paulò poſt in ſuis vxoribus ab ipſo tam infido, quàm impuro filio Abſalone multò quàm in duplo paſſus eſt.

Adulteri viri adultera pariter vxor.

Adulter adulterā facit vxorem.

Quintil.

Adulterum vxor adultera, vel imitatur, vel vlciſcitur.

Nemo alteri faciat, quod ab illo pati non vult.

8. Porrò autem mulieris ad libidinem tentatione nihil viro, adoleſcenti maximè, periculoſius poteſt accidere, de qua ſcilicet, vis humana etſi multum laboret, ſola Dei gratia tentatum eripit illæſum. *Qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio;* dicebat in ſuo cantico Abachub Deum alloquens, cap. 3. neminem (quod diligenter expendendum eſt) ſeſe arbitretur equitem ex hominibus: etiam, qui Deo ſeruiunt, Deo obediunt, & in quibus quodammodo iam ineſt ſaluatio; vnde dicuntur quadrigæ ſaluatio: ſed electiſſimi, & fideliſſimi quique eò tantùm aſcēdunt, vt equi, & quadrigæ appellentur; ſimile quid legimus de Eliſæo: *Vidit & ecce mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Eliſæi.* 4. Reg. 6. Vtrobique apparent equi, currúſque; ſed B non equites; an ne palantes per agros ſubſultabant equi, & currus ab equis temere ferebantur? vbi ſeſſores equorum, vbi quadrigarum aurigæ? Audi S. Hieron. qui rem ita diſcutit: *Diligenter attende, quod equi videntur, & currus; & tamen in tot millibus equorum & curruum nullus aſcenſor. Horum ille erat auriga, & rector; de quo Pſalſ. 79. Qui ſedes ſuper Cherubim.* in 3. cap. Abachub. Deus regit: nunc incitat, nunc inhibet moderator ille, ſeſſórque; Dei eſt, quod curramus, Dei quod non, & labamur, & ceſpitemus, Dei quod vincamus.

Periculoſa viro à muliere tentatio.

Abach 3.

4. Reg. 6.

D. Hier.

Dei eſt quod non vincamur.

9. Non humanæ virtutis eſt, ſed diuinæ gratiæ quòd homo (vti vocat Apoſtolus) animalis, prauóque ingenio, ardentíque fomite illecebra- C rum non adhinniat (vt loquitur Propheta Ierem. 5.) ad illicitam carnis voluptatem. Illi ergo (ſi vincimus) immortales gratiæ, quod idem Propheta ſuo illo in carmine feciſſe ſe memorat. *Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quaſi ceruorum.* Abachub 3. Senſus eſt; ſi qua mihi eſt fortitudo, tota illa eſt Deus meus, qui mihi præſtò adeſt, armat me ad pugnam, iuuat certantem, debellat ipſe hoſtem ad vitia incitātem. Spectatur autem illhæc Domini mei fortitudo, illud auxilium, iſta de meis tentationibus victoria in eo, quòd ponit pedes meos quaſi ceruorum: expeditum me agilémque reddit, vt quàm velociſſime fugiam quicquid illecebrarum, & occaſionum ad peccandum mihi ſeſe poteſt of- D ferre. Pugno ceruus, non leo; fugiens, non congrediens; in fuga ſalus, in fuga triomphus. Vides, vt Propheta vtrobique rem eandem ſignificet, per equos, quadrigaſque antea, nunc per ceruos, in quibus pernicitas pedum miraque in currendo velocitas ineſt? Vt intelligas, illos de huiuſmodi præliis euadere victores, qui vel equi, vel cerui ſint; videlicet, qui fugiant, currant, ac volitent. Hoc ipſum proclamat Apoſtolus: *Fugite fornicationem*, 1. Cor. 6. Nemo tutus in congreſſu eſt; nec diu quis pugnat, quin aut vincatur, aut ſaltem lædatur. Qui verò impugnatus vincit Deo, non ſibi adſcribat victoriam; nihil enim homini infirmius, nihil vinci facilius. Et tamen ſunt, qui in vaſis fictilibus illæſum diui- E næ gratiæ cuſtodiant theſaurum, qui ſuo in luto dæmonum reſiſtant inſultibus, & hoſtilem retundant perfringántque mucronem: ſed in Deo tamen.

Ierem. 5.

Tota noſtra fortitudo in tentationibus Deus eſt.
Abach 3.

Fugiendo vincitur libido.

1. Cor. 6.

Victoria hominis de carne à Deo eſt.

10. Diuinæ quidem virtutis opus, Chriſti gratiæ miraculum, quod Propheta vidit admirabundus. *Hæc oſtendit mihi Dominus: & ecce Dominus ſtans ſuper murum litum.* Amos 7. Legunt L X X. *murum adamantinum.* Res quidem mira; murus litus, ſiue calce incruſtatus ac ſimul adamantinus; calx, aut imbre ſoluitur; aut etiam (quod

Amos 7.
Grāde Chriſti gratiæ miraculum circa hominem.

quotidie

quotidie videmus) ſolo maris halitu diſſipatur; plane fragilis, & inconſtans; contra verò adamas lapidum omnium duriſſimus. Quid ergo ais ſancte Propheta? dicis murum litum calce, non quidem duratum ſed tantummodo illitum, ſiue vt vertit etiam S. Hieron. ſtagnatum, hoc eſt, calce dealbatum? Dicis itaque murum fragilem, ſimulque fortem: ſolubilem pariter, & expugnabilem; & calcis nitorem vnaque adamantis rigorem? Planè vtrunque inuenitur in homine, cuius ille murus typum gerebat; nihil homine infirmius, ſi hominis ſpectetur ingenium, maximè poſt peccati corruptionem: leui quocunque tentationis halitu diſſoluetur: at eodem nihil firmius, ſi diuinæ gratiæ præſidio roboretur. Inuicta ſtat humanæ carnis malè conſtructa maceries, etiamſi ab omni prauorum ſpirituum exercitu impugnetur, cùm illam Dei manus adamantina trulla illinit, redditque ſuâ gratiâ duram, fortem, inexpugnabilem.

Homine fragili nihil fortius ex diuina gratia.

11. Hinc eſt quòd Hieremias ad tanti miraculi magnitudinem ſtupens exclamat: *Quomodo confractus eſt, & contritus malleus vniuerſæ terræ?* ca. 50. aduerſarius nimirum generis humani prauis, & impuris tentationibus inſtar mallei fragilem noſtræ naturæ parietem identidem contundit. At ſæpenumerò fruſtrà laborat, confractóque malleo delaſſatus ab illæſo pariete abſcedit. Vnde hoc? tundit parietem luto calcéque, malè conſtructum, facilem diſſolui; ſed quia ſuper lutum, & calcem trulla eſt adamantis inducta; qui ſuâ naturâ infirmus primo quoque ictu ſolueretur, fortitudinem adamantis induens, nullo dæmonũ incurſu poteſt expugnari. Nemo facilè complectetur numerando infinitam multitudinem fidelium vtriuſque ſexus, & (quod pluris faciendum eſt) etiam in ipſo ætatis flore, qui puritate mentis, & corporis in mediis tentationum flammis illibatam ſeruarunt, & qui in luteo pariete contra omnes malorum ſpirituum incurſus adamantinam virtutẽ de inferno ipſo triumphantes præbuerunt. Ceciderat olim Dauid infami planè ruinâ in adulterium cum homicidio perpetratum: at pœnitentiæ funibus in altum ſubleuatus eſt. Quamobrem ne deficiat aliquis, aut de ſe ipſe deſperet, ſi libidine impulſus in turpitudinem lapſus eſt. Poteſt enim reduci, ac liberari, ſi eum pœniteat actorum, & ad meliora conuerſus ſatisfaciat Deo. Cur enim deſperemus clementiam Dei patris pœnitendo poſſe placari? Ergo idem Dominus, ac parens indulgentiſſimus remiſſurum ſe pœnitentibus peccata promittit, & obliteraturum omnes iniquitates eius, qui virtutem denuò cœperit operari: ſicut enim nihil prodeſt malè viuenti anteactæ vitæ probitas; quia ſuperueniens nequitia, iuſtitiæ opera deleuit: ita nihil officiunt peccata vetera correcto, quia ſuperueniens iuſtitia labem vitæ prioris aboleuit. Labi quidem, imbecillitatis eſt humanæ; à lapſu autem exurgere, diuinæ virtutis eſt, & humanæ felicitatis.

Ierem. 50.

Homo luteus per Christi gratiam adamantinus.

Infiniti propè fideles de carne triumpharunt.

Magna vis pœnitentiæ.

Fiducia pœnitentis in Dei miſericordia.

Pœnitenti & correcto non obſunt vetera delicta.

12. Prætereà nemo poteſt eſſe tam prudẽs, tã circumſpectus, vt (deficiente Dei gratiâ) aliquãdo non labatur. Et iccircò Deus imbecillitatem noſtram ſciens pro ſuâ pietate aperuit homini portum ſalutis; vt huic neceſſitati, cui fragilitas noſtra ſubiecta eſt, medicina pœnitentiæ ſubueniret. Ergo quicunque aberrauerit, referat pedem, ſéque quàm primùm recipiat, ac reformet: vt quemadmodum labentem in flagitia Dauidem eſt ſecutus, ad meliora mox redeuntem conſe-

Ben. Fernand. in Geneſ. som. 3.

A quatur: qui ſcilicet Deo præſentem à lapſu felicitatem referens acceptam dicebat: *Qui perfecit pedes meos, tanquam ceruorum.* Pſal. 17. *nimirum immaculata* (vti explicat Theodoret.) *facta eſt via mea, poſtquam perfecti ſunt pedes mei tanquam ceruorum; potui namque calcare ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici.* in 2. Cant. Vides, quod ſuprà tetigimus, caſtitatis victoriam in fuga maximè ſitam eſſe? Spectabitur huiuſmodi pugna, & victoria fugientis Ioſephi in eo, quod Moyſes infrà extruet theatro. Vnde profugiens cantabit: *Deus Dominus fortitudo mea poſuit pedes meos quaſi ceruorum. Et ſuper excelſa deduxit me victor in Pſalmis canentem.* Abachub 3. legunt LXX. *ſuper excelſa ponet me, vt vincam in cantico eius.*

Mira Dauid poſt peccatũ vita correctio.

Pſal. 17.

Theodor.

Faciendo, quàm colluctando, potius vincimus.

Abach 3.

B Vtrunque verum eſt, & quod Dominus victor ſit, & quòd homo vincat. Dei ſcilicet gratia eſt quòd homo vincat, potiúſque Deo adſcribi debet, quã humanæ induſtriæ, victoria hominis; ille perfecit iſti pedes, ille ceruorum, & equorum pernicitatem iſti donauit; vt fugeret, vt ſe à periculis eriperet; ille iſtum ſuper excelſa poſuit ab hoſtibus ſecurum; extra ſalum, fluctus, & procellas in portu ſaluum collocauit; ille victor facit, vt iſte vincat, & quidem in cantico illius, non iſtius; tota ſiquidem victoriæ laus & gloria triumphandi, Dei, non hominis eſt.

Dei eſt quod vincimus.

Tota laus noſtra victoria, Dei eſt.

13. Benè igitur Propheta: *Deducet me victor, ſiue victori in Pſalmis canentem.* Senſus eſt, vti explicat S. Hieron. *Vt cùm ab agonotheta* IESV *qui*
C *primus in agone ſuperauit, præmium fuerit cantantibus poſitum; Ego vincam in carmine eius, ſcribámque panegyricum triumphantis.* Chriſtus Dominus in nobis vincit; Chriſtus in nobis triumphat; in nobis coronatur; atque icircò Chriſti gloria decantatur à nobis, non verò noſtræ laudes, quæ nullæ ſunt, aut decantari, aut etiam memorari poſſunt. *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Pſalm. 113. *Dicunt boni* (declarat S. Hieron.) *non noſtrum meritum nos liberauit, ſed tua poteſtas, vt nomen tuum glorificetur in omnibus gentibus.* Hinc enim vel maximè præcipuus finis eſt omnium Dei operum, atque adeò beneficiorum, quæ in homines confert; vt ſcilicet nomen ſuum glorificetur. Quare (vt ſic interpretatur S.
D Baſil.) *non vt nos illuſtriores reddat, ſed vt ipſe potentiam ſuam vbique manifeſtam faciat. Non nobis Domine, non nobis*, inquit Propheta, *oſtendens* (occurrit S. Chryſoſt.) *indignitatem eorum, qui ſeruantur. Nos quidem ſumus digni malis innumerabilibus: ſed vt nomen tuum glorificetur.* Hæc autem miſericordia in liberandis, & ſeruandis hominibus; quæ præſtatur à Domino maximè hoc loco intelligitur præſtari verè pœnitentibus, & à deterioribus ad meliora conuerſis. Eam quippe non ſemper concedit; imò & interdum iis denegat, qui patientiâ Dei abutentes in ſuorum vitiorum cœno diutiſſimè perſeuerant.

Abach. 3.

D. Hier.

Deo, non nobis, gloria & laus.

D. Hier.

S. Baſil.

Dei gloria finis omniũ illius operũ.

S. Chryſ.

Dei miſericordia in conſeruandis & liberandis hominibus.

14. Quare (vt optimè animaduertit S. Chryſoſt.) *non idem ſemper facit Deus* (ſcilicet ſeruan-
E do ſperandóque) *hominum ſalutis curam gerens. Si enim hoc ſemper faceret, multi ſocordes fierent, & deteriores, quòd nihil mali paterentur, maximũ pignus haberent, nempe, quòd propter eius gloriam perpetuò ſeruarentur; ſed res non ita habet. Neque enim Deo ſua gloria tanta eſt curæ, quanta ſalus hominum.* Suam Deus quærit gloriam, & propter illam, & recipit pœnitentes, & impœnitentes condemnat: vt alij ſcilicet horum exemplo ſimilem damnationem timentes ad meliorem ſe frugem recipiant. At quàm magna illa mirandáque, ſed Dei bonitate

D. Chryſ.

Multis Dei miſericordia denegatur.

Noſtræ ſalutis potior eſt cura Deo, quàm ſua gloria.

ctotiis coronatur, tot etiam triũphis honoratur. A

Tertul.

10. *Nihil ergò* (ait Tertul.) *viduitati apud Deum ſubſignatæ neceſſarium eſt, quàm perſeuerare.* lib. ad vxorem. de nupt. cap. 4. Huiuſmodi viduæ ſic Deo gratæ, acceptæque ſunt, vt illarum ſe ipſemet patronum, ac tutorem prædicet. Sic enim per Iſaiã: *Defendite viduam*, cap. 1. Vbi Tertul. *Quanto eſt vidua ipſa, cuius aſſertor Dominus diſputabit?* lib. ſupra ad. cap. 8. Ergo Thamar iuſſu ſoceri in domo patris vidua honeſtè viuens maturam coniugio tertij mariti præſtolabatur ætatem. At ô ſi durarer! bona quidem initia, ſed mali exitus. Eſt enim ſuoptè ingenio mulier impatiens moræ: quam iſta demum pertæſa, turpe quidem facinus, execrandúmque aggreditur. Satiùs illa peteret à ſocero facultatem alteri nubendi. Cæterùm in eo B laudabilis, quòd non ex alia, quàm Abrahami ex ſtirpe prolem expeteret; in eo etiam, quòd non ad libidinem, ſed ad prolem coniungi vellet marito, vt ſterilitatis opprobrium vitaret, non minimum laudari debet. Neque propterea quod etiam ad iuſtam, & legitimam coniugij voluptatẽ, vt ita, ſcilicet, concupiſcentiæ ſeſe vltra limites temperantiæ, iuſtitiæque effundenti medeatur, culpari mulier debet. Enimverò, & in prolem, & in remedium concupiſcentiæ à Deo eſt matrimonium inſtitutum.

Iſai. 1.
Viduarum tutor Deus.

Mulier impatiens moræ.

Inſtitutum coniugium ad prolem, & in remedium concupiſcentiæ.

11. *Quare* (vti ſcribit S. Greg. Nazianz.) *cunctis in hæc duo diuiſa eſt vita, ſcilicet in matrimonium, & cælibatum, atque hic quidem ſublimior, ac diuinior eſt; verùm laborioſior, & pericloſior; illud autem humilius, ſed tamen tutius.* orat. 11. Verùm enimverò C licèt iuſtum ſit habendæ prolis deſiderium, non iccircò tamen Dei lex violanda erit; nec in mundo quicquam eſſe aut fingi poteſt, cuius ergò liceat vllo crimine Deum offendere. Rectè, ſanctéque primus Iudæ filius vxorem dilexit, ſed peſſimè tamen propter illius amorem, ne dilectæ ſpecies partubus deflorеſceret; eam execrando ſe flagitio inquinauit, nec Thamar deſiderio habendæ ex ſancta ſtirpe ſobolis nefariam iſtam, & ſpurcam ſtropham, quam in caput ſoceri ſtruxit, cum vitæ periculo debuit comminiſci. At imprudens mulier, per dolum, atque inceſtum, quo detecto ignibus tradenda eſſet, obtinere voluit, quod impatiens expectabat: nec tam citò, ac li- D citè poterat adipiſci. Optimè illud Imperator Theodoſius dicere conſueuit. Fœminarum conſilium aduerſus propria commoda laborat, &c. Cauſam exiſtimo illam eſſe, quod nimio affectu, modicâ, vel nullâ prudentiâ reguntur. *Eſt enim mulier* (authore philoſopho) *anxia, & deſperans magis, quàm vir, atque imprudentior, & mendacior, facilíorque decipi.* Ariſtot. 9. de hiſtor. animal. Videat, qui volet Aluarum Pelag. lib. 2. de planctu Eccleſiæ, vbi centum, & duo notat fœminarum vitia; putarim ego virorum vitia quod plura ſint, ab illo nequaquam numerari, ſeu (quòd fortaſſe potius eſt) in ſummam præ ſua multitudine redigi non poſſe. Verùm quicquid Ariſtoteles, & priſci authores de fœminarum vitiis ſcripſerint, E ſatis nobis hodie ſit ad eorum occultanda vitia, & virtutes celebrandas, quod fœmina Deum hominem pepererit, omniſque ſanctitatis pelagus, virtutum abyſſus, gratiarum theſaurus, Virgo mater extiterit. Nec mihi vnquam placeat, nec libeat contra fœminas, aut concionando, aut ſcribendo inuehi, cùm videam Deum hominem, non viri vllius, ſed vnius fœminæ, Virginis filium (fortè in matris ſuæ gratiam) nunquam in Euangelio contra mulieres prædicaſſe, aut vllo A vel tenui verbo illarum vitia perſtrinxiſſe; cùm tamen virorum flagitia, ſiue principes, ſiue Reges, ſiue magiſtratus, Scribæ, Doctores, Pontifices, fuiſſent, crebris docendo, & prædicando aculeis pupugiſſe videatur.

D. Greg. Naz.

Sublimior cælibatus, quàm coniugium.

Incommodũ fœminæ conſilium.

Multa in fœminis vitia, plura in viris.

B. Maria decus mulierum.

Nunquam Chriſtum contra mulieres prædicaſſe legitur

12. Veniens ad greges Iudas, vt data mulieri pignora vindicaret, hœdum, quem pacto promiſerat, famulo tradit mittendum fœminæ; iuſta eſt enim corporis merces, etſi fuerit actio illicita, de quo Nauarrus, & Syluestrus conſule. Ad biuium illud accedens famulus mulierem haud inuenit: abierat illa compos iam voti facta, déque techna ſibi (vt videtur) egregiè ſuccedente mirum in modum geſtiens: etſi (quod in fœmina vti rarum, ſic laudabile eſt) de concubitu illo nihil vl- B li mortalium aperuit: fœminarum quippe ingenium, vſque adeò leue eſt, pertuſum, inconſtans, garrulum: vt nec propria, nec aliena (quæ prodere nefas ſit) ſecreta occultare, vel ſciat, vel queat. Certior factus Iudas, quòd mulier non comparuerit, libens remiſit pignora, etſi hœdo longè pretioſiora. Vt hinc videas, quantum ſoleat dementare hominem libido, quippe cùm Iudas annulum, torquem, ſiue armillam pro vno hœdulo pignori dederit. Ingentia profectò miſeri, cæcique adoleſcentes patrimonia meretricando paſſim (vti boni lamentantur) conſumpſerunt, & breui ſuam omnem, quam à patre acceperat hæreditariam ſubſtantiam prodigus ille cum meretricibus profudit.

Secretũ celare neſcit mulier.

Libido prodigos facit.

C 13. Porrò quid factum fuerit de muliere ignarus Iudas omiſit ampliùs inquirere. Ac prudenter quidem ſeſe continuit, nam ſi curioſiùs adhuc rem ipſam diſcuteret, futurum proculdubio eſſet, vt ſuo in vulgus detecto flagitio inſignem incurreret infamiam. Amittantur (inquit) annuli, armillæ; bonorum omnium temporalium fiat iactura, modò fama, honorque non periclitetur. O egregium in regimine conſilium! Quænam obſecro iſthæc aliquando regentium prudentia eſt, vti dum exactiùs inquirere volunt occulta, vel ſemiocculta, faciant in vulgus publica; & quæ latentia facili poſſent remedio ſanari, per nimiam illorum inquiſitionem euulgata protſus immedicabile contrahant malum infamiæ? Scitè D igitur Iudas cùm non compareat mulier: Habeat (inquit) ſibi, certè mendacij arguere nos non poteſt, &c. Hebr. Ne & nos ſimus contemptui. hoc eſt, imponamus rei ſilentium, etiam perditis, quæcunque pretioſa fuerint, ne res publicetur. Ne Iudæ inceſtus in ore, & in auribus ſit mortalium; præſtat auri, quàm honoris; ſubſtantiæ, quàm famæ ſubire diſpendium.

Tectis flagitiis conſulendum honori.

Malè prelatus occulta delicta vulgat ad infamiam.

Silẽtio multa curãtur.

14. *Fornicata eſt nurus tua.*] Ergo iam ad partum mulier matura prodi cœpit, iactaríque in vulgus. Acceptâ proinde ſocer prægnantis nurus inſaniâ mirum in modum excanduit: præceps non auditâ reâ, damnauit miſeram incendio iudicis, videlicet autoritate, quam in eo facinore pater familiàs habebat, de qua cenſebatur etiã nu- E rus, maximè, quæ credebatur nuptura Selæ filio Iudæ. Atque in primis magna illis ſeculis fuit continentiæ etiam vidualis obſeruatio, cùm non modò adulterij conuictam in matrimonio, ſed etiam in viduitate fœminam comburi, aut lex, aut mos indixerit. Niſi fortã, quia Thamar velut ſponſa Selæ habebatur, iudicium coniugatæ adulteræ ſubibat, *Producite* (inquit) *illam vt comburatur:* nimirum vti e parentum domo, grauida quæ erat in carcerem deferretur vſque ad partum, quo peracto miſera incẽdio plecteretur. Vide hîc quàm

Continentia vidualis obſeruatio priſtis ſeculis.

Seueri iudices in alios, in nos mitiſſimi.

quàm ſeueri iudices in alienis defectibus; In noſtris autẽ ſimus mitiſſimi. Sæuit Iudas in adulterã nurum, nec ſe inceſtus reum meminit. Sic Dauid ſeuerè admodũ voluit diuitem pauperis ouis occiſorem ſuſpendio punire, non ſe interim adulterum, & homicidam agnoſcens, & aduerſum ſeipſum ignorans mortis ſententiam tulit. Prudenter verò egit mulier, quæ cùm duceretur ad pœnam (habetur in textu) miſit ad ſocerum ſuum, dicens: De viro cuius hæc ſunt, concepi; cognoſce cuius ſit annulus, & armilla, & baculus. Miſit quidem Iudæ pignora palàm, vt conſtaret omnibus eam ex ſocero grauidam: & ideò vel vtrúnque plectendum, vel vtrumque abſoluendum. Obſtupuit (vt fas eſt credere) Iudas, valdéque hominem puduit, quòd ſuum videret in vulgus prodi flagitium. Profectò ſi vnuſquiſque noſtrũ ſua nollet ſcelera in publicum proferri, pudore ipſe ſuo perfuſus de reliquorum vitiis mitius, aut nullo modo ageret.

Sua quiſque vitia cognoſcẽs de alienis nõ aget.

15. Ergò Thamar iuſſa comburi ſocero ipſo Iuda ſententiam ferente, delicti ſui conſortem aperuit eundem, qui damnabat iudicem; delictũ delicto retundens, & iudicis linguam detecto illius crimine refrænans. Ita etiam Ioab militi, qui nuntiaturus belli ſtatum, & aliqualem exercitus ſtragem Dauidi, mittebatur; dixit. *Si eum videris indignari, dices: etiam Vrias ſeruus tuus occubuit.* 2. Reg. 11. Regi propter acceptam cladem indignanti expue in faciem ipſius homicidium; iuſſu, inquam, Regis deſertum in prælio à ſuis Vriam, & ab hoſtibus permiſſuro trucidari. Planè proprij ſceleris auditi pudore, ſtimulantéque intùs conſcientiâ iram omnem deponet, quieſcet mutus, & elinguis; talem ergò ſe præſtitit Dauid. Quaſi alapâ ingenti percuſſus Iudas de comburenda nuru ne verbum quidem amplius adiũcere fuit auſus; imò faſſus eſt ingenuè: *Iuſtior me eſt.* Hebr. *iuſtificata eſt ex me.* hoc eſt, præ me poteſt iuſta cenſeri. Enimverò licèt illa plus peccarit ſcienter inceſtum committens; ego verò minùs, ſolam ſcortationem volens committere; attamen grauius ego peccaui, illa multò leuius. Me ſola impulit libido, illam ſolus amor prolis habendæ ex ſtirpe ſancta Abrahæ. Præterea totius mali cauſa extiti, quod diu expectatum, & ſæpiùs poſtulatum mulieri denegaui maritum. Me illa decepit, ſed in vltionem: iniuſtior ego, quàm quæ iniuriâ eſt prouocata. Verùm (quod ſeriò animaduertere oportet) iuſtior hîc ſignificat minus iniuſtam. Peccarunt enim ambo, nec vllâ ratione debent, aut poſſunt excuſari. Reſpondet quidam non peccaſſe, quia myſterioſè id egerunt. Ridiculum hoc eſt. Similiter enim Aman inceſtum; Dauidis adulterium, Abſalonis perduellionem, & plura huiuſmodi à peccato abſolueret; cùm in veteri teſtamento cuncta illis in figura contigerint. Quod ſi S. Chryſ. homil. 52. in Geneſ. Theodoret. quæſt. 94. S. Ambroſ. in Lucam videntur illos excuſare; planè non à crimine, cùm vterque proculdubiò peccarit; ſed virum ab inceſtu, mulierem ab affectu libidinis excuſant. Dimiſſa igitur mulier, ſocero abſoluente, Selláque iniuriam remittente nunquam amplius nupſit, ſed vidua permanſit.

2. Reg. 11.

Proditũ crimen pudore ſuffundit, & mutum reddit autorẽ.

Ingenua peccati confeſſio.

Excuſari nõ poſſunt delicta licèt myſterioſa habeantur in Scriptura.

16. Benè id quidem. Iudas abſoluit ream. Sella iniuriam remiſit; abiit poſt tam immane flagitium mulier, impunita fuerit (vt aliàs crebrò fit) talis hominum iuſtitia. Sed cur Deus æquiſſimus liberam ſinit abire, impunéque viuere tam graui notatam facinore? Nimirum, quia miſericors, & patiens eſt: ad miſericordiam commouet infirmitas carnis, luti figmentum, quod vnuſquiſque noſtrum eſt. *At ideo patiens eſt* (inquit S. Auguſt.) *quia æternus eſt*, in Pſal. 91. Dictum egregiè. Hic enim ordo (vt docent Theologi) agnoſcitur in diuinis attributis, vt (licet omnia in Deo ſint vnum, quippe cùm Deus ſit ſimpliciſſimus) aliud tamen ex alio naſci, aliud ad aliud ſupponi conſideretur. Igitur in hac Theologia loquitur D. Auguſt. Deus patiens eſt, quia æternus eſt; ſcilicet Dei patientia, ex æternitate quodammodo naſcitur, & æternitas Dei ſupponitur ad Dei patientiam. Hoc ipſum ita euoluo. Patiens Deus fuit in peccato Adami, quia æternus eſt: patienter illud tulit, nec peccatum ſtatim occidit, atque in gehennam detruſit, quia cùm ſit æternus, illique omnia ſint in puncto ipſo æternitatis præſentia, iam clarè, præſentérque videt Adamum ipſum pœnitentem, videt ex eo propagatum genus humanum, ab illo infinitos propemodum iuſtos, quin etiam Deum hominem factum, & Virginem Dei matrem ab illo procreandos, atque in ipſa iam æternitate procreatos.

D. Auguſt.

Æternitas ad patientiã Dei ſupponitur.

Deus patiẽs quia in æternitate omnia habet præſentia.

17. Deus patiens eſt, quia æternus eſt. Idcircò Saulum adhuc ſpirantem minarum, & cædis patienter tolerat, non autem de medio tollit, non detrudit in barathrũ, quia æternus eſt, quia cùm illi omnia ſint præſentia (æternitas enim ſimul omnes temporum differentias complectitur) videt iam illum ex Saulo Paulum, ex perſecutore prædicatorem gentium, denique Apoſtolum poſt infinita laborum pro Chriſto exacta certamina; Romæ pro fide Chriſti à Nerone decollatum. Quid tu Domine IESV peccatricem illam in ciuitate mulierem ſic patienter feras? quia vt eſt æternus iam Domino præſens eſt mulieris pœnitentia; iam videt proiectam Magdalenam lacrymis Domini pedes rigantem, capillis tergentem, dein amore diuino flagrantem, in Maſſiliæ ſyluis abditam, cœleſtibus aſſociatam choris, vno verbo patiens, quia æternus, ideóque venit vocare peccatores, vt quos patienter tulit, ad pœnitentiã adduceret, iuſtóſque & ſanctos faceret: Quòd ſi æternus nõ foret, nec futuræ iam omninò præſentia cerneret, vtique non patienter ferret, non expectaret ad pœnitentiam: atque adeò nullum haberet iuſtum, nullum amicum; quippe qui, non niſi de iniuſtis iuſtos, de inimicis fecerit amicos. His itaque vtcumque explicatis reſpondeo ad quæſitum; Deus ideò ſinit liberam abire, impunéque viuere iſtam mulierẽ tanti ream flagitij, ideò patienter illam tolerat, quia cùm ſit æternus futura iam habet in oculis præſentia, videt ex illa naſcituros geminos filios, atque ex illis Reges æquiſſimos, Prophetas ſanctiſſimos, demúmque (quod ſupra omnem dignitatem eſt) Deum hominem, illiúſque matrem Virginem ducturos originem, quæ omnia impedirentur mulieris illius damnatæ flammis interitu.

Tolerat Deus peccatorem Saulum, quia iam videt Paulum.

Tolerat Deus peccantes, quia eos iam videt pœnitẽtes.

Thamar non crematur quia ex illius ſanguine naſciturus Meſſias.

18. Quid quod omnes fideles è gentibus procreati haud dubiè Chriſtum non agnoſcerent, nõ adorarent, niſi Deus patiens eſſet quia æternus. Nam quia videbat futurum vt Chriſtianus populus eſſet è gentilium nationibus ad Dei Eccleſiã congregandus, idcircò infinita, & infanda gentilitatis flagitia patienter tot ſeculis tolerauit. Spinarum ſyluis ne immiſſo igne cremarentur, pepercit, eò quòd videbat eadẽ iuſtorum roſaria mox naſcitura. Hinc egregiè dicitur à S. Ambroſio: *Patientia mater fidelium*: enarr. 1. in Exod. Ex eo ſcilicet, quod eſt in Deo patientia tolerantur

Tolerauit Deus gentilitatẽ, quia ex illa futurus populus fidelium.

D. Ambr.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

Bb 3 mali,

mali, & ex malis fiunt boni; & ex eo qui nunc A
Mahometanus, aut gentilis, aut etiam peccator
fidelis eſt, naſcetur Chriſtianus, iuſtus, & ſanctus.
Dei patientiæ debemus quod ſumus.
Igitur Dei patientiæ debemus, quòd toleremur
in mediis ipſis ſceleribus, quod non puniamur,
quod in mortem æternam non præcipitemur: at-
que adeò quòd à turpitudine ad honeſtatem, à vi-
tiis ad virtutes, à peccato ad gratiam, à diabolo ad
Deum conuerſi, ſempiternam denique beatitudi-
nem conſequamur. Benedictus igitur ſit Deus no-
ſter, qui nos tolerat, benedicta illius patientia, cui
quod viuimus, quod ſumus, quod habemus, quod
Dei patientia mater fidelium.
ſperamus, quod in cœlo erimus, debemus: noſtra
eſt mater Dei patientia, quæ nos planè concepit,
& peperit; quæ natos alit, adultos fouet, à malis
liberat, bonis replet, in vita conſeruat, in morte B
defendit, ſolatúrque, atque in cœlum traducit.

19. *Inſtante autẽ partu.*] Obſtetrix (vt videtur)
manu ad vterũ admotâ cognouit duos intùs mo-
tari, & inter ſe quaſi colluctari, vter eorum prior
exiret. Igitur vni, qui priùs manum extulit, cocci
bis tinctum, ſeu dibaphum filum innexuit, vt de-
inde cóſtaret vter eſſet primogenitus. Sed cur fi-
Rubro filo arcetur à pueris faſcinus.
lum coccinei coloris? quia fortè ad manum, non
aliûs coloris; vel quia vetus ſuperſtitio fuit, vt
& hodie pluribus in locis habet, huiuſmodi co-
loris licio, vel tænia faſcinum à pueris arceri. At
contrà accidit: ille ſiquidem retraxit manum, al-
ter verò priùs ſeſe effudit, diſrupítque ſecundi-
nas, maceriam vocat obſtetrix, atque idcircò no-
men habuit infans Phares, quæ vox Hebr. ſigni- C
Dan. 4.
ficat *ſeparationem*, ſiue *diuiſionem*, vt exponit Dan.
cap. 4. *Phares diuiſum eſt regnum*, &c. Dein quo fa-
cto interuallo non conſtat, ſed multum eſſe non
debuit, alter gemellus prodiit, cui nomen inditũ
Zara. Hebr. *Oriens.* Planè ſic habet multorum ho-
die ad virtutem conatus, & quædam velut ad vi-
tam gratiæ natiuitas. Apparent tantulum, forâs
manum exerunt; dein confeſtim retrahunt, eodẽ
Tarditas in conuerſione ad virtutẽ. Iſai. 37.
vbi latebant ſeſe recondunt. Quam infelicitatem
deflebat Propheta: *Venerunt* (inquiens) *filij vſque
ad partum, & virtus non eſt pariendi.* Iſai. 37. Con-
cipiunt aliqui ſpiritum ſalutis, melioris vitæ ſta-
tum geſtant in animo: nihil eſt magis in prom-
ptu, quàm vt conceptum pariant, vel exuendo
veterem hominem, nouúmque induendo, vel re- D
Boni conatus, ſed non acceſſus ad bonum.
ligioſam vitam aggrediendo: at miſeri ad partum
non accedunt. Simile cuidam ſcribit S. Bernard.
*Quid tardas ipſum, quem tam dudum conceperas, ſpi-
ritum parturire ſalutis? Nil mortalibus, vel morte cer-
tius, vel incertius horâ mortis. Siquidẽ tanquam fur in
nocte ita veniet. Væ prægnantibus in illa die.* ep. 105.
D. Bern. Incautos opprimit mors.

20. Multos inſperata mors intercepit prægnã-
tes, pleróſque parturientes, ſed nondum fœtu fo-
râs educto: fitque vt ad ſepulchrum, faxítque
Deus non etiam ad infernum, multi cum ſuis ſi-
mul bonis deſideriis, piíſque, ſed tamen irritis,
ad relinquendas vitiorum ſordes, ad emittendam
Bonis cum deſideriis & conatibus plerique ad infernũ vadunt.
ritè, Chriſtianéque ſcelerum confeſſionem, ad vi-
tam in melius, & ſanctius cómutandam, denique
ad Dei gratiam veræ pœnitentiæ, bonorúmque E
operum interuentu cum Dei præſidio compatã-
dam conatibus detrudantur. Vidit Propheta va-
riorum colorum, & quidem habiles corpore, pró-
ptóſque ad currendum equos: nec tamen pedem
mouebant. Cur ita? *Erant quidem inter myrteta.*
Zachar. 1.
Zachar. 1. O riſum, ô luſum, ô dedecus! En qui-
bus vincti ex ferro, aut chalybe catenis, aut no-
doſis funibus detinentur equi ad ſtadium appo-
ſiti? leniſſimis vtique oculiúſque firmitatis, ex
myrto ramuſculis, aut verò etiam foliis conſtrin-
guntur equi. Sic fieri ſolet aliquando, vt quis vel
Lenibus & ridiculis plerique nexibus impediti tenentur, ne Deo ſeruiant.
graui concione, vel interna Dei illuſtratione
ſic ſe efferat, ſic exultet ad melioris vitæ ſtatum
capeſſendum, ad piè, ſanctéque currendam diui-
næ legis viam: ſed ne tantulum quidem inde ſe
moueat ridiculis neſcio quibus mundanæ vani-
tatis nexibus, aut dicatis turpi Veneri foliis te-
neatur. Plena eſt nunc Eccleſia Dei piis fidelium
Pia deſideria, ſed nulla opera.
ad virtutem, aut ad perfectionem deſideriis, &
conatibus, ſed illorum operibus vacua. Heu nos
miſeros; quid aliud obſecro videmur, quam pe-
riſtromatum armati homines? ſtat pictus ſuâ cla-
uâ minitans Hercules: ſed nunquam dextram
commouet, aut clauam eiibrat. Stat equus, inſi-
det equo Æneas, Turnúſve; nec tamen aut ille
graditur, aut illum iſti commouent. Quid tandẽ
agimus, imò cur tandem nihil agimus? *Nolite*
(clamat Apoſtolus) *pueri effici ſenſibus.* 1. Cor. 14.
1. Cor. 14. Boni ad virtutem conatus, ſed irriti.
Vti Zara ferè iam in partu manum producimus:
ſed miſeri confeſtim illam retrahimus reticulum
quo innectimur, turpes noſtrorum ſcelerum ſe-
cundinas tentamus diſrumpere: bono quidem
auſu, laudabili conatu, ſed tamen irrito in anti-
quum noſtrum barathrum relabimur, atque in
conſuetum deuoluimur labyrinthum.

21. Plenus quidem eſt huiuſmodi partus my-
ſteriis; ſed illud potiſſimum à Patribus explica-
tur, de duobus populis Iudaico, & gentili. Illum
Zara, iſtum Phares ſignificauit. *Zara* (inquit S.
D. Iren. Zara typus populi Iudaici
Irenæus) *clarè manifeſtat eum populum, qui habebat
coccineum ſignum, id eſt, eam fidem, quæ eſt in præputio,
præoſtenſam primùm in Patriarchis, deinde ſubtractã,
& poſterior natus eſt, cognitus per ſignum coccineum,
quod eſt in eo, quod eſt paſſio iuſti.* lib. 4. c. 42. Benè ru-
bricanti filo notatur, & dignoſcitur populus Iu-
dæorum, cuius iam pridem manifeſta omnibus
terrarum gentibus eſt infamia propter occaſionẽ
IESV Nazaræni, quem perfidi crucifixerunt. Il-
lius ergò ſanguine tincti rubent adhuc quocun-
que vagi, extorréſque abeunt per orbem; maledi-
Iudæi rubẽt ſanguine Chriſti.
ctio ſcilicet illa viget, & in diem vſque iudicij
vigebit, à ſe ſibi ipſis irrogata. *Sanguis eius ſuper
nos, & ſuper filios noſtros.* Matth. 27. Vbi optimè a-
Matth. 27. D. Hier.
nimaduertit S. Hieron. *perſeuerat vſque in præſentẽ
diem hæc imprecatio ſuper Iudæos, & ſanguis Domini
non auferetur ab eis. Vnde per Iſaiam loquitur. Si le-
Iſai. 1.
uaueritis ad me manus non exaudiã vos; manus enim
veſtræ plenæ ſunt ſanguine. Optimam hæreditatem Iu-
dæi filiis reliquerunt dicentes: Sanguis eius, &c. Quòd*
Malã filiis hæreditatem Iudæi reliquerunt. D. Cyril.
verè Phares (inquit S. Cyril.) *prior egreſſus eſt, haud
obſcurum ſignum eſt, gentes priùs ad fidem vocandas,
quàm genus Iſrael. Coccinum verò ſanctiſſimum Chri-
ſti ſanguinem ſignat. Quis autem maceriam ſoluit, niſi
Chriſtus?* Itaque per Phares, qui prius egreſſus in
Phares typus populi Chriſtiani.
lucem prodiit, rectè ſignificatur populus Chri-
ſtianus è gentibus ad fidem, & gratiam congre-
gatus. Hic verè maceriam diſrupit, ſepem euer-
tit; quippe ſcandalum Crucis, & infinita alia ob-
ſtacula præcidens exiliit ad lucem fidei, prodiit
ad vitam gratiæ. In huius myſterij explicationem
ferè omnes ſancti Patres accipiunt hunc partum
Thamar. Vide S. Auguſt. lib. 22. contra Fauſtum
cap. 63. & lib. 64. & S. Ambroſ. lib. 3. in Luc. Vbi
latiùs in hoc eodem expatiatur argumento. S.
Chryſ. Rupert. Theod. ad hunc locum.

CAPVT

CAPVT TRIGESIMVMNONVM.

1. Igitur Ioſeph ductus eſt in Ægyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Iſmaëlitarum, à quibus perductus erat.

2. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis proſperè agens: habitauitque in domo domini ſui,

3. Qui optimè nouerat Dominum eſſe cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius.

4. Inuenitque Ioſeph gratiam coram domino ſuo, & miniſtrabat ei, à quo præpoſitus omnibus, gubernabat creditam ſibi domum, & vniuerſa quæ ei tradita fuerant:

5. Benedixitque Dominus domui Ægyptij propter Ioſeph, & multiplicauit tam in ædibus quàm in agris cunctam eius ſubſtantiam:

6. Nec quidquam aliud nouerat; niſi panem quo veſcebatur: Erat autem Ioſeph pulchra facie, & decorus aſpectu.

7. Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph, & ait: Dormi mecum.

8. Qui nequaquam acquieſcens operi nefario, dixit ad eam: Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua:

9. Nec quidquam eſt quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?

10. Huiuſcemodi verbis per ſingulos dies & mulier moleſta erat adoleſcenti, & ille recuſabat ſtuprum.

11. Accidit autem quadam die, vt intraret Ioſeph domum, & operis quippiam abſque arbitris faceret:

12. Et illa apprehenſa lacinia veſtimenti eius, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foras.

13. Cúmque vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptam,

14. Vocauit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis: ingreſſus eſt ad me, vt coiret mecum: cúmque ego ſuccla-maſſem,

15. Et audiſſet vocem meam, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras.

16. In argumentum ergo fidei retentum pallium oſtendit marito reuertenti domum,

17. Et ait: ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus quem adduxiſti vt illuderet mihi.

18. Cúmque audiſſet me clamare, reliquit pallium quod tenebam; & fugit foras.

19. His auditis dominus, & nimiùm credulus verbis coniugis, iratus eſt valde:

20. Tradiditque Ioſeph in carcerem, vbi vincti regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus.

21. Fuit autem Dominus cum Ioſeph, & miſertus illius dedit ei gratiam in conſpectu principis carceris:

22. Qui tradidit in manu illius vniuerſos vinctos qui in cuſtodia tenebantur: & quidquid fiebat, ſub ipſo erat.

23. Nec nouerat aliquid, cunctis ei creditis: Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

SECTIO PRIMA.

Igitur Ioſeph ductus eſt in Ægyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægyptius, de manu Iſmaëlitarum, à quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis proſperè agens: habitauitque in domo domini ſui, Qui optimè nouerat Dominum eſſe cum eo, & omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Inuenitque Ioſeph gratiam coram domino ſuo, & miniſtrabat ei, à quo præpoſitus omnibus, gubernabat creditam ſibi domum, & vniuerſa quæ ei tradita fuerant. Benedixitque Dominus domui Ægyptij propter Ioſeph, & multiplicauit tam in ædibus quàm in agris cunctam eius ſubſtantiam: Nec quidquam aliud nouerat, niſi panem quo veſcebatur.

1. INTERRVPTA Ioſeph aliquantulum hiſtoria propter Iudæ ſobolem, cuius erat futura omnium tribus illuſtriſſima ob Meſſiæ Regis ex eadem ortum, redit ad inceptum Moyſes. Igitur Iſmaëlitæ iam in Ægypto agentes vendunt puerum Ioſeph Putiphari: *Vbi nouis tentationibus vrgetur iuſtus: atque* (vt loquitur S. Chryſoſt.) *increbeſcebant naufragia: nec tamen ſubmergebatur gubernator; & cum validior inſurgeret tempeſtas, quaſi ad gubernacula ſedens nauim regebat.*

S. Chryſ. Mira conſtantia in aduerſis.

Ita ſuos ſeruos & amicos per viam laboribus plenam, conſtratam ſpinis, tribulationibus ſylueſcentem ducit Dominus. Sic eorum exercet patientiam, fidem probat, virtutem acuit: atque ad ſubeunda rerum aduerſarum certamina inſtruit B pariter, & corroborat. Quo in argumento egregiè idem Chryſoſt. ita diſſerit. *Animum ita comparemus, vt ſit aptus & idoneus ad omnia. Nam qui domum ædificat, non eò ſpectat, neque vt in eam non cadat pluuia, neque vt ad eam non veniat fulgur: hoc enim fieri nequit: ſed vt ad omnia ferenda apta ſit, & idonea. Et qui nauim fabricat, non aliquid agit, neque vt in eam non irrumpant fluctus, neque vt non excitetur maris tempeſtas: ſed vt nauis tabulata apta ſint ad omnia.* homil. 35. in 1. Cor.

D. Chryſ. Permittit Dominus tribulationes ad patientiam.

Vtraque ſanè ſimilitudo egregia. Non viuitur in terra ſine temporum iniuriis; idcircò ad eas arcendas ædificamus domum ex parietibus, ex tabulatis, in quâ lapides, & cæmenta, tecta, trabes, tegulæ; quibus illa optimè communita ventos illæſa excipiat, plu- C uias repellat, niues excutiat, & quamcumque aliunde vim illatam facilè retundat. Sic Dominus amicos ſuos egregia quadam ſtructurâ, velut pulchras, & magnificas, in quibus habitet, ædes ædificat; firmas quidem, benéque munitas; vt deinde magnis pulſatæ aduerſitatibus minimè concellantur. Sunt etiam viri iuſti, maximéque familiares Dei amici, non quidem rates; aut cymbæ in prædulcium aquarum fluentis, non tam nauigantes, quàm luſitantes: Sed lati quidam excelſique myoparones in ſalo poſiti, vt hinc inde ventorum procellis, & fluctuum vorticibus quaſſati, dein (quod eſt multò periculoſius) per vada ſyrtéſque; ac tandem cum ipſis naufragiis perenniter colluctantes ad portum requietis æternæ D dirigantur.

Iuſti ædes ſunt à Deo ſtructæ, & communitæ.

Iuſti naues ſunt excelſæ, fortéſque.

Itaque ſuos amicos Deus omnipotens non leuiter conſtruit, non malè compaginat, vt ad otium, & delicias ſecuri perſiſtant; ſed eos diligenti quadam fortique conſtructione ad pericula, ad procellas, ad naufragia confirmatos feréque inuictos in ſalum huius vitæ immittit.

Suos Deus ad labores cõſtruit tolerandos.

2. *Emit eum Putiphar eunuchus Pharaonis.*] Superiori ſectione præmiſimus Putipharem diuino ſupplicio exſectum fuiſſe, quod Ioſepho inferre ſtuprum voluiſſet, quod quidem Lyra, Rupert. & alij ſcribunt; ac D. Hieron. refert Hebræorum eſſe traditionem; ſed alij tamen irrident commentum; nam nec Moyſes rem tantam ſilentio prætermiſiſſet. Quicquid illud fuerit, certè conſtat duos fuiſſe huiuſce nominis Putiphares, vti docent S. E Auguſt. q. 136. S. Chryſoſt. homil. 63. imò & Ioſephus, Philóque idem inſinuant; Et quidem iſte, Ioſephi herus ſcribitur Putiphar, ſuúque Pharaonis protoſpatarius, à Ioſepho dicitur Petephres Pharaonis, coquorum præſes; at ille alius Sacerdos Heliopoleos ſcribitur Potipherah, vt euidenter conſtat ex cap. 41. vbi Moyſes ſcribit filiam iſtius Sacerdotis nupſiſſe Ioſeph. Igitur Putiphar ſeruum, quem ab Iſmaëlitis emerat, non inciuiliter, ſed (vt refert Ioſephus) *liberaliter ha-* A *buit, quem & diſciplinis ingenuorum erudiendum curauit, & victu commodiore, quam pro ſeruili conditione, vti præcepit; denique totius domus curæ præpoſuit.* nihil enim hominem magis commendat etiam ignotis, & barbaris, quam ingenuitas morum, ſimúlque cum prudentia, & grauitate, quædam oris modeſtia, & lenis in conuictu humilitas: quæ quidem omnia, vtpote animi egregia ornamenta, plus quàm ipſa formæ venuſtas, amabilem reddebant, & commendabilem Ioſephum. Idcircò arbitror cecini ſſe Prophetam: *Miſit ante eos virum; in ſeruum venundatus eſt Ioſeph*, Pſalm. 104. virum dicit, qui iuuenis erat vix egreſſus ex ephebis, ſeptendecim videlicet annorum. Certè non ætate, ſed morum canitie, ingeniíque grauitate, ac prudentiâ, vir & ſenex videbatur.

D. Chryſ.

S. Auguſt.

S. Chryſ.

Duplex fuit Putiphar.

Ioſeph.

Ioſephum tum non decor, tũ præcipuè modeſtia commendabat.

Pſal. 104.

B Annon vir, imò & ſenex, qui conditione licèt iniquâ ſeruus, nihil tamen ſeruile abiectúmque admiſit, & qui ab hero ſic honoratus, nullum tamen aut inſolentiæ, aut impudentiæ ſignum protulit? *Fruebatur quidem* (inquit Ioſephus) *conceſſis, nec tamen innatam virtutem propter hanc ſui ſtatus mutationem amiſit; docuitque prudentiam aduerſanti fortunæ non ſuccumbere, ſi quis ea legitimè, & non ſecundis tantùm in rebus vtatur.* lib. 2. antiq. cap. 3. Vtrumque perdifficile, nec reflanti, nec afflanti fortunæ ſic animum ſubmittere, vt vel afflatu rerum ſecundarum eleuetur in ſuperbiam, vel reflatu aduerſarum in ſeruilem abiectionem deprimatur. At (vti probat experientia) difficilius eſt in ſe- C cundis non inſoleſcere, quàm in aduerſis non extabeſcere.

Ioſeph grauitate ſenex.

Ioſeph. Prudentia fortunæ aduerſæ non ſuccumbit.

Difficile eſt in proſperis non inſoleſcere.

3. Seruit emptus Ægyptio gentili fidelis, & ſanctus Ioſeph: vt hinc doceamur meliorem multò eſſe aliquando ſeruum ſuo, cui ſeruit, domino; ſeruíque ipſi habeant vnde ſuam ſolentur ſeruitutem: ſciantque poſſe in tam abiecta vitæ conditione grauitatem herilem in moribus exhibere: atque inter ſordes famulatus virtutum ſplendere ornamentis; ſed hoc ipſum multò excellentius à S. Ambr. ſcribitur hiſce verbis. *Dedit Dominus per Ioſeph, etiam iis, qui ſunt in ſeruitute ſolatium; attribuit magiſterium, vt diſcerent, etiam in vltima conditione poſſe mores eſſe ſuperiores, nec vllum ſtatum immunem eſſe virtutis, ſi animus vniuſcuiuſque co-* D *gnoſcat carnem ſeruituti ſubditam eſſe, non mentem; multóque ſeruulos eſſe dominis liberiores, ſi in ſeruitute poſiti à ſeruilibus putent operibus abſtinendum.* lib. de Ioſeph cap. 4. Ah quàm hodie multi dominantur, qui ſeruis ſuis longè ſunt indigniores; potiuſque, & nomen, & habitum ſeruilem, quam ipſamet mancipia merentur! Et quid erit, cùm domini, qui nunc ſeruos tyrannicè opprimunt; videbunt in die iudicij à ſupremo iudice inter cœlites ſuos computari, ſe verò ipſos cum ſuis dignitatibus, & poteſtatibus, quas in mundo inſolenter exercuerunt, ad inferorum cum damnatis ſpiritibus incendia detrudi ſempiterna: Colligit ergo S. Ambr. *Seruile eſt omne peccatum, libera eſt omnis innocentia;* quod quidem probat, ſubinde E peccatorum infelicitatem diſcutiens, & cùm multa ſint in peccatis abiectæ, ac ſeruilis conditionis argumenta, illud in præſenti loco demonſtrat in timoribus peccantium; illos quippe, aut quos læſerunt, aut à quibus ſuæ cupiditates inhiberi, ac præpediri poſſunt, perpetuò reformidant. *Seruit igitur* (inquit) *ac miſeram quidem ſeruitutem, qui ipſe ſibi dominos facit, ipſe vult habere, quos timeat. Nihil enim tam ſpeciale ſeruitutis eſt, quam ſemper timere. Ille vero in quauis conditione ſeruus ſemper liber, qui nullo criminis non alligatur, qui ſecurus*

Grauitas morũ herilis in ſeruente.

S. Ambr.

Serui dominis liberiores ob virtutem.

Domini ſeruis ignobiliores ob vitia.

Serui à Deo in cœlum euecti domini in infernum detruſi

D. Ambr.

Peccator ingiter timens.

Iuſtus verò liber & ſecurus.

ſecurus ſpectat præſentia, quem futura non terrent. liber igitur; imò & verè Dominus eſt, qui ſanctè, atque innocenter viuens; nec infamem ſeruit ſeruitutem vitiorum; nec à ſeuera illa, quæ nulli non imperat domina, conſcientia flagellatur; nec futuri iudicij rigorem ac ſempiterni ſupplicij cruciatus, vtpote à ſceleribus liber, reformidat. Quibus tamen omnibus abiectiſſimæ ſeruitutis miſeriis plerique domini, magiſtratus, & principes tenentur oppreſſi. *Nonne* (adiungit idem) *videtur tibi iſte in ſeruitute dominari, ille autem in libertate ſeruire? ſeruiebat Ioſeph, regnabat Pharao: beatior huius ſeruitus, quàm regnum illius.* hæc S. Ambroſ.

D.Ambroſ. *Beatior iuſti ſeruitus, quàm mali dominatus.*

4. *Fuit Dominus cum eo.*] Non derelinquit Dominus ſeruos ſuos in tribulationibus, nec ſinit ſuprà id quod poſſunt, affligi. Ioſeph à patre per ſummam iniquitatem auulſo, vendito à fratribus, ab idololatris empto, ſeruóque barbaris dominis ſeruienti, miſericors Dominus præſtò fuit adiutor: Poterátque Ioſeph Dei præſidio confidens illud, quod à Dauide poſteà dictum eſt, ſimiliter proclamare: *Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Pſal. 22. Duo maximè omnium periculoſa meminit, & infernum, & mortem (vti S.Baſil. intelligit) ſed vtrunque Deo, cuius in tutela eſt, confidens aſpernatur. *Potior eſt enim* (inquit ad hunc locum) *Deus ad protegendum, quàm illa ad expugnandum*; ibidem. Ac de Ioſeph ſcriptum habemus, *qui venditum non dereliquit, ſed cum eo deſcendit in foueam donec afferret illi ſceptrum regni.* Sap. 10. vt ex ſerie huius hiſtoriæ conſtat euidenter. Enimverò non huius adoleſcentis innocentiam habebant: ſed poſt infinita, & grauiſſima delicta cum aliquali fortaſſis pœnitentia clamarunt ad Dominum illi, de quibus ſcribitur; *Et dedit eos in miſericordias in conſpectu omnium, qui ceperant eos:* Pſal. 105. tribulatos nimirum excipiunt miſericordiæ: ac ſi fractâ naui naufragantes in ſalo, feréque vndarum hauſtos vorticibus, vti Ionam à balæna, Domini non vna, ſed multiplex miſericordia teneat, ſinu excipiat, & in portum placidè, tutóque reducat. O Deum clementiſſimum! ô verè patrem! ſed alter ſenſus ad præſens inſtitutum opportunior, quem ſic elicit Caiet. *Fecit Dominus, quòd ij, qui habebant eos captiuos, miſericordes ſe exhiberent captiuatis Hebræis; diſperſos ſiquidem per mundum, & abactos Iudæos effecit gratioſos coram dominis ſuis.* quam miſericordiam multò abundantiorem Dominus præſtitit Ioſeph, vbi Putipharis domum eſt ingreſſus. Sic enim ſeruo ſuo gratioſus extitit ſeruus, ob innocentiam vitæ, ob ingenij dexteritatem, vt illi totius familiæ curam, atque adminiſtrationem committeret.

Iuſtis in tribulatione præſtò eſt Dominus.

Pſal. 22.

D.Baſil.

Sap. 10.

Pſal. 105. *Tribulatos quaſi è ſalo excipit Dei miſericordia.*

Caiet. *Seruâ diuinitus gratioſi dominis.*

5. *Habent igitur* (inquit S. Ambr.) *quod etiam domini per ſeruulos bonos ſperent; Benedixit enim Dominus domum Ægypti propter Ioſeph, & facta eſt benedictio Domini in toto cenſu eius, & in domo, & in agris. Et commiſit* (inquit) *omnia quæcumque illi erant in manus Ioſeph. Aduertimus quòd ea, quæ domini gubernare non poterant, ſeruuli gubernarunt.* cap. 4. magna quidem gratia, magnáque potentia virtutis eſt, quæ vel in ſeruis poſita dominorum ſibi amorem, admirationémque conciliat. *Habent etiam* (adiungit Ambroſ.) *vnde glorientur originales ſeruuli: ſeruiuit & Ioſeph, habent vnde ſe conſolentur; qui ex libertate in ſeruitutem aliquâ neceſſitate venerint. Habent quod imitentur, vt diſcant conditionem ſe mutare poſſe, non mores: eſſe & in vernulis libertatem, & in ſeruitute conſtantiam.* vocat originales ſeruos, qui naſcuntur in ſeruitute; filij videlicet ſeruorum, qui ſuam poſſunt ſolari abiectam conditionem exemplo Ioſeph, qui cùm liber, & ingenuus fuerit natus, in eandem nihilominùs infelicitatem, non culpâ ſuâ; ſed alienâ violentiâ deiectus ſit. Ab illo deinde oportet addiſcant, qualem in ſeruitute corporis libertatem ingenij, quàm liberos ac pene regios habere poſſint mores; eámque ſeruare in omnibus modeſtiam ac pietatem, vt propter ipſos toti herili familiæ ſuam benedictionem Deus omnipotens impertiatur.

D.Ambr. *Serui ad gubernandum habiliores interdum, quàm domini. Mira virtutis potentia etiam in ſeruis.* S. Ambr.

Ioſeph ſeruis & ſolatium eſt, & exemplum.

Ob merita ſerui benedicit Deus toti familiæ.

6. Igitur herus optimè nouerat; non leui aliquâ, vel etiam graui quadam coniecturâ colligebat; ſed optimè ſine vlla prorſus dubitatione conteſtatū conſtánſque euidenter habebat: Deum cœli proculdubiò eſſe in eo ſeruulo. At vnde eſt hæc diuinæ præſentiæ, velut euidentia? Vtique celari nequit Dei in homine præſentia; vti nec orto ſole, aut lux occultari, aut neſciri dies poterit: facile in quo eſt Deus cognoſcitur. Nihil enim in eodem non eſt, quod adeſſe Deum non demonſtret; vel ipſi oculi, vel ipſe vultus, vel ipſe ſermo, vel ipſe totius corporis habitus, geſtus, ac motus: quicquid agit, quicquid loquitur, Deum ibi eſſe demonſtrat. Iuſtus quidem eſt; qualem depingit S.Gregor.Nazianz. *Templum Dei capax, inſtrumentúmque muſicum ab ſpiritu pulſatum, diuinámque gloriam, & potentiam decantans.* orat. de S. Baſil. quis quæſo inter vrbis ædificia templum non diſcernit? Nam vel ipſa ſtructura, ſpecies, formáque ædis, valuæ, lumina, turrium pinnæ, cymbala, frequens tinnitus: multóque euidentiùs, quæ intùs habentur, ſacrum quid ac diuinum conteſtantur. Templum Dei vir iuſtus eſt; celari ergo haudquaquam poteſt. ipſo tantùm aſpectu hominem rectè conſiderans inquies: Hîc Deus habitat; hîc Deus colitur: ſacra ædes, templum Dei eſt. Quis deinde, aures ſi habeat à perito cytharœdo pulſatæ lyræ prædulcem nō ſentiat concentum? Quis, modò ſtipes, aut caures, non ſit, numeroſum egregij cantoris carmen haud percipiat? Planè in viro iuſto, cuius omnis vitæ actiones, cuius animæ facultates, & corporis ſenſus, diuini Spiritus ſublimiore quodam artificio manus percutit, omnia Dei præſentiam emodulantur.

Dei præſentia in homine latere non poteſt.

S Gregor. Nazianz. *Vir iuſtus facilè lignoſcitur.*

Omnia in viro iuſto præſentiam Dei conteſtantur.

7. Quis denique, modò ſenſum non habeat obtuſum, vernantis prati ſuaueolentiam, aut ambari, moſchi, cariophyli, noſtræque Indiæ aromatum, vti fit, fragantiſſimo odore mixturam non ſentiat, ſentiens non delectetur? *Odorem* (inquit Apoſtolus) *notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco, quia Chriſti bonus odor ſumus.* 2. Cor. 2. Ad quæ verba pulchrè S.Bernard. ita diſſerit. *Primus occurrit (ſicut vbique ſolet) mihi Paulus, vas electionis; vere vas aromaticum, vas odoriferum, & refertum omni puluere pigmentario, multa profectò ſuauitatis fragrantiam longè latéque ſpargebat pectus illud; vide quales ſpecies, & qualia aromata coaceruauerat ſibi.* ſerm. 12. in Cant. Sic pleni Deo ſunt iuſti; ſic in ipſis habitans ſui procul odorem Dominus afflat, vt vel illa etiam, quæ minùs olentia eſſe viderentur, diuinum ex ſe ſpirent odorem. *Eructauit cor meum verbum bonum*; cecinit vates Pſal. 44. quod ſi etiam ructus ita benè olet, quid intùs, in quo Deus habitat, cor, & quam ſuis tenet amplexibus, anima? *Sentio* (inquit idem) *ructus, & quidem odoriferos ſuper omnia aromata, quid Ioannis ructu fragrantius, qui Verbi mihi redolet æternitatem,*

Iuſti diuinū ex ſe ſpirant odorem.

2. Cor 2.

D.Bern.

Pſal. 44.

D.Bern.

genera

generationem, diuinitatem? Quid de Pauli rutilis lo-quar, quam à orbem ſuauitate repleuerunt? ſerm.67. in Cant. & quia non ſatis eſt eſſe, ſed & videri neceſſe eſt; atque vt nobis vita noſtra, ſic aliis fama noſtra omninò eſt neceſſaria; luceréque debet, *ex præcepto Domini lux noſtra coram hominibus, vt videant opera noſtra, & glorificent patrem noſtrum, qui in cœlis eſt*; curandum ſedulò erit, *vt Chriſti odor ſimus in omni opere, & loco*; mirum eſt enim quanti apud homines fiat boni nominis exiſtimatio. *Quis enim* (Inquit S.Bernard.) *vel ſceleratiſſimus iuſti non probet opinionem, quamuis non amet opus?* ſerm.70 in Cant.

Curandum cuique eſt de bona fama.

Matth.5.

S Bern.

Etiam malus bonam vult habere famam.

8. Supereminet in hoc, ſicut in omnibus aliis donis, & gratiis, quæ ſupra omnem creaturam exaltata, Deo tam vicina, tam proxima, tam ſimilis eſt, quàm filio mater. Admirantur Angeli, totáque rerum natura in ſtuporem defixa proclamat: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* Cant.3. tria quidem in Virgine Dei matre hîc admirantur, aut animæ iuſtorum, aut Angeli, aſcenſum, virgulam, odorem; quæ eſt iſta, quæ aſcendit? vbi eſt, & dicitur eſſe, ibi aſcendit, & aſcendere dicitur. Nimirum ſingularis quædam per aſcenſum ſignificata supereminentia, ſimulátque virgo in rerum natura extitit, in eadem viſa eſt; & in ſtuporem cœlites ipſos conuertit: Etenim quo momento concepta fuit, aſcendere ſuper omnia, quæ ſub Deo ſunt, viſa eſt: aſcenſus quippe fuit, non deſcenſus, virginis conceptio: non deiecta, vel vnico temporis puncto in reatum originalem iacuit, vti omnes filij Adami; ſed ſpeciali quodam priuilegio à communi illo deſcenſu, lapſúque præſeruata ſimul cum vita momento indita ſupremum ad gratiam, ad incomparabilem excellentiam, & dignitatem habuit aſcenſum.

Cant.3.

In B.Maria ſupereminens excellentia ipſo ſtatim momento conceptionis.

B.Mariæ conceptio abſque reatu originali.

9. Et quidem peropportunè ſuauiſſima hæc hodie fit immaculatæ abſque originali labe conceptionis beatiſſimæ ac puriſſimæ Virginis Deiparæ commemoratio; nudius enim tertius agitur dies cùm poſt nouum Sanctiſſimi Pontificis Gregorij XV. pro immaculata Deiparæ conceptione ſine peccato originali aſtruenda, & commendanda fidelibus decretum huiuſmodi dulciſſimâ, & pretioſiſſimam Virginis Dei matris gratiam vniuerſalis Chriſti Eccleſia cum ingenti applauſu, ac penè dicam animorum triumpho celebrauit anno 1622. Dein in virgula fumi ſignificatur ſubtilitas Virginis, quæ animo corporéque nullam paſſa, quâ prægrauaretur, vitij labem; nec vanæ cogitationis mundanæque ſolicitudinis, vel tantulum onus, ad ſumma rerum omnium faſtigia potuit ſubuolare. Denique in myrrha, thure, puluere pigmentario, cunctíſque aromatibus videtur adumbrari ſuauiſſima illa fragrantia nominis Mariæ; quo audito Deus ipſe, cœleſtes etiam, iuſtíque viri pluſquàm omnibus terræ etiam fragrantiſſimis odoribus, perfunduntur. Quænam quæſo compluríum odorum; aut artificioſior, aut pretioſior, aut etiam ſuauior mixtura fingi, aut eſſe poteſt, quàm ſit omnium gratiarum, donorum, virtutúmque Virginis ab ipſo diuino Spiritu facta compoſitio? At ò dulciſſima Dei mater ſit tuum nomen thus, ambarum, moſchus, lilia, roſæque pratorum; ſint tuæ virtutes, dona, gratiæque, ſint virginea fœcunditas, fœcunda virginitas, ſit denique dignitas & maieſtas matris Dei admirabilis compoſitio ex aromatibus omnis pulueris pigmentarij; cœlum ter-

Gregorij XV. decretū de cōceptione immaculata B.Mariæ.

Suauiſſimus odor nominis B.Mariæ.

Omnium donorum & gratiarum cōpoſitio in B.Maria.

A rámque ſuis perfundant oblecténtque odoribus; ſed mihi, & mei ſimilibus, quos diuinæ iuſtitiæ terror exanimat, miſericordia tua ſuauius olet, ſenſus oblectat dulciùs, animos pretioſiùs conſolatur.

Miſericordia B.Mariæ nihil dulcius & ſuauius peccatoribus.

10. Itaque vita, moréſque Ioſeph palàm omnibus demonſtrabant Dei præſentiam: quippe cùm ſine Dei gratia nullum ab homine virtutis bonum effici poſſit. Contra verò in peccatore Dei ab illo abſentiam cuncta proclamant. Quæ enim conuentio lucis cum tenebris, & quæ ſocietas Chriſti cum Belzebub? Prudenter igitur herus, vbi perſpectam habuit innocentiam ſerui, ratúſque Deum non ſolum iuſto illi adoleſcenti, ſed rebus omnibus, quas ageret, tractaret, ac moliretur præſtò adfuturum (non ſolum enim B ſeruos ſuos, ſed cuncta eorundem ſolet Deus tueri, promouere, ac beare) illi totam velut œconomo, aut potiùs patri commiſit familiam. Vnde intelliges idcircò Dominum ſeruis ſuis calamitates permittere, vt ea illis ſubuectos etiam in oculis hominum faciat glorioſos; ex ſeruis dominos, ex conſtrictis in carcere Principes in palatio. Planè fortunata illa domus, in qua vel vnus inter malos bonus deſeruit famulus. Solus in ampliſſima familia (vbi omnes Ægyptij atque idololatræ) Dei ſeruus erat Ioſeph, & tamen propter vnum illum ſecunda, & proſpera hero ſeruis, famulis, ſupellectili, redditibus, prædiis, vniuerſæque ſubſtantiæ, ac familiæ, cuncta pro- C cedebant. Vide quid valeat, quid poſſit virtus vel in ſeruulo poſita? omnia ſua dedit Ægyptius in manu Ioſeph, ideóque tanta omnibus erat felicitas. Quod enim iuſto traditur, Deo ipſi committitur, cùm ſcilicet iuſtus ſecum habeat Deum comitem indiuiduum, à quo in manu illius omnia diriguntur. Hebraiſmus. Dirigi, proſperari, fortunari. *Propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.* Pſal.5. *Qui loquitur iniqua non direxit in conſpectu oculorum meorum.* Pſal. 100. *Qui abſcondit ſcelera ſua, non dirigetur.* Prou. 26. benè quidem nulla erit, aut vitæ, aut animæ felicitas, quandiu debita confeſſio non fit delictorum, nec proinde ſarcina tollitur, nec Dei gratiâ expeditus homo per ſemitam mandatorum Dei diſcur- D rit.

Deus ſeruos ſuos ex miſeris in ſummam effert felicitatem.

Propter merita vnius ſerui totam Deus beat familiam.

Pſal.5.

Pſal.[illegible]

Prou.26.

Vbi non ſit vera ſalubris confeſſio nihil proſperè ſuccedit

11. Creuerunt bona Ægyptij domini in manu, in adminiſtratione, induſtriâ, & curâ iuſti adoleſcentis: quo ſanè conſilio, ſi plerique in ſeculo viri opes ſuas iuſtis, aut ſeruis, aut miniſtris traderent, vtique ditiores euaderent. Quid ſi propterea Regis ærarium extenuatur quotidie, opes decreſcunt, redditus minuuntur, omniáque in peius ruunt, quod à malis ſeruis, improbis miniſtris, regni munia, regiáque ſubſtantia obiri, atque adminiſtrari videantur? Præſtat quidem in regio miniſtro virtus, quàm induſtria; vtilior in regimine conſcientia, quàm ſcientia. Minórque peritia cum abundantiore virtute, propter Dei præſidium, & benedictionem, quæ bonis, & piis E hominibus communicatur, tam priuatis familiis, quam vniuerſæ rei publicæ ingentia importat emolumenta. Sunt quidem iuſtorum manus, ipſius Dei manus, vt propterea quæcumque tangunt, tractántque; feliciter procedant, & mirabiliter augeantur. Quare multiplicauit Dominus bona iſtius Ægyptij, ſiue in ædibus, ſiue in agris eſſent; in gratiam videlicet ſui ſerui innocentia Ioſeph: longè ſiquidem latéque iuſti diffunditur benedictio. Igitur ſic ſe ipſum, totámque familiam Ægyptius ſeruo ſuo crediderat, vt nihil aliud

Regia opes minuuntur propter malos miniſtros.

Propter bonos magna Reipublicæ veniunt emolumenta.

aliud nouerit, niſi panem, quo veſcebatur: quod quidem referri poteſt vel ad herum, vel ad ſeruum. Si ad ſeruum referatur, efficit hunc ſenſum. Licèt Ioſeph omnia illius tam opulentæ amplæque familiæ in ſua poteſtate haberet; nihil tamen inde ſibi vſurpauit, aut in ſuos conuertit vſus, præter quotidianum victum, cæteris quoque ſeruis communem. O mira hominis frugalitas? ô inaudita ſerui temperantia? ô ſeruum nullis forte aliis, vel in ædibus, vel in ætatibus viſum! Quid enim tam proprium ſeruulis, quàm vt dominorum, quicquid fortè deprehenderint, ſuffurentur; aut certè ſibi demenſam portionem vti minutam & ſuo indignam labore muneréve indignabundi conquerantur? Querulum ſeruorum genus eſt, nec vllum inuenias, qui contentus viuat, & lætus ſeruiat, benéque de domino loquatur.

Serui aut fures, aut queruli.

12. Quòd ſi ad herum referatur; hic erit ſenſus: tantam fidem herus ſeruo iſti habebat, vt nihil ſuarum rerum ſatagens, in vtranque autem ſecurus obdurmiret, nec vllas accepti vel expenſi à ſeruo rationes exigeret, felix quidem herus, cuius vna duntaxat cura, menſæ accumbere, iiſque frui, quæ ſerui ſui arbitrio apponerentur. In hoc ſenſu locum explicant Philo, & S. Ambroſ. felix domus, in qua & ſerui tanta eſt fidelitas, tanta parcimonia, & domini tam larga in ſeruum liberalitas, tantáque humanitas, & comitas? Denique operæ pretium erit hîc adſcribere qualis eſſe debeat cura dominorum erga ſeruos, vti ſcribit Ariſtoteles. Sic enim effatur. *Tria cùm ſint, opus, cibus, & caſtigatio; cibus quidem ſine caſtigatione, & opere petulantes reddit ſeruos: opus verò, & caſtigatio ſine cibo violenta res eſt, & infirmum facit ſeruum. Reſtat igitur vt opus faciendum illi tribuat, & cibum ſufficientem: ſine mercede enim dominandum non putant, merces autem ſerui cibus eſt.* Egregiè quidem. nam ſi viuit otioſe ſeruus, impunéque peccat, & tamen abundat victu, & veſtitu; perit omninò diffluens in laſciuiam, inuerecundéque in dominum ſuum inſultat. Si verò laboribus atteritur, vexatur ſuppliciis, & fame tamen miſer emoritur, laceróque amictu vilis incedit: aut concidit illicò ſuccumbens oneri; aut dominum vel potius tyrannum fugiens victum ſibi aliunde quærit. Dein ſpectandum eſt cuiuſque meritum, vti ſic idem animaduertit: *Oportet item indulgere illis, & permittere ſingula ſecundum merita, & cibum, & veſtem, & quietem; & caſtigationem verbo, & opere.* lib. 1. œconomicorum. cap. 5. Vno verbo dixit omnia Spiritus ſanctus, & corpori & animæ ſeruorum conſulens: *Cibaria, & virga, & onus aſino; panis, & diſciplina, & opus ſeruo.* Eccleſiaſt. 33. Hinc ſuam illam ſententiam (nec leuis coniectura eſt) mutuatus videtur Ariſtoteles: niſi fortè ipſo lumine naturæ rem iſtam ſic conſtantem, & euidentem, quam diuinus autor etiam ſcripſit, eſt aſſecutus.

Felix herus ex fidelitate ſerui.

Ariſtot.

Qualis dominorum cura in ſeruos.

Seruo cibus & opus ſit & caſtigatio.

Ariſtot.

Eccleſ. 33.

SECTIO II.

Erat autem Ioſeph pulchra facie, & decorus aſpectu. Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph, & ait: Dormi mecum.

1. PVlchrâ facie.] Occaſionem ſubſequentis hiſtoriæ proponit Moyſes; quæ fuit nimirum inſignis pulchritudo Ioſeph. Hebr. habetur: *Iephêh thoâr Iepheh marêh*, pulcher formâ, pulcher aſpectu. Quæ verba omninò dicta ſuperiùs de Rachele matre legimus. *Iephath thoar Iephath mareh, pulchra formâ, pulchra aſpectu.* Geneſ. 29. vnde videtur inſinuari filium eadem oris ſpecie ſimilem matri extitiſſe. Dein Thoar formæ ſignificat (vti peritiores animaduertunt) lineamenta. Radix enim *thoar* תאר eſt *formare, deſcribere, ſignare.* Vnde ſignificari videtur color, ſeu colores apti, quales ſunt ruber, & candidus ſuo quiſque loco; è quibus ſic aptè diſpoſitis ſimul cum membrorum apta diſpoſitione reſultat pulchritudo. Hoc eſt vnum ex naturæ donis, ac bonis, leue illud quidem, flaccidum æuíque breuiſſimi, ſed quo maximè mortalium capiuntur oculi, animíque oblectantur. *Eſt* (ſcribit Tertull.) *decor felicitas corporis, diuinæ plaſticæ acceſſio, animæ aliqua veſtis vrbana.* lib. de cultu fœmin. cap. 2. nitidus quidam animæ videtur amictus, elegánſque ornamentum ipſa ſui corporis pulchritudo ab ipſo pulcherrimo, & ſapientiſſimo rerum omnium artifice Deo concinnata; maximè, vt per illam, & conruentes oculi, & recreati animi ad cogitandam, & expetendam diuinæ ipſius artificis pulchritudinem eleuentur.

Geneſ. 29.

Pulchritudo inconſtãs bonum, elegans animæ amictus.

Tertull.

2. Quod auribus eſt, & vocum, & fidium concentus, idem eſt ſpectantium oculis colorum, & membrorum elegans compoſitio. Hac enim ſimilitudine vtitur S. Greg. Nazianz. de Cæſario fratre ita ſcribens. *Pulchritudinem, magnitudinem, atque illius in omnibus rebus gratiam, & velut in ſonis concentum.* orat. 10. Et quidem ſapientiſſimus pater haud veretur laudi tribuere, quod Cæſarius frater egregiam illam habuerit pulchritudinem, quæ quia talis ſit; nullius, niſi imprudentis damnationem incurrit. Profectò ſi malum quid eſſet, hominéque indignum, & nunquam illi non perniciosum pulchritudo: nec Deus homo illam in ſua humanitate, atque in matre Virgine admiſiſſet. At de Deo homine canit Propheta: *Speciosus formâ præ filiis hominum.* Pſal. 44. Hoc ſcilicet vſus inſtrumento amorem voluit hominum ſibi conciliare, vt his verbis teſtatur Alex. Clem. *Seruator noſter humanam omnem ſuperat naturam; pulcher quidem, vt à nobis ſolus ametur.* Stromat. nam ſi aliqualis in viro, aut in fœmina decor amorem conciliat, qui tamẽ breui marceſcit: quam quæſo potentiam ad flectendos animos ille decor non haberet, qui nullo morborum incurſu, nullo ætatis decurſu, nulláque aliâ temporis euentuſque iniuriâ debilitari potuit; aut etiam pertentari? Magnum certè ad alliciendos hominum animos in Chriſto Domino, dum in terris ageret iiſdémque euangelizaret, poſt virtutes, & miracula, momentum habuit ipſa illius oris pluſquàm humana pulchritudo.

S. Gregor. Nazianz.

Damnari non debet pulchritudo.

Pſal. 44.

Mira in Chriſto & in B. Maria pulchritudo.

Alex. Clem.

3. Vnde S. Bernard. eleganter ita ſcripſit: *Prædicantem Dominum de ciuitatibus, & caſtellis populi ſequebantur, quorum ſaluabat animas, ſanabat corpora; adhærebant ei aſſlatim pariter, & aſpectu eius delectati, cuius nimirum vox ſuauis, & facies decora; ſicut ſcriptum eſt: ſpecioſus formâ præ filiis hominum.* Pſalm. 44. Enimverò cùm integri aliquando populi ſuis exciti ſedibus per agros, montiúmque ſolitudines euntem Dominum IESVM admirabili quodam gaudio plauſúque ſequerentur, ſi quis curioſè ab illis exquireret: Quidnam hoc eſt? quæ tanta rerum nouitas? Quis tantus hic veluti furor, ſtupórque? Quorſum veſtri ipſorum, rerúmque veſtrarũ obliti patrios lares relinquitis, domus

D. Bern.

Pſal. 44.

Oris decor & gratia Chriſti populos attrahebat.

domus curam abiectis, ſiue pera, ſine pane Infiniti propè numero mortales vtriuſque ſexus, omnis ætatis, ordiniſque lymphatis perſimiles ex vrbibus in deſerta confluitis? Scilicet (reſponderent omnes) ad Chriſtum IESVM contuendum, audiendúmque aduolamus. Rapit animos, oculóſque ille decor oris, illa maieſtas vultus; illa oculorum gratia, ille ſpecioſus formâ præ filiis hominum. *Talis eſt*, (colligit idem Bernard.) *quem nos ſequimur, cui adhæremus: totus deſiderabilis, in quem non ſolùm populi, ſed & ipſi Angeli ſanctì deſiderant proſpicere.* ſerm. 1. in feſto omnium Sanctorum.

D.Bern.

4. Bona eſt corporis pulchritudo, quædam videlicet diuino penicillio efficta pictura, proinde digniſſima, quæ non vitiorum ſordibus inquinetur, nec in alicuius perniciem, & contra Deum ipſum conuertatur. Gratior deinde, ac venuſtior fit, cùm pudicitiæ candore, ac verecundiæ rubore adornatur: qualis nimirum fuit Ioſeph pulchritudo; vti Ambr. animaduertit: *Cùm* (inquiens) *eſſet decorus aſpectu, & ſpecioſa facie valde, venuſtatem ſui vultus, non ad alienam deriuauit iniuriam, ſed ad ſuam ſeruauit gratiam; hoc ſe pulchriorem ratus, ſi non diſpendio caſtitatis, ſed cultu pudoris ſpecioſior probaretur.* lib. de Ioſeph cap. 5. Sed tamen pulchritudo corporis inconſtans bonum, ac proinde minùs amandum, minoris æſtimandum, cuius quidem riſus ſæpenumerò in luctum deſinit, mel in fel, dulcedo in amaritudinem: quod illa Noëmi Moabitis olim conteſtata eſt: *Non me vocetis Noemi, id eſt, pulchram, ſed vocate me Marà, id eſt, amaram, quia amaritudine valde repleuit me omnipotens?* Ruth cap. 1. Benè quidem. nulla eſt pulchritudo, quæ tandem in amaritudines non deſinat, volat illa ociùs euro, breuíque euaneſcens ſæpiùs relinquit grauia tranſactæ vitæ flagitia, pœnitentiæ lacrymis expianda, vel (quod extremæ infelicitatis eſt) ſempiternis ignibus eluenda. Nihil deinde periculoſius eſt pulchritudine, quæ libidinum flammas incendit, propriámque, & alienam vulnerat conſcientiam; polluit animam, corporis etiam vitam, vel omninò præcidit, vel ſaltem diminuit.

S. Ambr. Corporis pulchritudo virtutibus ornanda, nō vitiis inquinanda.

Pulchritudo breuis & caduca. Ruth. 1.

Periculoſa pulchritudo.

5. Meritò Propheta (mitto alios huius loci ſenſus) duas illas videre ſibi viſus virgas, *vnam appellauit decorem, alteram verò funiculum.* Zachar. 11. Eſt enim decor virga, funémque habet, ſeu funi adnexus eſt: virga eſt, quia verberat, ſauciátque: funis, quia ligat, nexúque inſolubili mentes, ſenſúſque conſtringit. Nihil inter mortales æquè patet iniuriis, magiſque frequentibus eſt obnoxium periculis. *Non enim* (inquit S. Hieronymus) *facile cuſtoditur, quod plures amant, & in quo totius populi vota ſuſpirant.* lib. 1. contra Iouin. quod à Theophraſto dictum priùs fuerat. quæ maior quæſo hac tam perdita moribus ætate infelicitas, quàm pulchræ mulieris, cui tot tantáque intentantur pericula, vt grande ſit diuinæ gratiæ miraculum non vulnerari miſeram, non perire? quid quod etiam in viro ſecura non eſt pulchritudo, vt hoc loco apparet? quis Ioſeph pulchrâ facie non Ægyptias vulnerat, & ab Ægyptiis non vulneratur? Eò ſiquidem glorioſior huius adoleſcentis commendatio; quò ſe magis illæſum à quibuſcumque periculis cuſtodiuit. *Rarus numerum* (vti adiungit idem Ambr.) *illum eſſe verum decorem, qui non alienos oculos caperet, nec fragiles mentes vulneraret, ſed iudicia acquireret vniuerſorum, fraudi nulli futurus, laudi ſibi.* ibid.

Zachar. 11. Pulchritudo virga & funis.

D.Hier. Pulchritudo infelix noſtra ætate.

S Ambr. Felix pulchritudo, quæ nulli nocet.

6. Profectò cùm in cæteris magna ſit imbecillitas, & vecordia, ſæpéque dementia fœminarum; hic verò maxima eſt; admirando, amandóque viri pulchritudinem; ſed quid actum agimus, & in plano laboramus? nullum inter mortales vehementius ad flagitia incitamentum; grauiúſque animæ periculum, quàm ſiue in viro, ſiue in fœmina pulchritudo. Cæterùm, quæ in Deo homine incomparabilis floruit; virtutû omnium, maximéque puritatis in contuentium animis mirabiles amores excitabat; quam ipſemet filius Virgini matri ſuæ puriſſimæ communicaſſe gratiam perhibetur. Scribit enim S. Ambr. *Maria tanta fuit gratia, vt non ſolùm in ſe virginitatis gratiam ſeruaret, ſed etiam iis, quos inuiſeret, integritatis inſigne conferret.* Quod quidem probat in vtroque Ioanne, præcurſore, & dilecto IESV, quorum admiranda virginitas magna ex parte debetur Virgini Dei matri, quos illa vtpote ex cognatis ſibi vt filios familiariter tractauit, & materno affectu fouit. Viſitauit (inquit) Baptiſtam: nec immeritò manſit integer corpore, quem in tribus menſibus oleo quodam ſuæ præſentiæ, & integritatis vnguento Domini mater exercuit. Eadémque poſteà Ioanni Euangeliſtæ eſt tradita coniugium neſcienti. *Vnde non miror præ cæteris locutum myſteria diuina, cui præſtò erat aula cæleſtium ſacramentorum.* lib. de inſtit. Virg. cap. 7. En mirabilis à Virginis gratia quædam in animis & corporibus hominum velut impreſſio caſtitatis, & mira tamen in virgine, quæ puritatem afflabat, ſupra omnia, quæ in cæteris fœminis egregia decora memorantur, inerat pulchritudo.

B. Maria pulchritudo caſtos faciebat intuentes.

D.Ambroſ.

Ioannis vtriuſque caſtitas debetur etiam B. Mariæ.

D.Ambr.

7. Quare in hanc ſententiam optimè ſcripſit S. Thomas: *Gratia ſanctificationis non tantùm repreſſit in Virgine motus illicitos, ſed etiam in aliis efficaciam habuit, ita vt quamuis eſſet pulchra corpore, à nullo vnquam concupiſci potuerit.* in 3. d. 3. q. 1. art. 2. gloſ. 1. ad 2. Idem illius magiſter Alex. Alenſ. his verbis ſcripſerat: *Tanta fuit in Virgine ſanctificatio, vt etiam extenderetur ad alios. Vnde etiam dicunt infideles, cùm Maria pulcherrima fuerit, à nullo tamen vnquam potuit concupiſci. Et hoc erat, quia virtus ſuæ caſtitatis, & ſanctitatis extinguebat omnem motum carnalem in aliis aſpicientibus ipſam: & hanc prærogatiuam habuit præ omnibus ſanctificatis, & virginibus: quia ſanctitas earum non extinguebat motus, nec concupiſcentias in aliis, nec transfundebatur ad alios.* 3. p. q. 9. in 3. art. 1. in reſol. Eadem pene verba transfert S. Bonau. in 3. d. 3. conſimilia ſcribens Gabr. in hunc modum adiungit: *Ad cuius rei teſtimonium valet, quod quidam Iudæi aſſerunt hoc mirum fuiſſe in Virgine, quod cùm eſſet pulcherrima mulierum, nunquam tamen à viro fuerit concupita.* q. 2. art. 3. dub. 1. Ex hac doctrina ſummorum Theologorum colliges tantum hoc, tam nouum, & nulli in toto humano genere conceſſum à Deo priuilegium, Virgini beatiſſimæ fuiſſe datum in ipſo immaculatæ ſuæ conceptionis momento ſimul cum ipſa ſanctificatione, atque vel infrænatione, vel (quod potius cum doctiſſimis ex noſtris viris mihi perſuadeo) extinctione fomitis peccati. Et tamen Virgo puriſſima ſimul ac prudentiſſima, cùm tot ac tantis diuinæ gratiæ donis ac priuilegiis ornata fuerit diuinitùs, admirabilem tamen ſuæ integritatis cuſtodiam, & curam habuit, ac ſi huiuſmodi ſanctificatione, ac priuilegio donata non fuerit: meritò *Ghalmah* dicta à Prophetis, hoc eſt, virgo abſcondita & virorum aſpectibus incognita, vti alibi diximus.

S.Thom.

Alex. Alenſ. Sanctitas B. Mariæ extinguebat intuentium concupiſcentiam.

D.Bonau. Gabriel.

B. Maria immunis ab omni periculo, & tamen cauta & abſcondita.

8. Quia verò corporis pulchritudo magnum

eſt ple

eſt, plerumque caſtitatis periculum, diaboli laqueus, illecebra voluptatis; & irritamentum peccati, ſeduló viris cauendum eſt, ne domum recipiant pulchellos, & cincinnatulos famulos, quorum aſpectu, & intimâ conſuetudine perſtringantur oculi vxoris & filiarum, atque miſellis ad incendium ſubminiſtretur fomes; ad animæ, corporiſque ruinam opponatur ſcandalum; ad interitum tetia intendantur: tentatorem vxori, & filiabus inducit, qui formoſum aſſumit in famulatu. Stulta quoque illa ſibi perniciem, mortémque conſciſcit, quæ pulchellas in domeſticum miniſterium arceſſit. Meritò S. Chryſoſt. in diaboli malitiam hoc loco inuehitur: *Mala* (inquiens) *beſtia eſt diabolus. Vt primum enim vidit Ioſeph gratioſum eſſe apud dominum ſuum, & in rebus aduerſis clariorem fieri; fremit dentibus, & inſanit, nec videre poteſt iuſtum in dies magis clareſcere.* homil. 62. In Geneſ. Inuidet homini teterrimus hoſtis quodcunque bonum maximè virtutis, ac diuinæ gratiæ. Indignatur, contabeſcit, diſcruciatur, emoritur, ſi videat caſtum iuuenem, patientem in aduerſis, in proſperis humilem; nullúmque proinde lapidem non mouebit, vt illius ſi minùs labefactet, at certè polluat continentiam: illúmque de ſtatu virtutis, bonique nominis deiiciat: ac (ſi poſſit Deo permittente) tragœdias excitabit, vt illi cum infamia vitam eripiat.

Non recipiendi domũ pulchelli famuli.

S. Chryſ. *Inuidet felicitati hominis diabolus.*

Armatur contra caſtos diabolus.

D. Chryſ. 9. *Quocirca* (adiungit Chryſoſt.) *profundum barathrum effodit, & horrendum præcipitium parat, quò illum maximo, vt ſperabat, damno præcipitet; & grauiſſimam tempeſtatem excitat, vt violentum illi naufragium faciat. Ecce tibi ex pulchritudine Ioſeph occaſionem capit perdendi eum.* At cùm Dominus præſtò eſſet adoleſcenti, reddidit irritos diaboli conatus, effecitque vt in ipſo penè incendio illæſa euaderet illius pudicitia; commendaretúrque gentibus in omnes ætates in iuuenili pulchritudine, quamuis grauiter pertentata, glorioſè caſtimoniam triumphaſſe. Ac Ioſephum talem voluit Dominus in lubrica illa ætate fuiſſe, vt in pulchro corpore pulchrior illius animi virtus habitaret: nec tam hominibus ob corporis pulchritudinem, quàm Deo propter pulchritudinem animæ gratum, & amabilem extitiſſe. Vt diſcant mortales vtriuſque ſexus poſſe fieri (Dei gratiâ opitulante) vt in corporis pulchritudine caſtitatis pulchritudo eſfloreſcat. Atque adeò iuſtius illa damnetur; de qua ſcribitur: *Circulus aureus in naribus ſuis: mulier pulchra, & fatua.* Prou. 11. apertius reddunt LXX. *Sicut inauris aurea in naribus ſuis, ſic mulieri vecordi pulchritudo.* Senſus verò eſt: ſicut annulus aureus poſitus in naribus porcæ, non ornat, non decorat porcam: ſed contrà porca nitorem illius conſputcat, fœdátque rictu ſcilicet terram fodiendo, & nares luto, ac ſordibus immergendo: ſic pulchra, ſed libidinoſa mulier pulchritudinem corporis dedecorat, & turpat: animúmque flagitiis inquinat.

Triumphat caſtus & pulcher de diabolo.

In pulchro corpore pulchrior anima caſtitas. Prou. 11.

Pulchra & luxurioſa nihil fœdius.

10. *Poſt multos itaque dies iniecit domina ſua oculos in Ioſeph.*] Multo poſt tempore, quàm venditus ab Iſmaelitis domum Putiphatis eſt inductus Ioſeph. Scilicet cùm emptus fuit à Putiphare nondum expleuerat decimum ſeptimum annum, vt ex ſuperiori capite 37. manifeſtum eſt: Captiuus ſeruiuit Putiphari vſque ad 27. annum, vt videtur ex eo, quòd eductus è carcere erat triginta annorum, at in carcere fuit vltra biennium; videtur igitur hæc tentatio caſtitatis Ioſeph accidiſſe tribus annis antequam è carcere educeretur: id autem eſt anno ætatis ſuæ viceſimo ſeptimo. Cæterùm ego mihi perſuadeo non breui tempore tentatum fuiſſe Ioſephum, ſed forte per integros annos; fauétque huic ſuſpicioni, quod infra ſubſcribitur, huiuſcemodi verbis: *per ſingulos dies*: Hebr. *die, & die*, at diei nomine ſignificantur in Scriptura etiam menſes, & anni; maximè quia ſi dicatur non niſi poſt decennium captiuitatis accidiſſe huiuſmodi tentatio, minorem vim videbitur muliebris habere laſciuia, cùm tã prouectioris, & maturioris, atque adeò minus ad libidinem propenſæ mulier eſſet ætatis, quæ tamen ante decennium adhuc iuuenis in amorem pariter iuuenis exarſiſſe facile iudicabitur. Vtcumque fuerit; mulier tum pulchritudine formæ, tũ prudentiâ, dexteritatéque in obeundis negotiis, regendâque familiâ, tum ingenuitate, lenitatéque ingenij, ac morum modeſtiâ Ioſeph mirabiliter illecta, quæ Deum bonorum, ac donorum omnium auctorem inde magnificare debuiſſet, ad ipſum graui quodam flagitio irritandum inflammata eſt.

Tentatio Ioſeph ab Ægyptia per multos annos.

11. Iniecit enim Ægyptia oculos in adoleſcẽtem Hebræum. Cauſam ergò mali tanti non præbuit Ioſeph; qui cùm amaretur noluit amari, & qui adamatus amantem contempſit: vt laſciuientium iuuenum caſtiget petulantiam; quæ tanta eſt, vt mulierculis die noctúque inſidientur moleſtiſſimiſque tentamentis ſæpenumerò à miſellis extorqueant, quod non lenibus illæ blanditiis inuitatæ conceſſiſſent. *Immiſit,* (inquit S. Ambr.) *oculos vxor domini eius in Ioſeph; hoc eſt, non iſte ſe oſtentauit, nec cepit incautam: ſed illa retia ſua miſit, & indagine ſuâ capta eſt: laqueos ſuos ſparſit, & ſuis hæſit vinculis.* lib. de Ioſeph c. 5. Soli mulieri culpa fuit malè videre; nulla Ioſepho, quod malè videretur. Ardet aliquando, & perit petulans iuuenis, vbi decoram aſpexit fœminam: planè ſuo ſe incautus, & inhoneſtus gladio transfixit; mortem ſibi ipſe conſciuit. Non huius animæ, quòd perierit, Deo iudici, rationẽ reddet mulier, quòd pulchra fuerit. Rectè idem Ambroſ. *Si qua petulantibus aſpexit oculis, illius crimen ſolius eſt, quæ malè vidit, non huius, qui malè ſe nollet videri; nec in eo quòd viſus eſt, culpa eſt.* Summa quidem in omnibus diſponenda cuſtodia, & vigilantia ſedulò adhibenda eſt, maximè verò in oculis.

Ioſeph iuuenum laſciuiam caſtigat.

S. Ambr.

Culpa eſt malè videre, non videri.

D. Ambr.

12. *Prima enim* (dixit S. Ambr.) *adultera oculorum tela ſunt, ſecunda verborum; ſed qui non capitur oculis, poteſt verbis reſiſtere.* Profectò ſi mulier incautè non vidiſſet, nunquam periiſſet; ſi prima per oculos tentamenta præſentiens prudenter ſuppullulantem mali radicem illicò præcidiſſet; vtique tam denſa ſuum in incendium ſylua non creuiſſet. O quàm diſſimiles habet inter ſe introitus, & exitus, quàm diſparia initia, & fines impura libido? Rectè alicubi Hiſpanus philoſophus ſcripſit: *Libidinis initia continebit, qui exitum cogitabit.* Seneca. Sed miſeri mortales, aut clauſis oculis, aut exoculati feruntur præcipiti lapſu in barathrum; vnde ad auras, lucémque diuinæ gratiæ, aut nunquam, aut rarò dabitur remeare. Ac fortaſsè incuſet quis virum, quòd non diligenter vxoris leuitati occurreret, quando imprudenter illi domum induxit formoſulum mancipium, cuius illa continuò eſſet vſura miniſterio. *Non enim erat* (inquit S. Ambr.) *in poteſtate famuli ne videretur: maritus debuit cauere oculos vxoris.* At ſaltem (dices) ſeruus ipſe non debuit, ſi tamen poſſet, laſciuientis dominæ ſeſe ad iactum obiicere oculorum. Reſpondet egregiè idem

D. Ambr. *Prima diaboli tela in oculis.*

Malos exitus habet libido.

Seneca.

Difficilis emendatio à luxuria peccatis.

Nulla in Ioſeph culpa tentationis.

D. Ambr.

A Ambr. *Sed quod ille nihil timebat de coniuge, arbitrabatur iſte teſtimonium eſſe caſtimoniæ, non remiſſionem incuriæ.* vti caſtus, & ſanctus erat Ioſeph, ita caſtè ſanctéque de omnibus iudicabat; benéque fundatam exiſtimabat mariti de vxoris pudicitia opinionem: ac proinde illum nihil vereri de ſeruilis formæ periculo ac de leuitate laſciuiáque vxoris; ſed fallitur vtérque ſuâ opinione: illa ſiquidem, & leuitatis, & laſciuiæ tandem aliquando non leuia protulit argumenta.

Maritus valdè cautus in vxoris cuſtodia.

13. *Iniecit* (ſcribitur) *domina ſua oculos ſuos in Ioſeph:* domina quidem erat conditione, ſed prauo libidinis affectu in turpem ſe vilémque ancillam abiecerat, etenim ſeruile cùm ſit omne vitium, libido tamen omnium maximè abiecta eſt, & ſeruilis. Atque ita B *quomodo verè domina, quæ* (inquit S. Ambr.) *non potuit extorquere, quod voluit imperare? quomodo domina, quæ dominandi non habebat affectum, quæ diſciplinam dominæ non tenebat, quæ ſeruulis libidinis incentiua præſtabat.* Ah pudeat (ſi qua eſt huiuſmodi) nobilem, atque adeò dominam ſic apud ſe ipſam viliſcere, vt omni honore neglecto ad amorem ſeruuli ſe abiiciat. Pudeat etiam virum nobilem atque adeò dominum viliſſimarum ancillarum cœnoſis amoribus inquinari: diſcant, tam viri, quàm mulieres ab hoc adoleſcente, quæ ſit vera hominis nobilitas, quæ nam ſit Domini maieſtas. *Ille Dominus,* (inquit S. Ambr.) *qui amantis non excepit faces: qui lenocinantis vincula non ſenſit: quem nulla mortis formido perterruit, qui maluit liber criminis mori, quàm* C *potentiæ criminoſæ eligere conſortium.* Regia planè virtus eſt pudicitia: verè Dominus imò & Rex, qui potuit ebullientes carnis ſuæ motus cohibere; compreſſóque inſultantium illecebrarum impetu appetitiones animæ, corporiſque ſenſus ad normam diuinæ legis imperiúmque rationis dirigere. Quod apprimè nouerat S. Gregor. cuius hæc ſunt verba; *Qui membrorum ſuorum motus benè regere ſciunt, non immeritò Reges vocantur.* lib. 11. moral. c. 6.

Nihil abiectius libidine.

S. Ambr. *Domina titulo indigna quæ libidinoſa.*

Vera nobilitas in caſto iuuene. D. Ambr.

Verè Rex, qui concupiſcentiam refrænat. S. Greg.

14. Quid quòd non modò regium quid, ſed & auguſtum & diuinum in caſtitate reperitur? Canit enim Propheta: *Deus ſtetit in ſynagoga Deorum.* Pſal. 81. quoſnam quæſo appellat Deos? *Eos* (reſpondet Clem. Alex.) D *qui ſunt voluptate ſuperiores, qui vincunt animi motus ac perturbationes, qui mundo ſunt maiores.* Stromat. 2. Digna planè virtus Principe viro, digna Deo puritas animæ corporiſque. De Iſacio Commeno ſcribitur res valde memorabilia: Vbi enim in coniugio filium imperij ſucceſſorem ſuſcepit, à licito vxoris contubernio deinceps abſtinuit: nec vſque ad mortem vllâ ratione, ſuaſu etiam medicorum ſanitati conſolentium violauit continentiam. Dignus ergo inter mundi Principes, de quo ab ſcriptoribus vocetur in dubium, bellóne fortior, an mente religioſior, corporéque caſtior eſſet? ita Volater. & Bapt. Ignat. Profectò ſuæ veluti regiæ dignitatis, quam in regenda Ægypto poſteà Ioſeph obtinuit, E firmum in caſtitate iecit fundamentum: quam in ſententiam ſanctiſſimus Pontifex Clemens Romanus Deum ipſum ſic affatur: *Tu Domine non deſpexiſti Ioſeph, imò pudicitiæ, quam pro te ſeruauit, præmium ei dediſti, vt eſſet Ægyptiorum Princeps.* Conſtit. Apoſt. lib. 8. cap. 12. ad finem. Plura huiuſce commendationis teſtimonia dicerem de caſtitate; ſi res exigeret, ſed vno tamen verbo rem abſoluam.

Dij appellantur homines caſti. Clem. Alex.

Illuſtre continentiæ in Imperatore exemplum.

Regia dignitas caſtitatis. Clemens Rom.

15. Nullus inter Luſitanos homines, etſi per omnes ætates multi extiterint immortalitate digni, palmam non meritò tribuit Nonio Aluares Comeſtabili primo huius regni, qui pater autórque fuit excellentiſſimorum Ducum Brigantiæ, de quo iam alibi nonnihil ſcripſimus. Hic igitur Nonius, adhuc adoleſcens ita caſtitatis amator, & cultor extitit, vt cœlibem vitam ſeruare decreuerit; illud cognatis, & amicis crebrò dictitans virum ad arma natum non debere implicari coniugij negotiis, & carnis oblectamentis emolliri. Verùm vt Regi Fernando morem gereret, duxit vxorem; a qua poſt ſuſceptam filiam, quæ Alfonſo filio Ioannis Regis I. Ducum primo Brigantiæ nupta fuit, cùm totam deinde vitam in bellis, victoriis, ac triumphis inſumpſiſſet caſtiſſimus pariter, & bellaciſſimus abſtinuit. Certè priſci illi antiquitatis ſapientes ſuis (vti conſueuerant) fabellarum inuolucris veritatem adumbrantes, in eodem vnóque Palladis confícto numine tria hæc, arma, caſtitatem, diſciplinas ſpecioſè admodum copularunt. Palladem quippe armatam virginem bello doctriniſque præſidere confinxerunt; vt nimirum ſignificarent caſtum hominem in adminiſtrando imperatorio muneri, belliſque feliciter conficiendis ac diſciplinis tum capeſcendis, tum edocendis præclarè animum, ingenium, corpúſque in ipſa mentis carniſque pudicitiâ exercere.

Nonius Pereira natus ad arma caſtitatem coluit.

Caſtitas ornamentum ducum & doctorum.

SECTIO III.

Qui nequaquam acquieſcens operi nefario, dixit ad eam:

1. Timor & pudor, mulieri duplex frænum; duplex ornamentum; binæ quidē ex auro catenæ; quibus, & laſciuia muliebris comprimitur, & pudicitia exornatur. *Eſt timor Dei* (vti docet S. Ambr.) *effector beatitudinis.* lib. 1. de offic. cap. 1. Dum enim à vitiis nos abſtrahit, & à peccando abſterret, diuinæ gratiæ recipiendæ, cœleſtique felicitati cōſequendæ puros idoneóſque reddit. Maximam verò habet vim timor Dei ad refrænandam carnis libidinem, tenendámque D hominis mentem, ne corporeis illecta blanditiis in cœnoſa flagitia prolabatur. Hinc eſt quod illa Domini ſponſa, ne capite nutanti procideret, imò vt confirmata diuinos ad amplexus aſſurgeret, ſiniſtram Domini pro fulcimento legitur habuiſſe. *Læua eius* (inquit) *ſub capite meo: & dextera illius amplexabitur me.* Cant. 2. Vbi Theodoret. *Pro dextera beneficium, pro ſiniſtra ſupplicium intelligamus.* Firmiter quidem caput reclinat in timorem diuini iudicij, & æterni ſupplicij, quo breuis voluptas contra Dei legem admiſſa gehennalibus flammis in ſempiternum caſtigabitur. Rectè ad virginem ſcribit S. Auguſt. *Si non amas, time ne pereas: ſi amas, time ne diſcedas.* lib. de virg. cap. 39. E etiam cum ipſo Dei amore coniungatur timor oportet: iſto ille indiget, vt ſuſtentetur, vt firmus perſeueret. Imò, & qui maximè amat, maximè ſimul timere debet; ne breui iacturam faciat bonorum, quæ multos per annos reſiſtendo, certandóque acquiſiuit. Nam & poſt multas de carne victorias non fatigatur hoſtis, ſed acriùs inſtigatur: vti S. Cypr. ad confeſſores in vinculis, Chriſti fidem confitentes Dei timorem prudenter ingerit: *Confeſſor eſt? ſed poſt confeſſionem periculum maius eſt; quia plus aduerſarius prouocatus eſt.* lib. de vnitate Eccl.

D. Ambr. *Timor & pudor continent & ornant hominem.*

Cant. 2. Theodor.

Timor inferni cohibet concupiſcentiam. D. Aug.

Qui Deum amat, timere debet.

S. Cyprian. *Poſt victoriam timendum maximè à diabolo.*

A 2. Primum omnium cùm quis peccat, Dei timorem à ſe depellit, illóque abiecto ruit præceps in flagitium: quin etiam poſt peccatum, ſi timeat adhuc ſpes eſt vt reſurgat ad veniam, & gratiam; ſi non timeat, deſperata eſt homini ſalus, ieciredò poſt lapſum primus peccator Adam remedium inuenit, quia timuit: *Vocem tuam* (aiebat) *audiui, & timui.* Geneſ. 3. contra verò periit ſine remedio Cain, quia non timuit, *ſed egreſſus à facie Domini*, Geneſ. 4. terga vertit ad Dominum, illius timorem, ac reuerentiam prorſus abiiciens.

Remedium peccatori timor.
Gen. 3.
Gen. 4.

Eadem Antichriſto infelicitas eueniet: *Dominum enim* (inquit Propheta) *Deum patrum ſuorum non reputabit.* Dan. 11. Vnde quid conſequatur. *Et erit in concupiſcentiis.* Dixerátque de ipſo paulo anteà: *Conſurget Rex impudens facie.* Dan. 8. B benè ſequitur impudentia ex amiſſione timoris. Non timet quis? Nec illum pudeat neceſſe eſt, timor quippe ac pudor indiuidui ſunt comites: illo depulſo confeſtim cauitur iſte. Non erit Antichriſto Dei timor, igitur nec pudor erit, inuerecundè ſcilicet, ac procaciter in omnem ſeſe turpitudinem diffundet. Porrò quod in Hebr. dicitur. *Et erit in concupiſcentiis fæminarum.* LXX. legunt: *Et non erit; quod ideò ſimulet* (vti declarat S. Hieron.) *caſtitatem, vt plurimos decipiat.* Hinc præclara quædam laus apparet caſtitatis, cuius impuriſſimus mortalium ſimulatione cùm ſua dedecora occultabit; tum ſe veluti iuſtum, ſanctum impetióque dignum gentibus commendabit. Pulchrũ C viris ornamentum verecundia, pulchrius fœminis; quæ tunc pudicæ, cùm verecundæ: Si vtrũque vtrique amittunt, non tam cæco impetu, aut irruunt agitati ſtimulis tauri; aut è carceribus ſubſultantes in aperta camporum æquora effræ-nes rapiuntur equuli, aut ex præaltis montium cacuminibus in depreſſa vallium præcipitant aquarum torrentes; vt pudore omni timoréque conuulſo mortales vtriuſque ſexus, ſui, Deíque immemores in libidinum cœnum ſeſe detrudunt.

Antichriſto nec timor, nec pudor.
Dan. 11.
Dan. 8.
Timor & pudor comites indiuidui.
Antichriſtus caſtum ſe fingẽs decipiet.
D. Hier.
Ficta caſtitas commendabit Antichriſtum.
Pulchrum omnibus ornamentum verecundia.

3. Teſtis eſt Ægyptia; quæ ſerui ſui amore prorſus ebria ſic innocentem caſtumque iuuenem aggreditur: *Dormi mecum.* ô imprudens, ô cæca, o furiis tartari agitata mulier! Siccine ruſticatim, & ſine velo? adeóne furit amor impu-D rus? vbi mulieris modeſtia? vbi pudor? ſic petulanter matrona loquitur, domina ſeruum concitat ad flagitium? En mulier, vbi contempti pudoris fræna ſemel abiecit, ſenſu mentis, oris verbo modum vllum, aut inſaniendi, aut laſciuiendi habere neſcit? ergo mulier non conſideras, quòd tu domina ſis, ille ſeruus; tu matrona, mater familias, ille iuuenis, aut etiam puer? quid te ſic abiicis, ſic te vilem reddis; vt domina te ſeruulo dedas conſtuprandam? Non vereris illius ætatem, vt ſunt garruli, vt nihil penſi ac ſecreti habent, vt facilè in coæuos effundant quicquid viderint, ac nouerint adoleſcentuli? Quid ſi (vt fieri ſolet) ſe in foro imprudenter iactet, quòd à E domina ſolicitatus domini ſui torum violarit? Quid denique ſi maritus probrũ reſciuerit, adulteriique pœnas ab vtriuſque ſanguine vltor expetierit? Nihil horum aut videt, aut meminit, aut curat mulier; vrget libido, vlcus dolet, adurit flamma! huic tantùm malo etiam cum diſpendio honoris, cum periculo infamiæ, vitæque mederi omni ope contendit. Scilicet vna huiuſmodi notæ mulier ſeriò admonita de periculo haud dubiè mortis (ſi maritus reſciret) ſubeundæ, num (inquit) quia vna, vel altera, vel etiam ali-

Cæca & petulans mulier neſcit habere modum.
Mira in omnibus inconſideratio mulieris.
Cæca prorſus ebriáque mulier impudica.

Bon. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A quæ in mari naufragium faciant naues, iccircò reliquæ à nauigando deterrentur? Vide ac dole cæcitatem, imprudentiam, & impudentiam muliercula. Optimè quidem ſcripſit Orator, *qui ſemel verecundiæ fines tranſierit eum benè ac grauiter oportet eſſe impudentem.* Tull. epiſt. ad Lucceium. Sic Ægyptia vbi ſemel pudorem exuit non breui quodam termino impudentiam circunſcripſit; ſed vſque adeò procax, impudénſque proceſſit, vt tam apertis & obſcœnis verbis rem adeò flagitioſam, & fœdam atque probroſam à ſeruo ſuo flagitare non erubuerit.

Pudore ſemel exuto nullus deinde terminus eſt impudẽtiæ.
Tull.

4. Sed quæ iſta tam inuerecunda poſtulatio mulieris cùm habeat virum? hæc noſtri hoſtis eſt malignitas, vt etiam coniugatos ſuo toro ne-B glecto ad alienos iniuſtâ cupidine inflammet. Iccircò illicita deſideria immittit, vt aliena contaminent, quibus habere propria ſine delicto licet: obiicit oculis irritabiles formas, ſuggeritque fomenta, & vitiis pabulum ſubminiſtrat: tum intimis viſceribus ſtimulos omnes conturbat, & cõmouet, & naturalem illam incitat atque inflammat ardorem, donec irretitum hominem implicatúmque decipiat. Ac illud quidẽ magis dolendum eſt, quòd mens ſemel contagione impudici corporis inquinata non poteſt, niſi & longo tempore, & multis bonis operibus ab ea, cui inhæſerit, colluuione purgari; adeò tenax malum hoc eſt; adeò ſemel inhærens animæ libidinoſa affectio difficulter abiicitur: Sic rarò, aut certè mul-C to cum labore ſanatur carnis vlcus, & abluitur cœnum turpitudinis? At ô Deus bone, cur humanam in hos affectus auidiſſimè naturam irruere voluiſti? Nimirum vt eâ ratione propagari, & multiplicari genus hominum poſſet. Atque adeò huiuſmodi cupiditas in homine vehementior & acrior inuenitur, quia conditor ipſe Deus hominum maiorem, quàm reliquorum animantium voluit eſſe multitudinem. Deinde ratio illa quã Lactantius affert, optima cenſetur: *Quoniam virtutem ſoli homini dedit, vt eſſet laus, & gloria in coercendis voluptatibus, & abſtinentia ſui.* Hæc ille lib. 6. de vero cultu. Ad maiorem igitur laudem & gloriam hominum cùm Deus homo ſuo aduentu, ſuâ paſſione, ſuis meritis, ſuâ gratiâ, per lauacrum D baptiſmatis communicatâ fidelibus multa nobis ex naturæ corruptione vitia ſuſtulerit, etſi aliquantulum debilitauerit, non tamen omninò peccati fomitem, vnde libidinum ignescunt incendia, extinxit; minus exiſtimans malum ſi plurimos tale incendium abſumeret; quàm ſi deeſſet aliquibus ingens materia virtutum, latus victoriarum campus, theatrúmque triumphorum. Maiórque accedit Deo atque hominum generi honor, & gloria ex paucorum inſigni virtute, quàm ex multorum vitiis lapſúque dedecus & infamia.

Coniugati etiam ad adulteria concitantur.
Mira tentationis carnis pertinacia.
Libidinis ægritudo difficilè curatur.
Concupiſcentia carnis in homine vehemẽtior propter prolem.
Lactan.
Ardor concupiſcentiæ in homine ad laudem, victoriam, triumphúmque illius.
Maior gloria ex paucorum virtute, quàm dedecus ex multorũ lapſu.

5. Eſt etiam quod fideles conſoletur; *quia fides* (vt occurrit S. Ambroſ.) *libidinum flumina conſumit.* ſer. 1. Etenim carnis turpitudines, & quæ-E cunque flagitia, vel omninò ceſſabunt vel nequaquam admittentur, vbi viget fides eorum, quæ credimus ac profitemur: quod ſcilicet Deus homo natus ex Virgine legem immaculatam hominibus prædicauit, ad cuius normam, & legiſlatoris exemplar contemptis carnis delitiis ſobriè, piéque & iuſtè viuant, & ex terrenis animantibus cœleſtem vitam agendo in Angelos tranſmutentur; quòd vita ſit in cœlis cum Deo ſempiterna, omnium bonorum collectio; *in quam non intrabit aliquid coinquinatum.* Apoc. 12. quòd

D. Ambr.
Dogmata fidei mirum in modũ iuuant ad extinguendam libidinem.
Apoc. 12.

ſit infernus ad ſupplicia damnatorum; vbi carnis impura flagitia ſempiternis ignibus punientur. At vbi deeſt fides, aut viua non eſt, nec cœli cura, nec inferni timor, nec mortis recordatio animum ſubit; cœco ruunt impetu in omnia turpitudinum genera mortales, qui deinde in cœno libidinum altiùs defixi nihil planè à pecudibus videntur diſtare. Vbi verò Chriſti viua fides, ibi caſtitas, ibi malarum contemptus voluptatum, ibi turpium tentationum, atque omnium illecebrarum debellatio, quorum in carne certaminum triumphis, & coronis ſuos fideliſſimos quoſque ſeruos Dominus crebrò efficit glorioſos. Iccircò ſcribitur: *Deus tentauit eos, & inuenit eos dignos ſe.* Sapient. 3. quem locum ſic explicat Clem. Alex. *Deus tentauit eos, hoc eſt, ad eorum probationem, & vt pudore afficiatur tentator, ſiuit eos tentari: inuenit eos ſe dignos, vt ſcilicet vocentur filij.* 4. Stromat.

Luxurioſi pecudibus ſimiles.

Tẽtatio carnis materia triumphorũ. Sap 3.

Clem. Alex.

6. Quid glorioſius, quàm & vocari filios Dei, cùm omnes Angeli naturâ ipsâ longè ſuperiores hominibus adminiſtratorij ſpiritus miſſi propter ſalutem hominum eſſe dicantur? Hac verò tam glorioſa nomenclatura digni cenſentur, quos mentis & corporis caſtitas cœli incolas, Angelorum ſocios, Dei facit imitatores. Iure optimo dixit S. Chryſoſt. *caſtis hæc deberi & donari: videlicet libertatem, ſpem certam, & immortalem, in orbe præconium, conſuetudinem Angelorum, coronam & præmia æterna.* homil. 37. in 1. Cor. Certa quidem & magna in cœlo caſtis præmia promittuntur; nec illis in terra deſunt, quæ apud homines magni æſtimantur: bona exiſtimatio, pulchra fama, honor, amórque vbicunque, aut videntur, aut audiuntur. Refert enim ex Clem. Romano Pontifice, & celebrat dictum Clem. Alex. *Amabiles mores caſtitatis.* 4. Stromat. Verùm enimverò cùm iſtius Ægyptiæ petulantiam conſidero, ſuſpicio mihi eſt maritum vtpote Ægyptium idololatram, & aulicum, ac delicioſius agentem conſimilibus probris notatum ſuarum quoque turpitudinum exemplo vxori ſuæ, & magiſtrum ſe præbuiſſe, & forte zelotypiæ furorem impreſſiſſe.

Caſti vocãtur filij Dei. ad Hebr. 1.

D Chryſ. *In cœlo & in terra caſtis magna præmia donantur.*

Clem Alex. *Amabilis & admirabilis virtus caſtitatis.*

7. Id quidem eſt adeò frequens, & vſitatum, vt adulteria diſcant à viris vxores, & in vltionem illis, eadem indignabundæ rependant; ſeruanda igitur fides ab vtroque alteri eſt; imò exemplo continentiæ docenda vxor, vt ſe caſtè gerat. Iniquum eſt enim, vt id exigas quod præſtare ipſe non poſſis, aut nolis: quæ iniquitas efficit, vt ſuis adulteria fœminis ægre ferentibus præſtare ſe fidem non exhibentibus mutuam caritatem. Denique nulla eſt tam perditi pudoris adultera, quæ non hanc cauſam vitiis ſuis prætendat, iniuriam ſe peccando non facere, ſed referre; quod optimè Quintilianus expreſſit. *Homo* (inquit) *neque alieni matrimonij abſtinens, neque ſui cuſtos, quæ inter ſe naturâ connexa ſunt: nam neque maritus circa corrumpendas aliorum coniuges occupatus poteſt vacare domeſticæ ſanctitati, & vxor cùm in tale inciderit matrimonium, exemplo ipſo incitata aut imitari ſe putat, aut vindicare.* Cauendum igitur, ne occaſionem vitiis noſtrâ intemperantiâ demus, ſed aſſueſcant inuicem mores duorum, & iugum paribus animis ferant coniugati: nos ipſos in altero cogitemus. Nam ferè in hoc iuſtitiæ ſumma conſiſtit, vt non facias alteri, quicquid ipſe ab altero pati nolis. Ita Dauid, quod patrauerat contra Vriam illius violando vxorem, paulò poſt in ſuis vxoribus ab ipſo tam infido, quàm impuro filio Abſalone multò quàm in duplo paſſus eſt.

Adulteri viri adultera pariter vxor.

Adulter adulteram facit vxorem.

Quintil.

Adulterum vxor adultera, vel imitatur, vel vlciſcitur.

Nemo alteri faciat, quod ab illo pati non vult.

8. Porrò autem mulieris ad libidinem tentatione nihil viro, adoleſcenti maximè, periculoſius poteſt accidere, de qua ſcilicet, vis humana etſi multum laboret, ſola Dei gratia tentatum eripit illæſum. *Qui aſcendes ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio;* dicebat in ſuo cantico Abachub Deum alloquens, cap. 3. neminem (quod diligenter expendendum eſt) ſeſe arbitretur equitem ex hominibus; etiam, qui Deo ſeruiunt, Deo obediunt, & in quibus quodammodo iam ineſt ſaluatio; vnde dicuntur quadrigæ ſaluatio: ſed electiſſimi, & fideliſſimi quique eò ſanctius aſcẽdunt, vt equi, & quadrigæ appellentur; ſimile quid legimus de Eliſæo: *Vidit & ecce mons plenus equorum & curruum igneorum in circuitu Eliſæi.* 4. Reg. 6. Vtrobique apparent equi, currúſque; ſed non equites; an ne palantes per agros ſubſultabant equi, & currus ab equis temerè ferebantur? vbi ſeſſores equorum, vbi quadrigarum aurigæ? Audi S. Hieron. qui rem ita diſcutit: *Diligenter attende, quod equi videntur, & currus; & tamen in tot millibus equorum & curruum nullus aſcenſor. Horum ille erat auriga, & rector; de quo Pſal. 79. Qui ſedes ſuper Cherubim.* in 3. cap. Abachub. Deus regis: nunc incitat, nunc inhibet moderator ille, ſeſſórque; Dei eſt, quod curramus, Dei quod non, & labamur, & cęſpitemus, Dei quod vincamus.

Periculoſa viro à muliere tentatio.

Abach 3.

4. Reg. 6.

D. Hier.

Dei eſt quod non vincamur.

9. Non humanæ virtutis eſt, ſed diuinæ gratiæ quòd homo (vti vocat Apoſtolus) animalis, prauóque ingenio, ardentíque fomite illecebrarum non adhinniat (vt loquitur Propheta Ierem. 5.) ad illicitam carnis voluptatem. Illi ergo (ſi vincimus) immortales gratiæ, quod idem Propheta ſuo illo in carmine feciſſe ſe memorat. *Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quaſi ceruorum.* Abachub 3. Senſus eſt; ſi qua mihi eſt fortitudo, tota illa eſt Deus meus, qui mihi præſtò adeſt, armat me ad pugnam, iuuat certantem, debellat ipſe hoſtem ad vitia incitãtem. Spectatur autem iſthæc Domini mei fortitudo, iſtud auxilium, iſta de meis tentationibus victoria in eo, quòd ponit pedes meos quaſi ceruorum: expeditum me agilémque reddit, vt quàm velociſſime fugiam quicquid illecebrarum, & occaſionum ad peccandum mihi ſeſe poteſt offerre. Pugno ceruus, non leo; fugiens, non congrediens; in fuga ſalus, in fuga triumphus. Vides, vt Propheta vtrobique rem eandem ſignificet, per equos, quadrigaſque anteà, nunc per ceruos, in quibus pernicitas pedum miraque in currendo velocitas ineſt? Vt intelligas, illos de huiuſmodi prælijs euadere victores, qui vel equi, vel cerui ſint; videlicet, qui fugiant, currant, ac volitent. Hoc ipſum proclamat Apoſtolus: *Fugite fornicationem.* 1. Cor. 6. Nemo tutus in congreſſu eſt; nec diu quis pugnat, quin aut vincatur, aut ſaltem lædatur. Qui verò impugnatus vincit Deo, non ſibi adſcribat victoriam; nihil enim homini infirmius, nihil vinci facilius. Et tamen ſuos, qui in vaſis fictilibus illæſum diuinæ gratiæ cuſtodiant theſaurum, qui ſuo in luto dæmonum reſiſtant inſultibus, & hoſtilem retundant perfringántque mucronem: ſed in Deo tamen.

Ierem. 5.

Tota noſtra fortitudo in tentationibus Deus eſt. Abach 3.

Fugiendo vincitur libido.

1. Cor. 6.

Victoria hominis de carne à Deo eſt.

10. Diuinæ quidem virtutis opus, Chriſti gratiæ miraculum, quod Propheta vidit admirabundus. *Hæc oſtendit mihi Dominus: & ecce Dominus ſtans ſuper murum litum.* Amos 7. Legunt L X X. *murum adamantinum.* Res quidem mira; murus litus, ſine calce incruſtatus ac ſimul adamantinus; calx, aut imbre ſoluitur; aut etiam (quod quotidie

Amos 7.

Grãde Chriſti gratiæ miraculum circa hominem.

quotidie videmus) ſolo maris halitu diſſipatur; plane fragilis,& inconſtans; contra verò adamas lapidum omnium duriſſimus. Quid ergo ais ſanćte Propheta? dicis murum liuum calce,non quidem duratum ſed tantummodo illitum, ſiue vt vertit etiam S.Hieron. ſtagnatum, hoc eſt, calce dealbatum? Dicis itaque murum fragilem, ſimulque fortem: ſolubilem pariter,& expugnabilem; & calcis nitorem vnaque adamantis rigorem? Planè vtrunque inuenitur in homine, cuius ille murus typum gerebat; nihil homine infirmius, ſi hominis ſpectetur ingenium,maximè poſt peccati corruptionem: leni quocunque tentationis halitu diſſoluetur: at eodem nihil firmius, ſi diuinæ gratiæ præſidio roboretur. Inuicta ſtat humanæ carnis malè conſtructa maceries, etiamſi ab omni prauorum ſpirituum exercitu impugnetur, cùm illam Dei manus adamantinà trulla illinit, redditque ſuâ gratiâ duram, fortem, inexpugnabilem.

Homine fragili nihil fortius ex diuina gratia.

11. Hinc eſt quòd Hieremias ad tanti miraculi magnitudinem ſtupens exclamat: *Quomodo confractus eſt,& contritus malleus vniuerſæ terræ?* ca.50. aduerſarius nimirum generis humani prauis, & impuris tentationibus inſtar mallei fragilem noſtræ naturæ parietem identidem contundit. At ſæpenumerò fruſtrà laborat, confractóque malleo delaſſatus ab illæſo pariete abſcedit. Vnde hoc? tundit parietem luto calcéque, malè conſtructum,facilem diſſolui; ſed quia ſuper lutum, & calcem trulla eſt adamantis inducta; qui ſuâ naturâ infirmus primo quoque ictu ſolueretur, fortitudinem adamantis induens, nullo dæmonũ incurſu poteſt expugnari. Nemo facilè complecteretur numerando infinitam multitudinem fidelium vtriuſque ſexus, & (quod pluris faciendum eſt) etiam in ipſo ætatis flore, qui puritate mentis, & corporis in mediis tentationum flammis illibatam ſeruarunt, & qui in luteo pariete contra omnes malorum ſpirituum incurſus adamantinam virtutẽ de inferno ipſo triumphantes præbuerunt. Ceciderat olim Dauid infami planè ruinâ in adulterium cum homicidio perpetratum: at pœnitentiæ funibus in altum ſubleuatus eſt. Quamobrem ne deficiat aliquis, aut de ſe ipſe deſperet,ſi libidine impulſus in turpitudinem lapſus eſt. Poteſt enim reduci, ac liberari, ſi eum pœniteat actorum,& ad meliora conuerſus ſatisfaciat Deo. Cur enim deſperemus clementiam Dei patris pœnitendo poſſe placari? Ergo idem Dominus,ac parens indulgentiſſimus remiſſurum ſe pœnitentibus peccata promittit, & obliteraturum omnes iniquitates eius, qui virtutem denuò cœperit operari: ſicut enim nihil prodeſt malè viuenti anteactæ vitæ probitas; quia ſuperueniens nequitia, iuſtitiæ opera deleuit: ita nihil officiunt peccata vetera correcto, quia ſuperueniens iuſtitia labem vitæ prioris aboleuit. Labi quidem,imbecillitatis eſt humanæ; à lapſu autem exurgere, diuinæ virtutis eſt, & humanæ felicitatis.

Hierem. 50.

Homo luteus per Chriſti gratiam adamantinus.

Infiniti propè fideles de carne triũpharunt.

Magna vis pœnitentiæ.

Fiducia pœnitentis in Dei miſericordia.

Pœnitenti & correcto non obſunt vetera delicta.

12. Præterea nemo poteſt eſſe tam prudens, tã circunſpectus, vt (deficiente Dei gratiâ) aliquãdo non labatur. Et idcircò Deus imbecillitatem noſtram ſciens pro ſuâ pietate aperuit homini portum ſalutis; vt huic neceſſitati, cui fragilitas noſtra ſubiecta eſt, medicina pœnitentiæ ſubueniret. Ergo quicunque aberrauerit, referat pedem, ſéque quàm primùm recipiat, ac reformet: vt quemadmodum labentem in flagitia Dauidem eſt ſecutus, ad meliora mox redeuntem conſe-

A quatur: qui ſcilicet Deo præſentem à lapſu felicitatem referens acceptam dicebat: *Qui perfecit pedes meos,tanquam ceruorum.* Pſal. 17. *nimirum immaculata* (vti explicat Theodoret.) *facta eſt via mea, poſtquam perfecti ſunt pedes mei tanquam ceruorum; potui namque calcare ſuper ſerpentes,& ſcorpiones,& ſuper omnem virtutem inimici.* in 2.Cant. Vides,quod ſupra tetigimus, caſtitatis victoriam in fuga maximè ſitam eſſe? Spectabitur huiuſmodi pugna, & victoria fugientis Ioſephi in eo, quod Moyſes infrà extruet theatro. Vnde profugiens cantabit: *Deus Dominus fortitudo mea poſuit pedes meas quaſi ceruorum. Et ſuper excelſa deduxit me victor in Pſalmis canentem.* Abachub 3.legunt LXX: *ſuper excelſa ponit me, vt vincam in cantico eius.*

Mira Dauid poſt peccatũ vitæ correctio.

Pſal. 17.

Theodor.

Faciendo, quàm colluctando, potius vincimus.

Abach 3.

B Vtrunque verum eſt,& quod Dominus victor ſit, & quòd homo vincat.Dei ſcilicet gratia eſt quòd homo vincat, potiúſque Deo adſcribi debet, quã humanæ induſtriæ, victoria hominis; ille perfecit iſti pedes, ille ceruorum, & equorum pernicitatem iſti donauit; vt fugeret, vt ſe à periculis eriperet; ille iſtum ſuper excelſa poſuit ab hoſtibus ſecurum; extra ſalum,fluctus,& procellas in portu ſaluum collocauit; ille victor facit, vt iſte vincat,& quidem in cantico illius,non iſtius;tota ſiquidem victoriæ laus & gloria triumphandi, Dei,non hominis eſt.

Dei eſt quod vincimus.

Tota laus noſtra victoria, Dei eſt.

13. Benè igitur Propheta: *Deducet me victor, ſiue victori in Pſalmis canentem.* Senſus eſt, vti explicat S. Hieron. *Vt cùm ab agonotheta* IESV *qui* C *primus in agone ſuperauit, præmium fuerit cantantibus poſitum; Ego vincam in carmine eius,ſcribámque panegyricum triumphantis.* Chriſtus Dominus in nobis vincit; Chriſtus in nobis triumphat; in nobis coronatur; atque idcircò Chriſti gloria decantatur à nobis,non verò noſtræ laudes, quæ nullæ ſunt, aut decantari, aut etiam memorari poſſunt. *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Pſalm. 113. *Dicunt boni* (declarat S. Hieron.) *non noſtrum meritum nos liberauit, ſed tua poteſtas, vt nomen tuum glorificetur in omnibus gentibus.* Hinc enim vel maximè præcipuus finis eſt omnium Dei operum, atque adeò beneficiorum,quæ in homines confert; vt ſcilicet nomen ſuum glorificetur. Quare (vt ſic interpretatur S. D Baſil.) *non vt nos illuſtriores reddat,ſed vt ipſe potentiam ſuam vbique manifeſtam faciat. Non nobis Domine,non nobis,* inquit Propheta, *oſtendens* (occurrit S.Chryſoſt.) *indignitatem eorum, qui ſeruantur, Nos quidem ſumus digni malis innumerabilibus: ſed vt nomen tuum glorificetur.* Hæc autem miſericordia in liberandis, & ſeruandis hominibus; quæ præſtatur à Domino maximè hoc loco intelligitur præſtari verè pœnitentibus, & à deterioribus ad meliora conuerſis. Eam quippe non ſemper concedit; imò & interdum iis denegat, qui patientiâ Dei abutentes in ſuorum vitiorum cœno diutiſſimè perſeuerant.

Abach. 3.

D.Hier.

Deo,non nobis, gloria & laus.

D.Hier.

S.Baſil.

Dei gloria finis omniũ illius operũ.

S.Chryſ.

Dei miſericordia in cõuertendis & liberandis hominibus.

14. Quare (vt optimè animaduertit S. Chryſoſt.) *non idem ſemper facit Deus* (ſcilicet ſeruando ſperandóque) E *hominum ſalutis curam gerens. Si enim hoc ſemper faceret, multi ſocordes fierent, & deterreret, quòd nihil mali paterentur, maximũ pignus habentes,nempe, qui propter eius gloriam perpetuo ſeruaremur; ſed res non ita habet. Neque enim Deo ſua gloria tanta eſt cura, quanta ſalus hominum.* Suam Deus quærit gloriam,& propter illam, & recipit pœnitentes,& impœnitentes condemnat: vt alij ſcilicet horum exemplo ſimilem damnationem timentes ad meliorem ſe frugem recipiant. At quàm magna illa mirandáque, ſed Dei bonitate

D.Chryſ.

Multis Dei miſericordia denegatur.

Noſtræ ſalutis potior eſt cura Deo, quàm ſua gloria.

miſericordiáque planè digniſſima hyperbole: Neque enim Deo ſua gloria tantæ eſt curæ, quantæ ſalus hominum. Peccarût illi, ſed quam primùm conuertantur: ne diu voluentur in cœno, atque in dies longè difficiliorem ſibi faciant pœnitentiam. Deguſtatis enim malè iucundis voluptatibus vix diuelli ab his poſſunt: faciliùs recta ſequerentur, ſi eorum ſuauitates non attigiſſent. Sed ſi eripiant ſe malæ ſeruituti, condonabitur his omnis error; ſi errorem ſuum vitâ meliore correxerint. Tantaque virtus eſt veræ pœnitentiæ, vt ſæpenumerò meliores reddat, & ſanctiores, quos à peccatis abluit, & ſanctificat, quàm fuerint ante delictum; quod in Dauide perſpicuè viſum fuit. Enimverò, qui ante lapſum non ita velox in via mandatorum Domini videbatur, poſteà reſurgens viam mandatorum Domini cucurrit cùm iam haberet ex pœnitentia cor a Domino latius dilatatum, vti teſtatur Pſal. 118. Quique anteà facilè ceſpitabat, & aliquando turpiter in barathrum adulterij, & homicidij præcipitatus eſt; dein brachio pœnitentiæ ſubleuatus pernicitate admirabili per omnia Dei obſequia quantumuis ardua volitauit.

Citò à peccato abſcedendum.

Pœnitentia meliores reddit quàm ante delictum fuerint.

Dauid ſanctior poſt pœnitentiam, quàm ante lapſum.

15. Hoc ipſemet ſignificans aiebat: *qui perfecit pedes meos, tanquam ceruorum.* Pſalm. 17. pudor ſcilicet anteactæ vitæ, terrórque diuinæ iuſtitiæ, in quam priùs incurrerat, hominem ad omnia deinde probitatis argumenta vehementer excitabat. Sic plerumque in verè pœnitentibus fit, vt ipſa priſtinæ turpitudinis recordatione ſtimulati alacriùs in virtutis ſtudium incitentur. Quod quidem in Iona illo, qui Deum aufugerat, & in mare demerſus, monſtríque exceptus ventre, ac demum Dei miſericordiâ in auras, in lucem, in littus reductus incredibili celeritate Dei mandatum eſt executus, luculentiſſimè probatur. Scribitur enim: *Et ſurrexit Ionas, & abiit in Niniuem iuxta verbum Domini; & Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum.* Ion cap. 3. En Ionas è peccato & è ſupplicio ereptus Dei mandato viam carpit nimis longam, trium ſcilicet dierum. Sed quâ velocitate? ſequitur: *Et cœpit Ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius.* Quid hoc eſt? ciuitas itinere trium dierum tota percurritur à Iona (per totam enim ſine dubio prædicauit) vno tantùm die? reſpondet egregiè S. Hieron. *Niniue erat ciuitas magna, & tanti ambitus, vt vix trium dierum poſſit itinere circumiri. At ille præcepti & ſuperioris naufragij memor, viam trium dierum vnius diei feſtinatione compleuit.* multis quidem profuit cecidiſſe; ac multò plura in congerendis virtutum operibus lucra compararunt pœnitentes, quàm poſſederant innocentes, & amiſerant in ſalo delictorum naufragantes. Nihilominùs, etſi verum hoc ſit, non ſunt tamen facienda mala, vt eueniant bona: neque ideò cadendum eſt, vt detur occaſio feliciùs inde reſurgendi. Stare oportet, neceſſe eſt perſeuerare in bono, non amittere quod poſſides ob ſpem maioris emolumenti; non audendum intrare in pelagus naufragiis infame, quia ſperes diuino beneficio in littus emergere.

Pſal. 17.

Peccati recordatio ſtimulat ad virtutem.

Ionas 3.

Poſt lapſum pœnitens currit in Dei obſequium.

D. Hier.

Ditior ac felicior interdum quis poſt pœnitentiam, quàm prius fuerat.

16. Denique Propheta Deo ſuo confidens adiunxit: *Et ſuper excelſa ſtatuet me victor in Pſalmis canentem.* Abachub 3. ſiue ab hoſtium tentationibus, ne victus ſuccumberet: ſiue à prioris vitæ flagitiis, in quibus aliquando immerſus iacuerat, ereptus diuinæ miſericordiæ beneficium celebrat gloriabundus in Domino, quòd ab illo ſuper excelſa ſit conſtitutus. O ſi deinceps ſuper excelſa permaneat! ô ſi ad excelſa confugiat, ſuper excelſa quieſcat, quem hoſtium inſequentur inſultus, & qui à vitiorum malè blandientium incurſibus procul aufugit? Sed quænam excelſa, vbi quis à Deo conſtitutus in portu eſt? *Ecce* (inquit Propheta) *cum iuſtitia regnabit Rex, & Principes in iudicio præerunt.* Iſai. 32. *Prophetia eſt* (exponit S. Hier.) *de aduentu Chriſti, & Apoſtolorum eius.* Eſt igitur Chriſtus Dominus illud excelſum perfugium: ſequitur enim; *Et erit vir ſicut, qui abſconditur à vento, & celat ſe à tempeſtate: ſicut riui aquarum in ſiti, & vmbra petræ prominentis in terra deſerta.* O tranquilla ſtatio nautis! ô ſecurū perfugis aſylum! ô dulce peregrinantibus leuamentum! quicumque (declarat S. Hieron.) *ſub eius vmbraculo fuerit, ſic tutus erit in tribulationibus, & anguſtiis, & in mundi huius tempeſtate, quomodo qui ventum, & turbinem fugiens ſe tuto abſcondit loco, & qui puriſſimos fontes inuenit in deſerto; & qui in vehementi æſtu ſolis ardore cuncta torrente, ſub prominenti ſaxo requieuerit?*

Abach. 3.

Sublimis poſt pœnitentiam ſtatus.

Iſai. 32.

D. Hier.

Chriſtus hominibus perfugium.

Iſai. 32.

D. Hier.

17. Ingruit ergò mundi tempeſtas, carniſque procellæ deſæuiunt; & in promptu naufragium: inſidiantur pyratæ; adoritur Ægyptia; eſt in oculis aut ſcelus patrandum; Deique lædenda iuſtitia; aut falſi criminis innocens arguendus: deinde in ergaſtulum compingendus, ac patibulum denique inſonti ſubeundum? *Et erit vir ſicut, qui abſconditur à vento, & celat ſe à tempeſtate*, ait Propheta. Eſt quidem in ſalo iactatis ſtatio placidiſſima Chriſtus Dominus. Eſt turbinem, glomeratiſque imbribus tonitru, ac fulgure deſæuientibus, armatam procellam fugienti ſecura in monte excelſo rupes. Eſt vmbraculum in quod ſe recipit, in quo ille requieſcit, quem aperto in campo æſtiui ſoles incedentem corripiunt, & inflammant: fons eſt dulcium aquarum quem ſub condenſis arborum frondibus longo itinere delaſſatus viator inuenit, & cuius gratâ ſcaturigine ſeſe totum quietus à cibo proluit. Super excelſa dixit Propheta, ſignificans non vnum modò poſitum in edito aſylum, quò ſe recipiat; quippe cùm duo maxima viator, & transfuga & pauper habeat; Deum ſcilicet hominem, & beatiſſimam Virginem ipſius matrem.

Chriſtus tutiſſimus portus.

Iſai. 32.

Duo perfugia hominibus.

18. Eſt illa quidem rupes ob firmitatem, quæ iis, qui ad eam confugiunt, qui dulciſſimum illius nomen inuocant, præſentiſſimam opem implorant, egregium præbet aduerſus hoſtium incurſus, teláque munimentum. Illa iactatis in ſalo fidiſſimus portus: illa hoſtium ponè inſequentium tela; vímque fugientibus tutiſſimum in monte aſylum; illa dux in prælia contra vitiorum armatos cuneos ruentibus; Armat illa in pugnam, pugnantes roborat, inſtantes adiuuat, laborantes recreat, nutantes ſuſtinet, defeſſos reſtaurat, timidos excitat: denique certantibus victoriā defert, triumphum parat. Prudenter Barach auſus non eſt inire prælium contra Siſaram, niſi Debboram Propheteſſam in prælio haberet commilitonem. *Si venis* (inquit) *mecum, vadam: ſi nolueris venire mecum, non pergam; quæ dixit: Ibo quidem tecum.* Iudic. 4. profectò audacter quis & feliciter bellum cum hoſtibus animæ, præſertim cum impuris iuxtà, & importunis tentationibus carnis non aggredietur, ſi Virginem Dei matrem non inuocet adiutricem, ducémque habeat, & ſociā. Si venis nobiſcum ô Virgo parens, ibimus: ſi nolueris venire, non pergemus. Debbora Hebr. interpretatur *apis*; vtique Virgo benedicta illa eſt apis, cuius in vtero conceptus eſt puer IESVS omnis dulcedinis fauus; meliúſque de Virgine matre,

B. Maria portus, aſylum, dux hominibus.

Iud. 4.

Abſque B. Maria præſidio non præliandum cum vitiis.

D. Ambr.

matre, quàm de vidua. Debbora, ſcripſerit S. Ambroſ. *fœmina iudicauit; fœmina diſpoſuit, fœmina prophetauit, fœmina triumphauit, & prœliaribus intermixta copiis, imperio viros docuit militare fœmineo.* lib. de viduis. Vmbraculum etiam virgo nobis eſt, ſub cuius vmbrâ è laſſitudine moleſtiarum huius vitæ pauliſper requieſcimus ab æſtu tentationum ne comburamur; ſub illius frondoſa defendimur amœnitate; ſub vmbrâ, ſub ramis, ſub protectione Virginis matris Dei confident ſecuri ab ardoribus diuinæ iuſtitiæ peccatores, quos præteritorum ſcelerum pœnitet, & qui futuræ deinceps vitæ meliorem ſtatum pollicentur.

Debbora typus B. Mariæ.

Securi quieſcunt ſub vmbra B. Mariæ.

Tull.

19. Non putauit hoc fieri poſſe Tullius: cuius hæc ſunt verba: *Quod ſi liceret, vt iis, qui in itinere deerrauiſſent, hîc vitã deuiam ſecutos corrigere errorem pœnitendo, facilior eſſet emendatio temeritatis.* 3. lib. Academ. At licet planè. Nam ſi parentes filium, cùm delictorum ſuorum cernunt pœnitere, correctum eſſe arbitrantur; & abdicatum abiectúmque rurſus tamen ſuſcipiunt, fouent, amplectuntur: cur deſperemus clementiam Dei Patris pœnitendo poſſe placari? Cur matris Dei, & miſericordiæ vmbram non quæramus, in ſinum, in brachia non confugiamus, & abdicatâ ſcelerum labe, pœnitentes, diuinæque matris gremio protecti ab ipſo iam propitiato iudice veniam impetremus? Denique fons eſt miſericordiæ Virgo beatiſſima, quem in hoc permoleſto ac perdifficili huius vitæ ad æternam itinere peregrinantes habemus; ex quo perennant gratiæ, miſerationes effluunt, reis venia, captiuis libertas, vinctis liberatio, ægrotantibus ſalus, mortuis vita, denique afflictis & lugentibus ſpes, fiducia, conſolatio, vbertim dulcitérque emanant.

Pœnitentes à Deo, & à B. Maria recipiuntur.

B. Maria fons gratiarum.

SECTIO IV.

Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo ſua: nec quidquam eſt quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum meum.

Ioſeph.

1. Impudicæ mulieris preces (vt ſcribit Ioſephus) *adoleſcens repulit, nefas ducens talem ei gratiam referre, quæ cum tam benigni domini contumelia, & iniuria coniuncta eſſet.* cap. 4. lib. 2. antiq. memorat ſcilicet, quot, & quantis ab hero ſuo affectus ſit beneficiis, quibus ingratum ſe præbere: amorémque domini ſummis eundem afficiendo probris, tam iniquè rependere, flagitium iudicat ſupplicio dignum acerbiſſimo. *Enimverò* (inquit) *domini mei erga me humanitatem, illam de mea fidelitate exiſtimationem, vt ſua mihi omnia fidens exceptâ vxore commiſerit, nec obliuiſci vnquam potero, nec tam inſigni contumeliâ dedecorare debeo.* Igitur recordatione bonorum quæ ab hero acceperat mala eidem rependere nefas duxit, & ne ingrati crimen incurreret heri ſui thorum honorémque violare non eſt auſus. *Ecce dominus meus omnibus mihi creditis, &c. quibus verbis* (declarat S. Greg.) *oſtenditur, quia bona, quæ aſſecutus fuerat, repentè memoriæ intulit, & malum quod ſe pulſabat, euicit: & quia percepta gratia meminit, vim culpa imminentis*

Beneficia contumeliis rependere, ſummum nefas.

S. Gregor.

A *Gregor.* lib. 30. moral. cap. 18. Meticuloſus (dicet aliquis) extitit Ioſeph, ſeruilem geſſit animum, cùm oblatum ab hera ſtuprum timore Domini auertit; irridebitque honeſtum adoleſcentem (vt aliquando memini me audire) quod ſe tanquam ignauum abiectúmque & ſeruilis ingenij cum hac ſua domina ſe oſtenderit. *Cæterùm ille* (vti ſcribit S. Ambroſ.) *verè liber, qui turpe credidit vicem gratiæ non referre. Non vt meticuloſus excuſat, nec tanquam periculi timidus cauet, ſed tanquam beneficij herilis, & innocentiæ ſuæ debitor fugit crimen ingrati, peccatique labem, & culpæ contagium; quaſi iuſtus horreſcit.* lib. de Ioſeph cap. 5.

Ioſephum ignauia & ſeruilis animi arguunt nebulones.

D. Ambr.

Ioſeph gratus hero, & ſuæ cuſtos innocentiæ.

2. Et quidem licet abſtinere à peccando propter timorem laudabile multum ſit; tamen propter amorem ipſius virtutis, B quâ nihil homini eſt glorioſius; & vel maximè propter Deum ipſum, cuius in nos collata beneficia noſtris iniuriis, & ſceleribus rependere nefas eſt; potiſſima ratio virtutis, & laudis cenſeri debit. Nihil planè homines ſic oderunt, & execrantur, atque ingratum hominem, qui malum pro bono reddat: hunc ſcilicet omni dignum ſupplicio, & tanquam indignum humano conuictu procul in cautes, & ſolitudines cum belluis cenſent exterminandum. Nam quid eſt, quòd patientiſſimus, & mitiſſimus mortalium Dauid, qui à cæde ſæpiùs oblatâ ſui perſecutoris Saulis abſtinuit, armatâ manu ad trucidandum Nabal proceſſit indignabundus, trucidaſſétque ſine dubio, niſi ab vxore Nabal C occurrente cohiberetur? *Nimirum* (reſpondet Theodoret.) *cogitabat, quod Saul quidem occaſionem, & irritamentum iniuriæ habebat potentiam, & regni inuidiam. Nabal autem nullum habens prætextum arrogantiæ, aduerſus eum extremis vſus fuerit maledictis.* q. 57. in 1. Reg. Itaque Dauid, cùm poſſet, noluit tamen necem inferre Sauli, qui quòd æmulum regni perſequeretur, aliqualem ſuæ inuidiæ odióque prætendere poterat excuſationem; ſi enim (dixit Iulius Cæſar) pro aliquo, certè pro imperio ius violandum eſt. At Nabal nomine ipſo factóque ſtultus Dauidem, à quo læſus non fuerat, nec æmulum habebat, immeritò maledictis exulcerabat. *Deinde* (vti animaduertit etiam Theodoret.) *beneficiis ſæpè fuerat à Dauide D eiúſque militibus affectus: reddidique* (*dixit ipſemet Dauid*) *mihi malum pro bono.* 1. Reg. 25.

Ingratum omnes execrantur.

Theod.

Dauid mitis in Saulē, Nabal vult occidere.

Theod.

3. Cùm ingratis igitur nec diſſimulandum, nec differendum eſt ſupplicium; quod quidem in caput etiam ipſius Dauid poſteà recidit. Iuſſu enim Domini Nathan Propheta regi exprobrauit duplicatum illud facinus in miſerum Vriam ab illo commiſſum, commemorans interim omnia Dei beneficia, multa quidem, & magna in Dauidem collata; vt peccatoris ingratitudo euidentiùs monſtraretur; *Quaſi Dominus demum inferret: te bonis meis;* (vt Theodoret. inquit) *impleui, & tu in me qui dedi inſultaſti.* q. 25. in 2. Reg. Vidimus iam in 2. tom. ad cap. 26. Geneſ. quid in percutiendo vtrinque fœdere Palæſtini egerint E cum Iſaac; illud etiam ad præſentis loci explicationem adiungi oportet: *Ineamus* (dicunt Palæſtini) *fœdus, vt non facias nobis quicquam mali; ſicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet; ſed cum pace dimiſimus auctum benedictione Domini.* in Hebr. eſt: *tu nunc benedictus à Domino,* &c. exponit verò Caiet. *Si tu nunc benedictus à Domino, facies nobiſcum malum: proponitur materia fœderis horrendo tantum facinus, vt tu benedictus à Deo reddas nobis malum pro bono.* Senſus igitur eſt, ne nobis vllum vnquam inferas malum; non quæ

Ingratis ad puniuntur.

Peccatori Deus exprobrat ingratitudinem.

Theod.

Gen. 26.

Caiet.

Deo benefactori ingratus Deum in ſeruis illius offendit.

in te contulimus beneficia, etſi multa illa ſint, vulumus a te debitam, erga nos extorqueant gratitudinem: mittamus iſthæc omnia, ſilentio, quæ à nobis accepiſti; bona inuoluantur. Vnum hoc tibi vim faciet, quòd à Deo ſis benedictus: gratum vt te Deo præſtes; ipſa quæ ab illo plurima, & clariſſima accepta poſſides, beneficia omni quidem iure obligabunt. Ne ſcilicet reddas malum pro bono, Deúmque lædas ingratus benefactorem nos, quorum cura penes Deum eſt, afficiendo iniuriis. Te igitur Deo in illius ſeruis, in tuis proximis benè atque humaniter tractandis gratum, & pium exhibe. Vide quàm horreant etiam illi barbari, quàm deteſtentur, quàm Deo inuiſum exiſtiment, quàm illius beneficiis indignum cenſeant vitium ingratitudinis?

Dei beneficia obligant ad fraternã caritatem.

4. Neque verò huiuſmodi peccatum ſimplici quodam, & breui (vti cætera delicta) ſupplicio expiari debet; ſed multiplex illius pœna nimiúmque perdurans oſtendit, quàm graue ſit, feréque inexpiabile malum ingratitudinis: quod in Ioaa Rege, qui Zachariam filium Ioiadæ Pontificis, à quo ille nutritus, & educatus & erectus in Regē fuerat; ſummè ingratus occidit. Quare de illo ſcribitur, & non eſt recordatus Ioas Rex miſericordiæ, quam fecerat Ioiada pater illius ſecum. Sed interfecit filium eius, qui cùm moreretur, ait: *Videat Dominus, & requirat*, 2. Paralip. cap. 24. Vidit profectò Dominus, & requiſiuit ab ingrato & iniquo Rege innocentis ſanguinem: qui ſcilicet vſque ad aduentum Nabuchodonoſoris inſtar ollæ ebullientis; quaſi vltionem depoſcens, ferbuiſſe traditur. Nec id Rex impius, & ingratus impunè tulit: à ſeruis enim ſuis occiſus fuit: *Surrexerunt autem* (ſcribitur) *contra eum ſerui ſui in vltionem ſanguinis filij Ioiadæ, & occiderunt eum in lectulo ſuo.* Deinde ſic interfecto inter Reges ſepulturam denegarunt, additur ſiquidem: *Sepelierunt eum in ciuitate Dauid, ſed non in ſepulchris Regum.* 2. Paralip. cap. 24. Sic Deus atque homines ingratum hominem execrantur, vtpote indignum qui viuat, & qui mortuus, nobilis, & alioqui debiti ſepulchri beneficio donetur. Illud etiam admirationi eſt, Videlicet ex quo Ioas Zachariam occidit, ceſſarunt Dei in polluto templo reſponſa, & oracula ex Debir (ſecretiore ſcilicet parte templi, in quâ erat propitiatorium) & ex Ephod ornamento pontificio, vt ex ſancto Epiphanio ſcribit Genebr. chron. lib. 1. ann. 3327. Præterea in maius opprobrium ingrati Regis tot per ſæcula permanſit illud prodigium ſanguinis ebullientis; vti ſemper in omnium animis ſenſibúſque vigeret memoria tam ſtupendæ ingratitudinis, ſimúlque citiſſimi, & grauiſſimi ſupplicij; quod ab illo innocentis Pontificis ebulliente ſanguine expetitum, in caput demum ingratiſſimi Regis fuit diuinitùs irrogatum.

Summa ingratitudo Regis Ioãs.

2. Paral. 24.

Sanguis Zachariæ efferbuit vſque ad vindictæ tempus.

Ingratus nec vita, nec ſepulchro dignus.

2. Paral. 24.

Summè Deus execratur ingratitudinem.

Genebr.

5. Porrò ſemel occiſus Zacharias deſiit inter mortales viuere; ſed nec eius ſanguis vindictam expoſcens ex oculis viuorum, nec Regis ingratitudo, & impietas ex memoriâ hominum ablata eſt. Iccircò enim Chriſtus Dominus ſimilem Iudæis exprobrans impietatem, & vindictam comminatus adiunxit: *Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus, qui effuſus eſt à ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ.* Matth. 23. Sed quid hoc eſt Domine? an non Iſaiæ, Hieremiæ, Ezechielis, & aliorum iuſtorum ſanguis iniuſtè effuſus meritas expoſcit pœnas eorum, qui effuderunt? ita planè. Sed icircò duos tantùm illos nominauit, quorum ſanguis in ſcriptura legitur vindictam popoſciſſe: *Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra*, Geneſ. 4. *& videat Dominus, & requirat*, 2. Paral. 24. Deinde quia in Abelis occiſione inuidia Cain maximè viſa eſt; & in Zachariæ nece Regis ingratitudo exprompta fuit: ideò Chriſtus Dominus potiſſimùm horum iuſtorum obitus memorauit; quippe cùm inuidia, & ingratitudo; quæ illos peremerunt, vehementiùs in cordibus Iudæorum exæſtuantes Chriſti Domini mortem indigniſſimam pepererunt. Sed cur omnis ſanguis iuſtus, qui à primo Abel ac deinceps fuſus eſt, venire debeat ſuper Iudæos? Nunquid plus quàm parentes ipſorum peccarunt, vt plus puniantur, vt nimirum ſuorum ſcelerum, & parentum ſimul pœnas luant? videlicet, grauiora iſtorum, quàm patrum cenſentur flagitia; quia poſt tot ac tanta patrum delicta, itémque pro illis ſupplicia, nihilominùs tamen ipſi deliquerunt. Seu potiùs ideò acerbiùs puniuntur; quia ipſorum peccatum omnia quæcunque non ſolùm antiqui Hebræi; ſed omnes vbique terrarum mortales vſquam perpetrarunt, inexplicabili quidem ſuâ grauitate ſuperauit. Inuidi quippe atque ingrati ſupra quàm dici, aut cogitari poteſt; Deum hominem, à quo infinitis, & ampliſſimis fuerant affecti beneficiis, patibulo crucis peremerunt.

Math. 23.

Geneſ. 4.

2. Par. 24.

Duorum ſanguis effuſus vindictam popoſcit.

Iudæorum inuidia & ingratitudo in morte Chriſti.

6. Commemorat fidelis ſeruus, quæ multa magnáque acceperat ab hero ſuo bona; quibus ſummè ingratus foret, ſi mala rependeret; o egregiam doctrinam! ô ſanctum ac ſalutare documentum! profectò ſi Deum benefactorem illiuſque beneficia, quibus viuimus, mouemur, & ſumus, quibus paſcimur, & lætamur, iugi memoriâ, prudentíque mentis iudicio verſaremus; nullus proculdubiò noſtrum à peccando non abſtineret, omnéſque vehementi quodam ſtudio in amorem tanti benefactoris, in obſequium tanti amatoris raperemur. Dic obſecro, ſi quis tibi luſco alterum ipſum, quo carebas, oculum; ſi claudicanti pedem integrum; ſi præciſam tibi manum medicus reſtitueret; quid mercedis ſi exigeret, & quid amoris, & obſequij tam inſigni benefactori libens, lætus ſupplexque non deferres? *Equidem ſi centeſimam partem eorum quæ à Deo habemus, ab homine acciperemus, ſeruituti eum* (inquit S. Chryſoſt.) *illi noſtram ſæpiſſimè addiceremus.* homil. 5. in epiſt. ad Rom. At cùm nobis iugiter ex Deo tanquam inexhauſto bonorum omnium fonte beneficia profluant, ingrati nihilominùs iugiter illum offendimus? *Nonne* (colligit optimè idem Chryſ.) *infinitis ſuppliciis digni ſumus, vtpote qui ſic tenues, & abiecti: à tanto, támque admirabili ſupra omnem modũ cùm adamemur à Domino, illius erga nos amori ſic illudamus?* Meritò Dominus ipſe contra homines obteſtatur: *Quid eſt, quod debui facere, & non feci?* Iſai. 5. Aculeata profectò contra ingratos interrogatio: Cui certè quicunque noſtrum reſpondebit ſecum ipſe ingratiſſimus expoſtulando: quid debui facere Domino meo, quod fecerim? quis ego? qualis ego? quid non mali ego?

Iugis memoria beneficiorũ Dei à peccando auertit.

Quantum Deo ſimus obligati pro beneficiis.

S. Chryſ.

Quia ingrati Deo, digni ſumus infinitis ſuppliciis.

Iſa. 5.

Perſtringitur hominis ingratitudo erga Dom.

7. *Homo agricola* (dixit aliquando ipſe Dominus) *ego ſum: quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea.* Zach. 13. Itaque Chriſtus Dominus repræſentatum ſe dicit in Adam. Nam ſicut Adam Dei ſententiâ damnatus eſt, vt in ſudore, & labore coleret terram, quæ maledictione percuſſa ſpinas; & tribulos colenti, & laboranti germinaret; ita planè ſe clementiſſimus Dominus habet vt nos beneficiis ſuis colere, noſtra delicta tolerare,

Zachar. 13.

tolerare, peccantes ad pœnitentiam expectare, pœnitentes ſuſcipere non ceſſet: denique ingratos, & continuis flagitiorum ſpinis, ac tribulis ſyluescentes, manſuetudine ſuâ, & patientiâ ſinat viuere, nouiſque inſuper cumulet beneficiis; & nos tamen quotidie peiores efficimur, noſtrámque peccando in dies magis intolerabilem facimus ingratitudinem, noſtrámque temeritatem in Dei patientiâ velut in cote reddimus acutiorem. Igitur exclamat Propheta: *Dominus patiens & magnus in fortitudine.* Nahum 1. *Dominus quidem* (declarat S. Hier.) *Aſſyrios patiens fuit, & magnitudinis ſuæ fortitudine iniquitates eorum ſuſtinuit, prouocans eos ad pœnitentiam.* Quod quidem ſimiliter quibuſcunque peccatoribus conuenit; quos non ſtatim, vti merentur, fulmine de cœlo tactos, aut hiatu telluris abſorptos, aut alio repentino ſupplicio interimit: ſed diuturnam in ſceleribus agentes vitam præſtolatur, vt pœniteant demum, & meliorem viuendi ſtatum ſuſcipiant.

Deus non ceſſat hominibus benefacere.

Creſcit in dies noſtra ingratitudo erga Deum. Nah 1. S.Hier. *Mira Dei patientia in homini ſceleribus.*

8. Cæterùm quæ peccatorum ſtolida temeritas eſt, inuerecundáque peruicacia, Dei patientiam illudunt; atque miſericordiam in peccatis duriùs quotidie obſtinati contemptui habent & riſui. Quare adiungit Propheta: *& mundans non faciet innocentem.* Nahum cap. 1. Scilicet Deus patientiſſimus peccatorem quodammodo verſat inter manus: vti mulier vaſculum tractans manibus nunc abluit, nunc detergit, millieſque purificando laborat. Sed cùm altius inhærente nigredine, ſordibúſque ineluibiliter contractis videt ſe operam, & oleum perdere, procul ab domo in ſterquilinium proiicit: ita Dominus cùm hoc anno, deinde altero atque aliis, vna quadrageſima, & multis ſubinde verſans, detergénſque peccatorem obſtinatiùs quotidie peccantem, fruſtrà laborat; tandem cum nauſea indignabundus fœdum ac ſordidum proiicit in gehennam: quod ipſemet conqueritur apud Prophetam: *Nunquid non vt filij Æthiopum vos eſtis mihi: ait Dominus.* Amos 9. tantum enim, támque in caſſum in veſtris abluendis, & abſtergendis ſceleribus ob veſtram ſcilicet nimiam pertinaciam, laboro ac deſudo, vt qui Æthiopem dealbando curet in candidum flauúmque Belgam conuertere.

Obſtinati in peccatis Dei miſericordiam irridunt. Nahum 1.

Deus diu ſuſtinens peccatorem proiicit tandem. Amos 9. *Obſtinati nõ cedunt Deo laboranti, ac ſudanti.*

9. Porrò autem Ioſeph nec hero ſuo, nec ipſi Deo à quibus ſe videbat multis, & magnis beneficiis cumulatum, ingratus eſſe voluit; ſed vel irritamentis blandientis dominæ, vel propriæ carnis, & laſciuientis adoleſcentiæ ſtimulis nequaquam compulſus, & vxorem hero ſuo reliquit illæſam, & animam ſuam Deo ſanctam impollutámque ſeruauit. O virum, non puerum! ô ſenem, non iuuenem! ô verè regium in ſeruili ſtatu ingenium! *Illud hic adoleſcens venditus & ſeruus præcipuè* (inquit S. Ambr.) *intendebat ſi magis mores commendarent ſtatum, quàm ſtatus mores. Etenim qui ſtatu inferior, eò virtute eminentior.* epiſt. 44. Abiectum ſolet animum reddere ſeruilis conditio; ſed in hac ipſa, quam patiebatur Ioſeph, generoſam & excelſam gerebat mentem; quæ telis infernum ac mortem ferentibus, vel vno tantùm verbo hebetatis triumphalem de carne, de inferno, victoriam reportauit. *Primùm igitur* (inquit idem) *congreſſione mentis ſuperauit; tanquam ſcuto animi irruentem repelleret: deinde ſermonem tanquam haſtam vibrauit, vt ſe illa reuocaret.* lib. de Ioſeph cap. 5. Scuto nimirum & haſtâ pugnauit Ioſeph generoſitate animi, vti ſcuto ignita iacula excepit, retudit, confregit; dein haſtam contorſit in ſerpentem illud obteſtans, *Quomodo ego poſſum hoc*

Admiranda virtus & [...]atio Ambr. *Virtus eminet in abiecta conditione.* S.Ambr.

Scuto & haſta pugnauit Ioſeph.

A *malum facere, & peccare in Deum meum?* miram ſanè vim habent ſingula verba.

10. Quomodo? quæ ratio aut eſſe, aut fingi poteſt, vt hoc fiat? quo pacto fiet, quod turpe, quod iniquum eſt? quomodo, aut ſine dedecore, aut ſine periculo? tibi quidem dedecus erit; mihi temeritas; vtrique periculum. Quid ſi pro turpi vnius momenti delectatione vitam corporis, & animi ſalutem miſeri amittamus? quomodo, virtutis eſt, non timoris; nam quæ non videt, non quærit quomodo: ſed quæ cæco rapitur impetu, audax eſt, ſtulta, proterua. Ioſeph vir dicit, quomodo: mulier minimè. An quod S. Cypr. ſcribit: *Mirum negotium mulieres ad omnia delicata, ad vitiorum ſarcinas fortiores ſunt viris.* lib. de bono pu- B dic. quomodo? planè ſic prudentes, ſic in futurum ſibi optime prouidentes iuſti, ſic de ſempiterna ſalute animæ ſoliciti conſiderant, expendunt ſeriò, identidem ſecum ingeminant: quomodo? digna planè vox prudentiſſima, & ſanctiſſima Virgine; quam Deus ex omni fœmineo genere ſibi vnam in matrem elegit. *Quomodo fiet iſtud:* Luc. 1. Audierat nuntium de Conceptione, partúque tanti filij; ſed non adhuc certa de modo; num ſaluâ virginitate, an alio modo illum eſſet filium conceptura, modum inquirit, cauſamque ſuæ illius inquiſitionis exhibet. *Quoniam virum non cognoſco*, id eſt, virginitatem meam Deo dicaui, nec mihi iam viro accedere fas eſt. Explicari ergo modum petit, quo hæc fieri debeant; an ſcilicet C Deo placeat ipſam virginitati renunciare, an modum alium tenere velit omnipotens, cui nihil eſt impoſſibile. Itaque Virgo prudentiſſima non ſic tam nouo, tamque admirabili nuntio exaltata euanuit; vt amiſſo, aut obnubilato mentis iudicio præceps rueret in conſenſum: Sed & interrogat; & cauſam interrogationis proponit: *Nimirum* (vt Venerabilis Beda explicat:) *propoſitum ſua mentis reuerenter expoſuit, vitam videlicet virginalem ſe ducere voluiſſe.* lib. in Luc. c. 3. tom. 5. *Quomodo fiet iſtud?* rogat Angelum Virgo prudentiſſima, vt doceatur, atque inſtruatur de modo; non vt Eua nimiùm credula, nimiúmque præceps; cui conuenit illud: *Qui credit citò, leuis corde eſt, & minorabitur.* Eccleſ. 19. Vtinam ſerpenti reſ- D ponderet rogando: quomodo fiet iſtud? quomodo poteſt manducatum pomum Deos omnia ſcientes efficere? promittis diuinitatem ex pomi eſu; quomodo pomum diuinitatem, aut habere, aut reddere poteſt? profectò ſi quomodo iſtud illa dixiſſet, & ſibi & nobis melius conſuluiſſet.

In tentatione quid prudenter conſiderandum, ac prauidendum.

S.Cyprian. *Mulieres inconſideratè agunt.*

Mira prudentia B. Maria. Luc. 1.

Prudentiſſimè reſpondit Angelo B. Maria.

Beda.

Eccleſ. 19. *Eua inconſideratè egit.*

11. Deinde miram habet emphaſim illud, *ego*; quomodo ego? Itáne, vt ego ſeruus ſtuprum inferam dominæ? Ego, qui ſeruus, qui captiuus, ab hero tamen inſtar filij dilectus, inſtar cognati aut etiam domini honoratus, tanto támque magnifico benefactori, tam execrandam inferam contumeliam; torum illius polluam, vxorem præripiam? Hanc illi ego referam gratiam, ſic illius E dignam meritis? Et quâ fronte captiuus ego tantis affectus honoribus poſt admiſſum ſcelus poſterò meum herum aſpicere? *Quomodo ego* (inquit Philo Hebr.) *qui ad hanc diem purus permanſi, ab adulterio incipiam leges contemnere: peſſimóque flagitio meam ſanctiſſimis patrum meorum inſtitutis informatam fœdare vitam incipiam? Egóne Hebræus cum Ægyptia, fidelis cum infideli? quomodo ego poſſum hoc malum facere? hoc malum, inſigniter malum; adulterium*, videlicet quod nulli mortalium non cæde vindicandū videtur? Nam de cæteris criminibus

Prudentiſſimè Ioſeph horret hero ſuo iniuriã inferre.

Philo. *Vita benè inſtituta nõ eſt fœdanda.*

diſſentire

diſſentire ſolent, in hoc ſolùm omnes, & exectrandum, & plectendum gentes conſpirarunt; ita vt vbique terrarum capitale ſcelus adulterium pronuncietur, & deprehenſos in flagitio etiam inindicatos dedant ei, qui læſus eſt, perimendus. Hoc malum ad quod inuitas, non modò adulterium, ſed tori herilis iniuriam. Hoc malum vt faciam, in quo animarum noſtrarum aduerſarius tam fœdis, quàm falſis blandimentis, & ſuauitatibus titillat animas? Scit enim, quia mortis eſt fabricatrix voluptas; quapropter vnà iſtà irretitus illecebrâ in idem ambos pariter barathrum præcipitabit. Noueris quæſo; ſicut Deus hominem ad vitam non niſi per virtutem ac laborem vocat; ita malignus Spiritus per delicias & voluptates carnis in mortem deuoluit ſempiternam. Conſidera obſecro ſic rem ſe habere, vt ſicut ad verum bonum per fallacia mala, ſic ad verum malum per fallacia bona peruenitur. Verum malum, falſúmque bonum eſt illicita carnis delectatio. Verum bonum falſúmque malum eſt ipſa cupiditatis compreſſio, voluptatis contemptus, & corporis & animi caſtitas illecebroſæ delectationis inimica. Quid laqueos tendis, & plagas, quibus vterque conſtrictus æternis incendiis deputabimur? Propinat mihi crede aureo iſto, vt falsò exiſtimas, poculo aduerſarius noſter venenum; quo miſeri hauſto ineuitabilem interitum incurremus.

Conditio conterandum gentibus adulterii.

Voluptas mortis fabricatrix.

Immobilitur contra carnis illecebras.

11. *Et peccare in Deum meum?*] Siccine mei non compos ab omni ratione mentíſque iudicio alienus ero, vt aſſidentem Deo iuſtitiam res cunctas inſpicientem non timeam, non reuerear, non perhorreſcam? cogita Deum nobis præſentem adeſſe, cuius diuinitati etiam ſecreta mentis patent, & quæ patrantur in tenebris, meridie ipſo apparent clariora. Dei oculis nihil abſconditur, Dei ſcientiam nihil præterit, Dei iuſtitiam nihil effugit. Quæ igitur iſthæc eſt inſania, vt tam immani flagitio Deum lædamus, ſine quo, nec viuere, nec eſſe poſſumus, à quo & videmur, & denotamur, & iudicabimur, & æternæ mortis ſententiâ ferimur? *Et peccare in Deum meum?* Egóne vt illum offendam ingratus, & impudens, à quo infinitis, & clariſſimis affectum me ſcio, & nouis inſuper cumulandum ſpero beneficiis? Vbi fides in Deum illum criminum vindicem, iniuriarum vltorem, coniugum mutuò fidelium arbitrum, & præſidem; atque infidelium (vbi fuerint) acerrimum punitorem? Ergo ſic in tanti numinis præſentia viuamus, vt & propitium ſemper habeamus; & nunquam vereamur iratum. Sic impudicæ atque inuerecundæ mulieris petulantiam caſtus adoleſcens comprimere, ſed fruſtrà tamen, vt mox videbimus, nitebatur.

Diſſuadet caſtus mœcha turpitudinem.

Dei præſentis reuerentia & iuſtitia peccantes cohibeat.

SECTIO V.

Huiuſcemodi verbis per ſingulos dies, & mulier moleſta erat adoleſcenti, & ille recuſabat ſtuprum.

1. INſatiabilis quidem eſt carnis voluptas; ipſóque vehementiùs accenditur vſu, inſtar flammæ, quæ quò plus materiæ corripit, eò increſcit ardentiùs, nouáſque indies aſſumens vires impunè cuncta depopulatur; vt mirum non ſit, quòd mulier habens maritum vlteriùs alieno

Inſaturabilis libido.

A tam ardenter appetat etiam ſerui, etiam renuentis, atque irridentis congreſſu inſaturabilem concupiſcentiam explere: Quæ vna inter cæteras ratio conuincit efficaciter; quòd vana, futilis, fallaxque ſit carnis voluptas: nec enim ſatiat mentem, quam potiùs, vbi illa peracta eſt, miſeram relinquit ſtimulis conſcientiæ lancinatam, ac terrore diuinæ iuſtitiæ conſternatam: præterquàm quòd propter ſibi innatam turpitudinem ſapienti viro contemnenda, & fugienda eſt: vti contrariò caſtitas ob ſuam pulchritudinem, & amanda, & appetenda. Quanta verò ſit turpitudo illicitæ atque inhoneſtæ voluptatis, ea magnitudine ac (liceat dicere) turpitudine ſupplicij, quo diuinitùs puniri ſolet, luculenter admodum

Libido miſeè lancinat.

B colligitur. Etenim idololatria ſummum inter homines malum pœna eſt plerúnque ob carnis libidinem irrogata. Iccircò Apoſtolus gentiles homines dicit *turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes.* ad Rom. 1. Explicat verò S. Ambr. *Hanc dicit compenſationem eſſe contemptum Dei; id eſt, turpitudinem: quantum enim idololatria peremptum, & grauiſſimum delictum eſt, tantum & compenſatio eius horrenda, & perſordida paſſio eſt.*

Turpitudinis turpitudo pœna eſt. ad Rom. 1. S. Ambr. Turpitudo ſupplicium idololatriæ.

2. Permiſit itaque Deus omnipotens ethnicos homines ob crimen impietatis labi in cœnum impuritatis; vt cùm in his ſordibus defixos ſui ipſorum puderet, agnoſcerent ſubinde infaudum illud flagitium idololatriæ, quo ſe conta-

C minarunt; illóque demum ab animis expulſo, & abluto veri Dei puram, & immaculatam legem amplecterentur. Etſi autem præcipuè ſodomiticam fœditatem idololatriæ mercedem eſſe dicat; conſequenter tamen fornicariunls turpitudinem erroris mercedem, & ſupplicium nominat. Quid quòd tanta eſt huius vitij turpitudo, vt non modò illa hominum mentes ſenſúſque; ſed ipſa quoque ciuitas, prouincia, terráque, vbi libidinoſæ gentes habitant, fœdiſſimè ſcatere, putreréque videantur. Huiuſmodi fœditatem terra illa quondam promiſſionis & benedictionis diuinæ ex ſuis omni turpitudine contaminatis habitatoribus contraxerat, contra quam inuehitur Dominus, cuius illos exterminat cultores; *Surgite, &*

Turpitudo merces idololatriæ.

Turpitudo & hominum & terram fœdat.

D *ite; quia non habetis hic requiem propter immunditiam eius corrumpetur putredine peſſimâ.* Mich. 2. Eia (inquit) abite hinc ſordidi, cœnoſi, ac purulenti; qui meam veſtris flagitiis terram pollutam in publicum ſterquilinium conuertiſtis. Eia nunc recedite in captiuitatem, vbi catenis conſtricti pedoréque ac putore conſumpti pereatis.

Mich. 2. Peccatis ſui: mali habitatores à patria exterminantur.

3. *Ite* (declarat S. Hier.) *in captiuitatem, quia in hac terra requiem non habetis, quæ propter ſcelera veſtra polluta eſt, & mundari non poterit, niſi longum Sabbathum antea celebrarit.* Ita verò Dominus ſuorum fidelium vitia execratur; quippe qui Deum agnoſcentes debitam diuinæ legi puritatem vti profitentur, ſic obſeruare debent, vt illis in exteras barbararum gentium regiones expulſis ter-

E ram, quæ ſubinde ab Aſſyriis, & Chaldæis idololatris habitarur, defœcatam, & ſanctificatam quodammodo eſſe conteſtetur. Ipſa nanque flagitia gentilium Dei verâ fide carentium, quantumuis fœda & ſpuria, ſi cum flagitiis fidelium hominum in eodem genere, atque ſpecie, cæteris paribus, comparentur, (liceat dicere) puritas ipſa, & ſanctitas eſſe videntur. Quod autem in præſenti loco de carnis immunditia ſermo ſit, exponit S. Hieron. in hunc modum. *Legunt LXX. Propter immunditiam conſumpti eſtis corruptione. Hoc*

D. Hier. Exterminantur peccatores à patria, vt illa purificetur. Valde offenditur Deus ſuorum fidelium peccatis.

Peccata fidelium cæteris paribus grauiora quàm peccata infidelium. D. Hieron.

dicitur

dicitur ad eos; qui libidini ſeruientes animam & corpus ſuum corrumpunt.

4. *Huiuſcemodi verbis per ſingulos dies.*] Importuna quidem mulier, neque vnquam acquieſcens donec impuræ ſatisfaciat cupiditati: per ſingulos dies eadem in adoleſcentem iacula contorquet: nullam ſcilicet occaſionem maleſuadi colloquij, & pellacis ſermonis elabi ſibi patitur: nouit enim quod lenones, & meretriculæ vſurpant ex doctrina diaboli ipſorum magiſtri; rem denique perfici importunitate. Nam & gutta cauat lapidem, & crebris ſtillicidiis tecta perforantur, & putrefacta decidunt; paruáque ſcintilla ſemel in ſtipulis ignem concipiens ſenſim ſine ſenſu in ſtupendum exurgit incendium. Importuna mulier ad carnis prona laſciuiam, quam vtique in otio, & deliciis Indulgentiſſimè nutriebat: profectò ſi laboribus, aut certè domeſticis curis exercita duriùs viueret; non tam cupidè atque inſanè inhoneſtam voluptatem anhelaret. Hic enim morbus ex otio naſcitur, otio nutritur, inter delicias corporis vehementiùs ingraueſcit. Hinc eſt, quod frequentiùs, & ardentiùs in nobilibus vtriuſque ſexus concupiſcentia carnis, quàm in opificum & operariorum plebecula dominatur. In quo argumento luculenta illa eſt Tertull. ſententia: *Difficile in domo Dei diues, ac ſi quis eſt, difficile cœlebs.* lib. ad vxorem. cap. 8.

Importuna tentatio vincit inuitandum.

Mulier otioſa & luxurioſa.

Luxuria in nobilibus maximè dominatur.
Tertull.

5. Tota nobilium fœminarum vita inſumitur in comendo capite, colorandâ facie, curando corpore: vtique armandâ, & roborandâ carne in prælium aduerſus animam. Monet ergo optimè idem Tertull. *Diſcutienda ſunt delicia, quarum molitie, & fluxu fides virtus effœminari poteſt.* lib. de cultu fœmin. cap. 13. O pulchram illam, veréque felicem, aureámque ætatem, in qua ſic caſtitas cum fide Chriſtiana videbatur inſeparabili nexu coniuncta; vt difficilè Chriſti fidem acciperet, qui caſtus non eſſet; nec ſine caſtitate fides viſeretur; profectò nec otium fomes vitiorum, nec deliciæ caſtitatis ſpinæ tunc in Chriſtiano viro; aut fœmina videbantur. Contra verò regnat caſtitas, vbi labor membra fatigat; corpus, & animam exercet. Icircò aiebat Domini ſponſa: *Nigra ſum, ſed formoſa; quia decolorauit me ſol.* Cant. 1. Denigratam quidem ſe videbat eò quòd peruſta ſolibus laborioſam vitam paſcendo greges tranſigeret; cùm tamen propterea maiorem animo acquireret pulchritudinem. *Corpora enim* (inquit S. Hieron. hæc ipſa verba explicans) *membris, oſsóque marceſcentia tentationes, & æſtus ſeculi ferre non poſſunt: quæ autem ad luctam, & ad certamina præparantur, ſoli ſiccata ſuperant mundi iniurias, & benedictionem ſancti Spiritus conſequuntur.* hæc ille in cap. 9. Amos. Durata niuibus ac torrida ſolibus mulier laſciuire non curat; nec per otium, quo prorſus caret, impuris dæmonum ſuggeſtionibus locum habet apertum: nec ipſam carnem ſinit intemperantiùs geſtire, atque aduerſus animam inſultare. Ac nobis quidem experientiâ quotidianâ compertum eſt, Luſitanas mulieres, quæ à villis, pagiſque, & ſuburbanis locis Oliſiponem (in qua ſcribo) ſuis cum oneribus, mercibúſque gregatim aduentant; vti nimiis inſtar virorum exercentur laboribus; ſic & maſculo robore animóque pollere, & inſigni caſtitatis laude commendari.

Mulieres nobiles maximè delicioſa.
Tertull.
Deliciis armatur libido.

Primorum fideliũ ætas caſta, & non delicioſa.

Cant. 1.
Caſtitas inter labores.

D Hieron.
Laboribus exerciti tentationes carnis aut non ſentiunt, aut facilè vincunt.

Luſitanæ mulieres maſculo robore, & caſto corpore.

6. Mulier moleſta erat adoleſcenti; non ſolùm crebris colloquiis, ſed crebris etiam aſpectibus, ornatúque inſuper ad illiciendum mirificè concinnato Ægyptia pertentabat adoleſcentem; vti

Importuna tentatio mulieris.

A ſignificatur in illo teſtamento Ruben; vbi ſermo eſt de Ioſeph quod ſupra commemorauimus ex tom. 3. Biblioth. Patrum. ibi enim adiungitur: *Perniciosæ ſunt mulieres, quoniam cùm non habent poteſtatem, vel virtutem in virum, dolosè agunt in formis quibus eum ad ipſas aſtrahant, & quem per fortitudinem non poſſunt vincere; hunc per deceptionem vincunt.* ibidem. Infirma quidem viribus mulier, ſed dolis inſtructa vires pluſquàm humanas expromit; miſerúmque virum eò fortiùs vincit; quò delicatiùs inuadit, blandiúſque penetrat. Cur quæſo cultu capitis, oris fuco, ac totius habitus lenocinio armatur mulier, niſi aduerſus virum; cuius amorem ſibi; quantò dulciùs tantò violentiùs expugnet? *Per ornatum ergo* (inquit) *errare faciunt*
B *primò virorum mentes & per viſum inferunt venenum; & tunc opere captiuant: non enim poteſt mulier virum cogere.* Hæc ſibi Ruben ab Angelo Dei dicta refert. Certe tanta ſolet eſſe ad fallendum, & perdendum vis in lenociniis fœminarum, vt mirum non ſit quod Tertull. exiſtimauit: ea primò à dæmonibus in perditionem mortalium inuenta, fœminis deinde inculcata fuiſſe. *Propriè* (inquit) *& quaſi peculiariter fœminis inſtrumentum muliebris gloriæ contulerunt* lib. de habitu mul. cap. 2. At quorſum iſtud inuentum, & documentum cacodæmonum? *Diabolus* (inquit) *huiuſmodi ingenia concinnauit, vt in nobis quodammodo manus Deo inferret. Quod naſcitur, opus Dei eſt: ergo quod fingitur, Diaboli negotium eſt.* lib. de cultu fœmin. cap. 5. ſci-
C licet & lenocinium, & fucum ſimul perſtringit, vtrunque diaboli contra Deum armantis, & pugnantis inſtrumentum.

Teſtam. Patriarc.
Mulier fallem decipiendo vincit.

Vincit mulier blandiendo.

Mira vis in fœmineo ornatu ad decipiendum.

Tertull.
Ornatus à diabolo inuentus, & fœminis inculcatus.

Ornatus diaboli inſtrumentũ, telúmque contra Deũ.

7. Ita ſe frequenter comptam, ornatámque Ægyptia caſto adoleſcenti obiiciebat, vt illo Veneris apparatu illius animum vinceret, caſtitatem expugnaret. Sub cuius vexillo militantes contra ſuam alienámque pudicitiam, vt plurimùm depræliantur, quæ ſeſe delicatiùs, & pretioſiùs ornatas virorum aſpectibus geſtiunt obiectare, *Etenim lenocinia formæ,* (vti adnotauit Tertull.) *nunquam non proſtituto corpori coniuncta, & debita etiam ſcriptura ſuggerunt.* cap. 12. Vbi nimius eſt corporis ornatus; ibi minimum eſt animæ ſtudium: quin etiam oris fucus, curioſius capitis
D calamiſtrum, frontis impudentia, venalem pudorem conteſtantur. *Denique* (vt eleganter Tertull. loquitur) *elaborata libidinis ſuggeſtum eſt.* lib. de cultu fœmin. cap. 2. hoc eſt, apparatus libidinis; quo ſeſe illa dat oſtentandam ambitione: ſuggeſtum etiam, ex quo ſpectantium oculis libido ipſa ſeſe prædicat, aut à diabolo prædicatur. O turpem, ô infamem à diabolo ex ſuggeſto meretricij lenocinij habitam pro commendanda Venere concionem! Egregiè dicit (*elaborata*) videlicet per mundum muliebrem, cuius varia ſupellex, multiplex artificium, ſtudioſiſſimè, atque operoſiſſimè concinnantur carnis illecebræ, perpolitur voluptas, elaboratur intemperantia. Icircò ſcribitur: *mulier moleſta erat adoleſcenti*, quid
E enim moleſtius, quid importunius caſtis oculis; quàm illud Veneris pharetrum, illud elaboratæ ſuggeſtum libidinis, illud in foribus ſignum appenſum venalis intùs in animi pudoris; ornatus videlicet conteſtans meretricem?

Ornatu mulier contra Deum armatur.

Tertull.
Ornatus meretriciũ innuit.

Tertull.
Ornatus Veneris ſuggeſtum.

Nihil moleſtius caſtis oculis, quàm mulier compta.

8. Neque verò his contenta vipera, latiùs deinde ac fortiùs ſpargere curat venenum, vt nihil prætermitteret, quod in pectoris caſti expugnationem valeret. *Enim verò* (vt in prædicto teſtamento Ruben adiunxit) *multa ei fecit Ægyptia, quæ magos aduocauit, & pharmaca ei obtulit.* ibid.

Hic

Hic etiam tam crudelitatis, quàm temeritatis procedere ſolet imputi amoris inſania. Quæruntur venefici, adeuntur incantatrices, aduocantur maligni ſpiritus, ficta de tartaro verba diſcuntur, & dicuntur: dein parantur malefici pulueres, quibus ſpargantur cibi, potúſque miſceantur; dantur philtra, propinatur pro amuleto venenum: crebróque euenit, vt in amatorio ab homine virus hauſtum non amorem conciliet, ſed furorem efficiat, dementiam ingerat, mortem inducat. Dicam quod vidi in hoc argumento lepidiſſimum. Rogauit mulier miſerandum in modum anxia, & illacrymans aliquod, ego præſens, & ſalutare remedium inculcarem, quo tandem maritum iracundum ac præferocem emolliret. Plura equidem docui pia, & religioſa, quæ fauenti Dei gratiâ mitigando viro apprimè conducerent. At illa Chriſtianæ pietatis diffiſa remediis famoſam, & quam apparitores ad vincula, & verbera nimis inquiſitam haud inueniebant, adit affaturque veneficam, præſentiſſimum tanto malo remedium implorat; bono tandem pretio emptum recipit panniculum pronunciatis à diabolo verbis incantatum. At hunc ſecum deferens mulier, vt deinde ad conſpectum mariti veneficiis concinnatum carmen proferret ipſo in limine oſtij; læta & certa, quòd proculdubiò maritus omni poſitâ feritate perhumaniter eſſet ſubintrantem excepturus. Geſtiens igitur tanti miraculi ſpe, ſimulátque attingit oſtium, & profert panniculum, & carmen pronunciat. Quid tunc maritus? Nihil quidem percipit ex ore mulieris: tacitus enim illa ſecum diabolica verba muſſitauerat: ſed ſubito furore correptus inſilit in miſeram; penéque ictibus contuſam proſternit ſemianimem. Diceres energumenum maligno intùs agitante ſpiritu tam furioſè debacchari. Redit miſella plagarum inuſta liuoribus, factum cum lacrymis retulit, ſuámque deteſtata dementiam didicit à malo non bonum, ab hoſte non ſalutem, vitæ pacíſque remedium ab autore mortis, & diſcordiarum inuentore non petendum.

Malignis artibus amor extorquetur.

Amatoriis virus hauſtum dementat & enecat.

Mulier veneficam cõſulens decipitur.

Nihil à diabolo boni expectandum.

9. *Et ille recuſabat ſtuprum.*] Pro adulterio ponitur etiam apud Latinos, vt conſtat ex lege Iulia de adulteriis. Optimè hic S. Ambr. occurrit: *Non ſolùm lubrica, ſed etiam procax, importuna, petulans eſt libido; nec habet quod vereatur adultera.* lib. de Ioſeph cap. 5. Sed ô admirabilem adoleſcentis fortitudinem. *Profectò* (vti loquitur S. Chryſoſt.) *non tam admirabile in fornace Babylonis mihi videtur eſſe tres pueros, & illæſos permanere; vt admirabile hoc, & rarum, quòd tantum certamen iuſtus ſuſtinuerit.* homil. 62. in Geneſ. multa quidem in hoc certamine difficilem, imò & impoſſibilem ſpectatâ imbecillitate naturæ, victoriam reddebant; vt proinde haberi debeat pro inſigni miraculo diuinæ virtutis; quòd victor euaſerit Ioſeph. Enimuerò iuuenis erat; quæ quidem ætas feruore ſanguinis & ardore cupiditatum proclinis eſt ad libidinem. Deinde incitabatur, & ſolicitabatur à domina ſua, à qua ſi ei aſſentiretur ingentia expectare bona poterat: ſin autem repugnaret, grauiſſimas calamitates & extremum timere debebat exitium; nec ſemel tantum aut leuiter, ſed vehementer, & inſtanter & aſſiduè ſolicitatus eſt. Et nihilominùs inter incendia illæſus, in ſalo fluctibus vndique ac procellis impetitus nauigat in tuto iuuenis: nec tot tantiſque ſulphurei, quin potiùs tartarei ignis tormentis repercuſſus: caſti illius animi murus labefactari potuit. Planè vel ingentes arbores magnis crebriſque percuſſæ ictibus concidunt, etiam duriſſima ſaxa minutiſſimis aſſiduè cadentibus guttis excauantur: quantò magis humo, *cuius caro non eſt ænea, nec fortitudo eius eſt fortitudo lapidum,* (vt inquit Iob. 6.) magnitudine & aſſiduitate tentationum ſuperabilis eſt.

Grande miraculum ex tentatione meretricis iuuenem illæſum euadere.

Solâ Dei gratiâ fragilis homo euadit illæſus ex tentatione carnis.

10. Certè qui conſiderabit infirmitatem naturæ humanæ non mirabitur, quòd homo illecebrarum tentationibus victus ſuccumbat: ſed quod illis eiſdem impugnatus perſiſtat tamen, diuinæ gratiæ, quâ homo ſuffultus conſiſtat, virtutem venerabitur. Benè hoc ipſum expendens Procopius ait: *Si conſideremus ætatem Ioſephi: erat adhuc flos ipſe, & iuuentutis quoque flagrabat igne. Foris arietabatur intemperie libidinoſiſſimæ mulieris: quapropter etiam caſtitas maiorem apud omnes meretur admirationem.* hæc ille. *arietabatur*, dicit: quaſi turris eſſet muniriſſima, & prorſus inexpugnabilis, contra quam diſpoſita & collibrata eſſent multa, & inſanæ magnitudinis tormenta bellica, quæ tamen fruſtrà quaterent arcem in rupe collocatam. Præterea hoc ipſo exemplo Ioſeph ſatis apparet nullam eſſe, nec iuſtam, nec idoneam, nec probabilem peccandi excuſationem: non humanæ naturæ infirmitatem, non ad libidinem iuuenilis ætatis procliuitatem, non obiectas extrinſecùs occaſiones, non illecebras, non irritamenta, non magnas ſpes commodorum, non ingentem metum calamitatum, & malorum terrorem; non aſſiduam, atque importunam ſolicitationem. His quidem omnibus, & pluribus, & grauioribus, ſi quæ aliæ ſunt, tentationibus homo impugnatus poteſt tamen præſidio diuinæ gratiæ non ſuſtentari modò ne labatur; ſed inſuper fortiter vincere & glorioſè triumphare. Nam his omnibus grauiſſimè tentatus eſt Ioſeph, & hiſce quaſi machinis vehementer appetitus valde oppugnatus, diu multúmque vexatus, nec vinci tamen potuit, nec de propoſito colendæ caſtitatis vel tantulum dimoueri.

Ioſeph turris inexpugnabilis.

Nulla peccandi excuſatio iuſta.

Fragilis homo per Dei gratiam inuictus.

11. Porrò ad gloriam Ioſeph multum conduxit, quòd grauiſſimum ſubierit certamen, vt illius virtus aduerſitatibus probata, pudicitia illecebrarum irritamentis pertentata, fides & conſtantia tot tantiſque periculis exercita illuſtriùs multò præniterent, pérque omnes ætates ab omnibus terrarum gentibus longè glorioſiùs celebrarentur. Hac ratione permittuntur à Deo mala, vt ex illorum impugnantium certamine impugnata vincénſque tamen virtus emineat. Quid enim virtus eſt, aut in quo virtutis & natura declaratur, & vis oſtenditur: niſi quòd malis ac vitiis fortiter repugnet. Hinc apparet ſine malo, ac vitio nullam haberi (quoad exercitium) virtutem; quam Deus vt abſolutam perfectámque redderet, permiſit id, quod erat ei contrarium, cum quo depugnare poſſet. Agitata enim malis quatientibus ſtabilitatem capit, & quantò frequentiùs impellitur, tantò firmiùs roboratur, tantóque pulchriùs ſplendeſcit. Quare optimè philoſophatur Lactant. *Virtutem, aut cerni non poſſe, niſi habeat vitia contraria; aut non eſſe perfectam, niſi exerceatur aduerſis. Hanc enim Deus bonorum ac malorum voluit eſſe diſtantiam; vt qualitatem boni ex malo ſciamus, item mali ex bono, nec alterius ratio intelligi ſublato altero poteſt. Deus ergo non excluſit malum, vt ratio virtutis conſtare poſſet.* lib. 5. de iuſtitia. Quod quidem in ſingulis virtutum actionibus apertum eſt. *Quomodo enim* (adiungit) *patientia vim ſuam, noménque retineret; ſi nihil eſſet, quod pati cogeremur? Quomodo laudem mereretur deuota Deo ſuo fides; niſi eſſet aliquis, qui a Deo vellet auertere? Nam* ideò

Virtus exercita illuſtriùs eminet.

Non eſt virtus quæ non depugnet, impugnetur, exerceatur.

Virtutes non celebrantur, niſi impugnentur.

A *ideò potentiores eſſe iniuſtos permiſit, vt cogere ad malum poſſent.* Enimverò ſi aduerſa nulla forent, quæ pateretur Iob; illius patientia non appareret; noménque inter homines non celebraretur. Si Ioſeph petulantiam Ægyptiæ non ſuſtineret, quænam illius caſtitas, quantáque eſſet virtus, prorſus ignoraretur. Ardeat igitur impuro affecta mulier: nullum non moueat lapidem, machináſque admoueat ad labefactandam adoleſcentis conſtantiam: vt notum ſit mortalibus, quàm caſtus fuerit animus, quàm pura conſtánſque fides Ioſeph: atque illius exemplum hominibus in documentum: ipſúmque nomen in ſempiternum habeat victricis pudicitiæ monumentum.

Tentatio Ioſeph profuit illi ad virtutē & bonum, nobis ad exemplū.

B 12. Tentatur adoleſcens, cùm maximè vel ipſe feruor ætatis impellit in libidinem, vt iſta fortiter compreſſa victoriam pariat illuſtriorem. Hinc eleganter pudicitiæ laudes concelebrans S. Zeno Veronenſis hæc adiungit: *Beata* (ſcilicet pudicitia) *cùm alludit in pueris; beatior cùm adoleſcentibus lapſum feliciter timet; beatiſſima, cùm in iuuenibus carnalia extinguere laborat incendia. Sanè in ſenibus vt eſt honoranda; ita miranda non eſt; quia licèt ſit victrix, tamen triumphi ſui palmam ſenectutis cum vigore partitur. Ceſſat enim concupiſcentia pugna, vbi ſuccreſcentibus morbis ipſa neceſſitate etiam impudicorum pudica ſunt membra.* ſermon. de pudic. Itaque licèt omnem ætatem adornet pudicitia, nullam profectò magis, quàm iuuentutem; quia quò ibi periculoſiùs colluctatur, & operoſiùs laborat: eò fortiùs vincit; glorioſiùs triumphat; pulchriórque, & (liceat dicere) diuinior effecta multò quidem reddit C iuuentutis palmam nobiliorem. Quapropter in lege gratiæ vnum eſt ex potiſſimis Chriſti miraculis, quod innumerabilis in ea floreat præcellentium caſtitate iuuenum vtroque in ſexu multitudo. Scilicet hanc ſupra naturam è cœlo in terra aduexit Deus homo virtutem, quam in ſeipſo, & in matre ſuâ Virgine dedicauit, mirabilitérque mortalibus expetendam reddidit. Enimverò (vti adnotauit S. Zeno Veronenſis) *Dei mater fuit Virgo poſt connubium, Virgo poſt conceptum, Virgo poſt filium. Denique ſi eſſet aliquid virginitate melius, Dei filius hoc magis potuerat* D *ſuæ matri præſtare, cui præſtiterat, vt diuina virginitatis honore polleret.* ſer. de continentia. tom. 3. bibl. PP.

S. Zeno Veron.
Pudicitia encomia.
Caſtitas in ſenibus nec difficilis, nec glorioſa.
Caſtitas in iuuenibus laborioſa, & glorioſa.
Caſtitatem Deus homo in ſe, & in matre Virgine dedicauit.
S. Zeno Veron.
Deus matri ſuæ admirādum virginitatis donū dedit.

13. Mirum verò eſt, vbi Virgo Dei mater virginei pudoris in terra vexillum extulit, quàm vberes caſtitatis flores, fructúſque natura hominum produxit. Germinat quotidiè Chriſti Eccleſia viduarum continentiam, coniugum honeſtatem, Virginum integritatem: vtique in carne mortali homines de puritate cum ſpiritibus ipſis immortalibus decertantes eò clariorem efferunt palmam, quò periculoſiùs agentes theſaurum in vaſis fictilibus, & Angelicam in carne peccati ſeruant puritatem. Igitur, ô vos, quæ E coniugalem ſtatum Ægyptiæ, maritum & familiam habetis, illius impurum animum & laſciuiam ne imitemini; teneat vos in fide, quam Deo ac viro promiſiſtis, ipſe timor, qui carnem ſolet compeſcere, ne laſciuiat! prudentiſſimè quidem coniugatam fœminam inſtruens S. Zeno Veron. ita demum colligit: *Si es ſumptura remedium; dubium non eſt, hoc ſolum eſſe, vt flammas tuas maritalis gladij contemplatione compeſcas.* ſerm. de continent. Profectò ſi quæ vlla eſt

Poſt B. Mariam terra caſtis exuberat.
S. Zeno Veron.
Mulierē cohibet timor gladij mariti.

A huic Ægyptiæ perſimilis, & gladium mariti cogitaret, ab omni prorſus dedecore animum cohiberet. Cæterùm ad omnem ſtatum, ordinem, ſexúmque illud ab eodem Pontifice ac martyre ſaluberrimum conſilium pertinet: *Non habet concupiſcentia locum, vbi patientia dominatur, vbi viuitur ſobriè, vbi mors timetur, tuo hunc timorem (quod eſt verius atque iuſtius) transfer ad Deum, & quale illud ſit repentè extinguetur incendium.* Deerant hæc omnia in Ægyptia muliere, ideóque in tantam prorupit inuerecundiam. Erant verò in Ioſeph Dei ſui timor, reuerentia in herum ſibi tam beneuolum, támque beneficum; mortiſque recordatio; inferni metus; vita deinde non eneruata deliciis; ſed laboribus exercita, cibi potúſque B temperantia, Deíque perpetuò aſſiſtentis gratiæ præſidium: atque ideò cùm per ſingulos dies, & mulier moleſta eſſet adoleſcenti, ille tamen recuſabat ſtuprum.

S. Zeno Veron.
Dei timor libidinē extinguit.
Quæ iuuant ad comprimendam libidinem.

14. Et quidem percommodè hunc locum in natalitiis Dei hominis, & virginei partus celebritate commentamur. *Intrans videlicet* (inquit S. Zeno Veron.) *in Mariam, vniuerſa cordis deſiccat vitia: vulnúſque mulieris, dum de Virgine naſcitur, curat. Signum ergo ſalutis accipite, corruptelam integritas, partum eſt ſecuta virginitas:* ſerm. de circumciſ. Qui denique Virginis partum contemplatus exclamat: *O magnum ſacramentum! Maria Virgo incorrupta concepit; poſt conceptum Virgo peperit: poſt partum Virgo permanſit. Ita Chri-* C *ſtus in hominem ſe fecit naſci, quemadmodum homo non poteſt naſci, qui ſanè ideò carnem eſt dignatus induere, vt nemo ſe poſſit per carnem, cùm dies iudicij aduenerit, excuſare.* ſerm. 2. de natiuitate. Noſtros ille quidem ſuſcepit affectus, vt emendaret, & ſanctificaret, noſtram ille carnem aſſumpſit; vt puram efficeret, & contrà dæmonum inſultus armaret. *Igitur qui* (vt loquitur idem Veron. Epiſcop.) *cœlo egreſſus ſacrario templi virginalis hoſpes pudicus illabitur, & requieſcit libens florentiſſimo in domicilio caſtitatis.* ſer. 3. de natiuit. Noſtra puriſſimus IESVS, vt de illius miſericordiâ ſperamus, medebitur vulnera; vitia carnis exuet; flammas libidinum extinguet, cœleſtéque iſtud caſtitatis donum ſuis infundet fi- D delibus, iis maximè, qui beatiſſimæ ac puriſſimæ Virginis matris & nomen inuocant, & opem implorant, & maieſtatem reuerenter coluut: ac denique pro virili contendunt, vt ab hoc diuinitatis ſacrario religioſam, & caſtam vitam accipiant; ab hoc florentiſſimo virginitatis prato, ſuos quiſque vernantium virtutum flores colligat, quibus vniuerſus ordo, ſtatúſque & ſexus in Eccleſia Chriſti, & cœleſte quiddam aſpirent, & pulcherrimè vernant in æternitatem.

S. Zeno Veron.
Signum ſalutis virginitas B. Mariæ.
Verbum caro factū tollit excuſationem peccandi per carnem.
B. Maria diuinitatis ſacrarium.
Deuotis B. Mariæ donū caſtitatis donatur.

SECTIO VI.

E *Accidit autem quadam die, vt intraret Ioſeph domum, & operis quippiam abſque arbitris faceret: Et illa apprehenſa lacinia veſtimenti eius, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egreſſus eſt foras.*

1. INterea igitur dum Ægyptia ſuæ libidini occaſiones captabat, & ſollicitare caſtum pectus adoleſcentis non deſiſtebat; opportunum aliquando tempus inuenit; Ioſephus ſcribit fuiſſe, *Quo in ciuitate publicum agebatur feſtum, ad quod cum tota familia abiiſſet, cauſata mulier ægritudinem domi ſe continuit; in qua etiam Ioſeph vtpote domeſticarum rerum adminiſtrator, & (quod fortè certius eſt) ne idolorum celebritati ſeruus veri Dei cum impiis ſimul intereſſet; futuri tamen neſcius periculi, remanſit.* Sed ex ipſo autore iſtam præſtat audire ſententiam. Sic enim ſcribit, *mulierem verò repulſa magis etiam accendebat, quòd non putaret Ioſephum pernegaturum.* Putabat ſcilicet nequaquam fieri poſſe, vt homo ad carnis voluptatem inuitatus nõ ſtatim annueret; non dominæ ſeruus amorem magni faceret, non adoleſcens ſuæ indulgeret ætati: ſed amantis vota excluderet, amorem odio rependeret, lacrymas irrideret; vt eſſet in adoleſcente tanta durities, in ſeruo tanta ruſticitas; in homine tanta eſſet, non tam conſtantia, quàm obſtinatio. Putant improbi, quam in ſe non habent, aut potius habere nolunt, etiam aliis fore impoſſibilem virtutem.

Ioſeph.

Putans impuri purum eſſe hominē non poſſe.

B

2. *Sed* (inquit) *illa non ceſſante morbo ſecundas illi machinas admouere cogitat. Ergo publico feſto inſtante, cuius celebritatem fœminas quoque frequentare mos erat, fingit morbum apud maritum, captans ſolitudinem, & ad Ioſephum ſollicitandum opportunitatem; quam nacta ſupplex blanditiis talibus eum adoritur: Satius quidem erat primis precibus, non repugnantem cedere, idque vel dignitati precantis deferre, vel amoris vehementiæ; quâ cogente oblita me dominam ad tam abiecta verba deſcendi: Sapies tamen ſi vel nunc cedes, & prius erratum corrigas; ſiue enim iterum rogari expectabas; iam facio accuratiùs etiam, quàm ante.* Credi poteſt de fœmina œſtro libidinis agitata; quod precibus blandicias, & blandiciis preces adiunxerit; nunc ſupplex; modò imperans, nunc dominam agens, nunc amantem, ac velut ancillam ſeſe in varios dolos, aſtutiáſque affingens, vt impoto tandem ardori fieret ſatis. Graue quidem prælium, & de quo non niſi abundantior Dei gratia ſaluum hominem eripere potuiſſet. Mulier enim libidinoſa, & laſciua facilè vincit etiam fortiſſimos, vel procacitate petendi, vel importunitate flagitandi.

Ioſephus.

Mulier verbis porrectas caſtum iuuenem.

C

Fortiter mulier caſtum ſollicitas iuuenem.

D

3. Exemplo Sanſon eſt, quem prorſus inuictum, atque inſuperabilem hoſtibus petulans vna muliercula tandem aſſiduitate, atque importunitate precum vicit, & perdidit. Legimus enim. *Cúmque moleſta eſſet ei, & per multos dies iugiter adhæreret; ſpatium ad quietem non tribuens defecit anima eius* (Sanſonis) *& ad mortem vſque laſſata eſt; tunc aperiens veritatem rei; dixit ad eam.* lib. Iudic. cap. 16. Quare quem armati, bellóque inſtructi virorum exercitus non vicerunt, vna muliercula Dalila; quæ iuxta Procopium interpretatur, *hirundinula*, ineptiſſimis blandiciis victum, ligatúmque Sanſonem proſtrauit. Igitur Ægyptia non minùs importuna, & fraudulenta, quam Philiſthæa, vlteriùs procedit. *Ægritudinem ad hoc finxi, & feſti lætitiam tua conſuetudini poſthabui; quare aut præſentem voluptatem elige, & amanti obſequere, maiora etiam commoda expectans: aut odium meum & vindictam; ſi mea gratia caſtitatis opinionem præferes.* Viperina quidem vox fœminæ; quæ quo gracilior, blandiórque, eò fortiùs infigitur virorum animis,

Importuna mulier vincit.

Iud. 16.

Sanſonem mortalium fortiſſimum vna muliercula vicit.

E

Procop.

Ioſephus.

Vrget acerrimè tentatrix mulier.

A eóſque faciliùs vincit, arctiúſque conſtringit. Quia verò mulier hanc tandem ſibi optimam ſpe victoriæ ſtruxerat occaſionem; haud dubiè nunc magis ſeſe comptam, ornatamque ad fallendum oſtentauit. Scribit enim Procop. *Veriſimile eſt libidinoſam iſtam mulierem externis adiumentis, & ſuo formam adauxiſſe, quo magis capere poſſet florentem ætate iuuenem.*

Vox fœminæ quò blandior, eò fortior.

Procop.

Armata lenociniis mulier.

4. Spectandum profectò duellum caſtitatis, & libidinis. Hinc mulier armata blandiciis tartarea libidinoſi ignis flammas eructans, & belluinæ crudelitatis (nulla enim ſæuior bellua, quàm mala mulier) minas intentans adoleſcentis pudicitiam pertentat caſtum pectus fœdare, conſtantiémque in Dei timore animum labefactare contendit. Nihil quod irritare, inuitare, illicere, delectare; nihil quod fallere, irretire, vincire; nihil quod dementare; nihil quod terrere ac proſternere poſſit animum adoleſcentis, Ægyptia prætermiſit. Contra verò Hebræus iuuenis ſtat immota rupes, adamante fortius oſtentat pectus; inuicto animo reſpuit iacula, & ebullientes ab orco flammas diuina gratiâ irroratus extinguit. *Ad hæc verba,* (adiungit Ioſephus) *lacrymáſque verborum teſtes, nec miſeratione induci; nec terrore cogi potuit, quominus perſtaret in ſuo pudicitiæ propoſito, conſtantérque reſiſteret intentanti iniuſtam afflictionem; malens acerbiſſima quæque ſufferre, quam oblatis perfrui, non ignarus iuſto ſed dignum ſupplicio fore, ſi quicquam tale in mulieris gratiam admitteret.* O admirabilem in adoleſcente prudentiam! ô inſuperabilem in homine fragili conſtantiam! ô raram inter homines caſtitatem! ô pudor, ô dedecus adoleſcentium, qui non inuitantur, ſed inuitant; non illiciuntur, ſed illiciunt; non pertentantur ad malum, ſed vltrò importuneque pertentant, impugnant, atque turpiter tandem expectant, expoſcunt, extorquent!

Duellum caſtitatis & libidinis.

B

Inter mœcham & caſtum pugna.

Ioſeph

C

Perſtringitur adoleſcentium laſcivia.

5. Ferit huius adoleſcentis virtus, aut timiditatem, aut veriùs malignitatem illorum: ægrè ferunt tantam, tam egregiam in primoribus annis, in flore iuuentutis, & narrari, & celebrari pudicitiam; bonos ſemper mali oderunt, quorum ſcilicet in oculis malè viuere pudet: qui peccantium frontem etſi non verbis, quia tacent; tamen ipſo vitæ genere diſſimili feriunt, & verberant: caſtigare enim videtur, quicumque diſſentit. Inde maior etiam laus Ioſeph, quòd illum improbi, vt monſtrum, hominem ſcilicet humani affectus expertem irrideant, & boni prudentéſque vt cœlitùs editum miraculum, terreſtrem ſcilicet Angelum, hominem in carne diuinitùs viuentem ſuſpiciant, & admirentur. Sublime illud diuinæ prouidentiæ conſilium vt plures eſſe malos permittat, & paucos ipſe bonos efficiat. *Ideò enim plures* (ſcribit Lactant.) *iniuſtos eſſe permiſit, vt virtus eſſet pretioſa, quia rara eſt. Nam quæ virtus eſſet innocentia; niſi laudem raritas dediſſet? Verùm quia naturâ ſic comparatum eſt, vt odium, cupiditas, ira in id, quod incubuerunt, agant cæcos, ſupra hominem videtur culpâ vacare. Alioquin ſi natura pares omnibus affectus dediſſet pietas nihil erat.* lib. 5. de iuſtitia. Itaque multitudo laborum facit, vt paucitas bonorum maiore in pretio habeatur; ideóque pro miraculo caſtitas Ioſeph celebretur; quòd vnus tunc fuerit in Ægypto, fortéque in gentibus terrarum, & nunc non multos habeat imitatores;

Ferit caſti vita & aſpectus libidinoſos.

D

Bonos ſemper mali oderunt.

Rara virtus ideò pretioſa.

Lactant.

E

Boni quia pauci, ideò pretioſi.

Caſtus & rarus, & pretioſus.

&

& paucos, qui eum ſuperent, aut certè adæquent.

6. *Accidit vt quadam die intraret Ioſeph domum.*] In eam ſcilicet partem domus, in qua fortè aderat mulier: inde illa oblatam ſibi à Deo putauit occaſionem fallendi iuuenis, & propriæ libidinis explendæ: ſed quorſum Ioſeph, ſi caſtus, ſi iuſtus, ſi prudens, eò ſe intulit, vbi certum nouerat periculum? cogebant nimirum domini negotia, quæ ſine illius offenſa deſerere haud poterat. Illud enim quod ſequitur: *Et aliquid operis faceret*: Chaldæus habet: *vt inueſtigaret ſcripta rationis ſuæ.* Id autem eſt: vt tanquam procurator diſpenſatórque bonorum domini, exquireret, & ſcrutaretur libellos dati, & accepti: quare non eſt culpabilis ingreſſus iſte Ioſeph in illam domus partem, vbi fortè libelli aſſeruabantur; ſolitúſque erat huiuſmodi exequi negotium, non laſciuia, non curioſitate, ſed neceſſitate ſui procurandi muneris, diligentiáque ductus eò ſubintrauit. Hinc illud S. Ambr. *officij ſui & commiſſi muneris ingreſſum gratià, remotis arbitris ac domeſticis apprehendit eum. Excuſatur Ioſeph ſcripturæ teſtimonio, quia commiſſum à domino nequibat deſerere obſequium.* lib. de Ioſeph. cap. 5.

Ioſeph non imprudenter ſe in periculum immiſit.

D. Ambr.

7. Adhuc tamen culpari ab aliquo iuſtus poterit, vti S. Ambroſ. animaduertit: *Non enim factus eſt, quod ſecreta ſua domus interiora, quaſi qui capi non poſſet, ingreſſus eſt; iuſtus debuit prauidere, ne furenti copiam daret, & eius illa peccato periret.* Id quidem prudentia, & caritas, & modeſtia exigere videtur à Ioſeph; non ſeſe illuc inferre, vbi vel ſuo tantum aſpectu puſilla mulieris anima feriatur. *Væ mundo à ſcandalis.* Matth. 18. clamat Dominus. *Scandala quidem* (vti definit S. Chryſoſt.) *ſunt prohibitiones rectæ viæ.* In quo ſenſu colligit etiam Rabban. *Ille ergo ſcandalizat fratrem, qui ei dicto, actúve minus rectè occaſionem ruinæ dederit.* Scandalum præbent, hoc eſt, offendiculum ad ruinam ſpiritus, quæ ſe curioſiùs ornant, comunt, colorant fœminæ, atque huiuſmodi laſciuiæ vanitatiſque ſimulachra virorum oculis, & animis obiiciunt; vt pulchræ celebrentur; & amentur. Hæc prima mali labes: hæc vna radix omnium infelicitatum, quæ in genus fœmineum pullularunt. Quapropter parentibus erga filias, & maritis erga vxores illud optimè conſuluit Clem. Alex. *Ea* (inquiens) *quæ à fœminis ad luxum comparantur, ab eis tanquam penna, detrahenda ſunt; vt quæ inſtabilem ſuperbiam ac mollitiem, inanéſque voluptates procreent, quibus excitata, & quodammodo alata ſæpe à matrimonio reſiliunt. Quocirca fœminæ honeſtè ornandæ, & pudore aſtringendæ ſunt, ne à veritate propter mollitiem diffluant.* 3. pædag. cap. 11. Nimio quidem iſto ornatu miſeræ inprimis ſibi nocent, dum illo magis effœminantur, diffluunt in laſciuiam, ſuperbos induunt ſpiritus, vanitatéque inflatæ non ſe domi poſſunt continere: quin foràs erumpant, vt ſui faciant oſtentationem, venentúrque hominum laudationem, & (quod peius eſt) amorem, veriùs dicam, concupiſcentiam inflamment.

D. Ambr.

Matth. 18.

S. Chryſ.

Scandalum occaſio ruinæ.

Rabban.

Fœminæ curioſiùs ornatæ ſcandalū præbent.

Clem Alex.

In fœminis caſtiganda curioſitas lenociny.

Nimio mulier ornatu & ſibi & aliis nocet.

Ornata mulier amat videri & oſtentari.

8. Profectò ſi parentes, & mariti iſti mulierum moderando affectui occurrerent; nec illo laſciuiæ, vanitatiſque expanſo velamine inſtructæ nauiculæ mari ſeſe traderent ad procellas, ad naufragia: nec illo alatum remigio ſuffultæ auiculæ è nido auolarent, vt fractæ viribus, dum ſe in aperto librare diu nequeunt, in lutum prolabantur: aut incautè alicubi conſidentes illi-

Mulier, nauicula, & auicula facilè periclitatur.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A gentur ancupio, vel iaculo transfixæ perimantur. Dein quæ tanta iſta eſt multorum hodie iuuenum impudentia, vt ſeſe miſellis ad ruinam oſtentent nitenti facie, fulgenti amictu, concinnato capite, conſpiciendos, atque amandos. Heu nos miſeros, quid alteri periculo ſumus? quid alteri concupiſcentiam importamus? *Neſcio an impunè abeat, qui alicui fuerit cauſa perditionis.* inquit Tertull. lib. de cultu fœmin. potuiſſet aſtruere puniendum haud dubiè, qui alteri ſcandalum præbuerit. Clamat enim Propheta: *Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis?* Iſai. 1. Semen dixit, quippe, qui non modò improbi, ſed aliis ſubinde improbitatis ſementem ſubminiſtrant; ſeu

Iuuenes concinnati ſcādalo ſunt.

Tertul.

Digni ſuppliciis qui ſcandalum præbent.

Iſai. 1.

B potius ſemen ſunt ipſum, ex quo naſcuntur, pullulant, adoleſcunt improbitatum ſegetes. At non modò ſegeti, ſed etiam radici, & huic longè grauior diuinæ vindictæ flamma ſuperueniet. Verè ſiquidem dixit S. Chryſoſt. *Tu quoque ſi reliquis perditionis cauſa fueris, grauiora patieris, quàm qui per te ſubuerſi ſunt. Neque enim peccare tantum in ſe perditionis habet, quantum quod reliqui ad peccandum inducuntur.* hom. 25. in epiſt. ad Roman. Nihil ergo (inquies) dixi, quoad malum prouocem, & in ruina impellam proximum: ergo ſibi malum ipſe conſciſcit, ſe ipſe vltrò in barathrum propellit. Non effugies planè.

D. Chryſ.

9. *Beatus vir, qui non abiit in conſilium impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra*

C *peſtilentiæ non ſedit.* primo omnium Pſalmo Pſaltes concinuit. Extremum quidem poſuit malorum ſedere in cathedra peſtilentiæ. Hebr. לֵצִים *letzim, deriſorum.* Sic eos nominat, qui aliis ſunt ſcandalo: irriſores nimirum Dei, ac virtutis. Et ne quis exiſtimet eos tantùm perſtringi, qui ſceleratam ex cathedra doctrinam inculcant, quales ſunt hæretici & pſeudoapoſtoli; itémque nebulones, qui ſerpentinà voce ad peccandum inuitant: non appoſuit vates. Et in cathedra peſtilentiæ non loquitur, non docet, non prædicat: ſed in cathedra peſtilentiæ non ſedet. Nam vel ipſum tantummodò ſedere, ſiue conſpici, apparere in ſede peſtilentiæ, in habitu ſcelerato, in turpi quodam illicio, ſatis eſt vt peſtem excitet,

Pſal. 1.

Irriſores Dei & virtutis.

Scandalum, & malum exemplum peſtis eſt Reip.

D contagiúmque ſcelerum mortiſque luem, & perditionis tabem exhalet. Pulchrè peſtilentiam dixit: hæc enim vel ſola ipſa rei labefactæ vicinitate, halitúque vulgatur; etſi autem, quod facio, laus mihi videtur, ſi tamen inde proximis datur ſcandalum, ab Apoſtolo iure damnatur: *Noli propter eſcam deſtruere opus Dei.* ad Rom. 14. abſtinendum igitur potius eſt ab illo cibo, ne puſillus quiuis te manducantem intuitus ſcandalum patiatur. Expende obſecro cum S. Chryſoſt. *Salutem fratris vocat diuinum ædificium. Si ergo Eccleſiam deſtruere, graue eſt, & ſceleſtum: multò magis ſi hoc templo ſpirituali fiat. Auguſtior eſt enim homo, magiſque venerandus, quàm Eccleſia. Non enim propter parietes mortuus eſt Chriſtus,*

ad Rom. 14.

Nullo modo dandū proximo ſcandalum

D. Chryſ.

Sacratior eſt homo, quam templum.

E *ſed propter iſta Spiritus ſancti templa.* homil. 25. ad Roman.

10. Itaque ſcandalum præbere proximo cum ſacrilegio ſubuertendi templum comparat Apoſtolus: deinde quantæ ſit inhumanitatis, oſtendit. *Sic autem* (inquiens) *peccantes in fratres, & percutientes conſcientiam eorum infirmam in Chriſtum peccatis.* 1. Corinth. 8. & quidem ſermo erat de cibis, qui idolis fuerant oblati, expendit verò ſubtiliter locum S. Chryſoſt. *Non ſcandalizantes*

1. Cor 8.

Scandalum præbens ægrotum verberat.

dicit, ſed percutientes; vt verbi ſignificantia crudelitatem oſtenderet. Quid enim homine inhumanius exiſtimari poteſt; qui ægrotum verberat? Etenim omni plagâ grauius ſcandalizare eſt: nam ſæpenumero, & mortem affert. homil. 20. in 1. Corinth. Qui ergò proximis, vel dicto, vel facto præbet ſcandalum maximè ſi ſpiritu infirmi ſint, facilèque ad ruinam impellantur, & ad malum incitentur, niſi ſellos vtique febribus in xenodochio exæſtuantes inflicto inſuper verbere contundit, diſcruciátque, pro medico exhibens ſe carnificem. Cóntra verò Apoſtolus de ſeipſo conteſtatur: *Si eſca ſcandalizat fratrem meum; non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem.* 1. Corinr. 8. O digna Paulo ſententia! Expendamus ſingula cum Theophyl. *Non dixit, ſi iuſtè ſcandalizem, ſed quacumque ratione. Nec ait, non manducabo idolis oblatum, ſed carnem ſimpliciter, etiamſi permiſſum fuerit. Nec vno vel altero die, ſed ne per omnem quidem ætatis meæ curſum. Nec dixit, vt ne perdam, ſed ſimpliciter ne ſcandalizem.* Denique optimè hinc S. Ambroſ. colligit. *In tantum charitatis ſtudendum docet, vt licita pro illicitis habeantur, ne obſint fratri.*

Summa crudelitatis ſcandalum præbere.

1. Cor. 8.

Theoph. *Etiam à licitis abſtinendum ne detur proximo ſcandalum.*

S. Ambr.

11. Ex his omnibus valde perſtringitur eorum temeritas, qui nihil penſi habent etiam illicita, & obſcœna in oculis puſillorum committere; imò & miſeros obiectis verbo factóque irritamentis, ad peccandum inuitare, ac ſecum perditionis æternæ pertrahere in ruinam. Verùm enim verò Ioſeph tam iuſtus, quàm purus ab omni ſcandalo excuſatur. *Nam qui* (animaduertit S. Ambroſ.) *aduerſari ſibi Dominum ſui videbat vxorem, neglectis officij etiam à Domino cauere debebat offenſam: ſimul adhuc ſermonis, non comprehenſionis putabat audaciam.* lib. de Ioſeph cap. 5. Itaque Ioſeph illuc intrauit, vt mandatum heri ſui exequeretur, nec infecto negotio poterat abſcedere; quin iniuriam domino faceret, & illius conflaret iracundiam. At ſcandalo erit inſanæ mulieri; Benè. ſed illa patietur ſcandalum phariſaicum. At ipſemet incurret periculum, ne ab audaci fœmina teneatur. Id quidem accidit, ſed cùm ad eam vſque horam ſolius vocis tentamenta fuerit expertus; haud dubiè timere non poterat tantæ impudentiæ, ac temeritatis fore mulierem, vt vi ageret; ac violenter iniectis in adoleſcentem manibus extorquere vellet amoris commercium, quod blanditiis obiri conſueuit.

D. Ambr. *Ioſeph nullam occaſionem, ſcandalúmve præbuit.*

Amoris commercium vi non extorquetur.

12. *Illa apprehenſâ laciniâ veſtimenti.*] Quicquid ſuprà dictum fuerit ex Ioſepho; mihi perſuadeo adoleſcentem intraſſe in aliquam illius palatij cameram, vbi ſui muneris negotia obiret; atque illuc dominam cùm prænotaret, ſine arbitris ſolum eſſe iuuenem, de improuiſo ſeſe intuliſſe. Dicit ergo: *Dormi mecum*: hoc ipſum identidem ſpurca mulier repetebat: quod vnum in corde gerebat: quid quæſo impudentius, quid purulentius! ita in cœno, & ſtercore fœtido ſus volutatur. Sed quid hoc in Ægyptia gentili lacertorum, crocodilorum, & huiuſmodi monſtrorum adoratrice nouum, ac mirandum videri debeat; cùm etiam inter fideles (quod ſummum dedecus eſt) hoc gehennali incendio multæ abſumantur? An non de quacumque maiorum vrbium dicere poteſt Dominus, quod olim ad Hieremiam dixit? quid tu vides? & dixi: *ollam ſuccenſam ego video.* cap. 1. vbi ſic Theodoret. *Vocat lebetem vrbem Hieruſalem, ignem autem Regem Babylonium, &c. Hieruſalem etiam* Ezech. 11. *lebetem vocat, & incolas eius carnes.* Itaque maxima quæque vrbs (ó probrum, ó infamia!) lebes, olláque libidinum flammis ebulliens videtur; nam etſi multi vtriuſque ſexus Chriſtianam modeſtiam, & caſtitatem ritè obſeruent, at plerique ſunt etiam, ita omni turpitudine pleni, vt non iam homines, animo immortali præditi, ſed planè carnis putidæ, quæ in cacabis inferorum decoctæ ad ſolenne cacodæmonum epulum præparentur, eſſe videantur; quin ipſæ quoque meretricum profeſſæ, quid aliud in populo ſunt, quàm lebetes, ollæ, cacabi, fœtido nigrore, fœtidiotéque nidore mirandum in modum horribiles, in quibus gehennali flammâ ſuccenſis putidæ porcorum carnes decoquuntur.

Impura verba mulieris impudentis.

Hierem. 1. *Vrbes magnæ lebetes, ollæ, cacabi carnium.* Theodor.

Turpes fœminæ lebetes olláque coquendis carnibus.

13. *Dormi mecum.* Vox quidem & res ipſa, quàm impudentiſſima in fœmina, & nobili, & matre familias. Et quidem cùm verba ſcurrilia, & impudica viros dedeceant, tum maximè in fœminis, à quibus natura ipſa omnem modeſtiam, pudorémque exigit, indigna, & probroſa iudicantur. Imò ſi ita res habet in opinione hominum, vt & honeſtate ipſa verborum turpitudinem omnium impudicæ fœminæ occultent: turpiúſque impura dicta, quàm facta infament. Nam vbi per verba turpitudo eructatur ſignum eſt abundantiùs ſcatere intùs in anima fœditatem, quæ ſeſe in anguſto cordis volutabro non poteſt continere. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum*, Pſal. 5. de huiuſmodi inuerecundorum genere cecinit Propheta, vti explicat S. Chryſoſt. hiſce verbis. *Etiam eorum, qui obſcœna verba loquuntur, ora ſepulchra appellat: ille enim fœtor eſt ſenſibili multo grauior, qui quidem ex animæ putrefactione oritur.* At erunt, qui dicant per ſcurrilitatem, & iocum ſæpiùs illa verba impura effutiri, cùm nihilominùs illæſus in animo affectus, & in opere ſit effectus caſtitatis. Non probo dictum; *Ex abundantia enim cordis os loquitur, & malus homo de malo theſauro profert mala:* dicit Dominus Matth. 12. Eſt quidem in animo plus turpitudinis, quàm per verba prorumpit: intùs lacuna & foras tantùm expumat: intùs mare, & foràs exæſtuat. Quem ſenſum optimè attingit Theophylact. in hunc modum. *Quando videris quempiam obſcœne loquentem; ſcias quòd multò plura habeas in corde, quàm quæ loquitur; nam ex abundantia effundit ſe in externa, & theſaurum poſſidet abſconditum; paruam enim partem declarat.*

Turpia verba nimis infamant.

Turpia verba effluentia animi turpitudinem indicant.

Pſal. 5.

D. Chryſ. *Execrandus fœtor turpium verborum.*

Matth. 12.

Theoph.

14. Valde itaque indecens eſt turpe loqui: nam corpus impurum ſæpenumerò propter indigentiam mulierculæ proſtituunt: at impura verba ob immoderatam libidinem, & effrænem inuerecundiam proferre conſueuerant; Certè, vt cætera deſint, illud omninò verum eſt, quod ſcripſit Alex. Clem. *Qui malâ vtuntur oratione; nihil differunt ab iis; qui malo facto vtuntur.* Stromat. 1. Bene quidem; Ad vitam impuram propiùs accedit ſermo impurus. Illud etiam ſeriò animaduertendum non modò loqui; ſed etiam audire obſcœna valde periculoſum, imò etiam dedecoroſum eſſe. Pulchre ſiquidem dixit S. Bernard. *Facilè fiunt, quæ libenter audiuntur.* lib. de inter. domo. Vtrumque viro Chriſtiano fugiendum. Etenim (vti docet S. Chryſoſt.) *non alia res æquè improbos, & inuerecundos facit, vt impura, vel dicere vel audire. Nihil ita diſſoluit neruos pudicitiæ; quid vilius homine turpiloquo?* homil. 6. in 2. Corinth. Facit quidem hæc turpium, tam locutio, quam

Verba turpia ſimul cum factis turpibus inueniuntur.

Clem. Alex.

D. Bern.

Loqui & audire turpia facit inuerecundos.

D. Chryſ.

Pudor fulcimentum caſtitatis. 1.Cor.15.

quàm auditio inuerecundum, & qui loquitur, & qui audit: ſenſimque ſine ſenſu omnem pudorem euertit; cuius maximè velut fulcimento ſtabilis videbatur conſiſtere virtus caſtitatis. quid plura? *corrumpunt bonos mores colloquia praua*; refert Apoſtolus dictum Menandri Poetæ. Quod quidem æquè intelligitur de ſacrilegiis hæreticorum, ac de huiuſmodi libidinoſæ gentis obſcœnis verbis: ad quem ſenſum Origenes adducit verſum illum ſupradictum: *Sepulchrum patens eſt guttur eorum.* Pſal.5. *Quæcunque* (inquiens) *verba mortis de faucibus proferunt, ipſorum fauces ſepulchra dicuntur: Sicut ſunt omnes, qui vel contra veram fidem vel contra diſciplinam caſtitatis loquuntur.* homil.3. in Cantic. Eodem ſcilicet verſu damnantur, eodem fœtoris, & horroris ſepulchrali ſymbolo; & blaſphemiæ contra fidem, & impura verba contra caſtitatis puritatem deſcribuntur. *Luem peſtémque* vocat S.Baſil. *quæ a linguis per aures vulgata vitam gratia tollit, & ſcelerum mortem inducit.* Vide homil.9. Denique omnibus illud S. Iſidori animis fixum inhæreat: *Vanus ſermo polluit mentem, & facilè agitur, quod libenter auditur.* lib.2. ſolil. Adde, & quod huiuſmodi feſtiuè dicitur, auidè iam factum innuitur.

Pſal.5. Origen. — *Blaſphemia contra fidē & impia dicta contra caſtitatem pariter damnantur.* — *S.Baſil.* — *Obſcœna verba peſtis gratiæ.* — *S.Iſidor.*

Tentatrici ad libidinē non reſpondendum.

15. Mira ſanè prudentia huius adoleſcentis, qui nunc in tanto diſcrimine, cum tam impuris & illecebroſis impudentiſſimæ fœminæ blanditiis, ne verbum quidem reſpondit, ratus (quod eſt) huic malo non dictis, ſed factis eſſe reſiſtendum: auertendos inde oculos: non ore ad eos coram reſpondendum. Enimverò ſi prima illa mulier ſerpentem auerſata loquenti reſponſum denegaſſet, profectò nec ſe ac maritum, totúmque humanum genus in interitum animæ, & corporis induxiſſet. Igitur violenter Ægyptia prehendens adoleſcentem, cùm vocum illecebris nihil proficeret, minis haud dubiè nititur expugnare; mortis periculum, ſi non acquieſceret, comminata. *Vehementius quidem* (inquit Ioſephus) *mulier inſtabat; & cum verbis nihil proficeret, iniectis manibus hominem ad obſequium cogere nitebatur.* lib. 2. cap.3. non ſolùm enim petulans, procáxque, ſed etiam audax libido eſt.

Melius ſibi Eua conſuluiſſet tacēdo. — Ioſephus. — *Audax libido eſt.*

16. *Relicto in manu eius pallio fugit.*] Potuiſſet robuſtus adoleſcens mulierculæ pallium de manibus violenter extorquere; ſed veritus dominam facere illi vim vllam noluit: ſimúlque contactam impuræ lupæ manibus veſtem vltrà geſtare nequaquam ſuſtinuit. Reliquit veſtem prudens, & caſtus iuuenis, ne relinqueret pudicitiā. *Nec pluris* (loquit S.Ambroſ.) *fecit veſtimenta corporis quàm animi caſtimoniam. Reliquit tanquam non ſua, quæ adultera ſuis manibus detinebat: & aliena iudicauit, quæ tacta impudica potuerant comprehendi.* cap. 5. O egregium adoleſcentem? ô cæteris ad pudicitiam exēplar illuſtriſſimū: Benè S.Gregor. animaduertit: *Cùm arcem continentiæ, & caſtitatis aſcendere nitimur, exemplo ſancti huius adoleſcentis ſubleuamur. Quid enim eo caſtius; qui ad deſideratam petulantis dominæ, iugo luxuriæ premi non potuit etiam captiuus? & quidem hominibus extitit ſeruus, ſed contra dominantem nequitiam, & in ſeruitio liber.* lib.27. moral.cap.7. ſeruile quidem vitium eſt libidinis, quo excellentia hominis deprimitur, & animæ nobilitas ad carnis ſpurcitiam, beſtiarum ſcilicet volutabrum, abiicitur. Seruile habet ingenium quiſquis à tyrannide carnis ſinit ſe vinci, & ſubiugari. Cæterùm tam admirabilis in iuuene iſto conſtantiæ laus diuinæ potiùs gratiæ, quàm humanæ virtuti adſcribenda eſt. Qua-

Prudenter ſanctéque Ioſeph veſtē aufugiens reliquit. — D.Ambr. — *Caſtitatis exemplar Ioſeph.* — S.Greg. — *Libido hominem pecudibus facit ſimilem.*

Ben.Fernand.in Geneſ.tom.3.

re qui tentationibus carnis impugnatus non ſuccumbit, Deo acceptum referat, quòd reſtitit, quòd vicit. *Democritum* (ſcripſit Tertull.) *excæcando ſemetipſum, quòd mulieres ſine concupiſcentia aſpicere non poſſet, & dolere, ſi non eſſet potitus; incontinentiam emendatione profitetur. At Chriſtianus ſaluis oculis fœminam videt, animo aduerſus libidinem cæcus eſt.* Apolog. cap.46.

Diabolus vitandi eſt vincere carnis tentationē. — Tertul. — *Democritus ſibi oculos eruit.* — *Videre & non concupiſcere Chriſtianorū eſt.*

17. Hæc fuit conſtantia Ioſeph, etiam cùm videt, cùm audit, cùm blanditiis inuitantem, cùm minis ac terroribus impugnantem, cùm violenter apprehenſa veſte adſtringentem ſuſtinet; & contemnit tamen libidine ardentem fœminam. Dedicauit vtique Ioſeph in ſeipſo, & multorum quoque adoleſcentium, ac puellarum, qui poſtmodum in lege Chriſti, diuinâ, quâ ille, ſuffulti ope, grauiſſima carnis tentamenta illæſi ſuſtinuerunt. Videas hîc Ægyptiam, etſi millies repulſam, & contemptam ab incepto nequaquam deſtitiſſe: imò vſque adeò obnixam non cedere, non quieſcere, nouis ſemper artibus doliſque, & machinis, denique terrorum minis ac violentiâ conſtantis adoleſcentuli animum labefactare voluiſſe: Nam & quò ille conſtantiùs reſiſtebat, pertinaciùs illa inſiſtebat, edocta ſcilicet ab aduerſario Dei, & hominum; qui eos importuniùs perſequitur, quos videt validiùs reſiſtere, fortiùs pugnare, glorioſiùs triumphare; quod quidem hoſtis ingenium ita deſcribit Tertul. *Peruicaciſſimus hoſtis nunquam malitiæ ſuæ otium facit. Atquin tunc maximè ſæuit, cùm hominem planè ſentit liberatum; tunc plurimum accenditur, cum extinguitur.* Maximè verò totam ſuam vim expromit, cùm per integram delictorum confeſſionem cernit hominem triumphaſſe, atque inter amicos Dei diuinæ ſcilicet gratiæ reſtitutum exultare. *Dolet* (inquit Tertul.) *& ingemiſcit venia peccatorum permiſſa, tot in homine mortis opera diruta, tot titulos damnationis retrò ſuæ eraſos. Dolet quòd ipſum, & Angelos eius Chriſti ſeruus ille peccator iudicaturus eſt.* lib.de pœnit. cap.7.

Plures Ioſephi in lege Chriſti. — *Importuna mulier à diabolo edocta.* — *Diabolus maximè impugnat quos videt fortius reſiſtere.* — Tertul. — Tertul. — *Dolet diabolus peccatorem confeſſione reſtitui.*

18. Nemo igitur de præteritis victoriis nimiùm confidat: nemo non timeat poſt victorias vinci; poſt triumphos ſubiugari; nulli, dum viuit longas concedit hoſtis inducias. Nec vlla ætas hoſtem à tentando auertit, ne quis ſolam Ioſeph adoleſcentiam periclitari exiſtimans in quacunque deinde maturiore ſecurum ſe arbitretur ætate: nullius quidem æui arbores etiam valde annoſis fixæ radicibus ſic in tuto ſunt, vt ab omni æſtus exurentis, populantiúmque ventorum iniuriâ immunes eſſe habeantur. Sic neminem, vel longa ætas eximit ab impuro carnis inſultu; quod quidem eleganter ita diſpungit Tertull. *Si poma, ſi fruges, neſcio quæ aura latens vitium in flore præcipitat, in germine exanimat, in pubertate conuulnerat; ſi cæca ratione tentatus aer peſtilentes hauſtus ſuos offundit? Eadem igitur obſcuritate contagionis aſpiratio dæmonum mentis quoque corruptelas agit ſæuis libidinibus.* Apolog. cap. 2. Omnem peruadit hic morbus ætatem: omnes eadem ferrugine infecti laborant arborum fructus: quidam ſcilicet ipſo ſtatim exortu, alij poſtquam erumpunt: multi dum florent; plerique iam maturi; nonnulli etiam penè vieti fœdâ iſta libidinis iniuriâ pertentantur, ac putreſcunt.

Nullus ab inſultu diaboli & à carnis tentatione immunis. — Tertull. — *Carnis tentatio per omnem peruadit ætatem.*

19. Denique tandiu durat periculum, quandiu cum vita ipſa ſupereſt carnis fragilitas, quam aliquando tamen mediis in periculis Chriſtus Dominus ſuâ paſſione conſtantem reddit, & inſuperabilem. Hoc enim myſterium delicatè admo-

Humanam infirmitatē Chriſtus ſuâ paſſione roborauit. — Matth.27.

D.Ambr. Myſterium arundinis, quâ Chriſti caput percuſſum eſt.

dum ſcrutatus euoluit S.Ambr. *in arundine, quam patienti Domino illudentes in prætorio milites in manus pro ſceptro tradiderunt, & quâ deinde caput Domini percutiebant.* Ait igitur: *Arundo comprehenditur manu eius, vt humana fragilitas iam non ſicut arundo moueatur à vento: ſed operibus Chriſti corroborata fundetur: Et caput eius arundine percutitur, vt ſolidata diuinitatis attactu noſtra conditio nutare non poſſit.* in 13. Luc. Immortales ergo Chriſti paſſioni, Chriſti capiti, Chriſti patientiæ, & amori gratias habeamus, cui debemus quod humanæ carnis fragilitas ita fuerit roborata, vti in martyribus tormenta conſtantiſſimè ſuſtinuerit; in caſtis vtriuſque ſexus athletis infinita, & præclariſſima de mundo, de carne, de diabolo, de cruciatibus, de illecebris, de tentationibus glorioſiſſimè debellatis, triumphorum erexerit trophæa.

Mira fortitudo martyrum & virginum.

20. Vero ſimile eſt in hoc certamine, quod per longum tempus mulieris intemperantia cum virtute caſtiſſimi adoleſcentis continuauit, multa, & grauia pertuliſſe Ioſeph libidinoſæ fœminæ tentamenta. Ipſemet ſuo illo; quod habetur tomo 3. bibl. PP. teſtamento inter alia ſic effatur: *Quoties Ægyptia minata eſt mihi mortem; quoties pœnis traditus reuocauit me mulier? Dicebat; dominaberis mihi, & omnibus, quæ mea ſunt, ſi tradideris teipſum mihi; ſi vis relinquam idola, obtempera mihi, marito perſuadebo, recedere ab idolis, & in lege Dei tui ambulabimus. Tentabat me donis; mihi omnia quæ ſunt in vſum hominum; & miſit mihi cibum incantatione conſperſum: & vt venit eunuchus ferens ipſum reſpexi, & vidi virum terribilem tradentem mihi cum diſco gladium. Nudabat brachia ſua, pectus, & tibias, vt me in amorem ſui accenderet: nimis enim erat pulchra, maximéque ornata, vt me deciperet; ſed Dominus me cuſtodiuit ab operationibus illius.* hæc ibi. Quæ quidem omnia facile credi, & intelligi poſſunt ſpectatâ infidelis, & libidinoſæ mulieris impotentiâ pariter, & impudentiâ. Interim verò Ioſeph egregiis munitus armis reſiſtebat tentatrici. *Ieiunabam,* (inquit) *flebam, in terra iacebam indutus ſacco, & deprecabar Dominum, vt me liberaret ab Ægyptia.* Et ne aliquid ex fœmineis artibus intentatum relinqueret, duo adhuc adiunxit; quæ adoleſcentis animum poſſe maximè viderētur emollire: vti etiam refert idem Ioſeph: Dicebat mihi: *Si adulterare non vis; ego occidam Ægyptium, & eâ lege accipiam te in virum: Deinde inſiluit ad me & dicit: Suffocor, vel in puteum, vel in præcipitium proiicio me ipſam, niſi mihi obtemperaueris.* Quæ omnia de infideli, & inſano libidinis œſtro percita muliere credi poſſunt; etſi aliquis teſtamentum illud apocryphum dixerit, quod tamen aliqui Patres ex antiquis receperunt.

Varia & grauia tentamenta Ægyptia pertulit Ioſeph.

S.Ambr. Contagium ex turpi fœmina vulgatur.

21. *Fugit & egreſſus eſt foras.*] Apprehenſam pallij fimbriam manu libidinoſæ mulieris, vltrò etiā dimiſit caſtus adoleſcens. *Contagium enim* (inquit S. Ambroſ.) *iudicauit, ſi diutiùs moraretur, ne per manus adulteræ libidinis incentiua tranſirent.* cap. 5. periculoſum ſiquidem peſtilénſque malum eſt. & conſuetudo, & aſpectus ipſe mulieris impudicæ: habitu illa ſuo inficit, colloquio dementat, contactu captiuat. Reliquit prudens, & purus adoleſcens palliū apprehenſum à laſciua muliere, ne vel eam tangeret, vel ab ea tāgeretur, ratus vel ipſum mulieris impudicæ tactum quaſi contagioſum, & venenatum eſſe viro fugiendum nō minùs, quàm lethiferum rabidiſſimæ canis morſum: ſed hoc ipſum præſtat audire ex S.Hieronymo: *Animaduertenda eſt Apoſtoli prudentia: non dixit bonum eſt vxorem non habere; ſed bonum eſt mulierem non tan-*

Turpis mulier canis rabida & peſtilens.
D.Hier.

A *gere.* 1.Cor. 7. *quaſi & in tactu periculum ſit, quòd qui illam tetigerit, non euadat; nempe quæ virorum pretioſas animas rapit, & facit adoleſcentium euolare corda.* Sed ne cui nimia religio videatur quod S. Doctor de huiuſmodi periculo ſcripſit; vlteriùs idipſum confirmans: *Alligabit* (inquit) *quis in ſinu ignem & non comburetur? aut ambulabit ſuper carbones ignis, & non ardebit? Quomodo igitur, qui ignem tetigerit, ſtatim aduritur; ita viri tactus, & fœmina ſentit naturam ſuam, & diuerſitatem ſexus intelligit. Vnde Ioſeph, quia tangere volebat eum Ægyptia, fugit ex manibus eius, & quaſi ad morſum rabidiſſimæ canis, ne paulatim virus ſerperet, pallium quod tetigerat, abiecit.* lib. 1. aduerſ. Iouin.

1.Cor.7.

Extremum periculum viri & mulieris contactus.
D.Hier.

22. Profectò (quæ noſtræ corruptio naturæ)
B nec quod fecit Ioſeph, nec etiam quod dicit Hieronymus ſuperfluum, nimiúmque videri debet. *Multò enim faciliùs* (vti ſcripſit S. Gregor. Nazianz.) *vitium contrahitur, quàm virtus communicatur: quemadmodum faciliùs quoque morbus contrahitur, quàm ſanitas impertitur.* orat. de S.Baſil. Quis neſcit oculis faſcinari puerulos, & baſiliſci aſpectu perire intuentes, corruptóque aëris flatu vulgari contagium? quidni ergò hanc ipſam vim habeat in perniciem animarum ipſe conuictus, colloquium, & commercium vitioſæ corruptæque moribus hominum naturæ? Certè illud pro inſigni quodam miraculo refert S. Gregor. Nazianz. quòd cùm ipſemet ac Baſil. adhuc adoleſcentes inter coæuos peſſimè moratos in iiſdem
C doctrinarum ſcholis verſarentur, nihilominùs ab illorum prauâ conſuetudine illæſi euaſiſſent. *Si quis eſt* (inquit) *aut eſſe creditur fluuius per mare dulcis fluens; aut animal in igne, quo omnia conſumuntur, ſaliens: hoc ipſi inter æqualium greges eramus.* orat. de S.Baſil.

Faciliùs communicatur vitium, quàm virtus.
D Gregor. Naz.

Difficile eſt à mala conſuetudine non infici.
D Greg. Naz.

23. Quàm igitur difficile, imò & naturæ viribus eſt impoſſibile, vti dulcis aquæ ſalientis riuus per medium mare decurrat, quin illius ſalſuginem contrahat, aut in media flammarum fornace viuat animal atque ſubſultet: ita fieri non poteſt, vt quis prauorum hominum, libidinoſæve mulieris conſuetudine vtens innocentiam queat, & pudicitiam conſeruare: Fugiendum igitur eſt, vti hoc exemplo S.Auguſt. egregiè ani-
D maduertit: *Ioſeph relicto pallio in manu Ægyptiæ fugit, & egreſſus eſt foràs. Quod libidinem fugiendam eſſe ſuggerimus, Apoſtolus oſtendit, qui cùm omnibus vitiis pradu aſſerit reſiſtendum, dum contra libidinem loqueretur, non dixit reſiſtite; ſed fugite fornicationem.* 1.Cor.6. *Ac ſic contra reliqua vitia, Deo auxiliante debemus in præſenti reſiſtere, libidinem fugiendo ſuperare.* hæc ille. Sed illud etiam non omittendum: Importuna maximè per vnum diem cùm abeſſet maritus, mulier adoleſcenti fuit, qui hoc etiam adiungit: *Hora erat quaſi ſexta, quando exiuit à me; & ego genu flectens oraui ad Dominum per totam diē, & totam noctem coniungens: circa diluculum ſurrexi lacrymans vt liberarer tandem ab Ægyptia: In fine igitur apprehendit mea veſtimenta violenter attrahens*
E *me ad concubitum; vt igitur vidi, quoniam inſaniret violentiâ, ac vi teneret veſtimenta mea, nudus effugi.* Sic Ioſeph ſuo in illo teſtamento.

Difficile inter occaſiones conſeruatur caſtitas.

D.Auguſt.

Cæteris vitiis reſiſtendum, à libidine fugiendum.

Importuna tentatrix ad vim accedit.

24. Nota ex hoc loco carnis tentationem maximè quæ à cogitatione, aſpectu, colloquióque fœminarum intenditur, nullâ ratione faciliùs, & glorioſiùs vinci, quàm fugiendo. *Ergo* (concludit optimè S.Auguſt.) *contra libidinis impetum apprehende fugam, ſi vis obtinere victoriam. Nec tibi verecundum ſit fugere, ſi caſtitatis palmam vis obtinere.* ſer.25. Armanda eſt anima diuinæ gratiæ ſcuto,

Fugiendo vincitur libido.
D.Aug.

teloque,

telóque; atque inſuper omni diligentiâ inuigilandum; vitandum denique cum muliere conſortiũ, frequénſque colloquium; vt carnis deſideria extinguantur, libidinoſaque certamina euincantur. Hic enim vel maximè nocet ſtulta ſecuritas. Nam vti loquitur idem Auguſt. *Inter omnia Chriſtianorum certamina ſola duriora ſunt prælia caſtitatis, vbi quotidiana eſt pugna, & rara victoria. Grauem caſtitas ſortita eſt inimicum, qui quotidiè vincitur, & non timetur. Et ideò nemo ſe falſa ſecuritate decipiat, nemo de ſuis viribus periculosè præſumat*, ibid. miſerabilis planè hominis conditio, triſtiſque ad reſiſtendum vitiis infirmitas: nihil homine ad lapſum facilius, ad ſtandum difficilius. Et Deus tamen ſinit huiuſmodi hominem acerrimè tentari; Cæterùm non ſupra id quod poſſumus, vti docet Apoſtolus, 1. Cor. 10. nec enim ſolus homo ex ſuis viribus, ſed cum diuina ſimul gratia reſiſtit. Quare optimè dixit S. Auguſt. ad illa ipſa verba Apoſtoli: *Talis vnicuique homini tentatio datur in carnis deſiderio, qualem aut cum laude vincere, aut cum opprobrio ſuccumbere poterit. Nemo igitur dicat à fornicatione ſe cuſtodire non poſſe.* ſerm. 249. Igitur qui vincitur, ſuâ culpâ vincitur: quippe cui certanti nec deſit diuinæ gratiæ ſubſidium, nec ſupra vires ipſe tentetur. Et qui vincit; cum Dei gratia potiùs, quàm propriâ virtute vincit.

Continua contra libidinẽ pugna, rara victoria.

Nocet falſa ſecuritas circa carnis tentamenta.

1. Cor. 10.

D. Auguſt. Victi a carne nulla eſt excuſatio.

25. Porrò autem eùm in hoc certamine, vt peruincatur, fugiendum ſit: quònam rogabis? Imprimis ad rationem mentis, quam primò impugnat libido, & ad carnis ſpurcitiam conatur deprimere. *Nam ratio mentis* (inquit S. Auguſt.) *prohibere debet impetus carnis, & refrænare voluptates eius iniquas.* ibid. Diſſerat ergo ſecum ratio mentis, quanta ſit excellentia caſtitatis; quanta è contrario ſit abiectio ac fœditas venereæ voluptatis; vt ſcilicet illa hominem Angelis reddat æqualem. *Nam* (ſicut ipſemet Auguſt. docet) *glorioſum & inſignem inter cæteras virtutes, caſtitas, & munditia locum tenet.* ibid. quanta ſit pulchritudo caſtitatis, quantum à Deo caſtus ametur, quantiſque & quam multis donis honoretur. *Pulchra eſt enim* (inquit) *caſta iuuentus pudicitia & Deo amabilis, & ad omne bonum vtilis.* ibid. Contrà verò quàm ſpurcum fœdúmque virium ſit carnis voluptas. *Vos enim* (inquit) *immunditia eſt corporis, ibi habitatio diabolici ſpiritus, qui maximè gaudet in inquinatione carnis noſtræ.* ibid. *Denique illi quàm miſeri ſint* (inquit) *quorum corda ſunt carnali concupiſcentiâ polluta, quia æternas merguntur in pœnas. Opponat igitur homo deſiderio carnis ſuæ æternorum flammas tormentorum.* ibid.

S. Auguſt. Ratio mẽtis diſſerat cõtra libidinẽ.

D. Aug.

D. Aug. Quàm pulchra caſtitas, tam fœda luxuria.

D. Auguſt.

26. Efficaciter quidem recordatio pœnarum diſſoluit blanditias deliciarum: timor inferni, amorem mundi, & carnis deſiderium expellit. *Verè enim* (inquit) *nimiùm plangenda, & miſeranda conditio eſt, vbi citò præterit, quod delectat, & per diabolum in cruce manet ſine fine, quod cruciat: ſub momento enim libidinis impetus tranſit, & opprobrium infelicis animæ permanet.* ſer. 250. de tempore. Confugiendum quoque, vbi quis tentatur, aut ne tẽtetur à carnis inſultibus, ad Chriſtum IESVM in Cruce pendentem: ipſa videlicet memoria crucis, & cruciatuum, & dolorum Chriſti IESV vim omnem carnis debilitat, incendia libidinum reſtinguit. *Et quanta iniquitas* (inquit) *& quàm lugenda peruerſitas, vt animam, quam Chriſtus ſanguine ſuo redemit, luxurioſus propter vnius momenti delectationem libidinis diabolo vendat!* ibid. Et quis Deum hominem doloribus fatiſcentem in patibulo mori aſpiciens, quòd carnem ſuam fœdis recreet

Timor inferni extinguit libidinem.

S. Auguſt.

Memoria paſſionis Chriſti extinguit libidinem.

S. Auguſt.

A delectationibus, non erubeſcat? Proh quantam Chriſti meritis, & ſanguini facit iniuriam, qui animam ſuam illis redemptam, iſto ablutam; tam vili pretio vænundat diabolo, tamque fœtidis libidinum ſordibus reddit Deo, Angelis, & hominibus exectandam!

Chriſti ſanguini facit iniuriã luxurioſus.

27. *Sed dicit aliquis* (adiungit idem Auguſt.) *homo iuuenis ſum, facio quod me delectat, & poſteà pœnitentiam ago.* ibid. Certè maior iuuenum iſtorum pars ita dictitat, hoc tam ſtolida fiducia ſeſe in volutabrum præcipitat: Vnde ſperant miſeri ſe aliquando emerſuros, vt pœnitentiâ ſordes abluant, & ſaltem ſub mortem Dei gratiam recipiant. Occurrit egregiè idem Auguſt. *Hoc eſt dicere, percutio me gladio crudeli, & poſteà ad medicum*
B *vado: & neſcit quod in vnius horæ puncto vulnus accipitur, & vix longo tempore ad ſanitatem priſtinam reuocatur. Qui enim adulterans dicit ſe poſteà pœnitentiam acturum; quare non timet, ne eum ſubitum periculum ſuperueniens rapiat; & pereat illi delectatio, & ſuccedat illi damnatio?* ibid. Heu nos miſeros! Quàm quotidiè multi ex fæce iſtius gentis, dum futuræ pœnitentiæ expectatione confiſi, liberè in omnia turpitudinum genera ſeſe immergunt, repentino inexpectatæ mortis interuentu miſerandum in modum intercepti, in ſempiterna abſque pœnitentiæ remedio incendia ſunt prouoluti.

S. Aug.

Spe futura pœnitentia interim luxurioſi peccant.

S. Auguſt.

Luxurioſi repentè interdum moriuntur.

28. Non prætereibo dicere perículoſius multò cum ancillis, cum pauperculis, & eſſe, & col-
C loqui; quàm cum nobilioribus fœminis; quibus pudor, timórque frænum eſt, quo viliores carent. Hinc illud appoſuit S. Auguſt. *Quantò earum vilior conditio, tantò facilior ruina eſt.* ibid. A tẽtatrice quidem nobili, multóque magis a domina multa & magna ſunt, quæ auertant virum, ne conſentiat; at quod nobilis, herúſve plebeiam, magíſque ancillam alliciat, & vincat; nihil facilius, magíſque in promptu eſt. Quid plura in hoc argumento? Cùm omnes, quæ ſua ſunt, & ſuis quiſque commodis, quàm aliis aliunde rationibus moueatur; ſatis vnicuique ſit quantum ex caſtitate proueniat emolumentum: quantum verò in captata voluptate illicita ſit corpori animæque detrimentum. *Temporalia enim ſunt* (inquit Lactant.)
D *præmia vitiorum: ſempiterna virtutum:* lib. 7. de vita beata. Profectò vt cætera deeſſent, illud vel maximè inuitat nos ad amorem caſtitatis, quòd Deus iuxta Apoſtolum *miſit filium ſuum factum ex muliere.* Galat. 4. *nimirum propter illos* (declarat S. Hieron.) *qui nati erant ex muliere, ex muliere naſci voluit.* in Matth. 3. Vtrunque ſcilicet ſexum & honorauit, & mundauit; virilem homo factus, fœmineum natus ex fœmina mundauit quidem naturam humanam diuinitati admiſcens in hypoſtaſim: eámque ex immaculato puriſſimæ Virginis vtero aſſumens. Vnde virorum in ſeipſo Virgine viro, atque in matre ſua Virgine virorum, & mulierum caſtimoniam dedicauit.

Periculoſius verſari cum paupere, quàm cum nobili fœmina.

D. Aug.

Dominus ancillam facilè vincit.

Lactant.

ad Galat. 4.

D. Hier.

Deus ex Virgine homo factus virum & fœminã honorauit.

29. *Exultate igitur* (exclamat S. Zenon Epiſc.
E Veron.) *fœmina, promiſſionémque veſtri ſexus agnoſcite. Culpâ deletâ veteri ecce per vos iungitur cælo: Virgo Deum peperit.* ſerm. 1. de natiuit. ne quæſo vos iam nunc vſque adeò nobilitatum, in Virgine Dei matre fœmineum genus labe aliquâ dedecoretis. Exultate animis, Deóque rependite veſtri ſexus honeſtate quot quantáque vobis beneficia contulerit inuſitatáque dona conceſſerit; dum ex Virgine matre naſci voluit, nec enim alibi, aut maiora, aut æqualia ſuæ virtutis edidit miracula. Enimverò vt loquitur S. Ioan. Damaſc.

S. Zen. Ver.

Fœmina Deo multũ debent, quòd ex fœmina Virgine ſit natus.

S. Ioann. Damaſc.

Miraculorũ maximum naſci Deum ex Virgine.

Dei filium naturæ noſtræ primitias ex puriſſimis, & illibatis, ac prorſus immaculatis ſanctæ virginis ſanguinibus ſuſcepit. Ergo Virginis partus nouus, & inuſitatus fuit; generatio naturâ & cognitione præſtantior, ac mundo ſalutaris, orat. 2. de aſſumpt. Ipſamet Virgo tam incomparabile myſterium cùm in ſe ipſa effici cognoſceret: tunc maximè Deum tanti miraculi auctorem cognouit cùm ſe vidit cum virginitate peperiſſe, quod S. Zeno ſic ediſſerit:

S. Zen Ver. B. Maria ſe Virginẽ poſt partum miratur.

Mater principaliter ſtupet talem ſibi filium proueniſſe, qui ex ſe natus non crederetur; niſi quia ſicut fuit Virgo incorrupta poſt conceptum, permaneret talis quoque poſt partum, ſerm. 3. de natiuit.

Procop.

Mors & ſepulchrũ Domini inſtar Ægyptiæ.

30. Denique quâ ratione Ioſeph hoc facto Chriſtum Dominum præfigurauerit, multi doctores multa dicunt. Et quidem Procop. inquit: *Retentus Ioſeph à muliere, intemperanti mulieri reliquit pallium; ſic Saluator cùm eſſet mortuus, & ſepultus, reſurgens veſtimenta reliquit in ſepulchro.* Pulchrè mors, itémque ſepultura inſtar Ægyptiæ, hic petulans; & intemperans extitit, vt innocentiſſimum Dei agnum occidere, Deúmque hominem ſub ſepulchrali lapide auſa fuerit continere. At

Rupert.

Rupertus ad ſynagogam refert. *Cùm carnaliter* (inquiens) *à Synagoga teneretur Chriſtus, bene relicto in manu adulteræ pallio fugit, & egreſſus eſt foràs. Fugit enim qui, & dixit: Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Fugit, inquam, & egreſſus eſt foras, quod præſignauit etiam facto, quando tollentibus lapides Iudæis, vt iacerent in eum, ipſe abſcondit ſe, & exiuit de templo.* Ioann. 8. Benè adultera dicitur Synagoga, quæ verum Meſſiam, cœleſtémque ſponſum indigniſſimè repudiatum morti tradidit: at Regem maluit Cæſarem & Barabam amplexa eſt. Manſit ergo infelix ſine ſponſo, ſine Meſſia, ſine Deo; ſolum habet pallium, quod apprehendit, velamen ſcilicet externum, quo ſcripturarum myſteria ipſéque Meſſias tegebantur; quo nunc miſera ſuos obuelat oculos, vt cœca, & obſtinata ſuæ infidelitatis inexpiabiles luat pœnas.

Synagoga adultera inſtar Ægyptiæ.

Ioann. 8.

Pallio ſcriptura ſuam tegit cæcitatem obſtinata Synagoga.

SECTIO VII.

Cúmque vidiſſet mulier veſtem in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptam, Vocauit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis: ingreſſus eſt ad me, vt coiret mecum: cúmque ego ſuclamaſſem, Et audiſſet vocem meam, reliquit pallium quod tenebam, & fugit foras. In argumentum ergo fidei retentum pallium oſtendit marito reuertenti domum, Et ait: ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus quem adduxiſti vt illuderet mihi. Cúmque audiſſet me clamare, reliquit pallium quod tenebam; & fugit foras. His auditis dominus, & nimiùm credulus verbis coniugis, iratus eſt valde: Tradidítque Ioſeph in carcerem, vbi vincti Regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus. Fuit autem Dominus cum Ioſeph, & miſertus illius dedit ei gratiam in conſpectu principis carceris. Qui tradidit in manu illius vniuerſos vinctos qui in cuſtodia tenebãtur: & quidquid fiebat, ſub ipſo erat. Nec nouerat aliquid, cunctis ei creditis: Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

1. Ex dolis, & fraudibus tota eſt compacta mulier, quæ cum pudore omnem ſimul exuit virtutem. Hæc ipſa nunc eſt Ægyptia; quæ vbi ſe vidit a caſto iuuene ſpretam, in furias agitur; ardet nunc odio, quæ priùs exarſerat amore. Sic habet vulgare ab antiquis dictum: Aut amat; aut odit mulier: nihil eſt tertium. Solet amor læſus iraſci, maximè impurus, qui valde impatiens eſt, & quò vehementior amor erat, eò maiora parit odia. Videns etiam, quanta ſit fœminæ inconſtantia, & leuitas; vt ex amore tam ſubitò migret in odium. Denique nulla vis flammæ, tumidique venti tanta; quanta cùm mulier ſuâ fruſtrata ſpe contemptáque, & illuſa in amore ardet, & odit. Præterea ſi fortè deprehendatur in flagitio, nihil eſt illa ingenioſius ad ſtruendas euadendi artes; nihil audacius ad ſcelera ſceleribus deinde accumulanda: vires quippe de crimine ſumit, vt hæc Ægyptia; dum furit odio nefarium animo agitat conſilium, quod illa tentatrix ex amore, ac de repulſa calumniatrix Phædra contra innocentem priuignum aiebat.

Mulier ex dolis compacta.

Mulier aut amat, aut odit.

Furit mulier ſpreta.

Ingenioſa mulier ad ſtruendas fraudes, & mendacia confingẽda.

Deprehenſa culpa eſt, anime quid ſegnis ſtupes?
Regeramus ipſi crimen, atque vltrò impiam
Venerem arguamus: ſcelere velandum eſt ſcelus.
Tutiſſimum eſt inferre, cùm timeas gradum.
Auſa priores ſimus, an paſſa nefas.
Secreta cùm ſit culpa, quis teſtis ſciet?

Senc. Trag.

Hæc Trag. Poëta Hippol. 7. ſimilibus agitata furiis & ſtimulis iræ propter contemptum incitata Ægyptia iniuſtam innocenti Ioſeph mortem machinatur; vt hîc etiam; quàm illud Satyrici verum ſit oſtendatur: mulier ſæuiſſima tunc eſt, cùm ſtimulos odio pudor admouet. Benè S. Ephrem de mala muliere, quod optimè conuenit huic Ægyptiæ: *Inter quadrupedia nihil leone terribilius, aut inter reptilia dracone crudelius viſum; ſed nihil tamen ad malam mulierem*, tom. 1.

Iuuen.

Mulier cùm odit, omnem ſuperat crudelitatem.

S. Ephrem.

2. *Vocauit ad ſe homines domus ſuæ.*] *Ioſepho* (inquit S. Ambroſ.) *foràs egreſſo mulier adulterij ſui tentamenta vulgauit, exultans vocem ſuam, eo quòd relictis veſtibus Hebræus aufugeret: Ipſa igitur, quod celare debuerat, prodebat; vt compoſito crimine læderet innocentem.* cap. 5. Accurrunt vndique famuli, famulæque ad inconditos dominæ clamores, quos furor negatæ voluptatis contra innocentis caput excitabat. Vident rabie furentem, audiunt audaciam intemperantis iuuenis, vti ab aſtutâ conſtruebatur: prorſus execrandam credunt impoſturam; quis enim tantæ matri familiâs tam fœdum poſſet crimen affingere? Benè S. Chryſoſt. *Hoc modo* (inquit) *ſe habet mulier: ſemper contra virtutem pugnat, & ei ſua peccata affricare, & impingere vult; id quod, & hæc faciebat adoleſcentem, quaſi intemperãtem criminans: & ſe continentiæ laruâ induit: & dicit propter hoc & illum veſtes reliquiſſe, & ſe retinuiſſe illas.* Hæc S. Chryſoſt. hom. indicata. Plurima quidem, & indigniſſima contra pudiciſſimum Hebræum Pharia meretrix hucuſque moliri viſa eſt: ad extremum lupa fugientem agnum clamoribus terret, & velut ſontem, adulterúmque obteſtatur.

D. Ambroſ.

Furens mulier ſicti criminis in ſontem accuſat.

S. Chryſ.

3. Quo ſubinde prauarum in homine paſſionum ſubtiliter admodum natura exprimitur. Agunt illæ quidem contra animam pro viriis acerrimè pugnantes, ſic moleſto importunóque inſultu, vt nemo diu tẽtatus, niſi valido diuinæ gratiæ præſidio

Periculoſa paſſionum pugna cum anima.

præſidio fulciatur, permanere poſſit, quin ſuccumbat in pugna, & in captiuitatem à vitiis redigatur. Obſtrepunt igitur aduerſus animam malæ ſuggeſtiones; clamant etiam carnis blanditiæ tanto altiùs atque importuniùs, quantò blandiùs impuram voluptatem miſeræ animæ ſuggerunt, ac perſuadent. Hinc illud à Philone Hebræo ſcriptum legitur: *An non voluptatis intenſi clamores ſunt, per quos quicquid libet, impetrat? An non & concupiſcentia ferrea vox minaciter flagitantis miniſteria ceſſantium? Annon & aliorum affectuum multiſonus, & clamoſus ſtrepitus?* lib. de temulentia. Quod quidem ſignificatum dicit: Cùm populus in laſciuiam ſolutus circa vitulos aureos tripudiabat; legitúrque: *vlulatus auditur in caſtris.* Exod. 32. qualis in plebe ruſtica, & inurbana, quæ inconditis vocibus obſtrepit; nec placidè pacatéque verſari, & colloqui poteſt.

Philo.

Furioſus clamor paſſionum.

Exod. 32.

4. Hæc ipſa eſt inurbanitas malorum affectuum, & inconditarum appetitionum in homine poſt naturæ corruptionem. Enimverò vti ſcribit Clem. Alex. *Agreſtes & omni vrbanitate carentes excitantur affectiones; quæ in animi imbecillitatem facile dominatum occupant.* 2. Pædag. cap. 5. Impugnant primò omnium arcem mentis, quà in ſeruitutem redactâ omnes animæ, corporiſque facultates effræni obediunt paſſioni. Hinc illud optimè ſcripſit S. Ambroſ. *Perturbatâ mente latiùs ſe ac longiùs fundit appetitus, & tanquam efferato impetu frænos rationis non ſuſcipit, nec vlla ſentit aurigæ moderamina, quibus poſſit reflecti.* lib. 1. de offic. c. 47. His quidem omnibus perbellè deſcribitur excetra Ægyptia, quæ tam diuerſis, ſed tamen efferis ac venenatis pullulat perturbatæ nunc amore, nunc odio mentis paſſionibus. Fugientem itaque caſtum adoleſcentem Ægyptia clamoribus territat; totámque aduerſus illum armat, ciétque familiam quiritans: Adeſte familiares, opera ferte, tenete, prehendite; alligate mihi noxium. Benè contra huiuſmodi lupam inclamat S. Proſper. *O impudica mulier! ardet amam, vulnus alit venis, & cæco carpitur igne. Amat, & perſequitur: concupiſcit, & ſæuit. Et quia ei ad ſtuprum non conſentit; trucidandum eum ſtatuit; quæritque perire, quem diligit.* 1. prædict.

Clem. Alex.

Ruſticæ paſſiones animã opprimunt.

D. Ambr.

Effrænis appetitus mentem præcipitat.

Impudẽ fœminæ malitia.

S. Proſper.

5. Hinc, & ex multis aliis argumentis viri prudentes indubitanter affirmant in amore impuro veram amoris rationem haud inueniri. Eſt enim amor beneuolus quidam & dulcis ad alium affectus, quo illi benè vult, qui amat. Vnde fit, vt apud nos amare ſit benè velle: amor *bobem querer.* Igitur qui amat impudicè, prorſus non amat: dum enim ſuæ cupiditati ſtudet, libidinémque in alio vult explere; ex quo illum deturpat, atque in peccatum ſub æternæ mortis pœna impellit: profectò, etſi aliquo pacto ſibi videatur benè velle alteri, malè vult; dedecus & perniciem molitur. Itaque Ægyptia vti nunc infamiam, carcerem, mortémque machinando, ita vel maximè cùm ad ſtuprum alliciebat adoleſcentem, nullo modo amare, ſed verè hoſtiliterque odiſſe cenſenda eſt. Quamobrem malè mihi, non benè, vult: odit me, non amat, qui me ad peccandum inuitat, qui vult eritque verus animæ meæ hoſtis, vt ego Deum meum offendam, & in æternum infelix peream. Indignum igitur eſt, vt tam pulchrum honeſtúmque ſanctiſſimi, & nobiliſſimi omnium in homine affectus, videlicet amoris, nomen turpiſſimæ ac viliſſimæ paſſioni ſcilicet libidini carnis communicetur. Non eſt amor, qui eſt impudicus: verè odium eſt.

Impurus amor verus non eſt.

Verè odit, qui amat impurè.

Verè hoſtis, qui ad peccandum inuitat.

Indignũ eſt nomẽ amori, libidini communicare.

A 6. *En introduxit virum Hebræum.*] In maritum confert tanti facinoris culpam. Meritò (inquit) vir culpandus, quòd ſic temere atque inauſpicatò lupum pro agno, lenonem pro famulo, hoſtem pro ſeruo nobis domum intulerit. Quis ergo iure non iudicet, non dicat iſtius iniuriæ ipſum maritum eſſe autorem? Intulit iſtum neſcio quem, & vbi natum, vnde aduectum, vt illuderet, vt contemptim, & contumelioſè me tractaret. Nam quis maior contemptus, quæ maior contumelia, quàm vt ſeruus dominam, captiuus matronam ipſam, tam illuſtris familiàs matrem, tantíque in regia domo Principis vxorem anſus fuerit non verbis tantùm allicere, ſed (quod omnem audaciam, & impudentiam excedit) violenter etiam in adulterium adigere? mira quidem fraus ſceleſtæ mulieris eò tendit, vt ita cogat acriùs maritum contra innocentis caput deſæuire. Illud nihilominùs certum, & quotidianum eſt à maritis, non amicos tantùm, ſed etiam famulos domum temerè atque ſtultè introduci planè in tentationem & ruinam vxorum & filiarum, atque in dedecus, & infamiam maritorum, & parentum; de quibus iure optimo miſellæ poſſunt conqueri. En introduxit patet; en introduxit maritus ſui honoris proditorem, hunc vel illum petulantem hominem. Malè quidem falſóque de marito, déque ſeruo ſic obloquitur Ægyptia; ſed benè veréque poſſunt complures ita conqueri.

Fraudulenter mulier maritum incuſat.

Temerè domum viri introducunt amicos & famulos in ruinam fœminarum.

7. Audiui ego aliquando à primario ex noſtris Epiſcopo, ad quem huiuſmodi cauſæ deferebantur, ſibi ex longa experientia compertum haberi; nullum vxoriæ infidelitatis dedecore notatum eſſe; qui vel propter inconſideratam exterorum ſua in domo familiaritatem, vel propter nimium erga famulos fauorem, aut nullam inuigilantiam, vxori vltrò non accimiſſet occaſionem adulterandi. Ipſimet (aiebat) vxorum comparant adulteria: ſeruanda omni ſtudio mulier; nec vlla videri debet nimia vel cuſtodia, vel diligentia, vt muliebris infirmitas ab omni periculo illæſa conſeruetur. Exemplum nobis ac documentum ipſemet Deus in beatiſſima puriſſimáque Virgine matre ſua præbere dignatus eſt. Enimverò etiamſi momento ipſo ſuæ conceptionis illam ab originali maculâ immunem fecerit, atque abundantiſſimâ ſanctificatam gratiâ ſpeciali quodam priuilegio, nullique mortalium conceſſo, reddiderit etiam in quibuſcunque leuiſſimis impeccabilem, vti certum eſt indubitatúmque in Eccleſia Catholica; qualem ſcilicet decebat eſſe, quæ in matrem Dei electa erat. Nihilominùs virgo ipſa beatiſſima ſic ſe deinceps habuit, ac ſi ex conſpectu, colloquióve virorum potuiſſet in ſua illa admirabili quam à Deo acceperat pulchritudine, vel tantulum ſubire diſcrimen.

Maritus cauſa eſt adulterij vxoris.

Mariti vxorum comparant adulteria.

Seruanda omni ſtudio mulier.

B. Maria Dei priuilegio impeccabilis.

B. Maria mirè cauta & ſui cuſtos.

8. Virgo erat (vti alibi iam ex S. Hieron. adnotauimus) Hebr. *Ghalmah*; incognita, & abſcondita viris, cuius quidem nec faciem viderent, nec nomen ſcirent. Primæuam ætatem in ipſis templi penetralibus inter ſacrarum Virginum cœtus, Angelorum circuncincta choris, iiſdémque ſeruientibus cœleſti cibo enutrita, vti ex S. Germ. Conſtantinop. alibi iam ſcripſimus: Inde egreſſa Deo ſic diſponente deſponſata eſt ſanctiſſimo & puritate virginali ſupra omnes mortales inſigni Ioſeph videlicet in cuſtodiam, in tutelam, in ſolatium; atque vt caſtus Ioſeph virginem Dei matrem & ſanctiſſimè comitaretur, & diligentiſſimo miniſterio honoraret. Cæterùm ne faber Ioſeph opificio intentus, vel tantulum à cuſtodia, comitatúque

B. Maria puellaris vita in templi ſacrariis.

B. Maria cœleſti cibo nutrita.

B. Maria traditur Ioſeph à Deo in cuſtodiã.

S. Ioſeph faber domeſtici operis.

A comitatúque Virginis auguſtiſſimæ abeſſe cogeretur diuina prouidentia conſultum eſt, vt faber eſſet non qui fabricandis ædificiorum contignationibus, quod extra propriam domum fieret; ſed conſtruendis vehiculis, & carpentis, opere quidem domeſtico, fabrilem exerceret artem, vti ex S. Irenæo alibi retulimus. Equidem ita cenſeo, boníque ac prudentes iudicant, tam ſecurè ſanctéque in terra degere fœminam, quàm mundo incognita, quàm fugitans publicum, amaoſque ſecretum viuit.

Mulier tam ſăcta, quàm abſcōdita.

9. *In argumentum ergo fidei retentum pallium oſtendit marito.*] Armarat (vti vidimus) Ægyptia totam familiam ſuis clamoribus, falſiſque contra innocentem calumniis concitarat: quò ſcilicet reuertenti domum marito ipſa cum tota ſi- B mul familia, tam pudendum illud Hebræi ſerui flagitium vnanimi accuſatione deferret; quod & factum eſt. Nec mirum: Contra virtutem ſtat in bello acies ex omni genere improborum, & improbitatum inſtructa. Quamobrem monet ſapiens: *Accedens ad ſeruitutem Dei ſta in timore; & præpara animam tuam ad tentationem.* Eccleſ.2. Monemur ſcilicet, vti nomen virtuti demus Deo militantes: ſtemúſque in acie pro virtute; contra hoſtium incurſus, & inſidias præparemur; caſtra vallo, muróque cingamus. Vndique nimirum contra virtutem cientur arma, inſurgunt hoſtes, belláque ruunt. Non otio languet virtus, non longâ pace diffluit in ſocordiam; nec armis ſe vnquam exuit, nec vllum in quo ſit, patitur aut C deſidere, aut quieſcere. *Virtus exigit*, quod apponit S. Auguſt. *vt ſit ſenectus noſtra puerilis, & ſit pueritia ſenilis.* in Pſal.112. Vegetum vult, & impigrum ad ſtandum in acie, ad reſiſtendum, ad præliandum dum vita ſupereſt ſenem: maturúmque vult puerum, vt etiam ludicra & blanda vitiorum tentamenta maturiore quodam veluti ſenio grauitatis, & verecundiæ compeſcat, ac repellat.

Contra virtutem ſtat armata acies malorum.
Eccl.2.
Stat in acie virtus.
S. Auguſt.
Virtus odit deſidiam, & quietem.
Virtus exigit vegetum ſenem, & maturum puerum.

10. Laborioſa quidem virtus eſt, atque iccircò multùm odioſa. Sic irridet, ſic habet contemptui mundus quicquid ex virtute fit, vt ne nomen quidem virtutis patiatur audiri. *Enimverò* (inquit S.Bern.) *timor Domini ſimplicitas reputatur, ne dicam fatuitas. Virum circumſpectum, & amicum* D *propria conſcientia calumniantur hypocritum, amatorem quietis, & ſibi interdum vacantem dicunt inutilem.* lib. 4. de conſid. Et noſtrum Ioſeph ita modeſtum, ſic amantem pudicitiæ dicent plerique abiectum nulliúſque momenti hominem: & meretrix Pharia cum ſuis ſeruis, ancilliſque vocant adulterum; atque in mortem inducunt. Quid quod etiam in nobis ipſis (maximè id plorandum eſt) multiplex contra virtutem inſurgit bellum: virtutémque, ne aut oriatur, aut orta ſuboleſcat, impugnant, premúntque hoſtes? Hæc ſcilicet illa eſt maledictio: *Maledicta terra in opere tuo, ſpinas & tribulos germinabit tibi. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Geneſ.3. *Noſtra videlicet natura* (vt interpretantur eremitæ) *ſpinas, & tribulos ma-* E *larum cogitationum germinat, quorum aculeis, id eſt, vitiis carnis non obtuſis, Spiritus ſemina præfocantur, ne illum panem noſtrum, qui de cælo deſcendit, edere abſque vultus noſtri ſudore poſſimus.* Caſſ. collat. 23. cap. 11. O vetus dulcíſque & planè cœleſtis cibus animarum ipſa, quam cum Dei gratia noſtris operamur ſudoribus, virtus! Eſt illa quidem comparatu difficilis, quæ ſcilicet cùm multos habeat hoſtes, continuíſque affligetur iniuriis, fugiendo vti caſtus Ioſeph ſibi conſulit.

D.Bern.
Virtutem irridet mūdus.
Gen.3.
Malæ cogitationes illi ſpina.
Caſſ.
Virtu. comparatur cibus.

A 11. Ac proinde monet Spiritus ſanctus: *Si ſequeris iuſtitiam, apprehendes illam.* Eccleſ.27. Igitur perſequenda eſt, quæ fugit virtus: & quæ fugit, haud dubiè hoſtiles declinat iniurias. At pone fugientem currendum eſt: nec enim res tanti pretij facilè dimittenda erit: nec vllo curſus, laſſitudiniſque & moleſtiæ labore minus habetur illius lucrum, ſi tandem comparetur. Quòd ſi demum teneatur; apprehendi fortiter debet, ne vnquam elabi poſſit: non verò ſummis tandem prehendenda digitis, vt leuiter dimittatur, aut facili conatu detrahatur. Inſurgit Ægyptia contra Ioſeph; vitium contra virtutem: & antiqua, & implacabilis quidem pugna: plures contra illam pro illo militant; pauci verò virtutem acclamant, & B in vitium fortiter præliantur, ad exemplū Moyſis, de quo S.Greg. Nyſſ. *Medius inter vitium, & virtutem propoſitus homo, vti Moyſes inter Ægyptiū, & Hebræum.* de vita Moyſis. Illudenti videlicet, & percutienti Hebræum Ægyptio accurrit Moyſes, iſtúmque occidit, illum liberauit. O egregium facinus iuſti viri pro virtute contra vitium depugnantis!

Eccl.27.
Fugientem virtutem perſequamur.
Pugna inter virtutem & vitium.
Iuſtus pro virtute pugnat contra vitium.
S. Gregor. Nyſſ.

12. Inuiſa diabolo virtus: inuiſa malignis ſpiritibus innocentia. Vbi virtutum, vel prima erumpunt germina, & vel ipſi pullulant flores bonarum cogitationum, immane dictu, quàm celeriter accurrunt, quàm auidè inhiant, vel ipſa tantùm boni primordia depopulaturi. Quapropter inclamatum eſt: *Capite nobis vulpes paruulas,* C *quæ demoliuntur vineas; nam vinea noſtra floruit.* Cant. 2. *Vulpes autem iſtæ ſunt* (inquit S. Greg. Nyſſ.) *Spiritus nequitiæ, paruulæ quidem beſtiæ, ſi cum Angelicis conferantur viribus; ſi illas homines devicerint propriam accipitis gratiam. Vinea noſtra eſt humana natura, quæ fert botros per flores vitæ, quæ agitur ex virtute.* Sed adhuc in ipſo nomine vulpis malignitatem diaboli conſiderans adiungit: *Qui comprehendit orbem terræ, ſicut nidum.* Hæc S. Greg. Nyſſ. in ipſo videlicet nido adhuc implumes fœtus vix eductos in lucem præfocat, ne ſi plumeſcant, in altum ſeſe poſſint erigere. Quid quæſo id eſt, niſi ſubnaſcentes animæ fœtus, ſalutíſque fructus ipſo ſtatim exortu ab aduerſario intercipi & extingui?

Naſcentem virtutem diaboli tentant opprimere.
Cant.2.
D.Gregor. Nyſſ.
Subnaſcētes animæ fructus diabolus intercipit.

D 13. Neque id ſolum per ſeipſum; ſed per ſuos etiam miniſtros, & amicos efficit diabolus; quos etiam in aciem armatos linguâ víque contra virtutem, virtutíſque amatores educit. Nihil iſti minoris æſtimant; magis oderunt, alienius à ſeipſis volunt, quàm virtutem; vtpote vitiorum, vt ſtudioſi cultores, ſic ingenioſi fabricatores. Hinc fit vt bellum habeant indictum iis, qui virtutem ſectantur; quorum tamen animos excitat præmiorum ſpe Iſaias. *Dicite iuſto, quoniam benè, quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet.* cap.3. Nota obſecro vocem illam *adinuentionum*; quâ etiam vtitur Eccleſ. *In bono oculo adinuentiones facito.* cap. 35. Virtutis quidem opera vocantur adinuentiones. Sic enim res ſe habet in mundo: vt E quodlibet virtutis opus velut quidpiam nouum & inuſitatum, mera otiantis ingenij nugacitas, nouellúmque inuentum habeatur: qualia ſolent oſtentui & ludibrio mortalium in theatris exhiberi. Adeò virtus eſt in mundo & inſueta & malè accepta.

Iſai.3.
Indictū virtuti, & virtutis amatoribus bellum.
Virtus in mundo habetur odio & ludibrio.

14. *Dominus nimirum credulus verbis coniugis iratus eſt valde.*] *Sedebat itaque mulier* (ſcribit Ioſeph.) *mœrens, & perturbata, qui erat dolor ob fruſtratam libidinem, eſſe indignationem tentata pudicitia ſimulans. Marito autem reuerſo, & ad hunc aſpectum turbato,*

Ioſeph.

turbare, cauſámque ſiſtentis: Ne viuas (inquit) *marite, niſi ſceleſtiſſimum ſeruum cubile tuum violare conatum dignâ pœnâ mulctaueris.* cap.3. *Deinde vt mariti animum vehementius exacerbaret narrauit ordine quot, & quanta ille ſeruo beneficia contuliſſet, quibus ſeſe ingratum ac proditorem adulter exhibuiſſet. Atque vt verbis fidem faceret, protulit pallium quaſi in colluctatione relictum; lacrymis etiam, & gemitibus ſuprà modum ſerui flagitium, ſuúmque probrum exaggerans. Vſque adeò genus muliebre verba, & fraudes componere induſtrium eſt, hoc vnum didicit fœmina ſemper opus: dixit ille. Maritus igitur excæcante Zelotypiâ furere cœpit in ſeruum. Victus namque* (inquit Ioſephus) *oratione ac lacrymis mulieris, & coniugis amori plus, æquo tribuens, omiſſa ampliore veritatis inquiſitione, collaudatâ prius vxoris fide, audacis facinoris iuuenem damnauit; ob vxoris pudicitiam magis ſibi placens, teſtis iam comperta ipſius honeſtatis.*

Mulier doli fraudiſque architectrix ingenioſa.

Ioſeph. *Deceptus ab vxore maritus.*

15. Proh quàm multa ſummæ ſtultitiæ, ac ſtoliditatis in hoc Ægyptio argumenta! non aduertit ſtolidus hanc ipſam veſtem indicium eſſe violentiæ à muliere profectæ; & adoleſcentis reuerentiæ. *Enimvero* (quod ſapienter Philo adnotauit) *ſi vim domina adoleſcens voluiſſet inferre, facile viribus mulier amiculum illius retinuiſſet: at pallio ſpoliatus apparet, quia corpus ſubtrahens, illud neglexit. Hinc maritus poſſet impudentiſſimum vxoris mendacium, & innocentiam ſerui optimè colligere. Iuſtus enim* (inquit S. Ambr.) *accuſare non nouit, illam verè exutam dixerim, quæ omnia amiſerat velamina caſtitatis; illum ſatis ornatum, ſatis defenſum, cuius vox non audiebatur, & innocentia loquebatur.* cap.5. Ipſa quidem frontis impudentia manifeſtum erat indicium, & mendacij, & libidinis. Deinde cur non amplius inquiris? cur non accuſatum interrogas? cur de te loquentem non audis? Nemo quidem indicta cauſa damnandus. Subitò damnas innocentem? ô ſcelus? ô iniquitas? ô vile mulieris mancipium? ſcilicet iſte illorum vnus eſt, de quibus Propheta: *Mulieres dominatæ ſunt eis.* Iſai. cap. 3. alij transferunt, vti animaduertit S. Hieron. *exactores, fœneratores.* Turpia enim, iniuſta, indignáque viris vxores ſæpè ab iiſdem exigunt, qui non audent miſeri & ſuadentibus diſſentire, & perſuadentibus etiam contra omne ius fáſque denegare; preſſi quidem muliebri tyrannide. Additque (ad maiorem rei indignitatem) Ioſeph. *Sequens die poſtquam caſus flagris ſum; coniecit me in carcerem.* At ſancto iuueni pulchrum, ac dulce potiùs erat flagellari, quàm deliciari, dedicans in ſeipſo primitias virginum, & iuuenum fidelium; qui poſtmodum in lege gratiæ pudicitiam ſuam glorioſo martyrio nobilitarunt.

Philo.

D.Ambr. *Ornat innocentia.*

Iſai 3. *Mulierum tyrannis in viros.*

Mariti vxorum mancipia Ioſeph typus virginum Martyrum.

16. Haud equidem prætereundum cenſeo admirabile iſtud ſancti iuuenis ſilentium. Vociferatur Ægyptia; tacet ille: homines illa Deóſque obteſtatur, inclamat proditorem, adulterum: ille ne verbum quidem, aut pro ſe tuendo aut contra illam detegendo fraudem, & inuerecundiam mulieris. *Ioſeph igitur* (ſcribit Ioſephus) *innocentiam ſuam Deo cõmittens, neque ſe defendere curauit, neque rem ita vt geſta erat indicauit.* Nulla potentior defenſio, quàm quæ fit à propria innocentia; maximè vbi cum ſilentio patienter cauſa Deo committitur: vti poſt hunc iuuenem matrona illa caſtiſſima Suſanna. Cùm falsò adulterij accuſata traheretur ad ſupplicium, non ſe clamoribus defendit, ſed quia patiens ſiluit, Deo ſuam cauſam committens, diuinitùs edito miraculo tum ab interitu, tum à falſo crimine liberata eſt. Dan.13. *Suſanna* (inquit S.Ambr.) *poſtquam tacet in iudicio, melius locuta eſt oraculo, & ideò Propheta meruit defenſionem, quæ propria vocis auxilium non quæſiuit.* lib. de Ioſeph cap.5. hinc fit egregia commendatio ſilentij. *Eſt enim* (inquit ipſe) *magnum, & negotioſum ſilentium, vt erat Suſannæ, quæ plus egit tacendo, quàm ſi eſſet locuta: tacendo enim apud homines locuta eſt Deo; nec vllum maius indicium ſuæ caſtitatis inuenit, quàm ſilentium.* lib.1. offic. cap.3. Huiuſmodi fuit ſilentium Ioſeph valde negotioſum; tacendo quippe apud homines Deum ſibi patronum ac vindicem conciliauit.

Ioſeph. *Mira prudentia ſimul & patientia in falſo crimine.*

Dan.13.

Suſanna ſilentio ſe defendit.

D.Ambroſ.

Negotioſum hominis apud Deum ſilentium.

17. Itaque Ioſeph caſtiſſimus, iniquè tamen de adulterio accuſatus, à barbaro domino in carcerem ſine vlla defenſione, ſine vlla excuſatione conijcitur: in exemplum quidem nó modò caſtitatis, & patientiæ, ſed multarum etiam aliarum virtutum, reliquæ mortalium deinceps conſequentium poſteritati. Viuet ergo in omnem æternitatem illud elogium, quod à S.Ambr. inſcriptum fuit: *Ioſeph caſtus ita ne ſermonem quidem audire vellet, niſi pudicum; humilis vſque ad ſeruitutem; verecundus vſque ad fugam, patiens vſque ad carcerem; remiſſor iniuriæ vſque ad remunerationem.* lib.2. de offic. cap. 17. Hunc igitur tam inſigni præditum virtute adoleſcentem, vt clariùs adhuc emineret, permiſit Dominus à petulante fœmina tentari. *Bonum enim* (dixit S.Ambr.) *munus pudicitia, ſed minoris meriti cùm periculum abeſt; vbi verò etiam ſalutis periculo defenditur, ibi plenius coronatur.* cap.5. noctu ſcilicet aduerſitatis, vti cœlo intermicant ſydera, glorioſior virtus apparet, ſplendidiùs irradiat periculis comprobata. Indignum planè, quod Ægyptius contra innocentem ſine vlla defenſione, partéque inauditâ tam atrox ſtatuat ſupplicium.

D.Ambr. *Egregium Ioſeph elogium.*

S.Ambr. *Virtus inter tribulationes clarior.*

Iniquitas iudicij.

18. Benè idem Ambroſ. *Inauditâ cauſâ, inexploratâ fide; veri tanquam reus criminis in carcerem Ioſeph mittitur: ſed eum Dominus, nec in carcere deſerebat.* de ipſo nimirum ſcribitur in lib. Sap. *deſcendítque cum illo in foueam, & in vinculis nõ dereliquit eum.* Sap.10. foueam dicit carcerem: in profundum ſcilicet lacum illius carceris detruſus primò fuit Ioſeph; ſic mundus cum iuſtis & innocentibus agit, quos iniuſtè affligit, & cum ſuis virtutibus ſepelire contendit; at improbos interim in ſummis honorum gradibus eminere, deliciiſque perfrui curat. Cæterùm omnipotens Deus ſuos in tenebris illuminat, in afflictionibus recreat, in calamitatibus ſuſtentat, & in vinculis non derelinquit: imò etiam comitatur. Fuit autem (ſcribitur) Dominus cum Ioſeph; non modò quia præſtò illi erat conſolando, & confortando; ſed etiam quia ſimul cum ſeruo ſuo fideli, & innocens Deus ipſe clementiſſimus compatiebatur. Ideircò Dominus apparuit inter medias flammas rubi ardentis in deſerto greges Moyſi paſcenti; dixitque. *Vidi afflictionem populi mei,* Exod. 3. *Vidi* (occurrit Lyra) *oculo compaſſionis ad eum liberandum.* Quaſi diceret Dominus: quid tu miraris Moyſes? poſſum ego non ardere flammis, cùm populus meus afflictionibus in Ægypto conſumatur? igne crucior; ad compatiendum: igne ſimul excitor ad ſuccurrendum: ac dum illi operibus ex luto & paleis opprimuntur; ego flammis zeli, & compaſſionis exardeſco.

S.Ambr.

Deus iuſtos in tribulationibus comitatur.

Sap.10.

Exod.3. Lyran.

Deus cum iuſtis patientibus ſimul patitur.

19. Ad hunc quoque ſenſum accipio illud Domini: *In Ægyptum deſcendit populus meus in principio, vt colonus eſſet ibi; & Aſſur abſque vlla cauſa calumniatus eſt eum. Et nunc quid mihi eſt hic?* Iſai. 52. ſermo eſt de ſeruitute gentis Hebrææ in

Iſai 52.

Ægypto, deinde in Babylonia: dicit igitur Dominus: meminiſtis quid olim egerim cum populus meus ab Ægyptiis iniquiſſime premeretur: deſcendi equidem tunc temporis; vt oppreſſum iniquâ ſeruitute populum liberarem; non enim potui ſuſtinere, aut æquo animo pati clamorem miſerorum; qui ad meas aures aſcendebat. At nunc quid hîc facio: quid immoror? cur non accurro, vt compatiar, vt liberem? an non grauiori ſeruitute premitur in Babylone? deſcendam ego, & cum populo meo ſimul patiar, ac tandem illum eripiam. Hoc tam inſigne diuini amoris teſtimonium commendans Dauid Deo immortales habet gratias: *Quem redemiſti tibi ex Ægypto gentem, & Deum eius.* 2. Reg. 7. Hebræos ô Domine (inquit) ex illa tam calamitoſa, quàm iniuſta ſeruitute liberaſti, *& cum illis pariter te ipſum, qui videaris affligi, cùm illi affliguntur*; declarat Vatabl.

Deus cum ſuis ſimul affligitur.

2. Reg. 7.

Vatabl.

20. Quid mirum deinde quòd fuerit Dominus in vinculis cum Ioſeph, & quaſi in eaſdem compedes, eadémque vincula Deus quoque pedes, ac manus immitteret, cùm ſeſe pueris in Babylonicam fornacem iniectis comitem adiunxerit. Tres quidem immiſerant ſatellites in furnacem; at Rex obſtupeſcens clamat: *Ecce ego video quatuor viros ambulantes in medio ignis; & ſpecies quarti ſimilis filio Dei*: Dan. 3. Angelus quidem erat, ſed qui filium Dei repræſentabat, vti vult S. Hieron. Qui enim aliquando venturus erat in mundum & homo factus acerbiſſimam paſſionem, crucíſque mortem exanclaturus, iam inde ab ipſo mundi exordio, quaſi paſſionis futuræ præludium in ſuis ſeruis, à primo Abel vſque ad Ioannem Baptiſtam prope mortem Chriſti, & vinctum, & in carcere decollatum, videbatur exhibere. Quemadmodum, qui ſingulare aliquod certamen in arena publica eſt initurus diligenter ſeſe ante in ludicra, & vmbratili pugna exercet. Quis ergo non gaudio exultet, non triumphet in ſummis etiam afflictionibus, ſi tamen Dei ſeruus ſit, & patienter ſuſtineat, cùm audiat à Domino: *Cum ipſo ſum in tribulatione. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum. Cum ipſo ſum in tribulatione.* Pſal. 90. *Noli ergo timere* (inquit S. Auguſt.) *quando tribularis, ne quaſi non ſit tecum Deus. Fides ſit tecum, & tecum eſt Deus in tribulatione.* Vbi S. Bernard. *Vnde ſcimus, quod nobiſcum ſit in tribulatione? ex eo vtique, quod in ipſa tribulatione nos ſumus.* Dein colligit: *Felix ô Domine, qui te interim conſolatorem, & adiutorem habet?* ſer. 16. in Pſal. 9.

Dei filius in fornace Babylonis cum pueris.

Dan. 3.

D. Hieron.

Dei filius futuræ paſſionis præludium in afflictis iuſtis exhibebat.

Deus ſimul cum tribulatis.

Pſal. 90.

S. Auguſt.

D. Bern.

Signum Dei præſentis ipſa tribulatio.

21. Hinc optimè S. Ambr. admonet: *Non turbentur innocentes, cùm falſis criminibus appetuntur, cùm oppreſſa iuſtitia traduntur in carcerem. Viſitat Deus, & in carcere ſuos, & ideò ibi eſt plus auxilij, vbi eſt plus periculi.* cap. 5. Nihil quidem in Rep. eſt aut vilius, aut infelicius, aut etiam deteſtabilius publico ad ſupplicium malefactorum carcere; de quo illud ſcribit Tertull. *Domus diaboli eſt carcer, in qua familiam ſuam continet.* lib. ad Martyres cap. 2. Quia nimirum perditi homines, & omni flagitiorum impuritate cooperti, tenentur in carcere: at nihilominùs fieri poteſt, vt ea in domo diaboli teneantur Angeli; atque in media ipſa perditorum colluuie caſtiſſimi, & ſanctiſſimi murentur, & inter ſontes premantur innocentes: atque adeò adultera Ægyptia, & Putiphar infidelis, & barbarus habitent in palatio: at Ioſeph ſanctiſſimus Dei ſeruus iaceat in fouea conſtrictus catenis: Herodes cum Herodiade in aula regia; Ioannes Baptiſta in carcere compeditus, & ibidem decollatus. Quis quæſo locus exceptis Dei templis in toto orbe magis (liceat dicere) ſacer & ſanctificatus extitit, quàm carcer, publicæque vinctorum cuſtodiæ: in quibus infiniti martyres, Virgines, & confeſſores pro Chriſti fide vincula, fidiculas, & incredibiles, in omni genere calamitates pertulerunt? ſed illud ad commendandum carcerem illuſtrius etiam adiungit S. Ambr.

D. Ambr.

Vbi plus periculi, plus ibi eſt auxilij.

Tertull.

Carcer domus diaboli.

Interdum in carcere iuſti, in palatio flagitioſi.

Carcer ſanctis martyribus ſacer.

D. Ambr.

22. *Sed quid mirum, ſi viſitat Deus in carcere poſitos, qui ſeipſum cũ ſuis in carcere incluſum eſſe memorauit: In carcere eram, & nõ veniſtis ad me.* Matth. 25. neque id tantum intelligitur de carcere, vbi pro Chriſti fide vincti tenentur innocentes, ſed vbi etiam ſontes, & malefici pro ſuis delictis affliguntur. Et qui non dicit, ſe in aulis principum habitare, aut cum aulicis, vel negotiatoribus in ciuitate verſari, profitetur ſe in carcere cum vinctis incluſum teneri, vbi ſcilicet patiendi theatrum eſt, vbi expiantur delicta, delicta puniuntur, iuſtitia exercetur, patientia Chriſtiana probatur: ibi ergo Chriſtus eſt; vſque adeo ſacrum, & ſanctum eſt puniri delicta, patíque in hac vita etiam pro admiſſis flagitiis, vt diuinæ iuſtitiæ debitum exoluatur, & ſempiterni iudicis clementia in futurum comparetur. *In carcere eram*: dicit Dominus Matth. 25. Fuit autem Dominus cum Ioſeph; ſcilicet vincto in carcere. Meritò exclamat S. Ambr. *Quo non penetrat diuina miſericordia? ſcilicet (auſim dicere) vbi tribulatus homo, eòdem penetrat Dei miſericordia: quæ quidem valde acceptum gratúmque cuſtodi carceris reddidit Ioſephum*; huius enim ille fidelitatem, modeſtiam atque innocentiam expertus ſimul, & admiratus ipſum è catenis liberum toti præpoſuit carceri; ſcribit enim Ioſephus: *Vinculorum neceſſitatem tacitus ferens vna ſpe conſolabatur, nimirum potentiorem eſſe Deum his, qui ſe vinxerant, cuius prouidentiam confeſtim eſt expertus. Cuſtos enim carceris, tum fidem eius, ac diligentiam in abſoluendis operum penſis conſiderans, tum formæ dignitatem, ſoluit eum à vinculis, eámque miſeriam aliquantò leuiorem reddidit; victu etiam commodiore; quam reliquos vinctos vti permiſit.* Hæc ille cap. 54.

Math. 25.

Carcerẽ ſua præſentiâ Dominus ſanctificat.

Math. 25.

D. Ambr.

Leniorem in multis carcerem Deus reddidit Ioſeph.

Ioſeph.

23. Igitur quòd Ægyptius ab vxore irritatus, & credens adulterum ſeruum non illum ſtatim pugione confoderit; non in furcam ſuſtulerit, ſed in carcerem tantummodò compegerit: deinde quòd vinctum cuſtos carceris magni fecerit; tantaque humanitate, honoréque ſit proſecutus, diuinæ opus fuit miſericordiæ. Videlicet, *Quia* (vti animaduertit S. Chryſoſt.) *ſilet ille, & omnia manſuetè fert; & magna cum patientia Dei ſpectat ſubſidium. Verè nihil beatius eo, qui Dei gratiam habet, comitabatur enim Ioſephum perpetuò ſuperna gratia; & omnia, quæ faciebat, erant plena gratiâ*: homil. 62. Quid mirum igitur, ſi tantam cuſtodis promeruit beneuolentiam? *Inuenit ſiquidem* (ait S. Ambroſ.) *Ioſeph huiuſmodi gratiam, vt qui fuerat clauſus in carcere, ipſe potius carceris clauſtra ſeruaret, cederet munere claniculariis: incluſos omnes in poteſtatem eius committeret. Itaque Ioſeph non ſolum carcerem non ſentiebat, ſed etiam alios quoque carceris leuabat ærumnâ.* cap. 5.

S. Chryſ.

Vbi patientia, ibi proſrò Dei gratia.

S. Ambr.

Ioſeph vinctus omnes in carcere ſolabatur.

24. Idem plane ſui ſemper ſimillimus vbique eſt Ioſeph; fidelis, ſobrius, caſtus, ingenuus, magníque meriti apud Deum, hominéſque non in illo detruſo è palatio in carcerem; ſed ab illo fit mutatio. Liber anteà, nunc vinctus; ſemper tamen vbique ſanctus. Nec enim perfecta virtus; aut loco, aut conditione, ſtatúve mutatur; ſed ſemper eadem vbique perſiſtit, atque ſplendeſcit.

Iuſtus in omni ſtatu ſemper idẽ.

Quia

Primus maiis ſemper ſplendidior.

Quin etiam in carcere victrix vincti Ioſeph glorioſius multò, quàm anteà triumphauit. Ait enim ipſe ſuo illo prædicto iã ſæpiùs teſtamento: (*Cùm vinctus tenerem in compedibus, Ægyptia infirmata eſt nimio dolore, & auſcultabat, qualiter laudarem Dominum exiſtens in domo carceris. Ego autem hilari voce gaudens, glorificans Deum meum ſoluta, quòd per hanc occaſionem amouebar ab Ægyptia: ipſa tamen non deſtitit teptare.* Erat quidem illud ergaſtulum, vti Olisipone, quod dicimus Limoeiro; regium palatium, in cuius infimis, & tenebroſis ædibus tenebantur vincti, at in ſuperioribus Putiphar, & miniſtri alij Regis habitabant. Poterat ergò mulier facilè, aut videre aut adire, aut ſaltem alloqui vinctum adoleſcentem: narrat itaque Ioſeph: *Ipſa tamen non deſtitit inſtare ac dicere. Age accipe conditionem, quam offero tibi, & imple deſiderium meum; & liberabo te à vinculis, & eripiam te ex tenebris. Verùm vſque adeò nihil potuit perſuadere mihi, vt ne cogitatione quidem in vota eius fuerim inclinatus multoties infirmata deſcendit ad me imitatarè, & audiuit vocem mei orantis; & acriùs inſtabat; intelligens verò ego ſuſpiria eius, ſilui.* Quid quæſo, & importunius, & potentius ad ſubruendum caſti iuuenis animum? quæ vnquam mulier vehementiùs exarſit ad libidinem, & quis vllo vnquam in viro ardentior in caſtitatem affectus, & conſtantia extitit admirabilior?

Gaudet in ſua amouen ri ab incendium peccandi.

Ergaſtulum Oliſſponis.

Libidinoſa mulier inſtat importunius.

Inſuperabilis in innoce caſtitas.

25. Porrò autem cùm lego: *Fuit autem Dominus cum Ioſeph, & miſertus illius dedit ei gratiam in conſpectu Principis carceris:* admirari ſatis non poſſum, & venerari Dei clementiam, & bonitatem; qui ſeruos ſuos, etſi tentari affligíque aliquando permittat; nihilominùs, eos tunc, neque ſuà præſentià præſidióque carere: neque ſine grandi cœleſtium, & hoc loco etiam humanarum conſolationum leuamento perpeti ſinat: vt qui optimè norit humanam imbecillitatem, quæ ſine ſpeciali Dei auxilio calamitatibus preſſa non poteſt non omninò ſuccumbere. Atque iccircò etiam tribulationes ipſas pro captu noſtræ infirmitatis metitur, illarúmque tempus miſericorditer præcidit. Verùm enim verò hanc ſibi ipſe; quæ ſuis ſeruis largiſſimè conceditur, cùm multo plura, & grauiora, quàm illi, pateretur, voluit denegare. Sic enim ſuam exorſus eſt paſſionem: *Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem.* Luc. 22. priuatus nimirum omni omninò conſolatione, quam in parte inferiore ſentiret, paſſionem ſuam, & iniuit, & conſummauit. *Sequeſtrata* (declarat ibi S. Ambr.) *delectatione diuinitatis æterna; tædio mea infirmitatis afficitur.* quod adhuc luculentiùs expoſuit S. Laur. Iuſtin. his verbis: *Deus in puris naturalibus ſenſibilem Chriſti partem reliquit. Fluenta enim æternæ voluptatis continuit, ne impetu quo ſolebant, emanarent in ipſum.* lib. de agone Chriſti. cap. 1. Diuinitas ſcilicet Verbi vires humanitati dabat vt pateretur; non autem beatitudinis animæ delectationem aliquam inferiori parti infundebat; vt illius dulcedine aſperitas paſſionis mitigaretur.

Suos ſeruos Deus in tribulationibus conſolatur.

Chriſtus ſub latâ omni conſolatione paſſus.
Luc. 22.
D. Ambr.
S. Laur. Iuſt.

Verbum humanitati vires dabat ad patiendum, ſed delectationem parti inferiori denegabat.

26. Hauſit Dominus IESVS in ſua paſſione fellis amaritudinem, nullâ mellis ſuauitate attemperatam. Poſt fel fauos in reſurrectione, non anteà in paſſione guſtauit. *Vt tamen, ô Domine* (inquit S. Bern.) *quos viuificabat mors tua, tua trepidatio robuſtos; & mæſtitia lætos, & tædium alacres, & turbatio quietos faceret, & deſolatio conſolatos.* ſer. 1. de S. Andrea. Planè, vt ex Dei miſericordia certò ſcimus, & ex martyrum hiſtoriis liquidò conſtat, nullus ferè pro Chriſto paſſus eſt vti à diuinâ gratia deſertus, ſic diuinâ conſolatione priuatus. Nullus ſuæ paſſionis fel abſque diuinæ conſolationis melle guſtauit. Ad hæc noſtri amantiſſimus Dominus noluit ſibi paſſionis tempus præcidere; imò, & illud grandi quodam miraculo produxit: *Etenim* (vt S. Laur. Iuſtin.) animaduertit) *ſanè ſupra naturam erat, vt homo in tantis corporis doloribus conſtitutus viueret. Viuificabat ergò per ſeipſum, vt ad tam diuerſa perferenda ſupplicia habilis fieret: Nam abſque diſpenſatione agi non potuit, vt mortalis caro in paſſionis vegetaretur igne, & in tribulationum non abſorberetur pelago.* cap. 19. Exigebat quidem immenſus Chriſti amor maiores etiam vires, productioréműque vitam, vt magis adhuc pateretur. *Vincebat ſiquidem* (adiungit) *planè in illo, atque ſupereminebat mortis ſupplicium amoris magnitudo. Mirabilis in eo vita corporis; ſed longè erat mirabilior animæ tolerantia.* ibid. Quare cùm Chriſtus Dominus videret in cruce poſitus iam ſe viribus penè exhauſtum deficere, quin vlteriùs paſſionis poſſet certamen producere, plus videlicet amans, quàm patiens; ipſa indefeſſi amoris vehementià compulſus exclamauit: *Deus Deus meus quare me dereliquiſti?* Matth. 27. Quid quæſo æterne Pater ſuſtentare me hominem in vita deſinis, cuius adhuc amor viget; nec etiam nunc paſſionibus ſatiatus, longiorem ſibi vitam deſiderat, vt multò diutiùs & grauiùs patiatur? vires deficiunt, amor increſcit, ardétque vehementiùs deſiderio patiendi.

Chriſtus ſine conſolatione paſſus Martyres conſolatur.
D. Bern.

Nullus martyrũ deſertus, & deſolatus à Deo.

S. Laur. Iuſt.
Chriſtus ſibi paſſionis tẽpus produxit.

Chriſtus plus amauit, quàm pertulit.
S. Laur. Iuſt.

Amor Chriſti paſſione haud ſatiatus.
Matth. 27.

27. Ergo ita exclamans nouas illa ſacroſancta humanitas vires impetrauit, vt fortiùs, & conſtantiùs continuaret paſſionem. *Emergens igitur anima* (inquit ille) *quæ decurrentibus tribulationum fluctibus in profundi limo immerſerat, nec puſillanimitatis formidine, nec pauore mortis territa eſt, quin potiùs animata, atque referta flagrantiſſimo amoris incendio paſſionis agonem, quem penè ſuperauerat tolerando, repetere cœpit.* Nouis igitur roboratus viribus ad continuandum certamen vegetior, & alacrior progreditur patiendo. *Magnanimitatem ſiquidem* (adiungit) *quam gerebat introrſus, ſeris ad ſuorum exercitationem fidelium monſtrare voluit: quamobrem, vt quæ deerant conſummanda, perficerentur, ait: Sitio,* planè Dominus in Cruce, cum doloribus, cum peccatis, cum ſatellitibus inferni patientiſſimè confligens, vti olim Ioſue clamando: *Sol contra Gabaon ne mouearis.* Ioſue cap. 10. Solem fecit conſiſtere, vt longiùs die producto vlteriùs pugnare, vinceréque poſſet. Sic Dominus IESVS ſolem diuinitatis, quodammodo ab humanitate quoad ſuſtentationem virium, vitæque iam penè abſcedentem, clamando reuocat: *Deus Deus meus quare me dereliquiſti? Refulgente ſcilicet* (inquit S. Laur. Iuſtin.) *in anima ſole, qui prius erat in nubilo, rediuinâ luce ſua humanitatis reparauit vires, ne paſſionis nimietate deficeret.*

S. Laur. Iuſt.
Chriſtus in cruce nouas impetrauit vires à Patre, vt ampliùs pateretur.

Ioſue 10.

Admirandũ Chriſti deſiderium patiendi pro nobis.
S. Laur. Iuſt.

CAPVT QVADRAGESIMVM.

1. HIs ita geſtis, accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna Regis Ægypti,& piſtor,domino ſuo.

2. Iratúſque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat,alter piſtoribus)

3. Miſit eos in carcerem principis militum,in quo erat vinctus & Ioſeph.

4. At cuſtos carceris tradidit eos Ioſeph, qui & miniſtrabat eis. Aliquantulum temporis fluxerat,& illi in cuſtodia tenebãtur.

5. Viderúntque ambo ſomnium nocte vna iuxta interpretationem congruam ſibi:

6. Ad quos cùm introiſſet Ioſeph manè,& vidiſſet eos triſtes,

7. Sciſcitatus eſt eos,dicens: Cur triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra?

8. Qui reſponderunt: Somnium vidimus,& non eſt qui interpretetur nobis. Dixítque ad eos Ioſeph: Numquid non Dei eſt interpretatio? referte mihi quid videritis.

9. Narrauit prior, præpoſitus pincernarum,ſomnium ſuum: Videbam coram me vitem,

10. In qua erant tres propagines,creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores vuas matureſcere:

11. Calicémque Pharaonis in manu mea: tuli ergo vuas, & expreſſi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni.

12. Reſpondit Ioſeph: Hæc eſt interpretatio ſomnij: Tres propagines, tres adhuc dies ſunt:

13. Poſt quos recordabitur Pharao miniſterij tui, & reſtituet te in gradum priſtinũ: dabíſque ei calicem iuxta officium tuum, ſicut antè facere conſueueras.

14. Tantùm memento mei, cùm bene tibi fuerit, & facias mecum miſericordiam: vt ſuggeras Pharaoni vt educat me de iſto carcere:

15. Quia furto ſublatus ſum de terra Hebræorum,& hîc innocens in lacum miſſus ſum.

16. Videns piſtorum magiſter quòd prudenter ſomnium diſſoluiſſet,ait: Et ego vidi ſomnium, quòd tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum:

17. Et in vno caniſtro quod erat excelſius, portare me omnes cibos qui fiunt arte piſtoria,auéſque comedere ex eo.

18. Reſpondit Ioſeph: Hæc eſt interpretatio ſomnij: Tria caniſtra, tres adhuc dies ſunt:

19. Poſt quos auferet Pharao caput tuũ, ac ſuſpendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas.

20. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuium pueris ſuis, recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum,& piſtorum principis.

21. Reſtituítque alterum in locum ſuum, vt porrigeret ei poculum:

22. Alterum ſuſpendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur.

23. Et tamen ſuccedentibus proſperis, præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.

SECTIO PRIMA.

His ita geſtis,accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna Regis Ægypti, & piſtor, domino ſuo. Iratúſque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter piſtoribus) miſit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus & Ioſeph. At cuſtos carceris tradidit eos Ioſeph,qui & miniſtrabat eis. Aliquantulum temporis fluxerat, & illi in cuſtodia tenebantur. Viderúntque ambo ſomnium nocte vna iuxta interpretationem congruam ſibi: ad quos cùm introiſſet Ioſeph manè, & vidiſſet eos triſtes, ſciſcitatus eſt eos, dicens: Cur triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra? Qui reſponderunt: Somnium vidimus, & non eſt qui interpretetur nobis. Dixítque ad eos Ioſeph: Numquid non Dei eſt interpretatio? referte mihi quid videritis. Narrauit prior, præpoſitus pincernarum, ſomnium ſuum: Videbam coram me vitem,in qua erant tres propagines,&c. Vſque ad Pharaoni.

1. ACCVSATVS, damnatúſque in carcere Ioſeph mirum in modum affligebatur, iuxta illud: *Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertranſiit animam eius.* Pſal. 104. hoc eſt, ferreis vinculis, aliíſque calamitatibus carceri cognatis anima, & vita eius valde afflicta & cruciata eſt. At Deo ſic diſponente ferox quãquam ſolet eſſe in illa malefactorum colluuie,ergaſtula

Non locus veram virtutem aut minuit, aut obſcurat.
Pſal. 104.

gaſtularius,ſeu (vocat Ambr.) clauiculatius: agere tamen cœpit perhumaniter cum Ioſeph ob inſignem modeſtiam,liberúmque ingenium; atque adeò totam carceris curam illius fidei ac dexteritati commiſit. Deinde Ioſeph cæteros vinctos ſuâ virtute cœpit in admirationẽ venerationémque cõuertere. *Poſtquàm enim* (ſcribit Philo Hebræus) *ſuam ipſe vitam continentiæ cæterarúmque virtutũ plenam, tanquam in tabula benè pictam imaginem, ſpectandam illis in medium poſuit; conuertit etiam eos, qui videbantur inſanabiles inueteratis nempe vitiis affectos, ita vt iam damnarent vitam præteritam, exprimentes has voces reſipiſcentiæ: vbi tantum bonũ tandiu latuit, à quo tandiu aberrauimus? Ecce iam effulgente hoc tanquam in ſpeculo noſtra dedecora videntes erubeſcimus.* lib. de Ioſeph. Certè cùm ex monitis, tum ex moribus noui illius vincti admirãda in omnibus viſa, deinde fuit morum commutatio. *Deinceps enim* (adiungit Philo) *locus ille non tam carcer quàm diſciplina mediatorum fuit; erudiebantur ſermonibus, & præceptis philoſophicis, maximéque ipſius Doctoris exemplis vtiliſſimis.*

Philo
Vita veluti imago picta virtutibus.
Puriſſimum virtutum ſpeculum.
Carcer factus ſchola virtutum.
Philo.

2. Illud potiſſimum ad commendationem Ioſeph; quòd ad illius aſpectum,& conſuetudinem ſontes illi, ac malefici ſuà delicta clariùs cognoſcerent, meritóque lugerent: ſéque ipſos ad illud ſanctimoniæ magiſterium,& exemplar cõparatos erubeſcerent. Sic prodeſt iuſtorum aſpectus, & conuictus improbis ad proprij dedecoris cognitionem,& confuſionem,& correctionẽ. Dixit hoc ipſum illa vidua, quæ defunctũ filium apud Eliã Prophetam deplorabat: *Quid mihi,& tibi vir Dei? ingreſſus es ad me,vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filium meum?* 3.Reg.17. quaſi fuiſſent obliuione conſepulta illius delicta; & ad ingreſſum Prophetæ mulier illa recordaretur, quemadmodum inducto facis ardentis lumine nihil non apparet quod anteà non videbatur. Et quantum illi profuerit aduentus Prophetæ, ſatis iudicauit, vt conſiderat Theodoret. *Non dixit: fuiſti malum auſpicium, mala mihi conciliauit tuus aduentus: ſed ſuis peccatis tribuit, quod acciderat, tantum ei profuit Prophetæ doctrina.* q. 52. in lib.Reg.

Aſpectus & conuictus iuſtorũ malos confundit & inſtruit.
3.Reg.17.
Ad conſpectum iuſti peccatũ impiorum apparet.
Theodor.

3. Carcer itaque per doctrinam exemplúmque ſanctiſſimi Ioſeph factus eſt quædam veluti ſchola virtutis, & ſacrarium pietatis. *Nec enim locus ſanctus* (vt alicubi dicit S.Aug.) *facit ſanctos, ſed operatio ſancta ſanctificat locum.* Quid enim ſãctius cœlo ipſo, aut in terris paradiſo terreſtri; & nihilominùs in illo de Angelis facti ſunt cacodæmones; in iſto primores noſtri parentes diuinam gratiã amiſerunt; ſéque & nos peccatores,filiúſque iræ fecerunt. Viue igitur, ô ſancte iuuenis, iſto in carcere inter flagitioſos,damnatóſque;ſed vti ſol illuſtrans lutum,non à luto infectus. Viuaut etiam læti, ac ſancti, quos tyrannorum impietas damnauit. Chriſti martyres, ac virgines, omnes alloquor cum Tertull. *Nihil intereſt vbi ſitis in ſeculo,qui extra ſeculum eſtis: vagamini ſpiritu, ſpatiamini ſpiritu proponentes vobis illam viam,quæ ad Deum ducit: quoties eam ſpiritu deambulaueritis,toties in carcere non eritis. Nihil crus ſentit in neruo, cùm animus in cœlo eſt.* lib.ad martyr.cap.2. recordatione quidem,affectu,ſpéque ſempiternæ beatitudinis, quæ Dei ſeruis pie, patienterque in hac vita mortali certantibus promittitur,alacri animo lætóque vultu aduerſa quæque tolerantur.

Carcer factus ſacrarium pietatis.
D.Auguſt.
Locus nõ ſanctificat.
Tertul.
Spe beatitudinis aduerſa omnia alacriter tolerantur.

4. *Accidit, vt peccarent duo eunuchi.* Quodnam iſtorum fuerit delictum,non ſcribitur? Hebræorum tamen Rabbini dicunt pincernæ peccatum fuiſſe, quòd in cyatho vini culicem, aut muſcam

Ben.Fernand.in Geneſ.tom.3.

A Rex bibens inuenerit: piſtorem peccaſſe,quòd in pane inſertum caſu lapillum rex comedens reperiret. Mira ſtultitia; ridiculæ vti aliæ plerunque ſunt, Rabbinorum nugæ: quanquam fortaſſe incredibile non videatur, barbarum iſtum,& infidelem Regẽ leui aliquâ de cauſâ in miſellos deſæuiſſe. Nihilominùs vero ſimilius eſt peccaſſe eos in fidelitate; vel in Regis vitam inſidiando; vel in bona; illa luxurioſè prodigendo, aut auarè in ſuum emolumentum deriuando: adſtipulatur Philo ſcribens eos *à Rege damnatos, quòd non rectè ſuis miniſteriis fungerẽtur.* Glorioſum quidem inter mortales habetur in Regum aulis verſari,Regum pollere gratiâ,honoribus eminere,imò & inſigniter fructuoſum Regiis gazis ac redditibus præſiB dere; Regum tractare theſauros. Vel ipſæ videlicet Regum micæ (vti apud nos teritur) glorioſos, & opulẽtos reddunt. At verum illud quoque habetur,nihil eſſe periculoſius,quàm Regum honoribus clareſcere,ac redditibus immiſceri. Quod in parabola illa Matth.18. ſatis exprimitur; ſeruus enim Regis,qui debebat illi decem millia talẽta, detruſus eſt in carcerẽ, illiúſque vxor, & filij ſub haſta vænundati. profectò dũ Regij redditus colligebantur aut illius pecunia in manibus ſerui, totiúſque familiæ tractabatur; prodige omnes luxurioſéque agebant, nec vlla ſubibat animum reddendæ aliquando rationis recordatio.

Stolida & ridicula Rabbinorũ commenta.
Glorioſum & fructuoſum eſt regiis theſauris præſidere.
Philo.
Matth.18.
Periculoſũ eſt regiis redditibus immiſceri.

5. Quapropter monet optimè Salomon: *Quando ſederis, vt comedas cum principe, diligenter attende C quæ appoſita ſunt ante faciem tuam; & ſtatue cultrum in gutture tuo.* Prou. 23. Non intelligo tantum de viris principibus ad Regiam menſam accumbentibus (hoc enim rarò,aut nunquam apud nos videtur) ſed de iis maximè dictum accipio, qui regiis honoribus, muneribúſque præſunt, regios tractant reddims, pecuniam habent in manibus, theſauros cuſtodiunt: accumbunt hi omnes cum Rege ad mẽſam: de illius cibis abundè lautéque, & interdum luxurioſè comedunt: ſuáſque regio victu,faſtúque alunt familias. Ergò ſi ſapiãt,cultrum gutturi adhibeant oportet: reddendam aliquando rationem meminerint: pœnámque ſuis rapinis, & prodigalitati debitum noverint ſe haud dubiè daturos: hoc enim cultro, hoc timoD re ſuum infrænabunt guttur, prodigendi intemperantiam cohibebunt,ſuæ familiæ ſumptus prudentiæ moderamine compeſcent. Illud obiter adnotarim vetuſtiſſimum fuiſſe pincernarum vſum in menſis principum,& multis ſeculis,vt conſtat ex hoc loco, in Ægypto regium pincernã à Moyſe deſcribi, antequam Homerus Ganymedem Ioui, & Heben iuuentutis Deam cæteris Diis pocula miniſtraſſe commentus fuerit. Certè hanc poëticam fictionem carpens M. Tull. valdè alienum à diuinâ Maieſtate arbitratur nectare & ambroſiâ victitare, & à poculis miniſtros habere: Scribit enim: *Non ambroſiâ Deos, aut nectare, aut iuuentute pocula miniſtrante lætari arbitror. Nec Homerum audio, qui Ganymedem à Diis raptum ait proE pter formam,vt Ioui pocula adminiſtraret: fingebat hæc Homerus,& humana ad eos transferebat: diuina mallem ad nos.* Tuſc. 1. Nullo ſatis ſupplicio poëtarum iſte (vt vocant) princeps,qui tam ridiculis, & obſcœnis fabulamẽtis diuinitatẽ dedecorauit, haberi dignus videbitur. Infeliciſſima priſcorum ætas, quæ Homeros ſimiléſque illius, omnium ineptiarum, nefandorúmque rituum architectos, ac doctores non audiit modò, ſed planè, vti data cœlitùs oracula credidit. De his illud Apoſtoli intelligitur: *Mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei*

Prou.23.
Regia pecunia miniſtri proprios moderentur ſũptus.
Antiquiſſimus pincernarũ vſus.
M.Tull.
Priſci poetæ fabularum architecti.

ad Rom. 1. S.Ambr.

A *in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis.* ad Rom. 1. Vbi optime S.Ambr. *Quanta hebetudo, hos ſe ſapientes appellare ad ſuam damnationem, apud quos plus poteſt imago, quam veritas, & mortui potiores, quam viui?* Nimirum quia cùm viuos non adorauerint, vtpote execrandis coopertos vitiis, mortuos tamen falſa diuinitate donarunt.

Stoliditas gentilium.

6. *Videruntque ambo ſomnium.*] Tenebatur quidem in carcere Ioſeph, ſed iam ſine vinculis, & cùm totius carceris veluti præfecturam obiret ab ergaſtulario duos illos Regis miniſtros, recèns adductos accepit ſeruandos, & curandos. Cæterùm eunuchi (vt iam alibi animaduertimus) non intelliguntur exſecti, ſed regij miniſtri. *De iſtis quid dicam,* (inquit S. Ambr.) *qui exemplum debent eſſe cæteris, quod ſtatus eorum fragilis, ac tenuis, & in* B *voluntate regia ſpes omnis; quibus leuis offenſa ſummum periculum ſit; ſecunda autem res vilo miniſterium: gloriabatur alter, quod eſſet vinis præpoſitus, alter quod eſſet piſtorum. Vterque offendit, miſſique in carcerem.* lib. de Ioſeph. cap. 6. Benè dicitur ſtatus iſtorum fragilis ac tenuis, quippe in Regis voluntate poſitus. Nihil planè inconſtantius, nihil infirmius iſtâ; quam tanti faciunt homines, ad quam tam auidè inhiant, gratiâ principum. Eam quidē pauciſſimi aſſequuntur; rarò, aut nunquam aliquis inconcuſſam, & illæſam ad mortem vſque conſeruat; imò, & interdum ſumma illa gratia in ſummam indignationem, odiumque deſinit.

Fragilis ac tenuis ſtatus aulicorum. *D.Ambr.*

Periculoſa, & inſtabilis gratia principum.

7. Quare optimum illud conſilium: *Longè abeſto ab homine poteſtatē habente occidendi & non ſuſpi-* C *caberis timorem mortis.* Eccleſ. 9. Senſus eſt: Viue procul ab aulis principum, vbi cùm certa ſit, & expedita in vitam inferiorum potentia, cogeris miſer mortem ante oculos, datâ quacunque occaſione, intentandā pertimeſcere. Viues quidem inglorius, at ſecurus. Proh quàm multi non ferro, ſed mœrore, quia contempti; quia repulſi exciderint, moriuntur: *Communionem mortis ſcito* (adiungitur) *quoniam in medio laqueorum ingrederis, & ſuper dolentium urbis ambulabis.* ibid. Plenæ periculis aulæ principum, laqueis ad ſuſpendium refertur, quibus miſeri malè donati, aut peiùs deſpecti, fame mœroréque conſumpti, vitā in ſummis miſeriis, vel ipſo vultu, pendentibus in patibulo ſimiles trahunt infelicem: communionem D mortis dicit. Plurimis ſiquidem eædem frequenter mortes ibidem inferuntur, quos aut indignatio, aut certè deſpectio, vel ipſamet obliuio principum ſinit extabeſcere. Sed quid tandem illud: *Super dolentium arma ambulabis?* Nimirū proſtrata iacent ibi fortiſſimorum militum arma, quibus illi ad ſenectam vſque pro Rege, pro regno, patriaque depugnarunt; at illa pedibus aulicorum proculcata iacent ſine præmio, ſine honore, cùm interim ocioſi, & ignaui delitiis enutriti, aſſentatori potiùs Regibus, quàm pro illorum obſequio depugnare aſſueti ad honorum gradus immeritò ſubuehantur, & pinguiſſimis Reip. redditibus; (proh rem iniquam, & indignam!) in dies quotidie amplificentur.

Eccl. 9.

Miſera vita aulicorum.

Eccl. 9.

Aulicorum mortes variæ.

In principū aulis ſine præmio iacent emeriti.

E 8. Verùm enim verò, cùm incertæ ſint potentium res, infidaque & inſtabilis principū gratia; inſignis quotidiè viſitur mundanæ huius proſperitatis commutatio: verſaque in aduerſum Regis voluntate deprimuntur à culmine, quos illuc fauor extulerat; fiuntque mortalibus fortunæ ludibrium, quos cæteri venerabantur, vt principes, & velut tyrannos metuebant. Videre eſt in agro proceram ad nubes vſque lato, grandíque ſtipite; patuliſque diffuſam ramis arborem, quæ viatoribus ſit aſylum, vt ab æſtu ad illius vmbram protecti aſſideant, cibóque recreentur; ibidem accubent oues, paſtórque dum captat vmbram, ſuâ de more fiſtula dulciter emoduletur: ibi volucres, & turmatim conſideant, & nidos conſtruant, & modulatè cantillent. Nihil illa planè aut gratius, aut ſpecioſius in campo viſitur. Cæterùm, quæ infelix eſt rerum incōſtantia; fortè tacta de cœlo arbor miſerádum in modum deformatur, exuruntur folia, rami perfringuntur, truncus ipſe ſemiuſtulatus fit omnibus ad iniuriam, & ludibriū: hìc oues folia corrodunt, lignatij truncum ad ignē concidunt, peda conficiunt paſtores. Hoc ipſum eſt aulicæ fortunæ ſimulachrum; vbi enim, qui principum gratiâ florebant, caſu aliquo fulminantur; mirum dictu eſt, quanta miſeris fiat rerum omnium commutatio: Sunt planè oſtentui ac deſpicatui mortalium.

Inſtabilis principum gratia.

In aulicis fortuna immutatio deſcribitur.

9. Sic arborem illam in ſomniis oſtenſam Nabuchodonoſor *proceram vſque ad cælum, ex qua veſcebatur omnis caro.* Dan. 4. paulò poſt exciſam legimus; Regem ſcilicet ipſum de ſolio regni proiectum in agros, & ſyluas, moréque pecudum in ſaltibus pererrare. Hìc, ne longiùs excurram, duo eunuchi aulici, gratíque Regi; qui delicias, & cupedias Regi ſubminiſtrabant, quod illis erat valde glorioſum; neſcio quâ ruinâ perculſi vſque ad profundum ergaſtuli lacum exciderunt. Sic eſt inconſtans principum gratia, & aulicorum vita ruinoſa. Heri in palatio, hodie in ergaſtulo; heri fulgebant auro, & ſerico, hodie compedibus vincti ſqualent in fouea; heri vnguentis delibuti; olorum fragrātiam in aula ſpirantes; hodie carceris fœtoribus abominandoque vinculorū pædore conſumpti. Tam fragilis eſt atque infida principum gratia, támque inanes hominum ſpes, mendaxque fiducia in ſcirpo, in arundine, in fœno regiæ mortalitatis perperàm collocatæ. Felix, qui Dei gratiam ambit, acquirit, retinet; immota illa eſt, & conſtanter perſeuerat, modò noſtris demeritis non amittatur.

Dan. 4.

Aulicorum vita ruinoſa.

Infida & fragilis principum gratia.

Conſtās Dei gratia.

10. Monet igitur Apoſtolus; *Iuſtificati ergò ex fide pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum IESVM Chriſtum, per quem & habemus acceſſum per fidem in gratiā iſtam, in qua ſtamus; & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei.* ad Rom. 5. Per baptiſmum quidem, ac deinde per veram pœnitentiam cum Deo pacem inimus, atque in illius recepti amicitiâ, non qualemcunque, ſed propriam filiorum gratiam acquiſiuimus, freti, ac certi de illius bonitate, quòd firmiter in illa vſque in finem perſiſtemus. *In qua gratia* (inquit) *ſtamus firmitudinem* (declarat Theophylact.) *& robur mutationis omnis expertem habentes, diuina ſiquidem bona nunquam non ſtant, neque vnquam excidunt.* modò, inquam, noſtrâ culpâ non amittantur. In qua ſtamus ſecuri, de Dei voluntate immutabili; quod nos à ſe nūquam repellet, ſuâ gratiâ non priuabit; quandiu nos illi cooperabimur. Eſt quidem Dei gratia ex parte dantis firma, immobilis, æterna, vtinam ſic E perſiſteret ex parte hominis! Non ſic habent, & gratia fauórque principum, & quos vel ipſi obtinent, vel aliis concedunt honores. *Aſſecutus enim* (inquit hoc loco S. Chryſoſt.) *quis eſt magiſtratum, gloriam, principatum; tamen in eo perpetuus non manet: ſed confeſtim ab eo excutitur, præterit figura huiuſmodi.* 1. Corinth. 7. *At gratia Dei finem non habet.* In qua ſtamus; non ait, ſedemus, ſed ſtamus, quaſi ad vlteriora pergentes: finem quidem habent honores, & gratia fauórque principium; quibus per totam vitam ad mortem, paucis, aut nulli

ad Rom. 5.

Theoph.

Dei gratia & beneficia donáque ex ſe ſunt firma & ſtabilia.

D.Chryſ.

Infirma & inſtabilia mundi bona.

1.Cor. 7.

nulli vnquam potiri licuit; ac deinde præfinitus illis terminus eſt. Aſcendit quis apud nos, & prudentiæ munere, & rei militaris peritiâ, è fauore principis, eò tandem vt proregem agat in regno, in India, &c. Diſciplinarum, & iuris egregiâ laude per gradus vſque ad ſupremam Cãcellarij dignitatem euehitur: at nec ille, nec iſte vlteriùs progreſſi tandem conſiſtunt. Similiter de cæteris mundi honoribus philoſophandum.

D.Chryſ. Dei gratia non habet terminum.

11. *At Dei gratia* (inquit Chryſoſt.) *terminum non nouit, ſed & ad maiora ſemper propagatur, atque progreditur*, hom.9. in epiſt. ad Rom. Deus enim, vt eſt inexhauſtum honorum pelagus, infinitæque magnificentiæ, quantò largiùs ſua dona infundit, tantò ad plura deinceps recipienda capaciorem reddit animam, quam ſuâ dignatus eſt
B gratiâ locupletare. Quod eleganter ita S. Cypr. ediſſerit. *Profluens largiter ſpiritus nullis finibus premitur, nec coercentibus clauſtris intra certa metarum ſpacia frænatur: manat iugiter, exuberat affluenter.* Optimè quidem, & fontis perenniter ſcaturientis ſymbolo diuinæ bonitatis exprimitur magnificentia: nunquam & nulli deficit fons; patet omnibus, gratis affluit, neminem à ſe repellit, omnium in ſe manus, oráque inuitat. *Noſtrum* (adiungit) *tantùm ſitiat pectus, & pateat: quantum illuc fides capacis afferimus, tantum gratia inundantis hauri-mus.* epiſt.2. ad Donatum. Igitur de voluntate Dei omninò ſecuri noſtram ſinamus mundari, aptaríque ad cœleſtem Dei gratiam abundè recipiendam.
C *Noſtrum quippe* (ait S. Aug.) *eſt velle: ſed voluntas ipſa etiam mouetur, vt ſurgat; & ſanatur, vt valeat; & dilatatur, vt cupiat; & impletur, vt habeat.* lib. de bono viduit. cap.17.

Diuina magnificentia pelagus inexhauſtum. D.Cypr.

Fons perennis Dei magnificentia.

D.Cypr. Tantum à Deo recipimus, quanta noſtri eſt capacitas.

D.Aug. Voluntas hominis diſpoſita ad Dei dona.

ad Rom.5.

12. Porrò expendere operæpretium eſt quod Apoſtolus de Chriſto dixit: *Per quem habemus acceſſum in gratiam iſtam*, ad Rom.5. Chriſtus enim Dominus ſuâ paſſione meritíſque viâ nobis muniit, oſtiúmque aperuit ad Dei gratiam, & amicitiam, quam & ſibi filiis miſeri parentes noſtri generis peccato ſuo amiſerant. Hinc eſt, quod ab eodem Apoſtolo dicitur *mediator Dei, & hominum Chriſtus IESVS.* 1.Timoth.2. At quis mediator erit ipſius Chriſti, & hominum? profectò mediatrix eſt Chriſti & hominum, ipſa, quæ hominibus
D Chriſtum peperit; per eam ſiquidè habemus acceſſum in gratiam, & amicitiã Chriſti. Filius quidem, vt nobis impetret gratiam ſuam Patri oſtentat vulnera, in quibus noſtros ſuorum meritorum theſauros habemus: Filio mater ſua oſtẽtat vbera, in quibus omnem ſpem fiduciámque peccatoribus collocatam eſſe Deus ipſe voluit: qui quæcunque mater petierit, nec ſolet, nec patitur denegare: per matrem igitur acceſſum habemus ad filium; è morte ingreſſum ad vitam: quippe cùm illa ſit & ianua & mater vitæ; ſalutis medicamẽtum, ſanitatis officina. Vulgata olim in Pannonia peſtis miſerandum in modum congeſtis paſſim mortalium vtriuſque ſexus funeribus totam prouinciam populabatur. Igitur accepto diuinitùs
E oraculo inuentum tanto malo remedium, videlicet vt facto Crucis ſigno ſupra ipſum peſtis tumorem, Aue Maria ſtatim recitaretur, ídque nouies fieret ac diceretur. Quo quidẽ remedio nullus non compreſſa lue ſtatim conualuit. Refert Pomer. lib.1. part. 5. cap. 3. qui teſtatur ſeipſum hoc eodem malo tactum conualuiſſe. Profectò maiorẽ multò vim ſanctiſſima Virgo contra luem peccatorum, & habet, & exercere conſueuit.

B. Maria mediatrix hominum ad Deum filium. 1.Tim.2.

Peſtis per ſalutationẽ B. Mariæ curatur.

13. *Viderunt ambo ſomnium nocte.*] Expleuerant iam eunuchi annum in vinculis; nec tamen illo-

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A rum calamitas, aut Regi, aut aulicis, venit in mentem. Vide obſecro rerum humanarum incõſtantiam, & vanitatem; facilè aulici vbi excidũt, & à principibus, & ab amicis traduntur obliuioni; nec vllus aut meminit, aut voluit pro miſeris apud Regem facere vel vnum verbum. quod Dauid etiam expertus aiebat: *Obliuioni datus ſum tãquam mortuus a corde.* Pſal.30. Enimverò tam inſolitum eſt aulicis pro calamitoſis Regem interpellare, vt quos viderint ſecundo rerum ſucceſſu florere, nitantur omni ope deturbare; ſemélque delapſos è principum gratiâ velint ſub altis ſepulchrorum molibus cum mortuis latere, ac neſciri; ne vnquam reuiuiſcant. Abundant palatia canibus, qui viuos mordeant, corroſos comedant, co-
B meſtos ſepeliant. Quid enim magis in palatiis regnat, quàm inuidia: & quid magis indignum palatiis, & Palatinis, quàm inuidia; quæ (vt in ſuo teſtamento Simeon filius Iacob ſcriptũ reliquit) ſylueſtrem facit animam. refertur in bibl. PP. t.3.

Deiectos à gratia Regis ſepelit obliuio.

Pſal. 30.

Aulici canes.

Inuidia frequens, ſed indigna in aulicis.

14. Ruſticorum eſt vitium, non aulicorum eſſe debet inuidia: dedecet animum generoſum, & excelſum alieno bono torqueri, & ob alterius felicitatem eũrabeſcere. Inuideant ruſtici in ſyluis nati, per ſaltus cum feris enutriti: Vitium enim ruſticum, & agreſte inuidia eſt, quale in agro cum beſtiis agens imbiberat ille, qui fratri redeunti, receptóque in gratiã patris inuidit, quòd a patre cum gaudio, & ſymphoniâ reciperetur. De illo ſiquidem ſcribitur: *Erat autem filius eius ſenior in*
C *agro.* Luc.15. *Benè quidem notatur* (inquit S.Ambr.) *hic frater vſque adeo, vt de villa venire dicatur ignorans, quæ ſunt ſpiritus Dei.* Quid mirum igitur ſi ruſticus inuideat, qui ſylueſtrem ducens vitam, ſylueſtrem gerat animũ; prorſuſque diuinæ ſapientiæ ignarus de fratris felicitate crucietur. Nota etiam, quòd ſenior dicatur non tam ætate (hanc enim ſi modò reſpiceret Euangeliſta, dixiſſet fortè, vt moris eſt, maior frater, cùm alterum dixerit adoleſcentem) quàm albenti iam canicie capitis, oriſque exeſa, deformi, rugoſâque ſpecie, veris quidem feralis ſenectæ teſtimoniis: ſed vnde tam triſtis in iſto deformitas? *Ideò* (reſpondit S.Amb.) *& ſenior dicitur, eò quòd cito aliquis per inuidiam conſeneſcat.* Execrandum planè vitium inuidia. Cùm
D cætera ſeſe aliquo excuſationis velamine contegant, coloréque adornent, ſola inuidia nullam habet excuſationem, ac proinde auctore S.Chryſoſt.) *omni veniâ caret.*

Inuidia ruſticum vitium.

D Ambr. Inuidus ignorat quæ ſunt Spiritus Dei.

Deformis ſpecies inuidi hominis. D.Ambr.

Nullam inuidia excuſationẽ habet.

15. Dein cùm cæteris vitiis nocendi aliquis ſit præſcriptus limes, ſola inuidia terminum neſcit: addit enim optimè Chryſ. *Inuidia vis totam ſubuertit Eccleſiã, & toti nocet terrarum orbi.* ſic ille. Enimverò replet inuidia litigantibus prætoria, & tribunalia; plateas, foráque obtrectatoribus; principum aulas delatoribus, & ſycophantis; maria pyratis; itinera prædonibus. Reges armat in Reges, regnáque in regna commouet; protrito ſanctioris neceſſitudinis iure contra innocentem Ioſeph eodem parente genitos hoſtili odio fratres
E ſuccendit. Inuidiâ percitus Cain primus homicidarũ fraterno ſanguine mũdum fœdauit. Inuidiâ diabolus primores parẽtes à Dei gratia in interitum abſtraxit. Inuidia (quod omnẽ malignitatem excedit) in Iudæorũ cordibus æſtuans Deum hominem ſuſpendit in ligno. Quid plura? Sanari poſſunt, & ſolẽt cætera vitia: *Cæterùm inuidia* (inquit Chryſ.) *nulli medicinæ quãcumque adhibuerimus, facilè cedit.* At (quæ Dei prouidẽtia, & iuſtitiæ rectitudo) in ſeipſo ſuæ malitiæ pœnas gerit, etiam dum viuit inuidus. *Igitur ô inuide* (clamat idem)

S Chryſ. Nocendi terminum inuidia non habet.

Inuidia malum latè effunditur.

Inuidia eſt inſanabilis. D.Chryſ.

Sui vindex & carnifex inuidus.

quid in teipſum enſem adigis? homil. 44. ad Antiochen. Denique vt ipſemet colligit, *talis eſt inuidia malitia, vt priùs ſe parientem offendat; & ſicut vermis de ligno naſcens ipſum priùs abſumit: ſic & inuidia illam priùs, quæ ſe peperit animam corrumpit. Itaque inuidus tanquam ab occultis depaſtus dentibus clanculum abſumitur.* hom. 45. ad pop.

D Chryſ. Animam, de qua naſcitur, abſumit inuidia.

16. *Somnium vidimus.*] Somniarunt inter dormiendum vincti eunuchi, quid cuique paulò poſt eſſet euenturum: nec enim hominum vitam, ſtatumque rerum humanarum, quicquam aliud veriùs exprimit, quam ſomnos, quam ſomnium. Et quidem ſcitiſſime Plato dixit *hominum ſpes, ſomnia vigilantium*; refert probátque Philo ſubinde adiungens: *Somnium planè vita hominum eſt, & vigilantium imaginationes ſomniis ſunt quàm ſimillimæ: B veniunt, abeunt, occurrunt, refugiunt, & priùs quàm comprehendantur, euolant. Sic profectò eſt, tanquam altè dormientes erramus, non volentes quicquam ratiocinatione, vel penetrare, vel certè comprehendere, quod vmbris omnia ſpectriſque ſint ſimilia. Et ſicut cùm pompa traducuntur, primo quoque conſpectum prætereant, & item in torrentibus, fallente viſum celeritate vnda præterfluunt: ſic vita humana negotia irrequietè currentia, licèt videantur manere, prælabuntur tamen, ne puncto quidem temporis in eodem ſtatu permanentia.* hæc Philo. Et multa alia in eodem argumento, lib. de Ioſeph. Somniarunt iſti ſuæ quiſque vitæ ſucceſſum; vnus quidem breuem, quam patiebatur, calamitatem: alter verò breuem ſibi, quam degebat vitam in hoc mundo futuram. Vni C breuitas miſeriæ, alteri breuitas vitæ oſtenſa fuit. Sic habent in terris, & aduerſa, quæ patimur; & proſpera, quibus delectamur: ſomniis perſimilia concluduntur, & euaneſcunt; vt hinc edocti, nec pro Deo pati aduerſa doleamus, nec proſperis dementati à Dei obſequiu auertamur: breui omnia finiuntur; ſomnia ſunt dormientium.

Plato. Spes vigilantiũ ſomnia.

Philo. Somniis humanæ vitæ negotia exprimuntur.

Inconſtãtia, & fugacitas rerũ humanarũ.

Et aduerſa, & proſpera euaneſcunt.

17. *Deſcendi* (aiebat illa ſponſa Domini) *in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica.* Cant. 6. Deſcendit quidem diligenti quadam, & prudenti conſideratione ad vitam humanam, in qua & proſpera nonnulla, & pleraque inuenit aduerſa: florentes vineas; quid gratius, quid amœnius rubentia mala punica; quid lætius, quid D iucundius? Cæterùm cum iiſdem ſimul breuitatẽ florum, & fructuum reperit incertam. Enimverò vbi legimus, *germinaſſent punica*: L X X. vertunt: *vt viderem in germinibus torrentis: Caduca ſcilicet* (Inquit Theodoret.) *torrentem appellauit; torrentis enim inſtar gloria, ſpes, regnum, delitia, aliique huius vitæ flores dilabuntur.* Flores ſunt non fructus maturi; flores, qui flatu quolibet decidunt. En felicitas, ſi qua eſt, in rebus humanis? Quis igitur ſanæ mentis propter breui lapſuros, Inanitatéque plenos mundi flores, maturos æternæ beatitudinis fructus deſpiciat; veliique amittere? Dein, vti declarat idem Theodoret. *per hortum nucis intelligimus vitam præſentem; quæ cùm amara ſit, & ærumnis atque laboribus plena, reconditum tamen habet* E *virtutis fructum.* Toleranda eſt propter dulcedinem fructus latentis exterior corticis amaritudo: tum floribus illis vinearum, & germinibus malorum punicorum, quàm iſti nucis amaritudini velut innata eſt breuitas: vicinum habent aquarum torrentem, qui per hortum vineis, & arboribus adlabitur fugitando.

Cant. 6. Lætis ac proſperis adiũcta breuitas.

Theodor. Mundi & vitæ bona flores ſunt, non fructus.

Theodor. Vita amara, ſed virtutũ habet dulcẽ fructum.

Rebus tam proſperis quàm aduerſis innata fugacitas.

18. *Quis deſpexit dies paruos?* quærit Zachar. 4. nimirum, vti exponit S. Hier. *quis, hic pro raro accipitur; rarus ergo eſt; qui dies paruos huius ſæculi deſpiceat, & regiam poteſtatem putet eſſe nihili.* profectò (inquam) ſapiens, quem amor Dei tangit, qui cœleſtia contemplatur, præſentem omnem etiam ſupremam mundi felicitatem, velut vmbram deſpicit, velut ſtercus cũ Apoſtolo execratur. Quis etiam ſi rectè vitam expendet, non ſecum meditando, cum aduerſis exercetur, dixerit: *Non ſunt condigna paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.* ad Rom. 8. Et illud: *quod in præſenti eſt momentaneum, & leue tribulationis noſtræ æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* 2. Cor. 4. Optime S. Greg. Nazianz. conſuluit: *Præſentem moleſtiam in futuro æuo abde.* orat. funeb. parentis. Quæcunque ſcilicet in hac vita vel moleſtiarum vel laborum, vel infelicitatum opprimunt animũ B pondera, ſi proiiciantur in ipſius immenſum æternitatis pelagus, ſubitò diſparebunt, aut certè amiſſa omni ſalſedine ſuauiſſimam imbibent dulcedinem immortalitatis.

Zach. 4. D. Hier.

Rarus, qui mundũ deſpiciat.

ad Rom. 8.

2 Cor. 4. D. Gregor. Naz.

Præſentia in æternitatem proiiciantur.

19. Egregium ſanè huius veritatis teſtimoniũ afferri poteſt ex illo mendiculo & vlceroſo Lazaro, cuius ærumnoſam vitam incredibilis poſt mortem excepit felicitas; vti ſcribitur Luc. 16. Rem totam ſic eleganter explicat S. P. Chryſol. *Pauper diues vulnere, ceſſa nudus, exutus corpore, veſtitus pœnis; animam, quam ſolam non tenebant vulnera, Deo in hoſtiam iugiter offerebat*, &c. hæ fuerunt in Lazaro paſſiones huius temporis: hoc tribulationis pondus. Vide nunc quam felicitatem pepererint paſſiones, quam æternum gloriæ pondus tribulatio præſens operata fuerit. C *Hinc eſt* (adiungit) *quod recipit pro doloribus requiem, pro pannis immortalitatem, pro vulneribus præmia, pro ſiti refrigerij fontem, pro fame cœleſtis menſæ delicias ſẽpiternas, & quem diuitis angulus non cepit, ſinus diuinæ conſolationis includit.* ſerm. 66. Et quis ſi rectè cœleſtia conſideret, terrena omnia, quantumuis illuſtria, pretioſa, iucundáque non deſpiciet? quẽ ad ſuperna non moueat, non excitet appetenda, dulciſſimum illud Domini verbum: *Complacuit Patri veſtro dare vobis regnum.* Luc. 12. vnde optimè arguit idem P. Chryſol. *Quis de victu, quis de veſtitu, quis de plebeio cenſu, & vernalis ceſpitis vilitate ſuſpirat; de regno certus, de dominatione ſecurus? ſatis ſibi inuidet, qui eleuatus ad ſumma, ipſe ſe ad humilia deiicit, ad egena deponit.* ſer. 25. D Hæc igitur in cœlis promiſſa, & poſſeſſa, & vera quidem, & æterna ſunt: quæ autem in terris bona poſſidentur, & mala tolerantur, ſomnia planè ſunt in carcere dormientium.

Luc. 16. Lazari anima ſola ſine vulnere. S. Petrus Chryſol.

Admiranda lucra ſuſcepit Lazarus ex ſuis vulneribus. S. Petrus Chryſol.

Luc. 12. Homo ad cœli regnũ vocatus terrena omnia deſpiciat. S. Petrus Chryſol.

SECTIO II.

Hæc eſt interpretatio ſomnij: Tres propagines, tres adhuc dies ſunt: poſt quos recordabitur Pharao miniſterij tui, & reſtituet te in gradum priſtinum: dabíſque ei calicem iuxta officium tuum, ſicut antè facere conſueueras. Tantùm memento mei, cùm benè tibi fuerit, E *& facias mecum miſericordiam: vt ſuggeras Pharaoni vt educat me de iſto carcere: quia furto ſublatus ſum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum miſſus ſum. Videns piſtorum magiſter quòd prudenter ſomnium diſſoluiſſet, ait: Et ego vidi ſomnium, Quòd tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum: & in vno caniſtro quod erat excelſius, portare me omnes cibos qui fiunt arte piſtoria, auéſque comedere ex eo.*

Reſpondit

Reſpondit Ioſeph: Hæc eſt interpretatio ſomnij: Tria caniſtra, tres adhuc dies ſunt: Poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuium pueris ſuis, recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum, & piſtorum principis. Reſtituitque alterum in locum ſuum, vt porrigeret ei poculum: alterum ſuſpendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. Et tamen ſuccedentibus proſperis, præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.

1. SOmniauit eunuchorum vterque ſui ſtatus euentum: pincerna poſt tres dies è vinculis iuſſu Regis ſe exiturum ſuóque honori, graduique, & muneri reſtituendum: vt Ioſeph diuino ſpiritu afflatus homini ſomnium explicauit. At infelix piſtor ſuum ſibi ſomniauit interitum, vt ſcilicet poſt triduum ſuſpendendus eſſet in patibulum. Exultauit pincerna incredibili gaudio, vbi felicem accepit interpretationem ſomnij: *Qui miniſtrum* (inquit S. Ambr.) *ſibi beatus videbatur, cùm eſſet vini præpoſitus; Et hunc ſummum credebat apicem omnis potentiæ, quòd Regi calicem dabat. Hæc gloria illius, hæc magnificentia in hoc ſeculo: hac defraudatus dolebat, huic redditus gratulabatur. Sed hoc ſomnium eſt, hæc omnis potentia ſeculi ſomnium, non verum eſt. Denique per ſomnium videt reddi ſibi principatum ſuum.* cap. 6. Sic Aſſyriorum qui Dei populum bellis attriuerunt; & tyrannorum, qui Eccleſiam Chriſti grauiſſimis perſecutionibus afflictarunt, potentiam ſomnio dormientis perſimilem eſſe dixit Iſaias: *Erit ſicut ſomnium viſionis nocturnæ, multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra montem Sion.* cap. 29. ad quem locum ita S. Ambr. *qui dormit in hoc ſeculo, nec oculos aperit ad myſteria diuina, quandiu ſomno grauatur corporis, putat alicuius momenti eſſe hanc ſecularem potentiam; quaſi in ſomnis eam videt: vbi euigilauerit, deprehendit, quàm inanis huius ſeculi voluptas ſit.* lib. de Ioſeph cap. 6.

D. Ambr.

Mundi felicitas ſomnium.

Iſai. 29.

S. Ambr.
Dormit, ſomniátque qui mundi bona æſtimat.

2. Eſt quidem nox præſens vita; ſomnus eſt cœleſtium rerum obliuio, ſomnium verò maximè inducit terræ, mundique voluptas, quâ ſoporantur illi; quos Iſaias *vocat ebrios, errantes, abſorptos à vino*, cap. 28. Somnia, quæ dormientibus vinóque ſopitis obuerſantur, ſunt quæcunque in mundo pretioſa, glorioſáque videntur. Vbi ergo quis euigilat, vel diuino ſpiritu illuminante veram ipſam rerum (vt ſe habent) cognitionem aſſecutus, vel morte demum adueniente in lucem æternitatis emergens; manifeſtò videt nihil eſſe in mundo quod nõ futile, vanúmque ſit. Idcircò Dauid de potentibus huius ſeculi dicit. *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis.* Pſalm. 75. Legunt alij ex Hebr. *Viri roboris*; hoc eſt, potentes; nec enim terrena potentia ſine diuitiis eſſe poteſt, imò & qui diues eſt (malo hominum vſu, peruerſóque iudicio) cenſetur omnia poſſe; quandiu iſti viuunt, quandiu dominantur, ſuáque gloriâ, & voluptate perfruuntur; vino quidẽ grauari & ſoporantur, & ſomniant, ſed tandem vbi euigilant, paſtos ſe atque oblectatos mera ipſa rerum vanitate agnoſcunt. Audire tamen præſtat hoc loco egregiam S. Auguſt. paraphraſim; *Amauerunt præſentia & dormierunt in ipſis præſentibus, & ſic illis facta ſunt ipſa præſentia delicioſa; quomodo, qui videt per ſomnium inueniſſe ſe theſauros tandiu diues, quandiu non euigilet. Somnium illum diuitem fecit; euigilatio pauperem fecit. Tenuit illum ſomnus fortaſſe in terra dormientem, & in duro iacentem, pauperem & fortè mendicum; In ſomnis vidit ſe iacere in lecto eburneo, vel aureo, & in plumis aureis altius exeructis: quandiu dormit, bene dormit, euigilans inuenit ſe iacere in duro, in quo illum ſomnus tenuerat.*

Iſai 28.
Ebrij, ſoporatíque ſũt qui mundana æſtimãt.

Pſal. 75.
Diues omnia poteſt.

Potentes in ſeculo ſomniant vino ſoporati.
S. Auguſt.

Bona mũdi dormientiũ ſomnia.

3. Eleganter ſanè deſcripſit inanitatem ſomnij, quam appoſitè verò ad vanitatem mundanæ gloriæ deſcribendam, ſic deinde oſtendit: *Tales ſunt & iſti: Venerunt in hanc vitam, & per cupiditates temporales quaſi obdormierunt hic, & exceperunt illos diuitiæ, & vana pompa volatica.* Illud etiam quod ſequitur: *Et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus ſuis*; perbellè ita exponit: *Dormierunt enim in cupiditatibus ſuis; delectat illos: tranſit ſomnus iſte, tranſit vita iſta; & nihil inuenerunt in manibus ſuis, quia nihil poſuerunt in manu Chriſti.* Stulti planè fuerunt, qui ſeſe veluti mancipia diuitiis addixerunt; auróque & argento, ac pecuniæ, vitam, ſtudium, curas, animam, affectúmque immolarunt. Etenim miſeri cùm è vita in æternitatem euigilabunt, nihil in manibus ſuis inuenient; in illis enim poſita quæcunque mundi bona per ſummam inanitatem euanuerunt. Ea verò ſi prudenter in Chriſti pauperes erogaſſent, profectò euigilantes poſt mortem in Chriſti Domini manibus, non integra modò, & ſecura, ſed etiam cum fœnore mirum in modum adaucta inuenirent.

S. Aug.
Dormiunt & ſomniant diuites circa rerum inanitatem.

Mancipia diuitiarum, victima pecuniæ.

Diuites hic, in altera vita pauperrimi. Eleemoſynæ redduntur cum fœnore poſt mortẽ.

4. *Videns piſtorum magiſter.*] Quæ ſit rerum humanarum inconſtantia, quàm ſint cuncta in mundo, etſi glorioſa lætáque, inſtar ſomniorum, futilia, meræque inanitates, piſtoris ſomnium conteſtatur. Tria caniſtra (inquit) ſupra caput baiulare mihi videbar; Ex his duo panibus erant plena, tertium carnibus, & variis eduliis; qualia Regibus apparari ſolent. Deuolantes autem alites abſumpſiſſe omnia, ipſo licèt abigente nihil deterritas. Hoc piſtor infelix ſomniauit, ſuum ſcilicet poſt triduum in patibulo interitum. Quid quæſo non fauſtum felixque ex panis carniúmque, & regalium dapum opulentia portendi ſperaríque poſſet? At ea felicitas vanum fuit inſomnium: vt hinc etiam intelligant, qui opiparè comedunt, & ſplendidè (quod iſta panis, & carnium fercula ſignificant) epulantur, vtpote vanam, & immortali hominis animâ indignam voluptatem, non vſque adeò æſtimandam, vt cœleſtium deliciarum epulis antepouant. Hac in re pro helluonibus illud ex D. Auguſt. adſcribam. *Non hoc eis optamus, vt terrena neceſſaria deſint eis, quibus indigent, dum mortaliter viuunt, ſed vt hoc plangant, quod amiſſa ſatietate cœleſti terrenis non ad fruendum ſtabilibus bonis, ſed ad ſuſtentandum neceſſariis indigere meruerunt; agnoſcant, & lugeant iſtam miſeriam.* in Pſalm. 141. Comedendum ſcilicet ad neceſſitatem ſubleuandam, non ad corpus (ritu porcino) ſaginandum, quod paulo poſt putulentâ ſanie diffluens materiam ſit & pabulum vermibus præbiturum.

Felicitas vanum inſomnium.

Voluptas ex epulis indigna homine.

S. Auguſt.
Lugenda homini neceſſitas comedendi.

Comedendũ non ad ſaginam.

5. Cæterùm ex diſpari eunuchorum exitu, licet ſublimiùs mentem euehere ad contemplandum incomprehenſibile Dei iudicium circa hominum quorundam electionem, aliorum verò reprobationem: quod inſipientes impiique homines damnare non verentur. Erant quidem iſti eunuchi Regis vnius eiuſdémque ambo ſerui;

Incomprehẽſibile Dei iudicium circa electionem, & reprobationem hominum.

peccarunt ambo in eundem Regem, mortíſque ambo ſupplicium meruerunt; at Rex gratiam vni præſtitit; alteri ſupplicium irrogauit. Itaque neuter gratiâ Regis dignus erat, ſed ſupplicium ambo merebantur. Rex tamen cui voluit gratiam; & cui libuit ſupplicium tribuit; neque in eo quiſquam meritò Regem poteſt reprehendere. Simili ratione cùm omnes filij Adam propter originale peccatum eſſent peccatores, inimicíque Dei, filij iræ, & rei mortis æternæ; eorum tamen quoſdam ab æterno Deus diligens elegit, ac prædeſtinauit in vitam æternam, alios verò in illa perditionis maſſa dereliquit, ac perire denique permiſit: omnibus debebatur ſupplicium, nulli gratia. Fuit igitur miſericordiæ diuinæ, quorundam miſereri; fuit iuſtitiæ, alios derelinquere, & ſinere in perditionem æternam detrudi.

Electio æterna diuinæ miſericordia, reprobatio iuſtitiæ.

A

B

Rupert. 6. Sed hoc ipſum præſtat audire ex Ruperto; cuius hæc ſunt verba: *Equidem ab illis, qui iudicia Dei ſcrutari, & reprehendere audent; quale eſt illud dicentis ad Moyſen: miſerebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit.* *Exod. 23.* Exod. 23. *De quo dicere ſolent: Ergo cui vult miſeretur, & quem vult, indurat.* *ad Rom. 9.* ad Rom. 9. *Ab iſtis, inquam, diuinorum iudiciorum ſcrutatoribus, & reprehenſoribus quærendum eſt in lectione huius hiſtoriæ: An Pharaonem quoque de eo, quod feciſſe dicitur illis eunuchis, reprehendere velint? Ambo quippe in eum peccauerant: ambobus iratus ille fuit: ambos in carcerem miſit: Exinde recordatus amborum, alterum eorum reſtituit in priſtinum gradum; alterum in patibulo ſuſpendit. Ecce & hic Rex miſertus* C *eſt, cui voluit, & clemens fuit, in quem ſibi placuit: Poterat vtrique peccatum condonare, & remittere ſupplicium, quoniam aduerſus ipſum vterque peccauerat. Hoc nanque iudici concedit iuſtitia, vt factam ſibi iniuriam donet, cui velit: & hæc donatio non ſolùm non eſt reprehenſibilis, verùm etiam valde laudabilis.* Quæ doctrina optima eſt, nec in Rege iſto quiſquam, aut clementiam, aut ſeueritatem meritò reprehendet: *Nam ſicut clementia* (adiungit) *honor eſt principis; ſic & honor Regis iudicium diligit.* *Rupert.* *Pſal. 98.* Pſal. 98. *Siquidem vbi totum punitur, regia ſeueritas crudelitate polluitur: vbi verò totum remittitur, facies maieſtatis ſine metu diſciplina contemnitur.*

Princeps nunc puniat, nunc parcit.

D. Bern. 7. Egregium ſanè documentum iis, qui alios regunt; de quo etiam S. Bernardus ad Papam Eugenium. D *Tene medium; ſi non vis perdere modum; medium ſedes modi, & modus virtus.* A medio quidem exorbitat, quem vehemens aliqua paſſio perturbat. Cæcus enim quî rectà incedet viâ? quî non ceſpitabit? non hallucinabitur? Benè igitur addit *S. Bern.* Bernard. *Porrò caliginis duæ ſunt cauſæ: ira, & melior affectus: is iudicii cenſuram eneruat, illa præcipitat; turbatus præ ira oculus clementer nil intuetur: ſuffuſus fluxâ quadam & muliebri mollitie animus rectum non videt.* lib. 2. de conſid. Vtrunque in principe neceſſe eſt emineat, & clementiam exhibere, & vindictam exercere; idque in medio, ne aut nimia ſit clementia, aut immoderata ſeueritas. *Enimverò* (vti admonet S. Greg. Nazianz.) *in eodem vitio ſunt indulgentia omninò animaduerſionis* E *expers; & condemnatio veniâ omni carens: illa omnes habenas laxat: hæc ob vehementiam ſtrangulat.* *S Gregor. Nazianz.* orat. in ſanct. lumina. Perbellè quidem regis equum fræno? igitur nec nimium, aut contrahas, aut remittas frænum. Nimiùm ſiquidem contrahens ferit, lancinat equum; ſubſultaréque facit ferociendo. Nimiùm laxans, effrænem, liberúmque facit, vt cæco impetu quoquo verſum feratur. Vtrumque in extremum damnum ſeſſoris.

Princeps ſine paſſione regat.

Princeps & clemens, & vindex in medio.

8. Cæterùm ne quis Dei iudicium reprehendat; audiat Prophetam cum Deo loquentem: *Et nunc domine Pater noſter es tu, & nos lutum, tu fictor noſter; & opera manuum tuarum omnes nos.* Iſai. 64. *Iſai. 64.* Homo quidem per peccatum factus eſt lutum, ergo Deus quaſi figulus de luto poteſt facere vas aliud, *in honorem, & aliud in contumeliam.* ad Rom. 9. *ad Rom. 9.* non aurifex, aut argentarius de auro, ſiue de argento; ſed figulus, quia aurum, & argentum aliquid habet dignitatis, ne in contumeliæ vas efformetur, *at figulus nihil luto dignitatis adimit, ſi ex ipſo faciat vas contumeliæ: multum autem luto dignitatis confert, ſi ex eo faciat vas in honorem, & gloriam;* hæc ex Ruperto; qui optimè concludit. *Rupert.* *Nihil Deus adimit eis, quos eſſe vaſa contumeliæ permittit, quia ſuo vitio lutum facti ſunt, facit autem gratis, quod non debuit; cùm ex vaſis contumeliæ aliqua conuertat in vaſa honoris, & gloriæ.* Scio noſtram hanc commentationem multis fortaſſe, aut iniucundam, aut etiam periculoſam fore; quippe cùm ob inſcrutabile, ac tremendum Dei iudicium prædeſtinantis, & reprobantis quemlibet; ſi rem ſeriò expendet, horrore pariter ac mœrore conturbet. Verùm enim verò quod ſapientes conſulunt, & boni agunt, illud eſt; vt ſuam quiſque recognoſcens vitam, obnixè contendat illam (ſi praua eſt) ad rectitudinem diuinæ legis reducere. *Pœnitemini* (clamat Petrus Apoſtolus) *& conuertimini, vt deleantur peccata veſtra.* Act. 3. *Act. 3.* Quid igitur angeris de prædeſtinatione, cùm pœnitentiam non cures?

Deus nihil illi adimit quem permittit perire.

Deus gratis facit, cùm aliquos conuertit.

Cum pœnitentiâ agere, & non angi de prædeſtinatione.

9. Age pœnitentiam: dele peccata tua; fias è luto aurum, è vaſe contumeliæ, vas honoris, & gloriæ atque proculdubiò ſaluus eris. Vir ille miſſus à Deo ad ſignandos cœleſti quadam vitâ electos in æternitatem, quem S. Hieron. gloſſáque intelligunt Chriſtum Dominum electorum primogenitum, imprimebat Dei iuſſu in frontibus electorum Tau iuxta illud: *Signa Tau ſuper frontes virorum gementium.* Ezech. 9. *Ezech. 9.* Tau (vt habet communis Patrum, Doctorúmque interpretatio) crucem ſignificat, fidei Chriſtianæ vexillum, Chriſti virtutem, theſaurum vitæ immortalis, archam ſalutis æternæ. Igitur ſignati Tau, ſiue Domini cruce inſigniti, ſunt electi, & prædeſtinati; at quinam illi huiuſmodi tam glorioſo ſigno prænotantur? ſcilicet gementes; *Beati qui lugent;* *Matth. 5.* qui pœnitentiâ delent peccata ſua. Fac pœnitentiam, conuertere ad Deum, dele peccata tua iuxta Petri conſilium: certúſque eris, quòd ſis prædeſtinatus.

E[n]comia Crucis.

Pœnitentia ſecuros nos reddit de prædeſtinatione.

10. Ad hæc Ioſeph vinctus in carcere cum duobus iſtis eunuchis, vni eorum felicem, alteri verò infelicem exitum prædicens, figura exſtitit Chriſti Domini duos inter latrones in Cruce pendentis; quorum vni æternam paradiſi felicitatem promiſit, alterum in ſuo peccato dereliquit: quod quidem latius idem Rupert. euoluit, *Rupert.* quem vide. Eſt igitur hic quid timeas, eſt quod ſperes. Ioſeph duobus ſecum in carcere vinctis idem haud dubiè merentibus patibulum; diſparem tamen vtriuſque ſciens exitum vni priſtinam dignitatem, alteri ſuſpendium vaticinatur. Ambos etiam mittens Rex in carcerem puniendos, vni tamen pepercit, alterum morte damnauit. Chriſtus Dominus (quod magis mirandum ac formidandum eſt) duos inter latrones Cruci affixus; vnum cœleſti regno donauit; alterum permiſit in æternum perire. Quid ergo hinc cogitandum, quid dicendum eſt? De duobus vnus aſſumitur, alter relinquitur. Vnus ad infernum, ad paradiſum alter. Quis non timeat? Quis etiam non

Chriſtus inter duos latrones cruci affixus.

In duobus latronibus crucifixis datur ſpes & timor.

non ſperet? Vnus eſt;ne deſperes. Solus;ne confidas: ſi ambo perirent;quis non diffideret, penéque deſperaret? igitur vt peccatoribus fiduciam præſtet de ſicariis, de homicidis, de latronibus, de perfidis, de blaſphemis, duobus in patibulo peneque moribundis in ipſo quaſi extremo puncto vnus tamen redit in Dei gratiam, cum Deo fuit in paradiſo, iuxta illud: *Hodie mecum eris in paradiſo.* Luc. 23. atque in ipſo (quod ſummè admirandum eſt) illuſtriſſimo martyrum numero computatus, qui fuerat ſuſpendio propter ſua flagitia condemnatus.

Latro & ſaluus & martyr iudicatus.

Luc. 23.

11. O inſignem diuinæ miſericordiæ commendationem! *Cui aliquando* (exclamat S. Auguſt.) *tarda videatur eſſe conuerſio, cùm latronis iam pendentis, iam morientis non fuerit repudiata confeſſio? O ampla Domini miſeratio obliuiſcentis crimen iniuſti; ſuſcipientis fidem pœnitentis pro ſcelere damnatum facientis electum; mortis debitum reddentis æternitatis vitæ participem?* ſerm. 122. de tempore. Sed ne cui nouum videatur, quòd inter martyres latronem iſtum computauerim, audiat D. Auguſt. *Latro ille in Cruce confeſſor à S. Cypriano inter martyres computatur, qui ſuo ſanguine baptizatur; tanti namque pendere appenſum eſt, tantùmque valuit apud Deum, qui hoc nouit appendere, quòd confeſſus eſt Dominum crucifixum, quantum ſi fuiſſet pro Domino crucifixus.* lib. 1. de anima, & eius orig. c. 9. tom. 7. Verba S. Cypriani ſunt: *Per confeſſionem factus collega martyrij.* ſerm. de paſſ. tanti fecit Dominus illam à latrone confeſſionem: *Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum.* Luc. 23. Quanti feciſſet mortem illius in tormentis pro fide Chriſti exanthlatam. Spem quidem erigit, fiduciam accendit peccatoribus hæc admirabilis Domini IESV erga vnũ è duobus latronibus præſtita miſericordia. Vnus eſt, ne deſperes. pulchrè, ſed ſolus eſt, ne confidas. Heu me ſolus è duobus in paradiſum abiit; non ambo: alter in infernum? O rem deplorandam! ô timorem! ô terrorem! quis Dei iudicium non vereatur; ſententiam non reformidet?

S. Auguſt.

S. Aug. Latro bonus in Cruce inter Martyres computatus.

S. Cyprian.

Luc. 23.

Timendum Dei iudicium.

12. *Ecce ego ponam trullam in medio populi mei.* Amos 7. Hebr. *Perpendiculum*; quo ſcilicet vita, actiones cogitationéſque hominum, & explorantur, & menſurantur, recto ſcilicet diuinæ iuſtitiæ inſtrumento; hoc in propatulo poſitum eſt, ne diuinæ vindictæ dilatione peccatores interim negligentiùs agant, & liberiùs luxurientur; vt igitur paterfamiliàs ſuſpendit virgas in pariete, quibus errantes ſolet diuerberare, vt iis iugiter inſpectis metu famuli filiique à peccando cohibeantur: ita Deus omnipotens in publico mortalibus perpendiculum, quo illorum acta, & cogitata explorentur, proponit inſpectandum, vt nouerint ſuis ſceleribus diuinæ iuſtitiæ non defuturam vindictam. Et quod nam quæſo aliud æquè formidandum diuinæ iuſtitiæ, quo inſpecto cæteri mortales admoneantur, in ſublimi poſitum eſt monumentum, quàm de duobus latronibus, inter quos Dominus IESVS pependit in Cruce: alter nec ſanguine Dei lotus, nec vulneribus curatus, nec meritis reſtitutus in gratiam, nec præſentiâ, vocibúſque & exemplo ſanctificatus; ſed obſtinato in ſuis flagitiis animo de Cruce in infernum deſcendit? Quis igitur auſit ſuorum ſcelerum ad mortis horam differre pœnitentiam? Vnus (inquiet) latro extremo illo momento, æternam eſt ſalutem conſecutus. benè id quidem. At alter verò, qui ſimul pendebat, in æternum periit. Vnde tu peccator ſcis, quòd cùm iſtum latronem viuendo imitaris, ſimilem exitum cum illo non habebis?

Amos 7. Monumentum diuinæ iuſtitiæ Latro reprobus in cruce.

Non differendo ad mortē pœnitentia.

Non vanè conſiderandū exemplo latronis, qui ſaluus fuit.

13. O quàm multos hæc futuræ ad mortem pœnitentiæ falſa ſpes, vſque adeò fefellit, vt tutò impunéque peccantes excipiat perditio ſempiterna? Nulla quidem non hora, ſi quis verè conuertatur, ſaluti eſt opportuna, ſed quod dilata vſque ad mortem pœnitentia, ſi tunc fiat, vera ſit: hoc opus, hic labor eſt. Quo in argumento admirabilis ſanè illa eſt S. Ambr. ſententia: *Agens pœnitentiam ad vltimum, & reconciliatus ſi exierit, an ſecurus hinc exeat; ego non ſum ſecurus. Pœnitentiam dare poſſum, ſecuritatem dare non poſſum. Vis te à dubio liberare? Age pœnitentiam, dum ſanus es.* Itaque iuxta doctrinam S. Ambroſ. ſecura non eſt iſta, quæ per totam vitam dilata ſolùm in morte acta eſt pœnitentia; quia nimirum valde ſuſpecta nobis eſt, quòd vera, & perfecta non ſit. Sic enim vlterà ediſſerit: *Quare tunc ſecurus? quia egiſti pœnitentiam eo tempore, quo & peccare potuiſti: ſi autem tunc agere vis ipſam pœnitentiam, quando peccare iam non potes: peccata te dimiſerunt, non tu illa.* in exhort. ad pœn. Meditanda profectò iugitérque animo verſanda hæc ſententia eſt; vt in vita, dum adhuc integri viribus, & ſano corpore ſumus, pœnitentiam agamus noſtrorum ſcelerum; quæ adhuc iterare poſſumus, ſed nolumus. Certè vbi peccatum admittitur, illicò pœnitentia opportuna eſt; quod in primo peccatore Deus ipſe nos docuit. *Adam ſcilicet* (inquit idem Ambr.) *poſt culpam ſtatim de paradiſo Deus eiecit, non diſtulit, ſed ſtatim ſeparauit à deliciis vt ageret pœnitentiam.* lib. 2. de pœn. cap. 11. Itaque ſtatim poſt admiſſum peccatum (vti Adam expulſus eſt è paradiſo vbi peccauit) ad pœnitentiam confugiendum eſt: exeundum ex ipſa, quæ fuit, occaſione peccandi: ſtandum cum Adamo è regione paradiſi; ſint in oculis lacrymæ, in corde vera contritio, in mente iugis recordatio peccati, vt defleatur, vt caſtigetur, vt caueatur.

S. Ambr. Pœnitentia ſub mortem eſt ſuſpecta.

Agenda eſt pœnitentia, cùm peccare poſſumus.

S. Ambr. Vbi peccamus, ſtatim agamus pœnitentiam.

14. *Tantùm memento mei, cùm bene tibi fuerit, & facias mecum miſericordiam.*] Non poſco (ait Ioſeph pincernæ) pretium tam fauſti nuncij: ſed hoc vnum peto, vt cùm ante Regis conſpectum ſtabis, illiúſque gratiâ perfrueris, meæ afflictionis memor meam apud Regem innocentiam tuearis: vt ex alio ſolo in hoc aduectus, plagióque venditus, ex libero ſeruus, demum falsò, & iniuſtè accuſatus, in profundo carceris puteo iaceam miſer, & moriar: O egregium iuuenem! ô verè iuſtum! ó ſanctum! nec dicit à quibus venditus, nec adulteram accuſat: ſed ſuam tantùm profitetur innocentiam. Quod S. Chryſoſt. ita expendit: *Attende quomodo nihil dicat contra ſceleſtam illam adulteram, neque arguat Dominum, neque narret fratrum inhumanitatem, ſed tectus omnibus dicit: memento mei.* Magnum quidem patientiæ documentum, magnum prudentiæ, conſtantiæ, ac fortitudinis argumentum in iuuene innocente, vendito, per ſummam iniquitatem damnato, demiſſóque in depreſſiorem carceris foueam: quod ſic admirandum, ac venerandum videtur S. Chryſoſt. vt verbis iterum gaudeat celebrare. *Iterum eadem dicam, non dominum affert in medium, non fratres, non dicit cauſam, propter quam condemnatus ſit in carcerem; neque ſcelus in ſe commiſſum narrat: ſed hoc vnum curat, non vt illos condemnet; ſed vt pro ſe ſolo dicat, & fratrum quidem cauſam adumbrabat: furto abductus ſum, quæ autem Ægyptia illa fecerat non profert in medium, neque iniuſtam domini erga ſe indignationem.* hom. 63.

Aliena fama conſulendum.

Aliena vitia nō diuulganda.

S. Chryſ.

D. Chryſ. Iuſtus aliorum errata non accuſat.

15. Optimum ſanè, quod imitemur, exemplũ

cùm

cùm iniuriis dehoneſtamur, cùm laceramur conuiciis; vt ſilentio, & patientiâ rem tranſigamus, neque maledictis maledicta rependamus; quod idem Chryſoſt. ſic expendit: *Diſcamus hinc ſi in talia inciderimus, vt caueamus conuiciis illos, qui in nos inueciſſent, inceſſere; & ad accuſationem illorum linguam acuere: ſed ſolùm demonſtremus in manſuetudine nos innoxios. Multi enim, cùm de criminibus arguuntur, magnâ impudentiâ in alios ſua delicta transferre nituntur.* At (dices) quid mirum quod patiens ſileat, qui ſeruus eſt. Audi Regem, audi in bellis triumphatorem. *Conturbatus ſum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.* Pſalm. 54. Dolebat quidem, & angebatur Dauid, vt homo, maledicorum iniuriis appetitus; ſed ore tacebat, ne quereretur, & corde perferebat æquanimiter, ne indignaretur. *Audiamus ergo* (inquit S. Ambr.) *turbatus in irâ quid dixerit? quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ? & volabo, & requieſcam.* ibid. *Illi ergo ad iracundiam prouocabant, hic tranquillitatem eligebat.* lib. 1. de offic. cap. 21. Vbi etiam egregium præbet documentum; *noli reſpondere irato. Citò culpa culpam excutit; ſi lapides teras, nónne ignis erumpit?* Egregia quidem ſimilitudo. Si enim quis maledictum maledicto retorquet, & irato iraſcitur, conuitiantémque conuiciatur; proculdubiò ebullienti flammæ ſubminiſtrat ſtipulam, ſtruem admouet, oleum iniicit. Quid ergo inde? niſi incendium. Planè dum rixantur duo, ſi mutuò obloquantur, teruntur inuicem ſilices, flammámque ſpirant: ſed quî fieri poſſit, vt verè dixerit Ioſeph ſe furto ſublatum fuiſſe? Reſpondeo furtum iſtud referendum ad fratres; qui hominem liberum, atque innoxium, nec illius criminis reatu, nec iure belli ſeruum factum vendiderunt: iuxta illud: *Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, morte moriatur.* Exod. 21. Deinde Ioſeph nondum emancipatus ſub iure, poteſtatéque patris erat, velut illius poſſeſſio, & res patris ſui, vti definit Ariſt. lib. 5. Ethic. quare fratres vendentes fratrem inuito patre furtum admiſerunt. Quid enim furtum, niſi rei alienæ inuito domino, vel oblatio, vel retentio, vel alienatio?

S. Chryſ.
Indigna Chriſtiano vindicta.
Modeſtè quis innocens ſi ex-cuſet non maledicendo.
Pſal. 55.
S. Ambr.
Iniurias æquo animo perferre.
Irato non reſpondendum.
Verè furati ſunt fratres Ioſephum.
Exod. 21.
Ariſtot.

16. *Et tamen ſuccedentibus proſperis*, &c.] Ingratus planè atque inhumanus pincerna, ſui amici & coniectoris in tanta illa ſua felicitate memoriam omnem amiſit. Sic ſolet rerum humanarum proſperitas hominem dementare. Putat S. Ambr. in illis verbis Ioſeph ad pincernam adhuc in carcere detentum: *memento mei cùm benè tibi fuerit, & facias mecum miſericordiam vt ſuggeras Pharaoni:* fieri repetitionem vnius eiuſdémque poſtulationis; vt ſcilicet altiùs imprimeretur animo pincernæ calamitas ſui interpretis, & conſtantiùs inhæreret illius menti recordatio miſeri, quem in vinculis relinquebat, adoleſcentis. Sic enim legit cum L X X. *Memor eſto per temetipſum, cùm tibi benè fuerit, & facies in me miſericordiam, & memor eris mei. Ideóque* (adiungit) *ſecundò repetiuit, quia ſciebat non recordaturum, quòd euaſiſſet iniuriam, cùm potentiam recepiſſet.* Sed vnde ſciuit Ioſeph pincernam non recordaturum? quia ſcilicet homo eſt Ægyptius, infidelis, barbarus. Addit ergo Ambr. *Ideo ſecundò admonuit, quia ſecundò liberauit, vt ſi prioris beneficij eum memoria non teneret, vel poſterioris ſubiret; non deſpiceret autorem ſalutis ſuæ, non perfidâ præuaricatione violaret. Sed, quod peius eſt, citò beneficij irrepit obliuio ſecundis rebus.* cap. 6. lib. de Ioſeph; ſed quid eſt, quod ait Ambr. ſecundò liberatum pincernam à Ioſeph, cùm in ſcriptura nihil tale habeatur; niſi fortè liberationem hominis A appellat quod illi Ioſeph in carcere miniſtrauerit dictíſque crebrò ſolatium adhibuerit? At illa ſententia quæ digna eſt Ambroſio diligenter notanda: *Citò beneficij irrepit obliuio ſecundis rebus.* Quam ſententiam pulchrè Lippomanus amplificauit: *Sic ſolet* (inquiens) *felicitas obliuionem inducere miſerorum, ſic caritas refrigeſcit, dum beneficia exiguntur: ſic miſerorum nulla cura fit in principum aulis.*

D. Ambr.
D. Ambr.
Barbara ingratitudo.
Proſperitas parit obliuionem.
Lippom.
Miſerorum nec memoria, nec cura habetur in principum aulis.

17. Imò & in principum aulis, nec habetur cura, nec vox percipitur, nec recordatio ſubit miſerorum: ad hæc omnia ſurdi omnes ſunt, qui in principum aulis vel morantur vel verſantur. Hinc illa Moyſis excuſatio, imò & repetita toties tergiuerſatio, ne miſſus à Domino in Ægyptum Pharaoni mandata Dei nunciaret: B *Mitte quem miſſurus es. Quomodo audiet me Pharao? Cùm incircumciſus ſim labiis?* Exod. 6. legit D. Auguſt. *Gracili voce ego ſum.* Cauſabatur ſcilicet vocem, & minùs expeditam, & ferè nihil canoram, & audibilem; quæ ad Regis aures peruenire non poſſet. Sed quid hoc eſt? anne Regi ad aures proclamandum eſt? an nõ potius Regi voce leni, humili, ſubmiſſiotéque loqui ſubditus conſueuit? At vbi agitur de calamitatibus miſerorum, nec aulici deferunt, nec Reges audiunt. Reſpondet igitur S. Auguſt. *Regius faſtus non eum permittebat de proximo loqui.* quæſt. in Exod. Non patet aditus, non datur acceſſus miſeris, & calamitoſis ad Regem: & vbi pateret dareturque; adhuc tamen clamandum erit vt Regis C aures aulicorum adulationibus, paraſitarum ſycophantiis, pompæ ſtrepitu, inaniúmque negotiorũ murmure prorſus obſtructæ clamores percipiant miſerorum. Surdis clamant miſeri, cùm aulicorum implorant opem, & principum gratiam, benignitatémque expoſcunt; non ſunt palatia Regum ædes miſericordiæ, qualem ſolus ille habitat, qui totus clemens, & miſericors, qui propter miſeriam & gemitum pauperum de cœleſti ſolio exurgit, qui vel ipſam præparationem cordis eorum attentâ, & beneuolâ aure percipit.

Exod. 6.
Miſerorum vox nõ auditur in aulis principũ.
S. Auguſt.
Obſtructæ miſeris aures principum.
Miſeri loquuntur ſurdis.
Regum aula non ſunt ædes miſericordiæ.

18. Duos igitur annos poſt egreſſum è carcere pincernam paſſus adhuc ſuam infelicitatem in carcere iacuit Ioſeph; idque ſic Deo diſponente, vt magis exercitatus, multò deinde clarior eluD ceſceret. Miram etiam nunc patientiam exhiberet, quam Dominus magno quodam fructu carere non permiſit. *Ideò* (inquit S. Chryſoſt.) *eo ſilente, & omnia obtegere volente, miſericors Dominus in tantam eum gloriam perduxit; quando vidit athletam ſuum rectè certaſſe. Grandis viri ſuſtinentia; non grauatim fert dilationem; neque à ſua alacritate excidit; ſed æquo animo fert omnia, & promptè gratias agit Domino ſuo, qui hæc fieri permittebat.* hom. 48. Patienter aduerſa tolerantem ſinit quidem Dominus aliquandiu, velut aurum ignibus, puriùs inclareſcere, non tamen diutiùs inuſitata quædam diuinæ miſericordiæ fraudari gratiâ permittit. Porrò S. Auguſt. arbitratur iſtam pincernæ obliuionem diuinitùs permiſſam, vt aliqualis diffidentia Io-E ſeph puniretur; qui enim præſtò ſibi ſemper habuit Dei præſidium, illud ab homine petere non debuiſſet. Verba S. Auguſt. ſic habent: *Cùm Dominus eſſet cum Ioſeph, & gratiam ei apud herum ſuum, & apud principem carceris dediſſet, præuentus tunc eſt, vt à magiſtro pincernarum auxilium poſtularet: Memento mei cùm in omnibus Dei gratiam meruiſſet, ſurreptum eſt illi, vt ab homine auxilium peteret; pro qua re additi ſunt duo anni, quibus adhuc teneretur in carcere.*

Magna Ioſeph in carcere patientia magno cum fructu.
S. Auguſt.
Biennium in carcere moratus Ioſeph propter diffidentiã.

19. Quaſi decretum à Deo fuiſſet, vt ante illum biennium ſolueretur Ioſeph, ſi in ſua illa

Deo non homini fidendum.

prioti

priori patientia, & in Deo fiducia, nihil interim ab hominibus efflagitans perſtitiſſet. *Tanquam diceret ei Deus.* (adiungit) *Ego tibi oſtendo, vt magis à me quàm ab homine debeas auxilium poſtulare, ſine vlla dubitatione credendum, quod pro caſtigatione ſancti Ioſeph non permiſit Deus magiſtrum pincernarum recordari eorum, quæ Ioſeph exeunti ipſi de carcere ſupplicauerat.* Hæc Auguſt. ſer. 82. de tempore. Contra verò arbitrantur alij non peccaſſe Ioſeph, quòd à pincerna illam experierit gratiam, ſiquidem hominem induſtriâ, beneuolentiâ, gratiâ, potentiâ, aliiſque humanis præſidiis, adminiculis, artibuſque vti, ad magnum quidpiam bonum comparandum, non culpandæ eſt ambitionis, ſed laudandæ prouiſionis, & cautionis, probabiliſque prudentiæ; quod quidem viri etiam ſanctiſſimi prudenter ſanctéque ſemper vſurpârunt. Quare Procopius ſic effatur. *Quidam aſſerunt Ioſephum duos alios annos præter priores in vinculis fuiſſe, quòd deſerto auxilio diuino ſpem collocauerit in regio pincerna, auxilium ab ipſo expetens. Cæterùm hoc falſum reor: non enim abſque Numinis prouidentia illud geſtũ eſt, vt interpretans ſomnia ſic è carcere ad regnum egrederetur.* Nimirum hæc ipſa, vel naturalia vel humana, quæ captamus adiomenta in ipſa prouidentia, & prædeſtinatione diuina continentur; per quæ videlicet Deus ſanctos viros ad prædeſtinatos effectus, & fines promouere, & prouehere ſæpenumerò ſolet. Talium igitur rerum vſus ſpem, & fiduciam diuini auxilij nec tollit, nec minuit: quin potiùs exequitur & implet Dei prouidentiam, ac prædeſtinationem, & ſpem ac fiduciam diuini auxilij (ſicut à Deo fuerat deſtinatum) ad optatos effectus, & exitus perducit, hæc quidem doctrina eſt ſapientiſſimi ex noſtris Theologi Benedicti Peter.

S. Auguſt. Fiduciam in homine Deus caſtigat.

Adiumentũ humana induſtria non omittendũ. Procop.

Humana induſtria adiumenta continentur in Dei prouidentia.

Bened. Peter.

20. Verùm enim verò, cùm irrefragabilis ſit autoritas D. Auguſt. facilè admitti poteſt Ioſephũ vel hominem, vel iuuenem, immaturioris adhuc ætatis, adhuc in lege naturali, cùm rerum diuinarum non tam perfecta in terris vigeret intelligentia; tot tantiſque perculſum aduerſitatibus in aliqualem diffidentiam incidiſſe; cùm tamen ex quotidiana rerum ſuarum experientia ſatis comprobatum haberet, non modò fidendum eſſe mutabili calamo, fragilique brachio carnis innitendum, vbi præſtò haberet in omnibus Dei auxilium; quæ quidem virtus animi, & cordis ſapientia in multis, & magnis viris in lege gratiæ inuenta fuit; qui ſe totos diuinæ ſpei, ac fiduciæ rebus in dubiis, & periculoſis, nullo interim à creaturis, aut auxilio, aut remedio, aut etiam conſilio expetito tradiderunt. Palmam omnibus prætulit Dei mater beatiſſima & prudentiſſima Virgo; quæ videns ſanctiſſimum ſuum Ioſephum nimis perplexum valdéque anxium de vtero prægnante ſponſæ Virginis; cùm poſſet Virgo ſuam tueri cauſam, Angeli aduentum nunciúmque ac myſterium ſui vteri viro tam cordato ſanctóque aperire: quod quidem erat prudentiæ, atque induſtriæ humanæ vt tanti myſterij certior factus Ioſeph à receſſu abſiſteret; nihilominùs, ne verbum quidem in re ſummi momenti fecit: ſed totam ſe ſuíque vteri cauſam Deo committens ſecura, & læta de Dei præſidio, nihil aut conſtantiæ aut pacis internæ, aut fidei, ſpeíque amiſit. Quare optimè dictum ab Eliſabeth: *Beata, quæ credidiſti.* Luc 1. non modò ad fidem, quam Angeli dictis præbuit; ſed etiam ad fiduciam in Dei præſidio, quam ſummè admirabilem totâ vitâ habuit, extendi poteſt.

Aliqualis de Deo fuit diffidentia Ioſeph.

Multi viri ſancti ſe totos diuinæ fiduciæ tradiderunt.

B. Maria incarnationis Verbi arcanũ ſuo ſponſo non aperuit.

Admiranda B. Maria in Deo fiducia.

Luc. 1.

21. Quid quæſo extra omnem humanam induſtriam, & ab omni naturæ præſidio magis alienum poterat beatiſſimæ Virgini accedere, quàm vt in Bethlemitico ſtabulo, in ſummâ rerum omnium inopiâ, & ſolitudine, intempeſtâ nocte, pauperem ſponſum habens comitem, tenera, & delicata Virgo partui ſe vicinam cognoſceret? hæc omnia filius ipſe Dei, ac Virginis pulcherrimo illo verſu explicauit: *Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre: ſpes mea ab vberibus matris meæ: in te proiectus ſum ex vtero.* Pſal. 21. Se nimirum, ſuámque matrem in partu illo, ſine vlla creaturarum, aut naturæ ope, ſoli fiduciæ ſpeíque diuinæ creditos extitiſſe. Cuius loci hæc propria eſt paraphraſis; ſuper tuas manus (ô pater) prodiens ex vtero eiectus ſum, ita vt me illis tu ipſe ſuſceperis obſtetricis loco; nec enim illud ab vlla vel Angelica, vel humana creatura expetiuimus, aut accepimus auxilium: tu ſolus inquam me de virgineo matris vtero tuis extractum manibus, tuâ ſcilicet potentiâ eductum in mundo naſci voluiſti. *In te proiectus ſum ex vtero*, vti paupereulæ matris; quæ fœtui alendo non ſit in ſumma rerum omnium orbitate, in obuiam ſemitam ſubiectámque fortè plateam expoſitus puerulus: Ita naſcentem ex matre, cui omnia humana deerant, excepiſti.

B. Maria in præſepio ſũma rerum inopia.

Pſal. 21.

B. Maria in partu non eguit vllius creaturæ auxilio.

IESV Domini natiuitas in ſũma orbitate.

22. *Spes mea ab vberibus matris meæ.*] In te ſcilicet vno, & mater, & filius noſtram ſpem fiduciámque benè quidem fundatam habuimus. Sic beatiſſima Virgo per totam vitam à Dei cura præſidióque dependens, nullâ humanâ egebat induſtriâ; vt (quod alibi ex antiquis patribus retulimus) priori ætate non ſibi victum quæreret, ſed cœleſti quodam nectare ambroſiáque miniſtrãtibus Angelis, aleretur. Veriùs proinde, quàm quiuis alius ſanctorum, dixiſſet: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit.* Pſal. 22. Ad cuius quidem exemplum totus è Dei fiducia ſuſpenſus beatiſſimus Ignatius noſtræ Societatis pater, & autor nec in perſecutionibus, nec in ergaſtulis vllam ab hominibus opem experiuit: nec nauim ſæpiùs conſcendens, aut longa per exteras regiones itinera faciens, aliquem ſibi parauit commeatum, ſe totum in Dei curam proiiciens; cuius fidei magnam ſe facturum putaret iniuriam, ſi à Dei prouidentia, vti ab vberibus matris infantulus non penderet. Sunt quidem iſta diuinæ gratiæ pauciſſimis, & ſanctiſſimis heroibus conceſſa priuilegia. Cæterùm (quod ſolitum communéque eſt) quærenda, & adhibenda ſunt humanæ induſtriæ adiumenta, & ſi minùs iis fidendum, deinde ſpes & fiducia in Deo ſanctè collocanda: illiúſque auxilium piè inſtantérque efflagitandum. Vt enim per noſtram deſidiam oneratur, ſic per nimiam ſolicitudinem offenditur Dei prouidentia.

Pſal. 21.

B. Maria diuina prouidentia credita.

B. Mariam Angeli nutriebant infantulam. Pſal. 22.

S. Ignatius Societatis fundator diuinæ tantùm prouidentiæ creditus.

Adhibenda humana induſtria adiumenta, ſed diuino auxilio magis fidendum.

CAPVT

CAPVT QVADRAGESIMVMPRIMVM.

1. POſt duos annos vidit Pharao ſomnium. Putabat ſe ſtare ſuper fluuium,

2. De quo aſcendebant ſeptem boues, pulchræ & craſſæ nimis: & paſcebantur in locis paluſtribus.

3. Aliæ quoque ſeptem emergebant de flumine, fœdæ, confectæque macie: & paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis virentibus.

4. Deuorauerúntque eas, quarum mira ſpecies & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao,

5. Rurſum dormiuit, & vidit alterum ſomnium: ſeptem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque formoſæ:

6. Aliæ qooque totidem ſpicæ tenues & percuſſæ vredine oriebantur,

7. Deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Euigilans Pharao poſt quietem,

8. Et facto mane, pauore perterritus, miſit ad omnes coniectores Ægypti, cunctóſque ſapientes: & accerſitis narrauit ſomnium, nec erat qui interpretaretur.

9. Tunc demum reminiſcens pincernarum magiſter, ait: Confiteor peccatum meum,

10. Iratus Rex ſeruis ſuis, me & magiſtrum piſtorum retrudi iuſſit in carcerem principis militum:

11. Vbi vna nocte vterque vidimus ſomnium præſagum futurorum.

12. Erat ibi puer Hebræus, eiuſdem ducis militum famulus: cui narrantes ſomnia,

13. Audiuimus quidquid poſtea rei probauit euentus. ego enim redditus ſum officio meo: & ille ſuſpenſus eſt in cruce.

14. Protinus ad Regis imperium eductum de carcere Ioſeph totonderunt: ac veſte mutata, obtulerunt ei.

15. Cui ille ait: Vidi ſomnia, nec eſt qui ediſſerat: quæ audiui te ſapientiſſimè conijcere.

16. Reſpondit Ioſeph: Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni.

17. Narrauit ergo Pharao quod videtat: Putabam me ſtare ſuper ripam fluminis,

18. Et ſeptem boues de amne conſcendere, pulchras nimis, & obeſis carnibus: quæ in paſtu paludis virecta carpebant.

19. Et ecce, has ſequebantur aliæ ſeptem boues in tantum deformes & maci-
A lentæ, vt nunquam tales in terra Ægypti viderim,

20. Quæ, deuoratis & conſumptis prioribus,

21. Nullum ſaturitatis dedere veſtigium: ſed ſimili macie & ſqualore torpebant. Euigilans, rurſus ſopore depreſſus,

22. Vidi ſomnium: Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque pulcherrimæ.

23. Aliæ quoque ſeptem tenues & percuſſæ vredine, oriebantur è ſtipula:

B 24. Quæ priorum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coniectoribus ſomnium, & nemo eſt qui ediſſerat.

25. Reſpondit Ioſeph: Somnium Regis vnum eſt: quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni.

26. Septem boues pulchræ, & ſeptem ſpicæ plenæ, ſeptem vbertatis anni ſunt: eandémque vim ſomnij comprehendunt.

C 27. Septem quoque boues tenues atque macilentæ, quæ aſcenderunt poſt eas, & ſeptem ſpicæ tenues, & vento vrente percuſſæ: ſeptem anni venturæ ſunt famis.

28. Qui hoc ordine complebuntur:

29. Ecce ſeptem anni venient fertilitatis magnæ in vniuerſa terra Ægypti:

30. Quos ſequentur ſeptem anni alij tantæ ſterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia: conſumptura eſt enim fames omnem terram,

31. Et vbertatis magnitudinem perditura eſt inopiæ magnitudo.

D 32. Quod autem vidiſti ſecundò ad eandem rem pertinens ſomnium, firmitatis indicium eſt, eo quòd fiat ſermo Dei, & velocius impleatur.

33. Nunc ergo prouideat Rex virum ſapientem & induſtrium, & præficiat eum terræ Ægypti:

34. Qui conſtituat præpoſitos per cunctas regiones: & quintam partem fructuum per ſeptem annos fertilitatis,

E 35. Qui iam nunc futuri ſunt, congreget in horrea: & omne frumentum ſub Pharaonis poteſtate condatur, ſeruetúrque in vrbibus.

36. Et præparetur futuræ ſeptem annorum fami, quæ oppreſſura eſt Ægyptum, & non conſumetur terra inopiâ.

37. Placuit Pharaoni conſilium & cunctis miniſtris eius.

38. Locutúſque eſt ad eos: Num inuenire

nire poterimus talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit?

39. Dixit ergo ad Ioſeph. Quia oſtendit tibi Deus omnia quæ locutus es, numquid ſapientiorem & conſimilem tui inuenire potero?

40. Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantùm regni ſolio te præcedam:

41. Dixitque rurſus Pharao ad Ioſeph: Ecce, conſtitui te ſuper vniuerſam terram Ægypti.

42. Tulitque annulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius: veſtiuitque eum ſtola byſſina,& collo torquem auream circumpoſuit.

43. Fecitque eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum, clamante præcone: vt omnes coram eo genu flecterent,& præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Ægypti.

44. Dixit quoque Rex ad Ioſeph: Ego ſum Pharao: abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manum aut pedem in omni terra Ægypti.

45. Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Ægyptiaca, Saluatorem mundi. Deditque illi vxorem Aſeneth filiam Putiphare ſacerdotis Heliopoleos. Egreſſus eſt itaque Ioſeph ad terram Ægypti.

46. (Triginta autē annorum erat quando ſtetit in conſpectu regis Pharaonis) & circuiuit omnes regiones Ægypti.

47. Venitque fertilitas ſeptem annorū: A & in manipulos redactæ ſegetes congregatæ ſunt in horrea Ægypti.

48. Omnis etiam frugum abundantia in ſingulis vrbibus condita eſt.

49. Tantáque fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur,& copia menſuram excederet.

50. Nati ſunt autem Ioſeph filij duo antequam veniret fames: quos peperit ei Aſeneth filia Putiphare ſacerdotis Heliopoleos.

51. Vocauitque nomen primogeniti, Manaſſes,dicens: Obliuiſci me fecit Deus B omnium laborum meorum, & domus patris mei.

52. Nomen quoque ſecundi appellauit Ephraim, dicens: Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.

53. Igitur tranſactis ſeptem vbertatis annis,qui fuerant in Ægypto:

54. Cœperunt venire ſeptem anni inopiæ: quos prædixerat Ioſeph: & in vniuerſo orbe fames præualuit, in cuncta autem terra Ægypti panis erat.

55. Qua eſuriente,clamauit populus ad C Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille reſpondit: Ite ad Ioſeph: & quidquid ipſe vobis dixerit,facite.

56. Creſcebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitque Ioſeph vniuerſa horrea,& vendebat Ægyptiis: nam & illos oppreſſerat fames.

57. Omnéſque prouinciæ veniebant in Ægyptum,vt emerent eſcas,& malum inopiæ temperarent.

SECTIO PRIMA.

Poſt duos annos vidit Pharao ſomnium. Putabat ſe ſtare ſuper fluuium, de quo aſcendebant ſeptem boues, pulchræ & craſſæ nimis: & paſcebantur in locis paluſtribus. Aliæ quoque ſeptem emergebant de flumine, fœdæ, confectæque macie: & paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis virentibus: deuorauerúntque eas, quarum mira ſpecies & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao, rurſum dormiuit, & vidit alterum ſomnium: ſeptem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque formoſæ: aliæ quoque totidem ſpicæ tenues & percuſſæ vredine oriebantur, deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Euigilans Pharao poſt quietem, & facto mane, pauore perterritus, miſit ad omnes coniectores Ægypti, cunctóſque ſapientes: & accerſitis narrauit ſomnium, nec erat qui interpretaretur. Tunc demum reminiſcens pincernarum magiſter, ait: Confiteor peccatum meum, Iratus rex ſeruis ſuis, me & magiſtrum piſtorum retrudi iuſſit in carcerem principis militum: vbi vna nocte vterque vidimus ſomnium præſagum futurorum. Erat ibi puer Hebræus, eiuſdem ducis militum famulus: cui narrantes ſomnia, audiuimus quidquid poſtea rei probauit euentus. ego enim redditus ſum officio meo: & ille ſuſpenſus eſt in cruce.

1. POST eductum è carcere pincernam duos adhuc per annos in eodem iacuit innocens, & ſanctus Ioſeph, paſſus & intolerabilem vinculorum infœlicitatem, & iugem illam, importunámque impudentiſſimæ dominæ tentationem; vti præced. ſect. commemorauimus. Cæterùm, & illam patienti animo tolerans, & iſtam conſtanti, caſtóque illudens. Nam (vt inquit S. Epiphan.) *ſatiari non poteſt impudentia, neque repleri inſipientia: Verùm ad omnia expandit ſuam cogitationem & hians os habet.* lib. 3. hæreſ. 80. Sed è contrario, nec ſapientia dolis eluditur, nec caſti pectoris conſtantia vllis tentationum machinis cedit, ac debilitatur: imò & illecebris pertentata, & terroribus, ac laboribus impugnata multò clariorem exerit ſuæ puritatis, & innocentiæ fulgorem. Optimè quidem de tota hac hiſtoria Ioſeph ita diſſerit S. Epiphan. *Non ludificat Ægyptia caſtum Ioſeph, neque euertit; & quidem per multas artes aſtuto conſilio erga adoleſcentem vſa. At non ludificatur homo, qui ex Spiritu Sancto prudentiam accepit: non diſſipat caſtitatem, vt non nobilitatem vilipendat; relinquit amiculum, & corpus non perdit; fugit è loco, vt non cadat in laqueum: ad tempus punitur, ſed in æternum regnat. In carcerem conijcitur; ſed præſtat in carcere manere; & in angulo ſub dio, quàm cum muliere pugnaci, & loquaci.* lib. 3. hæreſ. 79. ad finem. Multum diúque in carcere patitur caſtus iuuenis, at dulce tamen pulchrúmque ducit pro virtute, Deóque pati: libens tenetur in carcere, ne in palatio periclitetur: mauult aſtringi vinculis, quàm allici blandiciis; ſecuriùs iacet in fouea, quàm in æde procacis Ægyptiæ, abeſſéque ab huius conſpectu, & colloquio quamcunque infauſti tetriique illius loci ærumnam caſto iuueni decoram facit, & iucundam. Eſt quidem prudentiæ, eſt caſtitatis, procul à ſceleſto, ſceleſtáque diuertere abeſſéque: non ſimul in eadem domo manendū, imò nec propè in vicinia; vnus enim peccator luxurioſus maximè totam inficit, infamátque viciniam: tota propter vnum flagitioſum periclitatur vicinia.

Indefeſſa carnis tentatio. S. Epiphan. *Caſtitas inuicta.* S. Epiphan. *Ioſeph Spiritus ſancti gratiâ munitus & inuictus.* *Ioſeph in carcere lætior, ſecurior, felicior.* *Fugiendum à flagitioſo.*

2. At miſericors Deus non obliuiſcitur tribulationis noſtræ: cúmque magis ſe ingratum præbet Ægyptius pocillator vincti Ioſeph, illiúſque immemor promiſſam, ac debitam miſero Regis gratiam non expoſcit: Deus ipſe res ita ſuaniter, fortitérque in ſummam Ioſeph felicitatem diſponit, vt nunc tandem expleto poſt liberationem biennio, proſpera deinde omnia, quæque omnem, & mortalium, & ipſius vincti expectationem ſuperent, vltrò incipiant euenire. Porrò autem cùm tam inuſitata ſit inſperata felicitatis magnitudo, magna fuerint oportet iacta, quibus illa nitatur, fundamenta. Et primò quidem, vt egregiè diſſerit S. Ambr. *iactum eſt humilitatis fundamentum, ſine quo res magna, ac diuina vllis iuſtorum vnquam data à Deo non fuerunt. Sciuit humiliari ſanctus Ioſeph, qui cùm eſſet à fratribus in ſeruitutem venditus, vel à negotiatoribus coemptus, humiliatus in compedibus, virtutem humilitatis didicit, infirmitatem repudiauit.* humilem quidem ſe in omnibus præbuit Ioſeph, ſed non abiectum tamen ac vilem: cùm humilitatis virtute veram conſeruauit nobilitatem, animúmque in ſeruili conditione generoſum conſeruauit. Quod deinde S. Ambr. oſtendit. *Itaque emptus in Ægypti partibus à ſeruo regio coquorum præpoſito non proſapia nobilis conſcientia, quaſi germen Abrahamidarum dedignatus obſequia vernacula, faſtidiuit degenerem conditionem.* En admirabilis humilitas Ioſeph in ſeruili ſuo ſtatu: ſed quanta in eo ſimul extiterit animi celſitudo, ita explicatur; *Sed magis gnauum ſe, & fidelem herili imperio præbuit, alto intendens conſilio nihil intereſſe in quo ſtatu quis probabilem ſe præſtaret; ſed illum eſſe finem bonorum, vt in quocunque ſtatu probarentur: illúdque præcipuum; ſi magis mores commēdarent ſtatū, quam ſtatus mores. Etenim quò ſtatus inferior, eò virtus eminentior.* hæc S. Ambr. epiſt. 44. ad Conſtantium.

Deus in obliuione poſitum Ioſeph meminit. D. Ambr. *Rerum magnarū fundamentum humilitas.* *Humilis vbique Ioſeph, ſed non abiectus.* *Seruus conditione, animo generoſus.* D. Ambr. D. Ambr. *Non ſtatu mores, ſed moribus ſtatus honorantur.*

3. Non eſt abiecta, non ſeruilis ingenij virtus humilitas, ſed planè generoſa, excelsiórque animus ingerens, & ad ſublimia diuináque capeſſenda hominem effingit: quod in Virgine beatiſſima Dei matre luculentiùs, quàm in cæteris iuſtis, demonſtratur. Summa quippe dignitas ſub Dei maieſtate, nimirum eſſe Dei matrem admirabilis cuiuſdam ſuper omnem, quæ in Angelis, & hominibus inueniri poterat, humilitatis fundamentum, ex quo aſſurgeret, neceſſariò requirebat. Quòd probè intelligens beatiſſima Virgo cecinit; *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Luc. 1. Quem locum pulchrè Ambr. Ansbert. aut alius grauis, & antiquus autor lib. 2. in Apocal. ita explicat. *Radicem beatitudinis ſuæ Virgo ipſa ſolerter inſpiciens ait: quia reſpexit. Quia vera humilitas præceſſit; quæ Dei filium ad habitaculum carnis meæ inuitauit, quæ Spiritum Sanctum ad munditiam cordis mei attraxit: vt Verbi carnem cum Verbo, & Patre in viſceribus meis formaret: propterea beatitudinis nomen in cunctis generationibus ipſa promerui.* Tres quidem virtutes, cùm omnes etiam inſeruirent, potiſſimùm inter cæteras, in beatiſſima Virgine, ad incarnationem Verb. neceſſariò requiſitæ extiterunt; humilitas, virginitas, caritas; quæ ſimiliter in quocumque iuſto ad Dei aduentum in animam inueniuntur: humilitas conſtruit Deo habitaculum; quod eò capacius, quò illa profundior eſt: conſtructum mundat, ornátque mentis, corporíſque puritas: deinde ſubintrantem Deum caritas ipſa obuiam procedens dulciter excipit, ſuauitérque amplectitur, complexúmque tenet. Benè radicem beatitudinis Virginis appellauit humilitatem: ex hac enim prodiit, effloruítque illa maieſtas Deiparæ: quæ ſuis frondibus, fructúque totum orbem repleuit. Tanti ergo pretij eſt humilitas, vt incompatabilem Dei matris dignitatem compatauerit. *O quantum* (adiungit ille) *meruiſti! ô quantum beata humilitas in ſacra Virgine valuiſti! quid enim in beata Virgine meruiſti: niſi vt Deum homini coniungeres; vt Verbum carni vniret?* Meruit videlicet, quia præparauit, ac diſpoſuit Virginem ad conceptum, & partum Dei hominis. Itaq; meruit de congruo, vt eſſet mater Dei; nā de condigno nō cadit ea gratia ſub merita creaturæ.

Humilitas non abiecta, ſed excelſa. *Fundamentum rerum maximarū in B. Maria fuit humilitas.* Luc 1. Ansbert. *Radix beatitudinis humilitas.* *Humilitas, virginitas, caritas in B. Maria ad opus incarnationis.* *Tres in homine virtutes erga Deum hoſpitem.* Ansbert. *Humilitas meruit incarnationē Verbi de congruo.*

4. Cum humilitate Ioſeph coniunctam ipſius pudicitiam acerrimè impugnatam, & conſtantiſſimè propugnatam reſpexit Dominus, vt humilem, caſtum, fortémque iuuenem, ad verticem humanæ dignitatis eleuaret. *Iccircò dedit ei certamen, vt vinceret.* Sap. 10. permittens, vt ab Ægyptia importuniſſimè ad peccandum inuitaretur, in occaſionem ſcilicet victoriarum, materiámque triumphorū Quod quidem certamen, vti egregiis exornat luminibus S. Ambr. nō erit abs re hîc apponere, quantumuis multa de eodē ſuperiùs dicta eſſe videantur. In hunc modum igitur deſcribit: *Mulier oculos iniecit in eum captâ formæ venuſtate. Nihil enim ad nos, ſi petulantibus oculis; aut ætas expetitur, aut pulchritudo. Ars deſit, nullum eſt crimen decoris: illecebra faceſſat, inoffenſa eſt ſpecies & forma gratia.*

Data diuinitùs Ioſeph occaſio victoriarum. Sap. 10. S. Ambr. *Decor, vbi deeſt ars, nō culpatur.*

Siſte

Siste obſecro, & nota: ſi deſit ars, nullum eſſe crimen decoris. Vnde colliges è contrario, ſi adſit ars, multum crimen eſſe decoris: nimiúmque proinde ſtudium ornandi, colorandi, comendíque non culpari ſolùm, ſed planè haberi lenocinium, atque indicium proſtitutæ pudicitiæ. *Itaque* (adiungit) *percita mulier, atque animo furens interpellat iuuenem, & cogente libidine victa paſſionum ſtimulis crimen fatetur. Verùm ille abiurat flagitium dicens religionem ſibi eſſe, ne ebrius turpis intemperantia, ingratus heriliis indulgentia, cui obſequium deberet, ei grauem inferret contumeliam.* Pulcbrè dictum; Ebrius turpis intemperantiæ, ſiquidem cæca, & impotens libidinis paſſio quædam eſt temulentia; vbi lumen rationis offunditur, mens ſoporatur, ſopitur fides, fractis corporis facultatibus ſtare impotens homo, huc illuc oberrat furiis agitatus, captatáque carnis voluptate in lethargum peccati miſer obdormit.

Decor ſi adeſt ars, culpatur.

D.Ambr.

Ebrietas turpis intemperantia libido dicitur.

Lethargo peccati ſopitus.

5. Prudens quidem, & humilis Ioſeph, qui ſeruilis ſuæ conditionis memor, dominúmque ſuum reueritus ſcuto prudentiæ, humilitatiſque tela efferatæ mulieris ludificauit. *Nunquid* (adiungit) *erubeſcebat illum vilem, dominum tamen dicere, & ſe ſeruum fateri? Quin etiam cùm ambiret mulier, obſecraret etiam metu proditionis, vel amoris ſui lacrymas funderet ad extorquendi neceſſitatem; nec miſericordiâ flexus ad flagitij conſenſum, nec coactus metu & pretiis reſtitit, nec minis ceſſit: præponens præmiis periculoſam honeſtatem, quàm turpem remunerationem caſto pudori.* Vide in adoleſcente in flore ætatis, ardore iuuenilium paſſionum, inter illecebras, tentamentáque impudicæ formoſæque mulieris; obiecto, ni cederet amori, voluptatíque indulgeret, carceris, mortiſque periculo, admirabilem caſtitatis affectum, & conſtantiam tolerandi quælibet aduerſa pro illius defenſione; vt intelligas quantum ad ſummos etiam in mundo gradus honoris, & ingenium, & virtus in eo emicuerit. Ter quidem legimus Ioſeph gubernandi munus feliciter exercuiſſe. Primò quidem in familia Putipharis, deinde in carcere, denique in toto Ægypti regno; Enim verò caſtus adoleſcens, qui ſe ipſum inter illecebras voluptatum ſanctè, prudentérque nouit, & potuit regere, illæſúmque ſeruare: proculdubiò aliorum curam dignè ſuſcipere, ac regimen poterit feliciter adminiſtrare: Quid verò de illa fortitudine animi; quâ tandem ſeſe proripuit ex violentia petulantis fœminæ ſatis eloqui poſſim? *Iterum quoque* (addit) *mulier maioribus adorſa irritamentis, cùm inflexibilem aduerteret, etiam ſecundò immobilem paſſione efferâ, impudentiâ vires miniſtrante iuuenem aggreditur, veſte apprehenſa ad cubile trahens, complexum offerens; & penè ceperat; niſi exuiſſet Ioſeph veſtem, quâ tenebatur, ne exueret amictum humilitatis, indumentum pudoris.* epiſt. 44. ô ſupra humanas vires animi fortitudinem! ô auguſtiorem naturâ mortali conſtantiam tuendæ caſtitatis! quis quæſo ad principatum aptior, ad fortiter, grauitérque gubernandum, quàm qui appetitus blandiciis non ſuccubuit; quàm qui tot voluptatum irritamentis flecti non potuit; quàm qui è medio gehennalium flammarum incendio illæſus, imò, & caſtior proſiluit? fortior enim (vt vulgò teritur) eſt qui ſe vincit, quàm qui fortiſſima vincit mœnia. Frequens eſt argumentum, in quo veterum ſapientes diuinitùs ſermonibus & ſcriptis multa dixerunt.

S.Ambr. Inuictus in duello caſtitatis Ioſeph.

Præſtat periculoſa honeſtas, quàm turpis merces.

Admirandus caſtitatis affectus in Ioſeph.

Ter gubernaſſe ſcribitur Ioſeph. Caſtus moriò poteſt alios regere.

D.Ambr. Dat vires impudentia.

Reſiſtere libidini ſupra vires naturæ eſt.

Summa fortitudo libidinem vincere.

6. *Vidit Pharao ſomnium.*] Duo ſomnia rem eandem duplici quodam ænigmate ſignificantia dormienti Regi ſeſe obtulerunt: ſeptennium videlicet eximiæ fertilitatis; ſubinde conſequens alterum ſeptennium admirandæ ſterilitatis ſignificabatur in ſomniis boum, & ſpicarum; quarum ſeptem macilentæ atque vento vrente deſiccatæ ſterilitatem: pingues verò aliæ, atque vberes fertilitatem innuebant. En rerum humanarum ſtatus per ſomnia dormientibus oſtenditur: nec enim in mundo quicquam eſt ſolidum, nihil non vanum. *Somnum igitur* (inquit S.Ambr.) *eſſe hunc viuendi vſum docemur, in quo diuerſa commutationum vices tanquam ebria, & nihil ſolidum, nihil firmum, tanquam dormientis ſomnium, videntes non videmus, & audientes non audimus, & manducantes non ſatiamur, gratulantes non gratulamur, currentes non peruenimus.* At nos tamen miſeri ad ipſas rerum inanitates toto corde anhelamus, quæ vbi eas apprehendere putamus, fumo citiùs euanuerunt. Colligit ergo idem Ambr. *Vana ſpes hominum in hoc ſeculo, qui ea quæ non ſunt, tanquam, quæ ſint ſecunda, arbitrentur. Itaque manes, & vacua rerum ſpecies, tanquam in ſomno venerunt, abierunt, aſtiterunt, euanuerunt circumfuſa, & diſperſa ſunt, teneri videntur, & non tenentur.*

Res humana ſomnia dormientium.

D.Ambr.

D.Ambr. Vana rerum in mundo ſpes & ſpecies.

7. At filij huius ſeculi doctrinam hanc irrident, veritatem ipſam, de ſomno, & ſomnio, ſomnum, & ſomnium arbitrantur: nec id mirum, quippe cùm alto ſopore, ſeu lethargo potiùs opprimantur. Contra verò vbi quis ex illo euigilat, ipſam rerum omnium in hoc mundo diſpicit vanitatem. Quod idem Ambr. ſtatim animaduertit. *Vbi quis audiuit dicentem: ſurge qui dormis,* ad Epheſ. 5. *& de ſeculi iſtius ſomno exſurrexit, falſa hæc intellexit omnia: euigilauit, & fugit ſomnium, fugit poteſtas, abiit cura patrimonij, forma venuſtas; honorum ſtudium: hæc enim ſomnia ſunt, quibus non mouentur qui vigilant corde; ſed dormientes exagitantur.* Præterea cùm dormientium varia ſint inſomnia; nullámque habeant conſtantiam; ſed nunc læta, nunc triſtia modò eleuent, modò deprimant: ſomniantem in deliciis, ad epulas, in honoribus felicem: deinde in miſeriis, fame ſitique enectum, ſeruum, captiuum, vinculis in carcere conſtrictum, effingant: planè ſic habent diſpares humanarum rerum viciſſitudines, vti (ne longiùs euagemur) idem Ambr. comprobat exempli Ioſeph. *Vadatur hunc ſermonem meum ſanctus vir Ioſeph, non eſſe perpetua, nec diuturna: quæ ſunt huius ſeculi, qui ab inſito nobilis genere, cenſu diues, ſubitò ignobilis ſeruulus: & (quod ipſam ſeruitutis vilitatem acerbat) degeneris domini ære emptum ſeruitium. Seruus igitur ex genere præclaro, pauper ex patre diuite, de amore ad odium, de gratia ad ſupplicium.* En habes in Ioſeph miſerabilem de felici in infelicem ſtatum mutationem.

Mundi bonis, vtpote in ſomniis ſoli mouentur dormientes.

D.Ambr.

Variis rerũ humanarum exiens.

D.Ambr.

Seruitutem acerbat emptum eſſe ſeruum à vili domino.

Miſera mutatio de felici in infelicem.

8. Vide nunc contrariam viciſſitudinem. *Rurſus* (adiungit) *de carcere ad aulam, de reatu ad iudicium traductus: neque aduerſis fractus eſt, neque eleuatus ſecundis.* Mira ſanè virtus in adoleſcente, quem ſui ſemper ſimilem eadem cordis immoti conſtantiâ præditum: nec aduerſa debilitarunt, nec proſpera extulerunt, nec (quod tamen multis euenit) dementarunt. Quid mi ergo dignus ſit Imperio, & ad gubernandum Regis nomine vniuerſam Ægyptum aſſumatur? Hanc ipſam æquabilitatem conſtantis animi, quolibet in ſtatu rerum ſuarum, ille mortales inter cùm primis memorandus retinuit ſemper Dauid; de quo ſic idem Ambroſ. *Adſtipulatur etiam momentarias eſſe vices rerum etiam ſanctus Dauid frequenter variatus ſtatus, qui deſpectus patri, pretioſus Deo, triumpho nobilis, inuidiâ vilis, accitus ad miniſte-*

S.Ambroſ. Ioſeph idem ſui ſimilis in omni ſtatu.

Dignus imperio Ioſeph.

D.Ambr. Æquabilitas mentis in omni ſtatu in Dauid.

rium regium, electus ad affinitatem, postremò factum, & ora mutatus, exul regni, fugitans parricidij; nunc sua offendicula deplorabat, & rursus aliena remouebat, conciliato hærede nobilior, quàm decolorato. Expertus igitur ornata pulchrè dixit: Bonum mihi, quòd humiliatus sum. Pſalm. 118. epiſt. 44. humiliatus enim

Pſal. 118.

veram animi prætulit humilitatem, patienter ferens quòd aduerſa pateretur, ſanctéque exultans, quòd vel ex alto in imum decideret, vel quòd ſpretus, humíque proſtratus iaceret. *Bonum mihi quod humiliaſti me.* Pſalm. 118. eò quòd ex humiliatione pretioſos mihi fructus collegi, elucratus veram ſapientiam, quæ ſpretis mundi bonis ſola, quæ ſunt vera, ſumma, & æterna æſtimat, & deſiderat. Enim verò (vt ibidem adiungit S. Ambr.) *caduca hæc omnia cum damno, ſine lucro: illud ſolum eſt lucrum vbi fructus perpetuus, vbi æterna merces quietis.*

Dauidi profuit humiliatio.

Pſal. 118.

D. Ambr.

Hic caduca omnia ſine lucro, in cælo æterna cũ fructu.

9. Tunc demum reminiſcens, per totũ biennium oblitus pincerna, interpretis ſui vinum Regi propinauit tam ſtupore quidem obliuionis, quàm vino ebrius. *Benè ſcilicet* (ait S. Ambr.) *vini præpoſitus, qui quaſi multo ebrius mero beneficij autorem oblitus eſt diu: aliquando tamen, vt Regi prouideret interpretem non quaſi gratus, ſed quaſi callidus, intimauit ſeriem rei geſtæ.* lib. de Ioſeph cap. 7. hæ ſunt artes hominum, qui omnes quærunt, quæ ſua ſunt. Nunc demum recordatus pincerna Hebræi illius in carcere laborantis, defert ad Regem eſſe, qui poſſet illius ſomnia interpretari, non tam Hebræi vincti liberationem curans, quàm ſui ipſius commodum; vt nimirum hac ratione ampliorem Regis gratiam mereretur, cui quæſiſſet inueniſſétque optimum ſuorum ænigmatum coniectorem. Mos hic aulicorum inoleuit, vt ex alienis artibus, rebúſque egregiè factis Principum ſibi gratiam aucupentur, alienóque labore quæſtum ſibi nundinentur. Quare pincernæ memoriam, non tam calamitas proximi acuit, quàm proprij commodi ſpes. Dicit itaque: *Confiteor peccatum meum.* Deinde commemorat ſe ipſum à Rege damnatum, in carcere vinctum, indéque ereptum aulæ, ac muneri ſuo reſtitutum.

D. Ambr.

Ingratus obliuione ebrius.

Aulici ex alieno labore lucrum ſibi quærũt.

10. Et ne videretur Regi ſuperbo ingrata forte commemoratio crudelitatis eius in miniſtros: fatetur aulica vulpes (dolis enim, & fraudibus in aula viuitur) meritò ſe olim in carcerem coniectum, meráque Regis clementiâ honori priſtino reſtitutum: intelligitur videlicet de confeſſione priſtinæ ſuæ culpæ dixiſſe: *Confiteor peccatum meum:* Profectò hinc docemur, quantum cum Deo noſtrorum ſcelerum valeat confeſſio; cùm ſuperbi Regis, & iram declinare & ambire gratiam confeſſione ſui delicti aulicus iſte veterator contendat. Optimè igitur S. Hilar. animaduertit: *Omne ſpei noſtræ præmium in confeſſione conſiſtit; vt ea quæ conſequi poſſe nos credidimus, conſecuturos eſſe credamus. Adam confeſſus veniæ reſeruatus, & glorificatus in Chriſto eſt: Cain negans maledicto diaboli adæquatus eſt.* in Pſalm. 119. Sed hoc de argumento ad 1. tom. ſuis in locis vberius diſſeruimus. Illud tantùm ante oculos habeamus, memoríque mente, ac ſupplici corde verſemus; quod pœnitentium vexillifer admonuit: *Præoccupemus faciem eius in confeſſione.* Pſalm. 94. *Priuſquam nobis* (declarat S. Hieron.) *auerſa facie iraſcatur; confiteamur peccata noſtra. Venturus eſt* (exponit S. Auguſt.) *præueniamus faciem eius in confeſſione: priùs quàm veniat, nos confitendo damnemus quod fecimus, vt ille quod coronet non quod damnet, inueniat.* Sic ille.

Aula vulpibus plena.

In aula dolis viuitur. Multùm valet apud Deum confeſſio delictorum.

S. Hilar.

Omne ſpei noſtræ præmium in cõfeſſione.

Dauid pœnitentium antesignanus.

Pſal. 94.

D. Hier.

S. Auguſt.

Optimum nobis in confeſſione remedium.

11. Poteſt etiam confeſſio iſta intelligi de cul-

A pa obliuionis erga Ioſeph: vtrumque ſenſum ita complectitur Lyranus: *Confiteor peccatum meum. Tum quia oblitus fuerat, ſicut ingratus beneficij ipſius Ioſeph: tum quia non poterat eum introducere, niſi faciendo mentionem de hoc, quod Regem prius offenderat propter quod incarceratus fuit; vbi Ioſeph ſomnium ſuum expoſuit.* Dixit peccatum ſuum, ac ſi reliqua ſua peccata ad hoc vnum, aut non peccata, aut certè leuia viderentur, iſtud verò ingratitudinis nomen peccati, aut quia grauiſſimum omnium, aut quia huiuſmodi nuncupatione dignum, tantummodò mereretur. Certè (vt inter antiquos tritum abiit) maledicta cuncta dixeris, cùm ingratum hominem dixeris, nec eſt aliud inter homines, quod magis indecorum, infaméque & exe-

Lyra.

Ingratitudo abſolutè dicitur peccatum.

Summè inter homines execranda ingratitudo.

B crandum habeatur, atque vt ei, à quo beneficium acceperis, te ingratum præbeas. Idcircò Hebræis hoc vnum, vel maximè Dominus crebrò improperat, quòd tanto benefactori fuerint ingrati, quòd bonis mala rependerint, iniuriis exoluerint beneficia. *Et repleta eſt* (queritur Dominus) *terra eius argento, & auro: & non eſt finis theſaurorum eius: & repleta eſt terra eius equis, & innumerabiles quadrigæ eius.* Iſai. 2. En Dei beneficia, quibus Hebræorum populus, & affectus, & repletus eſt. Vide nunc impudentiſſimam erga magnificum benefactorem iſtius populi ingratitudinem. *Et repleta eſt terra idolis.* ibid. Vni Deo, per tot, ac tam magnifica dona benefactori cùm ſeruire, gratias agere, omnémque honorem, & cultum

Impudentiſſima Iudæorum ingratitudo.

Iſai. 2.

Iſai. 2.

C exoluere debuiſſent Hebræi; per ſummam ſtultitiam, & impudentiam impiiſſimi complurium Deorum inanium venerationem reddiderunt. Illorum prouinciam diuitiis, & omni rerum magnarum abundantiâ Deus repleuit: Eandem illi fanis, idolíſque repleuerunt; & (quod ſummè indignum eſt) ex ipſomet auro, & argento, quod à Deo acceperant, contra Deum idola, quæ pro Deo adorarent, fabricarunt.

Terram à Deo repletã diuitiis Iudæi idolis repleuerunt.

Dei beneficia contra Deum armamus.

12. Tractat luculenter hoc ipſum argumentum Apoſtolus, 1. & 2. & 3. cap. epiſt. ad Rom. vbi plurima & clariſſima Dei beneficia Iudæis à Deo facta commemorat; quibus tamen ipſi perquàm ingratos ſe præbuerunt. Igitur vt ibidem colligit: *Iniquitas noſtra iuſtitiam Dei commendat*, cap. 3. Ma-

ad Rom. 3.

D gnificat, extollitque noſtra iniquitas Dei iuſtitiã, eam ſcilicet de qua loquitur Dauid, *vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.* Pſal. 50. Stabit quidem pro Deo iuſtitia, cùm Iudæos damnabit, inexcuſabilem illorum perfidiam, impiámque ingratitudinẽ Dei iuſtitia euidentiſſimè conuincet. *Nam ſi æſtimanda* (occurrit S. Chryſoſt.) *ea fiat, atque examinanda; tum quæ Iudæis vltrò beneficia contulit Deus; tum quæ Iudæorum in Deum facta extiterunt: ipſa certè victoria à Deo ſtabit, vt qui iura omnia ſecum habeat.* homil. 6. in epiſt. ad Rom. Quid quæſo indignius, quàm quod tunc tuis ſceleribus eum offendas, qui momento ipſo, quo peccas, in te ſua confert beneficia? Hæc illa

Pſal. 50.

Inexcuſabilis Iudæorũ ingratitudo.

D. Chryſ.

E barbara fuit impietas Saulis, qui quo tẽpore Dauid pſallebat, pſallentem cytharâ, per quem interim dæmoniaco compreſſo ſpiritu recreabatur, euibratâ fortiter haſtâ confodere curauit. 1. Reg. 20. *Significat Saul eos* (inquit Rupertus) *qui ex prædicatione Chriſti* (adde & ex beneficiis Dei) *deteriores ſunt effecti; quemadmodum idem cantor & cytharista dicit: cantauimus vobis, & non ſaltaſtis; lamentauimus, & non ploraſtis.* Matth. 11. *Amplius dicere potuit: Cantauimus vobis, & plorare nos feciſtis; lamentauimus vobis, & lanceâ nos in cruce confixiſtis.* lib. 2. in lib. Reg. cap. 7.

1. Reg. 20.

Deus benefacit & benefacientem ſimul offendimus.

Rupert.

Matth. 11.

13. Pul

Dulcis cantus beneficium.

13. Pulchrè Dominus IESVS nobis cantor efficitur, nec enim dulciùs quis modulatur; quam qui benè aliis facit: dulce melos præſtitum beneficium. Sed qui dulciſſimam noſtri benefactoris harmoniam plauſu, & gaudio, amore ſcilicet, gratiarum actione, debitiſque obſequiis excipere debemus, lanceis delictorum noſtrorum ingratiſſimi rependimus. Ad cytharam, etiam ille ſuâ cantans è Cruce lamentatur noſtrorum vulnera delictorum; at nos velut ſtipites ſine vllo ſenſu doloris noſtra ipſa vulnera, propter quæ Dominus ipſe attritus eſt, non deploramus. Ah pudeat ingratis cordibus meditari, ſiccíſque oculis Deum hominem pro nobis in Cruce morientem intueri! grauior quidem noſtra omnium, qui Chriſtiani cenſemur, ingratitudo, & impietas longè indignior: qui nec ad harmoniam meritorum Chriſti; & donorum legis gratiæ exultamus: nec ad illius paſſionem & fletum in Cruce doloris vllũ ſignum præbemus. Auget etiam Dei clementiam & noſtram exaggerat ingratitudinem, quòd Iudaicum populum à ſe reiiciens nos in ſuum peculium elegit, haud ignarus quàm ingrati, quam ſceleſti, quam indigni Chriſtianâ profeſſione futuri eſſemus. O nimiam (vti appellauit Apoſtolus) clementiſſimi IESV erga nos caritatem! Siquidem (adiungit S. Chryſoſt.) *Deus tanto nos honore dignatus eſt vt ne prouidens quidem quod futurũ erat à beneuolentiâ erga nos abſtinuerit: nos verò vicisſim honorantem nos per ea etiam, quibus ab illo ornati ſumus, dehoneſtamus.* homil. 6. in epiſt. ad Roman. Enimverò quis mortalium tantâ patientiâ, & animi lenitate, affectúque beneuolentiæ præditus, aut eſſe, aut fingi poterit, vt quem certò præſcierit futurum ſibi capitalem hoſtem, à quo lædendus, verberandus, perimendúſque aliquando ſit) nihilominùs multis, & magnis velit cumulare donis, & beneficiis deuincire? Vnius Dei hæc immenſa caritas, admiranda benignitas, infinita patientia.

Christus in cruce cantor ad cytharã. Christus nostra delicta plorat, nos videmus.

ad Epheſ. 2. D. Chryſ. Deus præſciens malos fore, tamen ornat & cumulat beneficiis.

Nimia Dei erga nos ingrata caritas

14. Cæterùm ne, qui ſe Deo præſtant ingratos, impunè ſe abituros exiſtiment, nouerint illi propter ſuam ingratitudinem, & nouis ſubinde beneficiis carituros, & acceptis priuandos eſſe; atque inſuper grauibus plectendos ſuppliciis. Enimverò Apoſtolus ad Rom. imprimis de Dei gratiâ differens ait: *Virtus Dei eſt omni credenti Iudæo primùm, & Græco,* ad Rom. 1. *Ex eo* (declarat Caiet.) *ſaluationis deſcribitur ordine quodam, quod ſcilicet inchoauit in natione Iudæorum.* Imprimis igitur Dei beneficia Iudæis collata ſunt, deinde gentibus. Vide nunc illorum ſupplicium: *Ira, & indignatio, tribulatio, & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum, & Græci.* cap. 2. Vbi egregiè Caiet. *Quemadmodum ſalus euangelica primum data eſt Iudæo, & Græco, ita vindicta primum datur Iudæo, & Græco malè operanti, ac ſi dictum fuiſſet potiſſimum, & Iudæi, & Græci, vt qui priùs acceperunt donum, grauiùs puniantur, vtpote magis ingrati.* Nam quò plura quis, maioráque à Deo accipit beneficia, eò plùs grauiúſque punitur, ſi dignam Dei donis vitam non egerit; nec talentorum, quæ accepit, debitam reddiderit exigenti Deo rationem. Excuſat nihilominùs pincernã Lippomanus hoc pacto: *Iam nunc pocillator hic à Deo ſinitur reminiſci ſui conſectoris: iam enim tempus erat exultationis; qui ſine dubio, non ſponte illius oblitus eſt; ſed Domino non agente in nobis non ſufficimus, vel cogitare quidpiam ex nobis,* 2. Cor. 3. *Sic & meminiſſe, & velle noſtrum ex Deo pendet. Occaſione igitur ſomnij Pharaonis recordatus eſt pincerna interpretis ſui, & dixit: Recordor ſeu*

Ingrati priuantur beneficiis, & afficiuntur ſuppliciis.
ad Rom. 1. Caiet.
ad Rom. 2.
Caiet.
Lyppom. Sine Deo ne bonum quidem cogitare debemus. 2. Cor. 3.

confiteor peccatum meum, id eſt, ingratitudinem, quâ hucuſque peccaui in interpretem meum. hæc Lippom. Permiſit quidem Dominus, vti per duos annos, & pincerna obliuiſceretur interpretis ſui, & Ioſeph dum in carcere diutiùs afflictabatur, patientiùs ageret; puriórque inſtar auri flammis excocti euaderet, ſanctiúſque admirabilem humanæ gloriæ mereretur felicitatem.

SECTIO II.

Protinus ad Regis imperium eductum de carcere Ioſeph totonderunt: ac veſte mutata, obtulerunt ei.

1. IAm diſſerenauit illa, quæ tot per annos Hebræi iuuenis quaſſatã, oppreſſámque tenuit nauim dicam an myoparonem: quippe cum grauibus, & variis afflictato ærumnis corpore, anima tamen Ioſeph nec frangi, nec debilitari, nec de ſtabili, firmóque virtutis ſtatu, vel tantulùm potuerit dimoueri. Dedit tandem finem Ioſephi calamitatibus clementiſſimus Dominus; & qui diſponit omnia fortiter, & ſuauiter, admirabilem ita conſtruxit rerum hiſtoriam, vt coactus Rex horrore ſomniorum; famáque tanti coniecturis compulſus vinctum illum Hebræum, & captiuũ, & omni humanâ ope deſtitutum, è carcere liberauerit, ac ſubinde in principatum euexerit: qui quidem fructus eſt patientiæ; præmiúmque virturis laboribus miſeriiſque exercitæ. Vtor hac voce iuxta illud propheticum: *Contriſtatus ſum in exercitatione mea.* Pſalm. 54. nimirum vti animaduertit S. Auguſt. *Paſſionem malorum hominum exercitationem ſuam dixit.* Eſt quidem militaris exercitatio, quâ vires probantur; patientia demonſtratur, virtus ſplendeſcit, honor comparatur: quę cauſa eſt, vt aliquando propter hæc emolumenta diutiùs ſinat Dominus hominem afflictari. Hoc ipſum Stoicus philoſophus intellexit; etſi vti ethnicus non Dei, ſed fortunæ fecerit mentionem. lib. enim, quare bonis mala accidant ita ſcripſit: *Non eſt ſæuitia, certamen eſt; quo ſæpiùs adierimus, fortiores erimus.* hæc Seneca.

Certus patientiæ fructus.
Pſal. 54.
D. Auguſt. Tribulatio iuſti militaris exercitatio.
Certamen virtutis tribulatio. Seneca.

2. Profectò blanda non eſt fortitudinis exercitatio, flagellamur, afflictamur, & quidem à Deo; igitur æquo animo tolerandum quicquid aduerſitatis contigerit, non eſt enim quod patimur, Dei flagellantis inhumanitas, ſed noſtræ virtutis certamen, & quantò ſæpiùs in agonem prodimus, tantò fortiores euadimus, & illuſtriùs triumphamus: quod quidem in ſanctiſſimo Iob perſpicuè viſum eſt. Enimverò ad initium ſuarum tentationum aliqualia ſeu infirmitatis humanæ, ſeu querimoniæ in graui ſenſu dolorum videtur ſigna præbuiſſe; quia videlicet non plenè animaduerteret ſe in lucta, & in certamine à Deo eſſe conſtitutum, quod vbi diuinitùs intellexit, nunquam amplius aut queſtus eſſe, aut acerbius doluiſſe legitur, vti S. Chryſoſt. ad hunc modum expendit: *Iob neſciebat quod certamen quoddam in his erat, atque luctatio. Nam ſi reſciuiſſet, nullo penè ſenſu percepiſſet dolorem. Vnde quando audiuit: Aliâ me ratione putas tibi reſpondiſſe, quàm vt iuſtus prædiceris: animaduerte qualiter cõfeſtim hoc verbo reſpirauit, qualiter ſe nihil paſſum ſtatim æſtimauit.* hom. 34. in 10. Matt. Vide cap. 42. Iob. Creuerunt etiam (vti iam ſuperiùs vidimus) & vires, & animi Iacobi luctan-

Tribulatio fortiores facit.
Iob primò conqueſtus, dein libent patitur.
D. Chryſ.

A ri, vbi lucta ipſa diutiùs perdurauit, ardórque certandi vebemenrior apparuit, vbi magis continuari viſum eſt cũ Angelo certamen. Luctarus quippe integram noctem cum quonam prorſus ignorans, ad ſolis orrum violẽtior effectus audet quodam modo interminari: *Non te dimittam, niſi priùs benedixeris mihi.* Geneſ. 32. Hinc igitur optimè poſſet colligere ſe cum Deo luctari, Deum ſuis ipſis manibus teneri; quî enim poſſet homo abſque Dei præſidio, præſentiáque tandiu luctando perſiſtere?

Iacob ad finem luctæ fortior, quàm ad initium. Geneſ. 32.

3. *Cum ipſo ſum in tribulatione:* dicit Dominus. Pſal. 90. At vnde intelligam mecum eſſe Dominum? *Ex eo vtique* (reſpondit S.Bern.) *quod in ipſa tribulatione nos ſumus; quis enim ſuſtineret, quis ſubſiſteret; quis perſiſteret ſine eo?* ſer. 16. in Pſal. 90. B Vera ſunt quę diximus ex doctrina Patrum ac teſtimoniis ſacræ Scripturæ; ſed ea tamen aut non reminiſcimur, aut non plenè intelligimus in ipſá tribularione; quo nos interdum oppreſſos non ſinit, aut veritatem ipſam adcò conſtantem diſpicere; aut eam certè memori mente ad leuamentũ pertractate. Hoc ipſum Hebræis ſub Ægyptiorum tyrannide laborantibus cõrigit. Miſerat quidem Dominus Moyſem, vri ſuo nomine illos excitaret ad excundũ de ergaſtulo ſeruitutis in terram bonam, & ſpatioſam, in terram, quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananæi, & Hethæi. Exod. 3. Retulit Moyſes Hebræis maodata, *& verba Domini, qui non acquieuerunt ei propter anguſtiam ſpiritus, & opus duriſſimum.* Exod. 6. C Nihil planè ita notum, celebréque erat Hebræis, atque ipſa, quã expectabant aliquando poſſidendam, terra promiſſionis, & nihilominùs Moyſi ad ſelicitatem illius terræ vocanri oon acquieuerunt; nec terrá ipſam curarunt, ac fortaſſe ne memoriam quidem illius habebant: ſcilicet propter anguſtiam ſpiritus: & quia luri operibus oppreſſis tanta illa vexatio ſẽſum, & memoriam terræ diuinitùs promiſſæ ademerar. Luculentè igitur S.Bern. hunc ipſum locum expendens ſic effatur: *Rem dica ignotam nemini, & nunc nemini notam. Nempe ſic habent mortalium corda: quod ſcimus cùm neceſſe non eſt; in neceſſitate neſcimus.* lib. 2. de conſid.

Pſal. 90. Tribulatio ſignum Dei præſentis. D.Bern.

Oppreſſi tribulatione Dei præſentiam non meminimus.

Exod. 3.

Exod. 6. *Tribulatio mentem premit, memoriã adimit.*

D.Bern.

4. Quod Muyſes de terra promiſſionis Hebræo populo nunciat; nemo eſt qui neſciat; D ſed nunc vbi neceſſe eſt, quòd ſciatur, nunc prorſus neſcitur. Hæc noſtra eſt infeliciras; quod ſcimus cùm ſcire noſtra non intereſt; tunc cùm opus eſt ſcire, prorſus neſcimus; aut certè obliuiſcimur, cùm maximè meminiſſe opus erat. Nihil planè ita crebrò legimus, audimus, atque ipsâ quotidianâ experientiâ magis conteſtatum videmus; quàm Dei opem rribulatis, humiliterque illã implorantibus præſtò adeſſe: at (quę noſtra eſt miſeria) tam ſalutaris huiuſce veritaris obliti in ſtultam quandam animi conſternationem, ac diffidẽtiam penéque deſperationis chaos præcipitamur. Non ſic viri iuſti, non ſic: quippe cùm intelligant claréque experiantur: quòd ſuá E Deus omnipotentiam quodammodo addictam & (liceat vti voce iuriſperitorum) hypothecatam habeat auxilio fauorique ſuorum ſeruorum. Quamobrem, qui verè ſeruus Dei eſt, iure ſibi polliceri poreſt; quæcunque Deus operari queat, & quibus ſeruus indigeat.

Nihil certius quàm Deum tribulatis adeſſe.

Miſera hominis conſternatio in tribulatione.

Deus addictam habet ſuam potentiam auxilio ſuorum. Seruus Dei de ipſius auxilio certus & ſecurus.

5. Potéſtne Deus finẽ dare laboribus? eſt quidem omnipotens. Igitur confidit Ioſeph, lætúſque in ſeruitute. in ergaſtulis, in perſecutionibus viuit; quòd dabit Deus his quoque finem: poſſidet enim Ioſeph ſuo ſauori, auxilióque oppignoratã

Oppignorata Dei potẽtia auxilio ſuorum.

A Dei potentiam; quæ ſcilicet, in ſubleuandis hominum neceſſitatibus potiſſimùm demonſtratur. Nam quid aliud, quæſo, diuinæ ſcripturæ conteſtantur, quàm quod Deus ipſe & quantus eſt totus inuigilat; & quantum poreſt rotum in vtilitatem, & ſauorem hominum expromit. Iccircò aiebat: *Ego ſum Deus Abrahã, Deus Iſaac, & Deus Iacob.* Exod. 3. O amorem! ò honorem! o Dei amorem! ô hominis honorẽ! Igitur qui Deus eſt, vtique omnipotens eſt: & qui Deus omnipotens eſt; planè quantum poreſt, & quantus Deus eſt, meus eſt; poſſúmque iure optimo in Deo gloriari; & mihi de Deo meo, de omnipotentia ſua, meáque gratulari.

Exod. 3.

Mea eſt Dei mei omnipotentia.

6. *Eductum de carcere Ioſeph totonderunt.*] Eductum non tam Regis imperio, quàm Dei miſericordiâ in ſerui ſui libertatem, ac felicitatem, B Regis animo hanc voluntatẽ inſpirante. Deus enim eſt, qui ſeruum ſuum ex omnibus periculis ſaluũ eduxit, eò quòd illum ipſemet in pericula induxerat; nec enim Ioſeph, aut flagitium admiſerat, cuius in pœnam, aut venundaretur ſeruus, aut in ergaſtulo reus teneretur; nec libidinoſæ mulieri occaſionem dederat, vnde illa fureret ad concupiſcentiam & fugienti carcerem, necémque ſtrueret. *Ioſeph enim* (inquit S. Auguſt.) *ad concupiſcentiam prouocatus, & rogatus aufugit.* ſer. 83. de tempore. Prouocatus (dixit) velut in ſingulare certamen, in quo ſcilicet contra Ioſeph omnia ſtabant in acie pro muliere: iuuentus nimirùm Ioſeph, elegantia, naturáque ipſa prona in volupta- C tem: *Vnuſquiſque enim à concupiſcentia ſua trahitur abſtractus, & illectus.* 1. Iacob. cap. 1. *& hæc vna ſatis eſt* (etſi reliqua omnia deſint) ad ſubruendam caſtitatis arcem, niſi diuinã virtute muniatur: dein mulieris pulchritudo, lenociniũ, imperium, preces, lacrymæ, pertinax illicium, blanda inuitatio; denique minæ, terror, furor, calumnia, fictio adulterij, ergaſtulum, patibulum, aut concrematio. At ex his omnibus, victorem triumphantémque Dominus ſeruum ſuum eduxit. In illud enim tam periculoſum certamen, vbi tota vis humana prorſus labefactata concidiſſet, non ſponte ſuâ, ſed ab ipſo Deo ſic omnia diſponente fuerat Ioſeph inductus.

D.Aug.

Duellũ caſtitatis.

1. Iacobi. 1. *Ioſeph in duello poſitus omnia pro muliere pugnantia habebat contra ſe.*

D 7. Enimverò quem Deus in agonem inducit, in agone ſuſtentat; iuuátque certantem, indéque ſecurum, & illæſum, atque victorem educit. Nec mirum verò eſt, quòd tentatus pereat; qui vltrò ſe in tentationem inducit. Porrò Hebr. legitur, *Et fecerunt eum currere de carcere, & totondit ſe, & mutauit veſtes ſuas, & ingreſſus eſt ad Pharaonem.* Chald. *Et fecerunt eum feſtinanter exire de carcere, & attonſus eſt, & mutauit veſtimenta ſua;* idem ferè L X X. Squalorem ergo barbæ, & veſtium curant miniſtri Regis, totámque incarceraris ſolitam illuuiem Ioſeph abluere; vt decenter in aula Regi præſentaretur, veſtémque illi mutauerunt; quippe cùm in ſordido habitu aſſiſtere coram Rege, vt habetur Heſter 4. nulli liceret. Benè S Chryſ. E *Vide* (inquit) *ſtatim ab initio quantus nunc honor, poſtquam enim purgatus per patientiam ſicut aurum rutilans, exiit de carcere, & ductus eſt ad Regem. Vidiſti quantum ſit à ſupernâ gratiâ adiuuari? Vide quanta diſpenſata ſunt, vt res Ioſeph complerentur.* Affliguntur iuſti, vt egregium patientiæ fructum ſuſcipiant. *Nec enim coronabitur, niſi qui legitimè certauerit.* 2. Tim. 2.

S.Chryſ.

8. De Ioſeph, & de quocunque alio viro Iuſto, quem Dominus tentari; ac tribulari ad probationem, & coronam finit, illud intelligi poteſt:

Et

Seruos ſuos Deus in tribulatione comitatur, & cum illis inde egreditur. Zachar. 10. D.Hier.

A *Et tranſibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus.* Zachar. 10. vbi S.Hieron. *Digna in ſeruos Dei clementia: quo præeunte, & nobis aperiente viam, tranſimus maris fretum, ſiue anguſtum mare.* Quid ni ergo exeat ſeruus è maris pelago incolumis in portum felicitatis, qui Deum ſecum habet, cui fideliter ſeruit, quem inter fluctus inuocat, in laboribus laudat, & præeuntem ſublatâ humeris cruce patiens, lætúſque inſequitur? Et vel ipſa tribulatio (audeo dicere) iuſte pro peccatis immiſſa, ſi tamen patienter feratur, vtilis eſt, & glorioſa: qualem Propheta denunciat: *Dole, & ſatage.* LXX. legunt: *Dole & viriliter age filia Sion quaſi parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vſque Babylonem: ibi liberaberis; ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.* B Mich. 4. Et quidem ad ſynagogam diuino iudicio pro flagitiis punitam, & Babylonicâ ſeruitute, vt merebatur, oppreſſam dicta hæc ſunt à Propheta. Quem locum myſtico ſenſu interpretatur S. Hieron. de peccatrice anima, cui dicitur, *Dole; quod ad ſalutem dolentis pertinet, & agentis viriliter dole, & viriliter age quaſi pariens; non ad pœnam, ſed ad vtilitatem illius refertur. Vnde Paulus, filioli mei, quos iterum parturio.* Galat. 4. *Et tandiu doluit, donec eos rurſum per pœnitentiam generaret, qui per delictum perierant.*

Mich. 4. Tribulatio pro delictis patienti vtilis & glorioſa. D.Hieron.

ad Gal. 4. Pœnitentia partus eſt.

9. Vide quàm vtilis fuit fames, nuditas, exilium, ſolitudo, mœror, infamiſque illa calamitas filij, qui patris ſubſtantiam in flagitiis prodegerat; ob quam ad ſe reuerſus dixit: C *Quanti mercenarij patris mei ſaturantur panibus: Et ego hic fame pereo?* Luc. 15. *& ad paternam domum* (adiungit S.Hieron.) *poſteà reuertens ſuſcipitur à clementiſſimo patre, & redimitur de manu duriſſimi domini.* Itaque Synagogæ; atque adeò peccatrici animæ præcipitur, vt doleat, viriliter agat; & dolores patienter ferat; & cùm pro peccato captiuitatem fortiter tolerit, tunc liberet eam Dominus, & redimat Deus ſuus, vt liberata inſultantibus dicat, *Noli inſultare mihi inimica mea, quia cecidi: reſurgam,* Mich. 7. *iram Domini ſuſtinebo, quia peccaui ei, donec iuſtificet cauſam meam, & educat me in lucem, aſpiciet inimica mea, & operietur ignominiâ.* Hæc ex S.Hieron. Iure quidem optimo, pœnitens inſultanti diabolo quandiu ille peccator fuerat; nunc D tandem è carcere, è tenebris, è vinculis, ex illuuione, infelicique ſtatu peccati eductus reſpondere poterit. Noli inſultare mihi inimice; quia cecidi: iam ſurrexi, iam Domini gratiam, quam miſer amiſeram, felix recepi. Eſt quidem Ioſeph eductus è carcere, detonſus, ablutus, pretioſo amictu ornatus, in regium palatium inductus, à Rege comiter acceptus honorificéque exaltatus: egregium viri pœnitentis, ritéque confeſſi ſymbolum.

Luc. 15. D.Hieron. *Vtilis eſt glorioſa pœnitentia.*

Mich 7. Pœnitens inſultat diabolo. S.Hier.

Ioſeph è carcere eductus ſymbolum pœnitentis confeſſique.

10. Vitam trahit miſeram, & infelicem peccator, quandiu in peccato perſiſtit. Nihil illo aut turpius, aut fœtidius, vt qui totus coopertus vitiorum ſordibus iaceat in volutabro. Vtique iuxta infernum damnatorum: vnde tenebroſa palus intolerandam exhalat mephytim. Ibi etiam infelix duriſſimis conſtrictus compedibus, quas conſtruit delectatio peccati & inueterata, quæ iam occaluit, obduruitque delinquẽdi conſuetudo, cum affectu carnis, & mundi, atque obliuione Dei rerúmque cœleſtium in ergaſtulo detinetur. Dein horribilis quædam illuuies, quâ peccatrix anima miſerandum in modum deturpatur ad laruas tartari, furiáſque propè videtur accedere. Dic mihi, obſecro, ſi fortè quis mortalium mul-A tos per annos in ſterquilinio agens lutum manibus verſans, fimúmque tractans, deinde nunquam linteo, & aquâ viens, denique intonſo capite, prolixâ, & impexâ cæſarie, nũquam exſectis, ſed fœdè increſcentibus digitorum vnguibus; amictúque aut protſus lacero, ac detrito; aut ſordibus oblito, ſeſe hodie in publicum daret, videretur in foro, appareret in templo, proh Deum immortalem, quanto eſſet horrori, & pudori! Sed heu te miſerum! iſte quidem tu ipſe es; qui annos integros in ſtercore tuorum ſcelerum volutaris; indies magis flagitia flagitiis accumulans, non reſecas occaſiones, vitiorum fibras: non prauorum attondes affectuum exuberantia capillamẽta; ſed inſtar vrſi velut in ſyluis; ita horribilis in B Eccleſia Dei verſaris: adeóque lutulentus vti pecus de cœnoſo grege, non ſalutari confeſſione, non pœnitentiæ lacrymis ſpurcam iſtam abluis animam. O monſtrum! ô larua tartari! ô furia! ô ſpectrum Acherontis!

Infelix vita peccatoris.

Fœdum & horribile monſtrum peccator inueteratus.

11. At clementiſſimus Dei, Virginiſque filius *non venit vocare iuſtos, ſed peccatores,* Matth. 9. *Eduxit vinctos in fortitudine.* Pſal. 67. quam Domini miſericordiam in ſe ipſo expertus aiebat ille peccator pœnitens: *Eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fœcis.* Pſal. 39. *Adhæſeram ſcilicet* (inquit S.Hier.) *terrenis deſideriis: quid eſt* (ait S.Auguſt.) *lacus miſeriæ? Profunditas iniquitatis ex carnalibus concupiſcentiis.* At ſedulò notandum hoc loco eſt non eſſe de profundo iſtum eductum peccatorem C quin prius loqueretur clamarétque, vt ipſemet conteſtatur: *De profundis clamaui ad te Domine.* Pſal. 129. Vti animaduertit idem Auguſt. qui etiã adiungit. *Et qui iam de profundo clamant, non penitùs in profundo ſunt; clamor ipſe iam leuat: ſunt alij profundiùs in profundo, qui nec ſentiunt ſe eſſe in profundo; tales ſunt ſuperbi, non pij deprecatores; non lachrymoſi clamatores. Ille autem, qui de profundo exclamauit, iam ab imo profundi caput, vt clamaret, leuauit.* in Pſalm. 68. ſunt qui peccando ita ſe in profundum immergunt, vt nullâ ſui parte foris relictâ, toti quanti ſunt hauſti abyſſo, nec caput attollant, vt ſaltem oculos in cœlum eleuent, vocémque expromant; clamandóque opem implorent: itaque miſeri cùm ad Deum non ſuſpirent, cùm D Dei, cœlíque nullam habeant rationem, cùm ſalutarem confeſſionem non curent, nec quali ſint in ſtatu ſentiant, inferno iam proximi infeliciſſimam ſecum præferunt notam æternæ damnationis.

Matth. 9. Conuerſio peccatoris. Pſal. 67.

Pſal. 39. D.Hier. S.Auguſt.

Pſal. 129. S.Auguſt.

Obſtinatio & inſenſibilitas peccatoris.

12. At millies quidem felix, qui clamauit de profundo, qui à Deo per efficacem gratiam eductus eſt de lacu miſeriæ, & de luto fœcis: qui eductus de carcere, vetuſtóque attonſo crine, abſterſa illuuie, nimirum ritè confeſſus debitam Deo reddidit ſuorum ſcelerum pœnitentiam. Ergo inductus in aulam regiam mundo pretioſóque amictu ornatus, gratiâ videlicet ſanctificante, Deo ſuo præſentatur, à Deo recipitur exultante coram Angelis ſuis, quia recepit filium, qui pe-E rierat: quia drachmam inuenit, quam perdiderat; quia ouem, quæ deerrauerat, quærendo inuenit, ſublatámque humeris ad caulas reduxit: quia denique peccatorem, ad quem iuſtificandum è cœlo venerat; lætus iam videt agentem de delictis ſuis pœnitentiam. Veſte mutatâ obtulerunt Regi Hebræum illum eductum de carcere: Nimirum exuto vetere homine induit nouum pœnitens, diuinæque charitatis, & gratiæ ornamento indutus apparet; ita quidem conſpicuus, & decorus per pœnitentiam, vt cum ipſis iuſtis, & innocen-

Mira felicitas pœnitentia.

Luc. 15. Feſtiuiſſima Deo peccatoris conuerſio.

 tibus,

Admiranda munditia pœnitentis.

Iſai. 1.

A ribus, imò auſim dicere, cum Deo ipſo puriſſimo audeat contendere; hoc enim ipſemet Deus conteſtatur: *Lauamini, mundi eſtote, auferte malum: Et venite; & arguite me: dicit Dominus*, Iſai. 1. legunt alij; *ite iam, & iudicio contendamus*: Senſus eſt: Agite pœnitentiam, vitam in melius commutate, ablutíſque ſceleribus renouamini ſpiritu mentis veſtræ: Sic per pœnitentiam mundati poteritis audacter cum Deo contendere, ſicut, qui non peccaſſent. Contendere ſiquidem cum Deo figuratè, & hyperbolicè pro omnimoda puritate, & ſanctitate accipitur.

Mira encomia pœnitentiæ.

13. Tam mira ſcilicet vis eſt pœnitentiæ, vt qui eam ritè ſanctéque egerint, adeò ſancti puríque in oculis Domini videantur, vt poſſint cum B Deo iudicio contendere; nec Deus ipſe poſſit in iudicium adducere, quæcunque per pœnitentiam delata ſunt crimina. O admirabilem pœnitentiæ virtutem! ô inexplicabilem pœnitentiæ puritatem, quæ diuinæ ſanctitatis æmula pro pœnitente aduocata Dei iudicium ingreſſa confidenter proclamat; nihil Deo debere, nihil à Deo timere, nihil non impetrandum à Deo ſperare quiſquis errata ſua per pœnitentiam, & abſterſerit, & correxerit. Loquitur Dominus de vera ſcelerum pœnitentia, quam reddit perfectam emendatio deterioris vitæ: hæc autem aliquando per Dei gratiam pœnitentíſque ſtudium, & laborem tam excellens eſt, vt in poſterum quodammodò impeccabilis homo eſſe videatur. Hanc in ſe Dei admirabilem expertus miſericordiam, ac pœniten- C tiæ virtutem decantauit ille pœnitentiæ magiſter: Vbi enim dixit: *Et eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæcis*, ſtatim ſubiunxit: *Et ſtatuit ſuper petram pedes meos, & direxit greſſus meos.* Pſalm. 39. affectus ſcilicet meos, qui turpiter in lutum abiecerant; poſt pœnitentiam Dominus eriget, atque in ſummo firmitatis munimento collocabit; vt qui tam facilè ad aſpectum mulieris alienæ cecidi, nouo diuinæ gratiæ robore confirmatus, in rupe immobili pariter ego immobilis perſeuerem.

Emendatis vita.

Pſal. 39.

Firma & ſtabilis emendatis vita.

14. Quod quidem quàm dixit audacter, tam certò ſanctéque compleuit. Enimverò poſt pœnitentiam (cùm prior ille filius ex adulterio natus; paulò pòſt obierit) ex ipſa Berſabee iam vxo- D re legitima ortus Salomon non ſine grandi myſterio eſt; vti Bacchiarius expendit: *Talis filius naſcitur ex pœnitentia; talem parturiunt gemitus, & lamenta plangentium, Propheta, pacificus, & qui vniuerſi orbis; id eſt, totius hominis tenuit principatum.* Præterea, quàm fortis deinde fuerit pœnitens, qui anteà miſerandum in modum ceciderit, ita oſtendit idem Bacchiar: *Ipſe Dauid cùm in adoleſcentia ſua cum adultera deprehenſus ſit, in ſenectute, cum virgine inuenitur: vt intelligamus; quòd poſt peccatum longa caſtitas imitatrix eſt virginitatis* tract. de recipiendis lapſis tomo 1. Bibl. Patrum. Itaque pœnitentia Dauid, non illius modò caſtitatem, quam deinde ad mortem vſque conſeruauit, ſed virginitatem etiam Abiſag, quam in coniugio E Dauid non amiſit, videtur peperiſſe. Scribitur enim: *Erat puella pulchra nimis, dormiebátque cum Rege, & miniſtrabat ei; Rex verò non cognouit eam.* 3. Reg. 1. Voluit quidem pius Rex, veréque pœnitens in pœnam illicitæ voluptatis, quam ex adulterio captauit, deinceps per totam vitam etiam à licita voluptate coniugij abſtinere.

Bacchiar. Egregius pœnitentia partus.

Bacchiar. Longa caſtitas æmula virginitatis.

3. Reg. 1. Dauid poſt peccatum caſtus permanſit.

15. Vſque adeò fuit admiranda caſtitas Dauid, ex quo adulterium deflere, caſtigaréque cœpit, vt cum virginitate poſſet contendere, *Quia*

A *longa caſtitas* (vti dixit Bacchiar.) *æmulatrix eſt virginitatis.* Quæ quidem ſententia mirificè conſolari poteſt illorum pœnitentium dolorem, qui perurgente paſſione lapſi in carnis vitia cœleſtem quidem virginitatis ſtatum amiſerunt; at poſt lapſum tamen continentes totâ deinceps vitâ perſtiterunt; vti Dauid cenſetur à ſuis vxoribus poſt inceſtum Abſalonis abſtinuiſſe. Sic enim ſcribitur: *Cùm veniſſet Rex in domum ſuam, tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat, & tradidit eas in cuſtodiam: & non eſt ingreſſus ad eas, ſed erant clauſæ vſque in diem mortis ſuæ in viduitate viuentes.* 2. Regum 20. quem locum iam alibi attigimus. Inceſtus quidem filij coniugale patris commercium diremit: at iccircò in viduitate B mulieres vixiſſe, & viduæ fuiſſe dicuntur, eò quòd erga illas maritus ipſe, qui ſe ab omni etiam licito commercio carnis abdicauit, mortuus planè ſepultúſque fuiſſe iudicatur. Tanta eſt vis pœnitentiæ, ad confirmandam animi virtutem, quæ tentatione debilitata ſuccubuit: & ad reparandam ablutis prioris vitæ ſordibus, quæ perierat, honeſtatem. Iccircò Dominus monuit: *Memento vnde excideris, & age pœnitentiam, & priora opera tua fac*, Apocal. 2. Priora opera fieri adhuc poſſunt a peccatore? numquid ea quoque ſublimia virginitatis opera? ita planè per pœnitentiam; quæ parit aliquando longam, & illæſam continentiam ipſius æmulam virginitatis.

Caſti poſt lapſum æmuli virginum.

2. Reg. 20. Dauid poſt inceſtũ Abſalonis continens permanſit.

Vis pœnitentiæ ad reparandã vitæ honeſtatem.

Apoca. 2. Pœnitentia, priorũ virtutum reparatrix.

16. Enimverò, vt idem Bacchiar. animaduer- C tit: *Innumerum populum vidiſſe ſe dicit Ioannes, qui in tribulatione lauerunt ſtolas ſuas, & candidas eas fecerunt in ſanguine Agni; quem tamen nos numerum pœnitentium eſſe ſentimus, qui per tribulationem planctúmque ſaluati ſunt.* Igitur ſi virgines niueo ſuæ pudicitiæ renident amictu, vtique continentes etiam per pœnitentiam mundati; & per ſanguinem Domini IESV in ſacramentis abluti, non modò niuem ornatu ſuo imitantur, ſed etiam longè ſuperant: iuxta illud; quod pœnitens ille a Domino implorabat, tandémque impetrauit: *Aſperges me Domine hyſſopo, & mundabor; lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.* Pſal. 50. Lauabis ſcilicet per pœnitentiam. *Tu enim Domine potens es peccatum piceum, in lacteum candorem transferre, fuligineúmque hebenum in cryſtali fulgorem conuertere.* D Sic Hieron. *Per hyſſopum ſignificatur* (ait S. Greg.) *humilitas Chriſti.* Sed quid illud? Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor? reſpondet idem Greg. *Quemadmodum corpus aqua lauas à ſqualoribus ſordidum: ita gratia ſancti Spiritus animam purgat à maculis peccatorum. Et ſuper niuem dealbabor: Quia nulla pulchritudo, quæ ineſt corpori, valet decori ſanctæ animæ comparari.* Porrò per hyſſopum S. Auguſt. Baſil. Greg. Chryſ. Bern. intelligunt humilitatem, quæ quidem abſtergit animæ ſuperbiam, & per pœnitentiam decorem, & nitorem inducit inſtar niuis, hoc eſt, innocentiæ velut æmulatorem. Quo in ſenſu ita S. Bernard. *Decor animæ humilitas eſt, & hyſſopo humilis herba, & pectoris purgatiua humilitatem ſignificante, ſe poſt grauem lapſum Rex* E *& Propheta lauare confidit; & ſic niueum quendam innocentiæ recuperare candorem.* ſer. 45. in Cant.

Bacchiar. Pœnitentiũ candidus amictus.

Pſal. 50. Pœnitentes candido ſuper niuem amictu ornati.

D. Hier.

S. Gregor.

Anima per pœnitentiã pulchritudo ſuperat omnem decorẽ.

S. Aug. S. Baſilius. Gregor. Chryſ. Bern.

S. Bern.

Humilis pœnitentia recuperat innocentiæ candorem.

17. Aſpergimur hyſſopo humilitatis & mundamur, quia ſicut per ſuperbiam cadimus, ita per humilitatem reſurgimus; & ſicut ſuperbia initium eſt, & origo omnis peccati; ſic humilitas parit pœnitentiam, quæ peccati veniam Deíque gratiam promeretur. Humili ergo pœnitentiâ (hyſſopo ſignificatur) confidit Propheta lauare ſe; & niueum quendam (vti dixit Bern.) innocentiæ

Partus humilitatis pœnitentia.

Humilis pœnitentia Deo tam accepta, quam innocentia.

centiæ recuperare candorem. Sic enim accepta eſt humilis pœnitentia peccatoris, vt illius, qui nunquam deliquit, innocentia; támque ſpecioſus Dei oculis iuſtus poſt humilem pœnitentiam apparet, quam fuerat ante peccatum iuſtus, & innocens. Cedit hoc in laudem humilitatis, de qua tamen illud optimè animaduertit idem Bernard.

D. Bern. Humilitas & innocentia duplex candor.

Verùm in eo, qui grauiter peccauit, etſi amanda non tamen admiranda humilitas. At ſi quis innocentiam retinet, & nihilominus humilitatem iungit: nonne is tibi videtur geminum animæ poſſidere decorem? Sancta Maria ſanctimoniam non amiſit, & humilitate non caruit: Et ideò concupiuit Rex decorem eius. Pſal. 44. *Quia humilitatem innocentiæ ſociauit.* ibid.

B. Maria cũ ſumma innocentia ſimul humilitas ſumma.

18. *Mutata veſte.*] Ioſeph educto è carcere, è vinculis libero mutatur veſtis; illâ priori quam in ergaſtulo habuit, ſordidâ, lacerâ, ſeruili prorſus abiectâ, induitur aliâ nouâ, ſpecioſâ, viro ingenuo, & aulico dignâ; quâ bonus ille pater filium, quem receperat, ſtolâ induit. Luc. 15. Quo cœleſti amictu pœnitens à Deo, cùm recipit gratiam, exornatur: vocat *Iſaias pallium laudis.* Dicit quidem Dei filius ſe miſſum à Patre, vt *mederetur contritis corde, vt conſolaretur lugentes, & daret eis pallium laudis.* Iſai. 61. legunt L X X. *habitum gloriæ.* S. Hieron. interpretatur, *ſtolam mundiſſimam*, videlicet gratiam: quæ datur pœnitentibus ex meritis Chriſti Domini; eſt pallium laudis, quo peccator ita ſuam operit ignominiam, vt deinceps, ne nomen quidem peccatoris, ſed iuſti, & amici, & filij apud Deum habeat, pallium laudis, eraſis quidem per pœnitentiam; atque obliteratis ignominiæ titulis; vitæ ſcilicet anteactæ flagitiis, mille ſtemmata honoris, & laudis induxit pœnitentia. Operit quidem charitas, quam ſcilicet, vel formaliter (vti loquuntur Theologi) vel virtute continet pœnitentia, multitudinem peccatorum. Profectò nullus eſt in toto humano genere Sanctorum, quos pallio iſto laudis Deus ornauerit; qui aliquando ſordidum ignominiæ pallium non geſtarit. Quis enim ſaltem originali peccato non habuit animam inquinatam?

Luc. 15. Gratia data pœnitentibus pallium laudis.

Iſai. 61.

Pœnitens amittit nomen peccatoris.

Sordido amictu nullus ſanctorum caruit.

19. Vna illa Virgo ſanctiſſima Dei mater pallium laudis ſine pœnitentia, quâ nunquam egere potuit, à Deo accepit innocentiam, videlicet, atque perfectiſſimam mentis, & corporis puritatem quam proinde contuens Deus ipſe admirans pariter, amánſque dixit: *Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.* Cant. 4. Mundam ſcilicet animâ, & corpore veſtem habuit Virgo benedicta, quam nulla, vel macula peccati actualis, & originalis, vel carneæ voluptatis, non dicam inquinare, ſed vel attingere potuit. Virgo quidem illa eſt, de qua cecinit cœleſti ſuo illo epithalamio Propheta: *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate.* Pſal. 44. Reliqui omnes filij Adam, vtpote in peccato concepti, apparent in rerum natura nudi omni virtutis, diuinæque gratiæ amictu, & ſpurcam, maléque olentem præferunt veſtem originalis reatus; atque adeò inuiſi, inimicíque Deo ad illius ſiniſtram abiiciuntur, vtique damnandi in ſempiternum exilium, niſi illo infeliciſſimo habitu exuantur. Vna in toto noſtro genere beatiſſima Virgo; quam Deus ſibi matrem iam inde ab omni æternitate delegerat, ipſo ſtatim ſuæ conceptionis, vitæque momento, *aſtitit ad dexteram Dei*, videlicet Deo grata, Dei amica; vtique Regina mundi, & mater Dei: *in veſtitu deaurato*, ſtolam quidem præferebat non modò ab omni macula immunem, & puram, ſed etiam auro charitatis, & gratiæ diuinæ refulgentem. Nam quod hic locus intelligatur de Virgine Dei matre, docent S. Athanaſ. S. Alphonſus, Pſellus, Hugo de S. Vict. Card. Hugo, S. Thom. Galatin.

Cant. 4. Immunis ab omni macula corporis & animæ S. Maria.

Pſal. 44. Omnes naſcimur nudi amictu, ſqualidi, fœtidi ex originali reatu.

B. Maria conceptionis momento pura, ornata, regina Deo grata.

S. Athan. S. Alphonſ.

20. Deinde illud: *In fimbriis aureis:* legit S. Hieron. *faſciis aureis veſtita eſt*; alij, *ex veſtibus aura ocellatis indumentum eius, circumamicta varietatibus:* legit Hieron. *faſciis aureis veſtita eſt, in ſcutulatis ducetur ad Regem.* Ipſo videlicet conceptionis momento gratiæ Virginem conceptam, ac velut faſciolis caritatis, & virtutum aureis inuolutam Deo futuro illius filio præſentauit. Erant etiam ocellis diſtinctæ faſciæ Virginis, in quam ſcilicet omnium Dei, Angelorum, & hominum oculi ad amorem pariter, & admirationem, intenderentur. Erant faſciæ ſcutulatæ, tota ſiquidem circummunita ſcutis, vt omni peccato tam originali, quàm actuali, omníque tentationi, prauæque ſuggeſtioni eſſet impenetrabilis. Sed ô admirabilem quoque felicitatem eorum, qui ſeipſos pietati Virginis Deiparæ deuouerunt! Confidant, viuant ſecuri ſub protectione matris Dei, ad eam confugiant; ſub illius velo tuti conquieſcant: eſt illud ſcutulatum; circundatur vndique ſcutis Dei matris, qui ſub vmbra illius piè rogans, ſanctéque viuens requieſcit. Igitur ô clementiſſima Domina; quando totam oculis amictam te gratia, vtique in noſtram gratiam, concepit, Deóque præſentauit; tuos iſtos miſericordiæ oculos ad nos conuerte: præſentem te videntémque, ac miſericorditer fauentem, opportunéque opitulantem noſtra multiplex habeat miſeria, & indigentia; & quam per ipſos faſciarum oculos veluti feneſtras intùs irradiare conſpicimus, auream caritatem; expande rogo illam, vt illius aureo velamento noſtrorum ſcelerum occultata turpitudo Dei filij tui oculos non offendat, iuſtitiam non laceſſat, iram non ſuccendat.

Pſal. 44. S. Hier. Conceptam B. Mariam virtutibus ornatã Deo filio gratia præſentauit.

B. Maria omni peccato & tentationi impenetrabilis.

Secura pietas erga B. Mariam.

Implorãtur auxilium, fauor, & protectio B. Mariæ.

21. Ioſeph eductus è carcere, in regiam inductus, à Rege mirificis cumulatus honoribus, typus eſt ſanctiſſimorum martyrum, qui pro Chriſti fide conſtricti vinculis, in ergaſtulis afflicti, laniatíque, tandem inde ad extremum agonem martyrij, quo nihil illis aut iucundius erat, aut glorioſius eſſe poterat; atque adeò in ſempiternæ gloriæ felicitatem educti conuolarunt. Carcerum ad martyria præludium antiquis habebatur; vti milites Chriſti detentos in vinculis admouet Tertull. ita ſcribens; *Voluit vos Dominus ante diem agonis ad duriorem tractationem à liberiore conditione ſeponere, vt vires corroborarentur in vobis,* ad exemplum ſcilicet pugilum, & athletarum; qui antequàm cum aduerſario deſcendant in arenam, priùs ſeſe duriter ac fortiter exercent. *Vt robore ſcilicet* (ait idem) *ædificando vacent, continentur à luxu. Et quantò plus in exercitationibus laborauerint, tantò plus de victoria ſperant.* Non quidem martyria, non rerum maximarum eduntur facinora ſine durioris vitæ, Chriſtianæque mortificationis diligenti exercitio, acrique ſtudio. Quare optimè colligit: *Nemo miles ad bellum cum deliciis venit. Virtus duritiâ extruitur, mollitiâ deſtruitur.* lib. ad martyres cap. 3. In carcere vinculis carneæ mortalitatis detinentur viri ſancti expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei; tondentur deinde, & veſtibus mutantur; cùm in reſurrectione omnis humanæ infirmitatis ſuperfluitas abſcinditur ab eis, & induti veſte immortalitatis præſentantur cœleſti Regi, ab eo ſcilicet vocati: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi.* Matth. 25.

Ioſeph martyrum typus.

Tertull. Carcer præludiũ martyrij.

Tertull. Sine mortificatione nihil magnum in vita Chriſtiana fit.

Tertull.

Laborioſa iuſtorum vita.

Matth. 25.

22. Maxi

22. Maximè verò Ioſeph Chriſtum Dominum hic & alibi præfigurauit, qui tribus diebus, & noctibus iacuit mortuus in ſepulchro: *Atque* (vti

S. Proſper.

animaduertit S. Proſper.) *poſt duos annos tertio incipiente de carcere educitur Ioſeph: & noſter Ioſeph Chriſtus Dominus die tertio à mortuis reſurrexit.* lib. de promiſſ. & præd. Ad Regem Ægypti pincerna detulit de Ioſeph vt è vinculis eriperetur: de Chriſto, qui pro nobis crucifixus iacuit in ſepulchro Propheta ſic æternum Patrem alloquitur: *Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud.*

Abachub 3. Chriſti reſurrectio. D. Hier.

Abachub cap. 3. Symm. legit *Renouſſica. De reſurrectione* (inquit S. Hieron.) *Saluatoris intelligi poteſt, vt ille qui pro nobis mortuus eſt, conſurgat a mortuis, & viuificetur.* Deſcendit quippe Sanctiſſima Chriſti anima ad inferos, ſed tamen vt victrix ad terrorem, non vti damnata ad ſupplicium. Qua- B

Iob 28.

re vt habetur Iob cap. 28. *Perditio, & mors dixerunt: Audiuimus famam eius:* eius, nimirum ſapientiæ, de qua ibi ſermo eſt: hoc eſt, Dei filij Chriſti I E S V, quem ſcilicet infernus & mors, etſi deglutierunt; ſic breui tameo ſpatio, ac ſi ſolam illius famam aceeperint, ſicuti de curſoribus, qui

Victor triũphans è ſepulchro exiit Chriſtus Dominus.

velociſſimè pertranſeunt, dicere ſolemus. Territi infernus, mórſque ad ingreſſum victoris ingemuerunt: cæterùm illi, quos ſuo in carcere detinebant, ad reſurrectionem Domini cum cœleſtibus ſpiritibus exultauerunt, iuxta illud Prophetæ. *Dedit abyſſus vocem ſuam, altitudo manus ſuas leuauit.*

Abach. 3. D. Hier.

Abachub 3. *Laudauerunt te* (exponit S. Hieron.) *inferi, & ſuperi, id eſt, Angeli in plauſum ſuis manibus concreparunt, vt victorem te demonſtrarent.* C

23. Detonsâ igitur noſtrâ mortalitate noſter Ioſeph Chriſtus Dominus; tam incredibili pulchritudine ſuum illud corpus, quod paulò ante lacerum, ac mortis tenebris inuolutum iacuerat

Admiranda Chriſti reſurgentis pulchritudo. Abach. 3.

in ſepulchro: formoſum, ſpectandúmque mundo prætulit, vt vel ipſa cœli lumina perſtringere videretur. Sequitur enim: *Sol, & luna ſteterunt in habitaculo ſuo: eleuatus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo.* Abachub 3. videlicet quem obſcurati ad paſſionem, & mortem Domini amiſerunt, illo reſur-

D. Hier.

gente priſtinum (vt loquitur Hieron.) recepere fulgorem. Vel etiam ſignificatur admirãda Chriſti reſurgentis pulchritudo, ad quam contuendam obſtupefacti, ſuo interim curſu intermiſſo, luna, ſólque conſtiterunt, & ex Domini ſplendoribus vberiorem ſibi lucem hauſerunt. Suſcepit æternus Pater filium deuictis iam hoſtibus in triumpho reſurgentem, vti Ioſephum ex ergaſtulo eductum. *Me autem* (inquit ipſe) *propter innocentiam ſuſcepiſti, & confirmaſti ſuper me manũ tuam.* D

Pſal. 40. S. Ambr. Nullam è terris labem Chriſtus contraxit.

Pſal. 40. *Suſcepit Deus filium* (declarat S. Ambroſ.) *reſurgentem, quia nulla enim offenſie prolapſionis aſperſit; immaculatus ad patrem redijt, à quo immaculatus exiuit, quando deſcendit in terras.* Etſi in carcere, inter peccatores verſatus; nullam carceris, hoc eſt, terrenæ vitæ labem, nullúmque ex hominum, quibuſcum agebat, conſuetudine vitium contraxit. Sic *à Patre accepit omnem poteſtatem, in cælo, & in terra.* Matth. 28. mundumque ipſum gratiſſimo ſuarum gratiarum rore perfudit, vti præ- E

Chriſtus reſurgens mũdum luce illuſtrauit, rore perfudit. Oſeæ 6. Pſal. 24.

dixerat Propheta: *quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus eius; & veniet quaſi imber nobis temporaneus, & ſerotinus terræ.* Oſeæ 6. *Quaſi mane, & aurora* (declarat S. Hieron.) *paratus eſt nobis Dominus, de quo & Pſal. 21. titulus eſt. Pro aſſumptione matutina; & in Hebr. pro ceruo matutino: Eo quòd interfecta morte, & tortuoſo, antiquóque ſerpente, cupiat ad montana conſcendere, & ipſe tenebris diſſipatis oritur nobis ſol* A *iuſtitiæ; qui non ſolùm mane vocatur, & aurora, & diluculum; ſed venit nobis quaſi imber temporaneus & ſerotinus terræ.* Sol Chriſtus Dominus, qui illuminat mane; quo excitantur, qui dormierant; im-

Chriſtus nobis ſol, imber, ros.

ber temporaneus; quo naſcuntur; ſerotinus quo adoleſcunt, & flaueſcunt ſegetes; ros, quo reſperſum prauarum appetitionum incendium reſtinguitur; quo tellus animæ floribus veſtitur, & fructibus virtutum locupletatur.

SECTIO III.

Cui ille ait: Vidi ſomnia, nec eſt qui edisſerat: quæ audiui te ſapientiſſimè conijcere. Reſpondit Ioſeph: Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni. Narrauit ergo Pharao quod viderat: Putabam me ſtare ſuper ripam fluminis, Et ſeptem boues de amne conſcendere, pulchras nimis, & obeſis carnibus: quæ in paſtu paludis vireta carpebant. Et ecce, has ſequebantur aliæ ſeptem boues in tantum deformes & macilentæ, vt nunquam tales in terra Aegypti viderim; Quæ, deuoratis & conſumptis prioribus, Nullum ſaturitatis dedere veſtigium: ſed ſimili macie & ſqualore torpebant. Euigilans, rurſus ſopore depreſſus, Vidi ſomnium: Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque pulcherrimæ. Aliæ quoque ſeptem tenues & percuſſæ vredine, oriebantur è ſtipula: Quæ priorum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coniectoribus ſomnium, & nemo eſt qui ediſſerat. Reſpondit Ioſeph: Somnium regis vnum eſt: quæ facturus eſt Deus, oſtendit Pharaoni. Septem boues pulchræ, & ſeptem ſpicæ plenæ, ſeptem vbertatis anni ſunt: eandémque vim ſomnij comprehendunt. Septem quoque boues tenues atque macilentæ, quæ aſcenderunt poſt eas, & ſeptem ſpicæ tenues, & vento vrente percuſſæ: ſeptem anni venturæ ſunt famis. Qui hoc ordine complebuntur: Ecce ſeptem anni venient fertilitatis magnæ in vniuerſa terra Aegypti: Quos ſequentur ſeptem anni alij tantæ ſterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia: conſumptura eſt enim fames omnem terram, Et vbertatis magnitudinem perditura eſt inopiæ magnitudo. Quod autem vidiſti ſecundò ad eandem rem pertinens ſomnium, firmitatis indicium eſt, eo quòd fiat ſermo Dei, & velocius impleatur.

1. PRæſentatus Regi (vti vidimus) ab aulicis iam decenti veſte amictus, deterſaque illuuie carceris Ioſeph, apparuit valde quidem non tam veſtium elegantiâ, quàm oris ſpecie, grauique modeſtiâ ſpectandus. *Rex igitur* (vti ſcribit Philo Hebr.) *primo aſpectu iudicans hominem inge-*

In facie apparent notæ ingenij, animique.

nuum, & honeſtè natum; elucent enim in ipſa facie notæ ingenij, & animi hominum, non omnibus tamen conſpicuæ; ſed ſolis perſpicacis mentis oculos habentibus. Præſagit (inquit) *mihi animus non ſemper in obſcuro & operto fore quòd tegitur ſomniorum ambagibus: præ ſe fert enim hic iuuenis ſapientiam, qui veri-*

tatem

tatem tanquam lumen tenebris inferens aperiet, & ſuâ ſcientiâ noſtratium ſophiſtarum inſcitiam deteget, atque abiget. hæc Philo lib. de Ioſeph. ſtatim ergo Rex ſibi ex ipſo adoleſcentia aſpectu certam ſui ſomnij expoſitionem promiſit. Pulchriùs adhuc eandem rem ita diſcurrit Ioſephus: *Confeſtim iuuenem accerſitum Rex, manúque apprehenſum comiter his verbis alloquitur: Bone iuuenis quandoquidem te prudentem iudicio famuli mei agnoui, enarra ſomniorum meorum præſagia, quemadmodum illi prudenter ac verè narraſti, rem gratiſſimam facturus mihi.* Cæterùm quia veritas odium parit, maximè verò principes ſuæ voluntati contrariam audire nolunt veritatem, prudenter hic Rex omnem adimit coniectori ſuo metum, ne videlicet aperire quicquid ſomniorum tegitur inuolucro, refugiat. *Caue autem* (adiungit) *vel metu quicquam ſupprimas, vel ad gratiam, ac voluptatem loquaris; ſed vera omnia, etiamſi fortaſſe non læta, nec grata mihi futura, liberè ac fidenter eloquere.* hæc Ioſephus lib. 2. cap. 4.

Ioſeph.

Boni principes amant veritatem audire.
Ioſeph.

A

B

2. Pauci quidem principum ſunt, qui ſic ſubditos ad vera loquendum inuitent, & qui vera, quàm falſa malint audire: Millies ab illa Domini ad Regem Ægypti legatione ſe Moyſes excuſauit: *Quomodo audiet me Pharao?* Exod. 3. nimirum ex intima illa cum Deo familiaritate didicerat Moyſes amare veritatem, & non niſi vera loqui; cùm tamen in aula Regum nihil æquè inuiſum alienúmque habeatur atque veritas. Recuſabat Moyſes Pharaoni loqui: *Neſciebat enim* (inquit Philo) *niſi veriſſima loqui.* lib. de Moyſe, quod quidem poſtea, tametſi diſplicuit Regi; placuit tamen & Satrapis, & aulicis, quòd ſcilicet auſus fuerit Regi vera licèt iniucunda nunciare. *Indignatus enim Rex ante plagarum extremam comminatur Moyſi: Ne vltra videas faciem meam, quocunque die apparueris mihi morieris.* Exod. 10. quia verò Moyſes ne mortis quidem interminatione Regi veritatem ingerere vnquam deſtitit; idcircò apud omnes ſummam promeruit laudem; ſcribitur enim: *Fuit Moyſes vir magnus valde in terra Ægypti coram ſeruis Pharaonis, & omni populo.* Exod. 11. id eſt (explicat Lyra) *reuerendus, & timendus propter quod coram Pharaone loquebatur conſtanter, & abſque timore.* Hoc etiam inter alia complura vitium habebat impiiſſimus Achab Rex Iſraël, vt nemo, quæ vera ſed iniucunda forent, homini ſuggerere auderet. Igitur vnus ex Prophetis, vt audiri poſſet à Rege, *mutauit aſperſione pulueris os, & oculos ſuos, & clamauit ad Regem*, 3. Reg. 20. apertâ facie non audet etiam Propheta inſuauem Regi veritatem Dei iuſſo proferre; atque vt liberiùs hoc præſtaret, faciem ſanguine puluereque conſperſam mutauit. *Erat enim reprehenſurus Regem, & ſententiam in eum dicturus*, vti animaduertit S. Chryſoſt. Reſpuitur veritas, conflátque inuidiam, & furorem excitat principum, ſi nudam ſe apertámque oſtentet; quare immutet faciem, perſonatáque appareat neceſſe omninò eſt. Et quidem Rex Achab, vbi primùm Prophetæ faciem abſterſit, luculentámque ipſam Dei nomine veritatem nunciauit: *Reuerſus eſt Rex in domum ſuam audire contemnens, & furibundus.* ibid. *Fuit Achab* (declarat Abulenſ.) *valde furibundus, eò quòd Propheta dixerat ei aliquid quod erat contra intentionem ſuam. Nam voluerat quod factum ſuum à nullo reprobaretur. Contemnebat autem audire ſcilicet, quia poſtquam ſemel audiuit, poſteà noluit audire ea, quæ dicebat Propheta; ſed contempſit illa tanquam nihil eſſent.* Indignantur principes, ſi ſuum

Exod. 3.
Falſa quàm vera malũt Reges audire.

Philo.
Iuſſus niſi verè loqui neſcit.

Exod. 10.
Generoſi & excelſi animi eſt qui Regi audet vera loqui.

Exod. 11.
Lyra.
Moyſes magno titulo inſignitus quia vera Regi auſus loqui.

3. Reg. 20.
Iniucunda Regi veritas ſi nuda.

D. Chryſ.

3. Reg. 20.

Abul.
Indignatur Rex contra verum nunciantes.

C

D

E

viderint imperium detrectari, voluntatémque, ſeu potiùs cupiditatem impediri; putant nimirum ſibi licere quicquid libet. Vera quidem paulò poſt euentura Deus reuelabat per ſomnium, non in vigilia Regi. At Deus per ſomnia Regibus loquitur quia dum vigilant, nec locum, nec tempus, nec auditum præbent Deo loquenti. Sic rebus humanis, & caducis intenti ſunt; ſic cœleſtium immemores nec Deum curant, nec apertam veritatem admittunt.

Deus per ſomnia Regibus loquitur.
Reges de cælo, ac de Deo non curant.

3. *Abſque me Deus reſpondebit.*] Rex igitur Ioſepho; quem & de fama, & facie ipſa egregium iudicabat coniectorem, ſua illa duo ſomnia, vti habuerat, ordine aperuit; quæ quidem ſatis in contextu claris deſcribuntur verbis, & nos iam ſuperiùs explicauimus: operæ tamen pretium erit præmittere, quæ nam fuerit exiſtimatio Regia de Ioſeph; ſcilicet non credebat Rex hominem eſſe velut aliquem diuinum vatem; qui diuino afflatus ſpiritu, tanquam Propheta præcognoſceret, & prædiceret futura, putabat tamen hominem ſolertiſſimum, atque ſagaciſſimum, qui per idoneas atque probabiles coniecturas acutè diſpiceret ſomniorum ſignificationes, & prudenter interpretaretur: iuxta veterem ſententiam, quæ refertur à Marco Tull. *Qui benè coniicit, hunc tu vatem optimum perhibeto.* lib. 2. de diuin. Et quidem hæc Pharaonis de Ioſeph exiſtimatio, videtur multa per ſecula perduraſſe, iuxta quam ſcripſit Trogus Pompeus lib. 36. (vti breuiator illius Iuſtinus latinè reddidit) ad hunc modum: *Venditus à fratribus Ioſeph & deportatus in Ægyptum, cùm magicas ibi artes percepiſſet, breui ipſi Regi percarus fuit. Nam & prodigiorum ſagaciſſimus erat, & ſomniorum primus intelligentiam condidit; nihilque diuini iuris, humanique ei incognitum videbatur, adeo vt etiam ſterilitatem agrorum ante multos annos præuiderit, periſſétque Ægyptus fame, niſi monitu eius Rex edicto ſeruari per multos annos fruges iuſſiſſet; tantáque experimenta eius fuerunt, vt non ab homine, ſed à Deo reſponſa dari viderentur.* Qui vti ethnicus diuinæ veritatis lumine carens ſapientiam huiuſmodi ſomniorum explicatricem, quæ in Ioſeph fuit non diuinæ reuelationi, ſed partim magico, partim ſolerti ingenio adſcribendam eſſe voluit.

Mar. Tull.
Vates qui & coniector, apud antiquos.
Trogus.
Iuſtinus.
Ioſeph celebris coniector apud antiquos.

4. Siniſtram ergo iſtam Regis opinionem intelligens Ioſeph, vt eam à ſe amoueret, reſpondit: Abſque me Deus reſpondebit proſpera Pharaoni. Senſus eſt: non mihi arrogo hanc ſapientiam, vt ex me ipſe interpretari poſſim iſtiuſmodi inſomnia: neque verò etiam quicquam magicum aut caldeo, aut externo, vt à maligno aliquo ſpiritu ſomniorum accipiam interpretationem: ſolius Dei eſt hoc opus: ille quidem per me tanquam per organum ſuum declarabit tibi, ô Rex, quæ faciunt ad regni tui ſalutem. Contendit itaque Ioſeph eam interpretationem ex reuelatione totam pendere, quâ ſcilicet ipſe afflatus veram ſomniorum proferret ſignificationem. Hunc ſenſum Chald. expreſſit ita reddens hunc locum: *Non ex mea ſapientia, ſed à facie Domini reſpondebitur pax Pharaonis.* LXX. vertunt: *Sine Deo non reſpondebitur ſalutare Pharaoni.* Symmach. apertiùs transfert. *Non ego, ſed Deus reſpondebit pacem Pharaoni.* Hinc igitur duo colliguntur, & quod Ioſeph declarat ſe non more aliorum coniectorum, ſed ex Dei reuelatione ſomnia illa interpretaturum: Et quod anteà ſciuerit per diuinam reuelationem, quale ſomnium accidiſſet Regi; & quid ſignificaret in futurum: idcircò enim, iam fidẽter

Fidelis Dei ſeruus nihil boni arrogat ſibi.

certóque

A

certóque dixit Regi, ſomnio illo præmonſtrata eſſe Regi, quæ illi proſpera eſſent euentura. Fidelis Dei ſeruus Ioſeph, qui nihil ſibi magnum arrogat, ſolíque Deo illam interpretandi ſcientiam, non ſuam, ſed Dei ſolius ingenuè fatetur.

Deus ſui honoris zelotes.

5. Enimverò cùm Deus in omnibus erga hominem ſit magnificentiſſimus; at circa tamen ſuum honorem ita (liceat dicere) cenſetur auarus, vt prorſus nolit boni quicquam quod agimus, nobis, ſed illi acceptum referatur. Decreuerat aliquando, vti Goliath ille carneum monſtrum à puero Dauid in ſingulari certamine, in oculis duorum exercituum hinc inde proſpectantium perimeretur. Igitur ne vel armis Regis Saulis, quibus indutus Dauid procederet in arenam, vel pugnandi dexteritati bellicæque virtuti Dauid victoria tribueretur; ſic rem ipſam diſpoſuit, vt armatus Dauid regiis armis, quæ nunquam induerat, non poſſet incedere; nec niſi nudus omni armorum genere, paſtor ſolâ fundâ iacturus lapidem obuiam iret giganti: armato & bellatori; quem ſaxo in frontem infixo tandem proſtrauit. Quod S. Chryſoſt. ita expendit: *Saul ei arma porrexit, verùm Dauid ea geſtare minimè poterat. Nimirum Deus id omnino permiſit, vt ſcilicet nudus victoriam adipiſceretur: ne arma res feliciter geſtas, ac victoriæ partem ſibi vindicarent: Réxque victoriam armis ſuis adſcriberet. Arma itaque abiecit, ac fide ſe induit: nudus egreditur, pietate, ſiquidem loricâ inſtructus egreditur paſtor, non miles.* homil. 1. in Pſal. 50. Scribitur 1. Reg. cap. 17. admirabilis hæc hiſtoria, vbi Dauid ſolo Dei nomine armatus, ſolâ Dei fiduciâ munitus, Gigantem puer, bellatorem paſtor aggrediens dicit: *Ego venio ad te in nomine Domini; quia non in gladio, nec in haſta ſaluat Dominus.* ibid.

1. Reg. 17.

Inermis paſtor contra gigantem Dei ſolius virtute cõparat victoriam.

S. Chryſ.

1. Reg. 17.

B

6. At hic tantus vir Prophetarum clariſſimus, Rex à Deo creatus, homo vtique ſecundùm cor Dei, ad ſolum aſpectũ mulieris telo diaboli transfixus turpiter cecidit. Vnde hoc? Forte quia nimium in ſe confidens aliquando dixit: *Ego dixi in abundantia mea: non mouebor in æternum.* Pſal. 29. In proſperitate, felicitate, quiete, vel iuxta Chald. confidentia; quod quidem potiùs de felici ſtatu virtutis; quàm proſperitatis mundanæ debet intelligi. Confidebat Dauid ſuis viribus, ſtudióque nunquam ſe de diuinâ gratiâ, in quâ ſtabat, caſurum; & icciréò videtur ſuam appellare abundantiam, non Dei, cuius eſt quòd homo in bono perſeueret; quam ſuam nimiam confidentiam habuit peccatorum primus Adam in paradiſo, vt S. Baſil. hoc loco adnotauit: *Et Adam* (inquiens) *hoc in paradiſo ante ſeductionem conſtitutus ſperabat; & Ezechias cùm victor eſſet Aſſyriorum; quod manifeſtè lib. Paralip. docet cùm cor Ezechiæ Regis eleuatum dicit.* Porrò de Ezechia poſt admirabilem illam ab Angelo factam Aſſyriorum, qui Ieroſolymam obſidebant, internecionem, ſcribitur: *non iuxta beneficia, quæ acceperat, retribuit; quia eleuatum eſt cor eius; & facta eſt contra eum ira.* lib. 2. Paral. cap. 32. perſtringitur iactantia Regis, & ſuperbia; *Quippe ſuis meritis* (vti ſubnotauit Lyra) *malum tribuit.* Cæterùm ne ſuæ temeritatis, & ingratitudinis meritas exolueret pœnas, ad ſe deinde rediens debitam Deo prætulit humilitatem; ſequitur enim: *Humiliatúſque eſt poſteà eò quòd exaltatum fuiſſet cor eius, & iccircò non venit ſuper eum ira Dei.* ibid. *Scilicet ad argutionem Iſaiæ Rex humiliatus eſt,* vti animaduertit Lyra.

Pſal. 29. Variâ ſui confidentiâ Dauid cecidit in adulterium.

C

D. Baſil. Multos de virtute ſui vana confidentia deturbauit.

D

2. Par. 32. Hominis iactantia punitur.

Lyran.

E

Humiliatus iram Dei à ſe auertit.

7. Meritò igitur Propheta multis, magníſque à Deo beneficiis affectus decantabat: *Non nobis Domine, non nobis, ſed nomini tuo da gloriam.* Pſal. 113. quid enim boni habemus, quod à Deo non ſit? *Gratia iſta* (inquit hoc loco S. Auguſt.) *erumpentis aquæ de petra; petra autem erat Chriſtus, non quaſi ex operibus præcedentibus data eſt: ſed miſerante illo, qui iuſtificat impium. Etenim Chriſtus pro impiis mortuus eſt, ne vllam ſuam homines ſed nominis Dei quærerent gloriam.* Præmiſerat quidem Dauid: *Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.* Pſal. 113. Itaque Chriſtus Dominus & petra eſt; vnde aquæ gratiarum & bonorum omnium erumpentes rigant Eccleſiam fidelium; & ipſemet eſt, qui aquas extrahit è petra, ſcilicet ex ſua bonitate gratiáque, non ex noſtris meritis, qui mortui eramus, facit erumpere quo irrigamur, potamur, abluimur. Igitur: *Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam, & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius.* Pſal. 95. Neque tantùm voce, ſed etiam vitâ honorandus laudandúſque à nobis Deus eſt. *Quando enim* (inquit hoc loco S. Hieron.) *honoramus Dominum in corpore noſtro, glorificatur Dominus in nobis: gloria ſerui, gloria Domini eſt. Felix ſeruus, propter quem Dominus gloriatur.* Sequitur: *Tollite hoſtias vos ipſi* (declarat S. Hieron.) *eſtote hoſtia: corpore ſcilicet, & animâ Deo integri ſacrificamur; cùm toti quanti ſumus in Dei obſequium impendimur.* Igitur (vti ad hunc locum ait S. Aug.) *non nomini hominum, non nomini noſtro, ſed nomini Domini afferamus gloriam.*

Pſal. 113.

S. Aug. Deo gloria, non nobis danda.

Pſal. 113. Chriſtus ſe gratiarum gratis rigat.

Pſal 95. Voce & vitâ honorandus à nobis Deus.

D. Hier.

Hoſtia Deo fit, qui totus in Dei obſequium impenditur.

S. Auguſt.

8. Hoc illud eſt, quod fidelis Dei ſeruus Moyſes à Domino expoſcebat: *Oſtende mihi gloriam tuam,* Exod. 33. non quidem gloriam beatificæ viſionis, ſed honorem Dei apud homines, vt ab omnibus honoretur, nec aliquid in ipſo Moyſe, vel in quolibet alio ſit, quod in Dei gloriam non referatur, hic enim videtur ſenſus à Caiet. ad hunc modum elici. Hebr. *Fac videre me nunc honorem tuum. Non habetur hîc, quòd petatur viſio perſonæ, quæ honoratur abſolutè, ſed quatenus honoratur: proinde, non petit Moyſes videre Deum ſicuti eſt; ſed petit videre Deum ſecundùm quod honoratur. Nunc, id eſt, in præſenti vita ad differentiam ſperatæ in alia vita felicitatis;* ita Caiet. Gloriam meam inter homines (ait Moyſes) ô Domine haud curo; tua mihi ſolùm eſt curæ, videam te Domine Deus (quod vnum in votis habeo) ab hominibus laudari, & honorari; hæc mihi nunc; quoad viuam, ſumma eſt felicitas: æterna verò erit tuâ facie in cœlo perfrui glorioſâ. Hanc ſerui fidelitatem in Moyſe Apoſtolus celebrat, cùm ait: *Moyſes quidem fidelis erat in totâ domo eius, tanquam famulus.* ad Hebr. 3. Nec enim ſibi Domini ſui gloriam arrogauit; quod quidem vti rarum; ſic prædicandum cenſet alibi idem Apoſt. *Hic iam quæritur inter diſpenſatores, vt fidelis quis inueniatur.* 1. Cor. 4. *Hoc eſt* (declarat S. Chryſoſt.) *ne res Domini ſibi vendicet, neve tanquam Dominus ſibi vſurpet, ſed tanquam diſpenſator diſtribuat, diſpenſatoris enim eſt, quæ ſunt ſidei commiſſa ſunt, ea fideliter diſpenſare, non res Domini ſuas facere, ſed contra ſuas Domini.*

Exod. 33. Gloriam & honorẽ Dei inter homines petebat Moyſes.

Caiet.

Moyſes fidelis Dei ſeruus.

ad Hebr. 3.

1. Cor. 4.

S. Chryſ.

9. Sumus itaque beneficiorum Dei, & donorum, & gratiarum quæ ab illo accepimus, cuſtodes, depoſitarij, diſpenſatores; non domini: aliena ſeruamus; aliena diſpertiri iubemur; non noſtra cuſtodimus, non noſtra largimur. Summa infidelitas, ea, quæ Dei ſunt, nobis vti propria vſurpare, aut malè diſſipare; iccircò in parabolis Euangelij vocantur talenta, quæ Rex ſuis tradidit ſeruis ad fœnoris lucrum. Matth. 25. Adiungit igitur S. Chryſ. *Non enim ſi purpuram regiam iuſſus es ſeruare, oportet vt abutaris ſtolâ, eámque coinquines, ſed multò*

Bonorum & donorum cuſtodes ſumus, non domini.

Matth. 25.

D. Chryſ.

cum

cum diligentiâ ei ſerues, qui tibi commiſerit. Deinde gratiam accepiſti? Noli te iactare; noli certa Domini tui dimittat perfidus inuenire, ſed conſeruis diſtribues. Si filios habes, Dei habes. ibid. Ita ſe Deo fidelem præſtitit S. Petrus primo illo ſuo miraculo; cùm dixit populo acclamãti ob rei nouitatem. *Quid admiramini in hoc, quaſi noſtrâ virtute fecerimus hunc ambulare* Act. 3. vbi S. Chryſoſt. *Vides quam ſit purus ab ambitione, gloriam, qua Dei erat, vrget. Sic & Daniel dicebat. Et ego non in ſapientiâ, qua erat in me.* cap. 2. *Et Ioſeph. Nónne à Deo manifeſtatio illorum?* Geneſ. 40. Et Dauid: *quando veniebat ſed & vrſus, in nomine Domini illos diſcerpebat*, tam ſeſe fideles Deo ſuo à quo multa, & magna acceperant, viri ſancti exhibebant. Cæterùm maiorem ieircò gloriam eã renunciando aſſequebantur, vti adiungit idem Chryſoſt. *Sic tamen contemptâ gloriâ magis ſe ipſos glorificabant, interim demonſtrando non humanum, ſed diuinum eſſe, quod acciderat, vt quod dignum ſit, vt ipſi admirentur cum illis, & non vt in admiratione ſint.* hom. 9. in Act. At omnium quidem, vti ſanctiſſima, ſic & fideliſſima Deo fuit, quæ cùm ſupra omne, quòd infra Deum eſt, & honorata, & exaltata eſſet, admirabili tamen humilitate pariter & pietate Dei gloriam exaltans cecinit: *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo; quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*; & infrà. *Quia fecit mihi magna, qui potens eſt.* Luc. 1.

Carentes ſerui vt Deus Dominus ab omnibus honoretur.
Act. 3.
D. Chryſ.
Dan. 2.
Mira inſtorũ fidelitas in donis Dei.
D. Chryſ.
B. Maria Deo fideliſſima.
Luc. 1.
Pſal. 59.

10. *Tollite hoſtias, & introite in atria eius.* Pſalm. 59. Sine hoſtia non licet intrare in domum Dei, iuxta illod: *Non apparebis in conſpectu meo vacuus.* Exod. 23. vacuo ſine hoſtia videlicet, non licet apparere oculis Dei; ſed quænam iſthæc hoſtia eſt? audi S. Auguſt. *Cum humili corde intra in domum Dei, & cum hoſtia intraſti. Si autem ſuperbus es, inanis intras. Nam vnde ſuperbires, niſi inanis eſſes? Nam ſi plenus eſſes, non inflareris, quomodo plenus eſſes? Si tecum tolleres hoſtiam, quam portares ad atria Domini.* in Pſalm. 95. plena Deo omnibus gratia, naturæque repleta muneribus, & incomparabili grauis humilitate in conſpectum Dei, in ipſa penetralia diuinitatis intrauit Virgo beatiſſima; nec afferri poterat in vanitatem, qua in ſummo dignitatis faſtigio humile cor gerebat, vterum Deo grauidum, animam Dei theſauris repletam. At nos (heu miſeri!) vtpote vento arrogantiæ inflati, prorſúſque inanes audemus ſine hoſtia, ſine humilitate cordis apparere in conſpectu Dei, & cùm nihil in nobis ſit, vnde non humiliemur, ipſa noſtræ vilitatis inanitate inflatos non pudet ſuperbire.

D. Auguſt.
Grata Deo hoſtia humilitas cordis.
Plena Deo ſuperbire non poterat B. Maria.
Viles homũculos nõ pudet ſuperbire.

11. Humilis ergo, veréque fidelis Dei ſeruus Ioſeph explicationem ſomniorum Regis, quã pollicetur, non ſuæ arrogat ſapientiæ, ſed diuinæ reuelationi adſcribit. Nam ſæpenumerò mortalibus Deus per ſomnium multa enunciat, quòd hîc videtur; idémque fecit Nabuchodonoſor, & ſanctiſſimo mortalium Ioſeph ſponſo Virginis Deiparæ, quem quidem hic filius Iacob præfigurauit, & cuius feſtum Catholica Eccleſia die craſtino ſolenniter per orbem celebrat. Vnde colliges falſum eſſe quod ſcripſit Marcus Tullius lib. 2. de diuinatione: *Nulla Deum mortalibus immittere ſomnia.* Narrauit Pharao ſomnia, quæ Ioſeph luculentè admodum interpretatus eſt, eo ſcilicet pacto, quo paulò ſuperiùs explicata præmiſimus. Cæterùm Pharao Propheta dicendus non eſt, maximè verò Ioſeph. Etenim repræſentatio imaginem, & ſimilitudinem, per quas figurantur, & ſignificantur futura, Prophetam non facit, ſed intelligentia iſtiuſmodi ſignificationem propriè facit Prophetam; nec ſine illâ quiſquam propriè dici poteſt Propheta; Pharao ſolam habuit repreſentationẽ, Ioſeph intelligentiam; vtramque Daniel, idcóque perfectior Propheta, vti affirmat S. Auguſt. tota hæc doctrina eſt eiuſdem Auguſt. lib. 12. de Geneſ. & S. Gregor. lib. 11. moral. ad illa verba. Ecce omnia vidit oculus meus Iob cap. 13. & S. Thom. 2. 2. q. 173. art. 2.

Interdũ Dei reuelatio fit per ſomniũ.
Tull.
Propriè Propheta & repræſentationem & intelligentiam futurorum habet.
D. Aug.
S. Gregor.
S. Thom.

SECTIO IV.

Nunc ergo prouideat Rex virum ſapientem & induſtrium; & præficiat eum terræ Aegypti: Qui conſtituat præpoſitos per cunctas regiones: & quintam partem fructuum per ſeptem annos fertilitatis, vſque ad: *circumpoſuit.*

1. EVoluit Ioſeph arcanũ illud vbertatis, deinde famis in Regis ſomnio inuolutum: illam pingues vaccæ, iſtam macræ ſignificarunt. Et prius quidem vbertas pinguium vitularum oſtẽſa fuit; quia præſentis vitæ felicitas, quâ nonnulli perfruuntur; breui quodam termino circumſcribitur, nec in alteram vitam perdurat: nam quod illa breui pertranſeat, per ſomnium ſignificata oſtenditur: Nouerint igitur felices diuites, voluptatij in hoc ſeculo ſuam vbertatem in ſterilitatem breui deſituram: vaccas ſe dici pingues intelligant. *Clamo* (inquit S. Ambr.) *vaccas illas pingues non ſolum laſciuiam, ſed etiã incurſam diuina ſignificare reuerentia, de perfidis enim dictum eſt. Tauri pingues obſederunt me.* Pſal. 21. *Et de Iudæorum populo ſcriptum eſt. Impinguatus, incraſſatus dereliquit Deum factorem ſuum.* Deut. 32. *Et ideò ſomnium illud redundantia ſecularis perpetuum eſſe non poſſe, ſed fore tempus; quo his fames dura ſuccederet.* lib. de Ioſeph cap. 1. Multos reddit rerum vbertas ſuæ conditionis oblitos; penéque in pecudes degenerare facit, vt hic per vaccas pingues ſignificentur, & à Propheta clamante nominentur: *Audite vaccæ pingues.* Amos 5. Adeò periculoſa eſt felicitas huius ſeculi.

Breui durat humana felicitas.
D. Ambr.
Pſal. 21.
Felicitas ſeculi reddit ſtupidum, & mutat in pecudem.
Deut. 32.
Amos 5.

2. Rectè igitur ſcribit S. Bern. *Quàm rarus ſemper exiſtit, qui non vel modicè in proſperitate animum relaxauerit a ſui cuſtodiâ, & diſciplinâ! quando hoc incautis non fuit ad diſciplinam, quod ignis ad cerã, quod ſolis radius ad niuem, vel glaciem? Dauid, & Salomon ſecundis rebus, alter ex parte, alter ex toto deſipuit.* lib. 2. de conſid. Certè Dauid in palatio iuſtitiã amiſit, quam in deſertis conſeruarat. Et quod animaduertit S. Ambr. *Dauid tunc melior erat, quando ſicut aranea tabeſcebat; & ſpiritus contribulatus ſacrificium Deo eſt.* Pſal. 50. *& illi praſtantiores euadunt, quos in hoc ſeculo grauibus iniuriis ſpiritus malignus exercuit.* cap. indicato. Quod quidem adeò certum eſt, vt & Eccleſia Dei inter perſecutiones robuſtior, & clarior extiterit, at in ipſa pace infirmior, & minùs ſpecioſa videatur, vt eleganter ita ſcribit S. Greg. Naz. *Nos qui ex perſecutionibus robur comparauimus, atque in vnum collecti ſumus, iidem poſteà quàm collecti fuimus, diffluximus, ac dilapſi ſumus.* orat. 14. Quamobrem egregiè colligit: *Faciliùs eſſe videtur aduerſam fortunam ferre quàm proſperam conſeruare.* ibid. Illa ſiquidem nos reddit humiles, iſta ſuperbos; in illa confugimus ad Deum, orationi inſtamus, Dei opera obſecramus, in iſta Dei prorſus cœlique obliuiſcimur.

D. Bern.
Rarus, quem proſperitas non proſtrauit.
Dauid in aduerſis melior, quàm in proſperis.
D. Ambr.
Pſal. 50.
Felicior Eccleſia in perſecutionibus, quàm in pace.
S. Gregor. Nazianz.
Faciliùs aduerſa tolerãtur, quàm proſpera cõſeruantur.

3. Igitur Ioſeph vt ex vbertate proximi ſeptennij occurreret fami venturæ in altero ſeptennio,

egregium dedit Regi conſilium: vti vir ſapiens,& prudens; ſapieos quidem in diuiois, prudens in humanis, ſiue induſtrius eligeretur; vtrûque ſcilicet babeat oeceſſe eſt, qui poblicam sem admioiſtrat vt ſapiens, prudéuſque ſit, diuioa contempletur, humana callear, tractéique, Deo familiaris, cœleſtium amator rerum, humanarom peritus. Nam qui ſecularia gubernat, ſi cœleſtia nó smet, ſi Deum non corer, in ſoperbiam vtique elatos excuſſo rationis fræno, in omnem, aut ſæuitiam tyrannus efferabitur, aut equulus ſubſultabit in laſciuiam. Sic autem tyranoo euertenda, & porco fœdaoda, eqoo proculcanda Reſpublica tradetur. Eligendus igitor iuſtus, & ioduſtrius vir, qui sem frumentariam tractet; pérque torum vbertatis ſeptennium colligat quintam patiem annonę, aut Regis pecuniâ coëmptam, ant regio publieo vectigali exactam; qoæ deiode in ſiogulis vrbibus aſſeruabitur, ad famem io ſeqoenti ſeptenoio conſecuturam.

Régenda Reip. eligatur vir iuſtus & induſtrius.

4. Sed cur non dimidium collectæ anoonæ dicit exigendam? Sufficiebat qoidem quiora pars frugum, quippe cùm famis tempore cootenti parciore victu homines; deiode quia præter frumentum à regiis miniſtris, per ſeptem illos fertilitaris annos collectom, multi etiam ſimiliter, prouidi pleoa ſibi conſtroent granaria. Prndente ita diſſerit Ioſeph vt præſens rerũ occaſio expoſcit; nec enim à Deo expectaodum eſt miraculum, vbi ſuâ poteſt homo exercere prudentiam, & exercere induſtriam, veotura eſt fames: ergo neceſſarium pareiur ſubſidium; aſſeruentur in ſterilitatem fruges, quæ in vberiate ſuperſunt. Ratione conſilióque in rebus humanis agendum eſt. Quod S. Aug. in egreſſu Hebræorum ex Ægypto, greſſúque ad terram promiſſionis oon recto quidem per terram Philiſtinorum, ſed per varios terrarum itinerúmque meandros peregrinantiom eleganter ita diſſerit. *Dixit Deus, ne quando pœniteat populum, cùm viderit prælium, & reuertatur in Ægyptum*: Exod. 13. *Hic oſtenditur omnia fieri debere conſilio, quæ conſilio rectè fieri poſſunt ad euitanda quæ aduerſa ſunt; etiam cùm Deus apertiſſimè adiutor eſt* quæſt. 49. in Exod.

Anno ſterili parcius comedendum.

Non expectandum à Deo miraculum vbi humana induſtria ſatis eſt.

S. Auguſt. Exod. 13.

Conſilio humano vtendum etiam vbi certum eſt Dei præſidium.

5. Placuit Pharaoni conſilium, & cuoctis miniſtris eius. Optimum qoidem viſum eſt conſiliũ Ioſeph, etſi ab extero homine, vænali mancipio, inſimulato adulterij, vincto hucóſque in ergaſtulis, recénſque ex reorum colluuie, & carceris ſordibus miſeriíſque educto. Prudens ſanè Pharao, prudentéſque miniſtri, qoi non attendunt à quo, ſed quodnam detur conſilium: quicquid ſit de vreco pora ebibitor aqua. Laodãda profectò Regis curia, in qua nullus eſt, aut miniſtrorum, aor aulicorum, qui quod noo inoenerit, ſed ab ignoto peregrinóque acceperit conſilium, & probar, & celebrat. Malus ille mendáxque vates Regi Samariæ ad prælìom ire volenti, & conſilium præliandi dedit & victoriam promiſit. At Micheæ vero Prophetæ prælíũ diſſuadenti, cladémque haud dubiè futuram prędiceoti; alapam infligens dixit: *Méne ergo dimiſit Spiritus Domini, & locutus eſt tibi?* 3. Reg. 22. Igitor io felix ille Rex cũ toto ſuo exercito periit, eò quòd ſanum etſi iniucundum ſibi conſilium reſpuens pernicioſum adulatoris mendacium arripuit. Felix ſanè illud regnum, in quo Ioſeph ſanctus, & ſapiens à Rege cõſulitor, & vera ſalutariáque cõſulens ab omnibus admittitur.

Bonum conſiliũ à quocunque recipiendum.

Felix Regis curia, in qua omnes danti bonum conſilium adſtipulantur. 3. Reg. 22.

Felix regnũ, vbi ſunt boni cõſiliarij.

6. Extrema verò infelicitas principum, aut infidis, aor aliquâ cœcis paſſiooe, aor ſtultis vti cooſiliariis, quod malum diligenter caoendum Eugenio Pontifici aoimaduertit S. Bernard. *Ne te dixeris ſanum dolentem latera, hoc eſt, ne te dixeris bonum malis innitentem, nec tuta tibi tua bonitas obſeſſa malis, non magis quàm ſanitas vicino ſerpente, non eſt quò te ſubducas malo inteſtino.* Nulla ſiquidem iuſta prętendi poteſt errorum, & malorum in Repoblica excuſatio à Principe, qoi malos habet cõſiliarios, iodignóſque miniſtros, quorum profectò, & vitiis fœdatur, & erroribus iofamatur. *Nam ſiue leuent* (adiungit) *ſiue grauent, cui rectius imputandum, quàm tibi qui tales aut elegiſti, aut admiſiſti? tibi imputa quicquid pateris ab eo, qui ſine te poteſt facere nihil.* lib. 4. de conſiderat.

D. Bern.

Mali conſiliarij extrema infelicitas.

D. Bern.

Principem infamãt & perdunt mali miniſtri.

7. Quid porrò de illa Ioſeph modeſtiâ magnitudioéque aoimi, ac rerum in ſeculo maximarum deſpicientia, quá præ ſe ferens conſuluit Regi, vti prouideret virum ſapientem, & ioduſtriũ, & præficeret eum terræ Ægypti? Certè oullos toto illo in regno mortalium Ioſepho illi ſimilis inueniri poterat: & tamen eam ille dignitatem cuicunque alij, quem putabat digniorem, deferendam arbitrabatur. Proprium eſt viris piis ſeſe quacuoque dignitate Indigoos exiſtimare: cùm enim imbecillitatis conſcij ſint, omninò impares ſe portando dignitatis, præſertim Eccleſiaſticæ, quæ robuſtiores exigit humeros, ponderi iudicantes nolũt oneri, quod ſuſtinere nequeũt, ſuccumbere. Quod ſalutare conſilium ita commendat S. Greg. Naz. *Pij viri ſimúlque tranquillitati ſuæ conſulentis eſt functionem ſacram viribus metiri, vt ſcilicet tanquam in cibis, eam admittamus cui pares eſſe poſſimus Sic enim fiet, vt & corporis ſanitas & animæ tranquillitas conſtet.* orat. 8. At noſtro ſeculo (proh pudor) oemo ſe imparem, vel maximæ dignitati geſtandæ iudicat, cùm ferueant in aulis principom, & Pontificis curia innumeri dignitatum peritores; qui ſuas vires prædicent multò ipſis dignitatibus, quas ambiunt, ſuperiores, & merita ſua proferant, quibus non Dei, ſed ſeculi præmia debita eſſe velint.

Mira modeſtia & humilitas Ioſeph.

Prudens & pius vir dignitatem refugit.

D. Gregor. Naz.

Inuerecunda dignitatũ ambitio.

8. Quis quæſo ad epiſcopatum admittendum, atque adminiſtrandum dignior Ipſo Greg. Naziãzeno, ſi vel doctrinarum luioina, vel virtutom decora, vel prndentiæ ſplendorem reſpicias? Et vi tamen impoſitum ab amico Baſilio iam tunc Põtifice epiſcopatum ita ægrè tolit, vt dolens pariter, atque iraſcens dixerit: *Dixi nunquam in poſterum amicitiæ fidem habeo.* orat. 5. Ac poſtero die cùm à Greg. Nyſſeno Baſilij fratre inuiſeretur, in ea orarioae quam queſtibus ſimul, & acoleis pleoam haboit, dixit: *propterea veniſſe amicum, vt nos conſoletur, vt componat, ſpiritúque manſuefaciat.* orat. 6. Bone Deus gemit ſub pondere mitræ gigantom ille maximos Greg. Nazianz. & pygmæi ooſtro hoc tempore ambiunt illud idem pondus, oec tã impoſitom, qoàm auidè arreptum lęti ouantéſqoe portant. Annon magni ſanctorum heroës illi ſunt, de quibus Iob: *ſub quo curuantur, qui portant orbem*, cap. 9. de Angelis quidam intelligunt, at cùm Epiſcopos Domious ipſe appellet Aogelos in Apocalypſi Ioanois, rectè etiam in Epiſcopos dictum conueoit, qui ſub Deo inclinati humiliantur, vt onera ſui muneris, & ſubditorum pondera ſoſtineant; oec enim tam eleuaorur, vt ſuſcipiant honorem, quo ſupra cæteroa emineãt, quàm inclinantur, vt impoſitum à Deo regeodi ſimul, & patiendi onus admittant. S. Greg. voiuerſim intelligit dictum de quibuſcunque gubernandi munus admioiſtrantibus; ſic enim effatur; *Ipſi orbem portant, qui curas præſentis ſeculi tolerant. Tanterum quippe pondera vnuſquiſque ſuſtinere compellitur, quantis in hoc mundo principatur.* lib. 9. moral. cap. 10.

D. Greg. Nazianz.

Prudens inſtúſque dolet quod inuitus dignitate fungitur Eccleſiaſticâ.

Iob 9.

Prudens inſtúſque gemit ſub onere Epiſcopatus.

Regendi ſimul & patiendi onus.

S Greg. Papa.

9. Sub

9. Sub quo curuantur, qui principatũ, vel Eccleſiaſticum, vel ſecularẽ obtinent; ſuæ nimirum naturæ infirmitatiſque benè conſcij humiliantur ſub potenti manu Dei, *Cuius iræ* (præmiſerat Iob) *nemo reſiſtere poteſt.* cap. 9. *qui aufert ſpiritum principum.* Pſal. 75. *Qui deponit potentes de ſede, & exaltat humiles.* Luc. 1. maximè verò timeant neceſſe eſt, qui ſeculari proſperitate fruuntur, ne (quod eſt quotidianum) illam breui amittant; quæ cùm vitæ humanæ ſimul adnexam habeat inconſtantiã, eò tunc vicinior eſt ad ruinam, quò ſublimior & firmior eſſe videtur: ad eum ſanè modum, quo de ſanitate corporis medici philoſophantur, ad quẽ ſenſum ait S. Baſil. *Interroga medicos, ac dicent tibi: Nihil eſt periculoſius habitudine corporis extremè bonã.* orat. 2. de ieiunio. Hoc ipſum contingit mundanæ felicitati extremè bonæ. Eò ſcilicet demum aſcendit: vnde, cùm nihil in mundo ſtabile, firmúmq; ſit, imò, & continuo motu cuncta ſub cœlo irrequieta ferantur, neceſſariò præcipitabitur. Sapienter igitur admonet Regius vates ſuo capite ſæpiùs inconſtantiam rerum humanarum expertus: *Noli æmulari in eo, qui proſperatur in viã ſuâ.* Pſal. 36 Ne inuideas ſcilicet felicitatem eorũ, qui à mundo beari exiſtimantur. *Proſperantur enim* (inquit hoc loco S. Auguſt.) *ſed viâ ſuâ: tu laboras; ſed in viâ Dei; via impiorum felicitas trãſitoria: finitâ viâ, peracta eſt felicitas Tibi labor in viâ; in peruentione felicitas. Illi proſperitas in viâ, in peruentione infelicitas.*

Humilientur ac timeant qui regnunt, qui imperant.
Iob 9
Pſal. 75.
Luc. 1.
Quò maior proſperitas eò vicinior ruina.
D. Baſil.
Magna verò humanarũ inconſtãtia.
Pſal. 36.
Breuis impiorum felicitas, æterna infelicitas.
D. Aug.

10. Laborauit hucúſque multos per annos Ioſeph: ſed in via Dei, iniuſtè vexatus, in ipſa innocentia afflictus pro Dei obſequio miris affectus ærumnis, illi ergo in via labor, nunc in peruentione proſperitas. Nam quæ maior, quàm, quæ hodie diuinitùs velut in ſinum (vti dicitur) defertur Ioſeph? Fugit illi, quem alij auidè cupiunt, & inſtãter perſequũtur, honorem; ſed honor ſicut vmbra fugientem perſequitur; perſequentem fugit; nec enim Rex auliciſque principes vllũ toto in regno dicunt inueniri poſſe, qui rei frumentariæ præficiatur impendentíque ſterilitatis malo, prudẽter, ac fortiter poſſit occurrere; quin etiam Rex cognouit, & verbis conteſtatus eſt Ioſeph, Dei Spiritu plenum, à Deóque accepiſſe futurum Ægyptiacæ Reip. ſtatum, cui ſolus ille mortaliũ diuinitùs ſibi ſapientiâ inditâ laboranti poſſit ſubuenire.

Iuſtus nunc premitur, dein exultatur.
Honor ſicut vmbra.

11. *Tu eris ſuper domum meam.*] Spiritum Dei in Ioſeph agnoſcens Pharao, tum ex ſomniorum interpretatione, tum ex tam admirabili conſilio, virtuti præmium parat, honorémque decernit. Nimirum toti Ægypto principem, rectorémque ampliſſimum creat Rex, à ſe ipſo ſecundum. *Ad tui oris* (inquit) *imperiũ cunctus populus obediet.* Verbum *ixaq*, יִשַּׁק quod hîc ponitur ex radice *naſaq* נָשַׁק multiplicem habet ſignificationẽ, quare vertunt aliqui; *gubernabitur*: alij, *armabitur.* Videlicet ad os tuum, ad iuſſionem tuam cunctus populus meus armabitur; Et pulchrè quidem obediet, gubernabitur, & armabitur ſimul eadem voce ſignificantur: quippe cùm bona gubernatio armet eos, qui reguntur, atque vt nihil eſt infirmius eo regno, quod gubernatore caret; vti nauis omnibus patet iniuriis, proximáque eſt naufragio, ſi careat nauclero, ita mirum in modum firma eſt & munita cùm prouincia, tum nauis, quam bona fulcit, ac dirigit, gubernatio. Quid porrò gratius, & iucundius ſubdito, quàm illud: obediet ſimul, & armabitur? Vbi ritè quis obedit, ibi egregiè obarmatur. Fortem reddit, armis inſtruit, armatũ ducit in aciem, victoriémque efficit vera pro Deo præſtita homini obediẽtia. Nec enim abiecti ani-

Armat, & munit, quis benè gubernat.
Armatur obediens.
Armat & fortem reddit obedientia.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3

A mi, ſed generoſi eſt obedire, nec ſeruile, ſed ſublime arguit ingenium ſubiici obediẽtiæ, parere legi iuſſuíque imperantis: quod eleganter adnotatũ in primo homine, qui ſolus à Deo legem accepit; cùm cæteris animantibus nulla interim præſcripta fuerit; ita ſcripſit Tertul. *Legem bonitas erogauit conſulens homini, vt ſolus homo glorietur, quòd ſolus dignus fuiſſet, qui legem à Deo ſumeret, vtique animal rationale ipſa quoque libertate rationis contineretur ei ſubiectus, qui ſubiecerat illi omnia.* 2. aduerſ. Marcion. cap. 4.

Tertull.
Obedientia generoſum arguit animum.

12. Armatur obediens, vti Abraham gladio ad præcidendas, quæcunque ſeſe obiecerint in exequendo mandato, difficultates. Nec enim carere difficultatibus, & aut non eſſe, aut non videri, quę B obſtent rationes, vim detrahit obedientiæ; ſed illas tamen perrumpere, iſtis non præpediri: hoc opus, hic labor, hoc decus; hæc palma eſt, & gloria obedientis. Iccircò Dominus Abrahæ filiũ immolandum præſcribens, ſummas ipſas difficultates, rationéſque in contrarium clarè ſigillatímque propoſuit. *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Iſaac,* Geneſ. 22. quæ verba ſuo loco ſatis explicauimus. Certè quæcunque harum difficultatũ erat grauiſſima, quæcunque ratio non occidendũ huiuſmodi filium præſcribens ſummi videbatur momenti. At proponuntur tamen omnia vincenda obediẽti armato. Quaſi dicat (occurrit Caiet.) *His non obſtantibus omnibus, fac quod præcipio.* Laudatur inter viros religioſos obedientia cæca, non C quidem carens oculis, vt & difficultates videat, & rationum momẽta diſpiciat; ſed quæ lynceis oculis, & illas videns, & iſta diſpiciens nihilominùs fortiter, & illas perrumpat, & iſta deſpiciat pro exequendo ſuperioris mandato. Itaque non talpa eſt obediẽtia, ſed taurus, cuius illa eſt benedictio: *quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius.* Deut. 33. ſcilicet fortitudo tauri, eſt illius pulchritudo, quò fortior taurus eò pulchrior; habet oculos, peracuta eſt viſu, obſtantes cernit in circo, qui obiecto pallio illudunt, qui clamando irritant, qui iactis vulnerant miſſilibus; at valido tamen impetu, clauſíſque oculis irruit, inſultat, ferit, proculcat, diſcerpit, quem comprehendit illudentem taurus. Hæc eſt fortitudo veri obedientis. Acutè quidem D videt obiectas in exequendo ſuperioris mandato difficultates; rationes, quæ obſtant, ne iuſſa impleantur, animo vti ſeſe ingerunt clarè inſpicit, & eò fortiùs agit, ſpretíſque omnibus alacri ſtudio ad obediendum connolat.

Glorioſa obedientia quæ difficultates perrumpit.
Gen. 22.
Caietan.
Quæ ſit obedientia cæca.
Deuter. 33.
Obediens nõ talpa, ſed taurus.

13. Profectò ſiue obedientia diuinæ legi, ſiue mandato ſuperioris vicem Dei gerentis exhibeatur, mirum in modũ homini probatur vtilis; quod ipſemet Dominus Hebræos ad obedientiam diuinæ legis inuitans conteſtatur: *Si audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, & vos eritis mihi in regnũ ſacerdotale.* Exod. 19. Vnam Dominus ab Hebræis ſuæ legis obedientiam exigit, pro qua ritè præſtita E egregiam pollicetur mercedem. Nimirum inquit: *eritis mihi peculium:* Heb. *Amabilitas*, videlicet (declarat Caiet.) *tanquã res ex cunctis populis, & eligibilis, & amabilis.* Profectò inter religioſos ille mirum in modũ dignus eſt, qui ad optima quæque præ cæteris eligatur, & à cũctis mirificè diligatur, qui obedientiæ laude cæteris præcellit. *Et vos eritis mihi in regnum ſacerdotale.* Hebr. *Eritis mihi regnum ſacerdotum.* Duo ſcilicet pollicetur: quod ex illis efficiet Remp. ſiue regnum, cuius Rex erit ipſemet Deus. Atque iccircò poſteà cum Samuele conqueſtus de ipſis Hebræis Regem pe-

Salutaris homini obedientia.
Exod. 19.
Caiet.
Obediens dignus omnĩ honore, & amore.

A rentibus legitur : *Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos.* 1. Reg.8. Deindequod efficiet regnum ſacerdotum; ſcilicet quod populus in eo regno erunt ſacerdotes. Enim verò apud antiquus (vt hoc eodem cap. ſtatim videbimus) ſacerdutes de publicu Regis ærario alebantur : quaſi dicat, ſi debitam mihi præſtabitis ubedientiam, Regem me habebitis, non vt veſtris expenſis ſuſtenter; nõ vt à vubis exigam tributa , non vt vubis ſim unerosua , veſtróque damnu diues viuam, & glorioſus, vti mutis eſt cæteris mundi Regibua : ſed vos de meis bonis & ſuſtentabo, & locupletabo , tantíque vus faciam (non quidem vti ſeruos) vt ſacerdotes, quibus omnis debetur reuerẽtia, & quia ſacerdutes ſunt, & dieuntur gẽs ſancta velut ſanctificati, támque cœlu dunati , mihi eritis ſummè venerabiles. Vide quanta ſit eorum felicitas, qui diuinæ legi obediunt : vnde colliges quanto in pretio Deus habeat eus , qui ſupra obedientiam diuinæ legis, alteram etiam ſanctiſſimè præſtant, & vutis ipſis , quæ in Dei obſequium emiſerunt, & conſiliis Dei , quibus ſe tanquam legibus obligarunt , & hominibus , denique vicem Dei gerentibus , humiliter prumptéque vti Deu parere voluerunt.

1.Reg.8.

Magnus honor, & vtilitas obedientia.

Gratiſſima Deo religioſa obediẽtia.

14. *Tulitque annulum.*] Ioſeph electus in gubernaturem Ægypti à Rege ſecundum , accepit ſui principatus inſignia : primò quidem annulum ſignatorium Regis ad ſancienda decreta, vt quicquid ille iuberet, Rex ipſe iubere diceretur. Fuit ergo annulus à Pharaune datus Iuſepho, non ſo- C lùm principalis cuiuſdam hunoris , ac dignitatis ſignum; ſed autoritatis inſuper atque poteſtatis, vt quæcunque eo ſignata à Iuſepho eſſent, pro Regia mãdatis iuſsíſque acciperentur ab umnibus. Forrè aliquis velet hoc loco audire , quã ſit antiquus annulorum vſus ? Reſpondet Plinius; *Nec Iliacis temporibus vllos fuiſſe annulos video ; nuſquam certè Homerus dicit.* Et infrà. *Non ſignat annulo oriens, aut Ægyptus etiam nunc , literis contenta ſolis.* lib.33. cap.1. Idem tradit Strabo de Indis : *Nec commiſſi, nec depoſiti iura vlla habent Indi: nec teſtibus indigent, nec ſigillis ; ſed verbis, aut literis ſimpliciter credunt.* lib.15. At vterque conuincitur ea hoc locu , vbi fit mẽtio annuli Pharaonis traditi Ioſepho; quud quidem non minus ſeaceutis annis ante bellum D Troianum accidit, fuit etiam apud gentes annulorum vſus in digitorum urnamentum ac dignitatem perſonæ. Vnde apud Rumanos equeſter urdo à plebe annulurum inſigni diſtinguebatur.

Plin.

Annulorum antiquiſſimus vſus.

Strabo.

Annulus in digito inſigne honoris.

15. Hinc fit, vt ſemper in hunore, ac pretiu annulum in digitis geſtari, haberetur ; quod & ipſe Dominus de Iechunia Rege loquens oſtendit. *Si fuerit Iechonias Rex Iuda annulus in manu dextra mea : inde euellam eum.* Hierem.22. *Hoc dicitur* (declarat S.Hieron.) *Sí quomodo annulus non recedit de manu portantis, & de digito difficulter elabitur ; Sic ſit in manu mea Iechonias, tamen euellam eum, & tradam eum Regi Babylonis.* Nemu igitur ſic inaniter confidat, vt credat ipſu Deũ indigere: Deóque ſic eſſe in amore , & in deliciis , vt à Deu velut annulus E geſtetur in digitu, Deíque honur ab illu pendeat, atque ob eam inanem fiduciã liberiùs viuat , impunéque & ſtultè in ſuis delictis perſeueret; Deus nec nobis , nec nuſtris rebus indiget : ſed nuſtri tamen ſaluti conſulens, vti à nubis exigit , & expectat; quæ noſtræ conducunt ſaluti, ſic nus tunc in amore, in pretióque habet, cùm videt virtutum amantes diuinæque gratiæ decore conſpicuus, tũc nos veluti annulos ad ornatum ſuæ fidei, ad gloriam ſui nominis in digito geſtat effulgentes.

Vana ſui in Deo confidentia.

Hierem.22.

D.Hier.

Stulta peccatoris præſumptio de Dei fauoribus.

Iuſtis ornatur Deus.

A 16. *Veſtiuit ſtolà byſſinà.*] Byſſina veſtis candida ex candidiſſimo lino, non autem bombycina (vt malè à quibuſdam) intelligitur; illa quondam viri principes, & ſacerdotes honoris, & dignitatis gratiá vtebantur; in cuius locum poſteà ſucceſſit vſus purpuræ. *Byſſus à Plinio deſcribitur frutex ; quidam vocant goſſipion , plures Xylon , & ideo lina inde facta vocari Xilina.* lib.19.cap.1. Quare doctiſſimus noſter Hieron. Prado in Ezech. contendit byſſum hoc loco & à Plinio deſcriptam, eſſe noſtrũ Goſſipium, Algodam? Noſter verò Delrio poſt eruditiſſimum huius loci commentarium concludit byſſum illum veterum, & Plinij , & carbaſum Indicam à Q. Curtio dictam eſſe linum Bengalenſe, quo quidem apud nos Oliſipone nihil eſt notius. B Certè cùm hæc ſcriberem vidi apud mercatorem iſtud idem linum , quod vulgari nomine dicitur Bengala, quo quidem nihil & ſubtilius ac delicatius, & candidius facilè reperietur : dignum ſanè, quo ad ornatum, & quandam quaſi venerationem in Ægypto & olim apud Indos cùm principes, tum ſacerdotes indui conſueuerint.

Quid ſit byſſus, & byſſina veſtis.

Plin.

Prado.

Sacerdotum & principũ veſtis ex lino Bengalenſi.

17. Hæc igitur eſt illa byſſus , cuius tam frequenter in ſacris literis mentio fit. Veſtiebant nimirum ſacerdotes byſſinam tunicam, quam ita S. Hieron. deſcribit. *Sacerdotum veſtis ex lino tunica eſt ποδήρης, id eſt, talaris, duplici ſyndone , quã Ioſephus byſſinam vocat, hæc adhæret corpori & tam arcta eſt, & ſtrictis manicis, vt nulla omnino in veſte ſit ruga & vſque ad crura deſcendit. Solent milites habere lineas,* C *quas camiſias vocant ſic aptas membris , & aſtrictas corporibus vt expediti ſint. Ergo & ſacerdotes parati in miniſterium vtuntur hac tunicà, vt habentes pulchritudinem veſtimentorum, nudorum celeritate diſcurrant.* Hæc S. Hier. epiſt. ad Fabiolã de veſte ſacerdotali. Erat itaq; ſacerdotũ veſtis ex byſſo cãdidiſſima duplicata ad talos vſq; prolixa; ſic verò ſtricta, vt ne vllã quidem rugã contraheret: addunt Hebræi, & canuſtris pleriq; tali contextã artificio, vt multi in ea quidam quaſi oculi apparerent ; quod ex cap.28. Exod. colligunt , vbi iuxta literam Hebr. legunt: *oculabis, ſeu oculis variabis illam.* Hæc omnia ſignificant qualis eſſe debeat in ſacerdote puritas per byſſum tenuem , & candidam ſignificata : ſit oportet dupla ſcilicet mentis, & corporis: totúmD que quantus eſt operiat , ornétque ac muniat ſacerdotem, vt nihil in eo, quod honeſtum non ſit; quod non appareat niueum : quod cœleſtem non ſpiret munditiem ; ſit oculíſque pateat ſpectantium. Tota ſit ea puritas, quæ corpus mentémque ſacerdotis exornat ex oculis contexta , tota ſit oculata, inſignem videlicet præferat vigilantiam, ſine qua inter mille pericula ab innumeris hoſtibus, tuta & pura caſtitas eſſe non poteſt.

Deſcribitur veſtis ſacerdotalis.

D.Hier.

Exod.28.

Quanta eſſe debeat ſacerdotis puritas.

Sacerdos ad vigilantiã caſtitatis totus ſit oculus.

18. Hanc deinde veſtẽ baltheus inſigne quoddam militare adſtringebat: quippe cùm in præliis ſemper caſtitas expoſita nõ ſine ſenſuum membrorúmque mortificatione tueri ſe ac vincere poterit. Refert etiam Ioſephus lib.3. antiquit. cap.8. tunicam illam floribus purpureis, & cæruleis , & E viridantibus egregio quodam artificio fuiſſe diſtinctam. Sic enim ſcribit: *floribus etiam picturatur puniceis, purpureis, hyacinthinis, & byſſinis: ſtamen verò è ſolà byſſo conſtat.* Quibus plane innuitur ornatus & pulchritudo virtutum omnium, quæ ſacerdotis caſtitatem debeant comitari. Pulchrè autem illis picturæ floribus virtutes ſignificantur; quippe illarum fructus gloria ſit ipſa cœleſtis, quam ex virtutum actibus promeritam tandem aſſequemur. Denique tam integram eſſe oportet huiuſmodi tunicam , vt non ſolum mortalis peccati

Caſtitas indiget mortificatione.

Ioſephus.

Ornari virtutibus debet ſacerdos.

Purus ab omni peccato ſit ſacerdos.

cati læſuram non habeat, ſed etiam à qualibet venialis errati ruga debeat eſſe immunis.

Rex ſit omnibus exemplo. *Verbum induit tunicã byſſinam.*

19. Hanc ipſam quoque byſſinam veſtem induebant viri principes, vti admonerentur vitam ſe ab omni labe vitiorum ad exemplum eorum, quos regerēt, puram ducturos. Hanc ſummus Pōtifex, Réxque ſimul ſecundùm ordinem Melchiſedech, nimirum Chriſtus IESVS Dei & Virginis filius induit, geſtauítque tunicam ex byſſo tenuiſſima, & candidiſſima, ſuam videlicet ſacroſanctam humanitatem ex puriſſimis integerrimæ Virginis ſanguinibus ab Spiritu ſancto efformatam. Vti enim diuinitas Chriſti Domini ex puriſſimo æterni Patris pectore puriſſima proceſſit, ſic eiuſdem etiam humanitas ex puriſſimo Virginis matris vtero efformari, prodiréque debuit. Hine illud egregiè dictum à S. Ambr. de Chriſto Domino: *Quemadmodum Virgo diuinitas ediderat, ita eum & Virgo Maria generauit.* ſerm. 16. ô admirabilem Virginis puritatem, quá ſupra omne quod in creaturis purum effingi poteſt, diuinitati Patris quodammodo æmulam Dei Verbum expetiuit! *Fuit quidem Virgo beatiſſima* (vti S. Greg. Nazianz. animaduertit) *mater & iuxta legem & ſupra legem.* orat. 4. de Theologia. Nimirum quia mulier, & quia Virgo, vera mulier, vera mater, verè concepit peperítque: Cæterùm ſupra omnem naturæ legem Virgo concepit, Virgo peperit, Virgo lactauit Deum hominem ipſum quidem ſui ventris filium, à quo vero, Patre, Domino, Deóque ſuo ipſa creata eſt.

D. Ambr. *Vtraque Chriſti natiuitas puriſſima, & virginalis.* *B. Mariæ puritas æmula diuinitati Patris.* D. Gregor. Naz. *B. mater iuxta legem & ſupra legem Maria.*

20. Pulcbrè ſcilicet Dominus IESVS vocatur fructus ventris Mariæ virginis, vti Tertull. his verbis adnotauit. *Ventris fructus dicitur caro Chriſti, quæ ex vtero Mariæ floruit: ideóque & fructus ventris tantùm nominatur vt propriè ventris, quaſi ſolius ventris, non etiam viri.* 3. contra Marc. cap. 20. Quare cùm Deus promiſit Dauidi: *De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* Pſalm. 131. ad Virginis vterum reſpexit. Nec enim Dauid, vt mulier, matricem habebat, vt conciperet, pareréque Meſſiam: nec ad vxorem Dauid pertinet promiſſio; tunc enim dicendum foret: De fructu ventris vxoris tuæ. *Ipſum ergo* (concludit Tertull.) *dicendo ventrem ſupereſt vt aliquem de genere eius oſtenderet, cuius ventris futurus eſſet fructus, caro Chriſti.* ibid. Haud dubiè *lectulus iſte floridus*, Cant. 1. vterus eſt virginalis, in quo nouem menſibus conceptus quieuit, & ex quo prodiit puriſſimus ille ſponſus animarum, qui de ſe ipſe dixit: *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Cant. 2. flos ex flore, purus ex pura matre, Virgo ex Virgine filius: byſſino amictu indutus, ex ipſa materni vteri ſubtiliſſima, & candidiſſima byſſo. O igitur Virgo ſub Deo ſupra quàm aut eſſe, aut fingi poteſt, puriſſima, extende obſecro tuum iſtud ex byſſo immenſæ, quâ præniteſ puritatis, velum; ac nos miſeros vitiorum nigredine, ac turpitudinum ſordibus tam horribiles quàm deformes, obuela ſimul, & protege; ne puriſſimis filij tui oculis horrori ſimus, & pudori, illiúſque in nos ipſos iuſtam incitemus vindictã; auertat ille faciem à noſtris impuritatibus, dum tuam contuebitur amabítque puritatem, recipiat per te in ſuam gratiam, quos ab illa procul expulit omnis impuritas vitiorum; & qui à te carnem induit, ſanguinémque accepit in mundi redemptionem, ſuæ carnis paſſione redemptos, ſuo cruore ſanctificatos puróſque ſuis oculis in cœleſti gloria faciat præſentari. Eſt igitur Ioſeph in aula Regis ſt[illegible] byſſinâ principum inſigni ornatus, qui paulò antè in carcere pannoſus, & illuuie

Tertul. *Chriſtus propriè fructus vẽtris.* Pſal. 131. Tertul. *Chriſtus Virgo ex Virgine matre.* Cant. 1. Cant. 2. *B. Maria ſuâ puritate noſtram obuelat impuritatem.*

Ben\Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A deformis iacuerat inſuper & catenam auream coil diſtinctam gẽmmis collo induit, quod ex ferro & chalybe connexis vinculis inter maleficos habuit prægrauatum. *Hæc audientes* (monet hoc loco S. Chryſoſt.) *in afflictionibus animum nunquam deſpondeamus: ſed magnâ patientiâ clari ſpe bonâ fruamur; ſcientes, quod ſinens nos Dominus experiri aſpera non relinquit, ſed vult vt certantes clariori coronâ cingamur.* hom. 62. in Geneſ.

D. Chryſ. *Sinit nos Dominus affligi, vt eleuet & coronet.*

SECTIO V.

Fecítque eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum, clamante præcone: vt omnes coram eo genu flecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Aegypti. Dixit quoque rex ad Ioſeph. B

1. VT omnibus deinde pateret Ægyptiis principatus, in quem à Rege ſubuectus eſſet Ioſeph, iuſſit Rex, vt conſcenderet ſuum currum ſecundum ad oſtentationẽ dignitatis, & gloriæ. Habebat Rex duos maximè præcipuos currus; vnum, quo ſolus ipſe veheretur; alterum, quẽ conſcendere iubebat hominem quẽ præ cæteris honorare volebat, & qui dignitate, ac poteſtate in toto regno proximus Regi erat, & hic quidem mos erat Ægyptiorum; verùm apud Perſas maioris videtur honoris equo pulchrè ac magnificè ornato potiùs, quàm curru vehi, quippe cùm Aſſuerus Mardochæum iuſſerat aſcendere ſuper equum ſuum, nempe ſecundum, non verò ſuper currum. Hæc planè mutatio dexteræ excelſi. *Pro compedibus enim,* (vt bene Rupertus expendit) *in quibus humiliauerunt pedes eius, torquem aureum Ioſeph ſuſcepit: pro pallio, quo in manu adulteræ relicto nudus effugit, ſtola byſſinâ indutus eſt: pro ſeruili nomine regium geſtat annulum: & pro carceris humilitate ſuper altum ſedet imperij currum.* hæc Rupert. Et erit qui, quod ſe videat in tribulatione, conqueratur ſe à Deo derelictum, ac ſi Deus tunc noſtri obliniſcatur, cùm nobis tribulationem immittit: & non Deus tunc maximè nos reſpiciat, nos audiat, cùm in tribulatione poſiti ad illũ ingemiſcimus. Scribitur enim de Hebræis in Ægypto miſerandum in modum afflictis: *Ingemiſcentes filij Iſrael propter opera vociferati ſunt: aſcendítque clamor eorum ad Deum ab operibus.* Exod. 2. Grandis profectò gemitus, qui ad cœlum vſque perueniens Dei pulſauit auditum. Sed vnde tanta vis in illo gemitu? Declarat optimè Caiet. *Clamor tanta fuit vis, vt aſcenderet ad Deum. Ab operibus: afflictio ſiquidem tam crudelis ſeruitutis vires præbuit clamori ad perueniendum ad aures Dei.*

C Eſther 6. *Præclara mutatio de carcere in palatium.* Rupert. D Exod. 2. Caiet. *Tribulatio dat vires orationi ad Deum.*

2. Itaque tribulatio vires præbet orationi, gemitum facit, in ſublime attollit, animum excitat, linguam expedit, vocem canoram, altam, robuſtámque reddit, vt è terra in cœlũ ſubuecta exaudiatur; vel etiam ſi gemitus ipſe, oratióque ſubmiſſa ſit, nihilominùs præſenti ad ferendam opem Deo pro valido clamore habeatur; quo excitatus, & quodammodo compulſus tribulato ſeruo ſuo non poſſit non ſubuenire, vt illi debitum patientiæ præmium retribuat, & tribulationem in conſolationem, ærumnam in gloriam conuertat. Factâ olim circumciſione totius populi Hebræorum ex præcepto Domini, poſtquàm egreſſi ſunt ex Ægypto, dixit Dominus ad Ioſue: *Hodie abſtuli opprobrium Ægypti à vobis,* Ioſue, capit. 5. Hebr. Ioſue 5.

E *Tribulatio Deum ſubuenire compellit.*

Hodie reuolui opprobrium Ægypti à vobis. declarat Caiet. *Reuolui in laudem & gloriam vituperationem ſeruitutis, & ignominia, quam paſſi eſtis in Ægypto.* Videlicet cùm Hebræi, ſuam illam in Ægypto ſeruitutem ſolarentur ſpe ac fide promiſſionis diuinæ: fore proculdubiò, vt ad terram patribus à Deo promiſſam poſſidendam inde diuinitùs ducerentur; exprobrabant inſultantes Ægyptij eam gloriam, quam vulgauerant ſe habituros eſſe à Deo promiſſam patribus. Quando iſtud erit (dicebant) ô miſeri! manes profectò ſpes veſtræ: ſeruiendum vobis in æternum erit. At egreſſi tandem ex Ægypto promiſſam illam à Deo felicitatem obtinuerunt, tunc in Galgalis mundo, & Angelis glorioſi, cùm circumciſi, & cruentati, nouâ vtique tribulatione afflicti doluerunt. Neque verò ſolùm parit gloriam pro Deo ſuſcepta tribulatio; ſed ipſa etiam cùm toleratur, & glorioſa eſt, & glorioſum reddit, qui patienter tolerat. Iccircò Apoſtolus de ſuis tribulationibus agens ſic effatur: *Deo gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto IESV*. 2. Cor. 2. *Tantum ſcilicet* (exponit S. Chryſoſt.) *abeſt, vt lamentemur, vt quod agitur, appellemus triumphum & ornemur his, quæ nobis accidunt*, ornat, non deturpat; eleuat, non deprimit; glorioſum, non abiectum reddit tribulatio: non vincitur, ſed triumphat, qui tribulatur. Deo gratias qui ſemper triumphat nos in Chriſto; hoc eſt, (declarat idem) *qui nos omnibus facit conſpicuos, & illuſtres. Significat, quòd eiuſmodi perſecutiones vbique terrarum aſſiduè trophæa erigerent aduerſus diabolum*. homil. 5. in 2. Cor.

Caiet.

Tribulatio parit honorē & gloriam.

2. Cor. 2.
D. Chryſ.
Triumphat patienter tolerans tribulationem.

S. Chryſ.
Trophæum aduerſus diabolum tribulatio cum patientia.

3. Planè qui Ioſeph, cùm in carcere vinctus pro adulterio tenebatur, conſideraret illius infeliciſſimum ſtatum, econtrà verò adulteram ipſam Ægyptiam ſuæ domi luxurioſè viuentem, & ferè de caſto iuuene, quem falsò accuſauerat, triumphantem: ſtuperet ad Dei prouidentiam; quippe innocentem affligi, at improbam exultare ſineret, & fortè mulierem adoleſcenti ſecum præferret vti feliciorem. Verùm S. Chryſoſtom. multò aliter philoſophatur; *Annon* (inquiens) *in carcere erat Ioſeph, quæ verò inſidias illi tetenderat, adultera illa in ædibus ſplendidis & illuſtribus? Vtrimque ergo loco habere velles? ipſa vtrimque facta expendes; & ſic malles carcerem cum Ioſepho ædibus illis, in quibus mœcha erat, præferes. Etenim ſi vtriuſque animum inſpexeris, videbis iſtum in ſummâ latitudine multâ fretum fiduciâ: Ægyptiaca verò animum in anguſtiâ, pudore, mœrore, turbatione, multáque triſtitiâ.* hom. 22. in epiſt. ad Rom. Quid ſi diſpares amborum exitus reſpicias? Ioſeph ſiquidem è carcere eductus, factus in Ægypto princeps triumphanti vehitur curru, genu flexo ab Ægyptiis adoratur; at mulier, vt Hebræi tradunt, dum in triumpho vectum contuetur Ioſephum, impatientiâ muliebri furens, mortem ſibi ipſa laqueo conſciſcit.

D. Chryſ.
Felicior iuſtus in tribulatione, quàm impius in proſperitate.

Diſpar exitus bonorum & malorū.

Mulier zelo rabiéque impatiens laqueo ſe ſuſpendit.

4. *Clamante præcone.*] Locus eſt ſubobſcurus propter vocem Hebræam; quam præco inclamabat *Abrech*: Et quidem eruditiſſimus noſter Delrio arbitratur duo acclamaſſe præconem *& Abrech*: quicquid hæc vox ſignificet; Et deinde vocis huius rationem ſcilicet: Sic honorari; quia præpoſitus ſit toti Ægypto. Porrò *Abrech* vertit Aquila, *genu flectere*, quod noſtra tranſlatio ſequitur; Alij vocem compoſitam arbitrantes à *Ab*, pater; & *Rech*, tener; vertunt: *Pater tener*; alij, *Pater Regis*. Thargum Hieroſolymitanum ſic exprimit ſententiam huius loci. *Et ecce præconizabant coram Ioſeph, & dicebant: viuat pater*

A *Regis, qui eſt Princeps in ſapientia, & tener in annis.* Sunt qui putent ſimplicem eſſe dictionem, & futurum verbi *Barach*, quod ſignificat *benedicere*, & hunc eſſe ſenſum: *benedicam, id eſt, benedicite*: cæterùm quia *Barach* ſignificat etiam *genu flectere*, ideò Aquila, vti præmiſimus & alij vertunt *genu flectere*: vel, *genu flexo*; vel, *ad geniculationem*. Verum enim verò S. Hieron. cùm iſtam proximam lectionem retulerit, adiungit etiam: *Vnde mihi videtur non tam adgeniculatio; quæ in ſalutando vel adorando Ioſeph accipi poteſt, intelligenda; quàm quod Hebræi tradunt patrem tenerum ex hoc ſermone transferri; Ab quippe pater; Rech delicatus, ſiue tenerrimus, ſignificante ſcripturâ; quod iuxta prudentiam quidem pater omnium fuerit: ſed iuxta ætatem B tenerrimus adoleſcens, & puer.* ita S. Hieronym. in trad. Hebr.

D. Hier.

Mira Ioſeph prudentia in tenera ætate.

5. Ego verò exiſtimo diuinitùs planè ſic inſtitutum eſſe vt hæc duo ſimul per eandem vocem *Abrech* ſignificata coniungantur, *adgeniculatio*, & *pater tener*. Quid enim gratius, & dulcius; quàm vt ad patrem tenerum flectatur genu? quàm vt ad conſpectum principis, qui ſe patrem omnibus exhibeat, qui tenerè ſubditos diligat, blandéque ac dulciter alloquatur, & ſuauiter moderetur, qui ſapientiam ſenis affectúmque patris habeat, vt regat affabiliſque ſit, & facilis, vt veluti puer delicatus à ſubditis tractetur; ſubditorum animi, corporáque pacatiſſimè inclinentur? mira concordia huiuſmodi inter eos, qui patres teneri C ſunt in regendo, & eos, qui paternâ illa teneritudine regentium deliniti animo corporéque ſubiiciuntur. Hinc illa eſt egregia S. Ambr. ſententia. *Multum ad roborandam dilectionem valet cùm ſecundum doctrinam Apoſtolicam inuicem ſe homines honore præueniunt, & alter alterum ſuperiorem exiſtimantes amant ſeruire ſubiecti, & neſciunt timere prælati.* epiſt. 84. Huius documenti exemplum in Chriſto Domino, qui verè à Prophetis acclamatus eſt pater tener, & cui ſuauiter moderanti gentes etiam præferoces, indomitæque vltrò colla ſubiecerunt, eleganti ſimilitudine deſcribitur à regio vate, qui Chriſtum Dominum ſic alloquitur: *Virga directionis, virga regni tui.* Pſal. 44. Hebr. *Virga planicies, ſiue rectitudinis*; Sed quæ- D nam iſthæc rectitudo? nimirum terræ excultæ, atque arboribus, hortiſque amœnæ. Itaque virga directionis eſt ſceptrum, eſt regni gubernatio iucunda, facilis, amœna, minimè aſpera, durave. Quid quæſo gratius, & delectabilius oculis, quàm vernantium hortorum amœnitas? hæc igitur eſt Chriſti Domini regnantis gubernatio; hoc ab æterno Patre miſſi agni ſuper terram dominatoris imperium.

Promptus facilè ſe ſubditis facit regentis humanitas.

D. Ambr.

Suaue Chriſti imperiū.
Pſal. 44.

Grata & amœna Chriſti gubernatio.

6. Siccine Rex iſte de cœlo veniens lenis, & blandus erit, vt nihil aſperum durúmque afferat ad corripiendum, ad puniendum, cùm ſint plurima, quæ ſeueritatem exigunt? corripiet quidem ac puniet. Cæterùm vti vates prædixit: *Percutiet E terram virgâ oris ſui.* Iſai. 11. O blandum iudicem! ô dulcem hominum rectorem! ô pium Regem! Virgam, ſceptrúmque ore geſtat, quàm leuem igitur ictum inferet, quàm molliter feriet, quàm ſuauiter reget, quæ virga, quod ſceptrum à dulciſſimo, & omnibus delibuto gratiis Domini IESV ore egreditur? Sæuit quidem aliquando Deus noſter: ſed vti pater blandè percutit, ſalubriter ferit; virgâ ictum exhibeat, ſed vernanti floribus, & fœtâ fructibus virgâ: pluſque ideò floribus recreat, & fructibus paſcit, quàm ictibus dolorem ingerit. Eôdem etiam pertinet illud: *Virgam*

Iſai. 11.
Chriſtus dulcis & blandus iudex & rector: pius Rex.

Plus recreat, quàm ferit Chriſti virga.

Hier. 1. *gam vigilantem ego video.* Hierem. 1. vtique Dei iuſtitiam, ſiue iudiciariam Dei poteſtatem vocat virgam, illámque veluti oculatam, apertis ſcilicet, & inconniuentibus oculis vigilantem. Virga eſt, quæ percutit, flagellat, ferítque vbi opus erit; at cùm tota plena ſit oculis, eóſque ad vigilandum apertos habeat, ita leniter ictum inferat neceſſe eſt, ne oculos lædat, quibus nihil delicatius, ac tenerius: vel etiam vt ſignificetur immenſa Dei caritas erga homines, illáque dulciſſima diuini cordis pietas; quæ vel in ipſo etiam, quod iuſtè infert, ſupplicio demonſtratur: ſuos enim ſibi ipſe ferit oculos, cùm etiam inuitus peccatorem percutit: dolentíque & lacrymanti oculo meritam à nobis vindictam expetit.

Deus etiam in ſupplicio dulcis.

Inuitus & dolens Deus caſtigat.

B 7. Itaque principi, prælatóque, etiam ſi ad corripiendum ſeueritas neceſſaria ſit, maximè tamen vſitata, & familiaris erga ſubditos lenitas eſſe debet. *Pone manum tuam ſuper arcum, & tace ſagittam: Sagitta ſalutis Domini.* 4. Reg. 13. aiebat Eliſæus ad Regem Iſraël. Eſt quidem arcus poteſtas, rigórque principis, quem tamen inflectit, emollítque ipſa ad ſe pertrahens chordâ lenitatis: Quæ igitur ex rigore illo Regis ad mollem lenitatis chordam inflexo emiſſæ fuerint ſagittæ; ſalutem etiam cùm percutient, non mortem, importabunt. Sed hanc ipſam expoſitionem ſatius eſt accipias ex Gloſſa ordin. in moral. vbi ſic habetur: *Per hoc oſtenditur officium principis, & prælati circa ſubditos, quod eſt debitè iuſtitiam exercere. Nam per lignum arcus, quod eſt rigidum, deſignatur iuſtitiæ rigor; per chordam autem, quæ mollis eſt, miſericordiæ dulcor. Et per hoc quod lignum rigidum per chordam mollem curuatur, ſignificatur quod in dubiis declinandum eſt magis ad miſericordiæ dulcorem, quàm ad rigorem iuſtitiæ.* ibid. At de ſagitta congruenter hoc etiam ibi apponitur: *Per ſagittam intelligitur ſententia procedens ex iuſtitia per miſericordiam temperata: dicitur ſagitta ſalutis Domini, quia talis ſententia conformatur diuinæ voluntati.* hæc in gloſſa. Pulchrè dicitur ſagitta ſalutis Domini. Nihil enim ſic Deo gratum, atque hominum ſalus, illiuſque correctio noſtram in ſalutem dirigitur. Quin etiam cùm nos caſtigat, non tam in hominem diſtringit flagellum, quàm vitia hominis reſecare, culpas plectere, vitam, moréſque emendare curat.

Seueritas & lenitas Rectoris.

4. Reg. 13.

Arcus egregium ſymbolum ſeueritatis cum lenitate.

Gloſſ. Ordin.

Dei correctio noſtra ſalus.

8. Hæc omnia, quæ diximus de Chriſti manſuetudine, de illius erga noſtram ſalutem ſtudio, vſque non in hominem ſed in hominis flagitia ſalubriter bonus pater ſæuiat, vno illo exemplo; quod refert Ioannes luculentè oſtenditur: *Adducunt* (inquit) *Scribæ & Phariſæi mulierem in adulterio deprehenſam, & ſtatuunt eam in medio.* Ioann. 8. ſcilicet, vt ex ſententia Domini miſeram lapidarent. IESVS autem inclinans ſe deorſum digito ſcribebat in terram: cùm ergo perſeuerarent interrogantes eum erexit ſe, & dixit: *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat.* At accuſatores ſuorum delictorum conſcij præ verecundia muti & ſtupidi, alius aliò, dilapſi ſunt omnes: & remanſit ſolus IESVS (adiungitur) *& mulier in medio ſtans.* ibid. *Vide* (inquit S. Ambroſ.) *diuina myſteria, & clementiam Chriſti; cùm accuſatur mulier, caput Chriſtus inclinat; eleuat autem vbi deficit accuſator; ita nullum damnari vult, abſoluit omnes.* Eripuit miſeram clementiſſimus Dominus ferè iam è canum illorum dentibus: aut verò potiùs è faucibus luporum. Cæterùm qui abſoluit mulierem, emendatámque dimiſit; flagitium ipſum damnauit. *Nec ego* (inquiens) *te condemnabo. Vade*

Ioann. 8.

Deus in vitia hominis, non in hominem ſæuit.

S. Ambr.

A *& iam amplius noli peccare,* Ioann. 8. Adiungit ergo S. Ambr. *Emendauit Dominus reum, non crimen abſoluit. Etenim ſeueriori ſententiâ culpa damnatur, ſi vnuſquiſque crimen ſuum oderit, & in ſe incipiat condemnare delictum; nam cum reus occiditur, perſona magis, quàm culpa punitur; vbi verò culpa deponitur, abſolutio perſonæ eſt, pœna peccati.* epiſt. 89.

Ioann. 8.

D. Ambr.

Chriſtus crimen punit, hominẽ abſoluit.

9. Agit quidem medicum Dominus, putrida reſecat, váſque vulnera, vt ſanet hominem. *Viſitabo* (inquit) *ſuper vos iniquitates veſtras.* Amos 3. *Pulchre dixit* (occurrit ibi S. Hieron.) *viſitabo, & non percutiã; quia plaga Dei viſitatio eſt atque curatio.* Tam efficax eſt Domini viſitatio cœleſtíſque medici curatio, vt quæ fuerat adultera, deinceps caſtimoniæ ſit exemplo reliquis; & qui ſcatebat B vitiis, cognitâ ſubinde ſuorum morum turpitudine, ipſi ſibi confuſioni ſit, & puriorem vitam inſtituat: quod ſæpenumerò efficitur illâ Domini viſitatione. Idcircò dixit: *Et aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtrorum in nares veſtras.* Amos 4. *Vt ſua nimirum* (inquit idem Hieron.) *peccata cognoſcant, & putere ſentiant; qui ſcilicet armati bellum contra Deum gerunt.* Hic ſtatus hominum, hoc illorum ingratitudo, arrogantia, temeritas, ſtultitia; ſunt in acie; mouent arma contra Deum. Sed quid tandem ab iſtis Deus in bellum laceſſitus? *Qui ſubridet vaſtitatem.* Reſpondet Propheta Amos 5. Videlicet benigniſſimus Dominus ſic etiam, cùm iraſcitur, miſericordiæ recordatur, vt ridens puniat: de illius hilari, & ridenti ore ſupplicium exeat; ipſámque pœnam (liceat dicere) ſubrideat pius pater, riſu lætitiáque ſuperfuſam, vt faciliùs perferatur, temperet, minuat, atque vt LXX. legunt, diuidat. Quæ quidem Domini clementia tantò eſt magis admiranda, & veneranda, quantò pluribus, & grauioribus hominum ſceleribus offenditur; atque ad iracundiam concitatur. Adiungit enim: *Quia cognoui multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra.* Amos 5. *Fortia peccata,* (vt occurrit S. Hieron.) *quæ meam iracundiam prouocarunt.* O immenſam Dei clementiam quæ non niſi multis, & grauibus hominum flagitiis laceſſita ſtimulatur in iram! Sed ô inexplicabilem noſtrorum ſcelerum malitiam, quæ diuinam ferit clementiam, & leniſſimum Dei pectus ad iracundiam commouet!

Deus verè hominum medicus.

Amos 3.

D. Hieron.

Execrandus delictorum fœtor.

Amos 4.

S. Hier.

Homines in acie contra Deum.

Amos 5.

Pœnã Dominus lenitate ſuperfuſam infligit.

Amos 5.

D. Hier.

Mira Dei clementia in perferendis hominum iniuriis.

Inexplicabilis hominum malitia.

10. E palatio Regis ſplendido amictus ornato egreditur Ioſeph, regióque vectus curru, triũphanti ſimilis ampliſſimam ſuper Ægyptios poteſtatem accepit clamante præcone *Abrech*: vel ad patrem tenerum venerabundi omnes humi prouoluantur; in peregregium quidem ſymbolum Domini IESV, qui egrediens de vtero Virginis, velut ex aulâ regiâ noſtram indutus carnem ex puriſſimis ſanguinibus matris Virginis prodiit animarum ſponſus (vt cecinit Propheta) *ſpecioſus formâ præ filiis hominum,* & matris gremio, brachiíſque velut regiâ quadam cœleſtique quadrigâ circumuectus bellum ciere cœpit idolorum ritibus, & cultoribus, illos vt extingueret; E hos vt ad veram Dei cognitionem, vitæque puritatem conuerteret. De illo quippe ab Iſaia prædictum fuit: *Antequam ſciat puer vocare patrem, & matrem, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ coram Rege Aſſyriorum.* Iſai. 8. Et quidem Tertull. vaticinium interpretatur de tribus Regibus; qui ab oriente venerunt Dominum IESVM recens natum in Bethlemitico ſtabulo adoraturi. Virtutem Damaſci intelligit aurum, thus, & myrrham, quæ Magi obtulerunt infanti: Spolia verò Samariæ; quæ in ſcripturis pro idololatris ſæpiùs

Triumphat infans IESVS.

Iſai. 8.

Tertull.

Reges adorant infantẽ IESVM.

ponitur,

ponitur, Reges ipſos accipit; Regem denique Aſſyriorum ipſum Herodem, qui fuit illuſus à Magis.

11. At Iudæi ſolùm literæ corticem attendentes, à ſenſu proprio nimirum ſpirituali prophetiam detorquent, quorum vanam, & ridiculam interpretationem illudens Tertull. incredibile atque etiam ridiculum dicit: *Quod* (inquiens) *vagitu ad arma eſſet conuocaturus infans, & ſigna belli non tubâ, ſed crepitaculo daturus: nec ex equo, vel de curru, vel de muro; ſed de nutricis, aut gerulæ ſuæ collo, ſiue dorſo hoſtem deſtinaturus; atque ita Damaſcum, & Samariam pro mamillis ſubacturus.* lib. 3. contra Marc. cap. 8. Figuratè igitur loquitur Propheta de Christo IESV, qui vel ab ipſis incunabulis diuinâ ſuâ virtute mundum eſſet debellaturus. At quonam curru triumphator iſte Rex puer vehitur? Matre vtique Virgine; cuius imprimis vtero, deinde ſinu, vlnis, brachiis, ſuperuectus vniuerſum ſic mundum debellauit; vt cœlum mortalibus aperiret, mortales ad ſe conuerſos, cœlo dignos incolas efficeret. Et quem obſecro Rex infantulus de matris ablandiens gremio non detinet, non allicit, non euincit? Ante iſtam Dei triumphalem quadrigam quis (ſi modò ſapiat) manus vltrò non complicat; caput non ſubiicit; non proſternit animum; pectus non humiliat; cor ipſum ſponraneæ non tradit ſeruituti? Fortunati nimiùm, quos digniſſima Dei mater ſuorum in album ſeruorum adſcribi dignata eſt. Quadriga Dei eſt, quia per illam Deus ad homines venit, & homines ad Deum aſcendunt: quod idem in ſymbolo ſcalæ Damaſcenus egregiè conſiderans; ita beatiſſimam Virginem compellat: *Tu mediatricis munere perfuncta deſcenſúſque Dei ſcala effecta, per quam ipſe infirmam noſtram maſſam aſſumpſit, ſibique coniunxit, & copulauit; feciſque vt homo Deum nunc cernat, eaque quæ inter ſe diſtempta erant in vnum coegiſti.* orat. 1. de aſſumpt.

Tertull.

B. Maria triumphalis currus Dei hominis.

Victrix omnium præſtin infantis IESV ex vlnis B. Mariæ.

Mediatrix Dei & hominum B. Maria.

12. Curru planè in cœlum non iam vehitur, quàm peruolat, qui beatiſſimam ſemper Virginem Dei matrem piè colit, humiliter veneratur, iugíque prece implorat. Cæterùm noſtri Ioſeph Christi Domini currum aliter etiam, & quidem eleganter ita deſcribit Arnoldus Carnot. *Intueor quadrigam, quâ currendum eſt ad Patrem, ſic debere diſtingui, vt per Ioannem ad matrem; per matrem ad filium; per filium verò attingere poſſit pœnitentis affectus ad Patrem; Et in hoc ferculo; quod nos ab hoc ſeculo euehit, Ioannes eſt columna argentea, mater aſcenſus purpureus, filius media caritas, reclinatorium aureum, viſio Patris in decore ſuo, & æternæ pacis iucunda tranquillitas.* tractatu de verbis Christi. tom. 6. Biblioth. PP. alludit nimirum ad illud ferculum Salomonis de quo Cant. 3. ferculum etiam, & quadrigam Domini ſanctiſſimam illius crucem in ſcripturis haberi, vocaríque nulli eſt ignotum, aut dubium, & nos alibi iam oſtendimus. *Exultatus enim in Crucem ſuam* (vt ipſemet dixit) *Dominus eſt, vt omnia traheret ad ſeipſum.* Ioann. 12. *Aſcendiſti* (ait S. Cypr.) *Domine palmam; quia illud Crucis tuæ lignum portendebat triumphum de diabolo, vel de principatibus, & poteſtatibus, & nequitiis ſpiritualibus victoriam;* paulóque ſuperiùs. *De impietate & malitiâ Iudæorum ſuauitas pietáſque Christi triumphat.* tract. de paſſ. De morte ipſa triumphat crucifixus. Enimverò vt benè conſiderat S. Bernar.) *inclinato capite factus obediens vſque ad mortem tradidit ſpiritum. Quis tam facilè quando vult dormit? magna quidem infirmitas mors, ſed planè ſic mors, virtus immenſa.* ſerm. in 4. fer. de paſſione. Trahit ad ſe corda hominum, animos mortalium, ferit ad compaſſionem, confringit ad contritionē, emollit ad pietatem, immutat ad motum, ac vitæ conuerſionem. *Quis enim* (adiungit idem) *tam irreligioſus, qui non compungatur? Quis tam inſolens, vt non humilietur? Quis tam iracundus, vt nō indulgeat? Quis tam delicioſus, vt non abſtineat? Quis tam flagitioſus, vt non contineat? Quis tam maliti oſus, vt non pœniteat his diebus?* merito quidem.

Felix qui B. Mariæ obſequio ſe deuouit.

Arnold.

Ferculum Salomonis quid ſignificet.

Cant. 3.

Crux Domini quadriga triūphalis.

Ioann. 12.

S. Cyprian.

Triumphat Christi miſericordia.

S. Bern.

Ioan. 18.

Oſtendit immenſam virtutem Christus in morte.

D. Bern.

Paſſionis dominicæ virtus ad flectendos animos.

13. Ac peropportunè in hunc locum incidit hæc noſtra commentatio in ipſamet dominica palmarum, in qua vexilla Regis prodeunt, fulget Crucis myſterium; canitur ad triumphum paſſionis, quam præcedit triumphalis proceſſio palmarum, quibus Heroſolyma vectum aſinâ Dominum IESVM incredibili, atque per omnem hominum memoriam inaudito gaudio, pompáque excepit. Sed quid fuit (quærit optimè S. Bern.) quod proceſſionem habere voluit; qui mox futuram nouerat paſſionem? Reſpondet: *Fortè vt amarior eſſet paſſio, quam proceſſio præceſſiſſet. Ab eodem enim populo, in eodem loco, & ipſo tempore; primò cum tanto triumpho ſuſceptus; poſteà crucifixus eſt.* ibid. profectò vehementiùs hoc ipſo Domini ſic triumphantis ingreſſu in Hieruſalem irritati ſunt Iudæorum animi, vt contra eum, quem videbant incredibili mortalium omnis ætatis, omnîſque ordinis applauſu triumphantem, inuidiæ ſtimulis, quâ erant occæcati, crudeliùs deſæuirent. Benè idem Bern. animaduertens exclamat: *O quam diſſimile eſt; Tolle, Tolle, crucifige eum: &; Benedictus, qui venit in nomine Domini!* Iure igitur optimo Domini paſſio; quæ hodie incipit explicari (vti animaduertebat Bern.) à nobis exigit admirabilem & cordis compunctionem, & vitæ conuerſionem. *Nempe* (inquit) *adeſt paſſio Domini vſque hodie terram mouens, petras ſcindens, aperiens monumenta.* ibid. Saxis ergo duriores erunt; quos Domini paſſio non commouet, non emollit. Scindatur obſecro ô Domine IESV rupes mei pectoris, vt de rupe (quod olim Moyſis virga fecit) meorum viſcerum tua crux, paſſióque percutiens, riuos educat lacrymarum. Indignum eſt enim ſiccis oculis videre Deum in cruce morientem: vti dixit idem Bern. Sed interim hoc feſto die triumphalem Domini pompam omnibus pietatis ſtudiis proſequentes, in genuáque prouoluti venientem ſuper aſellum cœli, terræque Regem adoremus acclamantes, *Abrech; Pater tener!* princeps pacis, Rex ſalutis. Non enim (inquit S. Auguſt.) *Rex Christus eſt ad exigendum tributum, vel exercitum ferro armandum, hoſtéſque viſibiliter debellandos, ſed Rex eſt, quòd mentes regat, quòd in æternum conſulat; quòd in regnum cœlorum credentes, ſperantes, amantéſque perducat,* tract. 50. in Ioann.

Myſteria dominicæ palmarum.

D. Bern.

Christus ipſâ vectus Iudæos ad paſſionem irritauit.

D. Bern.

Proceſſio & paſſio Christi.

S. Bern.

Compaſſione, lacrymis, veneramur Christi paſſio dignißima.

D. Bern.

S. Auguſt.

Christi regnum ſalutare gloriosumque ſubditis.

SECTIO VI.

Ego ſum Pharao: abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manum aut pedem in omni terra Aegypti. Vertítque nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca, Saluatorem mundi. Dedítque illi vxorem Aſeneth filiam Putiphare ſacerdotis Heliopoleos.

1. QVam Ioſepho poteſtatem Rex promiſerat ſuper Ægyptios ſupremam, nunc tradit iuramento. Ego ſum (inquit) Pharao, id eſt, iuro tibi per meipſum, qui ſum Pharao, videlicet

in

in Ægypto Rex ſupremus. Omnes ſiquidem Ægyptij Reges à primo, cui hoc nomen per annos ferè mille, & quadringentos Pharaones diel conſueuerunt, deinde Ptolomæi omoes nominati ſunt qui Alexandriæ in Ægypto regnauerunt; vti ſcribit Ioſephus lib.8. antiq. cap.2. Nun mouebit quiſquam (ait Rex) manum, aut pedem abſque tuo imperio, quibus verbis plenam, & ſupremam tradit poteſtatem, vt ſine conſenſu Ioſeph nihil alicuius momenti fiat. Videtur adagiali locutione ſignificari omnimoda, quæ præſtari debeat, obedientia. *Obedientia religioſi motiua virtus.* Nec enim verus obediens abſque præſcripto ſuperioris vel ambulare vel quicquam operari ſolet, ſed ad ſolum impulſum obedientiæ mouetur, & mouente obedientiâ operatur. Eſt ſanè obedientia velut motiua virtus religioſi, quâ impellente motum, operationémque ille concipit, vtique à Deo, qui mouet, qui impellit, qui iubet, cui obedit homo, dum ſuo paret ſuperiori. Glorioſa profectò virtus obedientiæ; quam Deus homo tanti fecit, vt propter illam *Miꝛa Chriſti obedientia in vita & in morte.* exinanuerit ſemetipſum vſque ad mortem crucis; nec ipſam acerbiſſimis perfunctam cruciatibus vitam antè dimiſerit; quàm omnia & ſingula obedientiæ præſcripta ſanctè integréque abſoluens dixerit: *Conſummatum eſt*: tunc enim *inclinato capite emiſit ſpiritum in manus* æterni Patris, cuius obedientiæ venerabundos ſubiectum caput inclinabat. Ioann.19.

2. Quid quòd etiam Virgo ipſa beatiſſima Dei mater ſummo in pretio habuit obedientiam? C præbens quippe aſſenſum futuræ in ſuo vtero incarnationi Verbi dixit: *Ecce ancilla Domini; fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Luc. 1. Iámque ſubinde facta Dei mater, quem vtero geſtabat, ſuo illo in Cantico appoſuit: *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* Luc. 1. Sed cur non dixit, humilitatem matris ſuæ? num quicquam maius & glorioſius, aut æſtimari, aut prædicari poteſt, quàm quòd ſit mater Dei? Planè (reſpondet Rutil. Epiſc. Lauret.) *vt oſtenderet ſe magis gloriari in obedientia & paratiſſimo conſenſu quem ſine mora exhibuit Deo, quàm in titulo maternitatis.* lib.2.cap.16.dub.6. *Admiranda B Mariæ obedientia.* Rutil. *B Mariæ gratior fuit obedientia, quàm dignitas matris Dei.* Quamuis itaque beatiſſima Virgo mirandum in modum & amauerit, & æſtimarit, quòd Virgo & mater Dei extiterit, potiùs tamen habuit, quòd ancilla Dei D fuerit: pluríſque fecit obedientiam, quàm ipſam ſui corporis virginitatem. Enimverò ſi Deus ita vellet, vt ex non Virgine naſceretur, obediſſet vtique Deo ſic iubenti mater: dixiſſétque illud: quod S. Bern. verè piéque apponit: S.Bern. *Si oportuerit me frangere votum, vt pariam talem filium, & gaudeo de filio, & doleo de propoſito: fiat tamen voluntas eius.* Sic ille hom. ſup. miſſ. Et quidem meritò: nam nec virginitas, nec vlla virtus alia rationem noménque virtutis habere poteſt, ſi Dei mandato repugnet, præſcriptámque à Deo violet obedientiam.

3. *Vertitque nomen eius.*] Non ſine Dei conſilio mutatum eſt Ioſeph nomen Hebræum in alterum Ægyptiacum, ne vel à fratribus, vel à quo- E quam alio Ioſeph ex priſtino proprióque nomine agnoſceretur, vſque ad præſtitutum tempus, quo ſe ipſe proderet. *Ioſeph ab Ægyptiis dictus ſaluator mundi.* Sed quodnam illud nomen à Pharaone impoſitum? Zaphanath Phaanecha. Sic legit D.Hieron. qui teſtatur linguâ Ægyptiacâ ſignificari *Saluatorem mundi*, & ſic dictũ, quod orbem ab imminenti famis exitio liberarit. Alij contra interpretantur *arcanorum reuelatorem*: quippe ad radices Hebræas attendunt: cùm tamen vox ſit Ægyptiaca, non Hebræa. Quare potius A credendum S. Hieronymo, qui tam longo tempore in illis regionibus habitauit, & harum rerum fuit diligentiſſimus indagator. Sciendum tamen eaſdem duas illas dictiones, ſi Hebrææ ſint (ad vtramque ſcilicet linguam pertinent) ſignificare arcanorum reuelatorem, ſiue abſconditorum repertorem. Scribit igitur S.Hieron. ad hunc modum. D.Hier. *Licèt Hebraicè abſconditorum repertorem ſonent, tamen quoniam ab Ægyptio nomen imponitur, eius lingua debet habere rationem. Interpretantur igitur duæ illæ dictiones ſermone Ægyptio (ſaluator mundi) eò quòd orbem terræ ab imminenti famis excidio liberarit.* hæc S. Hieron. in trad. Hebr. ſed ô pulcherrima nominis ſignificatio cum illa populi acclamatione, vt ad ſaluatorem mundi conclamaretur, B *Abrech, pater tener, pater infans?* Anoon iſta conueniunt illis quæ poſteà nunciauit Angelus paſtoribus noctu vigilantibus: *Annuncio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis ſaluator, qui eſt Chriſtus Dominus.* Luc. 2. Luc.2.

4. Grande quidem gaudium hominibus naſci Dominum Regem Meſſiam ſaluatorem; Sed vbi ille? quænam ſui, vt cognoſcatur, ſigna præfert? *Signa recèt nati ſaluatoris.* *Inuenietis* (adiungit Angelus) *infantem pannis inuolutum, poſitum in præſepio.* Luc.2. ô rem admirabilem! ô dicta mirum in modum pugnantia! Luc.2. Natus eſt nobis ſaluator, & inuenietis infantem! Ergóne ſaluator infans? quî ſaluare infans poterit? An non vt ſaluet quis, redimátve captiuos (hoc C enim eſt ſaluare) generoſum animum, validúmque robur corporis habeat neceſſe eſt: quippe colluctandum eſt cum aduerſariis, quorum ſub tyrannide miſeri tenentur captiui, & qui pro mancipiis acerrimè reſiſtent? Quin etiam maius opus maiórque labor eum captiuis ipſis, qui vice patriæ diligunt exilium quod patiuntur, carcerem putant palatium, vincula delicias; premíque malunt ſeruitute, quàm libertatis honore perfrui. At nihilominùs verè Angelus: *natus eſt vobis ſaluator; inuenietis infantem.* Eſt quidem infans quantitate paruus, alienæ opis indigus, fandi impotens; vt loquitur S. Leo ſer. de natiuit. S.Leo. Verè ſaluator eſt infans: nihil illo infante fortius: de illo ſiquidem, vt infrà videbimus à Iacob prædictum eſt: D *Catulus leonis; quis ſuſcitabit eum?* Geneſ. 49. Gen.49. Infans membris, ætatéque, ſed robore ſimul animóque leo eſt, *Omnipotentia infantis ſaluatoris.* nec minus tartarei Spiritus, principes huius mundi, aduerſariæ poteſtates, infantis huius exhorrent, fugiúntque vagitus, quàm ruſticorum imbellis turba exhorret, fugítque, vbi reboant in ſyluis leonum rugitus. Certè cùm Iſaias de virginali partu prophetaret, iuſſus à Deo fuit, vt ipſum puerum (inquit S.Hieron.) D.Hier. *Qui prius vocabatur Emmanuel, nunc appellet, Accelera ſpolia, detrahe, feſtina, prædare.* Iſai.8. Iſai.8. *qui velociter de aduerſariis poteſtatibus ſpolia detrahit, & ſibi facit vniuerſa ſeruire; adhuc in infantia poſitus vincet fortitudinem.* *Triumphus infans ſaluator de inferno.* Et infrà: *Delectabitur infans ab vbere ſuper foramen aſpidis, & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet.* Iſai. 11. Iſai.11. E *Infans ſcilicet* (declarat S.Hieron.) D.Hier. *de obſeſſis hominum corporibus fugabit dæmones, & mittet manum in ipſius ſatanæ habitaculum, & inde eum extrahet.* Hæc vis, hæc potentia infantis ſaluatoris contra humani generis tyrannos.

5. Sed quid cum Ipſis captiuis ſuam amantibus ſeruitutem, ad quorum alliciendos, & ab ipſa ſua infelicitate conuertendos, non minus potentiæ adhibendum? *Victor hominum infans ſaluator.* Planè hoc proprium eſt infantis ſaluatoris opus. Etenim (vt argumentatur

S.P.

S.P.Chryſ.

S.P.Chryſol.) *Infantia quam non barbariem vincit, quam non ſeritatem mitigat? quid amoris non expoſtulat, quid non affectionis extorquet? Hoc ita eſſe probant omnes, viſcera humana teſtantur. Sic ergo naſci voluit, qui amari voluit, non timeri.* ſerm. 158. Mundum euicit, ſibíque ſubiugauit ſaluator infans. In huius rei typum duos reperimus in diuinis literis ante Dominum IESVM multis ſeculis nuncupatos fuiſſe ſaluatores: Moyſem, qui Hebræorum populum ab Ægyptiacâ ſeruitute eripuit, & Cyrum Aſiæ Regem, qui Hebræos in Babylone captiuos in patriam deinde liberos remiſit. Et quidem ambo fortes, ac potentes, ſed non tam quòd ille virgâ illâ ſuâ Ægyptios flagellauit; tandémque in mari rubro ſubmerſos funditùs excidit: Et iſte maiorem Aſiæ partem armis deuictam ſuo imperio ſubiugauit; quàm quòd vterque infans, & eiulans ipſammet emolliit feritatem: Moyſes Ægyptiæ principis, à qua educatus eſt; Cyrus lupæ, à qua in ſyluis eſt enutritus. Pulchrè illud à S.Ambr. dicitur: *Infirmitas Domini fortitudo mea eſt.* in Luc. 2. Quæcunque ſcilicet in martyribus, aliíſque omnibus iuſtis, & ſanctis fortitudo extitit hodiéque etiam percelebratur, ab infirmitate huius infantis nata eſt. *Ille* (adiungit Ambr.) *infantulus fuit, vt tu vir poſſis eſſe perfectus.* ibid.

Infans ſaluator amorē hominum extorquet.

Moyſes & Cyrus ſaluatores in infantia fortes.

S. Ambr. Infantis IESV infirmitas fortes nos reddidit. Luc. 2.

6. *Inuenietis* (Inquit Angelus) *pannis inuolutum, & hoc vobis ſignum: quia natus eſt vobis Chriſtus.* O ſtupor! ô miraculum! paupertas ipſa, & vilitas infantilium panniculorum Chriſtum prædicat, illum omnibus diuinitatis delibutum gratiis verum Meſſiam, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ, Dei eſſe demonſtrat. *Ille ſiquidem* (ait Ambr.) *inuolutus in pannis, vt tu mortis laqueis abſolutus ſis. Qui cum diues eſſet* (inquit Apoſtolus) *propter vos pauper factus eſt, vt illius inopiâ vos ditaremini.* 1. Cor. 8. *mea ergo paupertas illius patrimonium eſt.* ibid. Vnde obſecro admirabilis illa omnium diuitiarum affluentia, quæ in Chriſtiana Catholica Eccleſia cernitur; vbi ſummi Pontificis maieſtas, ſacrorum Cardinalium amplitudo, Epiſcoporum dignitas, Canonicorum, Prælatorum, Religioſarum congregationum, pinguiſſimi redditus; templorum, altarium, ſacrorum vtenſilium, veſtiúmque opulentia: vnde militarium ordinum, in quibus primaria ipſa Chriſtianorum nobilitas recenſetur, non redditus dicam, ſed theſauri, argenti auríque fodinæ; niſi ex ipſa Chriſti Domini paupertate? tota ſiquidem Eccleſiæ Chriſtianæ magnificentia patrimonium Chriſti eſt. Rectè igitur S. Auguſt. ſer. de natiuit. hanc ipſam naſcentis Domini paupertatem, panniculóſque conſiderans in hunc modum diſſerit: *His quidem nulla poſſunt apud vulgus magis ridicula videri: rurſus autem apud ingenioſos, nulla magis admirabilia; nulla magis Deum ſpirantia. Ad iſtos pannos Angeli excubant, ſydera obſecundant, Reges trepidant, ſectatores ſapientiæ ingeniculant.* Suis ergo panniculis declaratur Chriſtus, ſuâ paupertate demonſtratur verus à Deo Patre miſſus, & antiquis patribus promiſſus Meſſias. *Et hoc vobis ſignum,* (inquit Angelus) *inuenietis pannis inuolutum.*

Infantis IESV paupertas Eccleſiam ditauit.

D.Ambr. 1.Cor. 8.

Eccleſiæ Catholicæ magnificentia ex paupertate Chriſti.

S. Auguſt.

Infantis IESV panniculi Deū ſpirant.

Luc. 2.

7. At Iudæi non recipiunt, rident potiùs pannis inuolutum; ſplendido quippe amictu regióque apparatu refulgentem expectabant Meſſiam. O cæcitas! ô ſtoliditas! quis quæſo veſter ille Dauid! de quo tantopere ſibi Iudæorum gens gloriatur? numquid Dauidi nocuit paſtoritia pera, ſcipio, paupertas, pueritia, feréque nomen tum in paterna domo ignotum, vt ab ipſis Hebræis Rex non haberetur? Non quidem. Sed ideò reſpondeo; quia poſtmodum proſtrauit gigantem, debellauit Philiſtæos, cepit Hieroſolymam, arcémque in ea Sionis extruxit; Iudaicum denique imperium bello contritis, ſubiugatiſque gentibus ad Euphratem vſque amplificauit. Quin potiùs quò humiliora fuerunt initia Dauid, eò planè (benè perſpectâ illius, quam ſubinde habuit, gloriâ) euidentiùs conſtat, quòd ab ipſo Deo electus creatúſque fuit Rex; magíſque proinde Iudæi ſeſe obligatos indicant, vt huiuſmodi à Deo datum Regem ſuſcipiant ac venerentur: ſéque ipſos à Deo cenſeant mirandum in modum honoratos, quòd dignos habeat, quibus à ſe creatum Regem præficiant. Benè id quidem, & diuinæ ſcripturæ congruenter, quæ cùm memorabilem illam Dauidis victoriam de Philiſtæo referret, tunc eundem appellauit paſtorem artificis nepotem, feréque ruſticanum, ac ſimul etiam donatum à Deo: Percoſſit (ſcribitur) à Deo *datus filius ſaltus, polymitarius Bethleemites Goliath Gethæum.* 2. Reg. 21. vt ſcilicet Dei donum Hebræi Dauidem agnoſcerent, alacriúſque amplecterentur. Igitur ſi valet hæc ratio in Dauide; cur in Dominum IESV non eandem vim habebit, vt pudori non ſit, ſed gloriæ potiùs atque honori, quòd à Deo datus ſit Rex Meſſias, & ab hominibus adoretur, quin illius gloriæ quicquam detrahat humilis natiuitas, vile præſepium, rerum humanarum indigentia.

Obſcura initia non dedecorant Dauidem.

Dauid à Deo Rex creatus in maiorē gloriam Hebræorum.

2.Reg. 21. Paupertas Chriſti non illius famā obſcurat, aut de fide detrahit.

8. Enimverò totus aſpicit, & ſuſpicit orbis, quid ab hoc tam deſpecto humilique puero factum poſteà ſit. Domuit ſcilicet gentes, ad ſuúmque traxit obſequium, idola, ritúſque, & fana gentium demolitus; nouum, ſtabile, ſempiternúmque ac ſummè glorioſum, fruſtrà obluctantibus tyrannis, infernóque mugiente, Chriſtianæ Eccleſiæ fundauit imperium. O cæcitas! ô inſania! ô perfidia Iudæorum! imò verò (ſic ratio poſtulat) quò fuerit maior naſcentis humilitas, eò ſubinde conſtabit euidentiùs, quòd ex iis, quæ ab eodem poſtmodum patrata ſunt, Rex ille à Deo datus Meſſiáſque in mundum miſſus in Dei gloriam, humaníque generis ſalutem, demonſtretur. Denique Angelus annunciat natum Dominum: at quo ſigno dignoſcendum? *Inuenietis poſitum in præſepio.* Quid quæſo, bone Angele cum domino habet poſitum iacere in præſepio? Certè qui domini habentur in terra, ſibi potiùs, quàm aliis domini ſunt, quorum ſcilicet tributis aluntur, quorum ſudoribus viuunt: deinde ſic faſtidio habent eos, quibus dominantur, vt rarò ab iis videri velint: erga ſubditos perdifficiles habent aditus; inacceſſibiles vultus; inclementes animos: denique ita ſe gerunt, ac ſi aliûs diuinioris à ſubditis naturæ, creati à Deo eſſe videantur. Salomon etſi (quod præferebat nomine) Rex pacificus, tamen quia dominus, & princeps thronum ſibi ad oſtentationem regiæ maieſtatis in hunc modum conſtruxit, vti ſcribitur: *Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem, & veſtiuit eum auro fuluo nimis; qui habebat ſex gradus; & duæ manus hinc atque inde tenentes ſedile; & duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas: & duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atque inde.* 3. Reg. 10. Sic ſe oſtentat Regum, & dominorum maieſtas, ſi eos conuenire neceſſe fuerit, per gradus in altum aſcendendum erit: In ſublimi conſident, neque humi gradientibus patent; tranſcendum illuc tandem eſt per leones hinc inde terrifico vultu minabundos; quòd ſi totò fortaſsè in altum detur euaſiſſe, adhuc eſt

Chriſti potentia, triũphúſque de mundo, de inferno.

Quo Chriſtus humilior, eò glorioſior triũphator.

Luc. 2.

Dominatum hominum intolerabilis.

Thronus Salomonis.

3 Reg. 10. Moleſta ſubditis Regum maieſtas.

quod

Difficilis ad principes acceſſus, aditúſque.

quod timeas: regiam manum haud oſculari, nec ab illa bonum quid accipere licebit, quin ibi quoque duos pro manibus principis excubantes exhorreas leones.

9. Proh quantis ſtat periculis ad principes mundi acceſſus! quàm grauibus & ſudoribus, & timoribus emuntur principum beneficia! Non ſic Chriſtus Dominus; non ſic: natus eſt nobis Dominus non ſibi; nemini ſe denegeat; patet omnibus; omnium Deus, facilè inuenitur. In præſepio ſcilicet in loco publico, & humili poſitus; ad quem adire, cum quo verſari, & in cuius etiam cunis paſci vel ipſæ pecudes poſſunt; principes alij, quippe ſui tantum memores, ſui modò curam habentes, ſublimiora, pulchriora, ſplendidioráque ædium habitant; cæteros verò longè à B dominia ſeparatos in infima loca detrudunt: ſeruos etiam in ſtabula compingunt, aut ſub dio iacere patiuntur; vti Mardochæus noctu manebat ad ianuam Regis. Eſther cap. 2. Et cùm Dauid adulter in regio cubiculo dormiret, bonus tamen ſeruus Vrias ante portam domus regiæ cum aliis ſeruis domini ſui dormiebat. 2. Reg. 11. Tam diſpar eſt dominorum, & ſeruorum conditio. At noſter, nobíſque natus Dominus viliora ſibi eligens, ſublimiora nobis, qui ſerui ſumus, attribuit; poſitus in præſepio nos ad cœlũ eleuat. *Ille in terris* (inquit S. Ambr.) *vt tu in cœlis*; quin etiam in terra Sacerdotes ſuâ humilitate reddit glorioſos, vt egregiè ſic expendit S. Ambr. *Ille in præſepibus, vt tu in altaribus.* in 2. Luc. Proh quantum humi- C litati Domini IESV, quantum ipſius paupertati debemus Sacerdotes! Deus homo infans pannis inuolutus; nos vtique ſerui ſacerdotalibus veſtibus ex ſerico, pretioſo, multóque argento, auro gemmíſque refulgentibus induti, ornatique: Dominus in ſtabulo; ſerui in templis ſumptuoſis, ſplendidíſque: Dominus in præſepio; ſerui in altaribus. *Solus ergo deſcendit Dominus, vt multos eleuaret: humiliauit ſe Rex noſter, vt milites ſuos exaltaret.* ait S. Fulg. ſer. de natiuit.

Mira humanitas Regis noſtri Domini IESV.

Eſther 2.

2. Reg. 11.

D. Ambroſ. Quanti nos Chriſtus faciat. Paupertati Domini multũ debet Sacerdos.

S. Fulg. Humiliatus Dominus vt ſeruos exaltaret.

10. Curru igitur vectus Ioſeph, ab ipſo Rege appellatus ſaluator mundi, à præcone acclamatus pater tener, toti Ægypto oſtenditur venerandus; in typum videlicet (vti iam vidimus) Dei hominis, qui natus ex Virgine mundum ingreditur D IESVS, id eſt, ſaluator mundi, ab ipſo æterno patre nominatus. *Dedi te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea vſque ad extremum terræ.* Iſai. 49. Tantâ nimirum claritate conſpicuus ſeſe mundo manifeſtat, vt ex ſuo ingreſſu qualis ipſe ſit omnibus demonſtretur. Enimverò eadem ipſa nocte, in qua in Bethlehem natus eſt, tres in cœlo viſi ſunt (vt graues doctores teſtantur) ſoles: in eadem infinita dæmonum fana corruerunt diuinitùs exciſa, demolitíſque funditùs aris idola partim comminuta ceciderunt, partim in cineres redacta euanuerunt. Quin etiam nouum in cœlo ſydus exortum inuſitato quodam irradians fulgore, orbis eoi Reges ad quærendum recèns natum in Iudæa E Regem, cuius ortum cœli ipſi teſtabantur, excitauit. Quorſum tot ac tanta prodigia? Prodi ſe hominibus, & agnoſci ſaluator mundi volebat. Veſtiebat ſummus in Moſaica lege Pontifex hyacinthinam veſtem talarem, cuius in infima fimbria viſebantur appenſa quinquaginta tintinnabula, totidémque ex ſerico filo mala punica; etſi alij contendant fuiſſe ſeptuaginta duo. Igitur, vbi Pontifex ſanctuarium ingrediebatur, moto ipſo concrepantia tintinnabula adeſſe Pontificem teſtabantur. Sed quodnam huius figuræ myſterium?

Iſai. 49. Plura miracula in Chriſti natiuitate.

Recèns natus prodi ſe hominibus voluit Dominus IESVS.

Exod. 28.

A Nimirum (vti ſcribit S. Athanaſ.) *talaris tunica typus eſt humanæ carnis, quâ ſe totum Dei Verbum induere non recuſauit.* ſic ille q. 119.

S. Athan.

11. Porrò mala rubentia Chriſti Domini ſignificant opera, quæ reſonantibus tum miraculis ab ipſo editis, tum diuinæ ſcripturæ pro ipſius veritate teſtimoniis mundo demonſtrata æternæ vitæ fructum (vti Rupert. conſiderat) exhibuerunt. Itaque mundum ingrediens Deus homo, ſtatim admirandis in ortu ſuo operibus ſeipſum ſpectabilem reddit; feſtinóque miraculorum, & ſcripturarum, & concinentium Angelorum ſonitu ſe natum hominibus prædicat, eóſque inuitat, vt ad ſuæ incarnationis fructum (quem mala punica ſignificant) accurrant excerpendum. O rem B inauditam! ô Deum ſui prodigum! Quis vnquam hortulanus ita ſuarum rerum prodigus extitit, vt cùm in autumno maturis iam pomaria viderit ſua fructibus plena; tum clamore, tum etiam æris tinnitu prætereuntes conuocet, vt gratis poma decerpant? Siccine vbi poma, ibi tintinnabula? Siccine inuitantur raptores? At cuſtodem (inquies) habet: mater Virgo excubat, ſuum rapi filium non ſinet. Sed ô egregiam cœleſtis theſauri cuſtodiam! tam filij mater prodiga, quàm ſui prodigus puer. Nouit illa non ſibi tantùm, ſed toti etiam humano generi filium ſe peperiſſe: *Paruulus ſiquidem* (legit apud Iſaiam) *natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis.* Iſai. cap. 9. Atque ideo vt nobis debitum ſoluat, proclamat: *Poſuerunt me cu-* C *ſtodem in vineis: vineam meam non cuſtodiui.* Cant. 1. O Domina quænam ſunt vineæ, quæ tibi commiſſæ? & quænam tua vinea, quam non cuſtodiſti? Vineæ; quarum cuſtodiam à Deo commiſſam Virgo mater accepit, omnes nos ſumus: vinea illius, quam ipſa non cuſtodiuit, IESVS filius eſt. Incuſtoditam ergo ſuam reliquit vineam, hoc eſt, vnicum ſui virginei ventris filium in ſtabulo peperit, in præſepio reclinauit, vt facilè inueniri gratíſque haberi poſſet: meritóque proinde dixit filius è matre recèns egreſſus, cùm æternum Patrem alloqueretur: *In te proiectus ſum ex vtero.* Pſal. 21. ſiue in ſenſu proprio, *expoſitus*; vbi ſcilicet ab obuio quoque reperiri, ſuſtolli, & abripi poſſit. O nimiam erga homines Dei caritatem! ô admirabilem pariter, & amabilem matris Dei erga homines pietatem! Sed & ô vecordiam & inſaniam hominum, qui nec filij caritate, nec matris pietate commoti cœleſtes in filio theſauros appetunt, gratíſque arripiunt: neque ad omnia paratam Virginis matris gratiam, quæ apud Deum ſumma eſt, paruo quidem labore piæ inuocationis eluctantur.

Rupert. Manifeſtāt natum Meſſiam prodigia.

Sui prodigus in ortu Dominus IESVS.

B. Maria ſui prodiga filij.

Iſai. 9.

Cant. 1.

B. Maria ſuum nobis filium donauit.

Pſal. 21.

Chriſtus in præſepio expoſitus, vt ab obuio quoque raperetur.

Mira erga homines B. Mariæ pietas

Summa hominis vecordia, qui B. Mariam piè non inuocat.

12. *Dedítque illi vxorem Aſeneth.*] Putipharem iſtum, cuius filiam duxit vxorem Ioſeph; arbitratur S. Hieron. eſſe illum eundem à quo fuerat emptus primò, deinde in carcerem detruſus ob falsò confictum crimen adulterij. Cùm enim illectus ſerui pulchritudine dominus illo abuti vellet, diuino iudicio, Dei vindictâ aut exſectis E virilibus, aut certè infrigidatus omninò in ſpadonem redactus eſt: atque adeò è militia, cuius erat princeps, à Rege in ſacerdotum ſegregatus abiit in Heliopolim, quæ ciuitas erat Sacerdotum cùm philoſophantium, tum celeberrimo ſolis idolo miniſtrantium, vti ſcribit Strabo lib. 17. nec enim licebat eo ſacerdotio, niſi eunuchum defungi. Filiam hic ergò anteà ſuſceptam habuerat; quam Ioſepho quondam ſeruo ſuo, nunc verò totius Ægypti poſt Regem principi locauit; quod ipſi Ioſepho fuit perquàm honorificũ & glorioſum.

D. Hier.

Hanc

Duo extitere vnus Putiphares.

Hanc opinionem amplectuntur Rupert. Abolenſ. & Hiſt. Scholaſt. Cæterùm quòd duo eiuſdem nominis fuerint Putiphares, vnus in Memphis militiæ princeps, alter Heliopoli Sacerdos ſolis multis contendit, & confirmat S. Auguſtinus quæſt. 136. in Geneſ. Chryſoſt. hom. 63. in Geneſ. Lyra, Oleaſt. Lippom. Hameros, Bened. Perer. Delrio in hanc potiùs inclinant. Et quidem meritò dicitur hic Putiphar Sacerdos Heliopoleos, ne eum Putiphare militiæ principe, à quo emptus Ioſeph, malè quis confundat. Porrò Heliopolis (vt ſcribit Burcardus) ſuo tempore villa erat immunita, ſed opulenta, & omnibus mundi delicijs abundans, ad duas leucas ab Heliopoli hortus eſt balſami longitudinis iactu duorum arcuum; latitudinis iactu lapidis, terram habens ferè albam: B rigatur hortus ille ex paruulo fonte, ſed vbere in quo fama eſt B. Virginem complurics lauiſſe puerum IESVM, panniculóſque eiuſdem mundaſſe, cùm eſſet in Ægypto propter metum Herodis: Eſt item eo in loco lapis, ſuper quem dicitur eiuſdem pannos exſiccaſſe. Atque hæc omnia Chriſtiani iuxtà Saracenique venerantur. Hæc ille in deſcript. Ægypti ad finem lib. de terra ſancta.

S. Auguſt.

Borcard.

Heliopolis in Ægypto deſcribitur.

Fons, in quo B. Maria filium ſuum lauit.

13. Azeneth virgo Ægyptia, ſed vt par eſt credere renunciatâ prorſus idololatriâ, veri Dei fidem, quam ipſe profitebatur, nupſit Ioſepho. Refert de hac puella longam hiſtoriam ex libro apocrypho Vincentius Belluacenſis lib. 1. ſpecul. hiſtor. quæ à doctis viris in eo tantùm admittitur, C quòd puellam ab idolis ad verum Deum conuerſa ibidem dicatur. Trigeſimum annum ingreſſus Ioſeph iniit matrimonium ætate ſcilicet aptâ, maturáque ad coniugium; quod ſine iudicio mentis integro, ſtatáque prudentia rectè peragi, adminiſtraríque non poteſt. Quamobrem; (vt quotidiana probat experientia) quæ fiunt in ætate immatura, & penè puerili, cuius adhuc leuiora ſunt ſtudia ferè nulla mentis prudentia, ſenſúſque conſtantia, infelices habere ſolent exitus coniugia. Huiuſmodi verò coniugium fecit Rex Pharao, vt maiorem in modum honoraret Ioſephum, magíſque illum commendaret Ægyptiis, quibus vnicum cum ampliſſima poteſtate præfecerat gubernatorem. Nam vti vir quidem pru- D dens non ita pridem ſcripſit ad ſupremum Regis in Luſitania ſenatum: ſenex cœlebs ſemper cenſetur iuuenis: at iuuenis ſtatim, vbi vxoratus, habetur ſenex: ſatiúſque iccircò eſt, vt iuriſperitus ducat vxorem, quò poſſit à Rege præfecturam accipere; quàm vt præfecturam accipiat, quò poſſit digniorem accipere vxorem.

Vincent. Belluac.

Maturo iudicio, maturáque ætate fiat coniugium.

Iuuenis coniugatus habetur ſenex.

14. Putauit etiam Rex hoc nouo beneficij vinculo magis ſibi deuinctum, obligatúmque fore Ioſeph: ac ſubinde propter vxoris & filiorum neceſſitudinúmque vincula fortiùs retentum iri in Ægypto; natalíſque ſoli, ac ſuæ gentis amorem in Ægyptiacam gentem, téſque commutaturum. Videmus enim quotidiè homines ſolo, E cœlóque exteros ibi ſtabilem vitam præfigere, oblitóſque ſuorum natalium, illius gentis induere naturam, mores, linguam, affectum, vbi duxerunt vxorem, & liberos procrearunt. In hoc ſenſu, qui planus videtur; dictum illud Domini IESV omni ſuauitatis amore plenum, ſumméque proinde ab hominibus venerandum & celebrandum accipio: *Flores apparuerunt in terra noſtra: vox turturis audita eſt in terra noſtra.* Cant. 2. Mirum eſt quòd ſponſus cœleſtis terram bis appellet ſuam: *Nuſquam enim alibi* (animaduertit S. Bernardus)

Sit quis coniugatus, antequàm index.

Pro patria diligitur, vbi vxor & filij habentur.

Cant. 1.

S Bern.

A *ſic de terra: Nuſquam de cœlo ſic locutum reperio.* ibid. Nun mea (inquit) ſed noſtra terra: ſic nimirum loqui ſolet maritus etiam ſi alieno in ſolo natus, cùm de regione, vbi vxorem duxit filióſque habet, ſermo fortè incidit. Auſim dicere, ſed verè tamen: Chriſtus Dominus, Deus homo veriùs, aptiúſque ſuam terram; quàm cœlum dixerit: Enimverò in cœlo natus non eſt, at in terra verè propriéque natus Deus homo terram habet patriam: cœlum verò inquilinos quidem, & peregrinus habitat, vti adnotauit S. Gregor. ad illa verba Matth. 25. *Homo quidam peregrè proficiſcens vocauit ſeruos ſuos: Quis eſt iſte homo* (inquit) *qui peregrè proficiſcitur, niſi Redemptor noſter, qui in ea carne, quam aſſumpſerat, abiit in cœlum? Carnis enim lo-* B *cus proprius terra eſt; quæ quaſi ad peregrina ducitur, cùm per Redemptorem in cœlo collocatur.* homil. 9. in Euang. terram igitur ſuam bis appellat Dominus, tum quia natus homo, tum quia ſponſam in ea elegit filióſque habet, & eum eiſdem in ſacroſancto Euchariſtiæ myſterio præſens habitat; quod ipſemet conteſtatur. *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi.* Matthæi 28.

Deus homo ſuam bis terrâ vocat, non ita cœlum.

S. Gregor. Matth. 25.

Verè patria Deo homini terra eſt.

Matth 28.

15. Pulchrè autem Gloſſ. interlin. in Azeneth vxore Ioſeph Chriſtianam ex gentibus Eccleſiam Chriſto Deo homini in fide deſponſatam, & in caritate dilectam ſignificari ſcribit ad hunc modum: ſicut ſublimatus Ioſeph ducit vxorem, ita & Chriſtus poſtquàm aſcendit ad cœlos C ſubleuatus ſociat ſibi Eccleſiam de gentibus; quam benè ſignificat filia Sacerdotis Heliopoleos, qui Sacerdos erat gentium. Heliopolis nanque ciuitas ſolis interpretatur, de qua ſociat ſibi ſponſam ſponſus ille, *Qui in ſole poſuit tabernaculum ſuum.* Pſal. 8. Felix nimirum gentilitas, quam ita ſummus mundi princeps Dei filius ſic adamauit, vt ex illa ſponſam Eccleſiam Chriſtianam elegerit, & fideles ex eadem filios procrearit.

Chriſtus Eccleſiæ ex gentibus ſponſus.

Pſal. 8.

SECTIO VII.

Egreſſus eſt itaque Ioſeph ad terram Aegypti D *(Triginta autem annorum erat quando ſtetit in conſpectu regis Pharaonis) & circuiuit omnes regiones Aegypti. Venitque fertilitas ſeptem annorum: & in manipulos redactæ ſegetes congregatæ ſunt in horrea Aegypti. Omnis etiam frugum abundantia in ſingulis vrbibus condita eſt. Tantáque fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia menſuram excederet. Nati ſunt autem Ioſeph filij duo antequam veniret fames: quos peperit ei Aſeneth filia Putiphare ſacerdotis Heliopoleos. Vocauítque nomen primogeniti, Manaſſes, dicens: Obliuiſci me fecit Deus om-* E *nium laborum meorum, & domus patris mei. Nomen quoque ſecundi appellauit Ephraim, dicens: Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. Igitur tranſactis ſeptem vbertatis annis, qui fuerant in Aegypto: Cœperunt venire ſeptem anni inopiæ: quos prædixerat Ioſeph: & in vniuerſo orbe fames præualuit, in cuncta autem terra Aegypti panis erat. Qua eſuriente, clamauit populus ad Pharaonem,*

raonem, alimenta petens. Quibus ille reſpondit: Ite ad Ioſeph: & quidquid ipſe vobis dixerit, facite. Creſcebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitque Ioſeph vniuerſa horrea, & vendebat Aegyptiis: nam & illos oppreſſerat fames. Omnéſque prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent eſcas, & malum inopia temperarent.

1. BIs in Hebræo ponitur: Triginta annorum erat Ioſeph: at interpres putauit ſatis eſſe, quòd ſemel id poneretur. Apta quidem ætas ſapientiæ, quæ maximè ad regendum capeſſitur, quam etiam Chriſtus Dominus ipſamet æterni Patris ſapientia capeſſiuit ad prædicandi officium exercendum; ſuæque perſonæ diuinitatem per admiranda virtutum opera, & nullis antè ſeculis viſa miracula declarandam. Regi debet potiùs, quàm regere adoleſcens: Sibi, ne laſciuiat, frænos iniicere, quàm alios ad virtutem docendo ſtimulos adhibere. Illa ſiquidem ætas ad malum procliuis frænari indignatur; regi non patitur; ſed vti laſciuire gaudet, ſic grauitatem odit, & grauem ſenem velut cenſorem exhorret: teſtatur id ipſum ſanctiſſimus Iob prioris ſuæ felicitatis tempora recenſens. *Videbant me iuuenes, & abſcondebantur.* Iob 29. ſcilicet explicat S. Thom. *Iuuenes ad peccata procliues abſcondebantur, quaſi meum iudicium formidantes.* Vti exoriente ſole diffugiunt nubeculæ, diſparent tenebræ; ſic ad vultum ſanctiſſimi Iob, (vbi ſe prodebat in publicum) laſciuia, garrulitas, intemperantia, luſúſque adoleſcentium euaneſcebant: pudor, doctrina, flagellúmque iuuenibus erant grauitas oris, caniries, ſenium, & illa in omnibus viri iuſti matura confirmatio.

Iuuenis regatur non regat.

Iob. 29. S. Thom.

Iuuenilis laſciuia perſtringitur à ſenili grauitate.

2. O quantum ineſt crudi, maligníque humoris tam flori, quàm herbæ priorum ætatum, non ſine grandi labore induſtriáque exſiccandum? Senex erat idem Iob cùm Deum ſuarum afflictionum autorem alloqueretur: *Stipulam ſiccam perſequeris, conſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ.* Iob. 13. *Homo quidem* (declarat S. Thomas) *in iuuentute comparatur herbæ virenti, ſed in ſenectute ſtipulæ ſiccæ. Punire autem hominem in ſenectute pro peccatis adoleſcentiæ idem videtur, ac ſi quis pro defectu herbæ virentis deſæuiret in ſtipulam.* Nimirum luxuries herbarum videtur quodammodo caſtigari, eiúſque ariditate paleæ, atque ſtipularum. Sic etiam intemperantiam iuuentutis morbida vt plurimum ſenectus caſtigat. Itaque vt in ſenibus eſt prudentia; ſic illa ætas, & maturior etiam, quàm iuuentus, ad regendum multò aptior eſſe ſolet. Quod quidē Deus ipſe rerum omnium iudex, æſtimatórque æquiſſimus docuit, cùm Moyſi egregio quidem rectori Hebræorum ſocios ac participes regiminis è populo ſenes adiunxit. *Congrega* (inquit) *mihi quinquaginta viros de ſenibus Iſrael & auferam de ſpiritu tuo tradámque eis, vt ſuſtentent tecum onus populi.* Num. 11. ſatis quidem videbatur ſpiritus ille à Domino datus cuiuſcunque ætatis hominibus, etiam adoleſcentibus; vt prudenter poſſent regere: cæterùm ætatis maturitas huic muneri obeundo ſic neceſſaria eſt, vt etiam ab ipſo Deo exigatur.

Crudus & malignus humor in ætate iuuenili.

Iob 13. S. Thom.

Caſtigatur mala iuuētus in morbida ſenectute.

Iuuentus ad regendum inepta.

Num. 11.

Ad regendum ſenectus exigitur.

3. Sed quid eſt Domine, quod de ſpiritu ſerui tui, Moyſis aufers, vt quinquaginta ſenibus communices? nunquid ſpirituum tam pauper es Domine, vt ſpiritum, quem Moyſi dediſti, in alios diſpertire neceſſe ſit? An verò ita copioſus eſt vnius hominis ſpiritus, vt per quinquaginta viros abundè poſſit diuidi? Ad hæc omnia reſpondet egregiè S. P. Damian. hunc eundem locum explicans in hunc modum: *Auferam* (inquit Dominus) *& tradam, vt oſtenderet, quia non homo homini Spiritum ſanctum tradidit: ſed ſolus ipſe qui eſt: qui prout vult, gratia ſua dona diſtribuit. In eo ſanè, quòd de ſpiritu Moyſis tolli dicitur, atque aliis dari; nullum Moyſes diſpendium ſpiritus pertuliſſe credendus eſt.* Itaque non Moyſes illis ſenioribus ſuum ipſe ſpiritum communicare potuit, ſed ſolus ipſe dator ſpirituum Deus. Verùm adhuc addubites qui fieri poſſet, vt ſine diſpendio Moyſis de ſpiritu illius ſpiritum ſenioribus Deus diſtribuerit? declarat id ipſum egregiè Cardinalis; *Velut ſi ab ardente lucerna lumen quælibet materia mutuetur, nullo propter hoc proprij ſplendoris detrimento lucerna minuetur.* lib. gratiſſ. cap. 14. Cedit hoc etiam in laudem Moyſis, cuius in regendo populum ſpiritus dignus ab ipſo Deo haberetur, quem tot in ætate illa grandæua, & imitarentur, & imbiberent ad onus regendi ſimul cum ſeniore Moyſe ſanctè feliciterque portandum.

S. P. Dam.

Quod proximo communicamus, nobis non auferimus.

Vt lux de lucerna, ſic gratis bona communicamus.

S. P. Dam.

Egregium in Moyſe donum regiminis.

4. Non talem, ac tantum in iuuene aliquo ſpiritum, nec ſimiliter iuuenem ad regendos populos ſuſceptum à Deo inuenies niſi fortè Salomon regnum adhuc iuuenis ſuſcepit. Dubitanter loquor; quoniam etſi Salomon regnum aggreſſus in Gabaon poſt ſacrificium Deo ſanctè oblatum deprecando dixerit: *Ego ſum puer paruulus, & ignorans ingreſſum, & egreſſum meum.* 3. Reg. 3. fortaſſis pro humilitate ſic locutus videbitur: nam anteà pater eius Dauid ſub mortem cùm multa filio commendaret, adiecit: *Vir autem ſapiens es, vt ſcias quæ facies.* cap. 2. Vbi ſapientiæ virilem ac maturam ætatem adiungit. Eundem verò appellauit paulò antequàm moreretur, puerum, & tenellum, 1. Paralip. cap. 29. quod tamen ex paterno affectu dictum poteſt intelligi: quòd ſi ætate puer fuit Salomon, cùm ſublatus in Regem eſt (teſtatur S. Hieronym. in 3. Iſaiæ ad illa verba: *Dabo pueros*) duodennis cœpit imperium: hoc ipſum tamen ipſe confirmauit in lib. Eccleſ. ita ſcribens: *Væ tibi terra, cuius Rex puer eſt, & principes manè comedunt.* cap. 10. idémque poſteà comminatus eſt Dominus Hebræorum populo: *Dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis.* Iſai. cap. 3. Nihil planè ab immatura (vt plurimum) ætate ſperari poteſt; præſtarique ſolet prudenter grauitérque in regendo alios, faciendum: *Ob hanc cauſam reor* (inquit S. Hieron.) *& adoleſcentulas viduas iuberi ab Apoſtolo, vt accipiant maritos. Nec Eccleſiaſticis vidua ſuſtentatur alimentis, niſi ſexaginta annorum eſt; & maturitatem habet morum pariter, & ætatis.* in cap. 3. Iſai. Adeò æſtimatur, & exigitur maturior ætas ad regendum, vt etiam viduæ, quæ quia pauperes, & quæ veluti matres iunioribus exemplo haberentur, ab Eccleſia ſuſtentandæ, non eligi conſueuerint, niſi moribus graues, & annis grandæuæ.

Salomō virili ætate regnum ſuſcepit.

3. Reg. 3.

3. Reg. 2.

S. Hieron. Iſai. 3.

Eccleſ. 10.

Inepta iuuentus ad regendum. Iſai. 3.

S. Hieron.

Vidua annis & moribus grauis.

5. Quid ſi proptereà infeliciſſimum tandem exitum ſuo imperio Salomon habuit? Paulatim quippe imperij libertate puer illuſus eò tandem deductus eſt, vt compluribus è gentilitate vxoribus copulatus, quò illis morem gereret execrāda gentium idola coluerit; iiſdémque vicina Hieroſolymæ, in qua templū auguſtiſſimum vero Deo conſtruxerat, extruere delubra non dubitarit: quo factum eſt vt in ſempiternū periiſſe Salomonem, non leuis ſuſpicio ſit. Scio equidē hac de re inter patres doctoréſque celebrem eſſe controuerſiam:

Salomon annis immaturus ad regnum cœpit infeliciter.

quod tandem Salomon egerit pœnitentiam; affirmat S. Hieron. ita ſcribens: *Peccauit Salomon, & offendit Deum, licèt poſteà egerit pœnitentiam ſcribens Prouerbia, in quibus ait nouiſſimè ego egi pœnitentiam, & reſpexi vt eligerem diſciplinam* Prou.24. Id ipſum affirmat S.Cyrill. & alij. Cæterùm vulgata, quam ſequimur, habet: *Poſui in corde meo,* pro quo L x x. vertunt: *Egi pœnitentiam.* Ad hæc Lyran. in 2.Reg.cap.7. contrà diſſerit: *Quod* (inquiens) *Salomon in fine pœnituit, mihi eſt valdè dubium, quia ſi verè pœnituiſſet, cùm eſſet Rex valdè potens, cui nullus de populo auſus fuiſſet contradicere, deſtruxiſſet templa idolorum, quæ ædificauerat; quod tamen non fecit, quia ſteterunt vſque ad tempus Ioſiæ Regis, vt habetur* 4.Reg.cap.23. At quod egerit pœnitentiam, videtur colligi ex 2. Reg. cap.7. vbi B Dominus de Salomone diſſerens cum Dauide adiungit: *Miſericordiam meam non auferam ab eo, ſicut abſtuli à Saul, quem amoui à facie mea.* 2.Reg.7. Reſpondet Lyra: *Non ex hoc loco poteſt efficaciter argui de miſericordia Dei circa Salomonem, niſi quantum ad temporale regnum, quod non fuit ab eo, nec à filiis eius totaliter ablatum, ſicut fuit à Saule.*

S.Hieron.

Prou.24.

Salomō non egit pœnitentiam.

Lyra.

4.Reg.23.

Fana idolorum cōſtruxit, nec tamen deſtruxit Salomō.

2.Reg.7.

Lyra.

6. Quod autem Ioſias fana idolorum à Salomone quódam extructa deſtruxerit, ita ſcribitur: *Excelſa, quæ erant in Hieruſalem quæ ædificauerat Salomon Rex Aſtaroth idolo Sidoniorum, & Chamos offenſioni Moab, & Melchom abominationi filiorum Ammon; polluit Rex & contriuit ſtatuas.* 4. Reg.23. Ad quem locum egregiè adnotarunt Rabb.Euch. *Admiſſo idololatriæ ſcelere, nunquā perfectè pœnituit.* C *Si enim verè pœnituiſſet ſat egiſſet ante omnia, vt idola, quæ ædificauerat, de ciuitate tollerentur, & nē in ſcādalum ſtultorum, quæ ipſe cùm eſſet ſuperſtitiſſimus, erronea fecerat, quaſi ſapienter facta relinqueret.* Validum ſanè argumentum, quo oſtenditur debitam & perfectam Salomonis pœnitentiam non fuiſſe; quippe cùm ille debuerit ſub peccato mortali tam graue, támque execrandum tollere ſcandalum, deſtructiſque idolis ſuam profiteri fidem; & commendare pœnitentiam: atque adeò potuerit vti Rex, cui nemo reſiſteret, & per tempus etiam ante ſuum obitum, quod vti habuit ad libros de diuinis componendos, ſic ad euertenda idola, vel vno tantùm Regis indicto verbo, habuiſſe conuincitur. D

4.Reg.23.

Rabban.

Eucher.

7. Quod verò citatur de Prouerbiis, cùm in vulgata non habeatur, non conuincit: ac forſitan ſenſus ille non fuit ex primæua Lxx.interpretum verſione, ſed à Rabbinis in fauorem ſuæ gentis inductus; quā illi fallaciā non ſemel vſi comprehenduntur. Hæc fuerint vtramque in partem obiter diſputata; definire autem quid vero ſimilius ſit, non eſt huius loci; tametſi argumentum illud Lyrani, & aliorum mihi dubium faciat, ac timorem incutiat. Quod verò Deus permiſerit, vt tam fœdè corruerit Salomon, ſuſpicari poſſumus ſuperbiam in cauſa fuiſſe; cùm ſcilicet puer imperium inierit, totóque vitæ ſuæ tempore ſine auriga, ſine rectore patre, cui obediret in regio faſtu, deliciiſque Rex ſupremus permanſiſſet. Ob E hāc enim cauſam Apoſtolus ad Eccleſiaſticā præfecturam, nō admittit Neophytum, 1.Tim.3. *Quia* (declarat S.Hieron.) *paruulus in fide eſt. Ne elatus in iudicium incidat diaboli: iudicium autē diaboli nullum eſt aliud niſi ſuperbia, propter quam de cœleſtibus cecidit.* in cap.3. Iſaiæ. tam verò paruuli fide, quàm ætate ſuperbire ſolent, vbi ad honorē efferuntur.

Iuuenis in fide, vel ætate ad dignitatem nō efferatur.

1. Tim.3.

S. Hieron.

8. *Circuiuit omnes regiones Ægypti.*] Vt muneri ſuo in bonum publicum totius Ægypti ſatisfaceret, ante omnia totam illam regionem peragrauit, & cum imperio ſupremus gubernator obiuit; A ſic in ſingulis ciuitatibus, oppidis, caſtellis, vicíſque diligentiſſimè prouidit, prudentiſſiméque decreuit, quid tandem faciendum eſſet, vt in proxima rerum omnium abundantia colligeretur, ac ſeruaretur, quod ſubſecuturæ deinde calamitati ſubſidium eſſe poſſet. Vtinam ſic principes regna ſua per ſeipſos obirent? quantò feliciùs cuncta procederent? Sanctiùs adminiſtraretur iuſtitia, ſontes punirentur, impedirentur flagitia; miſelli, & puſilli quietiùs viuerent; aureum profectò ſeculum videremus. Hoc ipſum legimus fieri ſolitum in primæua illa beatáque Luſitanici regni ætate, cùm totam frequenter prouinciam obeunte magno Alphonſo primo, & maximo noſtrorum Regum, pax, iuſtitia, fides, ac reliquæ virtutes in Luſitania floruerunt. Tunc ad præſentiam tanti Regis, quæcunque facinora maturè, iuſtéque punita toti deinde regno fuerunt exemplo, præterquàm quòd eâ ratione litium, quæ in immenſum quotidie ſuccreſcunt, infauſta omnino radix præcidebatur.

Regnum per ſe obeat Rex.

Sanctus, ſelixque Luſitaniæ ſtatus ſub Rege primo.

9. At quod de Regibus, & principibus ſecularibus dicimus, maiore quidem iure ab Epiſcopis, & prælatis Eccleſiaſticis exigitur. Nec putent ſatis ſupérque factū eſſe muneri ſuo, quòd per ſuos legatos, & viſitatores id præſtent. Non iſti ſunt paſtores, ſed paſtorū famuli; ſunt mercenarij; nec pertinet ad eos de ouibus, vti Dominus dixit Ioan.10. parúmque proinde, aut nihil efficiūt, tandem in extirpandis vitiis, in confirmanda ſalute C animarum; quas ſibi à Deo non commiſſas eſſe nouerunt. Explicari non poteſt, quod euidenter comprobat experientia, quantum iuuet, quantum efficiat ipſius, qui ſuam inuiſit prouinciam, prælati præſentia. Hanc ipſam Propheta Dei tandem in mundum venturi præſentiam, qui cum hominibus conuerſatus ſalutare poſſet perditis rebus remedium afferre, ſapienter ſanctéque expetit ita deprecatus: *Tempus faciendi Domine, diſſipauerunt legem tuam.* Pſal.118. *Non iubendi* (animaduertit S. Ambroſ.) *ſed faciendi, inquit, quia non legatus, neque nuncius; ſed Dominus ſaluaturus erat populum ſuum.* ſer.16. in Pſal.118. Prælatus quidem dum viſitat, ſaluti ouium ſuarum curandæ intendit; legatus exoſſando gregi, deglubendis ouibus, exhauriēdo D illarū ſanguini, ad ſuffarcinendā crumenā ſtudet.

Viſitet ſuā prouinciam prælatus.

Ioan.10.

Viſitatores ſeruum aut nihil efficiunt.

Meſſiæ aduentus, & præſentia in remedium mundi expetitur.

Pſal 118.

S.Ambr.

Viſitatores congerendæ pecuniæ ſtudent.

10. At quia prælato id valde laborioſum eſt, iccircò S.Bern. hominem ab onere ſuæ dignitatis, & ab egregio iſtiuſmodi laboris emolumento ſic exhortatur. *Agnoſce hæreditatem tuā in Chriſti cruce. Si labor terret, merces inuitet. Exi in agrum Domini, & conſidera. Vides regiones ſi non ſunt magis ſiccæ ad ignē, quàm ad meſſem.* lib.2. ad Eugen. Hæres Chriſti prælatus, non accepit glorioſam Domini portandam in capite coronam, ſed baiulantis ad Caluariam humeris ſuſtinēdam crucem. Nam quorſum obeuntes epiſcopatum paſtores Eccleſiæ ſublatam præferunt ex argento crucem, niſi vt moneantur ſuam in Chriſti cruce ad patiendum, & (ſi opus fuerit) ad moriēdum, eſſe tam dignitatē, E quàm hæreditatem. At (inquies) multis & grauibus diſtentus curis, & morbo interdum præpeditus obire non poteſt epiſcopatum Pontifex. Benè. ſed tunc ita vigilanter prudentérque prouideat in viſitatorum electione, quos mittat ad laborandum in vinea Chriſti, non ad diteſcendum in aurifodinis. *Eligat igitur eos* (vti apponit S.Ber.) *qui miſſi poſt aurum non abeant, ſed Chriſtum ſequantur: qui quæſtum legationem non æſtiment, nec requirant datum, ſed fructum: qui marſupia non exhauriant, ſed corda reficiant, & crimina corrigant, famæ prouideant ſuæ, non inuideant alienæ: qui redeāt fatigati quidem, ſed* non

S.Bern.

Inuitatur & cogitur Epiſcopus ad viſitandum diœceſim.

Epiſcopus Chriſti hæres ad baiulādam Crucem.

Epiſcopi ſublatam præferunt Crucem.

Viſitatores non ad diteſcendum, ſed ad laborādum mittuntur.

S. Bern.

non ſuffarcinati. 4. de conſid. cap. 4. Queruntur, doléntque nonnunquam ciuitates, integræque prouinciæ, quòd non viſitatores animarum ad ſe mittantur, ſed depeculatores pecuniarum; & pro ſacerdotibus Verres ipſos, & verricula in direptionem miſerorum patiantur.

Viſitatores interdum Verres & verricula.

11. Quid quòd aliqui contra omne fas iúſque ſuas derelinquunt oues, deſerunt Eccleſias, quarum ſunt ſponſi ac paſtores: atque in aulis principum, & Regum aut vanis, ſaltémque alienis ſeculi negotiis diſtenti, aut maiorum adhuc, & pinguiorum epiſcopatuum ambitione occupati annos integros conſumunt? Bonos (inquiunt) reliquimus noſtrarum Eccleſiarum gubernatores, noſtri muneris præſentiæque vicarios. O error! ô fraus! ô dementia! meminerint, quid Moyſi contigerit. Non quidem per annos, aut menſes, ſed per dies tantùm pauculos abfuit à ſuo populo, non quidem ad vana rerum ſtudia, vel dignitatum ambitionem accitus ſpontéve deductus; ſed ab ipſo Deo ad recipiendam legem vocatus, & cum Deo familiariter ſanctéque verſatus: dein ſui vicarium, qui populum regeret Aaronem (quo nullus tunc ad id muneris, aptior, & ſanctior) reliquit. At huic tanto viro inuerecundi, & iniurij ſic extiterunt ſubditi; vt ab eo vitulos aureos, quos adorarent, petere, impetraréque auſi fuerint. Exod. 32. Non timent, non reuerentur Aaronem vicarium, ſed Moyſen prælatum Hebræi. Præſentiam paſtoris metuunt, colúntque oues; at præſente mercenario petulantiſſimè ſeſe gerunt, & vitulos pro Deo venerantur.

Pudor eſt prelatos à ſuis Eccleſiis abeſſe in aulis principum verſari.

Abſente prælato vicarij præſentia quid efficit.

Abſente Moyſe populus in idololatriā detruſus. Exod. 32.

12. Pudeat animarum rectores domi ſe continere, otióque langueſcere; cùm Ioſeph pro alendis Ægyptiis totum illud regnum diligenter obierit: nouerintque nullum grauius eſſe, quàm animarum diſpendium; nulláque proinde in re alia maiorem & curam, & vigilantiam, quàm in fouendis, tutandíſque & paſcendis animabus ſubditorum collocari debere. Illud S. Bernardi lectitent ac reformident. *Quid* (inquit) *ego infelix quò me vertam, ſi tantum theſaurum; ſi pretioſum depoſitum iſtud; quod ſibi Christus ſanguine proprio pretioſius iudicauit, contigerit negligentiùs cuſtodire?* Optimè quidem hoc argumento, & periculoſum prælati munus demonſtrat, & qualem præſtare debeat zelum animarum; pro quarum ſalute Deus homo ſuam tradidit vitam, ſuum profudit ſanguinem. Aliter etiam idem conuincit: *Si ſtillantē* (inquiens) *in cruce Domini ſanguinem collegiſſem, eſſetque repoſitus penes me in vaſe vitreo, quod & portari ſæpius oporteret; quid animi habiturus eſſem in diſcrimine tanto?* profectò ſummâ vigilantiâ, milléque oculis, & immenſa pietate opus eſſet ad ſeruandū Christi Domini ſanguine plenum ex vitro fragili vaſculum: at vnuſquiſque noſtrum verè dici poteſt & theſaurus meritorum, & vaſculum ſanguinis Chriſti: Vtrunque verò verſandum, portandū, ſeruandum prælati ab ipſo ſuſcipiunt. *Et certè* (colligit egregiè idem Bern.) *id ſeruandum accepi; pro quo mercator non inſipiens (ipſa vtique ſapientia) ſanguinem illum dedit: ſed & habeo theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, & quibus multò plura, quàm vitreis imminere pericula videantur*. ſer. 3. Aduent. A periculis demum commendatur prælatis cuſtodia theſauri, & ſanguinis Chriſti, quippe cùm vterque in hominibus, quos regendos ſuſceperunt, vitro ipſo fragilioribus latere, ſeruatique videantur.

Incomparabile damnū animarum.

S. Bern. Pretioſum animarum depoſitum habet epiſcopus.

D. Bern. Mira diligentia, curáque in zelo animarum à Prælato adhibenda.

Quiſque noſtrū theſaurus meritorum, & vas ſanguinis Chriſti.

S. Bern. Multò plura quàm vitri, animarum pericula.

13. *Nati ſunt Ioſeph filij duo, antequam veniret fames.*] Aduenit igitur tanta in Ægypto frugum vbertas; quanta in retroactis ætatibus viſa non fuerat: hoc eſt enim, quod dicitur, ita vt copia menſuram excederet annorum ſcilicet præcedentium etiam fertiliſſimorum: Denique non niſi per inſignem hyperbolem explicari poteſt; vt ſcilicet collectarum frugum abundantia immenſis arenarum in littore cumulis par eſſe videretur. Ad hæc præter granaria, in quibus triticum condi, & ſeruari iuſſum eſt, horrea quæ ſupererant, aut etiam conſtructa denuò ſunt, manipulorum aceruis repleta fuerunt; vt poſtmodum excuſſum inde triticum venienti ſubinde ſterilitati mederetur: ſiquidem melius grana hoc modo conſeruantur, quàm à paleis excuſſa; cùm iuxta philoſophiā vnaquæque res meliùs in loco proprio conſeruetur. Hoc autem de quinta frugum parte intelligendum eſt, quam duntaxat conſeruandam iuſſerat Ioſeph. Repoſita igitur ſunt intra ciuitates in annos famis profutura ea præcipuè frumenta, quę circum quamlibet vrbem nuouiorem crescerant; intra illam ſcilicet reponebantur cuſtodienda; ne vel hoſtium eruptione, vel eſurientium tumultu per violentiam, & temerè diriperentur. Quare frumenta, quæ naſcebantur circumcirca in territorio vnius ciuitatis, in eadem pro ipſius victu ſeruabantur; nec frugum vnius ciuitatis ad victum aliarum fieri poterat tranſportatio.

14. Porrò autem hac ipſa, quam deſcripſimus inaudita frugum abundantia, per ſeptem integros annos perdurante ſuſcepit Ioſeph ex Azeneth vxore ſua duos filios; quibus ipſemet impoſuit nomina talis notæ; vt velut in propriam illorum carnem inſcriberet miſericordias Domini, perpetuò deinde meminiſſe poſſet beneficiorum Dei: primum ſiquidem vocauit Manaſſen, alterum Ephraim, ille Hebr. dicitur מְנַשֶּׁה *Menaſſeh* à radice נָשָׁה *naſſah, obliuiſci*: Ephraim fructificatio, augmentum à radice פָּרָה *parâ, multiplicare, augere, fructificare.* Primo igitur liberorum nato nomen indidit obliuionem; eò quòd ſit oblitus laborum ſuorum. Non quòd filius ille patrem fecerit obliuiſci laborum omnium, quos paſſus antea fuerat; ſed cùm iam poſt exactos labores ſeruitutis, & carceris ſe videat in ſumma rerum omnium felicitate conſtitutum; quod prioris infelicitatis vel ipſam etiam memoriam prorſus ab animo aboleuerit, Deo ipſi à quo tantum acceperit beneficium, gratias immortales, & ipſe perenniter agat, & à poſteris conſequenter agi deſideret: viua ſemper in omne æuum, per illud nomen primogenito ſuo inditum diuini beneficij recordatione. Benè idcircò S. Chryſoſt. animaduertit: *Attende hîc viri religionem, & pietatem, quoniam vocabulo filij memoriam omnium indidit, vt perpetuò gratias ageret, & qui ex ſe natus erat propter ſuam appellationem ſcire poſſet certamina, & patientiam, quæ iuſtus perferens in tantam peruenit gloriam.* homil. 64. in Gen. voluit etiam Ioſeph vt nati, ac poſteri nomen illud obliuionis primogenito inditum obſeruantes admirabilem ſui parentis recolerent, atq; imitarentur patientiam; vti ſuo Troianus filio dixit. *Diſce puer virtutem ex me verúmque laborem.* Atque adeò addiſcerent, quàm ſit Deo grata hominíque fructuoſa laborum patientia; quippe cùm Ioſeph ſuæ tribus conditori tantam etiam in mundo pepererit felicitatem. At nulla eſſe maior, aut fingi poteſt merces patientiæ, quàm quæ in illis Domini verbis exprimitur: *In patientia veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Luc. 21. Poſſeſſio animæ ſalus eſt animæ ſempiterna; vti diſpendium animæ, ſempiterna eſt animæ damnatio: at hac illâ quid felicius; nec iſtâ quid infelicius.

Iuſtis proprium eſt, vt beneficia Dei ſemper meminerint.

S. Chryſ.

Parentum virtutes hereditas filiorum. Æneid.

Certus & magnus patientia fructus.

Luc. 21.

A 15. At poteſt etiam intelligi facta obliuio laborum ab ingenti illo gaudio, quod ſine dubio habuit Ioſeph in primogeniti ſui ortu. Quem ſenſum excipiens S. Ambroſ. de Chriſto Domino per Ioſeph ſignificato ita diſſerit: *Quis ex gentibus accepit vxorem, niſi qui Eccleſiam ex nationibus ſibi congregauit, & ſuſcepit ex ea filium Manaſſen, per quem oblitus eſt omnes dolores ſuos; quos habuit de ſacrilegiis Iudaeorum?* lib. de Ioſeph cap. 7. Non eſt tanti pretij, tantique honoris domus Iacob in qua natus, deinde flagellatus & crucifixus Dominus IESVS fuit, vt glorioſam iam nunc vitam agenti regnantique ſuper omne quod creatum eſt, aliquâ ratione diminuat, eò quòd amiſſa vel relicta potiùs a Chriſto Domino ſit. Natus eſt noſtro Ioſeph mundum cum imperio & maieſtate gubernanti filius, nimirum ad veri Dei fidem conuerſus ex omnibus gentibus; quæ ſub cœlo ſunt, Chriſtianorum populus: ob huiuſce filij glorioſum ortum oblitus eſt Dominus ſuorum omnium dolorum: nec æſtimat Iudaicum ſibi periiſſe populum, cùm illo pereunte Chriſtianum fuerit eluctatus. Nullum Deo eſt ex noſtris diſpendiis detrimentum; nullum ex noſtris lucris emolumentum. Amiſit Synagogam? quid inde? ditiorem ſibi, & glorioſiorem ex gentibus fecit Eccleſiam.

S. Ambr.

Non æſtimat Chriſtus damnum Iudaici, præ lucro Chriſtiani populi.

B 16. Id quidem ſuo illo triumphali carmine Propheta concinuit: *Poſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim, terram fructiferam in ſalſuginem à malitia inhabitantium in ea.* Abachub 3. En Synagoga Iudæorũ; vbi flumina, vbi exitus aquarum, vbi ſumma rerum omnium abundantia, lactis, melliſque perennis ſcaturigo; videlicet veri Dei cognitio, fidéſque & religio, templum, ſacrificia, lex & mandata, Prophetæ, Patriarchæ, cœleſtium myſteriorum reuelationes, & Dei ipſius in mundum venturi promiſſiones. At Iudæorum eò vſque increuit malitia, & impietas, vt inſurrexerint aduerſus Chriſtum Domini, eúmque irriſum, & flagellatum patibulo affixerint. Sequitur ergo tantæ impietatis ſupplicium: Terram fructiferam in ſalſuginem; quo ſcilicet proditorũ ædes puniri ſolent, vt diſſeminato ſale conſpergantur ad ſempiternam damnationis memoriam. Redacta igitur eſt Iudæorum Synagoga in tantã, támque immedicabilem bonorum omnium, quibus anteà circumfluebat, ſterilitatem; ac ſi æternæ damnationis ſuperiniecto ſale conſperſa fuerit; quâ ſterilitatis pœnâ, vel ipſum quoque Iudaicæ regionis ſolum ac cœlum diuinitùs ita percuſſum eſſe perhibent; vt quæ olim regio lacte melléque manauerit, nunc rerum omnium infœcunda eſſe videatur.

Abac. 3.

Æterna dãnatio Iudaicæ impietatis.

Iudæa perpetua ſterilitatis dãnata.

17. Huius verò populi iacturam abundè compenſauit inæſtimabile lucrũ ex conuerſione gentium, vti adiungit Propheta: *Poſuit deſertum in ſtagna aquarum, & terram ſine aqua in exitus aquarum.* ibid. Nimirum Chriſtus Dominus promulgato per gentes ſuo Euangelio ex ipſo gentilitatis deſerto; vbi anteà rerum cœleſtium ſumma ſterilitas; ſtagna, piſcinas, lacus, fluuios fecit aquarum, ipſámque gentilium terram, in qua nullius boni ad gratiam vel tantillum germen oriebatur, Immenſis, ac perennibus ſubindè cœleſtium donorũ irrigata, & fœcundata profluuiis in pulcherrimam, & locupletiſſimam iuſtorum hominum ſegetem pullulauit. Quàm verò gratum Domino iſtud ex Chriſtiana Eccleſia emolumentum fuerit, ipſemet conteſtatur: *Quia nunc vidi in oculis meis.* Zachar. 9. Non dicit quid viderit, ſed cùm de gentium conuerſione apertum ibi ſit vaticinium; rectè S. Hieron. animaduertit: *Vidit Dominus vocationem gentium, & Eccleſiæ ſecuritatem.* ibid. *Nunc vidi* (inquit Dominus) ac ſi anteà nihil ſuis oculis dignum vidiſſet: At Eccleſia Chriſtiana de gentibus ad Deum conuerſis tam miram habeat pulchritudinem, vt Dei oculos teneat, vocem (liceat dicere) admirantis contineat, vt illud tantùm exprimat: *Quia vidi*, transfert Chald. *Quia nunc conſpicuam feci potentiam meam, vt benefaciam. Eo quod vbi abundauit delictum ſuperabundauit & gratia*, ad Rom. 5. ſuæ nimirum Dominus ad nobis ditandam, & locupletandam Chriſtianorum Eccleſiã, explicauit diuitias bonitatis; ſuæ miſericordiæ theſauros effudit; ſuam demonſtrauit omnipotentiam. Admiremur etiam, pariterque veneremur immenſam Dei benignitatem quæ ſuam non in puniendo; ſed in benefaciendo conſpicuam facit potentiam; eóque ſe potentiorem oſtendit, quò largiorem præſtat miſericordiam.

Abac. 3.

Immenſum Chriſti lucrum ex cõuerſione gẽtium.

Zach. 9.

D. Hier.

Magna Chriſti gloria Chriſtianorum Eccleſia.

ad Rom. 5.

Suam Deus in miſericordia potentiam commendat.

C 18. Manaſſen igitur, hoc eſt, obliuionem vocat Ioſeph filium primogenitum. Nec id mirum; vti enim homines quandiu, nec domum, nec vxorẽ, nec filios habent; & patriæ regionis, & paternæ domus tenerum habent affectum, dulcémque memoriam: ſic vbi patres familiàs ſunt, nec ſuos curant parentes, nec paternos lares, nataléque ſolũ, aut in affectu, aut in memoria deinceps conſeruant: propria quippe familia neceſſitudinũ omnium ingerit obliuionem. Præterea illud etiã optimè à Procopio in Manaſſe myſterium inuolutũ euoluitur: *Manaſſes* (inquit) *obliuionem malorum, & periculorum; Ephraim ſignificat incrementum, & latitudinem. Nam quaſi ex ſancta matre Eccleſia gentiles, qui inter filios regni cenſi ſunt, procrearunt fructus, & obliuio rerum aduerſarum illis inducitur: obliuiſcentur enim tribulationis ſuæ primæ; nec aſcendet in cor ipſorũ. Nam ſupra caput illorum eſt laus, exultatio, & lætitia apprehendit eos: profugit dolor, & luctus: venient igitur procedente tempore in obliuionem malorum.* Itaque per Ioſephum ſignificatur fidelis, qui fructus bonorum operum generat, quibus duæ ſimul videntur innexæ laborum & tolerãtia & obliuio: patiuntur iuſti multa, & grauia in ſtudio, agonéque virtutis, ſed felices tamen, quibus tanta ſuccedet præmiorum felicitas, vt obliuionem faciat omnium; D quæ in vita paſſi fuerunt. *Ephraim deinde generant iuſti: Accipient enim incrementum ex terrenis in cœleſtia, ex corruptione in immortalitatem, ex ignominiâ in gloriam, ex infirmitate in fortitudinem tranſlati.* hæc Procop. de iuſtorum incrementis per Ephraim ſignificatis. At S. Ambr. cùm de Chriſti Domini incarnatione myſterium intelligat, Ephraim ſignificatum ſic explicat: *Suſcepit Dominus alium quoque filium Ephrem, per cuius profectũ claruit, quòd ſuſcepta in carne humilitas & diuinitatem non humiliauit, & gloriam cumulauit.* c. 7. Fuit quippe incarnatio Verbi tam glorioſa Deo, vt per eam vera Dei gentibus tot per ſecula ignoti cognitio communicata fuerit; & ſumma ipſius diuinitatis attributa luculenter hominibus manifeſtata patuerint.

Coniugium parit obliuionem omnium aliarũ neceſſitudinum.

Procop.

Cœleſtis beatitudo præteritorũ laborum ingerit obliuionem.

Iuſti in virtutibus & ad præmium incrementa.

Procop.

D. Ambroſ.

Glorioſa Deo fuit incarnatio.

E 19. *Clamauit populus.*] Exactam denique ſeptennij fertilitatem, quantam ſcilicet nullâ vnquam ætate viderat Ægyptus, extrema omnium frugum per integrum deinceps ſeptennium ſterilitas excepit; ex hac ſubinde non in ſola Ægypto, ſed in vicinis etiam ac remotis terrarum regionibus fœda tempeſtas famis ſubſecuta eſt. Loquor autem cum Hieronym. qui [illegible] in oratione ſic lamentatur: *Pellis noſtra quaſi clibanus exuſta eſt à facie tempeſtatum famis.* Hieron. orat. Furit enim fames, vti maris tempeſtas, violentiſſunè

Fames vti tempeſtas omnia turbat.

Hieron. in orat.

ſiuè concutit miſeram hominis fragilitatem, mentem excœcat, iudicium offundit, lucem adimit, excuſſo denique rationis gubernaculo fractam corporis nauim, aut in profundum deprimit, aut allidit ad ſaxa. Legunt alij: *à facie horreum*: alij, *à facie plagarum famis*; profectò fames vſque adeò torquet affligitque hominem, vt nihil æquè doleat miſer, quam tabidâ fame multos per dies lanetnari. Pulchrè illud in hanc ſententiam ſcriptum eſt à S. Baſil. *Humanarum calamitatum caput eſt fames, cuiuſuis mortis genere duriorem afferens finem*, ſic ille. Nam cætera mortis genera breui hominem conficiunt, breuíque torquent, citóque deficiunt: *At famis* (adiungit) *diuturnius malum ocius torquet, lenius tabefacit, ſenſim occidit*. homil. 8. Pulchrè illa litera habet: *à facie horrorum famis*. Nihil enim ſic exhorremus, ac famem vtque membrorum omnium corporis generale tormentum. Nihil tam aſpectui ſeſe obiectat horribile, ac formidandum, vti homines fame confecti: quod ita deſcribit S. Baſil. *Coloris flos ſanguine deficiente refugit, pallor ac liuor inſurgit, genua infirma ac per vim tracta conſpiciuntur: Vox tenuis, & imbecillis; oculi infirmi in ſuis cauis, non ſecus thecis reconditi, quàm in putaminibus nuces viſuntur: oſſa tantum pelle operta. Venter vacuus ac collapſus tumore, viſcerúmque ſolitâ productione caret, ac dorſi tantum oſſibus ſuſtentatur, & haret.*

Grauiſſimè cruciat fames.
S.Baſilius.
S.Baſil.
Fames malorum omnium vniuerſale tormentum.
S.Baſil.
Deſcriptio famis.

20. *A facie plagarum famis*. Legunt alij: tota ſcilicet Reſp. vbi graſſatur fames, plagis conciſa, laceratáque viſitur: & (quod magis deplorandum) ipſæ quoque animæ plagarum famis ſentiunt atrocitatem; quam Propheta ſic lamentatur. *Nunquid non coram oculis noſtris alimenta perierunt; de domo Dei noſtri lætitia, & exultatio?* Ioël. 1. Quod enim ita ordinetur litera, patet ex lect. L X X. *ante oculos noſtros alimenta perierunt, de domo Dei noſtri lætitia, & gaudium*. Quaſi dicat etiam in ipſa domo Dei ſentitur famis violentia. Virtutes nimirum, quæ ſunt ornamenta Eccleſiæ; ob famis calamitatem debilitantur, triumphantibus interim vitiis, quibus ipſa fames ſubminiſtrat alimentum: furta, & rapinæ ad congerendum victum, vbique deſæuiunt: expugnatur honeſtarum mulierum pudicitia, & pro fruſtulo panis infelicium corpora proſtituuntur. Iccircò ſtatim adiungit: *Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo*. ibid. Conuulſæ nimirum tempeſtate famis, quæ alioqui putam ſeruarent pudicitiam in volutabrum turpitudinis ad emerendum corpori victum ſeſe miſellæ fœminæ proiecerunt.

Fames plagarum tormentum.
Ioël. 1.
Fames exitium corporis & animæ.
Ioël. 1.
Fame vitia regnant, virtutes debilitantur.

21. *Clamauit populus ad Pharaonem.*] Aureum planè adhuc ſeculum vigebat: ibant ſiquidem ad Regem vt panem præberet. Nec enim illâ ætate Reges tam domini, quàm ſuorum ſubditorum parentes habebantur; nec augendis replendíſque regiæ maieſtatis ærariis, ſed ſubleuandæ ſubditorum inopiæ curam omnem, ſtudiúmque impendebant. Ad quam principum illis ſeculis erga ſubditos benignitatem videtur alluſiſſe Propheta illis verbis: *Apprehendet vir fratrem ſuum: veſtimentum tibi eſt, princeps eſto noſter: & reſpondebit: non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum; nolite conſtituere me principem populi.* Iſai. 3. Vaticinium eſt extremæ calamitatis Iudæorum; qui ciborum rerúmque aliarum omnium penuriâ; præſertim cùm à Tito Veſpaſiano (vti declarat S. Hieron.) obſiderentur, miſeri laborabant, vt obuium quemque meliori amictu indutum, & quem ſuſpicarentur victu abundare, in Regem Principémque vellent eligere, à quo poſſent ali & veſtiri; nec tamen vllus regium oblatum ſuſcipere honorem auderet; quod ſibi ad alendum populum nec panis, nec veſtis eſſet: Non habeo (inquit) panem, ideò Rex eſſe non poſſum, cùm nihil tam Regi proprium ſit; quàm vt petentibus panem porrigat, eſurientes alat, nudos veſtiat. Noluit iſte, de quo loquitur Iſai. eſſe princeps: eò quòd non haberet, quid ſubditis dare poſſet; vt nimirum oſtendat eos non debere eſſe Reges, qui nihil aut poſſunt, aut nolunt dare ſubditis, maximè verò panem ac veſtem.

Aureâ ætate Reges vti patres populum ſuſtentabant.
Iſai. 3.
D.Hier.
Nihil tam propriũ Regi, quàm vt ſubditos ſuſtentet.
Rex non eſt, qui non alit ſubditos.

22. Quocirca indignum eſt bono principe, ne dum Chriſtiano, & pio immodicis populum vexare tributis. Ac propterea Deus in lege, vt conſtat ex Deuter. cap. 17. iubebat, ne Rex multiplicet aurum, & argentum: Et quidem illa ratio Procop. optima eſt: *Nimirum ad euitandum ſumptus immodicos; deinde auaritiam ex iniquis vectigalibus, aut animo inhumano, non corrigente rebus neceſſariis indigentiam, nec ſpem ſuam in Deo collocante.* Sic Procop. Profectò ſi Reges neceſſitatem, non libidinem reſpicerent, moderatius exigerent tributa, patréſque eſſent non domini; imò, & tyranni ſubditorum. At cùm effuſis Regum deliciis; & meræ vanitati, ſuperbiæque ſat nihil ſit, inde fit vt luporum inſtar miſeros populos dilanient; plúſque ſanguinis legitimi Reges, quàm alieni tyranni exhauriant ſubditorum. Neceſſe eſt (inquiunt) Regum maieſtas glorioſo, & magnifico ſplẽdeat apparatu. Benè id quidem; at non cum immoderato ſubditorum diſpendio. Enimverò Nabuchodonoſor Babyloniæ Rex (vti apud Dan. 4. legimus) vidit ſe arborem immenſo foliorum, & ramorum ambitu, ſub quo tam homines, quàm brutæ animantes quieſcebant: deinde ſe vidit arborẽ ipſam diuinitùs ſuccisſam; fortaſſe in pœnam: apponitur enim: *Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius. Folia dicit faſtum, magnificentiam; apparatúmque regium Fructum verò* (declarat Theodoret.) *tributum appellat; quod vndique ei afferebatur; iccircò multum fructum, non autem pulchrum dixit; neque enim iuſtè impoſitum erat.*

Deut. 17.
Immodica tributa Rege indigna ſunt.
Procop.
Reges neceſſitati, non ſuperbiæ accommodent tributa.
Dan. 4.
Theod.

23. Claudat denique hoc argumentum ille locus Ezechielis de Babylonio Rege: *Aquila grandis magnarum alarum longo membrorum ductu, plena plumis.* cap. 17. Grandibus nimirum alis magnam orbis partem Chaldæus Imperator occupabat admirabili ſanè potentia, vſque armorum, vti membrorum magnitudine, ſignificatur. Cæterùm tanta iſtius Regis gloria, & maieſtas miſeris erat populis valdè oneroſa: Nam vbi legitur, *plena plumis*, à L X X. vt S. Hieron. teſtatur: vertitur, *plena vnguium*. Hæ ſunt barbari illius Regis alæ; quibus euolat, in altum euehitur, populos obtegit, non protegit: vngues videlicet, quibus ferit, diſcerpítque, & ſanguinem miſerorum exugit. Illud obiter attingam, pulchrè plumas, & vngues eadẽ apud Hebræos voce appellari; quòd quidem tam intolerandum, quàm ineuitabile ſcribarum, & notariorum in republica malum eleganter exprimit. Eſt quidem pluma notarij ſimul, & vnguis: ſcribit illa, iſte lancinat: faxítque Deus, ne vita innocentis, & pauperis ſubſtantia, iuſtíque fama notarij plumæ iniuriam rapacis ſentiant, ac lancinantis doleant vnguis carnificinam. Quid quod etiam eadem vox Hebræa *xebet* שֵׁבֶט *& calamum*, & *telum* Luſitanè *Dardo* ſignificat, triáque huiuſmodi cordi Abſalonis à Ioab infixa legimus, 2. Reg. 18. Armatus plumâ incedit ſcriba, telum exerit, cùm pennam expedit, telo vitam, & ſubſtantiam transfigit

Ezech. 17.
Reges vnguibus feriunt & diſcerpunt ſubditos.
Scribarũ, & notariorum rapacitas, iniuſtitia, crudelitas.

hominum, cùm literas calamo exarat. Ad hæc *Xebet* ſignificat etiam & virgam, & ſceptrum: ſcribæ, notariique publici (auſim dicere) ſuo verberant calamo; quis non timeat? Sceptrum gerunt; inter cæteros regnant, imperántque dominantur.

Scriba & notary regnant tyrannicè.

24. Clamauit populus ad Pharaonem, quem fortè benignum, & patriæ parentem nouerant; non armatam vnguibus aquilam ad laniandum, ad vorandum, ſed proprio roſtro ſanguinem, qua vitam pullis tribuat elicientem Pelicanum. Profectò cùm Luſitanorum Reges multis & claris maximarum virtutum ornamentis glorioſi ſemper extiterint: tum illud præcipuè regiæ maieſtatis inſigne cæteris mundi principibus anteferre voluerunt, vt mirum in modum erga Deum pij, ergo Chriſti Eccleſiam magnifici, erga ſubditos benigni, liberales, veríque parentes haberentur: vnúſque nulli ſecundus, etſi nomine, Ioannes fuerit, ſuo regio ſtemmate effictum, qui de pectore ad fouendos pullos ſanguinem eliceret, Pelicanum gerebat. Ex hac noſtrorum Regum paternâ benignitate factum eſt, vt nullum ferè ſit regnum; quod pluribus, & pinguioribus Regum muneribus gaudeat, & paucioribus, ac minoribus regij ærarij tributis oneretur. Nihil planè regium nomen, & ſceptrum ſic nobilitat, & glorioſum reddit; quàm beneficentia: quæ tanto in Rege Petro extitit; illo ſcilicet quem iuſtitia in maleficos grauiter exercita memorabili cognomento (iuſticoſo) nobilitauit, vt familiari cubiculario cùm veſtem indueret ſæpiùs iuberet, ſibi laxiore cingulo tunicam præcingeret, quò ſcilicet expeditiùs longiúſque manus ad benefaciendum extenderet: idē ſingulis annis plurima ex auro argentóque vaſa pretioſiſſimis ornata margaritis fabricari iubebat, vt ea ſubditis pro regali magnificentiâ donaret: Crebrò illud repetebat: *Quo die nulli Rex beneficium præſtaret, Regis nomine prorſus indignum haberi.*

Mira Regū Luſitaniæ clementia erga ſubditos.

Pelicanus in ſtemmate Regis Luſitani.

Admiranda Regis Luſitani beneficentia.

25. *Ite ad Ioſeph.*] Inclamantem populum, & alimenta poſtulantem prudenter Pharao ad Ioſeph remittebat: felix enim & Rex, & regni ſtatus habet, cùm viri prudentes, & iuſti publica negotia adminiſtrant; qualis in Ægypto extitit Ioſeph vnicum planè miſerorum perfugium, & tam Ægypti, quàm exterarū prouinciarum in grauiſſimo illo famis periculo ſubſidium, ac leuamētum. Enimverò cuncta granaria, quæ infinitis frugum aceruis prouidè admodum repleuerat, empturis gentibus patere voluit. Planè vt in cæteris; ſic etiā hunc ipſo ſanctiſſimum Ioſephum ſemper Virginis Deiparæ ſponſum Ioſeph iſte filius Iacob præfigurauit; vti eleganter diſſerit S. Bernardus: *Ille* (inquit) *frumenta ſeruauit non ſibi, ſed omni populo: iſte panem viuum è cœlo ſeruandum accepit tam ſibi, quàm toti mundo. Non eſt dubium; quin bonus, & fidelis homo fuerit iſte Ioſeph, cui mater deſponſata eſt ſaluatoris: fidelis, inquam, ſeruus & prudens, quem conſtituit Dominus ſuæ matris ſolatium, ſuæ carnis nutritium, ſolum denique in terris magni conſilij coadiutorem fideliſſimum.* homil. 2. ſup. Miſſus.

Fœlix regnum, in quo prudentes miniſtri Regum.

S. Bern.

S. Ioſeph ſponſus Virginis, cuſtos pueri IESV.

26. In virginalem beatiſſimæ Mariæ vterum reconditus per nouem menſes fuit cœleſtis vitæ panis, Verbum Dei caro factum, partúque immaculato Virginis matris prodiit in lucem, propoſitúſque in præſepi, deinde in cruce ſalutaris, ac prædulcis animarum cibus, diuinam mortalibus vitam communicauit. Hoc ipſum præſignificans dixit aliquando Spiritus ſanctus Virginem ipſam allocutus: *Venter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus liliis.* Cant. 7. O pretiosū ſanctumq́ locuples horreum Virginis matris vterum? In eo *granum frumenti, quod multum fructum attulit*, Ioann. 12. non humanâ culturâ, ſed ſolâ diuini Spiritus gratiâ obumbrante ſatum natúmque adoleuit, vallo vndíque liliorum horreum, vterúmque muniente. Itaque in aceruo tritici fœcunditas matris; ſæpè liliorum candor, & puritas Virginis exprimitur. *In hoc vtero* (inquit S. Ambroſ.) *ſimul aceruus tritici, & lilij floris gratia germinabat: quoniam Chriſtum generauit, granum tritici, & lilium.* lib. de inſtit. Virgin. cap. 14. Summum & auguſtiſſimum Dei miraculum tritici, & lilij connexio; venter fœcundus, & integer: mater & Virgo. Pulchrè in hoc argumento ita ſcribit S. Ioann. Damaſcen. B *Qualiter facta ſunt vnum, Deus, & homo, mirantur Angeli, pauent cœli, vox ſilet, mens deficit; cùm vna puella ſic Deum in vtero ſuo capit, vt Sanctis pacem, vitam mortuis, ſalutem perditis conferat.* ſic ille ſup. Miſſus.

In vtero virgineo B. Mariæ panis vitæ, ſatus adoleuit.

Cant. 7.

Ioann. 12.

Vterus B. Mariæ purus & fœcundus.

S. Auguſt.

Chriſtus granum & liliū vteri virginalis.

S. Ioann. Damaſc.

Summum miraculum Deus homo ex Virgine natus.

27. In eo etiam fœcunditas virginalis vteri admirabilem ſuam oſtendit abundantiam; vt, cùm ſit vnum vnius grani horreum, infinita propemodum ſuo illo grano repleuerit horrea. Enimverò S. Proſper locum iſtum Ioſeph diſcutiens; ſcribit in hunc modum: *In hac fame poſitis noſter Ioſeph Chriſtus Dominus ex horreis ſuis nobis diuinam ſui corporis annonam adminiſtrat, quam guſtantes videmus, quàm ſuauis eſt Dominus.* De promiſſ. & præd. Nam quid ſunt Eccleſiæ Chriſtianæ templa, templorúmque altaria, niſi horrea, in quibus proponitur panis vitæ, quem in ſanctiſſimo Virginis vtero ad cibum, ad delicias, ad ſalutem ad ſempiternam, & glorioſam vitam fidelium animarum, tota beatiſſima Trinitas efformauit. Poſitus in Virginis matris ſinu puer IESVS Reges ſuâ virtute ad ſe adorandum attraxit; cœleſtibus paſtores gaudiis perfudit, Angelorum concinentium choris celebratus cœlis gloriam, terris pacem attulit. Idem in ſacroſancta Euchariſtia propoſitus vitæ panis cœlum, terrámque ſuâ replet gloriâ, mentes hominum ſatiat, detinet oculos Angelorum. *In quem nunc* (ait Apoſtolus) *non videntes creditis reportantes finem fidei veſtræ ſalutem animarum veſtrarum.* 1. Petr. cap. 1. Noſtram ſcilicet fidem, quâ credimus, & profitemur Catholici veram, & realem Chriſti Domini præſentiam in Euchariſtia, mirum in modum commendat. In quem nunc, hoc eſt, in hoc myſterio, in quo ſenſus deficit, non videntes, ſed credentes ſub ſpeciebus panis verè corpus eſſe, & ſub ſpeciebus vini verè ſanguinem eſſe Domini; *reportatis finem fidei veſtræ*; videlicet æternam animæ ſalutem, in quam denique fides noſtra dirigitur, meritò catholicæ fidei, ac pietatis in ſacroſanctam Euchariſtiam comparabitis.

S. Proſp.

Euchariſtiā nobis Chriſtus adminiſtrat.

1. Petr. 1.

Commendatur noſtra fides in Euchariſtia.

Salus æterna finis fidei noſtræ in Euchariſtia.

28. *In quem* (adiungit) *deſiderant Angeli proſpicere*: ibid. Vtrumque locum de Sacramento corporis Domini explicat S. Thom. opuſc. de Sacramento cap. 15. Porrò, qui in Dominum in Euchariſtia præſentem deſiderant Angeli proſpicere, vel ſunt ipſimet Sacerdotes, qui diuina peragunt myſteria: (Hoc enim frequenter in ſcripturis nomine appellantur) vel ipſimet Spiritus cœleſtes intelliguntur: qui de cœlo certatim aduolant ad templum; ad altare, vt diuino aſſiſtant ſacrificio; vt Regem ſuum in Sacramento poſitum adorent, & contemplentur. Legitur enim in Liturgia S. Iacobi. *Taceant omnes mortales, & ſtent cum metu, ac tremore, Rex enim Regum Chriſtus exit,*

1. Petr. 1.

S. Thom.

Sacerdotes cenſentur Angeli.

Angeli cœleſtes adorant Dominum in Euchariſtia.

Liturg. S. Iacob.

vt

vt macletur, & detur in cibum fidelibus; cum verò chori Angelorum antecedunt. Sed quid eſt, quod in eum deſiderant proſpicere? inſignis planè reuerentia, ſtupor, admiratio ſignificatur Angelorum, qui deſiderant, ſed verentur proſpicere; amor excitat ad videndum, ſed ſtupor cohibet à videndo: offundit oculos admiratio; An deſiderant etiam proſpicere, quem tamen proſpiciunt: non A enim videndo Dominum IESVM in Euchariſtia præſentem ſatiantor? Benedictus ergo ſis Domine IESV & benedicta ſit in æternum digniſſima mater tua Virgo Maria, qui nobis in terra cœleſtium bonorum theſauros aperuiſti, & pane vitæ in Euchariſtia noſtras, dum peregrinamur, animas reficitis in pignus gloriæ ſempiternæ.

Angelorum reuerentia, timórque ante Euchariſtiam.

Angeli Dominum in Euchariſtia inſatiabiliter contuentur.

CAPVT QVADRAGESIMVMSECVNDVM.

1. AVDIENS autem Iacob quòd alimenta venderentur in Ægypto, dixit filiis ſuis: Quare negligitis?

2. Audiui quòd triticum venundetur in Ægypto: deſcendite, & emite nobis neceſſaria, vt poſſimus viuere, & non conſumamur inopia.

3. Deſcendentes igitur fratres Ioſeph decem, vt emerent frumenta in Ægypto.

4. Beniamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius: Ne fortè in itinere quidquam patiatur mali:

5. Ingreſſi ſunt terram Ægypti cum aliis qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan.

6. Et Ioſeph erat princeps in terra Ægypti, atque ad eius nutum frumenta populis vendebantur. Cúmque adoraſſent eum fratres ſui.

7. Et agnouiſſet eos quaſi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos: Vnde veniſtis? Qui reſponderunt: De terra Chanaan, vt emamus victui neceſſaria.

8. Et tamen fratres ipſe cognoſcens, non eſt cognitus ab eis.

9. Recordatúſque ſomniorum, quæ aliquando viderat, ait ad eos: Exploratores eſtis: vt videatis infirmiora terræ veniſtis.

10. Qui dixerunt: Non eſt ita, Domine, ſed ſerui tui venerunt vt emerent cibos.

11. Omnes filij vnius viri ſumus: pacifici venimus, nec quidquam famuli tui machinantur mali.

12. Quibus ille reſpondit: Aliter eſt: immunita terræ eius conſiderare veniſtis.

13. At illi: Duodecim, inquiunt, ſerui tui, fratres ſumus, filij viri vnius in terra Chanaan: minimus cum patre noſtro eſt, alius non eſt ſuper.

14. Hoc eſt, ait, quod locutus ſum: Exploratores eſtis.

15. Iam nunc experimentum veſtri capiam: per ſalutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus.

16. Mittite ex vobis vnum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis donec probentur quæ dixiſtis vtrum vera, an falſa B ſint: alioquin per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis.

17. Tradidit ergo illos cuſtodiæ tribus diebus.

18. Die autem tertio eductis de carcere, ait: Facite quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo.

19. Si pacifici eſtis, frater veſter vnus ligetur in carcere: vos autem abite, & ferte frumenta quæ emiſtis, in domos veſtras,

20. Et fratrem veſtrum minimum ad me adducite, vt poſſim veſtros probare ſermones, & non moriámini. Fecerunt vt dixerat,

C 21. Et locuti ſunt ad inuicem: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio.

22. E quibus vnus Ruben, ait: Nunquid non dixi vobis: Nolite peccare in puerum: & non audiſtis me? en ſanguis eius exquiritur.

23. Neſciebant autem quod intelligeret Ioſeph: eo quòd per interpretem loqueretur ad eos.

D 24. Auertítque ſe parumper, & fleuit: & reuerſus locutus eſt ad eos.

25. Tollénſque Simeon, & ligans illis præſentibus, iuſſit miniſtris vt implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias ſingulorum in ſacculis ſuis, datis ſupra cibariis in viam: qui fecerunt ita.

26. At illi portantes frumenta in aſinis ſuis profecti ſunt.

27. Apertóque vnus ſacco, vt daret iumento pabulum in diuerſorio, contemplatus pecuniam in ore ſacculi.

E 28. Dixit fratribus ſuis: Reddita eſt mihi pecunia, en habetur in ſacco. Et obſtupefacti, turbatique mutuo dixerunt: Quidnam eſt hoc quod fecit nobis Deus?

29. Venerúntque ad Iacob patrem ſuũ in terram Chanaan, & narrauerunt ei omnia quæ accidiſſent ſibi, dicentes:

30. Locutus eſt nobis Dominus terræ durè, & putauit nos exploratores eſſe prouinciæ.

31. Cui reſpondimus: Pacifici ſumus, nec vllas molimur inſidias.

32. Duodecim fratres vno patre geniti ſumus: vnus non eſt ſuper, minimus cum patre noſtro eſt in terra Chanaan.

33. Qui ait nobis: Sic probabo quòd pacifici ſitis: Fratrem veſtrum vnum dimittite apud me, & cibaria domibus veſtris neceſſaria ſumite, & abite,

34. Fratrémque veſtrum minimum adducite ad me, vt ſciam quod non ſitis exploratores: & iſtum, qui tenetur in vinculis, recipere poſſitis: ac deinceps quæ vultis, emendi habeatis licentiam.

35. His dictis, cum frumenta effunderent, ſinguli repererunt in ore ſaccorum liA gatas pecunias: exterritíſque ſimul omnibus.

36. Dixit pater Iacob: Abſque liberis me eſſe feciſtis, Ioſeph non eſt ſuper, Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin auferetis: in me hæc omnia mala reciderunt.

37. Cui reſpondit Ruben: Duos filios meos interfice, ſi non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi reſtituam.

38. At ille: Non deſcendet, inquit, filius meus vobiſcum: frater eius mortuus eſt, & ipſe ſolus remanſit: ſi quid ei aduerſi acciderit in terra, ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

SECTIO PRIMA.

Audiens autem Iacob quod alimenta venderentur in Ægypto, dixit filiis ſuis: Quare negligitis? Audiui quòd triticum venundetur in Ægypto: deſcendite, & emite nobis neceſſaria, vt poſſimus viuere, & non conſumamur inopia. Deſcendentes igitur fratres Ioſeph decem, vt emerent frumenta in Ægypto, Beniamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius: Ne fortè in itinere quidquam patiatur mali, Ingreſſi ſunt terram Ægypti cum aliis qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan. Et Ioſeph erat princeps in terra Ægypti, atque ad eius nutum frumenta populis vendebantur. Cúmque adoraſſent eum fratres ſui, Et agnouiſſet eos quaſi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos: Vnde veniſtis? Qui reſponderunt, De terra Chanaan, vt emamus victui neceſſaria. Et tamen fratres ipſe cognoſcens, non eſt cognitus ab eis. Recordatúſque ſomniorum, quæ aliquando viderat, ait ad eos: Exploratores eſtis: vt videatis infirmiora terræ veniſtis. Qui dixerunt: Non eſt ita, Domine, ſed ſerui tui venerunt vt emerent cibos. Omnes filij vnius viri ſumus: pacifici venimus, nec quidquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille reſpondit: Aliter eſt: immunita terræ eius conſiderare veniſtis. At illi: Duodecim, inquiunt, ſerui tui fratres ſumus, filij viri vnius in terra Chanaan: minimus cum patre noſtro eſt, alius non eſt ſuper. Hoc eſt, ait, quod locutus ſum: Exploratores eſtis. Iam nunc experimentum veſtri capiam: per ſalutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus. Mittite ex vobis vnum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis donec probentur quæ dixiſtis vtrum vera, an falſa ſint: alioquin per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis. Tradidit ergo illos cuſtodiæ tribus diebus. Die autem tertio eductis de carcere, ait: Facite quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo. Si pacifici eſtis, frater veſter vnus ligetur in carcere: vos autem abite, & ferte frumenta quæ emiſtis, in domos veſtras, Et fratrem veſtrum minimum ad me adducite, vt poſſim veſtros probare ſermones & non moriamini.

1. AGGREDIMVR commendandam ex toto hoc Geneſeos opere vnam valde memorabilem, ac ſuauiſſimis, & illuſtriſſimis cùm diuinæ prouidentiæ, tum humanæ caritatis, patiẽtiæ que exemplis commendabilem hiſtoriã. Nunquam (fateor equidem) illam aut memoro, aut relego, quin teneriore quodam, dulcioréque affectu mentem mihi feriat; & ſuper illam, dum expedio commentarium, perfuſis ſolitâ dulcedine præcordiis dulces quoque lacrymæ vbertim effluunt. Quis enim non veneretur Dei prouidenB tiam, quæ in ſanctiſſimi huius viri vita, ſic ſapienter, benignéque oſtenditur? Quis non miretur, améque ſuauiſſimum huius viri ingenium, in quo tam rara conſtantiæ, tolerantiæ, caritatiſque reſplendent exempla? Vtrum captiuus, an liber, virum in carcere, an in imperio laudabilior, ſanctiórque extiterit, quis definiendo explicabit? De priori illo ſtatu cecinit Propheta: *Humiliauerunt* *Admiranda in omni*
in compedibus pedes eius: ferrum pertranſiit animam *ſtatu virtus*
eius, donec veniret Verbum eius. Pſalm. 104. En ſerui- *Ioſeph.*
tus, en carcer, en abiectio, en ſumma innocentis Pſal. 104.
ignominia. Cæterùm qualem ſe in eo ſtatu geſſerit,

D.Ambr.

rit, optimè animaduertit S. Ambr. ſic ad hunc eundem locum occurrẽs. *Humiliauerunt in compedibus pedes eius*, Pſal. 104. *Humiliauerunt pedes eius, non animam eius. Quomodo enim humiliata eſt anima de qua dicit, ferrum pertranſiit animam eius? Nam cùm aliorum animas peccatum pertranſeat, (ferrum enim peccatum eſt, quod eſt penetrabile) Ioſeph ſancti anima ita non patuit peccato, vt magis peccatum ipſa penetraret.* Hæc S.Ambr.epiſt.7. non depreſſit animum ad dedecora, & probra ſeruitus, & carcer, ſed nec in ſuperbiam extulit Regis gratia, imperiíque maieſtas, cùm tamen longè ſit periculoſior elatio, quàm humiliatio; difficiliúſque humana mens in honoribus, quàm in ignominiis teneat modum; virtutiſque ſtatum in palatio, quàm in ergaſtulo conſeruet.

Seruauit Ioſeph eandem in omni ſtatu innocentiam.

Magis in honore, quã in abiectione periclitatur homo.

2. Non ferrum in carcere, non aurum in imperio pertranſiit animam eius; Et mirum id quidem in Ioſeph; cùm etiã in Chriſti Eccleſia hoc ipſum apertè viſum fuerit, vt ferro victrix, auro impugnata ceciderit, quod eleganter Tertull. ſic edisſerit: *Tempora Chriſtianorum ſemper, & nunc vel maximè, non auro; ſed ferro tranſiguntur.* lib. de cultu fœm. cap.13. Plures quidem in diuitiis, quàm in paupertate perierunt: plures in loco ſublimi, quàm in humili, virtutis & ſalutis miſerabile naufragium fecerunt. Quid quod Dominus prædixit Apoſtolis, & in illis toti ſuæ Eccleſiæ: *Nunc quidem preſſuram habebitis* Ioan. 16. recénſque natã infinitis, & grauiſſimis afflictari permiſit tribulationibus: armatus cum tyrãnis orbis, videlicet imperatoribus contra Dei Eccleſiã, ſimuláq; in lucẽ prodiit, bellum mouit infernos: Eidem verò iam adultæ, iam per orbem non ſparſæ modò, ſed etiã triumphanti promiſſum à Deo fuit: *Ad mamillam Regum lactaberis*. Iſai.60. Quid hoc eſt bone Deus, naſcentem Reges perſequuntur, adultam fouent ac nutriunt Eccleſiam: infantulam affligunt; maturam, & robuſtam lactant? Profectò conſtantior illa in bello, infirmior in pace: illa, quam tyrannorum perſecutiones non depreſſerunt, Regum fauoribus nunc indiget, ne deprimatur. Illud etiã in cauſa fuit, vt hominibus planum fieret, quòd Chriſti Eccleſiç conſtantia, & ſecuritas diuinæ ſit virtutis: impugnatam tyrannorum armis in tuto Chriſtus tenuit, nunc eandem piorum Regum fauoribus ſecuram & lætam conſeruat. Quamobrẽ mirabilior nunc princeps, quàm fuerat ante ſeruus, mihi videtur Ioſeph. Pulchrè S.Bernard. in ſententiis illam, quæ huic loco maximè conuenit, aſſignat his verbis: *Triplex eſt ſine ſanguine martyrium, parcitas in vbertate, quam habuit Dauid, & Iob: largitas in paupertate, quam exercuit Tobias, & vidua: caſtitas in iuuentute, qua vſus eſt Ioſeph in Ægypto.* Primum etiam martyrij genus haud dubiè viſum eſt in Ioſeph, idque duplicatius, & excellẽtius: in vbertate quidem parcus, in dignitate humilis, in maieſtate ſic moderatus, vt etiam dilexiſſet inimicos; iis benefaceret, à quibus fuerat grauiſſimis affectus iniuriis; quarum virtutum clariſſima in ſequentibus exempla videbimus.

Tertull.

Ioan.16.

Feliciter in perſecutionibus, quàm in pace Chriſti Eccleſia.

Iſai.60.

Chriſti Eccleſiam infantẽ Reges perſecuti, maturam fouent.

D.Bern.

Triplex incruentum martyrium.

Ioſeph dupliciter martyr.

3. *Audiens Iacob.*] Hebr. *videns*. *Videre* ſiquidem in ſcriptura pro *audire* frequenter ponitur, vt hoc loco animaduerrunt peritiores. Fama igitur longè latéque vulgauerat immenſum annonæ ſubſidium ſeptennio fœcunditatis collectum ad ſequentis ſeptennij ſterilitatem fuiſſe in Ægypto: indéque iam pretio coëmptum etiam in exteras regiones triticum deportari. Nec enim Iacob, aut nuncium, literaſve à filio Ioſeph acceperat, aut aliundè, quàm à vulgari fama hoc ipſum didice-

A rat. At non poſſumus non mirari, quid ſit quòd Ioſeph patrem ſibi cariſſimum ſuç felicitatis non admoneret, cùm non ignoraret miſerum ſenem defuncti, vt putabat, filij cauſa in mœrore doloréque verſari? Factum id eſſe ſingulari Dei conſilio exiſtimat S.Auguſt. *Deus enim* (inquit) *cuius iudicia plerunque ſunt occulta, nunquam tamen iniuſta, qui beato Iacob noluit indicare filium ſuum viuere, ille etiam ſanctum Ioſeph non permiſit ei ſuam gloriam nunciare: quinimo impulit, vt Simeonem in vinculis tenendo, & Beniamin auferendo patris ſui anguſtias cumularet.* Ac fuit quidem miſericordia Dei; vt Iacob carus filium, quem intimè dilexerat, mortuum, tot per annos luctu affligeretur, mœroréque ipſo leuiores aliquos reatus, quibus in hac vita

D.Aug.

Ioſeph ſuam patri felicitatem haud nunciauit.

Luctus Iacob pro purgatorio ad venialia expianda.

B carere nulli conceditur, poſſet expiare, vt ibidem S.Auguſt. multis docet, ac demum ita concludit: *Vt ergo ſanctum Iacob Deus noſter velut aurum purgatum in futuro iudicio præſentaret, prius ab illo omnes maculas peccatorum abſterſit; vt in eo ignis ille arbiter, quod exureret, inuenire non poſſet.* ſerm.82. de tempore. Ille igitur tot annorum luctus vice purgatorij à venialibus culpis, & à lethalibus; ſi quæ vnquam commiſerat, contritione dilutis, ſed non integrè, quoad pœnam expiatis, Iacob feliciter inſeruiuit.

D.Aug.

4. At Theodoretus alteram eiuſdem quæſtionis tradit ſolutionem. *Cùm enim Deus prædixiſſet Abrahæ* (vti habetur Geneſ.25.) *poſteros eius peregrinaturos in terra aliena, ibique duriſſimâ ſeruitute opprimendos, quod quidem in Ægypto contigit; hoc Dei*

Theodor.

C *prædictum complendum non foret, ſi Iacob filium ſuum in Ægypto viuere, ſeruúmque eſſe reſciuiſſet: confeſtim enim eum quantolibet pretio redemptum ab Ægypto domum reduxiſſet.* Quapropter tolleretur occaſio, & Iacob & filiis in Ægyptum tranſmigrandi, & ibi poſteris eorum eueniendi quæ prædicta fuerant. Tandiu igitur ſtatum Ioſeph voluit Deus patri Iacob ignotum eſſe; quoad Ioſeph ſummam in Ægypto dignitatem adeptus laborantibus circumcirca prouinciis fame, patrem cum tota familia in Ægyptum acceſſeret; atque multiplicatis eorum poſteris mirandum in modum, quæ prædicta fuerant, demum contingerent. Colligit ergò optimè Theodoret. *Si Patriarcha filij ſeruitutem no-*

Neceſſe fuit, vt Ioſeph patri ſe viuum non renunciaſſet.

Theodor.

D *uiſſet, illum vtique redemiſſet, redemptus autem carcerem nunquam intraſſet; atque ita minimè interpretatus eſſet ſeruis illis ſomnia. Hæc autem niſi interpretatus eſſet, minimè innotuiſſet Regi: incognitus autem per ſomnia prophetiam non aperuiſſet: hoc autem facto regimen Ægypti nunquam illi fuiſſet creditum: quod niſi accepiſſet minimè Patriarcham vnà cum familia in Ægyptum adduxiſſet. Igitur à poſtremo euentu diſpẽſationis diuina declaratur intentio.* hæc Theodoret. q.98. in Geneſ. Suſpicari etiam poſſumus Deum Ioſeph ſingulari aliquâ reuelatione indicaſſe, quid ipſe fieri ſuper eâ re conſtituiſſet; & quemadmodum vellet vt Ioſeph ſe gereret erga patrem, & fratres; expectaſſe denique tempus à

Salutaris plerúnque tribulatio.

Ioſeph ſui ſtatus habuit reuelationem.

E Deo præfinitum, quo reuelaturus erat ſe ipſum: nam per ſpiritum propheticæ, ſciebat ſe miſſum eſſe illûc pro ſalute ſuorum. Hæc ſententia eſt Thom. Angl. quam noſter Perer. ſuis commentariis illuſtrauit.

Thom. Angl.

Perer.

5. *Deſcendite, & emite nobis neceſſaria.*] Mittit Iacob decem filios in Ægyptum ad emendum triticum: domi ſecum retinet minimum Beniamin. Videlicet quia (vt poſteà cecinit Propheta.) *Et vocauit famem ſuper terram, & omne firmamentum panis contriuit: miſit ante eos virum, in ſeruum venundatus eſt Ioſeph.* Pſalm.104. vbi egregiè S.Hier.

Pſal.104.

D.Hier.

Sapiùs

Contraria in vtilitatẽ ſiunt ex Dei prouidentia.

Sæpiùs euenit, vt quæ putantur contraria eſſe, hac prouidentiâ Dei pro vtilitate fiant. Niſi enim fratres vendidiſſent Ioſeph quomodo deſcenderet in Ægyptum? Si non fames facta fuiſſet: quomodo Patriarchæ deſcendiſſent in Ægyptum, & cognoſcerentur à fratre ſuo? quomodo Pharao percuteretur decem plagis, quomodo exirent de Ægypto? Ioſeph ergo iuit in Ægyptum præparare hoſpitium, & alimenta fratribus ſuis. Hæc S. Hieron. Ergo (dicet aliquis) non peccarunt fratres, cùm Ioſeph vendiderunt, cùm diuinæ diſpoſitioni inſeruierint? Non valet conſequentia: reſpondet enim Theodoret. *Opus illorum æmulatione, & inuidiâ plenum erat. Deus autem cùm ſit ſapiens, nequitiâ illorum vſus eſt in contrarium finem: quibus enim artibus illi conati ſunt impedire ſomniorum euentum, iiſdem Deus ſomniis conſummationem impoſuit.* Sic ille q.99. in Geneſ. Verùm enim verò, quod Dominus Deus operatus olim eſt in Ioſeph ludificando fratrum conſilia, idem poſteà in filio ſuo Deo homine à Iudæis crucifixo multò etiam admirabilius egit, Quare adiungit S. Hieron. loco indicato: *Si non Iudas Dominum prodidiſſet quomodo nos ſaluaremur? Si non Iudæi crucifixiſſent, & increduli fuiſſent: quomodo nos crederemus?* ibid. Filios itaque in Ægyptum omnes miſit Iacob vno Beniamin excepto, qui & minimus, & præ omnibus patri dilectus. *Ne fortè* (inquit pater) *in itinere ei mors occurrat*, hoc eſt, ne Beniamin quoque moriatur, ſicut frater vterinus eius Ioſeph: putabat quippe ſenex filiorum mendacio deceptus filium à feris diſcerptum periiſſe. At Rupertus arbitratur patri ſuſpectam ſemper fuiſſe malitiam filiorum contra Ioſeph; & Beniamin filios Rachelis: ac proptereà mali aliquid ab iiſdem poſſe intentari ad perniciem iſtorum.

Theod. Deus vtitur hominũ nequitia in contrarium finem.

D.Hier. Iudæorũ nequitiâ Deus vſus eſt ad redemptionẽ mundi.

De malis mala præſumptio.

6. *Quare negligitis?*] Heb. *quare vos ipſi aſpicitis?* Id eſt, quid otioſi inuicem intuemini, nec vrgenti fami remedium facto quæritis? proprium id eſt negligentium, & pigrorum, cùm aliquid agendum, ſeſe mutuò aſpicere, videlicet quemque oculis in alios intentis expectare, dum alius rem expediat. Ergo ſenex prudentiſſimus filios excitat, vt quàm primùm ſeſe accingant, déntque itineri: nec enim fames aut moram patitur vllam, aut omni difficultate, laboréque itineris grauior, & intolerabilior eſſe poteſt. At illud ſemper fuit pigrorum ingenium, impatiens laboris, malæ quietis deſidiæque amans; vt ne vel tantulum moueat pedem, mille confingat in re facili difficultates: & in planâ viâ ſalebras, & prærupta locorum. Sic enim Salomon ſcripſit: *Dicit piger, leo eſt in viâ, & leæna in itineribus: ſicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo.* Prou.26. Res quidem mira, vt nouerit pigritia ex nihilo leones, leænáſque efformare; & in viâ regiâ, veloti in ſyluis, præferoces creare beſtias, monſtráque ex ipſamet vanitate producere? Adhuc piger in lectulo quieſcit, & vertitur; & inter ſyndones, lodicéſque ſomnolentus oberrat: at viam totam, quàm longa ſit, iam exploratam habet, quàm difficilis tranſitu, iam dimenſam tenet. Adhuc piger clauſis dormitat oculis, & leones leænáſque in viâ iam intuetur horrendo tremefacientes rugitu, ac prætereuntium corpora, immanitate vnguium dilaniantes. Vnde piger hæc noſti? quis hæc tibi retulit? Planè ingenioſa pigritia ex nihilo monſtra confinxit; & pigro recubanti adeſſe mõſtrauit. Et quemadmodum porta intra cardinem vertitur ſiue occludat, ſiue aperiat oſtium, nec inde tamen egreditur; ita piger in lecto millies huc & illuc ſe verſat; iam molitur, vt ſurgat; iam ſe reſorbet introrſum; hoc vnum curans, ne quid extra lectum, & ſomnum curet; vt amico otio langueat, & vti lapis ſtipéſque iaceat: quibus egregiè peccatoris infelix ſtatus exprimitur: dum turpi quieti indulgens millies nectit moram, ne diuinæ gratiæ ad conuerſionem excitanti ſeſe accommodet.

Otioſorum ingenium.

Piger, ne labores, difficultates cõfingit.

Prou.26.

Ingenioſa pigritia.

Peccatores cõuerſionẽ remoratur.

7. Notanda adhuc diligentius Patriarchæ ad filios exhortatio: quare pigri eſtis? *Ecce frumentum eſt in Ægypto: deſcendite illò, & emite nobis eſcas*; magna etiam erga filios prouectioris ætatis cura debet eſſe parentum, quibus & maior ineſt prudentia, & longior per ætates rerum experientia, & potiſſima caritas; vt ſciant velintque filiorum rebus conſulere, ac neceſſitati prouidere. Vidit (ſcribitur) aut audiuit, idem enim eſt, Iacob. Cùm enim parentes ſemper ſint in ſpecula, & acutis oculis proſpiciant, & longis auribus percipiát, quid filiis aut deſit, aut obſit, aut etiam opus ſit: mirum non eſt quid ſit, quòd rumor famis ad Iacob peruenerit atque ille curarit de frumento comparando, cùm tamen filij, nec de fame, nec de remedio curent, itaque Iacob vti ſenex conſilium præſtat, iuuenes exequuntur. Benè quidem habet Reſpublica, ciuitas, familia; vbi ſenes prudenter conſulunt, iuuenes impigrè quod conſultum eſt, exequuntur. Felix rerum ſtatus cùm mens, & manus conſilium, & operatio mutuò ſeſe adiuuãt. Deinde S. Ambr. myſterium euoluens ſic effatur: *Non ſemel hoc Iacob dixit, quotidiè omnibus filiis ſuis dicit: qui ſeriùs veniunt ad gratiam Chriſti: quare pigri eſtis? Ecce audiui; quia eſt frumentum in Ægypto:* cap.8. lib. de Ioſeph. Laborat fame Iudæa, gentilitas tritico abundat, patrem relinquant, patriamque deſerant, & ad gentes abeant filij Iacob, ſi panem quærunt; ſi viuere volunt. Redemptoris gratia, cœleſti pane, Chriſtianus populus è gentibus congregatus veſcitur lætus, ſatúrque viuit. Quid igitur ô Iudæi, quid pigri eſtis? audite Iacob patrem veſtrum, audite generis veſtri Patriarchas, & Prophetas, audite veſtrarum ſcripturarum oracula; clamant, monéntque: frumentum eſt in Ægypto; inter gentes eſt vera Dei fides, Dei Eccleſia; ibi noſtris promiſſus patribus Meſſias, Deus homo, Chriſtus I E S V S; ibi cœleſtium gratiarum abundantia, ibi æterna ſalus animarũ: Quid pigri eſtis? An quia filij Iacob claudicantia claudicatis pariter; nec fami depellendæ occurritis? Benè S. Ambr. *Qui famem* (inquit) *ſuſtinet, ſuæ ſegnitiei debet adſcribere.* cap. 8. Abundat Chriſti Eccleſia pane vitę, diuinâ ſcilicet gratiâ; quo cibo aluntur animæ. *Et Dominus I E S V S* (inquit S. Ambr.) *ieiunia mundana miſeratus aperuit horrea ſua, & myſteriorum cœleſtium theſauros patefecit; vt nulli alimenta deeſſent: vendit autem, non ære pecuniæ, ſed fidei pretium, & deuotionis ſtipendium quærens; & vendit omnibus: Omnes enim eſurient, quos non pauerit Chriſtus. Emamus ergo alimenta, quibus famem poſſimus depellere.* cap.7.

Cura parentum erga filios.

Parens in ſpecula pro filiorũ cura.

Felix rerum ſtatus vbi ſenes conſulũt, iuuenes exequũtur.

D.Ambr. Iacob Iudæos ad Chriſtum mittit.

Solùm inter Chriſtianos veri Meſſiæ fides, gratia, panis.

Fame cibi cœleſtis laborãt Iudæi.

D.Ambr.

Chriſtus alimenta vẽdit animarum.

8. *Cùmque adoraſſent eum fratres.*] Ad imperium Ioſeph vendebatur triticum in Ægypto. Hac igitur de cauſa filij Iacob adierunt Ioſephum, poſtulaturi pretio frumentum. Accedentes adorant principem: vultu ſcilicet profundè ad terram inclinato. Quo quidem euentu ſomnium illud Ioſeph tot malorum origo, comprobatum eſt; fratres cognouit Ioſeph; ſed nequaquam ab illis cognitus: iam quippe adultior ætas, barbitium, & grandi annorum decurſu mutatio lineamentorũ priſtinam illam, & fratribus notam obduxerant formam. Facile igitur illi fuit aſperum ſe iudicem

fratri

fratribus affingere, ſæpiúſque tentando illos affligere, ac duriuſculis verbis alloquendo, nimirum hoſtilis animi dolíque eos arguendo: cuius ita confictæ afflictionis variæ traduntur cauſæ. Prima eſt Theodoreti ad hunc modum: *Memor Ioſeph eorum, quæ in ipſum fratres commiſerant; cùm non videret Beniamin vnà cum ipſis veniſſe, ſuſpicatus eſt, quidpiam etiam in illum eos perpetraſſe. At vbi cognouit illum ſupereſſe; tum veniâ, tum omnimodâ ſubuentione illos excepit.* quæſt. 42. quam à S. Chryſoſt. homil. 64 in Geneſ. mutuatus eſt. Et meritò quidem id veritus eſt Ioſeph, nouerat enim inuidum illorum ingenium & præ inuidiâ malignum, & crudele. Secunda eſt D. Auguſt. his verbis: *Ioſeph vir ſanctus per huiuſmodi tribulationem fatigatos fratres ad confeſſionem criminis, & ad medicamentum pœnitentiæ prouocare volebat. Denique cum ingenti dolore dixerunt illi; ſe meritò pati illa; quia peccauerunt in fratrem ſuum. Cùm autem illos pro peccato humiliter videret afflictos, deoſculatus eſt ſingulos.* ſerm. 82. de tempore. itaque ſæpiùs illos affligit pro magnitudine parricidij, non vt ſe vindicaret, ſed vt illos medicabili tribulatione, (vti loquitur Auguſt.) tanquam ſpiritali quodam igne decoqueret. Aduerte quàm pulchrè dicitur medicabilis tribulatio, per quam & peccator in ſe ipſum rediens, ad patrem cum prodigo filio reuertitur; & peccata ipſa perpeſſu laborum, contritíque cordis lacrymis expiantur.

Theodor. *De malis mala ſuſpicio.* *Medicabilis afflictio.* *S. Auguſt.* *Tribulatione peccata expiantur.*

9. Aliam deinde huius rei cauſam affert idem Auguſt. hoc modo: *Totum hoc agebat Ioſeph, vt eorum gaudium differretur, & eadem dilatione cumularetur, fratre cognito, quem à ſe perditum fuiſſe arbitrabantur.* quæſt. 146. in Geneſ. Iccircò, & iuſti dum viuunt multis, & magnis tribulationibus affliguntur, vt gaudium illorum poſteà ſit plenius. Nec enim ſunt condignæ paſſiones eorum toto illo tempore, quo afflictantur ad futuram gloriã exultationis, quæ in eis erit reuelãda, iuxta Apoſt. ad Rom. 8. Illa etiam optima ratio; *vt beati Ioſeph ſomnia, & ſapientia, & ſuper fratres ſuos excellentia ab ipſo prædicta, & ab illis deriſa & quantum in ipſis fuerat extincta plenius magnificaretur in illis, & ſuper illos: ob id fecit eos incuruari coram ſe, contremiſcere, & pro libito incarcerari.* Sic Thom. Anglic. Hoc exemplo Ioſeph aſperè tractantis ad cognitionẽ, & deteſtationem criminis, non tamen occidentis fratres docet Rupertus; quemadmodũ Chriſtiani principes ſuo ſubiectos imperio Iudæos tractare debeant, non quidem occidendo, ſed tamen durè tractando, & vexando, vt ſic vexati reſipiſcant, & conuertantur, iuxta illud: *Ne occidas eos, ſed diſperge illos in virtute tuâ.* Pſal. 58. Verùm id intelligitur in Iudæis; qui profitentur Iudaiſmum, nec baptizati ſunt. Nam Chriſtianos ex natione Iudaica, qui poſt baptiſmum inter nos tam perfidi, támque impij execique ſunt; vt per intolerandam apoſtaſiam Chriſto Domino renunciantes, mortuam iam, & mortiferam Moyſis legem obſeruant; ferro, & igne peremptos caſtigare, non modo licitè, ſanctéque poſſunt Chriſtiani principes; ſed etiam debent: Chriſtíque lege id cogente ad hanc diuinæ iuſtitiæ vindictam exercendam obligantur.

D. Auguſt. *Plenius gaudium poſt tribulationem.* *ad Rom. 8.* *Thom. Angl.* *Iudæi aſperè tractandi, nõ occidendi.* *Pſal. 58.* *Ferro & igne perimẽdi apoſtatæ Iudæi.*

10. Recordatus ſomniorum ait: *Exploratores eſtis?* ô virum egregium! non recordatur venditionis, aut mortis à fratribus intentatæ: ſic obliuioni tradiderat iniurias fratrum, ita ſe prorſus immemorem eorum, quę ab illis perpeſſus fuerat, oſtendit; ſic nullam vltionis curam habens; ſui tantùm inſomnij, quod nunc completum videt, viuam animo retinet memoriam. Cernit tandem ante ſe proſtratos, a quibus grauiter læſus fuerat: quæ maior igitur vindicta: quàm parcere ſubiectis? Video in Ioſeph expreſſum quod poſteà Dominus per Iſaiam commendauit; *Vtinam attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & iuſtitia tua ſicut gurgites maris.* Iſai. 48. pax ſicut flumen: dictum admirabile: quatitur aqua ſaxo, bacillo percutitur; quid inde? redeunt confeſtim in ſeſe mutuò aquæ; aduniuntur, nec vlla diſruptio, aut etiam diuiſionis apparet ſignum. Vbi ergo facta eſt diuinæ legis obſeruatio, nulla in animo acceptæ iniuriæ remanent veſtigia; vera ſcilicet pax diuiſionem non patitur, pulſata, percuſſáque citò ad vnionem recurrit: pax vti flumen decurrens iniuriarum memoriam ſuis inuolutam vadis in mare obliuionis, aut etiam diuinæ bonitatis pelagus, vbi diſparent omnia, exportat: pax vti flumen; quo abluuntur iniuriarum maculæ, & exulcerati animi vomicæ expiantur; pax vti flumen, cuius præ altis gurgitibus iniuriæ, infamiæ omniúmque damnorum pondera abſorbentur. Perſtringit acriter fratres per iſtam inſimulationem criminis; nec tamen iniuſtè; cùm enim publicam perſonam gereret, licitè poterat in eos nomine Reip. animaduertere, quos probè nouerat parricidas, & plagiarios aduerſus fratrem: delicta ſiquidem non locis, ſed perſonis adhærent. Et multò quidem minorem, quàm fuerant commeriti, pœnam exigit, eò quòd priuatâ quadam correctione, non publico iudicio vtitur. Deinde cùm eos vocat exploratores, affirmátque iocoſa ſimulatione, & non ſeria dicere; ac proinde non mentiri intelligitur; vti vult S. Auguſt. q. 145. ſuper Geneſ.

Magnitudo animi tolerandi iniurias. *Grãdis vindicta parcere ſubiectis.* *Iſai. 48.* *Aquis egregie pax expreſſa deſcribitur.* *Iuſta & debita criminũ punitio.* *Delicta non locis, ſed perſonis adhærent.*

11. Et quid confingit eos exploratum veniſſe? *Infirmiora terræ*; Hebr. *nuditatem terræ*, loca ſcilicet minùs arte munita. Nam ſitu naturæ muniſſima eſt tota Ægyptus; vti docet Ioſephus his verbis: *Eſt Ægyptus continenti inacceſſa, & à mari importuoſa, ab occidente obiacent Libya arida, à meridie Syene eſt, quæ Ægyptum ab Æthiopia dirimit; & Nili cataractæ: ab oriente ad rubrum mare vſque pertingit boreale latus, quod eſt Syria, vocatur pelagus Ægyptium; quod omne importuoſum eſt. Ægyptus itaque omnis ſic vndique vallata, & munita eſt.* lib. 4. de bello Iudaico. Quin etiam Lucanus lib. 8. inducit Lentulum Conſulem ſuadentem Pompeio poſt cladem Pharſalicam, vt in Ægyptum profugiat.

Syrtibus hinc Libycis tuta eſt Ægyptus: at inde
Gurgite ſepteno rapidus mare ſubmouet amnis.

Sunt qui per infirmiora terræ, non tam loca immunita, & intuta; ſed ignauiam, & imbecillitatem gentis intelligant. Eſt enim Ægyptiorum vulgus imbelle, atque infirmum delitiis potiùs; quàm armis deditum. Iccircò Lucanus lib. 8. Photinum inducit inuectum ita contra Pompeium:

Quæ te noſtri fiducia regni
Huc agit infelix? populum non cernis inermem,
Arváque vix refugo fodientem mollia Nilo?

Profectò, etſi multum valeat ad regni ſecuritatem, loci natura ſitúſque terræ; longè tamen maius eſt præſidium in populo forti, armiſque dedito. Dicam in hoc argumento: quid nuper apud nos contigerit. Parata iam erat proximo menſe Martio ad ſoluendum in Indiam Luſitana claſſis. Ecce à Madrito ſede regiâ vir quidam periliuſtris natione Gallus Oliſiponem venit, dein primariã claſſis Indicæ nauim aſcendit, luſtrat omnia diligenter, admiratúſque molem illam inſanam, dicit

Deſcriptio Ægypti. *Ioſephus.* *Lucan.* *Ægyptij imbelles, ac delicioſi.* *Lucan.* *Regni ſecuritas in populo forti.*

præ

Deſcribitur nauis Indicæ magnitudo.

præfecto claſſis, ſe quidem famâ nauium Indicarum; quarum ſtructura, robur, magnitudo, ornatúſque toto orbe percelebratur, commutum huc aduenille: at fateri quidem ingenuè minus eſſe, quod auditione perceperat, quam quod aſpectu ipſo vſurpabat. An ne (adiungit) vlla poteſt eſſe vis, quâ tantum poſſit in aquis expugnari caſtellum? Poteſt quidem (reddit præfectus) diſſolui

Fortia pectora Luſitanorum.

hæc machina, vel procellis, vel ignibus, vel incurſionibus hoſtium: eſt enim lignea moles: at quod eam ſibi tutam, & inuictam fore Rex noſter confidat, faciunt animi, pectoráque Luſitanorum hominum; quibus illam per vndas, per vada, per hoſtes in Indiam vſque vectandam tradit. Planè res ſic habet: non tam propugnacula, murorumque munimenta, & inacceſſæ gentibus exteris terræ ſitus prouinciam, aut vrbem quàm ciuium robur, & bellica induſtria tutam facit, & inſuperabilem.

12. At quod attinet ad verba Ioſeph vocantis exploratores quos rectè nouerat ab eo crimine alienos; Lyran. Abulenſ. & alij non dubitant dicere Ioſeph mentitum eſſe mendacio iocoſo. Cur

Patriarchæ non immunes à venialibus, & mendacio iocoſo.

enim excuſemus Patriarchas à venialibus, cùm ab illis prorſus immunes Apoſtolos Ioannes ipſe dilectus Domini affirmet non fuiſſe: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt.* 1. Ioan. 1. non fuit autem per-

1. Ioan. 1.

nicioſum mendacium, cùm ex eo quod ſtatim ſe fratribus manifeſtauit Ioſeph, nullam illi ſubierūt infamiam, nullúmque damnum; ſed quid de illo iureiurando: Per ſalutem Pharaonis? Bis quidem iurauit: primùm affirmans eos non egreſſuros inde, niſi priùs adducerent fratrem ſuum minimum; ſeruauit autem iuſiurandum, cùm non omnes, ſed vno retento dimiſit: non egrediemini hinc dixit, indefinitè, ſcilicet omnes, vti veniſtis.

D. Auguſt.

Hæc ſolutio eſt S. Auguſt. *Tenuit vnum* (inquit) *eorum, donec veniret Beniamin; & verum factum eſt, quod dixerat, Non egrediemini hinc, niſi venerit frater veſter.* quæſt. 139. in Geneſ. Iterum iorauit confirmans eos eſſe exploratores, eâ ſcilicet condi-

Verè iuraſſe Ioſeph oſtenditur.

tione, niſi adduxiſſent fratrem ſuum. Nam ſi fratrem non adducerent, mendaces deprehenderentur in iis, quæ de patre ac fratre dixerant, mentitique in his vehementem dabunt ſuſpicionem ſe eſſe

D. Aug.

exploratores; quod etiam S. Auguſt. ita explicat. *Dictum eſt: Exploratores eſtis; quaſi dixiſſet: Exploratorum pœnâ digni eſtis; hoc eſt, exploratores deputabimini. Similis illa locutio Eliæ. Quicunque exaudierit in igne, ipſe erit Deus.* 3. Reg. 19. *non tunc erit, ſed habebitur Deus.* Sic Auguſt. quæſt. indicata. Acce-

3 Reg. 19.

Caiet.

dit in texto Hebræo (vt animaduertit Caiet.) non haberi, *exploratores eſtis*: ſed, *exploratores vos*, & ſubauditur, habebimini ſcilicet ex veſtro mendacio, vide Caiet.

13. *Tradidit ergo illos cuſtodiæ.*] In carcerem detrudi iuſſit. En filij Iacob, qui ſomnium de fratris dignitate grauiter acceperunt, cui ſcilicet ſubijci vehementer indignabantur, tandem miſeri ad pedes eiuſdem humiliantur quidem & proſternuntur: ſcribitur enim, *Cúmque adoraſſent eum*: deinde vincti compinguntur in carcerem. Et quidem meritò magis humiliantur, proſtratique iacent, ac denique tenentur in ergaſtulis, qui cùm Deus eos voluit aliquantulum ſubijci, prorſus repugnarūt. Qui refugit humiliari pro Deo, cogetur infelix

Matth. 18.

Humilitas ad honorem aſcenſus.

Pſal. 114.

pro mundo & humiliari, & affligi; *qui verò ſe humiliat, exaltabitur.* Matth. 18. Et Propheta expertus dixit: *Humiliatus ſum, & liberauit me.* Pſalm. 114. ſalutem ſuam humiliationi ſuæ acceptam

A refert. Non ruina eſt humilitas, ſed ad honorem aſcenſus; vel etiam cùm à Deo in pœnam humiliamur. Sic enim intelligunt S. Hieron. & Auguſt.

D. Hier.

D. Aug.

Salutaris hominis humiliatio.

Saluum me fecit; quia humiliatus ſum. Non enim pœnalis, ſed ſalutaris dolor eſt, quem ſecando medicus fecit. Sic Auguſt. Quod ſi tantum bonum, ipſam nempe animæ ſalutem affert pœnalis, & coacta humiliatio; quantò etiā ditior, & ſublimior fructus voluntariæ humiliationis? quæ profundior obſecro viſa, vel audita eſt humiliatio, quàm illa Virginis beatiſſimæ: *Ecce ancilla Domini.* Luc. 1.

Luc. 1.

Ex humilitate B. Maria facta eſt illius & Dei apud homines exaltatio.

cùm à Deo in matrem ſibi eligeretur. Et illa vtique humilitate ancillæ ſecuta eſt matris Dei, imò & ipſiuſmet Dei erga homines exaltatio; quam perfidus ille Rex Deo noluit adſcribere, aut præ-

B dicare. Dixerat enim Propheta Regi; *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominum.* Iſai. 7. vel, *& non exaltabo Deum.* Verbum enim נסה *naſſah* ſignificat

Iſai. 7.

tentare, exaltare, magnificare, vt Galatin. Paguin. aliique aſſerunt. Non vult Rex impius miraculum vt fiat, quo tentetur probetúrque Dei gloria: quo Deus exaltetur, noménque eius magnificetur. Et quidem ſignum illud omnium ſignorum

Miraculum miraculorū Deum hominē naſci ex Virgine.

Iſai 7.

maximum erat non aliud; quàm quod ſtatim prænuntiat Iſaias: *Ecce Virgo concipiet, & pariet filium*, cap. 7. nec aliud vnquam diuina potentia, vel maius, vel æquale operata eſt miraculum; quàm quòd Dei filius ex Virgine matre homo natus eſt.

C 14. At quàm antiqua, & natiua Iudaicæ gentis inuidia eſt in Chriſtum? Etiam antequàm naſceretur, iam inuidiam Iudaici Regis in ſe concitabat, velint, nolint, rumpantur inuidiâ odio contabeſcant Iudæi. *Ecce Virgo concipiet, & pariet*

Iſai 7.

filium, & vocabitur nomen eius; Admirabilis, Deus, princeps pacis. ibid. *Puer natus eſt nobis.* Optimè

Guarr.

Guarr. Abbas: *Iudæus inuidet; quòd puer natus eſt nobis; filius datus eſt nobis: iacentem Chriſtum in præſepio non reſpicit, pendentem in cruce deſpicit; cùm miro modo naſcitur, non videt; cùm mira operatur, inuidet; cùm dura patitur, irridet.* ſerm. 3. de natiuit. Ve-

Implacabile odium inuidiáque Iudæorum contra Chriſtū.

rùm ille regnat in cælo ſupra omne quòd creatum eſt exaltatus: vniuerſo mundo imperitat, quem Iudæi non exceperunt, imò & ſuſpendio

D affixum peremerunt. Humiliatione ipſa Chriſtus IESVS Dominus noſter exaltationem promeruit, vti per humilitatem ancillæ Virginem ſuam matrem ſupra omne quod Deus non eſt exaltauit. Humilitas quidem eſt proprium inſigne Iuſtorum, & euidentiſſima, quâ dignoſcuntur, nota Sanctorum: *Atque vtinam* (inquit Guarr.) *nos illam haberemus humilitatem in peccatis noſtris; quam*

Guarr.

Humilitas Sanctorum inſigne.

Pſal. 118.

vere ſancti habuerūt in virtutibus ſuis. ſerm. 1. de purif. *Bonum mihi, quia humiliaſti me.* Pſal. 118. dicit Propheta etiam pœnalem humiliationē pro peccato, ſcilicet à Deo ſibi irrogatam, adeò vtilem, & fructuoſam. Sed quantò illa foret vtilior, ſi voluntaria, & ex corde innocenti fuiſſet? at quid

Etiam fructuoſa humiliatio pœnalis.

E elucratur humiliatus? *Vt diſcam* (inquit) *iuſtificationes tuas.* Pſal. 118. *quia* (occurrit S. Hieron.) *non in ſuperbiâ, ſed in humilitate diſcuntur.* Sic ille. Tantum ergo vnuſquiſque noſtrûm ſciat ſe profeciſſe in cuſtodia mandatorum Domini, atque in exercitatione virtutum, ſtudióque Chriſtianæ ſapientiæ, quantum ſe in oculis ſuis humiliauerit; tantum aſcendit ad amicitiam gratiámque Dei, quantum deſcendit in humilitatem ſerui inter minimos ipſius Dei.

Pſal. 118.

D. Hier.

Tantū quis per virtutes aſcēdit quātum per humilitatem deſcendit.

15. Porrò quòd tribus diebus vinctos in carcere habuerit fratres, non ſine myſterio feciſſe

Ioſeph

A Ioſeph videtur. Nimirum ſic triduanâ illâ carceris cuſtodiâ, & afflictatione triplex aduerſus Ioſeph eiuſmodi illorum expiatur; voluntas ſcilicet occidendi, deiectio in ciſternam, fame vt ſitique periret; & parricidalis illa in barbaras gentes fratris venditio, quod Lyran. & Abulenſ. adnotarunt. Quid ſi triduanâ illâ carceris afflictione præfiguratum eſt ſalutiferum, & tripartitum pœnitentiæ ſacramentum in contritione, confeſſione, & ſatisfactione? Afflictio quidem eſt, at ſalutaris. Quis ergo refugiet pœnitentiæ afflictionem, quæ medicina eſt vulnerum, & ſalutem animæ operatur? *Infantuli* (inquit S. Chryſoſtom.) *quando medicum vident vel ignem, vel ſectionem parare; fugiunt, ac reſiſtunt eiulantes, maléntque perpetua corporis vomica immori, quàm temporarium laborem perpeſſi ſanitatem in poſterum aſſequi: at qui mentis compotes ſunt, probè intelligunt ægritudinem ſectione eſſe perniciosiorem. Quemadmodum, & ſceleratum eſſe ſupplicio deterius eſt: hoc enim curari eſt, & ſanum eſſe; at illud perire, atque perpetuo in morbo eſſe.* Sic Chryſoſt. hom. 9. in cap. 5. ad Rom. Infantium, ſtultorúmque eſt deterreri à confeſſione ob aliqualem, quam ex illa timent afflictionem, maléque inconfeſſis peccatis extabeſcere, quàm tantulo pudore, laboréque confeſſionis exerceri. Heus tu, qui peccaſti; non eſt, quòd timeas carcerem, non vincula, non publicam infamiam, totum in ſecreto, tutóque peragit confeſſio. *Propè eſt verbum in ore tuo, & in corde tuo.* Deuter. 30. Addit Apoſtolus: *Hoc eſt verbum fidei, quod prædicamus*, ad Rom. 10. frequens ſcilicet Chriſtianæ fidei prædicatio eſt, ſacramentalis confeſſio; quâ nihil fidelibus, & crebriùs inculcatur; & vtilius commendatur. *Propè eſt verbum*, hoc eſt, (declarat S. Chryſoſt.) *facile eſt: in mente ſiquidem, linguáque ſalus eſt: in ore namque tuo & in corde tuo ſalutis eſt cauſa.* homil. 17. ô Deum clementiſſimum! ô noſtrum Ioſeph; noſtrum IESVM benigniſſimum! quàm facili negotio; quàm ferè nullo labore noſtram eſſe ſalutem collocatam voluiſti? In corde & in ore: in corde contritio, in ore confeſſio peccatorum veniam; Dei gratiam, ſalutem animæ ſempiternam nobis operatur.

Tria maximè ad pœnitentiæ ſacramentũ.

D.Chryſ. *Cõfeſſio ſalutis affectio.*

Infantes ſtultique fugiunt cõfeſſionem.

Nihil timendum in confeſſione ſecreta & ſecura.

Deut. 30. ad Rom. 10. *Confeſſio Chriſtianæ fidei prædicatio.* D.Chryſ.

Facilè ſalus in confeſſione paratur.

SECTIO II.

Fecerunt vt dixerat, Et locuti ſunt ad inuicem: Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio. E quibus vnus Ruben, ait: Nunquid non dixi vobis: Nolite peccare in puerum: & non audiſtis me? en ſanguis eius exquiritur. Neſciebant autem quod intelligeret Ioſeph: eo quòd per interpretem loqueretur ad eos. Auertítque ſe parumper, & fleuit: & reuerſus locutus eſt ad eos. Tollénſque Simeon, & ligans illis præſentibus, iuſſit miniſtris vt implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias ſingulorum in ſacculis ſuis, datis ſupra cibariis in viam: qui fecerunt ita.

1. SVadet fratribus Ioſeph, vt frumentum in patriam deportent, modò illorum vnus remaneat obſes, donec minimum fratrem adducant. Deum enim (inquit) timeo, vobíſque pro-

iudex clemens eſſe volo, vt & mihi ſummum illum cœli Regem iudicémque propitium, & clementem habeam. Vtinam Regum miniſtri, penes quos tota regni moles, & rerum adminiſtratio eſt, hoc ipſum ſeriò cogitarent, dicerétque ſecum vnuſquiſque: Deum timeo; Deique timore ſemper ante oculos poſito ius regni populis diceret, nec Regem Deo præferret, illiúſque aut honorem, aut verò etiam pecuniam Dei honori, voluntatique anteponeret: ſolet enim huiuſmodi impietas ab ipſo Deo grauiter admodum puniri. Enim verò Amos Propheta à Deo contra idololatras Samariæ regnante impiiſſimo Hieroboam prædicare; atque exitiũ vaticinari iuſſus eſt. Occurrit Amaſias pro Rege contra Prophetam. *Egredere, fuge in*
B *terram Iuda, & in Bethel, non adiicias vltrà vt prophetes.* Amos 7. Vrget hominem, vt quàm citiſſimè ſeſe proripiat ex Samaria; alibi quærat locum, & gentem ſuis vaticiniis: & rationem ſubiicit: *quia ſanctificatio Regis, & domus regni eſt.* ibid. Nolumus (inquit) noſtro in regno Dei Prophetas, Dei monita, minaſque non accipimus. *Non ait* (declarat S.Hier.) *ſanctificatio Dei noſtri eſt, ſed Regis, adulando regali faſtigio. Mos enim eſt colentibus falſos Deos, vt quod faciunt, ſuis Regibus attribuant.* Siquidem eò tandẽ inſaniæ delabuntur infideles, vt etiam ſuos principes pro Diis venerentur. *Hunc locum* (habet Gloſſ. interl.) *ſanctificauit Rex, hic ſanctificatur populus.* Nec enim noſtra ciuitas, aliûs Dei, quàm Regis ſanctificatione indiget, vt ſacra religioſá-
C que habeatur. Hæc impius Amaſias. Cæterùm prout merebatur, ſui à Propheta ſtatim audiuit ſupplicij vaticiniũ. *Propter hoc dicit Dominus: vxor tua in ciuitate fornicabitur, filij tui, & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur, & tu in terra polluta morieris.* ibid. Percuſſus à Deo eſt iis plagis, quæ dolorem pariter, atque ignominiam hominibus potiſſimùm ſolent infligere; bonis ſcilicet omnibus ab hoſte direptis, filiis trucidatis, vxore in publico conſtupratâ, dignum ſanè ſupplicium hominis, qui Regem Deo præfert, illiúſque mandata diuinæ legi anteponit. Pulchrè ad hunc locũ Rupertus ſic diſſerit: *Non parcè loquitur, non leniter ſe aduerſum Deum erigit cornutus bubalus vibrans ſuperbia cornu, nec recipiens iugum Domini: Prophetam*
D *enim appellat, & tamen ſe potiùs, & Regem ſuum audiri imperat, quàm Deum.* Sic ille.

2. Illud etiam hîc expendi oportet; quod Amaſias ſcripſit ad Regem: *Rebellauit contra te Amos in medio domus Iſrael.* ibid. vt Regem contra Prophetã incitaret: nec tamen Rex licèt impius in Prophetam quidquam molitur. Quare cùm Rex verba Amaſiæ, quaſi vana reſpuerit; ille aſſumit autoritatẽ ſacerdotis dicens ad Amos *Vade in terram in quâ natus es: vbi libenter audiuntur infant.* Sic Gloſſ. inter. ſæpenumerò euenit, vt Regis miniſter pro honore, pecuniáq; Regis impenſiùs elaboret, quàm vt Rex velit. Certus enim Rex eſt (ſi prudẽs, ac fidelis ſit) infidelem ſibi, iniurioſúmque, & per-
E nicioſum eſſe miniſtrum, qui Regis autoritatem, contra Dei legem tuetur, vtque Regis amplificet ærarium, contra ius fáſque populi bona depeculatur. Nec impius etiã Rex aduerſus Dei Prophetam, vel audit, vel credit calumniam accuſatoris. Nõ enim contra bonos facile, aut accipi, aut credi accuſatio, calumniáque debet. Nouerint denique Regum ac principum miniſtri, Reges ac principes non offendi, vbi placita illorum diuinis mandatis poſthabentur. Scitũ eſt enim illud S. Amb. *Nullius iniuria eſt, cui Deus omnipotens anteferetur.* epiſt. 30.

3. Acquieuerunt, etſi dolentes, inuitíque filij

Regum miniſtri timorẽ Dei ante oculos habeant.

Amos 7.

S.Hier. *Regum miniſtri Deũ non curant, ſuos Reges pro Diis habent.* Gloſſa.

Amos 7.

Grauiſſimis punitur ſuppliciis qui Deo Regem præfert. Rupert.

Amos 7.

Gloſſ. *Infidelis & pernicioſus Regi, qui Deo Regem præfert.*

Contra bonos non facilè accuſatio debet accipi.

A Iacob, vt frumentum repotiarent adducturi ſecum Beniamin relicto interim in vinculis Simeone; At in eas redacti anguſtias, (cùm vexatio det intellectum) meminerunt, quid olim in fratrem Ioſeph inhumaniter perpetrarint; fatentúrque ſe nunc affligi in pœnam ſui parricidij. *Verè* (inquiunt) *nos deſolati propter fratrem noſtrum, qui vidimus anguſtiam animæ eius; quando ſe nobis miſerum exhibebat, & non audiuimus.* Sic ad verbum in Hebr. quod benè interpres vertit. Meritò ſe nunc ſolos, & omni ſolatio deſtitutos lamentantur, quia contempſerunt olim ſui fratris deſolationem, quia ſuſtinuerunt duri videre, quando illos miſellus puer cum lacrymis deprecabatur, & non acquieuerunt precanti, vt eius miſerti parcerent puero dolenti. Hinc verò conſtat, B quod ſuprà omiſſum eſt; Ioſeph, quando in puteum proiectus, deinde venditus à fratribus, magno cum eiulatu poſtulaſſe à fratribus vti parcerent fratri, & immerenti: quod tamen parricidæ facere noluerunt. *Meritò hæc patimur*, inquiunt. *Vide nunc* (occurrit optimè S. Chryſoſt.) *quomodo conſcientia eorum incorruptus ille index aduerſus eos inſurgat, & nullo arguente, vel in medium quidpiam afferente ipſi ſui ipſorum accuſatores fiant.* homil. 64. in Geneſ. Adhuc etiam poſt tot annos propria cuiuſque conſcientia non ſinit eſſe in obliuione peccatum; ſed nunc maximè illud in memoriam reducit, cùm miſeri ſummo in periculo verſantur; animóſque inopinato illo euentu perturbatos diro aculeo recordatio- C nis peccati exulcerat, ac diſcerpit.

S. Chryſoſt. *Peccati cōſcientia carnifex animæ.*

4. *Peccatum* (dixit Hierem.) *Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino, exaratum ſuper latitudinem cordis eorum.* cap. 17. Scribitur perpetuò legendum in ipſa conſcientia peccatum notâ quidem indelebili, vt velit nolit peccator ſemper ante oculos habeat ſui delicti ſcripturam. Poteſt intelligi de ſcriptione indelebili, vti declarat Theodoret. *Nihil* (inquiens) *potentius conſcientiâ, in quo ſcilicet confixa ſunt literæ ſolida, quare peccata eorum qui mentiuntur; conſcientia ferre nequit: ſed percutitur, ac perforatur, incorruptámque profert ſententiam.* Hinc peccati chartam indelebilem peccator ipſe in oculis poſitam legit, aut verò potiùs conſcientia ipſa illam pec- D catori perenniter recitat; vel etiam accipi poteſt de imagine horrenda peccati quæ in ipſa tabula (ſic enim habetur Hebraicè) depingitur, vt ſuo conſpectu miſeram animam iugiter terreat, & affligat. Sic verò ad hæc verba Origenes animaduertit: *Cùm conſcientia peccati imaginem ſumpſerit, habeo formam illius, & ante oculos cordis mei delicti pompa depingitur. Et quidem ſi eſſet peccatum atramento conſcriptum, deleri poſſit; ſed ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino ſuper pectus cordis.* homil. 15. in Hierem. Recole quod olim Dominus dixerit Caino: *Si malè egeris, ſtatim peccatum in foribus aderit.* Geneſ. 4. quem in locum multa diximus priori tom. vti canis ad fores animæ pec- E catum excubat (hæc vis Hebr. verbi) latratu miſeram perterrefaciens, nec illam quieſcere, nec errati patitur obliuiſci; atque adeò diuinæ iuſtitiæ vindictam inclamat. Imò & irrugit ad fores animæ ſicut leo (quis non timeat?) vti ſcriptum eſt: *Illuſio, & improperatio ſuperborum, & vindicta ſicut leo inſidiatur illis.* Eccleſ. 25. quod maximè videtur intelligi de homicidio, aut graui aliquo contra proximum patrato facinore, & de ſuperbia hominis contra Deum; quæ duo peccata & mentem peccatoris horribilius perterrefaciunt,

Hierem. 17.

Indelebili nota ſcriptū in conſcientia peccatū. *Theodor.*

Conſcientia peccati chartam recitat, & imaginē obiicit.

Origen.

Gen. 4. *Peccatū ad fores animæ canis & leo.*

Eccleſ. 25.

A & vehementiùs, citiúſque diuinam vindictam accerſunt: & cùm illam aliorum ſcelerum diuina iuſtitia ſæpenumerò, vel differat, vel diſſimulet, ad vlciſcendum tamen homicidium, & confringendam ſuperbiam velociſſimè accurrit. Meritò hæc patior, dicat vnuſquiſque noſtrûm; cùm in grauem incidit tribulationem, licèt enim aliquando ad probationem patientiæ iuſtis afflictio diuinitùs immittatur, at longè frequentiùs in pœnam delictorum irrogatur: idque ita fieri nobis cùm aduerſum quid acciderit, præ humilitate perſuaſum habeamus.

Superbia & homicidium Dei vindictam citò ſentiunt.

Meritò quis tribulationē patitur.

5. *En ſanguis eius exquiritur.*] Ruben natu maximus fratribus ſummo illo in diſcrimine poſitis, & antiqui flagitij memoria miſerum in modum, B tanquam Deo fraterni ſanguinis debitam vindictam ſumente, conſternatis meritò cœpit exprobrare: Nónne vos ab illo parricidio deterrebam, multáque pro fratre innocente dimittendo, ſed fruſtrà tamen differui? abnuiſtis tandem, atque innocentem fratrem peremiſtis. Credebant enim illum in exteras regiones venditum in ſeruitute obiiſſe. Moriendum igitur nobis eſt, quia fratrem occidimus: noſtro haud dubiè ſanguine illius à nobis perempti ſanguinem expiabimus. Rectè ſubinfert Theodoret. *Inde conſtare poteſt apertè conſcientia iudicium eſſe ineuitabile: refricat enim memoriam ſceleris ante duos, & viginti annos admiſſi.* quæſt. 105. in Geneſ. Certè vt cætera deeſſent, hoc vnum ex ſcelere com- C miſſo malum, ne illud committeretur, nos deterrere ſatis poterat, tormentum ſcilicet conſcientiæ; quod nec temporis decurſu, nec rerum, quibus diſtendimur, occupationibus ſupprimi, & defatigari ſolet. Quare (vt hîc animaduertit S. Chryſoſt.) *cogitet vnuſquiſque quantum ſit à conſcientia ſua accuſari, haberéque perpetuò vrgentem, & clamantem, & ſcelus commemorantem.* homil. 64. in Geneſ.

Theod. *Ineuitabile iudicium conſcientiæ.*

S. Chryſoſt. *Infatigabilis accuſatio conſcientiæ.*

6. Hinc etiam colliges, quàm ſit animæ ad ſalutem fructuoſa tribulatio. Perſtringit quidem mentis oculos ſuo velut ſplendore proſperitas atque occæcat, ne Deum, & nos ipſos, & hunc mundum cognoſcamus; at eoſdem tribulatio aperit, acuítque veluti ferrum percutiens ſilicem D humani cordis obdurati peccatis: excudit ex eo atque elicit ignem pœnitentiæ, vt delicta ſuccendat, & emicanti ſplendore ſapientiæ Dei maieſtatem, quam offenderat, & ſceleris ipſius fœditatem, atque adeò extremi iudicij, & inferni diſcrimen, quod peccando ſubierat, agnoſcat. Vera eſt igitur, quæ celebratur ex ſancto Gregorio ſententia: *Oculos, quos culpa claudit, pœna aperit.* Pulchrè in eandem ſententiam ex hoc loco ita diſſerit S. Chryſoſtom. *Sicut ebrius, quando multum vini ingurgitat; nullum ſentit à vino damnum, poſteà verò ſentit, quantum ſit damnum, ita & peccatum donec conſummetur, obtenebrat mentem quaſi denſa nubes: deinde conſcientia inſurgit, & quouis accuſatore, mentem grauius arrodit; monſtrans E abſurditatem facti.* homil. indicatâ. Optimè quidem vino, aut ebrietati peccatum comparatur: flaueſcit, rutilátque in cratere vinum; recreátque oculos, & guttur dum ebibitur? dein vſque ad ebrietatem epotum vires corpori adimit, ſenſus offundit, caput peſſundat, mentem obtenebrat, iudicium ſepelit; totum denique hominem ſtomacho ad ſarcinam indignante diſcerptóque in crapulam, & vomitus pectore, tam execrandum quàm miſerandum in modum diſtorquet: & tunc demum afflictione ipſa

Tribulatio acuit oculos.

Tribulatio pœnitentiā parit.

D. Greg.

D. Chryſ. *Peccatum ebrietas.*

Conſcientiā ebriū excitat peccatorem.

Peccatum vino perſimile.

Ebrietas deſcribitur.

ac ipſa conteſtatur, quantum in illo ſuo fulgore malignitatis, quantum in illa ſua dulcedine, falſáque voluptate habeat fellis, & doloris. Sic planè ſe habent illecebra peccati, corporis laſciuia, mundi felicitas; temulentiam ingerunt homini, qui vbi obdormiit crapulam conuulſus, tribulatiſque mali tum potentiam tum fœditatem agnoſcit, atque execratur.

Peccatum ebrietas.

7. Quare cùm tam ſalutaris homini ſit, ad ſalutem animæ tribulatio, in eadem poſiti (vti monet idem Chryſoſt.) *Deo gratias agere debemus: hic eſt enim ictus in dæmonem certiſſimus.* in Pſal. 5. Ingentem ſcilicet plagam cacodæmoni infligimus, cùm in tribulationibus non modò non querimur, non indignamur; ſed læti potiùs ac patientes Deum cũ beatiſſimo Iob laudamus: *ſit nomen Domini benedictum.* Maximè verò accipienda hilari vultu audacterque tranſigenda eſt tribulatio; poſtquam Dominus IESVS per omnia tentatus illam maiori ex parte deuorans nobis adeò imminutam reliquit. Enim verò de illo ſcribitur: *Et tranſibit in maris freto: & percutiet in mari fluctus.* Zachar. 10. *Veni ſiquidem in altitudinem maris, omnes pelagi fluctus ſuper eum tranſierunt: Tempeſtas illum demerſit*; vti prædixerat Dauid; at quid nobis tranſeundum reliquerit, ſic apponit Zachar. *Confortabo eos in Domino, & in nomine eius ambulabunt, dicit Dominus.* legunt L X X. *Et confortabo eos in Domino Deo ſuo, & in nomine eius gloriabuntur.* literam Hebr. ſic explicat S. Hieron. *Intelligendum eſt quòd in nomine Chriſti ambulent Chriſtiani, & ſcribatur in calculis eorum nomen nouum, & ſub tanti nominis dignitate ambulent cum Domino.* ô admirabilem Domini IESV benignitatem! Sulcauit ille maris vndas, procellis in ſalo agitatus hauſtúſque pelago tandem enatauit in portum immortalitatis, ex mortuis reſurgens; ille maria emenſus nobis ſtratam humo planámque viam reliquit; vt inoffenſo ad cœlum greſſu incedamus: de illo dicitur: *Et tranſibit in maris freto:* de nobis, *& ambulabunt.* Sic vitæ diſcrimina, ſic mortis anguſtiæ in Deo noſtro, in IESV noſtro per omnia fratribus aſſimilato, primogenito omnis creaturæ, fratre noſtro facilè placidéque tolerantur.

D.Chryſ. Deo gratias agi in tribulatione flagellat diabolum.

Iob 1.

Chriſtus nobis tribulationem temperatam reliquit.

Zach.10. Pſal.68. Pſal.41. Zach.10.

D.Hier. *Magna excellentia nominis Chriſtiani.*

Chriſtus pro nobis paſſus viã in cœlum planam & facilem nob. fecit.

Zach.10.

8. Optimè Ruben fratribus exprobrat obſtinatum illorum animum ad parricidium: cùm ſcilicet illius omnium natu maximi, nec monitis, nec precibus fuerint emolliti; vti parcerent fratri puero, & innocenti. *Nónne* (inquit) *dixi vobis, nolite peccare in puerum, & non audiſtis me?* Adeò cæca eſt & furioſa interdum ægrotæ mentis paſſio, vt omnes ſalutaribus conſiliis, rationúmque euidentiæ; atque ipſi veritati, & propriæ ſaluti aditus obſtruat. Quod cùm in cæteris videatur, tum vel maximè cernitur in odio, & iracundia, quo malo inſtar procellæ; atque inſtar fluctantis pelagi conuulſa ſubmerſæque rationis naue miſerandum perturbatus homo facit naufragium, vt verè dicere poſſit: *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me.* Pſalm. 68. Quod quidem de Chriſto Domino à Iudæis ante Pilatum deſæuientibus egregiè S. Auguſt. intelligens. *Sunt* (inquit) *voces dicentium, Crucifige, crucifige: Et inualeſcebant voces eorum.* Ioan. 19. *Et paſſus eſt Dominus inter manus Iudæorum, quod non eſt paſſus, cùm ſuper aquas ambularet.* Tempeſtatem igitur, & maris concitauit odium inuidiáque Iudæorum aduerſus Chriſtum Dominum, qua illi priùs conuulſi animis, mentiſque iudicio prorſus abſorpto naufragantes Chriſti pariter

Obſcurat & in furias mentem agit paſſio.

Tempeſtas odij & iracundia.

Pſal.68. D.Auguſt.

Ioan.19. *Iudæorum tempeſtas Chriſtum demerſit.*

A honorem & vitam, non tamen patientiam abſorbuerunt.

9. Concitarunt inuidi, & furioſi fratres in fratrem olim procellam, quâ ille tandem hauſtus in profundum, & ſeruitutis, & carceris proiectus, libertatis, famæ, penéque vitæ naufragium fecit. Meritò igitur in extremum ſe deplorant adductos diſcrimen mœroris, ac timoris, tempeſtatibus conquaſſantur, vbi ſcilicet, & quando minimè putabant, & verebantur. Inſperata ſæpè atque inopinata peccatoribus irrogata diuinitùs ſuperueniunt ſupplicia; nec enim iniurias proximo illatas ſummus ille, atque integerrimus iudex abire ſinit in hac vita impunitas. *Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia* B *non habuit ſcientiam*, dixit Iſai. cap. 5. legunt alij: *Propterea migrauit populus meus abſque ſcientia.* Ducebant quidem Iudæi idololatræ in bonis dies ſuos omni vitiorum turpitudini, & nefandis idolorum ritibus dediti, & num Deus in cœlo ſit iudex, prorſus obliti; at inſperatus tandem ſuperuenit illis interitus. Perierunt abſque ſcientia, id eſt, inſperatò inopinatéque: Ingruit ſcilicet in eos, velut in nautas ebrios inopinata tempeſtas. Hebraiſmus hic, & Deuteron. 19. *abſque ſcientia*: idem eſt, atque inopinatò. Itaque Ruben audacter criminatur, & accuſat fratres; quippe qui non conſenſerat in cædem fratris; ſtatímque doluerat, & plorauerat venditum. Cùm verò eſſet omnium natu maximus, ac pro- C pterea dehortantem audire debuiſſent; quod facere noluerunt: icircò ferre illum modò flagitia compelluntur improperantem.

Certa diuinitùs vindicta in eos, qui aliis nocent.

Iſai.5.

Peccatoribus vti ebriis nautis, ſuperuenit inopinata procella.

10. Profectò ex his intelligitur illorum pœnitentia; quam S. Auguſt. ita colligit. *Inter ſe pœnitentes filij Iſraël loquebantur de fratre ſuo Ioſeph, quòd cum illo male egerint, & hoc eis diuino iudicio redderetur, quòd ſe periclitari videbant.* in quæſt. ſup. Geneſ. Parit plerunque tribulatio pœnitentiam, & quidem fructum pulcherrimũ, & pretioſiſſimũ; vt videre eſt in prodigo illo filio, qui grauiſſimâ fame, ac fœdiſſimo porcorũ ſeruitio vehemẽter afflictus ad ſe rediit, patrémque requiſiuit, Luc. 15. Vbi optimè S. Greg. Nyſſ. occurrit. *Contempſerat patrem in primo receſſu adoleſcens; & opes* D *paternas prodegerat. At vbi lapſu temporis eſt attritus laboribus, dum mercenarius fieret, & eodem cum porcis pabulo paſceretur; rediit in domum paternam caſtigatus.* In catena. Hinc ergo Theophylact. colligit: *Quando quis cogitat, in quantam venerit miſeriam, tunc redit ad ſe ipſum conſiderans & in pœnitentiam veniens à ſua exteriori diuagatione.* Quàm igitur certum ſit, quòd multum valeat ad ſcelerum pœnitentiam, firmúmque propoſitum correctiùs impoſterum viuendi corporis afflictio, qualis & morbus eſt; vel ethnicus homo intellexit, cùm ita ſcripſit: *Nuper me cuiuſdam amici languor admonuit optimos eſſe nos, dum infirmi ſumus. Quem enim infirmum, aut auaritia, aut libido ſollicitat? non amoribus ſeruit, non appetit honores, opes* E *negligit, & quantulumcúnque, vt relicturus, ſatis habet: tunc Deos eſſe, tum hominem eſſe ſe meminit; inuidet nemini, neminem deſpicit: ac ne ſermonibus quidem malignis, aut attendit, aut alitur. Si contingat euadere; innoxiam, beatámque deſtinat vitam. Tales ergo eſſe ſani perſeueremus, quales nos futuros profitemur infirmi.* Hæc Plin. epiſt. ad Maximum lib. 7.

S.Auguſt. *Tribulationis fructus pœnitentia.*

Luc.15. Greg.Nyſſ.

Plin. *Morbus à peccando cohibet, ad benè viuendum compellit. Nunquam meliores, quàm cùm infirmi ſumus.*

11. Mira quidem, & fideli, ſanctóque viro ſententia; quæ mirificè cohæret cum placitis diuinæ ſcripturæ; cuiuſmodi illud: *Imple facies eorum*

Pſal. 82.
Pſalm. 106.
Iſai. 10.
D. Hier. *Tribulatio ſaluti animæ parat.*

ignominiâ, & quærent nomen tuum Domine. Pſal. 82. item: *Clamauerunt ad Dominum, cùm tribularentur.* Pſalm. 106. & illud: *Domine in anguſtia requiſierunt te: in tribulatione murmuris doctrina tua eis.* Iſai. 10. *Percute eos* (declarat S. Hieron.) *Domine, vt in anguſtia te requirant, & in tribulatione murmuris, quando tantum eis malorum pondus incumbet, vt ne clamare quidem audeant confidenter, ſed dolorem ſuum ſilentio deuorent.* Optat quidem peccatoribus grandem aliquam tribulationem, quæ illis ſalutem pariat. *Si enim* (adiungit S. Hieron.) *parua tribulatio docet, & emendat, & corripit; quantò magis magna, cùm admonemur conditionis noſtræ, & Dei patientiæ recordamur?* ibid. Econtrariò autem mala felicitas, páxque impunitam peccandi licentiam generat; atque vt eodem loco animaduertit S. Hieron. *Securitas negligentiam, negligentia contemptum parit.*

D. Hier. *Tribulatio doctrina optima.*
S. Hier. *Nocet vana ſecuritas.*
Certa vltio eſt homicidio.

12. *En ſanguis* (inquiunt) *eius exquiritur.* à quo? à iudice, à vindice ſupremo, Deo ſcilicet, cuius iuſtitia proximorum iniurias, maximè verò homicidia non ſinit in hac vita ſine debita vltione præterire. *Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum: en ſanguis eius exquiritur.* Sic illi filij Iacob, qui fratrem Ioſeph vendiderunt dolentes inter ſe dicebant: ſic etiam hodie filij Iacob portantes, & pertinaciter conſeruantes peccata patrum ſuorum, qui verum Meſſiam illis promiſſum, genere, ſanguinéque fratrem crucifixerunt, dicere poſſunt, cùm ſe videant toto terrarum orbe profugos in omnium gentium, ad

Iudæi exules toto orbe opprobrium gentium.
Micheæ 6.
Luunt pœnas Iudæi quia Meſſiam occiderunt.
Ioan. 1.

C quas deferuntur, opprobrium, & irriſionem: iuxta illud Micheæ: *Vt darem te in perditionem, & habitantes in ea in ſibilum, & opprobrium populi mei portabitis.* cap. 6. legunt L X X. *opprobria populorum accipietis.* Quod adeò ſcitum eſt, vt vel ipſum Iudæi nomen in grandis contumeliæ, fœdíque opprobrij adagium abierit. Quare iſthæc Iudæorum opprobria, & ineuitabilis miſerorum calamitas? Meritò patiuntur, quia peccarunt in fratrem ſuum, in Chriſtum ſuum, qui ad illos venerat, *& ſui eum non receperunt.* Ioann. 1.

13. Meritò accuſantur à maximo fratrum: *Nunquid non dixi vobis: nolite peccare in puerum,* à Deo electum, miſſúmque ad ſalutem veſtram, in

D illum innocentem, & manſuetum agnum Dei, qui tollit peccata mundi: & non audiſtis me, ſcilicet Moyſen legiſlatorem, & gubernatorem veſtrum, qui de aduentu Iuſti palàm prophetauit. *En ſanguis eius exquiritur,* quem tam impiè crudelitérque profudiſtis. Hoc illud eſt, quod aliquando Iudæis conteſtatus eſt Dominus: *Nolite putare quia ego accuſaturus ſum vos apud Patrem: Eſt qui accuſat vos Moyſes, in quo vos ſperatis.* Ioan. 5. Miſeri putant ſe ſuæ perfidiæ fautorem habere Moyſen, & habent accuſatorem. Benè igitur S. Ambroſ. *Magna* (inquit) *Iudæorum imprudentia. Meritò accuſantur in criminibus ſuis, qui accuſatorem elegerunt, & bonum iudicem refutarunt, ideóque deeſt illis abſolutio, pœna non deeſt.* epiſt. 20. ſicut Io-

Ioan. 5.
Moyſes accuſator Iudæorum.
D. Ambr. *Iudæis abſolutio deeſt, non pœna.*

E ſeph non accuſat, non redarguit parricidas; ſed illorum facinus carpit, exprobrátque Ruben: ſic Dominus IESVS non ſuam cauſam tuetur; eſt qui iudicet, Deus Pater: eſt qui accuſet, Moyſes; qui clamet improperans: Nunquid non dixi vobis: nolite peccare in Dominum IESVM, ipſe verus eſt Meſſias, quem Deus promiſit patribus, quem Prophetæ prædicamus. Et non audiſtis Deum veſtrum, & Prophetas veſtros. Iccircò venit ſuper vos tribulatio, & ad finem vſque perſeueratura deſolatio. En ſanguis IESV Nazaræni exqui-

Vnica & ſola cauſa Iudaicæ calamitatis ſanguis IESV Domini crucifixi.

A ritur. Tota hæc, & vnica Iudaicæ calamitatis cauſa eſt, vt vel ipſimet confitentur.

14. Adfui ego aliquando in carcere Sanctæ Inquiſitionis duabus fœminis ob Iudaiſmum comprehenſis, & ſtatim publico iudicio præſentandis: vti miſellis, quod animæ, & corpori conducebat perſuaderem, at vna illarum audacior: Deſine (inquit) pater Iudaiſmum diſſuadere: Chriſtianæ ſumus, fidem quam tu profiteris, & nos profitemur, ſed nihilominùs meritò patimur vincula & flammis comburimur; noſtro ſcilicet capite illud auorum perſoluimus maledictum: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Matth. 27. quæ tamen imprecatio in eos tantùm cadit, qui perfidiæ atque impietatis auorum hæ-

Matth. 27.

B redes eſſe, quàm Chriſto cum omnibus penè gentibus obedire, maluerunt. Profectò Sophonias graphicè deſcribens excidium populi Iudaici. *Dies iræ, dies illa.* Et, *tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci.* cauſam aſſignat; *quia Domino peccauerunt.* cap. 1. *id eſt* (declarat S. Hieron.) *filio Dei, quia fuderunt ſanguinem Chriſti, nec grande fuit tempus in medio: nam poſt quadraginta duos annos Dominica crucis circundata eſt ab exercitu Romanorum Hieruſalem.* iuxta illud; quod idem Propheta adiunxerat: *Conſummatum cum feſtinatione faciet cunctis habitatoribus terræ.* ibid. ita verò miſeri ſua illa Hieruſalem, in qua Dei filius ab illis vinctus, irriſus, & crucifixus eſt, ſpoliati ſunt, vt ætate S. Hieron. edictis imperatorijs interdictum Iu-

Sophon. 1.
S. Hieron.
Sophon. 1.
S. Hieron.

C dæis fuerit ingredi ciuitatem: quod his verbis refert ſanctiſſimus Doctor: *Ad præſentem diem perfidi Iudæi excepto planctu prohibentur ingredi Hieruſalem, & vt ruinam ſuæ eis flere liceat ciuitatis pretio redimunt, vt qui quondam emerant ſanguinem Chriſti, emant lacrymas ſuas. Videas in die; quo capta eſt à Romanis & diruta Hieruſalem, venire populum lugubrem in corporibus, & in habitu ſuo iram Domini demonſtrantes. Miles mercedem poſtulat, vt illis flere liceat.* Hæc S. Hieron. ſic infelices ſuam illam Hieruſalem, ac rempublicam prorſus amiſerunt, qui vt vtramque conſeruarent, Dei filium Romanis, à quibus poſtmodum euerſi ſunt, flagellandum, & Cruci affigendum tradiderunt; atque ita, & terram, & cœlum, & Deum ipſum

Iudæis interdictum ingredi Hieruſalem.
Iudæi pretio emebãt ingreſſum in Hieruſalẽ.
Die ipſo euerſionis Iudæi quotannis deflebant Ieruſalem.

D amiſerunt. Deinde vt ſuæ illius antiquæ patriæ excidium in ipſis ruinis deflerent, pretio à militibus illuc accedendi facultatem comparabant. Quænam quæſo maior calamitas; grauior infamia? ſic miſeri lacrymis excisam patriam lugentes, auorum ſuorum ſibila, & irriſiones luebant, qui ſuſpenſo in cruce Dei filio, vt legitur, *Prætereuntes blaſphemabant eum mouentes capita ſua, & dicebant: Vah qui deſtruis templum Dei.* Matth. 27.

Lugent ſuũ Iudæi excidium, quia Chriſtum in cruce irridebant.
Matth. 27.

15. *Auertit ſe parumper, & fleuit.*] Diſceſſerat iam interpres, qui mutuò verba reddebat, arbitraſque ſe à Ioſeph; dum loquerentur, non intelligi; ſecuriùs inter ſe diſſerentes ſuam calami-

E tatem, & cauſam illius antiquum parricidium lamentari potuerunt. Occultabat intereà Ioſeph Hebraici illius idiomatis peritiam: ſed tandem naturali affectu ſimulationis artificium vincente, receſſit inde pauliſper teneriùs compuncto corde, atque erumpentibus oculorum lacrymis. Fleuit igitur Ioſeph inprimis ex cõſideratione, & admiratione diuinæ prouidẽtiæ; collata in ſe diuinitùs beneficia, dulci, gratáque & humili repetens memoriâ. Solet grata beneficiorũ Dei recordatio piãs mentes ſic tenero quodã affectu ſauciare, vt emollitę dulces per oculos effundant riuos lacrymarũ.

Dulcis recordatio beneficiorum Dei lacrymas excutit.

De his

Dulces orãtium lacrymæ. S. Aug.

De his dixit optimè S. Auguſt. *Dulciores ſunt lacrymæ orantium, quam gaudia theatrorum.* in Pſal. 127. Viridem adhuc ſtipitem, dum paulatim flamma comprehendit, humectari primò, dein velut in guttas diſſolui, & quodammodo flere quotidie videmus: planè ſic res habet: Sit licèt prædura, præuiridiſque anima, ſi eam diuini amoris, diuinorúmque beneficiorum meditatio peruadat, proculdubio ſuaues in fletus eliquatur.

16. Vbi verò deeſt pia, grataque meditatio; mirum eſt, quantum in corde frigus, quantus in animo torpor ex abſurda illa obliuione, quantáque ariditas ingratis oculis oriatur: Hinc illa Domini querimonia: *Sicut frigidam facit ciſterna aquam ſuam; ſic frigidam facit malitiam ſuam.* Ierem. 6. de peccatrice Hieruſalem ſermo eſt. Cùm ſcilicet aqua æſtiuis caloribus tepefacta videretur eſſe ſolito calidior, tunc planè fit, vt in ciſterna multò frigidior habeatur; idque (vt Philoſophi loquuntur) propter antiperiſtaſin. Sic etiam eò magis creſcit humani cordis frigiditas, magiſque obduratur ingrati animi gelu, quò vehementiùs inardeſcere debuiſſet inter ebullientes diuini amoris flammas, & continua grandiáque diuina benignitatis beneficia; quibus ingrati hominis malitia iugiter irrigata non emollitur; & ſuccenſa nequaquam diſſoluitur. Grati animi pro acceptis beneficiis, quàm debita, tam digna homine virtus, vel maximè in Virgine Dei matre enituit; cuius in argumentum cecinit: *Magnificat anima mea Dominum, & exultauit Spiritus meus in Deo ſalutari meo.* Luc. 1. Nimirum (vti explicat S. Ambr.) *Magnificat anima Maria Dominum, & exultat Spiritus eius in Deo; eò quòd, & anima, & Spiritu Patri, filioque deuota vnum Deum pio veneratur affectu.* ibid. cuius quidem beneficia obliuiſci non poterat, quæ vti Euangeliſta ſcribit: *Conſeruabat omnia verba conferens in corde ſuo.* Multa quidem & mira conferens in corde, ſed illa maximè; ſe ipſam enim Deo, ancillam cum Domino, creaturam cum creatore: vti nihilominùs in tam ſublimem dignitatem ab illo euectam, vti vera Dei mater habeatur.

Ierem. 6.

Ingrati hominis obliuio, ſtupórque.

Mira gratitudo B. Mariæ erga Dei beneficia. Luc. 1. S. Ambroſ.

Luc. 2.

17. Fleuit & Ioſeph ex fraterna compaſſione. Benè Ioſephus in hanc ſententiam ita ſcripſit: *In hac anxietate conſtitutos videns Ioſeph diſſimulare fratrem vlterius non valens; quod lacrymæ iam prorumperent, quas etiam tunc celare volebat, ſubduxit ſe de medio.* lib. 2. cap. 4. Et ſi voce fratrem ſe interim potuerit celare, oculis tamen haud potuit; qui vulnerati amore cordis ſolitum per lacrymas ſignum ediderunt. Fleuit itaque ob compaſſionem fratrum videns illos in tantum diſcrimen adductos, vt præteritum facinus memoria recolerent, & nunc tandem ſe ipſos incuſando deplorarent. Et quidem hoc erat, quod ſanctus ille vir à fratribus deſiderabat, ſuum vt ipſi peccatum agnoſcerent, ac deflerent: veræque tandem pœnitentiæ publicum illud ederent teſtimonium. Lacrymæ fratrum ex pœnitentia patrati quondam facinoris lacrymas Ioſeph eliciunt ex compaſſione pœnitentium. Longè autem maiorem habent vim lacrymæ peccatoris ſua ſcelera deflentis ad permouenda Dei viſcera, quæ proculdubiò, vti affluunt miſericordia, vehementiſſimè inflectuntur; vbi proſtratum humiliter, & vero pœnitentiæ affectu dolentem videt peccatorem. Hinc illud S. Ambr. *Lacrymæ funduntur; quæ ſolent legationem ſuſcipere pro delictis.* in Pſal. 37. Sternuntur in cœleſti iudicio irroganda peccatori ſupplicia, quæ miſer delinquendo meruerat: at

Ioſephus.

Oculi ſignũ amoris ediđt.

Lacrymæ pœnitentis Deum inflectunt.

D. Ambr.

A ſi fortè illius pœnitentis lacrymæ cœlum ingreſſæ diuino ſe ſiſtunt iudicio, ſuam ita grauiter legationem expediunt; ſic feliciter pœnitentis cauſam perorando abſoluunt; vt impetratam veniam priorum ſcelerum, & abundantem diuinæ miſericordiæ gratiam continuò referant in terram contrito ac dolenti. Peccarunt fratres in Ioſeph, at ille tamen frater eſſe non deſiit, fratrem ſe fratréſque ipſos agnoſcit.

Legationem pro peccatore ante Deũ lacrymæ ſubeunt.

18. Cæterùm nobis melior eſt erga patrem, quem offendimus, conditio: impij nos, & inuerecundi filij, qui aduerſus Deum verè patrem noſtrum peccãdo inſurgimus: at ille tamen etiam læſus pater eſſe non deſinit. Quare (vt optimè animaduertit S. P. Chryſolog.) *Pater cùm miſereri* B *vult filio, affectum cogitat, non delictum: ſic in homine Deus ſui memor eſt operis, vt operis obliuiſcatur humani.* ſerm. 54. Valde quidem impura videbatur illa mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix. Luc. 7. At è pœnitentiæ lauacro, quo ſe proluit ante pedes Domini, ſua dolens, deſléſque flagitia, pura ſic candidáque ſurrexit, vt inter cœlites Spiritus ipſorum æmula puritatis, & caritatis computaretur. Pulchrè in eiuſdem lacrymas ita S. Chryſolog. exclamat: *ô quanta vis in lacrymis peccatorum! rigant cœlum, terram diluunt, extinguunt gehennam, delent in omne facinus latam diuina promulgatione ſententiam.* ſerm. 93. Grata Deo, iucundáque eſt peccatoris pœnitentia; quo quidem cibo dulciſſimè veſcitur: ipſemet ſiquidem C ſuis dixit diſcipulis; cùm de ſumendo cibo ageretur: *meus cibus eſt, vt faciam voluntatẽ Patris mei.* Ioann. 4. Et tunc ſcilicet Samaritanam Dominus conuerterat; quod vocauit Patris ſui voluntatem. Rectè igitur occurrit S. Ambr. *Quæ eſt voluntas Dei; niſi ea; cùm conuerſus ingemuerìs, tunc ſaluus eris!* epiſt. 3. lib. 1.

Patrem ingrati filij Deũ offendimus. Chryſol.

Pater malũ filium quia pater, recipit. Luc. 7.

Anima candor & puritas poſt pœnitentia ſacramentum. Chryſol.

Mira vis lacrymarũ.

Ioan. 4.

Dulcis Deo cibus hominis pœnitentia. D. Ambr.

19. Eſt igitur hominis pœnitentia Dei Patris voluntas, ad quam exequendam filius in mundum eſt miſſus: eſt cibus, eſt epulum, deliciæque filij, qui non venit vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam. Benè igitur dixit S. P. Chryſolog. *Deus delinquentium gemitus eſurit, ſitit lacrymas peccatorum.* ſerm. 93. Iucunda Deo & homini glorioſa eſt pœnitentia: nec enim nobis laus D eſt innocentiæ, ſed palma pœnitentiæ? quod S. Chryſoſt. his verbis expreſſit: *Vincit non qui vitiis non congreſſus eſt; ſed qui huiuſce capeſtus explicauit ſe tamen.* homil. 39. in 1. Cor. Gratiſſima quoque Virgini Dei matri eſt peccatorum pœnitentia. Enim verò data eſt hominibus in refugium, in portum, arámque è delictis ad Dei gratiam conuerſis: pandit ſinum confugientibus; venientes materno amplectitur affectu; contritos conſolatur; mœrentibus lacrymas abſtergit; formidantes diuinum iudicium cum Deo illis propitiato reconciliat. Peccamus quidem, & mali efficimur filij: at Virgo tamen, vt Dei mater non eſſe non poteſt; ita mater miſericordiæ eſſe nunquam deſinit.

Chryſol.

Glorioſa homini pœnitentia.

Victoria eſt non vinci à vitiis.

B. Maria recipit materno affectu peccatores.

E 20. *Tolléńſque Simeon, & ligans*] Dixerat paulò antè; *frater veſter vnus ligetur in carcere: vos autem abite:* quaſi optionem illis faciens, vti eligerent; quinam eſſet in vinculis retinendus; atque dum ea fieret electio, ſe ſe inde proripuit. Verùm reuerſus inuenit nondum factam, neque verò ab ipſis faciendam huiuſmodi electionem; in quo quidem ſicut periclitari voluit; ita comprobauit fraternam illorum caritatem. Ac fortaſſis ſe quiſque carceri, & vinculis, ne aliũ ſuggereret, offerebat. Vnde coactus Ioſeph eligere vnũ vinciendũ,

Mira fratrum pietas.

Abulenſ.

deſignauit Simeonem: quod Abulenſ. egregiè his verbis explicat: *Deſignatus fuit à Ioſeph Simeon, quia non videbatur fraterno amori conuenire, vt ipſi de ſe ipſis determinarent vnum magis, quàm alium vinculandum; ſed magis quilibet eorum ſe pro alios efferre deberet.* Ac primo quidem crudeles adeò, barbaríque & impij extiterunt, vt fratrem Ioſeph vendiderint; nunc verò tum ætate ipſa maturiore, tum etiam vexatione prudentiores ſe ipſis effecti admirabile fraternæ caritatis, alius pro aliis mori paratus monimentum ediderunt. Iuſſit igitur in fratrum oculis catenis vinciri Simeonem. *Quod verò iuſſit illis præſentibus* (inquit Procop.) *vinculis onerari Simeonem tacitè indicat; quod poſtea, vbi illi fuerunt digreſſi, eum honorauerit: nam iſto facto nonnihil aterrere voluit fratres.*

Ætate, & vexatione meliores efficimur.

Procop.

21. Itaque cùm ſciret eos olim fraterno periculo odio; voluit nunc periculum facere, num & in Beniamin ſimiliter exarſerint; an potiùs iam ad meliorem frugem recepti beneuolentiam fraternam inuicem obſeruent; cuius haud dubiè ſignum erit, ſi retento in vinculis Simeoni eundo lcant. Hoc ipſum ita explicat S. Chryſoſt. *Vide quomodo omnia faciat, vt incutiat eis terrorem videntibus vincula Simeonis; vt certior redderetur, an cum fratre aliquam compaſſionem haberent: omnia enim hæc facit probans eorum mentem, & ſcire volens, num, & contra Beniamin, tales fuerint. Propterea Simeonem coram eis vinciri iubet, vt diligenter eos probet, vt ſciret num quam dilectionem erga illum habeant.* homil. 64. in Geneſ. Vſus etiam hac fuit ſeueritate, vt conterriti fratres quàm primùm adducerent Beniamin, cuius fratris ſui vterini magno quodam deſiderio tenebatur. *Nam ſeueritas in Simeonem* (adiungit Chryſoſt.) *faciebat, vt Beniamin adducerent, & aliquando aduentu fratris liberaretur.* Cæterùm auſteritas illa vera non fuit, ſed ſimulata potiùs quam ille finxit, vt caritatem exprimeret ampliorem. Durè quidem illos afflixit, fratrem eiſdem inſpectantibus alligando, vt pro illo à vinculis liberando diligentiùs laborarent, citiùs videlicet Beniamin adducentes.

D. Chryſoſt.

Aliquando ſeueritas effectus caritatis.

S. Chryſ.

22. Non eſt igitur, quòd inhumanitatis incuſetur Ioſeph; caritatis fuit, quòd fratres affligeret, quòd vnum vinculis alligaret. Solet enim interdum caritas piè ſæuire vt errantem caſtiget, & cautiorem reddat in poſterum, ac cæteros vnius exemplo doceat. Et quidem cùm ferè omnes deliquiſſent, vnum tantummodò carceri addicit. Etenim (vti S. Ambr. ſcripſit) *dum vnus punitur, plurimi corriguntur: meliuſque eſt vt vnius, aut duorum damnatione plurimi liberentur, quàm duorum abſolutione plurimi periclitentur.* ſerm. 18. in Pſal. 118. Et admirabilis quidem extitit in hoc facto cum ſeueritate manſuetudinis connexio, vti Rupertus in hunc modum expendit. *Quis hoc loco Ioſeph manſuetudinis opera explicare poterit? Inter ipſa ſeueritatis acta vel dicta ſiluit, & tandem cuncta quæ potuit bona pro malis reddidit.* Sed cur Simeonem potiùs, quàm alium vinculis addixit, quæri poteſt. Atque in primis primogenitus Ruben nulli pœnæ obnoxius erat; quippe cùm omni ſtudio contendiſſet fratrem liberare; contra verò Simeonis grauior culpa fuit; quòd cùm eſſet natu proximus Rubeno, ſi hunc adiuuaret, profectò cæteros à parricidio, quippe cùm maiores eſſent fratres, deterrerent. Vtrumque ita explicat Theodoret. *Nouerat animum ipſius Ruben, & probè ſciebat quanta defenſione pro eo vſus eſſet apud fratres, & quantum laboraſſet pro eius ſalute. Quia verò Simeon ipſi Ruben non adfuit, iure præcepit eum recludi.* quæſt. 102. in Geneſ. Nec enim culpâ caret, qui alium cùm facilè poſſit, ab iniuria non liberat innocentem.

Caritas piè ſæuit aliquando.

D. Ambr.

Vnius pœna multis prodeſt.

Rupert.

Pulchra ſeueritatis cũ manſuetudine connexio.

Theodor.

Non caret culpa qui cùm poſſit non liberat innocentem.

23. Et Iudas natu tertius ligari non debuit, quippe qui etiam in Ioſeph propendebat. Itaque Simeoni præcipuam adſcribunt culpam Philo, Theodoret. & Gennadius. Verba Philonis ſunt: *Fortaſſe maxima pars culpæ in Simeone fuerit; quaſi autore conſpirationis nefariæ, qui cohortem fratrum animauerit, & ad odium incitauerit. Nam ſi fratri benè, clementérque conſulenti, quo vno minor cæteris erat grandior, ſuum adiunxiſſet ſuffragium; non admiſſum fuiſſet facinus præualente per conſenſum honore ætatis, & ordine. Maluit ergo in duram illam ſententiam diſcedere tantâ contentione vt eius ductu hortatúque ſine morâ patratũ ſit impiũ facinus: hoc eſt, cur ſoli ex omnibus iniecta puto vincula.* Hæc omnia Philo lib. de Ioſeph. At dicet aliquis, hoc eſt in vindictam ruere, à quo læſus fuerat; quod quidem viro tam prudenti, iuſtóque indignum videtur. Nam quorſum ego (aiebat Luſitanus, & bello, & domi inſigniter elatus) & ſanguine illuſtris, & armis ſum, & dicor nobilis, niſi vt conſtanter iniurias perferam, & libenter condonem. Pulcherrimè dictum: arguit ſcilicet impatientia infirmum; fortem tolerantia: inciuilem animum vindicta; nobilem, & generoſum remiſſio iniuriarum.

Philo. Grandior frater cæteris ſit exéplo.

Memorabilis patritio Luſitani.

Generoſum animum arguit patientia.

24. Nihil etiam adeò proprium, & quaſi gentilitium eſt iuſtorum, atque patienter iniquorum perferre improbitates. In quam ſententiam illud optimè dictum eſt à S. Auguſt. *Paratus debet eſſe homo iuſtus patienter eorum malitiam ſuſtinere; quos fieri bonos quærit, vt numerus potiùs creſcat bonorum, non vt pari malitiâ ſe quoque numero addat malorum.* epiſt. 5. qui enim ſe propriâ autoritate, furore ſcilicet ſtimulante, vlciſcitur, haud dubiè malus eſt: quippe cùm nulli liceat malum, aut inferre; vtrumque autem facere prorſus iniquum eſt. Quid quod gentilium eſt inuicem ſe odio: Chriſtianorum amore habere: quod eleganter deſcripſit Tertull. *Dilectionis operatio notam nobis inurit penes quoſdam. Vide (inquiunt) vt inuicem ſe diligant: ipſi enim inuicem oderunt. Et vt pro alterutro mori ſint parati: ipſi enim ad occidendum alterutrum paratiores erunt.* Apologet. 39.

S. Auguſt. Iniuriarum tolerantia propria iuſtis eſt.

Tertul. Caritas propria Chriſtianorum. Odium proprium gentilium.

25. Illa fuit primææ inter fideles ætatis caritas; vt ſe ipſo quiſque alterum potiùs amaret; pluris æſtimaret: atque vti nomine, ſic ipſo etiam opere (quod maius eſt) in hoc cognoſcebantur eſſe diſcipuli Domini: quod ſe inuicem diligebant, & fratres vocabant. Vnde idem Tertull. adiungit: *Sed & quod fratres nos vocamus, non aliàs opinor inſaniunt, quàm quòd apud ipſos omne ſanguinis nomen, de affectatione ſimulatum eſt.* Pulchra, & optanda infamia Chriſtianorum, quod fratres; & appellarentur & viderentur! Vtinam etiam nunc huiuſmodi nos infamia apud infideles laboremus, vt & nos licèt per contemptum fratres appellent; atque irrideant talem eſſe noſtri mutuam caritatem, vt alter pro altero mori paratus ſit! Hæc eſt illa caritas, quam Dominus IESVS nobis, & verbo, & exemplo commendauit: quam Ioſeph multò ante Chriſti exemplum, & præceptum ita ſanctè ritéque ſeruauit, vt fratres, à quo grauiſſimè læſus fuerat, cùm liberè poſſet occidere, in pace dimiſerit.

Tertul. Fraternum nomen & amor Chriſtianorum gentilibus erat probro.

Parcendum inimicis.

26. Quòd ſi ligatum retinuit Simeonem, non ex odio, vindictáque id fecit, ſed propter illas cauſas, quas paulò ante aſſignauimus. *Cæterùm* (vti ſubnotauit Theodoret.) *abeuntibus fratribus*

Simeonem

Simeonem amici ſtudio curauit. quæſt. 102. Denique iniuriam ſi quam fortè intulit fratribus largè compenſauit, dato inſuper viatico, id eſt, addità coëmptæ annonæ tantà panum, & pabuli quantitate, quantà per iter ipſis, & iumentis eorum ſufficeret: vt quod coëmerant, integrum ſine diminutione domum referrent, cùm & pecuniam per miniſtros clàm in ſaccos redditam intulerit, illis quidem rem ignorantibus; vt hoc iiſdem cederet in metum, formidantibus ſcilicet Dei iudicium, ſempérque attonitis ob rei nouitatem, donec ad patrem redirent. *Vide igitur* (inquit S. Chryſoſt.) *quàm glorioſè eos remuneret, etiam iniutis eis benefaciendo. Iure igitur mirandus Ioſeph, qui hoc fecit ante Euangelium, vt læſus parceret, appetitus ignoſceret, venditus non referret iniuriam; ſed gratiam pro contumelia ſolueret. Quod poſt Euangelium omnes didicimus & ſeruare non poſſumus.* S. Ambr. lib. de Ioſeph, c. 1. intellige quia nolumus: gratia enim Dei volenti non præſtò eſſe non poteſt.

S. Chryſ. Admiranda Ioſeph patientia, & virtus.

D. Ambroſ.

SECTIO III.

At illi portantes frumenta in aſinis ſuis, profecti ſunt. Apertóque vnus ſacco, vt daret iumento pabulum in diuerſorio, contemplatus pecuniam in ore ſacculi, Dixit fratribus ſuis: Reddita eſt mihi pecunia, en habetur in ſacco. Et obſtupefacti turbatíque, mutuò dixerunt: Quidnam eſt hoc quod fecit nobis Deus? Venerúntque ad Iacob patrem ſuum in terram Chanaan, & narrauerunt ei omnia quæ accidiſſent ſibi, dicentes: Locutus eſt nobis dominus terræ dura, & putauit nos exploratores eſſe prouinciæ. Cui reſpondimus: Pacifici ſumus, nec vllas molimur inſidias. Duodecim fratres vno patre geniti ſumus: vnus non eſt ſuper, minimus cum patre noſtro eſt in terra Chanaan. Qui ait nobis: Sic probabo quòd pacifici ſitis: Fratrem veſtrum vnum dimittite apud me, & cibaria domibus veſtris neceſſaria ſumite, & abite, Fratrémque veſtrum minimum adducite ad me, vt ſciam quòd non ſitis exploratores: & iſtum qui tenetur in vinculis, recipere poſſitis: ac deinceps quæ vultis, emendi habeatis licentiam: His dictis, cùm frumenta effunderent, ſinguli repererunt in ore ſaccorum ligatas pecunias: exterritiſque ſimul omnibus, Dixit pater Iacob: Abſque liberis me eſſe feciſtis, Ioſeph non eſt ſuper, Simeon tenetur in vinculis, & Benjamin auferetis: in me hæc omnia mala reciderunt. Cui reſpondit Ruben: Duos filios meos interfice, ſi non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi reſtituam. At ille: Non deſcendet, inquit, filius meus vobiſcum: frater eius mortuus eſt, & ipſe ſolus remanſit: ſi quid ei aduerſi acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

1. RElicto in vinculis Simeone in obſidem venturi Benjamin cæteri ab Ægypto Chanaam profecti, in primo, quò ſe receperunt, diuerſorio apertis ſaccis inuenerunt ſuam quiſque quam pro emendo frumento dederant, pecuniam; vnus videlicet primò ſuum aperuit ſaccum, mox ſuos reliqui aperuerunt; vt benè adnotauit Abulenſ. quod enim de omnibus, ac ſingulis id intelligendum ſit, apertè ipſimet conteſtati ſunt illis verbis. *Cùm veniſſemus ad diuerſorium, aperuimus ſaccos noſtros, & inuenimus pecuniam.* cap. 43. Conſternati ergo viſa pecunia, veritíque ne fortè ab Ægyptio principe ſtruerentur inſidiæ, & calumniæ conſuerentur, ad inopinatum tantæ rei euentum obſtupuerunt: *Atque iterùm* (vti ſcribit Philo Hebr.) *penè continuato curſu aliquot dierum iter abſoluerunt magno compendio. Paternam denique ſubintrantes domum res totius ſeriem, & cauſam retentionis in Ægypto vnius Simeonis ordine vti acciderat, patri explicuerunt; ne ſcilicet anxius animi penderet ſenex: Vbi nam Simeon.* Itaque videntes eum ſolicitum ſic alloquuntur (inquit Philo) *In caſibus inopinatis ô pater, leuior eſt cognitio, quàm dubitatio. Nam re cognità poteſt inueniri ad ſalutem aditus; hæſitatio autem nihil expedit.* ſic Philo, & quidem optimè; Nam vt tragicum habet dictum: Iners malorum remedium ignorantia eſt.

Philo.

Philo. Nimis excrucians pendulum animum hæſitatio.

2. Et ne pater audiens Simeonem remanſiſſe, malum quid filio timeret referunt principem Ægypti tactorem dixiſſe: *Fratrem veſtrum vnum dimittite apud me.* Hebr. *requieſcere facite mecum:* quaſi dicat: non ero fratri veſtro durus, benè tractabitur. Grande profectò mendacium: dixerat enim Ioſeph, *Frater veſter vnus ligetur in carcere;* deinde coram ipſis illum vinxerant: Timebant enim ſi de vinculis narrarent, futurum, vt grauiſſimo pater dolore afficeretur. Ac fortaſſe iam tunc imperitæ plebis opinio, illa eorum mentibus inhæſerat, quam hodie difficulter admodum dedocemus; licere ſcilicet in bonum proximi mentiri; quod tamen eſt erroneum: mendacium videlicet eſt intrinſecè malum, (vt Philoſophi loquuntur) nec vllà poteſt circunſtantià cohoneſtari; aut vllà etiam ratione, quòd vitium ſit, excuſari. Nihil tam proprium Deo, quàm veritas: nihil eius aduerſario diabolo ſic proprium, vt mendacium; cùm, ſi fortè aliquando verum enunciet id verſipellis ideò faciat, vt multa per vnam veritatem occultet mendacia. Rectè Procop. in hanc ſententiam illud præmonuit: *Dæmonibus nulla fides habenda eſt, etſi vera aliquando dixerint. Ea enim non ob veritatem dicunt præcipuè; ſed vt his mendacia commiſcere queant.* quæſt. in Deuter. Idcircò Dominus, cùm dæmonia, quibus energumeni tenebantur, clamarent: *quia tu es filius Dei: increpans non ſinebat ea loqui,* Luc. 4. Indignum quippe cenſuit Dominus mendacij patrem, qui ſummam illam profiteretur veritatem, quam proculdubiò multis, fœdiſque inuolutam mendaciis generi humano prædicaturus foret.

Mentiri nunquam licet.

Solitum & proprium mentiri.

Procop.

Luc. 4. Dæmones vera loqui à Christo prohibentur.

3. *Singuli repererunt.*] Hebr. *Viderunt ligamina pecuniarum ſuarum ipſi, & eorum pater, & timuerunt.* Apertis itaque ſaccis apparuit pecunia, quam ibi ſciebant ineſſe filij; pater verò neſciebat. Ac fortè nihil ea de re patri anteà retulerant, ſed ſe potiùs quaſi ignaros gerebant, ne à patre increparentur; quòd inuentam in itinere pecuniam non ſtatim redeuntes Ægyptio principi retuliſſent. Nunc igitur viſa pecunia illi ficto ſe timore conſternatos exhibuerunt, & pater verè timuit, ne quid Simeoni propterea, & ipſis, ſi redirent, mali contingeret. Et quidem huius frumenti ab Ægypto deportati myſterium (*omnia ſiquidem in figurâ*

continge

1.Cor. 10. S.Ambr.

contingebant illis. 1. Cor. 10. Sic euoluit S.Ambr. A *Eſt frumentum in Ægypto: hoc eſt, vbi maior fames, ibi maior vbertas eſt. Magnum frumētum in Ægypto. Denique & pater dicit: Ex Ægypto vocaui filium meum*, Oſeæ 11. *Neque enim meſſis eſſe potuiſſet, niſi Ægypti granum antè feuiſſent. Eſt ergo frumentum, quod nemo antè credebat eſſe.* Vera Dei cognitio, Chriſtique fides per frumentum intelligitur; & illa quidem in Ægypto, hoc eſt, inter gentes inuenitur. Addit ergo Ambr. *In hoc frumento negotiantur Patriarchæ. Et illi quidem argentum detulerunt, ſed bonus Ioſeph frumentum dedit, argentum reddidit. Non enim pecuniâ emitur Chriſtus, ſed gratiâ: pretium tuum fides eſt: hoc emuntur diuina myſteria.* lib. de Ioſeph cap. 8.

Oſeæ 11.

Inter gentes vera Dei cognitio fidéſque.

D.Ambr.

Chriſtus vitæ granum ſatum in Virgine. Meſſem è grano vitæ gentes colligunt.

4. Granum vitæ Chriſtus in terra, ſatum in B Virgine abſque vlla naturæ humanæ cultura pullulauit inter gentes: meſſémque vitæ ex illo grano adultam illæ meſſuerunt tantâ quidem fœcunditate pariter, & felicitate, vt à gentibus ipſi quoque filij Iacob, quibus de Chriſto factæ fuerant promiſſiones; veram illius fidem petant, frumentum gratiæ, cœleſtia vitæ panem c· parent. Apud Iudæos non inuenitur panis, ſolum enim fermentum habent, ex quo tamen panis non efficitur. Iccircò Dominus admonuit: *Cauete à fermento Phariſæorum*, Matth. 16. Fermentarij ſunt Iudæorum magiſtri; non panifici, nec niſi fermento incocto, & inſuaui Iudæorum natio veſcitur: ab illo vtique tanquam à peſte cauendum. *Temperatum eſt enim* (inquit S.Ambroſ.) *ſanguinibus, & crudelitatibus Iudæorum dicentium de Domino: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Matth. 27. ſerm. 5 Neque verò Gloſſa Ordin. non idem ferè myſterium iis in verbis agnoſcit ita ſcribens: *Fratres Ioſeph dant argentum, quia Iudæi conuerſi dimittunt literam occidentem, & accipiunt Spiritum viuificantem. Reperitur tamen argentum in ore ſaccorum; quia propter fructum ſpiritualis intelligentiæ non deſeritur nitor eloquentiæ.* ſic in gloſſ.

Fermentū, non frumētum habent Iudæi.

Matth. 16.

D.Ambr.

Matth. 27. Gloſſ. Ord.

Eloquentia cum ſapientia inter Chriſtianos.

5. Eſt in Eccleſia Chriſti frumentum, eſt etiā argentum: plus quidem frumenti, quo pleni ſunt ſacci; minus tamen argenti, tantùm in ore ſaccorum. Eſt nimirum ſapientia, quâ plena ſunt ſanctorum doctorum pectora; Eſt etiam eloquentia; quam dicendo ſcribendóque expromunt. Fuerunt D gentium philoſophi eloquentiæ laude conſpicui; at eorum ſapientia prorſus inanis, & ridicula extitit. Verùm Chriſtiana Eccleſia, & veram ab ipſo Deo hauſtam poſſidet ſapientiam: & eloquentiæ gloriam in ſuis Auguſtinis, Ambroſiis, Hieronymis, Cyprianis, Lactantiis, & aliis compluribus perquàm admirabilem conſecuta eſt. Nec enim Chriſtiana ſapientia humanam explodit eloquētiam: nec res ipſæ in dicendo, & ſcribendo nitorem tanquam indignum verborum, exécrantur. Etſi tamen verè ſcripſerit Clem. Alex. *Dictio eſt tanquam veſtis in corpore, res autem ſunt carnes, & nerui: non oportet ergo maiorem veſtis; quàm ſalutis corporis curam gerere.* Stromat. 1. Rectè quidem. Veſtis eſt eloquentia, corpus ſapientia. Quare ſicut plura debet hæc, quàm illa fieri: ſic abſque illius ornatu hæc indecora videbitur. Et qui ſunt alieni à politiore literatura; illámque propterea oderunt, non minorem barbariem incurrunt; quàm qui pecudum ritu in ſyluis Braſiliæ, aut in peruſta ſolibus Guinea nudos corporum artus circumferunt. E

Chriſtiana ſapientia ornatū exigit eloquentia.

Clem. Alex.

6. Laudabilia profectò, & magni facienda, tanquam pulcherrimum Dei donum, eſt eloquentia, quæ in ſacris concionatoribus veræ ſapientiæ adiuncta miram vim habet ad permouendos animos. Icircò fortaſſe in Hebr. eadem vox in ſingulari *lechas* לחש *incantationem*, ſimul & *oratoriam* ſignificat, at in plurali לחשים *lechuſim, inaures*, vt videre eſt ad 3. cap. Iſaiæ, ibique notant periti interpretes. Tam verò mortalibus neceſſaria eſt hæc ipſa; quæ dicitur flexanima oratio; quæque in omni benè morata Republ. ſemper floruit, ac dominata eſt eloquentia; vt inter grauiſſima ſupplicia, quibus Iudaicam gentem turpiſſimis infectam vitiis affecturū ſe Deus comminatur per Iſaiam, vnum illud eſt: *Auferet Dominus à Ieruſalem, & Iuda prudentem myſtici eloquij.* Legunt alij: *intelligentem oratoria.* Iſai. cap. 3. Hoc enim donum, hanc veræ ſanctæque eloquentiæ gloriam cum Deo B pariter miſeri amiſerunt: ea verò cum ipſo Deo tranſlata quoque fuit ad gentem Chriſtianam.

Eloquentia incantatrix.

Iſai 3.

Sancta eloquentia Chriſtianis à Deo donata.

7. *Abſque liberis me eſſe feciſtis.*] Cum gemitu excepit pater eam veluti tragicam narrationem de Simeone in vinculis retento maa méque de Benjamin in Ægyptum deportando: illud quidem grauiſſimum; ſed iſtud morte ipſa, & quibuſuis cruciatibus longè acerbius. En ſolus (ait) omnia luo, qui ſic in liberis diſcerpor: vos mihi iſta tormenta, & funera peperiſtis. *Quem ergo* (ita ſenis ploratum exprimit Philo Hebr.) *primum deplorabo? penultimum ne? non. extremum? ſed primum in calamitatum ordine? an ſecundò genitum: qui miſeria primo proximus non prius mortem ſenſit; quàm vincula? an natu minimum, cui abominanda profectio ſuſcipienda eſt, ſi modo proficiſcetur, fratrum infortunio factus nihilo cautior? Interim ipſe membratim pereo: nam parentum artus ſunt liberi.* lib. de Ioſeph. *In me* (inquit Ioſeph) *hæc omnia mala reciderunt.* Scilicet & laniati (vt putabat) à beſtiis Ioſeph interitus, & vincula Simeonis, & nunc abſentia Benjamin; cui ſimilia, vel etiam grauiora formidabat, quæ omnia veluti maris procelloſi fluctus in miſerum patrem, familiæ nauclerum, decidebant. O ſummè infelicem parentum infelicium conditionem.

Philo.

C

Infelici parente nihil infelicius.

8. Felicior Dauid, ſi Abſalonem, Amnonem, & Thamaram etſi peregrinâ quadam inter mortales pulchritudine celebris non genuiſſet; aut ſi nimia patris indulgentia illorum vitia non diſſimulaſſet! remiſſio enim parentum liberam petulantiæ filiorum licentiam parit; quæ ſubinde ſtulto illo amore indies magis increſcens in malorum omnium inſeparabile barathrum filios deuoluit. Valde quidem ſtolidi ſuum erga liberos amorem, tunc ſe arbitrantur illuſtriùs conteſtari, cùm illis non debita ad omnem honeſtatem documenta, ſed ad inanem ſeculi gloriam opulenta patrimonia relinquunt. *Quos* (vt ſcribit S. Bern. ferè in ſimili euentu) *dum bonis cupiunt onerare terrenis, cœleſtibus exhæredant.* epiſt. 2. Certè quod Iacob vel ingenio, vel amore cum filiis iuſto remiſſiùs egerit, facilè poteſt ex eo conijci, quod nec in Rubeni inceſtum; nec in filiorum inuidiam odiáque, & peſſimum eorum, quodcunque illud E fuerit; peccatum legimus quicquam aſperius protuliſſe. *In me* (ait Iacob) *hæc omnia mala reciderunt; quæ quidem verba* (notat optimè S.Chryſoſt.) *ſufficiunt, vt videatur quàm diſrupta fuerint patris viſcera; quia ſibi omnis ſpes de Ioſeph adempta erat; putabat enim à beſtiis deuoratum, ita & neque ſpem ſibi pollicebatur: nunc quoque idem de Benjamin formidat.* homil. 64. in Geneſ.

D

Felicior Dauid ſi trium pater non fuiſſet.

Remiſſio parentū perdit filios.

Inſipiens pater bona terrena, non cœleſtia filiis prouider.

S.Bern.

Iacob iuſto remiſſior ergà filios.

D.Chryſ.

9. *Reſpondet Ruben.*] Patri Benjamin deneganti nihilominùs inſtat Ruben, duóſque filios tradit obſides à ſene ipſo trucidandos, vbi tandem

compe

A comperiſſet aduerſi quicquam minimo ſilio inter Ægyptios accidiſſe. At ridiculè id quidem : quî enim auus nepotes occideret? ſed fortaſsè hyperbolem loquitur ſignificans certò certius ſe patri puerum ab Ægypto reducturum : fruſtra tamen ſenem fatigat ; ſtat ille propoſiti tenax, non conceſſurus à ſe vt puer, quem vnicè diligebat, abſtraheretur. Demus id parentum amori, ægerrimè pati teneriorum filiorum abſentiam, maximè verò interitum, quem pater non iniuriâ prouidus, nec temerè ſollicitus puero timebat. Quorſum enim genuit; quem breui amittet? Hoc ipſum timuerat mulier Sunamitis; cùm ſterilis accepiſſet ab Eliſæo Propheta: *In tempore iſto habebis in vtero filium*. 4. Reg. 4. in Hebr. *tu puerpera amplexans filium*; reſpondit enim vti erat prudentiſſima : B *noli quaeſo domine mi, vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ.* ibid. quo in loco verbum Hebr. כזב *chazab* ſignificat *mentiri*, & *deficere*, vti Iſai. 58. כחשו *chaſbu, mentientur, deficient aquæ* poteſt igitur etiam verti: *Vir Dei noli deficere ancillæ tuæ*: Et quidē egregio ſenſu. Credo equidem tibi quia Prophetæ Dei; atque adeò non fallis, nec falleris, filiū vti promittis habebo; ſed noli mentiri; noli deficere: hoc eſt, ne mihi & promittas, & à Deo impetres filiū deficientē; qui ſtatim, vbi natus, aut tenellus adhuc, mihi moriatur; quod quidem miſeris parentibus erit omni cruciatu mortéque grauius; quare vbi puerum miſera mater mortuum vidit, conqueſta eſt apud Prophetam : *Nunquid petiui filium à Domino? nunquid non dixi tibi, ne illudas me?* 4. Reg. 4. quaſi dicat : C decepiſti miſeram : irriſio fuit hæc tua promiſſio filij deficientis. Quorſum enim concepi, ad quid peperi; quem paulò pòſt mortuum eram conſpectura? Aut quid amiſi? aut quid lactaui? Vide Abulenſ. Hinc videas quàm acerbus ſit parentibus teneriorum pignorum interitus.

Tenerior parentum affectus erga pueros.

4. Reg. 4.

Iſai 58.

4. Reg. 4.

10. *Deducetis canos meos cum dolore ad inferos.*] Nō ait, ſi caſu intereat: ſed ſi quid ei aduerſi acciderit, nimirum ſi vel in itinere prolabatur, ſi doleat, ſi ægrotet, ſi teneatur in vinculis : imò ſi vel male tractetur ab Ægyptiis, moriar equidem; inconſolabili dolore ſenex decrepitus vitam finiens condar in ſepulchrum. Hæc vis amoris paterni erga filium puerum, teneréque dilectum: hæc vis in pueritia, in blando nobilique ingenio, in ſpe- D cie decora, vultúque amabili filij ad oblectandum animum, ad detinendos oculos cùm adeſt; itémque ad lancinandum pectus, diſcerpendum cor, vitam cum gemitu, doloréque auferendam miſeri parentis, ſi fortè abeſt : ſi quid aduerſi patitur filius, aut certè ne patiatur, timor eſt. Porrò quid per inferos hic intelligat Iacob in dubio eſt. Enim verò quidam ſepulchrum intelligunt; & quidem eo nomine vocari ſæpiùs in ſacra Scriptura manifeſtum eſt. Cæterùm hoc loco Hebr. *ſceol* non ſepulchrum, nec foſſam, ſed locum apud inferos ſignificat vbi tunc erat Patriarcharum receptaculum, limbum dicimus. hæc explicatio eſt S. Auguſt. Eucher. Rupert. Strabi, & aliorum; quod apertè colligitur ex ipſis verbis Iacob: *Deducetis* E *canos meos cum dolore ad inferos.* Cum dolore dicit, innuens immortalem animam; quæ nec interit, nec in ſepulchro conditur. Corpus quidem mortuum collocatur, ſepelitur; nec dolet, nec angitur; quæ ſunt paſſiones animæ, iiſque etiam à corpore ſeparata apud inferos afficitur, non modò in inferno damnatorum, ſed etiam in purgatorio; atque olim in limbo priorum patrum. Dolet Iacob, & quidem meritò; eſt enim pater: abſentiam filij cariſſimi morte ipſa ducit amariorem.

Paterni amoris vehementia erga filiolū pulchellum.

Limbus priorum inferum.

Eiuſdem menſura dolor & amor.

11. Dolor ſcilicet vti amor : vtriuſque eadem menſura, idem pondus. Ex vtroque poteſt colligi quid Virgo beatiſſima in terris paſſa fuerit. Filium peperit Deum hominem, quem vſque adeò mater dilexit, vt nullâ ratione aut explicari, aut comprehendi poſſit. Hinc etiam fit, vt ſoli Deo comprehenſibilis ſit Virginis matris dolor; quem tota vita pariter cum amore filij commiſtum animo geſſit; vnde admirabilis exempla patientiæ omnes, qui in aliquo aduerſitatis genere patientes extiterunt, edidit mater Dei. Porrò etſi per totam vitam patientiſſima extiterit, maximè tamen duodecim exercita doloribus incomparabilem ſibi contexuit patientiæ coronam. Primò ſcilicet, cùm infantulum ſuum octo dierum circunciſum proprio irroratum ſanguine, atque adeò quiritantem materno amplexu tenuit. Secundò, cùm abſentem, amiſſúmque triduo defleuit. Tertiò, cùm filium ab ſpiritu in deſertum abire, tribúſque ibidem diebus & noctibus extremū pati ieiunium, hoſtíſque tentationibus impugnari ſuſtinuit. Quartò, cùm filius ad paſſionem iturus ſupremum vale matri dixit. Quintò, cùm miſerandum illud ſpectaculum mater vſurpauit filij ſui ex edito prætorij ambulacro flagellati, ſpinis coronati, ſpeciémque leproſi & percuſſi à Deo gerentis; proclamantíque Pilato: *Ecce homo*; barbara illa & belluina Iudæorum multitudo vociferans reſpōdit : *Tolle tolle, crucifige.* Sextò cùm baiulantem ad Caluariæ montem, vbi crucifigendus, ſibi crucem mater mœſtiſſima, ſed ſimul etiam conſtantiſſima eſt comitata; propiúſque accedens cadentem ſub ligno ſuſcepit amplexibus. Septimò, cùm tandem Cruci affixum in ſublime ad ludibrium vidit eleuari. Octauò, cùm vocē illam patientis, ac ſitientis, querulam : *Sitio*; audiuit quidem, at pro aqua propinatum ſitibundo, ac moribundo fel, acetúmque vidit. Nonò, cùm à filio ſub mortem commēdata diſcipulo, mulier, ne matris nomine triſtem acerbiùs vulneraret, appellata eſt. Decimò, cùm filium exhauſtum ſanguine, lacerum cruciatibus, confectum doloribus, vidit expirare. Vndecimò, cùm de cruce demiſſum, vti erat totus vulneribus conciſus, mater filium in ſinum ſuſcepit; terſit ora miris pallentia modis, clauſit oculos, totúmque exulceratum corpus piiſſimis lacrymis perfudit. Duodecimò, cùm denique purâ inuolutum ſindone filij ſui corpus condidit in ſepulchrum; indéque diſcedens triduo mortem filij deplorauit. Hæc quidem omnia, quàm acerbiſſima conſtanti animo ſupra quàm intelligi explicarīque poteſt, virgo patientiſſima tolerauit. Sunt itaque duodecim gemmæ aut ſydera potiùs, quæ inſerta patientiæ virgineum caput coronant. O ſi quiſque noſtrûm hæc tam admiranda patientiæ Virginis monumenta contemplando inſpiciet, atque in ſingulis poſt ſalutationem Angelicam pio admodum affectu recitatam aliquandiù commoratus addiſcet æquo animo pati quicquid aduerſi contigerit, ſuámque animam in Chriſtiana patientia; quod commendauit Dominus, poſſidebit.

Inexplicabilis amor B. Mariæ erga filium.

Dolor & patientia B. Mariæ incomparabilis.

B. Mariæ duodecim dolores.

Ioann. 19.

Duodecim gemmæ in corona patientiæ B. Mariæ.

CAPVT

CAPVT QVADRAGESIMVMTERTIVM.

1. INterim fames omnem terram vehementer premebar. A

2. Conſumptiſque cibis quos ex Ægypto detulerant, dixit Iacob ad filios ſuos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum eſcarum.

3. Reſpondit Iudas: Denunciauit nobis vir ille ſub atteſtatione iuriſiurandi, dicens: Non videbitis faciem meam, niſi fratrem veſtrum minimum adduxeritis vobiſcum.

4. Si ergo vis eum mittere nobiſcum, pergemus pariter, & ememus tibi neceſſaria: B

5. Sin autem non vis, non ibimus: vir enim, vt ſæpè diximus, denuntiauit nobis, dicens: Non videbitis faciem meam abſque fratre veſtro minimo.

6. Dixit eis Iſraël: In meam hoc feciſtis miſeriam, vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem.

7. At illi reſponderunt: Interrogauit nos homo per ordinem noſtram progeniem ſi pater viueret: ſi haberemus fratrem: & nos reſpondimus ei conſequenter iuxta id quod fuerat ſciſcitatus: numquid ſcire poteramus quòd dicturus eſſet: Adducite fratrem veſtrum vobiſcum? C

8. Iudas quoque dixit patri ſuo: Mitte puerum mecum, vt proficiſcamur, & poſſimus viuere: ne moriamur nos & paruuli noſtri.

9. Ego ſuſcipio puerum: de manu mea require illum, niſi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore.

10. Si non interceſſiſſet dilatio, iam vice altera veniſſemus. D

11. Igitur Iſraël pater eorum dixit ad eos: Si ſic neceſſe eſt, facite quod vultis: ſumite de optimis terræ fructibus, in vaſis veſtris, & deferte viro munera, modicum reſinæ, & mellis, & ſtoracis, ſtactes, & terebinthi, & amygdalarum.

12. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiſcum: & illam, quam inueniſtis in ſacculis, reportate, ne fortè errore factum ſit:

13. Sed & fratrem veſtrum tollite, & ite ad virum. E

14. Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem: & remittat vobiſcum fratrem veſtrum quem tenet, & hunc Benjamin: ego autem quaſi orbatus abſque liberis ero.

15. Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Benjamin: deſcenderúntque in Ægyptum, & ſteterunt coram Ioſeph.

16. Quos cùm ille vidiſſet, & Benjamin ſimul, præcepit diſpenſatori domus ſuæ, dicens: Introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue conuiuium: quoniam mecum ſunt comeſturi meridie.

17. Fecit ille quod ſibi fuerat imperatum, & introduxit viros domum.

18. Ibique exterriti, dixerunt mutuò: Propter pecuniam, quam retulimus priùs in ſaccis noſtris, introducti ſumus: vt deuoluat in nos calumniam, & violenter ſubiiciat ſeruituti, & nos, & aſinos noſtros.

19. Quamobrem in ipſis foribus accedentes ad diſpenſatorem domus,

20. Locuti ſunt: Oramus domine vt audias nos. Iam ante deſcendimus vt emeremus eſcas:

21. Quibus emptis, cùm veniſſemus ad diuerſorium, aperuimus ſaccos noſtros, & inuenimus pecuniam in ore ſaccorum: quam nunc eodem pondere reportauimus.

22. Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus quæ nobis neceſſaria ſunt: non eſt in noſtra conſcientia quis poſuerit eam in marſupiis noſtris.

23. At ille reſpondit: Pax vobiſcum, nolite timere: Deus veſter, & Deus patris veſtri, dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris: nam pecuniam, quam dediſtis mihi, probatam ego habeo. Eduxitque ad eos Simeon.

24. Et introductis domum, attulit aquã, & lauerunt pedes ſuos, deditque pabulum aſinis eorum.

25. Illi verò parabant munera donec ingrederetur Ioſeph meridie: audierant enim quod ibi comeſturi eſſent panem.

26. Igitur ingreſſus eſt Ioſeph domum ſuam, obtulerúntque ei munera, tenentes in manibus ſuis: & adorauerunt proni in terram.

27. At ille, clementer reſalutatis eis, interrogauit eos, dicens, Saluus ne eſt pater veſter ſenex, de quo dixeratis mihi? Adhuc viuit?

28. Qui reſponderunt: Soſpes eſt ſeruus tuus pater noſter, adhuc viuit. Et incuruati, adorauerunt eum.

29. Attollens autem Ioſeph oculos, vidit Benjamin fratrem ſuum vterinum, &

ait:

ait: Iſte eſt frater veſter paruulus, de quo dixeratis mihi? Et rurſum: Deus, inquit, miſereatur tui, fili mi.

30. Feſtinauítque, quia commota fuerant viſcera eius ſuper fratre ſuo, & erumpebant lacrymæ: & introiens cubiculum, fleuit.

31. Rurſúmque lota facie egreſſus, continuit ſe, & ait: Ponite panes.

32. Quibus appoſitis, ſeorſum Ioſeph, & ſeorſum fratribus, Ægyptiis quoque A qui veſcebantur ſimul, ſeorſum (illicitum eſt enim Ægyptiis comedere cum Hebræis, & profanum putant huiuſcemodi conuiuium.)

33. Sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam. Et mirabantur nimis;

34. Sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiórque pars venit Benjamin, ita vt quinque partibus excederet. Biberúntque & inebriati ſunt cum eo.

SECTIO PRIMA.

Interim fames omnem terram vehementer premebat. Conſumptiſque cibis quos ex Ægypto detulerant, dixit Iacob ad filios ſuos: Reuertimini, & emite nobis pauxillum eſcarum. Reſpondit Iudas: Denunciauit nobis vir ille ſub atteſtatione iuriſiurandi, dicens: Non videbitis faciem meam, niſi fratrem veſtrum minimum adduxeritis vobiſcum. Si ergo vis eum mittere nobiſcum, pergemus pariter, & ememus tibi neceſſaria: Sin autem non vis, non ibimus: vir enim, vt ſæpè diximus, denuntiauit nobis, dicens: Non videbitis faciem meam abſque fratre veſtro minimo. Dixit eis Iſraël: In meam hoc feciſtis miſeriam, vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem. At illi reſponderunt: Interrogauit nos homo per ordinem noſtram progeniem ſi pater viueret: ſi haberemus fratrem: & nos reſpondimus ei conſequenter iuxta id quod fuerat ſciſcitatus: numquid ſcire poteramus quòd dicturus eſſet: Adducite fratrem veſtrum vobiſcum? Iudas quoque dixit patri ſuo: Mitte puerum mecum, vt proficiſcamur, & poſſimus viuere: ne moriamur nos & paruuli noſtri. Ego ſuſcipio puerum: de manu mea require illum, niſi reduxero, & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Si non interceſſiſſet dilatio, iam vice altera veniſſemus. Igitur Iſraël pater eorum dixit ad eos: Si ſic neceſſe eſt, facite quod vultis: ſumite de optimis terræ fructibus, in vaſis veſtris, & deferte viro munera, modicum reſinæ, & mellis, & ſtoracis, ſtactes, & terebinthi, & amygdalarum. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiſcum: & illam, quam inueniſtis in ſacculis, reportate, ne fortè errore factum ſit: Sed & fratrem veſtrum tollite, & ite ad virum. Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem: & remittat vobiſcum fratrem veſtrum quem tenet, & hunc Benjamin: ego autem quaſi orbatus abſque liberis ero. Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Benjamin: deſcenderúntque in Ægyptum, & ſteterunt coram Ioſeph. vſque ad *Aſinis eorum.*

1. GRASSABATVR iam fames anno ſecundo, & biennium adhuc reſtabat, ferèque iam conſumpta, quam ab Ægypto attulerant, annona dum pater Benjaminum differt in Ægyptum mittere, propè erat vt extremum famis ſubirent diſcrimen. Igitur Iacob filiis regreſſum in Ægyptum ſuadet: conſtanter illi renuunt; niſi Benjaminum deferant ſecum, haud dubiè certam capitis perniciem formidantes. Totius ergo rei (vti illis in Ægypto acciderat) hiſtoriam repetit cæteris ad loquendum, ac perſuadendum promptior Iudas: pollicetúrque ſub atteſtatione capitalis criminis filium ſe patri reducturum: *Si non reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore.* Quibus tandem verbis patri perſuaſit, vt Benjaminum dimitteret; quod tamen Ruben etiam obſides offerendo filios nequaquam impetrauit. Et ratio illa videtur optima, quam Strabus ad hunc locum ita explicat: *Notandum quod Ruben ait: Duos filios meos interfice, ſi non* B *reſtituero eum tibi, nec tamen obtinuit. At Iudas dicens: Reus ero peccati in patrem omni tempore, impetrauit; quia ei commiſſus eſt Benjamin. Plus ergo eſt reum eſſe peccati, quàm corporaliter occidi.* Adiungit optimè Hugo Cardin. *Ex quo etiam patet quòd homo potiùs debet velle interfici, quàm peccare.*

Strab. *Perdenda etiam vita ne peccemus.*

Hugo.

2. Et quidem optimè; quia cùm peccatum, ſit ſumma contra Deum iniuria; pro quo, & bona omnia ſunt relinquenda, & mala omnia perferenda; eligendum etiam eſſet, vel in ipſis gehennæ incendiis diſcruciari potiùs, quàm quodlibet peccatum lethale admittere. Et hæc ipſa mens eſt ſanctorum omnium, quibus nihil eſt pretioſius, quàm Dei ſui honor: & nihil execrabilius, quàm C ipſius Dei offenſa. Deinde ob inſignem, quam ſecum habet malignitatem, deteſtantur peccatum. Nam quæ maior quæſo eſſe, aut fingi poteſt peſtis, quàm quæ in peccato lethali cernitur: quippe cum hoc ipſo peractum momento peccatum tollat omnia totius antecactæ vitæ merita; & quæcunque virtutis, & gratiæ opera vnquã in anima

In inferno potius cruciari, quàm peccare eligendum.

Infinita malitia, & peſtis peccati mortalis.

flotue

floruerunt, mortifero ſuo contagio, ac ſi nunquam facta fuiſſent, extinguat? *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis eius ambulauerunt.* Pſal. 118. Non ait; non ambulant de præſenti; ſed non ambulauerunt de præterito: ſenſúſque eſt: qui peccant, nunquam iuſti fuerunt, nullum vnquam bonum opus fecerunt. At quî hoc verè dici poteſt? Vbi tot ieiunia, tot eleemoſynæ, imò & tot confeſſiones; quæ omnia peccator iſte proculdubiò fecit in retro acta vita? perierunt quidem omnia vnius peccati lethalis peſte conſumpta. Præſens itaque peccatum deſtruit præteritum lucrū; & quidquid boni anteà factum fuit, prorſus irritum fruſtráque factum reddit. Hinc illud Apoſtoli: *Omnis, qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum.* 1. Ioann. 3. Perſuaſum ſcilicet habeat ſibi peccator, quòd nunquam, aut vidit, aut nouit Deum, quandiu in peccatu eſt, & ad Dei gratiam non reuertitur.

Pſal. 118.

Omnium meritorum per peccatū mortale fit iactura.

1. Ioan. 3.

A

B

3. Præterea nullum opus peccator, dum miſerabili illo in ſtatu perſeuerat, dignum gratiâ, & merito efficit: omnia peccati labes deturpat, & peruadit contagio. Quemadmodum enim ſi quis ad menſam pretioſiſſimis refertam epulis accumbens, manibus tamen luto, & ſpurcitiâ plenis dapes contingeret; nihil non ſuo cœno fœdaret: ſic planè ſe habet peccator; ſui ſceleris ſtertore bona omnia, quæ agit moralia, vtpote Dei gratiâ meritóque deſtituta, ſordibus pariter infecta reddit. O ſummè deplorandam peccatoris infelicitatem! per peccatum ſiquidem lethale infelix homo in eo ſe ſtatu poſuit, vt inde nec poſſit, nec velit aſſurgere; ſed per omnem æternitatem (quantum eſt ex ſe ipſo) pertinaci animo permanere conſtituat: Atque vt inde velit emergere, neceſſe omnino ſit, vti Deus ex mera ſua gratia pulſando, præueniendo, adiuuando, & excitando peccatoris voluntatem efficiat, vt velit reſurgere. Itáne verò, vt quis vltrò ſe in volutabrum conijciat, vnde amplius nec poſſit, nec velit exire; ſed opus habeat brachio alterius forti, & valido; cuius ope, quam non expoſcit, nec poſſit, velítque expoſcere, extrahatur è barathro; aliter ibi ſubmerſus hæreat, ac pereat? O rem infeliciſſimam! Benè regius vates: *Longè à peccatoribus ſalus.* Pſal. 118. Si enim miſeros ſalus ipſa non quærat, non viſitet, non excitet, nullum habent ſuæ calamitatis remedium. Longe à peccatoribus ſalus; quia propè eſt exitium, mórſque æterna; niſi Deum ſuorum ſcelerum feſtina pœnitentia propitient.

Peccator nullo opere meretur gratiam dū in peccato eſt.

C

Impoſſibilis natura à peccato ad gratiam cōuerſio.

Pſal. 118.

D

4. Audiant Prophetam: *Ecce dies venit: egreſſa eſt contritio, floruit virga, germinauit ſuperbia:* Ezechiel. 7. Creſcit quidem quotidie magis, ac magis, & veluti arboreſcit ſupplicium: frondeſcit denique virga, quæ diſcuteres; grandeſcet ſtipes in patibulum, ſylueſcet truncus in ſtruem, in pyram, cuius incendio peccator abſumetur. Quid ergo interim miſer, quid efficies? Citò occurre, virgam, vbi ſtatim è trunco emicat, abſcinde; ſtipem, ramos, frondes ferro, ignéque deſtrue; nimirum peccare deſine, dole, confitere, meliorem indue mentem, vitámque inſtitue. Sic æterni tuis delictis debiti ſupplicij materiam, prudenter, opportunéque præcides: Et quando Dei amore non duceris, timore ſaltem pœnarum à peccando abſiſte. At (quod cœpimus dicere) ideò potiſſimùm fugere oportet, ac deteſtari peccatum, quòd Deum offendat. Hinc illa exclamatio Prophetæ: *Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus.* Hierem. 2. Res mira! Poſtulat vti per-

Ezech. 7.

Sibi ſtruem ad incendiū inferni comparat peccator.

E

Hierem. 2.

fractæ cœli fores euellantur; cœlum ipſum deſtruatur, beatorum ſpirituum patria exundaret: æternáque ipſa cœlituum cum Deo ſocietas pereat. Et quidem Deo ſic monente clamat, & poſtulat Propheta, quaſi diceret: quorſum à Deo creatum eſt cœlum, quorſum beatitudo Angelis, & hominibus à Deo conſtituta; quorſum beati; & beatorum regio, ciuitas, palatia; ſi Deus ipſe à ſuis creaturis offenditur? Totus ergo pereat mundus: Nec beatitudo ſit, nec qui illâ fruantur, vlli ſint; quando Dei honor læditur; quando per luſam lutulentæ aquæ ciſternam potiùs, quàm puriſſimum perennis vitæ fontem, quærunt homines, amántque ſtolidi! Non Deo Deum alterum, vel æqualem, vel inæqualem quidem, ſed pulchrum tamen, magnificum, & ſublimem (qui tamen nec eſt, nec eſſe poteſt) in amore, in obſequio, & honore præferimus: ſed (ô facinus, ô portentum!) ipſammet mundi vanitatem, & carnis turpitudinem Deo anteponimus.

Oſtenditur ſumma peccati grauitas.

Inexplicabilis ſtoliditas & impudentia peccatorum.

5. *Sumite de optimis terræ fructibus.*] Perſuaſus Iacob verbis Iudæ, ac neceſſitate ipſa compulſus Benjamin cum fratribus abire permittit, iubétque vt ſecum deferant optima quæque, & laudatiſſima regionis illius munera ad promerendam viri illius gratiam, vt citiùs Simeonem liberent, & explorationis à ſe amoliantur ſuſpicionem. Porrò Hebr. *Sumite de cantatione terræ,* ſeu *de laudabili,* eſt idiotiſmus, quem optimè interpres, & Chald. expoſuit: *Tollite de optimis terræ.* Munera intelliguntur, quibus mira vis eſt, non tam ad impetrandum quàm ad extorquendum, quicquid volumus. Quare Dominus præcipiebat Hebræis: *Non accipias munera, quæ excæcant etiam prudentes.* Exod. 23. Tanta ſcilicet eſt munerum, ſi accipiantur, potentia, vt natam etiam virorum prudentiam illudat, & mentis aciem offundat: habet ſiquidem alia verſio: *Excæcant etiam videntes.* Nec enim ſunt oculi ad videndum quid rectum, quid integrum iuſtitia præſcribat, nec prudentia ad iudicandum, ſtatuendum, exequendum, quod lex definiat, æquitas decernat; ſi manus adſunt ad recipienda munera. Excæcant iudicem, vt quantumuis peritus legem ante oculos poſitam non videat, quæ pauperis cauſæ contra diuitem faueat. Frequentat inops domum iudicis, vt ſua, quæ apud illum acta integros annos demorantur, ſaltem commemoret: at cæcus ille diuitis munere nec miſelli acta inuenit; nec calamum, chartámve offendit, nec codicem attingit, vt inopem aduerſus diuitem, iuſtè ſanctéque defendat. Nimirum caret oculis, quos ſuis muneribus eruſos ſibi ab impio diues arripuit.

Exod. 23.

Mira vis in muneribus.

Iudicem excæcant munera.

6. Sic igitur hodie ſe res habet. Inaura iudici libros, inaura ſcribæ calamum; & dormi ſecurè. Nullus eſt enim tam indecorus, tam fœdus error, qui non poſſit inaurari, decorúſque reddi. Nihil non operit, nihil non candefacit adornátque aurum. Et quidem Hebr. *Mizimrath haarec, de cantatione, de laudabili terra,* venit à radice *Zamar, canere, laudare.* Laudationem quippe ſui ſecum geſtat, qui defert munera. O quàm iuſtam, ſanctam, laudabilem munera cauſam efficiunt! Cantatio terræ, Zamar canere. Dulcis planè concentus eſt in muneribus. Non ſic Amphion, aut Orpheus demulceat; non ita Syrenæ detineant aures, animos dementent, vel dantis munera recipientem oblectant. Porrò inter ea munera, quæ deferebant, annumerantur *ſtorax,* Hebr. *Necoth.* interpres aliquando vertit *aromata.* L X X. *thymiama;* quidam *opobalſamum.* recentiores intelligunt *lacrymam ſtoracis*

Iudicem & ſcribā corrumpit aurum.

Dulcis concentus munerum.

Dioſcor. Plin. Galen.

A *ſtoracis arboris*, de qua Dioſcorides lib. 1. cap. 68. Plinius lib. 12. cap. 25. Galenus, aliique; & laudatur in primis vnguentum ſtyracinum; quod capillis flauedinem cum odore ſimul conciliat. Stacten myrrhæ liquorem tenuiſſimum ad Pſal. 44. interpres guttam vertere conſueuit. Etenim ex myrrha contuſa, & expreſſa, quod cohæſit liquidum ſeparatur in ſtacten; quod reſtat craſſius, myrrhæ nomen retinet. Terebinthi vulgò termentina, videlicet illius arboris ſuccus, reſinave.

7. Sano quidem conſilio de optimis terræ fructibus munera principi deferunt filij Iacob, quibus hæc omnia iuxta Paulum in *figura contingebant, ſcripta verò ſunt ad correptionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt.* 1. Corinth. 10. B Vt ſcilicet hinc edocti de optimis terræ fructibus ſummo principi, cui nomen Saluator mundi per Ioſeph ſignificatus, munera deferamus: At quæ iſthæc terra? Vel ipſa Eccleſia, vel Chriſti humanitas vitæ plena, meritis opima, virtutibus fœcunda, donis, & gratiis opulenta: optimis illa fructibus abundat, quos Deo ipſi offerre debeamus. *At* (vti ſcribitur) *terra data eſt in manus impy,* Iob. 9. optima quidem terra, ſed peſſimi tamen cultores. Aut otio torpemus: aut optimos, qui exuberant, fructus colligere negligimus. Noſtram pœnitentiam noſtráque opera Chriſti Domini meritis adiuncta Deo ſunt munera vti pretioſiſſima, ſic iucundiſſima. Igitur iuxta ſapientis conſilium: *Quando ſederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ apponuntur.* Prouerb. 23. C Inuitauit te princeps; conſidera igitur qualia ſimiliter, vt eundem tu quoque inuites, debeas præparare. Inuitat nos cœli, terræque princeps: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & ego reficiam vos.* Matth. 11. *Venite, comedite panem meum.* Prouerb. 9. *Caro mea verè eſt cibus; qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo.* Ioann. 6.

1. Cor. 10.

Chriſto munera terra optima deferenda.

Iob. 9.

In terra optima ſumus peſſimi cultores.

Prou. 23.

Matth. 11.

Prou. 9.

Ioann. 6.

8. Hoc eſt illud Paſcha, quod ardentiſſimè Dominus ipſe deſiderauit manducare nobiſcum, vt ipſemet teſtatur: *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum, antequam patiar.* Luc. 22. D Non quidem Iudæorum Paſcha, quod anteà ſæpiùs comederat; ſed hoc, in quo ſcilicet ſacroſanctum ſui corporis & ſanguinis inſtituit, quo animas ſuorum fidelium reficeret, ſacramentum; & in quo ſua expleret vota, ſua ſatiaret deſideria iuxta illud: *Vota mea Domino reddam coram omni populo eius.* Pſalm. 21. *Vota ſua* (declarat S. Auguſtin.) *vult intelligi ſacrificium corporis ſui, quod eſt ſacramentum fidelium.* epiſt. 121. Eandem repetens vocem eodem etiam Pſalmo idem Dominus adiungit: *Vota mea Domino reddam in conſpectu timentium eum.* Pſalm. 21. Videlicet, (vti explicat S. Auguſtin.) *Sacramenta corporis, & ſanguinis mei reddam coram timentibus eum.* ibidem. *Diuinum cibum, Spiritus doctrinam ſermonis, & myſticum atque immortale conuiuium, quod ſacris initiati agnoſcunt.* E Hæc Theodoret. in Pſalm. 21. En auguſtiſſimum, & ſuauiſſimum epulum, quod nobis Princeps exhibet, ad quod inuitat. Sed quid ſimile præparemus neceſſe eſt, quid à nobis expetit? de optimis terræ fructibus: animæ ſcilicet puritatem, corporis munditiem, quos quidem optimos terra olim noſtra maledicto percuſſa, nunc verò Chriſti ſanguine irrigata, fructus producit.

Luc. 22.

Euchariſtia Domini vota & deſideria.

Pſal. 21.

S. Auguſt.

Pſal. 21.

S. Auguſt.

Theod.

Principis epulũ Euchariſtia.

Animæ & corporis puritatem exigit Euchariſtia.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A 9. Sed (heu me miſerum!) quænam par eſſe in nobis munditia poteſt ipſimet puritati carnis dominicæ ſuſcipiendæ? ſuper terræ ſuperficiem cœleſti rore perfuſam, albentémque manna illud in typum ſacroſanctæ Euchariſtiæ decidebat; nec enim dignè quis ad hoc diuinitatis epulum niſi à peccatis, impuriſque affectibus liber, & mundus poteſt accedere. Annon proclamat Dauid: *Apprehendite diſciplinam.* Pſal. 2. Hebr. & L X X. *Oſculamini puritatem*; vel *Oſculamini filium.* S. Hieronym. *Adorate*: hoc eſt, excipite Regem Meſſiam cum acclamationibus, vt ſoletis Reges: itáque Chriſtus Dei filius homo factus ipſamet puritas eſt. At iuxta Theodoret. *Oſculari filium*, idem eſt atque in Sacra- B mento altaris manducare carnem Domini: quo in ſenſu explicat illud: *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Cant. 1. Seſe quippe mutuò Deus, & anima, Chriſtus & ſponſa, cùm ſuſcipitur Euchariſtia, oſculantur. Et quàm quæſo munda? planè ſtellis ipſis, ſoléque purior debet eſſe lingua, in qua vitæ cibus, ipſamet Dei puritas, & ſanctitas exponitur? Nam vti egregiè ſcribit S. Chryſoſtom. *Menſa Dei eſt os noſtrum Euchariſtiâ plenum.* homil. 6. in 2. Corinth. Dein timorem à nobis exigit Propheta cùm dicit: *Eſcam dedit timentibus ſe.* Pſalm. 110. *Vota mea Domino reddam in conſpectu timentium eum.* Pſalm. 21. Quis enim, ſi ſapiat non timeat, non contremiſcat peccator ſcatens vitiis, miſeriis plenus, homun- C cio, vermiculus, cum Deo pariter accumbere, Chriſti carne, ac diuinitate paſci? Vſque adeò ſe illa maieſtas humiliat, vt noſtram exaltet vilitatem.

Diuinitatis epulum Euchariſtia.

Pſal. 2.

D. Hier.

Theod.

Chriſtus ipſamet puritas.

Cant. 1.

S. Chryſoſt.

Puram linguam exigit Euchariſtia.

Pſal. 110.

Pſal. 21.

Sanctum timorem exigit Euchariſtia.

10. *Deus autem omnipotens.*] Munera principi iubet deferri Iacob, quibus illius concilient filij beneuolentiam: cæterùm etſi (vti diximus) magna eſt munerum vis, Iacob tamen vt iuſtus, & ſanctus, confidit potiùs diuinæ miſericordiæ; quam debitis precibus expoſcit, & filiis benedictione ſuâ imprecatur. *Deus* (inquit) *omnipotens faciat vobis eum placabilem*: Tam vehemens ſolet eſſe, & ferè inſuperabilis ira principis, vbi ſemel illius animum occupauit; vt ſolâ Dei omnipotentiâ mitigari, & tolli; prin- D cépſque ab iracundia in lenitatem conuerti poſſit. Cùm enim* ob ſuperbiam mundi principes velut numina coli, adorarique à ſubditis velint, ægrè admodum patiuntur ſi vel tantulam non dico iniuriam, ſed incuriam etiam in obſequio ab illis præſtari videant. At ſciant ſe homines eſſe ex eodem, quo cæteros luto efformatos, vti à regio vate admonentur. *Reges eos in virga ferrea; & tanquam vas figuli confringes eos.* Pſalm. 2. Sunt quidem Reges (quicquid ipſi de ſe ſentiant) vaſa fictilia ab omnium conditore, figulóque Deo efficta: & ſupra ſe habent ipſius Dei iuſtitiam, quâ virgâ inflexibili, & forti, cui nulla vis humana poſſit reſiſtere, comprimuntur. Intelligunt ali- E qui non de Regibus, ſed de regnis; ſed eòdem recidit. Et pulchrè quidem mundi regna dicuntur ſimilia vaſis fictilibus, quæ facilè perfringuntur, breuíque durant; & quæ ſemel confracta nunquam ampliùs inſtaurantur. Apertè id viſum eſt in maximis, & florentiſſimis gentium imperiis, Chaldæo, Græco, Romano, quæ tandem euerſa nunquam in priſtinam gloriam redierunt: quod etiam regnis accidiſſe manifeſtum eſt.

Implacabilis ira principis.

Pſal. 2.

Reges vaſa fictilia.

Regna vaſa fictilia ſemel confracta nunquã redintegrãtur.

11. In huius rei typum Hierem. Regis, regníque Iudaici extremam denuncians vaſtitatem lagunculas fictiles ſpectante populo confregit, adiungens: *Hæc dicit Dominus: ſic conteram populum iſtum, & ciuitatem iſtam, ſicut conteritur vas figuli; quod non poteſt vltrà inſtaurari.* Hierem. 19. Et quàm verè impletum hoc ipſum in Hieruſalem videatur, ſole ipſo clarius eſt. Igitur S. Hieron. hanc prophetiam ſic explicat: *Quomodo vas fictile, & teſteum ſi fractum fuerit, in antiquam ſpeciem non poteſt reformari: ſic & populus Iudæorum, & Hieruſalem ſubuerſa ſtatum priſtinum non habebunt.* Porrò etſi aliquorum Regum, & principum impotentiam, & ſæuitiam ferreo Dei ſceptro comprimi, imò etiam conteri neceſſe ſit; fit tamen ſæpiùs, vt impotentiùs, crudeliúſque agant ipſi Regum miniſtri; quod illa Sunamitis probè intellexerat. Enimverò cùm ſuam illi opem Eliſæus offerens dixiſſet: *Nunquid habes negotium, & vis vt loquar Regi, ſiue principi militiæ?* Prudens illa reſpondit: *In medio populi mei ego habito.* 4. Reg. 4. hoc eſt (declarat Theodoret.) *mihi placet otium, & nullis exercers negotiis, & placidè viuo, & tranquillè; neque in animum induco, vt cum vllo aliquam velim habere controuerſiam.* quæſt. 15. in 4. Reg. mulier pacis amans, nec apud Regem, nec apud Regis miniſtrum gerebat negotium; quod quidem ſine magna vitæ, animæque perturbatione tractare non poſſet: iudicans id ipſum fore nimis laborioſum, nec ſine multis, & grauibus contentionibus, & (liceat dicere) prælijs cum Rege, cum miniſtris peragi poſſe. Bellum cum hoſtibus aggreditur, qui cum Regibus, Regúmque miniſtris negotium ingreditur: paci prudens mulier, dulcíque otio, quàm vllis in ſeculo commodis; quæ multis conſtant periculis, potiùs mentem & ſtudium intendit.

Hier. 19.
Inſtaurari fracta nequeunt imperia.
D. Hier.
Impotentes & crudeles Regum miniſtri.
4. Reg. 4.
Theod.
Bellum eſt cum rege ac miniſtris negotium.

12. At certè hoc verum eſt, & quotidie lugemus. Regum ſcilicet miniſtros, cùm ſuæ tantùm ſaginæ ſtudeant, miſerorum precibus ſurdas aures, & bonorum meritis immites animos præbere ſolitos: quod in aula Regis Saulis ipſemet Dauid ſuo damno expertus ita deplorat: *Inimici mei animam meam circumdederunt; adipem ſuum concluſerunt.* Pſalm. 16. *Adipem* (exponit Euthym.) *intra ſeipſos clauſerunt, ne tranſmitterent miſericordiam; miſericordia enim à corde, & à viſceribus dicitur deſcendere.* Aliorum igitur iſti merita irrident, preces contemnunt, inopiam minimè curant, poſtulata reiiciunt: hoc illis vnum ſtudium & cura eſt, vt ſeipſos pinguefaciant, Regum honoribus ornent, pecuniâ ditent. Quare cùm illius Ægyptij (vt putabat) principis auaritiam timeret Iacob; prudenter contendit, vti munera duplicatáque pecunia homini offeratur; ſed omnium maximè Dei prouidentiæ confidens illos dimittit. Interim tamen in filiorum abſentia ſuam ſolitudinem, & orbitatem triſti animo laturum ſe dicit: ac ſi omnibus fato ademptis liberis pater eſſe deſineret. Hebraicè miram habet emphaſim patheticæ geminatio: *Orbatus ſum, ab orbatus?* Sic enim me geram tanquam cunctis orbandus, vt primùm Ioſepho, mox Simeone, nunc Benjamino, cæteris neſcio quando. Sic miſeri ſe habent, vt grauiora ſemper timeant, meliora prorſus deſperent: eóque dulciora, cùm veniunt, habeant bona, quò magis inſperata procul ex animo abiecerant; *Orbatus* (inquit) *ero.* Benè S. Chryſoſt. *Sufficiunt hæc verba, vt videatur, quàm diſrupta fuerint patris viſcera.* homil. 64. In Geneſin.

Regum miniſtri ſua ſagina intenti cæteris ſurdi, & immites.
Pſal. 16.
Euthym.
Miſeri peiora timent, meliora deſperant.
D. Chryſ.
Patris dolor inconſolabilis de filiorũ abſentia.

13. *Præcepit diſpenſatori.*] Profecti à Chananæa filij Iacob tandem incolumes in Ægyptum peruenerunt; accedentéſque ad proregem, illi ſeſe omnes ſuppliciter præſentarunt. *Agnouit Ioſeph vterinum fratrem: lætúſque quod viderit* (inquit S. Chryſoſtom.) *ſatisfactum ſuo deſiderio, ſuam erga illos benignitatem declarans omnia diſponit.* homil. 64. Cæterùm non eos alloquitur differens in conuiuium: interim verò (vt videtur) manè properat ad publica negotia. Iubet ergo inſtrui epulas. Hebr. *Occide occiſionem:* interpres reddit, *victimas:* intellige non oues, hircos, tauróſque ad epulum iugulans; hæc enim pro Dijs animantia colunt Ægyptij: ſed volatilia, piſcéſque; videlicet quibus communiter Ægyptij Hebræíque veſci poterant. Dum verò paratur conuiuium, iuſſu proregis introducuntur Hebræi in publicum diuerſorium; quod illis paratum fuerat. At vbi ſe illuc introductos viderunt, planè inſidias ſuſpicati vehementérque capitis periculum ob deportatam in ſacculis pecuniam, tanquam de furto conuicti formidarunt. Tales quippe ſunt impiorum conſcientiæ, vt etiam in tuto expaueſcant, & in proſperis conturbentur, malorum ſcilicet cùm ſibi conſcij ſint; bona etiam ſuſpicantur mala; & quæ alijs ſecuritatem, & gaudium, ſibi periculoſa, & exitialia reputant.

D. Chryſ.
Turbatur timórque ex conſcientia peccati.

14. Territi Hebræi nihil non aduerſum expectant, propriâ nimirum antiqui flagitij vrgente conſcientiâ; *Quæ* (vti vocat S. Gregor. Nazianz.) *domeſticum eſt, & verum tribunal.* orat. 15. Non opus igitur eſt, vt ab externo arguatur hoſte, qui ſuum ſecum gerit, & iudicem, & tortorem, quem proinde ſuffugere, à quo abſcondi non poteſt. Hinc optimè S. Bernard. *Nullus moleſtior oculus, ſuo cuiuſque: non eſt aſpectus ſiue in cœlo, ſiue in terra, quem tenebroſa conſcientia ſuffugere magis velit, minùs poſſit. Non lateat tenebræ; ſe ipſas ſe vident, quæ aliud non vident.* lib. 5. de conſider. cap. 12. Se ipſam videt peccatoris conſcientia, & à ſeipſa terretur, & contremiſcit, vt à carnifice à quo perenniter dilaniatur. *Et erit fortitudo veſtra, vt fauilla ſtupæ, & opus veſtrum quaſi ſcintilla.* Iſai. 5. Hebræis omni flagitiorum turpitudine coopertis Dominus comminatur. Senſus eſt: vmbra & protectio veſtra (hoc enim ſignificat Hebræa vox) nimirum idola veſtra: quod enim pro Deo colimus nobis vmbram, & protectionem & habemus, & dicimus. Idola itáque veſtra ſic tandem conſumentur, vt redacta in fauillas abeant: peccatáque veſtræ corruptæ voluntatis opera primò quidem ſcintillabunt, dein excitabunt incendium, quo miſeri autores ipſorum ardebitis. Quando igitur peccamus, in noſtram vtique perniciem de duritia cordis noſtri ſcintillas elicimus, ignem accendimus. Heu te miſerum peccatorem! tuo ipſe geſtas in pectore; quem excitaſti ignem, quo exardeſces, & concremaberis.

D. Gregor. Naz.
Inuitabile iudicium conſcientiæ.
S. Bern.
Seipſam videt, timet, terret, cruciat conſcientia.
Iſai. 5.
Ignem inferni ſuccẽdit ſibi peccator.

15. Hinc eſt, quòd in ſacra Scriptura peccatores appellantur ſeminatores malorum, atque laborum, & afflictionum meſſores. Intrent ergo ad interiora ſui penetralia, videant quid mali foueant, quantum geſtent exitium: audiant oblatrantem conſcientiam, vt perpetuò ſuggerat illud Prophetæ: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum.* Iſai. 5.

Iſai. 5.

Iſai. 5. Legunt alij: *Væ qui trahunt iniquitatem funiculo temeritatis, & veluti catena plauſtrum peccatum* haud dubiè iniquitas & peccatum hoc loco, vt & in multis alijs pro pœna ſuppliciôque accipitur. Senſus igitur eſt: Væ vobis, qui damnationem veſtram aduerſum voſmetipſos trahitis: & magnâ vi nitimini, vt ad vos tandem accedat: velut qui plauſtrum onuſtum fune trahunt: trahitis autem perditionem veſtram funiculo temeritatis, id eſt, veſtrâ temeritate, audaciâ, & proteruiâ contra ipſam renuentem, & reclamantem conſcientiam obſtinati in veſtris flagitiis perſeueratis, & veſtram perditionem aduerſum vos ipſi multâ vi conatúque pertrahitis. Hæc eſt peccatorum infelicitas: ſic habent miſeri; quicquid aliter iudicent; eôque infelicior eorum ſtatus, quò lætior vita, ſecurior (vt putatur) felicitas: Audiant S. Auguſtinum. *Nihil eſt infelicius felicitate peccantium, quâ pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hoſtis interior roboratur.* epiſtol. 5.

Summa temeritas, audaciáque peccati.

Suam ſibi attrahit trahitque damnationē peccator.

S. Auguſt. Felicitas peccantium ſumma infelicitas.

16. Lætos fortaſſe, ſecuróſque filij Iacob dies agebant, obliti prorſus quid olim contra fratrem commiſerint, omníque timore depoſito, quod fratri vnquam, vti ſomnia præmonſtrabant, ſuas eſſent ceruices inclinaturi; & quod vlius eſſet, qui patrati ab ipſis parricidij foret debitum ſupplicium exacturus. At nunc tandem propriâ flagellati conſcientiâ commiſſum facinus memorant; adeſſe illius pœnam deplorant miſeri. Et qui ne fratre ſuo minores haberentur, eundem à ſe adactum ſeruituti exterminarunt; nunc Ægyptij principis fieri mancipia timent: *Introducti ſumus* (inquiunt) *vt deuoluat in nos calumniam, & violenter ſubiiciat ſeruituti.* Ita vſu ſæpiùs venit, vt qui pro Deo, vbi ille iubet, & ratio poſtulat, humiliari non vult, magis poſteà, vbi non decet; & abiectiùs humilietur. Indignabántur Hebræi quod fratri fratres ſubiicerentur: & nunc vltrò trepidi flentéſque proſternunt ſe ante hominem Ægyptium fratris ſui ſeruum domus ingnam diſpenſatorem. Sic mali Angeli reuelatâ diuinitùs incarnatione Verbi maluerunt Dei gratiam, & gloriam amittere; quàm Deo homini ſubiici, & ad eundem poſteà iam in mundo verſatum ſubiecti dolentéſque exclamant: *Quid mihi & tibi eſt IESV fili Dei? obſecro ne me torqueas, erat enim legio ex dæmonum in vno homine.* Luc. 8 *rogabant illum: mitte nos in porcos.* Mar. 5. Benè S. P. Chryſol. *Digna petit indigna ſeruitus. Cœnum petunt ruentes cælo: poſt æthereas habitationes ambiunt volutabra porcorum.* ſerm. 16. Quantò illis ſatius foret in cœlo ſubiici Deo, quàm fœtida porcorum interanea expetere ad habitandum!

Conſcientia quietum eſſe non patitur.

Humiliari nolens cùm Deus vult, fœdius deinde humiliatur.

Luc. 8. Marc. 5. S. P. Chryſ. Turpis humiliatio dæmonum, qui Deo homini noluerunt humiliari.

17. Hæc ſtultitia ſuperborum: Deo nolunt humiliari, & crebrò pro ipſa rerum vanitate ſeſe libenter humiliant: quod Iſai. ita expreſſit: *Repleta eſt terra idolis. Et incuruauit ſe homo, & humiliatus eſt vir.* cap. 2. planè indignum, quòd homo à Deo, & immortalitati conditus, cùm ipſi Deo nolit ſubiici; vaniſſimis tamen iuneulis dæmonum genu flectat! Sequitur: *Oculi ſublimes hominis humiliati ſunt, & incuruabitur altitudo virorum.* ibid. O dedecus! ô facinus! Illi faſtu, & ſuperbiâ turgebant; volentes tamen ſeſe curuabant, & humiliabant coram idolis, quæ fecerant. Quid quæſo magis alienum ac diſtortum? quid minus conuenit humanæ ſuperbiæ; quàm adoratio, quàm proſtratio coram inanibus ſimulachris? optimè S. Chryſoſtom. *Nihil* (inquit) *adeò ſtultum facit, quemadmodum arrogantia. Verba arrogantis, verba*

Stulta & fœda humiliatio ſuperborum. Iſai. 2.

Iſai. 2.

D. Chryſ. Superbia amara ſtultitia.

A *ſtulti.* homil. 20. in epiſt. ad Roman. quòd ſtulta loquatur ſuperbus, facilè probat exemplis: ſtultè dictum illud Cyri Regis: *Super aſtra cæli ponam thronum meum.* Iſai. 32. & illud Pharaonis: *Dominum non noui:* Exod. 5. Huiuſmodi ſtultitias effutire ſolent ſuperbi, vt mente capti, quî enim homuncio fictilis in cœlum conſcendere, regiámque ſedem ſuper ſydera locare poterit? Et quis tam excors, ſtolidúſque vt Deum eſſe, ac Deum in mundo nominari prorſus ignoret, aut ſe illum ſuperiorem non ſentiat.

Iſai. 32. Exod. 5. Superbus ſtultitias effutit.

18. *Oramus Domine, vt audias nos.*] Humiliter ergo præfectum domus alloquuntur, totam rei tranſactæ ſeriem referentes, vt oſtendant ſe ab omni culpa immunes ſine cauſa includi, teB neri, puniríque debere. *Vide* (occurrit optimè S. Chryſoſtom.) *quomodo calamitates eos fecerint manſuetiores.* homil. 64. in Geneſ. Qui antea ſuperbi, feríque inſtar leonum aduerſus innocentem agnum irrugiebant; nunc ſub capitis diſcrimen adducti ouibus ipſis longè mitiores ante ſeruum ſui fratris via mutire audent. Sic elata ceruia ſuperborum diuinæ iuſtitiæ timore percuſſa deprimitur; ſic efferata impiorum ſæuitia ſupremi Numinis tacta iudicio emollitur. *Dentes peccatorum contriuiſti.* Pſalm. 3. Grandis quidem Domini percutientis alapa; quæ potentiam, ſuperbiam, & feritatem malorum confringit; hi enim ſunt illorum dentes; vt tota eſt vis beſtiarum in dentibus. Quare à Deo percuſſi ſuo ipſi C malo manſueſcunt; aut certè ore prorſus edentulo nocere non poſſunt. At ille reſpondit: *Pax vobiſcum, nolite timere.* Hoc eſt (explicat S. Chryſoſt.) *Ne timeatis, neque huius rei gratiâ ſitis anxij, nullum vobis inde crimen imponetur: pecuniam enim plenè accepimus. A Deo putate hoc eſſe factum.* Dignus tali prorege miniſter, heróque ſancto fidelis ſanctúſque ſeruus. Afflictos conſolatur, timidos recreat, anxios in ſpem ſalutis erigit: & cùm de pecunia res agatur, non ab illis aut raptam incuſat, aut eam ſibi aſciſcit, aut calumniam incendit litémque miſeris intendit; quô de illorum exhauſtis marſupiis ipſe diteſcat; vti moris habent & miniſtri principum, & forenſium negotiorum actores; & milites, qui de bello coD medunt. Quam etiam iniquitatem antiquæ legis ſacerdotibus olim Dominus exprobraſſe legitur: *Peccata populi mei comedunt; & ad iniquitatet eorum ſubleuabunt animas eorum.* Oſeæ 4. *Diſſimulant* (explicat S. Hieronym.) *peccata populi, quia ex oblationibus comedunt, & ditiores fiunt.* & S. Gregor. *Subleuabunt quidem animas, & ferè exoptabunt, vt alij peccent, eò quod inde victitent.* Nam ſi morbi non fuerint, emendicabitur medicus; vbi lites nullæ, ibi ſcribæ, iudices, cauſidici, apparitores fame pereunt: pacem oderunt milites, qui de bello viuunt. Et fortè Iudaici illi Sacerdotes, qui de victimis alebantur, eſſe in populo peccata, quæ hoſtiis expiarentur, tanquam ex alieno damno vitæ E ſuæ lucrum captantes, vehementer gaudebant.

D. Chryſ. Calamitas manſuefacit.

Pſal. 3. Potentia ſuperborum à Deo comprimitur.

S. Chryſoſt.

Boni heri bonus ſeruus.

Auaritia miniſtrorū Regis.

Oſeæ 4. S. Hier. Alieno malo plerique viuunt. D. Greg.

19. *Pax vobis; nolite timere.*] Inquit præfectus domus; non ſui muneris potentiam in exteros homines, ac futuri euentus timore perculſos exercet: aut illorum inhians pecuniæ ſtruit dolos, vímque vllam expromit; ſed omni prorſus lenitate illos affatur; in exemplum potentioribus, vt omnem erga miſeros, & afflictos benignitatem exhibeant. Quàm verò id proprium Deo ſit; exult Moyſes: *Quis ſimilis tui in fortibus Domine? quis*

Miſeris benignitas exhibenda.

Exod. 15.

ſimilis tui? magnificus in ſanctitate. Exod. 15. Hebr. *robuſtus in ſanctitate*, quod ſolius Dei eſt. *Tamenim* (occurrit optimè Caiet.) *homines, quàm Dij exercendo ſuum robur aliquam inquinationem incurrunt. Eſt autem ſanctitas libera, atque perfecta munditia.* Honores quidem, & præfecturæ ſolent hominis ita ingenium efferare, vt rarus ſit, qui poſitus in dignitate, aut impotentiùs non agat, aut aſperiùs non loquatur. Solus autem Deus ſuam omnipotentiam ſine labe, notáque exercet: cùm ipſamet illius potentia omninò ſit ſanctitas, & iuſtitia miſericordia, & ſeueritas humanitas, & rigor manſuetudo. Quod cùm ab omnibus ſeculari dignitate fungentibus exigitur, tum vel maximè in prælatis Eccleſiæ, rectoribúſque animarum ſummè neceſſarium eſt: vti Iethro ſocer Moyſis olim genero conſulens ſignificauit. *Eſto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent.* Exod. 18. Hebr. *Sis tu populo frons Elohim*, hoc eſt, iudicis, declarat egregiè Caiet. *Fungi officio frontis Elohim nihil aliud eſt, quàm fungi officio Dei ſummi Iudicis, & quandam in iudiciis præſentiam perſonalem exhibere; quando frons, (hoc eſt, apparentia) ſummi Iudicis exigitur.* Frons quidem Dei prælatus dicitur, talémque ſe debet exhibere, vt non hominem, ſed Deum ſubditi rebus in omnibus inueniant, atque intueantur. Frons Dei dicitur: ergo vultum præbeat ſubditis hilarem, facilem, beneuolum, paternum, atque adeò diuinâ quadam lenitate conſperſum.

Caiet.
Nulla eſt ſine vitio hominis potentia.
Deus ſuam ſine labe potentiam exercet.
Exod. 18.
Caiet.
Frons Dei prælatus.
Dei benignitatem prælatus referat.

20. *Deus veſter, & Deus patris veſtri.*] Quia nihilominùs illi timebant ob pecuniam in ſaccis priùs ab Ægypto reportatam, adiungit œconomus: De pecunia vobis nulla ſollicitudo ſit: illam apud me eſſe arbitramini, verè illam me habere reputo. Conſcius (vt videtur) erat voluntatis heri ſui, conſternatos videns, & luculenter deprehendens ſinceritatem illorum, qui pecuniam reportaſſent, blandè comitérque illos alloquitur. Dei autem meminit: videlicet (vt conijcere poſſumus) à domino ſuo Ioſeph, bonus ſeruus ritè inſtructus nouit illos quidem vnius Dei eſſe cultores, ſanctíque patris bonos filios, quos tamen iuſtam ob cauſam ſic exercere oporteret. Facto denique proregis gratiam teſtatur œconomus, Simeonem è vinculis redemptum adducendo. Multa in hoc diſpenſatore domus Ioſeph inuenio; quæ domini virtutem valde commendant, & in eiuſdem laudem cedunt admirabilem. Nam in primis ab omni alienus auaritia nihil de Hebræis compendij captauit: vtique fidelis, & pareus ab hero fideli, & parco tam verbis, quàm exemplis edoctus.

Seruus ab hero ſanctè inſtitutus.
A ſancto hero ſanctus ſeruus.

21. Dein argumento eſt ſeruum iſtum à Domino ita largiter & magnificè curari, ſuſtentarique ſolitum, vt nec herili pecuniâ furtim ablatâ, nec alienæ ſubſtantiæ lucris ad alendam vitam indigeret. Auarus quidem, nimiúmque tenax dominus ſuæ domui ſeruos facit eſſe latrones; quippe qui aliter quàm hinc inde obuia quæque corripiendo, vitam miſeri ſuſtentare non poſſunt. Suæ prorſus pecuniæ, totiúſque ſubſtantiæ prudenter conſulit, qui contentos, ſatiósque habere ſeruos contendit. Et quænam quæſo illa eſt inhumanitas, vt quem laboribus frangas, fame ſeruum coerces? Ex Leuitico 25. & Apoſtolo 1. Corinth. 9. (vt optimè Tertull. expendit; *Boui terenti vincula oris remittuntur ad fructum præſentis laboris: quò faciliùs in pecudibus præmeditata humanitas in hominum refrigeria erudiretur.* lib. 2. contra Marcion. cap. 17. Illud etiam hoc loco animaduerteram: turbam ſeruorum, qui rectè ſu-

Auarus ſeruos ſuæ domui facit latrones.
Neceſſarius laboranti ſeruo praſtò ſit victus.
Tertull.

A ſtentari nequeunt, oneri eſſe, non honori; vel potiùs in Domini cedere ignominiam. Malè quidem amicti; peius aliti totam vitam contra herum obtrectationibus, & querimoniis inſumunt. Præterea quiſque prudens huiuſmodi famulantium turbam ſuperuacaneam eſſe iudicarit, quod S. Chryſoſt. ſic admonuit: *Quemadmodum in veſtibus, & in victu neceſſitatem reſpicere ſolum oportet, ſic in familiaribus. Quæ igitur neceſſitas eſt? nulla ſanè. herum vnum vno ſeruo contentum eſſe decebat, imò vno ſeruo tres heros.* homil. 40. in 1. Cor. At vanitati huius ſeculi ſtudent homines. Sit ita. Verùm, & ſeruiendum eſt vanitati, vt mundi leges præſcribunt; ad normam ſcilicet, & menſuram rei familiaris: ne ſcilicet apparatus, &
B faſtus illam excedant, ſuóque pondere infirmam familiæ nauim deprimant, ac pelluṅdent.

Non alenda famulantiũ turba.
S. Chryſ.
Nimius faſtus, domum peſſumdat.

22. Porrò non ſatis laudari poteſt huius præfecti tam officioſa erga peregrinos humanitas: feſtiuè illos amicéque excipit, aquam pro abluendis pedibus affert, edoctus nimirum hanc pietatem à ſancto Ioſeph: is enim Abraham, Loth, Iſaac, cæteróſque auos ſuos Hebræus pietatis operum, lotioníſque pedum aduenarum atque hoſpitum cùm primis ſtudioſos fuiſſe nouerat. Felix profectò domus, felix palatium proregis, in quo tam fidelis, tam benignus, tam pius, tam officioſus diſpenſator familiam regebat, heríque ſui tam magnificum æmulatus in-
C genium, magnificè ſanctéque omnia diſpenſabat! Qualis dominus talis eſt ſeruus: liberalitas, & pietas domini liberalem, piúmque ſeruum reddebat. Sic planè ſic habet Dei hominis vniuerſorum Regis, ac moderatoris familia, ipſum videlicet cœlum, in quo ſuper omnem creaturam regnat. Ille quidem adeò magnificus, vt ſuum quoque ſanguinem, & vitam ſéque ipſum hominibus donarit: adeò pius, & miſericors, vt etiam acceptas remittat iniurias, peccatores ad gratiam reuocet, de inimicis faciat amicos, de proditoribus fratres: Et (quod etiam ſummè admirandum eſt) ſuæ domus, ſuarúmque opum diſpenſatricem fecerit ſuam ipſius matrem, quæ filio ſimillima peccatores reſpicit, mœſtos ſo-
D latur, timidos recreat, laborantibus ſubuenit, periclitantes tuetur, fugientibus aſylum præſtat, ac præſidium.

Hoſpitales Patriarchæ.
Chriſtus benignus & pius totam ſui ſimilem habet familiam.
B. Maria filio ſimilis in benignitate & miſericordia.

23. Benè igitur exclamat Bernard. *O quiſquis te intelligis in huius ſeculi profluuio magis inter procellas & tempeſtates fluctuare; quàm per terram ambulare, ne auertas oculos à fulgore huius ſyderis ſi non vis obrui procellis: inſpice ſtellam, voca Mariam.* homil. 2. de B. Virgin. At quæ tanta illius eſt pietas! Vtique mater eſt miſericordiæ: nec vlli erga matrem charisſimam filio tanta poteſt eſſe fiducia, quantam fideles, etiamſi peccatores, in Virgine habent; quæ ſicut Dei mater, ita hominum mater eſt. At quænam illius potentia; quæ magnificentia? profectò dedit ei fi-
E lius omnia, vti à Patre accepit, in manus: theſauros illa, prout vult, diuinæ pietatis diſpenſat. Quicquid petit, impetrat: quicquid rogat, extorquet; quicquid vult, efficit. *Ego* (inquit) *ſicut aqua ductus exiui de paradiſo. Dixi; rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo partus mei fructum;* Eccleſiaſtic. 24. Quid vti magnificentius, ita dulcius, aut cogitari, aut dici poſſit? Eſt beatiſſima Virgo Dei mater à perenni fonte gratiarum filio ſuo riuus exuberans, qui deinde inexhauſto profluuio Dei

Eccleſiam

D. Bern.
B. Maria ſtella maris, periculorum liberatrix.
B. Maria diſpenſat diuinæ pietatis theſauros.
Mira potentia B. Mariæ.
Eccleſ. 24.
Rigat & fecundat fideles B. Maria.

Eccleſiam irrigat; & fidelium, quos granum illud virgineâ ſatum alto fructus produxit, animos ſenſúſque impetratis à Deo beneficiis, diſpenſatíſque miſericorditer gratiis fœcundare nunquam deſiſtit.

SECTIO II.

Illi verò parabant munera donec ingrederetur Ioſeph meridie: audierant enim quod ibi comeſturi eſſent panem. Igitur ingreſſus eſt Ioſeph domum ſuam, obtuleruntque ei munera, tenentes in manibus ſuis: & adorauerunt proni in terram. At ille, clementer reſalutatis eis, interrogauit eos, dicens, Saluus ne eſt pater veſter ſenex, de quo dixeratis mihi? Adhuc viuit? Qui responderunt: Soſpes eſt ſeruus tuus pater noſter, adhuc viuit. Et incuruati, adorauerunt eum. Attollens autem Ioſeph oculos, vidit Benjamin fratrem ſuum vterinum, & ait: Iſte eſt frater veſter paruulus, de quo dixeratis mihi? Et rurſum: Deus, inquit, miſereatur tui, fili mi. Feſtinauítque, quia commota fuerant viſcera eius ſuper fratre ſuo, & erumpebant lacrymæ: & introiens cubiculum, fleuit. Rurſúmque lota facie egreſſus, continuit ſe, & ait: Ponite panes. Quibus appoſitis, ſeorſum Ioſeph, & ſeorſum fratribus, Aegyptiis quoque qui veſcebantur ſimul, ſeorſum (illicitum eſt enim Aegyptiis comedere cum Hebræis, & profanum putant huiuſcemodi conuiuium) Sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam. Et mirabantur nimis, Sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiórque pars venit Benjamin, ita vt quinque partibus excederet. Biberúntque & inebriati ſunt cum eo.

1. Mille iam (vti metuebant) ſe pericula putabant filij Iacob euaſiſſe; variè ſiquidem, acerbéque tentari, extremum capitis periculum mœſti, ac timidi expectarant; quod quidem miſeris graue aliquod malum perenniter expectantibus longè acerbius eſt, quàm ſemel mori. *Grauius eſt, quàm mori, mortem expectare.* Nemo enim iam eſt timidus, vt pendere ſemper malit, quàm ſemel cadere, atque ille cecinit eleganter:

Ouid. 3. de Ponto.
Mitius ille perit, ſubitâ qui mergitur vndâ,
Quàm ſua qui tumidis brachia laſſat aquis.

Profuit illis iſta multiplex anxietas, & conſternatio ad pœnitentiam antiqui parricidij; ob quam deinde aptiores fierent ad inſperatum, & immenſum gaudium, quo paulò pòſt erant fruituri. Alacres igitur, quæ ab domo tulerant munera, quibus proregem concilient, iam ſibi præter morem, & ſpem ipſis beneficum; ſtudiosè præparant: vt ſubindè ſuam homini innocentiam, gratitudinem, & obſequium præſtarent. Hoc autem contigit ſub meridie; quo tempore regreſſus domum prorex, illíque eſſent pranſuri. Obiter hîc expendi poteſt priſcorum abſtinentia, qui ante meridiem non comedebant, & ad prandium meridianum ſeruabant integram famem. Nec enim *Priſcorum abſtinentia.*

A hoſpitibus, ſaltem pro ientaculo cibus legitur appoſitus: quin potius habetur: *Donec ingrederetur Ioſeph meridie: audierant enim, quòd ibi comeſturi eſſent panem:* ſcilicet in meridie. Quare nec hoſpites edendi horam præueniebant.

2. Quàm verò hic mos antiquis ſacer, ac celeber fuerit; & quàm notari ſolitum; ſi quis ante præſcriptum in meridie tempus comediſſet, illud apertè oſtendit, quod legimus: *Væ tibi terra, cuius Rex puer eſt, & cuius principes manè comedunt. Beata terra, cuius principes veſcuntur in tempore ſuo ad reficiendum, & non ad luxuriam.* Eccleſ. 10. Infelix *Commendatur abſtinentia.* *Eccl. 10.* Reſp. cuius principes, iudices, ac magiſtratus ante tempus comedunt, non curantes publica negotia. Contrà verò felix Reſp. cuius principes
B tantùm comedunt, vt viuant; non viuunt, vt comedant. Sic in Gloſſ. interlin. Indignum quippe *Gloſſ.* quolibet homine, indignius nobili, & principe *Perſtringitur vitium edacitatis.* viro ſemper habitum eſt edacitatis vitium: Atque (vti egregiè ſcribit Clem. Alex.) *Videtur homo, Clem. Alex.* *qui huiuſmodi eſt, nihil eſſe aliud, quàm bucca, aut maxilla.* 2. Pædag. cap. 1. O dedecus! ô inſania! Plenè in beſtiam degenerauit, qui totam oblectando gutturi; & protendendo abdomini curam impendit. Vtique ſui ipſe corporis porcarius illud ipſum ſaginat ad mortis macellum. At quid eſt, quod ſolo pane tanti in Ægypto principis menſa, & prandium ſignificatur; ſcribitur enim: *Comeſturi eſſent panem,* ſcilicet cum prorege à quo erant hoſpites inuitati? Hebræorum more panis pro toto
C ciborum apparatu ponitur. Putarim ex parcimonia illius ætatis natum eſſe Hebraiſmum. Sic enim ſolius panis vti cura, ſic auiditas erat, vt appoſito pane contenti non aliis deinde cupediis indigerent.

3. Illum igitur à Deo petendum Dei filios nos docet: *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* Matth. 4. Quo loco in primis intelligitur ſa- *Matth. 4.* croſancta Euchariſtia, vt communis eſt Patrum explicatio. Deinde non poteſt non intelligi quotidianus victus, ſine quo vita non conſiſtit. *Cibum igitur nobis* (inquit S. Cypr.) *tantùm petamus,* *S. Cyprian.* *& victum.* Quem ſcilicet dominus, vti vetus pater ſuis ſeruis, & filiis prouidè, ac beneuolè ſuppeditat. *Neque enim* (adiungit) *deeſſe quotidianus ci-*
D *bus poteſt iuſto, cùm ſcriptum ſit: Non occidet Dominus fame animam iuſtam.* Prou. 10. *Et iterum: Non* *Prou. 10.* *vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.* *Victus quotidianus iuſto nō deeſt.* Pſal. 36. hæc idem. Qua in re crebriùs, quàm in *Pſal. 36.* aliis, multa diuinitùs fieri videntur miracula: quod etiam probat. *Sic Daniel in leonum lacu iuſſu* *S. Cypr.* *Regis incluſo prandium diuinitùs procuratur; & inter feras eſurientes, & parcentes homo Dei paſcitur.* Dan. *Dan. 14.* 14. *Sic alitur Helias in fuga; & in ſolitudine coruis miniſtrantibus, & volucribus cibum ſibi apportantibus in perſecutione nutritur.* 3. Reg. 17. idem. Poſſem *3. Reg. 17.* plura, & non minùs admiranda diuinæ prouidentiæ, quæ in Chriſtiana Eccleſia paſſim notantur, exempla commemorare: Noui equidem fœminam cenſu pauperem, ſed tamen virginem hone-
E ſtiſſimam, quæ tenui quærendo victui domi ſe continens laborabat, reſpuens interim lenonum promiſſa, & munera inſidiantium conſtantiſſimè repellens; pro Dei ſcilicet obſequio, & ſuâ pudicitiâ non famem, ſitímque modò, ſed ipſam quoque *Fœmina pauperi & honeſta victus nunquam deerat.* mortem libenti animo ſubire decreuerat. Illa igitur apud me ſæpiùs confeſſa paternam Dei prouidentiam non ſatis percelebrabat, quòd nunquam à Deo derelictam, imò & cùm nulla ſpes videretur ſubſidij, neſcia vnde, diuinitùs neceſſariò ſe victu ſolitam recreari videbat.

Math.6.

4. Scilicet hæc eſt illa Domini promiſſio: A *Quærite primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius: & hæc omnia adiicientur vobis.* Math.6. Quid mirum igitur, quòd Dei ſeruis ad vitam ſanctè alendam non deſit victus? *Nam cùm Dei* (colligit optimè) *ſint omnia, habenti Deum nihil deerit, ſi Deo ipſe non deſit.* hæc S. Cypr. de orat. domin. Neceſſarium

Habenti Deum nihil deeſt S.Cyprian.

tuendæ vitæ alimentum ſuis Deus ſeruis: non cupedias, non delicias, non irritamenta palati daturum ſe pollicetur. Nec enim Manna licèt multiplici diuinitùs conditum ſapore, allia, cepas, pepones, piſces, & quæcunque ſimilia Ægyptiacæ gulofitatis oblectamenta, quæ perperam Hebræi expetebant; ſed neceſſarias ſalubréſque epulas referebat, Num. 11. Saluti Deus prouidet, non intemperantiam fouet; alit ieiunos, non helluones pinguefacit. B Idcircò à ſuis in templo ſacrificiis, & muneribus, mel in Moſaica lege arcebat, Leuit. 2. mel ſiquidem non tam ſuſtentandæ vitæ, quàm delectando appetitui videtur inſeruire.

Victum neceſſariũ, non cupedias, Deus ſuis ſeruis tribuit.

Num.11.

Leuit.2.

5. Dat ille victo ad vitam, non ad voluptatem: abundantia quippe, varietáſque delicioſa epularum, vt ratio & experientia teſtatur, ſanitatem deſtruit, vires peſſundat, vitámque præcidit. Quo in ſenſu Iſaias, cùm de helluonibus, qui totum comeſſationibus, & compotationibus diem impendunt, loqueretur, adiunxit: *Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino; & deſcendent fortes eius, & ſublimes glorióſique eius ad eum.* cap.5. Infernus hic, vt ſæpiùs alibi, C pro ſepultura poteſt accipi: ſenſus igitur eſt: Propter ingluuiem, & ebrietatem nobiliſſimi, & potentiſſimi quique, vti potiùs oblectando gutturi; & ſaginando corpori, quàm conſeruandæ vitæ ſtudent; immaturis funeribus, ſuum quiſque complent ſepulchrum: nec iam cœmeteria ſepeliendis mortalium corporibus ſatis ſunt: ſed laxiora quotidiè protenduntur, vt magnorum & principum virorum, (quorum ſunt frequentiora funera) quæ fieri ſolent ampla, & ſuperba conſtrui poſſint ſepulchra. Sanum igitur ſanctúmque illud ſeruari oportet ſanctiſſimi Leonis Papæ conſilium, quod ſic habet: *Delectatio edendi etiam corporum contraria eſt saluti, niſi ratio temperantiæ obſiſtat illecebriæ: & quod futurum eſt oneri, ſubtrahat voluptati.* ſer. 8. de ieiunio. de menſe 10. D

Iſai.5.

Edacitas mortem affert.

S.Leo.

Edendum neceſſitati, non voluptati.

6. Annon idem ab Spiritu ſancto noſtris commodis inuigilanti conſulitur? *Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcã: in multis enim eſcis erit infirmitas; qui abſtinens eſt, adiiciet vitam.* Eccleſ.38. Melior pauperis ſuo pane, cepáque vel plurimùm caſeo veſcentis conditio, quàm diuitis epulonis. Nam vti Eccleſiaſtes admonet: *Dulcis ſomnus operanti, ſiue parum ſiue multum comedat, ſaturitas autem diuitis non ſinit eum dormire.* cap.5. Haud dubiè plus, & dulciùs viuit opifex ſuo tenui, atque adeo ſalubri contentus victu, quàm diues, ac nobilis inter multiplices, exquiſitáſque epulas: vnde ſibi morbos ſeminat, do- E lores nutrit, mortem accerſit, foueam aperit, extruit ſepulchrum. Verùm enim verò iuſtus vir aduerſus gulæ illecebras ſic Chriſtiano, & ſancto ſtudio obnitatur oportet, vt præter ſubſidium naturæ, vitæque remedium in cibo nihil amplius curet: delectationémque edendi ſic exhorreat, vt inuitus ad menſam cogente neceſſitate trahatur potiùs, quàm irritante ſtimulo captandæ voluptatis accurrat.

Abſtinentia vitam producit, edacitas præcidit.

Eccleſ.38.

Eccleſ.5.

7. Et quid amplius, & ſanctius factitatum à A ſancto Iob legimus? *Antequam* (inquit) *comedam ſuſpiro, & tanquam inundantes aqua, ſic rugitus meus.* Iob.3. O rem inauditam. Appoſita menſa, dapibúſque inſtructa œconomus Iobum adibat, nunciabátque omnia iam parata. Igitur vir ſanctus illicò penitius introiens adytum, pauliſper ſecum agitans quidnam deinde facturus: fluentibus vbertim lacrymis ex riuo trahens corde ſuſpiria Deum compellabat: Ne quæſo Domine delectatio edendi mentem ita occupet, vt tui oblitus tuam legem violem; ſenſúmque à cœli bonis ad terræ cœnum deuoluam. Quàm multi ô Domine nunc fame pereunt, quibus epulum facerent meæ menſæ fruſtula: & ij tamen potiùs, quàm ego infelix, à te ipſo paſci, & recreari meruerunt? hæc B erat pietas ſanctiſſimi Iob plurimis ante Dei incarnationem ſeculis. Quid ſi nunc viueret, menſæque aſſeſſurus in Chriſtum Cruci ſuffixum oculos animúmque defigeret? quid ſi pendentem de Cruce, toto exhauſtum ſanguine, lacero corpore, penè moribundum, præ ſiti clamantem, nec tamen ab amicis frigidà recreari; ſed aceto, felléque paſci à ſatellitibus Deum videret? Quis quæſo nunc, defixis in Dei filium ita ſiti coctum, omníque paſtum amaritudine oculis, meuiéque ſuam vel famem, vel ſitim non ferret patienter: dulcémque epularum ſaporem non reſpueret; non vel neceſſariam vitæ in edendo voluptatem execraretur? Profectò, ſi aceti felliſque iſtius dominici quæcunque nobis inſipida & amara ob- C ueniunt, vel tantulis inſpergeremus guttulis, dulciora vino, melléque viderentur.

Iob.3.

Mira S.Iob ad menſam modeſtia & deploratio.

Quo ſenſu pietatis accumbendum menſa.

Meditatio de Chriſto crucifixo edendi voluptatem eximit.

Felle Chriſti aſperſa bene toleratur aduerſitas.

8. *Ingreſſus eſt Ioſeph.*] Vbi Ioſeph cœnaculum ſubintrauit, Hebræi flexo poplite, vultu demiſſo ſupplices, anxiíque de futuro rerum euentu munera principi obtulerunt: quo facto nihil minus cogitantes, aut olim in paſcuis ferentes, verum ſomniorum exitum compleuerunt. Hæc erat apud Hebræos vſitata adoratio, quæ fiebat Regibus, & principibus viris. Verſus nimirum terram ſeſe inclinantes ſerui, prono vultu ad oram veſtimenti ſe demittendo, venerabantur principem: quare caput demittere, & incuruare, Hebræis eſt adorare: Dulîa vocatur hæc, quæ ſublimioribus perſonis reuerentia exhibetur: Deo autem ſit hyper- D dulîa. Quod ſi homini luteo, quia Regi, quia principi, talis ſit ab hominibus reuerentia, quali quæſo corporis habitu, quali oris humiliare, ac reuerentiâ Deus ipſe colendus à nobis eſt? Non feret princeps, ſi à famulo, ſi à ſeruo iuxtà ſedente nuncium, ſermonem, verbum accipiat: & Deo ipſi preces fundere genu flexo, pronúſque vultu nolit homunculus? At illud tamen adiungam multò humanius Deum à nobis preces, quàm vel vnum verbum à ſeruo ſuo principem hominem admittere ſolitum: iſte ſedentem non patitur ſeruum: Deus, & nos quoque ſedentes libenter exaudit dulciterque amplectitur: ſcribitur enim: *Dauid ſedit coram Domino.* 2 Reg.7. vtique de oratione ſermo eſt, vti explicat S.Auguſt. *Sedens ora-* E *uit Dauid; quod & Helias fecit, quando pluuiam orando impetrauit.* Sic in Gloſſ. Vide haudquaquam diſplicere Deo piam, & humilem ſedentis hominis orationem: quo quidem ſuam ægri, ſenéſque cum orationi aſſiſtunt, imbecillitatem conſolentur.

Qua reuerentia Deo, & qua Regibus exhibenda.

Dei humanitas erga orantem.

2 Reg.7. S.Auguſt.

Sedendo licet orare.

9. *At ille clementer reſalutatis eis.*] Lætis oculis, placido vultu beneuolóque animo Hebræorum munera princeps ſuſcipit: ſalutat omnes, inquirit de patris illorum ſtatu, ſalutéque: valere dicunt. *Proh quanta dignatio* (inquit S.Ambroſ.) S.Ambr.

qui

A

Superioris erga inferiorem humanitas.

qui viſus iſtius ſedulitatis, & gratia! Adhuc de calumnia, quam ſibi à Ioſeph fieri putabant, fratres ſuſpecti erant, ille inuitabat ad prandium: horum mutabat affectus, illum perſeuerat gratia. Primus appellat, primus interrogat: quomodo habetis? *ſuperioris eſt inferiorem ad colloquium prouocare, dare ſermonis fiduciam.* cap.10.lib.de Ioſeph. Imprudenter igitur faciunt, qui vultu ſuperbo ſubditos deſpiciunt, eóſque ſuo acceſſu,& colloquio dedignãtur. Hæc omnia illis in figura: vtique in typum gratiæ, quam miſericors Deus redeuntibus, & pœnitentibus præſtare conſueuit.

Dei benignitas erga pœnitentes.
D.Ambr.

Peccauimus miſeri,Deũ noſtrum ingrati, & impij offendimus.*Sed ignoſcit* (inquit S.Ambr.) *ſed indulget, ſed recipit,ſi reuertamur.* cap.9. ô immenſam diuinæ gratiæ amplitudinem! ô admirabilem pœnitentiæ virtutem!

B

Hoc vnum Dominus exigit,vt quod peccauimus, defleamus; vt qui ab illo receſſimus,ad illum reuertamur. *Reuertere* (clamat) *auerſatrix Iſrael, & non auertam faciem meam à vobis, quia ſanctus ego ſum.*

Ad Deum conuerſio peccatoris.
Hierem.3.
Theod.

Scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuũ præuaricata es. Hierem.3. Primò quidem neceſſe eſt, vt ſuam ipſe videat, expendat, execretúrque fœditatem peccator. *Sanctitatis enim* (animaduertit Theodoret.) *principium eſt infirmitatem ſentire.* ibid. Deinde ſuam perosus miſeriam currit ad fontem omnium bonorum.

Hierem. 3.
Theodor.
Deus amore paterno iniquè peccatores.

10. Adiungit ergo Dominus: *Conuertimini filij reuertentes.* Hierem.3. Theodoret.legit: *Conuertimini filij, qui receſſiſtis. Etiam recedentes nominat filios propter ineffabilem eius bonitatem.*

C

Filios quidem negat vel ipſum nomen à quo læſus, pater;at etiam peccatores,at perfugas, at proditores, piiſſimus Dominus filios appellat: filiorum nomine pater inuitat; pœnitentes ſubinde amplectitur, honorátque: & quemadmodum hîc prouolutos humi Ioſeph ſalutat, conuiuióque excipit:

Tertull.
Multiùm lucri & honoris ex pœnitentia.

Sic pœnitentia ob gratiam Domini (vti ſcripſit Tertull.) *cùm prouoluit hominem, magis releuat; cùm ſqualidum facit, magis mundatum reddit: cùm accuſat,excuſat:cùm condemnat, abſoluit. In quantum non peperceris tibi, in tantum tibi Deus parcet.* lib.de pœnit.cap.9.Imò, & pœnitentes cum ſuis ſimul purioris vitæ ſeruis, cum innocentibus videlicet verſari habitaréque dignatur; quod egregiè adnotauit Theodoret. ita ſcribens:

D

Pœnitentes cum iuſtis Deus computat.
Leuit.6.

Cur in holocauſtorum loco victimas quoque ſacrificabant, quæ pro peccato ſolent offerri? Leuit.6. *Ad demulcendos oblatores, vt cognoſcant ſe non eſſe alienos à Sanctis, cùm per pœnitentiam ſanantur: ob idque vocauit Sancta ſanctorum.* quæſt 4. in Leuit.

Zachar.14.

11. Illuſtrius adhuc conteſtatur hoc ipſum Zachar. *Erunt lebetes in domo Domini, quaſi phialæ coram altari. Et erit omnis lebes in Hieruſalem, & in Iuda ſanctificatus Domino.* cap.14. pulchrè apponitur Iuda, hoc eſt, confeſſio: ſic enim ſacramento pœnitentiæ ritè ſuſcepto peccatorum ſordes abluuntur,

Mira pulchritudo animæ ex pœnitentia.

vt quæ priùs impura erant vaſa omni carnis turpitudini ad ignem concupiſcentiæ coquendæ appoſita,deinde appareant tam pura,iam nitida, vt aureis phialis, quibus ſacrificij ſanguis

E

ſeruabatur, perſimilia eſſe videantur. O quantum eſt in Chriſtiana pœnitentia compendium! quantum in peccato diſpendium! per peccatum phialæ templi vertuntur in lebetes coquinæ: per pœnitentiam lebetes in phialas tranſmutantur.

Clem.Alex.

Noſtrorum igitur peccatorum (monet Clem.Alex.) *moti pœnitentiâ ipſorum detrimentis renunciamus.* 1. Pæd. cap.6. Nihil ſcilicet in peccato aliud, quàm damna, diſpendiáque habemus. Igitur vnuſquiſque ſibi opportenè conſulat, feſtinet conuerti ad

A

In peccato nihil niſi damna.

Dominum, damnáque peccati per pœnitentiam ſtudeat reſarcire.

D.Cypr.

12. Illud S. Cypr. præ oculis habeat vnuſquiſque noſtrûm. *Hic vita aut amittitur, aut tenetur: hic ſaluti æternæ prouidetur. Ne quiſquam aut peccatis retardetur aut annis, quominus veniat ad conſequendam ſalutem. In iſto adhuc mundo manenti pœnitentia nulla ſera eſt.* tract.ad Demetrian.

Exhortatio ad pœnitentiam.

Certe omnes Hebræi ſine vllo ætatis diſcrimine dolent, proſternuntur, ſupplicant, cùm nulli non peccatori eadem ſit neceſſaria pœnitentia; dein cum Beniamino etiam innocente qui peccarant pariter conſalutantur, & ad conuiuium inuitantur. Omnibus præſtò eſt Dei gratia.

Qualiti Deus faciat pœnitentes.

Nec Ioſeph fratribus proditionem, nec Deus pœnitentibus præterita delicta

B

improperat: quippe quos iam reos non agnoſcit,nec fuiſſe meminit.Hoc eſt vnum ex illis myſteriis,quæ Salomoni difficilia intellectu fuerunt. *Talis eſt via mulieris adulteræ, quæ tergens os ſuum dicit: non ſum operata malum.*

Prou.30.

Prou.30. ô rem ſummè admirandam! quid turpius meretrice? quid vulgatius, quàm illa, quæ ſuum obuiis quibúſque corpus vulgat? Et hæc tamen tergens os ſuum dicere audet, mali ſe nihil admiſiſſe.

Pœnitentia ſic delet peccata quaſi non fuerint commiſſa.
D.Ambr.

Nimirum peccatrix anima,vbi lacrymis,& verâ confeſſione delicta exterſit, verè dicit: non ſum operata malum. *Vbi* (declarat S.Ambr.) *lota eſt dicit ſe nihil feciſſe mali: quia ita ſunt eius abolita peccata,ac ſi facta non fuiſſent: nec ſunt in Dei memoria, iuxta illud: ſi impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis,*

C

Ezech.18.

omnium iniquitatum eius non recordabor. Ezech.18. ita S.Ambr.ſup.cap.30.Prou.

S.Ambroſ.
Senectus honoranda pueritia verecunda.

13. Rogat Ioſeph de ſene;illi de puero reſpondent. Nimirum (vti animaduertit S. Ambr.) *Ille ſeniorem dixit vt honoraret, illi puerum nominauerunt, vt deferrent humilitatis obſequium: quod ſenectus honorata ſit dignitatis; pueritia autem ſubiecta videatur, & propior verecundiæ, quàm ſuperbiæ.* cap.10. lib. de Ioſeph.Igitur præſtanda ſenibus reuerentia: & ab ipſis ſuo exemplo vitæ, grauitatéque morum ſenectus honoranda;à pueris,& iunioribus exigitur cum verecundia humilitas; & in omnibus vitæ actionibus modeſtia. Salutatis perhumaniter hoſpitibus,oculos, quò intenderat amor, in Beniaminum defigens rogat ſimulans neſcire quiſnam

D

ſit, anne fratrum iſte minimus, de quo à vobis quicquam accepi? benè S.Ambr.

D.Ambr.
Amorem ſequitur obtutus oculorum.

Moralé eſt, vt quos diligimus, eos videamus præ cæteris, & quos animi intentio habet priores; eos obtutus offendat oculorum: ſiquidem plerúmque circa alia mentis occupatione diſtracti; quos habemus ante oculos, non videmus; ita duce animo dirigitur noſter aſpectus. cap.10. Regit omnia in homine amor, omnium moderatur actionum; quò animam ſemel intentam inclinauit, eò ſenſus defigit, imò & totum à ſe ipſo diſtractum, totáſque eductum in re, quæ amatur, reſidere hominem facit.

Amans in re amata inhæret.

14. Hinc illa proprij cordis animæque defectio, quam Dauid expertus aiebat: *Defecit in ſalutare tuum anima mea.* Pſalm.118. videlicet (vti

Pſal.118.
D.Ambr.

E

explicat S.Ambroſ.) *Deficere eſt in id vnumquémque totis ſtudiis migrare, quod diligit.* ſerm.11. in prædictum Pſalmum.

Amoris vehementia vſque ad deliquium animæ.

Primò quidem animam innexuit captiuam, deinde ſenſibus dominatur, oculos præſertim regit, intendit,verſat,tenet, detinet pro libito amor, iuuat vſque tueri; cùm ſemel aſpexiſſe non ſatiet. *Charitas non eſt ambitioſa*, inquit Apoſtolus 1. Cor.13.legit S.Chryſoſt.

1.Cor.13.
S.Chryſoſt.
Verus & ſolidus amor nunquã eſt faſtidio.

Charitas non eſt faſtidioſa. homil.33. in 1.Cor. cùm res omnes in hac vita ob ſuam imperfectionem, vel vbi continuantur, vel vbi iam poſſidentur, faſti-

dio eſſe conſueuerint: ſolus amor eſt inſatiabilis. Loquor de amore, qui verus ſit, hoc eſt, purus, & honeſtus, hominéque dignus. Nam qui eſt impurus, dici non poteſt amor. Benè ſiquidem animaduertit S. Chryſoſt. *Iuuenis deperiens puellam, is non amat.* quod & probat exemplo Ægyptiacæ, quæ inſaniuit; *non enim amabat Ioſephum; ſed explere voluit animi cupiditatem,* &c. Cæterùm de hac muliere ſatis multa ſuo loco diximus. Colligit demum: *Amicus enim eſt, cui propoſita eſt vtilitas amici.* homil. 33. in 1. Cor. impudicè amans, odit planè, quem amare ſe dicit: illi enim turpitudinem, dedecus, peccatum inferre cupit: at vti fœdus, ſic faſtidioſus eſt hic amor: expletáque libidine meretrix odio eſt: illáque complicem faſtidiens, alterius non tam amori, quàm pecuniæ mentem, ſenſúſque intendit.

D. Chryſ. *Dici verè non poteſt amor, qui eſt impurus. Amãs amici reſpicit commodum.*

Impurus amor verum odium. Faſtidio eſt amor impurus.

15. Porrò quòd Ioſeph loquatur, inquirátque de fratre, ſingularis eſt amoris ſignum, vt S. Ambr. adiungit: *Certitudo & gratia charitatis eſt, vt dilectos nobis non ſolùm oculis, ſed etiam ſermone teneamus. Agnouerat Ioſeph dilectum ſuum, ſed ideò interrogabat, vt quem tenebat animo, vox ſonaret.* cap. 10. Fauos mellis in ore ſentit, qui quod amat, loquitur; nec amanti quid dulcius, quàm, vt quem amat, identidem nominet, crebróque perſonet. Hoc idem in ſponſa ſua diuinus Spiritus tantopere celebrat: *Fauus diſtillans labia tua, ſponſa: mel, & lac ſub linguâ tuâ.* Cant. 4. vtique ſanctos Deum amantes ſignificat. *Qui* (vti explicat Theodoret.) *quaſi fauos apum in labris gerunt, & mellis deffluunt ſtillis, cùm piam tradunt diſciplinam.* Verbum enim Dei quod verſant in ore Dei amici, totum eſt ex incarnatione Verbi, & amore Dei, erga homines contextum. Vidit itaque fratrem ſuum vterinum Ioſeph, atque in ipſius aſpectu aliquandiu defixus inhæſit, quam vim amoris eleganti ſimilitudine S. Greg. Nazian. ita expreſſit. *Quemadmodum oculi à iucundis ſpectaculis non facilè recedunt; ac ſi quis per vim eos retrahat, eòdem rurſus feruntur.* orat. de S. Baſil. Hac ratione ſanctus Greg. explicat; quanta cum voluptate in amicum etſi viſû functum animo intendat, eiúſque nomen, & laudes identidem repetat, ac celebret.

D. Ambr. *Amans dilectum oculis, ore que tenet.*

Cant. 4. Theod. *Sermo de incarnatione Verbi mel in ore iuſti.*

S Gregor. Nazianz. *Amantium dulcis & inſatiabilis mutuò aſpectus.*

16. Si Ioſeph, nec oculos, nec animam à fratre ſuo Beniamin, quia filio matris ſuæ iam demortuæ auertere non poterat, quis quæſo ab ipſa matre, fratréque ſimul, à beatiſſima (inquam) Virgine Dei matre, ſuúmque filium ad vbera geſtante ſenſus animúmque auertet? Nihil prorſus in mundo ita ſenſus oblectat, & inexplicabili mentem gaudio ſic perfundit; ſic fidelium amorem in ſe rapit vti ſanctiſſima Dei mater infantem ſuum in ſinu fouens, fidelibúſque oſtentans. Hoc ipſum ardentiſſimo deſiderio illa expetebat, cuius ea vox eſt: *Quis dabit te mihi fratrem ſugentem vbera matris meæ?* Cant. 8. Nimirum vti explicat S. Ambr. *quaſi amoris impatiens quærit adminiculum alicuius, à quo Chriſtus rogetur; vt veniat. Videte æſtuantem, videte deſiderantem: Quis dabit te mihi.* apologet. 2. cap. 9. Illa verò deſideria, ille clamor, æſtúſque amoris erant Eccleſiæ, aut etiam ipſius naturæ humanæ, quæ Verbi incarnationem deſiderabat, & quam ſine dubio propter Virginis beatiſſimæ preces, ac merita Deus ipſe properauit complere: meruítque proinde Virgo beatiſſima non quidem de iuſtitiæ rigore, ſed de congruo (vti loquuntur Theologi) Verbi incarnationem, quæ ſummum eſt diuinæ gratiæ ſacramentum, vti vocat S. Aug. Chriſtíque teſtimonio comprobatur: *Sic Deus dilexit mũdum, vt filium ſuum vnigenitum daret.* Ioan. 3.

B. Maria puerum IESVM in ſinu oſtentans dulciſſimum mundo ſpectaculum.

Cant. 8. D. Ambr. *Deſiderat natura incarnationẽ Verbi.*

Preces & vota B Mariæ valuerunt ad incarnationẽ Verbi. Ioan. 3.

Prudenter admodum ſponſa quærens adminiculum alicuius, à quo rogetur ſponſus vt veniat, matrem ipſius lactentem nominat, quæ quidem pronuba eſt animarum, quas filio ſuo adducit, & mutuum vtrinque amorem copulat.

B. Maria pronuba animarũ cum Chriſto.

17. Cuius rei egregium mater Dei teſtimonium illis verbis præbet: *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Cant. 2. Loquitur ipſa Deipara, nec dubitari vlli vnquam licet vnũ ex potiſſimis ſenſum toto in Cantico Canticorum eſſe de beatiſſima Virgine: atque (vt Apponius ad finem ſui commentarij animaduertit:) *Infelix eſt, qui hoc non credit.* Satiſque idem probant S Bern. & Rupert. commentaria. Hoc poſito videamus; quidnam Dei mater ſignificet cùm dicat: *Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.* Cant. 2. Placet admodum Pſelli explicatio iis verbis: *Ecce quæ paulò ante mirabili ſagittâ ſaucia erat (amore langueo, amore ego vulnerata ſum) nunc ſagitta fit in manibus iaculantis: Læua ſub capite ſponſa, dextera illam complectitur; quandoquidem ad ſimilitudinem volantis ſagittæ emiſſa fuiſſe dicta eſt.* Primò quidem ſanctiſſimam Virginem Dei amor vulnerauit; totáque diuinæ charitatis & cœleſtium gratiarum plena, imò & abyſſus effecta eſt in ſe: deinde ad accendendum in mortalium cordibus diuinum amorem aſſumpta eſt à Deo, velut arcus, quem ſiniſtra manus ſuppoſita ſuſtinet & dextera armat ſagittâ, & armatum collineat in ſcopum. Non enim amor Dei alium ferit, niſi qui ſaucius Dei amore eſt. Et quæ priùs introducta eſt in theſauros diuinæ gratiæ alias ſubinde animas eodem introducit; & quæ Deum hominem ſibi filium Virgo mater peperit, nobis fratrem, ſponſum, patrémque dedit.

Cant. 2. Appon. *Vnus literæ ſenſus in Cant eſt de B Maria.*

Cant. 2. Pſellus.

B. Maria Dei ſagitta.

B. Maria diuino amore vulnerata & vulnerans.

18. *Feſtinauitque.*] Rogans num ille fratrum eſſet minimus, non expectauit reſponſum, nec ampliùs ſimulando ſe continens præ impetu lacrymarum ſubitò erumpentium; quaſi ad aliud negotium ſe recepit in cubiculum interius, vbi ſine arbitris lacrymaretur. *Viſo nimirum* (ſcribit Philo Hebræus) *fratre ſuo vterino Beniamin non valens Ioſeph affectum animi reprimere, priùs quàm eum proderet, auerſo vultu, & ſecedens quaſi ad aliud negotium (nondum enim erat aperienda veritas) in quodam angulo effudit ſe in lacrymas; tum ablutus, & dolorem ratione ſubiiciens ad hoſpites epulo accipiendos reuertitur*: Sed multò elegantiùs in eundem locum ita ſcribit S. Ambroſ. *Benedixit eum, & turbatus eſt deſiderij ſui fructu. Torquebantur autem viſcera eius, quia complectendi eius, quem deſiderabat, libertas differebatur.* Quis enim non doleat, non ferat impatienter differri ſibi horam; quâ poſſit amplecti, & ſuauiari cariſſimum ſibi fratrem minorem, quem poſt longos annos, cuius conſpectu caruit, videre tandem, & ante ſe habere potuit? Amoris igitur ardore impatiens ſeſe collegit ad lacrymandum. *Grandis enim* (adiungit) *humoris aculei cùm corda compungunt, niſi deſiderij frena laxentur: vincebatur affectu Ioſeph, differebatur conſilio, ratio cum amore certabat; fleuit, vt amoris pij æſtus lacrymis temperaret.* cap. 10. Diſpoſitum igitur hac ratione conuiuium videtur: tres menſæ appoſitæ; prima & altior, & ornatior erat Ioſeph vtpote principis, cum quo ſimul accumbere aliis non licebat. E regione duæ protendebantur, vna Hebræorum, altera nobilium Ægyptiorum. Et quidem fercula primò apponebantur Ioſeph; illéque ſubinde diſtribuebat in conuiuas. Cæterùm cùm abundè omnibus omnia ſuppeditaret, cæteríſque fratribus mitteret miſſas æquales; Beniamino ſoli

Philo. *Admiranda vis amoris erga fratrẽ.*

D. Ambr.

D. Ambr. *Ex amore lacrymæ ſuperans ardorem.*

Conuiuium Ioſeph.

ſoli multiplicius cibi à Ioſeph tranſmittebantur. A Omnes interim Hebræos tenuit admiratio: Vnde ille ordo per ætatem ſingulis ſedendi ab œconomo iuſſu principis præſcriptus; deinde quæ cauſa illius exceſſos in ferculis Beniamin, qui minimus omnium, & quem illi fortè vtpote cariſſimum patri deſpiciebant, aut etiam oderant? Id autem hac ratione potuit fieri, vt cum ſingulis quinque fercula mitterentur, in vnoquoque ad Beniamin cibi eſſent duplicati, ſeu (vt ſenſit noſter Delrio) pro vna cæterorum vncia Beniamin quinque acciperet.

19. Porrò conuiuium iſtud inſtituit Ioſeph, vt illuſtrius faceret hoſpitibus argumentum ſuæ beneuolentiæ, quæ in conuiuiis maximè demonſtratur. Hinc illa chariſtia, ſiue conuiuia Romanorum, quæ inter cognatos fieri ſolebant quotannis ad reſarcienda ſi qua fuerant amicitiæ diſpendia, illámque denuò confirmandam. Quare ſic ſcribit Valer. Max. *Conuiuium maiores noſtri ſolenne inſtituerunt, idque chariſtia appellarunt: cui præter cognatos & affines nemo interponebatur: vt ſi qua inter neceſſarias perſonas querela eſſet orta, apud ſacramenta, & inter hilaritatem animorum fautoribus concordia adhibitis tolleretur.* lib 2. cap. 1. de hoc eodem extant Ouidij carmina lib. 2. de Faſtis. Probantur etiam Dei teſtimonio conuiuia; ſed in quibus tamen bona indigentium, & miſerorum ratio habeatur. Sic enim legimus: *Comedite pinguia, & bibite mulſum, & mittite partes iis, qui non præparauerunt ſibi: quia Sanctus dies Domini eſt.* 2. Eſdr. cap. 8.

Priſcorum conuiuia inter cognatos. Valer. Max.

Pauperum ratio habeatur in conuiuiis. 2. Eſdr. 8.

20. Et modeſto inter viros iuſtos ſanctæ amicitiæ cauſa conuiuio repræſentari quodammodò videtur illud cœleſte, quod ſuis amicis Deus in cœlo præparauit: de quo ita Clem. Alex. *Charitas eſt cœleſte nutrimentum, rationale epulum. Beatus qui comedit prandium in regno Dei. In cœlis eſt hoc cœleſte conuiuium.* 2. pædag. cap. 1. Vide quàm iucunda ſit concordia, & caritas, vt ipſa tam ſplendidum, quàm dulce appelletur conuiuium; & quo etiam epulo cum Deo beati perfruantur. At (quæ mortalium eſt corruptio) damnantur, vt plurimùm conuiuia propter ingluuiem. *Nam* (vti ſcribit idem Clem.) *apud homines nullum habet terminum delicata ingluuies.* ibid. Tale fuit obſcœnum illud atque deteſtandum conuiuium Hebræorum, ex B quo dapibus vinóque onuſti ſurrexerunt ludere. De quo etiam idem ita ſcribit: *Lex eſt pædagogia puerorum inſolentium, qui habenis non facilè retinentur, ſaturati ergo ſurrexerunt ludere.* Exod. 32. *Saturati, Græcè χορτασθέντες chortaſthentes, quaſi dicas fœno repleti, quoniam verò abſque ratione ſatiati, abſque ratione ludebant.* 1. pædag. cap. 11. beſtiæ ſcilicet, equi, & muli, ſicut ſe exaturarunt, ita recalcitrarunt. Denique omnes cum Ioſeph inebriati ſunt, non quidem vſque ad temulentiam vti ſuam intemperantiam conſolantur ebrioſi; ſed quod S. Auguſt. Hieron. & communiter interpretes, & Doctores intelligunt, ſecundùm proprietatem Hebrææ linguæ; largè, abundanter, & hilariter, citra ebrietatis tamen vitium poculis indulſerunt. Hac de re ſcribunt eruditiſſimè noſtri Pererius, & Delrio.

Cle. Alex. Charitas cœleſtis cibus. Cœleſte beatorum cum Deo epulum.

Cle. Alex. Damnantur ob ingluuië & concupiſcentiam conuiuia.

Exod. 32. *Beſtialis ingluuies Hebræorum.*

CAPVT QVADRAGESIMVMQVARTVM.

1. Præcepit autem Ioſeph diſpenſatori domus ſuæ, dicens: Imple ſaccos eorum frumento, quantum poſſunt capere: & pone pecuniam ſingulorum in ſummitate ſacci.

2. Scyphum autem meum argenteum, & pretium quod dedit tritici, pone in ore ſacci iunioris. Factúmque eſt ita.

3. Et orto manè, dimiſſi ſunt cum aſinis ſuis.

4. Iámque vrbem exierant, & proceſſerant paululum: tunc Ioſeph accerſito diſpenſatore domus, Surge, inquit, & perſequere viros: & apprehenſis dicito: Quare reddidiſtis malum pro bono?

5. Scyphus quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit dominus meus, & in quo augurari ſolet; peſſimam rem feciſtis.

6. Fecit ille vt iuſſerat. Et apprehenſis per ordinem locutus eſt.

7. Qui reſponderunt: Quare ſic loquitur dominus noſter, vt ſerui tui tantum flagitij commiſerint?

8. Pecuniam, quam inuenimus in ſummitate ſaccorum, reportauimus ad te de terra Chanaan: & quomodo conſequens eſt vt furati ſimus de domo domini C tui aurum vel argentum?

9. Apud quemcunque fuerit inuentum ſeruorum tuorum quod quæris, moriatur, & nos erimus ſerui domini noſtri.

10. Qui dixit eis: Fiat iuxta veſtram ſententiam: apud quemcunque fuerit inuentum, ipſe ſit ſeruus meus, vos autem eritis innoxij.

11. Itaque feſtinatò deponentes in terram ſaccos, aperuerunt ſinguli.

12. Quos ſcrutatus, incipiens à maiore vſque ad minimum, inuenit ſcyphum in ſacco Beniamin.

13. At illi, ſciſſis veſtibus, oneratiſque D rurſum aſinis, reuerſi ſunt in oppidum.

14. Primúſque Iudas cum fratribus ingreſſus eſt ad Ioſeph (necdum enim de loco abierat) omnéſque ante eum pariter in terram corruerunt.

15. Quibus ille ait: Cur ſic agere voluiſtis? an ignoratis quòd non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia?

16. Cui Iudas: Quid reſpondebimus, inquit, domino meo? vel quid loquemur, aut iuſtè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem ſeruorum tuorum: en omnes ſerui ſumus domini mei, & nos, & apud quem

quem inuentus eſt ſcyphus.

17. Reſpondit Ioſeph: Abſit à me vt ſic agam: qui furatus eſt ſcyphum, ipſe ſit ſeruus meus: vos autem abite liberi ad patrem veſtrum.

18. Accedens autem propius Iudas, confidenter ait: Oro domine mi, loquatur ſeruus tuus verbum in auribus tuis, & ne iraſcaris famulo tuo: tu es enim poſt Pharaonem

19. Dominus meus. Interrogaſti prius ſeruos tuos: Habetis patrem, aut fratrem?

20. Et nos reſpondimus tibi domino meo: Eſt nobis pater ſenex, & puer paruulus, qui in ſenectute illius natus eſt: cuius vterinus frater mortuus eſt: & ipſum ſolum habet mater ſua, pater vero tenerè diligit eum.

21. Dixiſtíque ſeruis tuis: Adducite eum ad me, & ponam oculos meos ſuper illum.

22. Suggeſſimus domino meo: Non poteſt puer relinquere patrem ſuum: ſi enim illum dimiſerit, morietur.

23. Et dixiſti ſeruis tuis: Niſi venerit frater veſter minimus vobiſcum, non videbitis amplius faciem meam.

24. Cùm ergo aſcendiſſemus ad famulum tuum patrem noſtrum, narrauimus ei omnia quæ locutus eſt dominus meus.

A 25. Et dixit pater noſter: Reuertimini, & emite nobis parum tritici.

26. Cui diximus: Ire non poſſumus: ſi frater noſter minimus deſcenderit nobiſcum, proficiſcemur ſimul: alioquin illo abſente, non audemus videre faciem viri.

27. Ad quæ ille reſpondit: Vos ſcitis quòd duos genuerit mihi vxor mea.

28. Egreſſus eſt vnus, & dixiſtis: Beſtia deuorauit eum: & huc uſque non comparet.

B 29. Si tuleritis & iſtum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos.

30. Igitur ſi intrauero ad ſeruum tuum patrem noſtrum, & puer defuerit, (cùm anima illius ex huius anima pendeat.)

31. Videritque eum non eſſe nobiſcum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos.

32. Ego propriè ſeruus tuus ſim qui in meam hunc recepi fidem, & ſpopondi dicens: Niſi reduxero eum, peccati reus ero

C in patrem meum omni tempore.

33. Manebo itaque ſeruus tuus pro puero in miniſterio domini mei, & puer aſcendat cum fratribus ſuis.

34. Non enim poſſum redire ad patrem meum, abſente puero: ne calamitatis, quæ oppreſſura eſt patrem meum, teſtis aſſiſtam.

SECTIO PRIMA.

Præcepit autem Ioſeph diſpenſatori domus ſuæ, dicens: Imple ſaccos eorum frumento, quantum poſſunt capere: & pone pecuniam ſingulorum in ſummitate ſacci. Scyphum autem meum argenteum, & pretium quod dedit tritici, pone in ore ſacci iunioris: factúmque eſt ita. Et orto manè, dimiſſi ſunt cum aſinis ſuis. Iámque vrbem exierant, & proceſſerant paululum: tunc Ioſeph accerſito diſpenſatore domus, Surge, inquit, & perſequere viros: & apprehenſis dicito: Quare reddidiſtis malum pro bono? Scyphus quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit dominus meus, & in quo augurari ſolet; peſſimam rem feciſtis. Fecit ille vt iuſſerat. Et apprehenſis per ordinem locutus eſt, &c. vſque ad finem.

1\. FINITO conuiuio ſublatíſque menſis, poſt cœnam illis dormientibus, vt ſcribit Ioſephus, ſub diluculum belliam œconomo, vt prudenti, & fideli ſtrophaio Ioſeph communicauit. Nam impletis tritico ſaccis Hebræorum, propriáque ſingulis incluſa cuiúſque pecunia iuſſit præterea, vt in ſacculum Beniamini inſerretur poculum, quo ipſe Ioſeph vtebatur ad bibendum: erat illud colliculi modo eleuatum egregiæ cælaturæ, vti vult Philo, Luſitani *derelicto*. Duplici ex cauſa id feciſſe videtur, & explorandi quonam cæteri fratres animo erga minimum ſeſe haberent; & retinendi, dum pater adueniret, ſecum fratrem vterinum ſibi cariſſimum. Et quidem de illorum animo erga Beniaminum noua ratio dubitandi acceſſerat: ne ſcilicet illos Ioſephus.

D aliqua inuidia propter portionum inæqualitatem afflaiſſet; foret autem huius vel odij, vel amoris anxietas, vel neglectus illorum pro fratre capto & retento. Cæterùm quod inuidiâ percuſſi contra Beniaminum in via poſſent inuehi non eſſet vanus timor, ſpectato illorum ingenio ad inuidiam odiúmque propenſo, cuius magnum, & euidens ſignum fuerat parricidalis illa venditio Ioſeph, Profectò iſtius gentis velut cognatum, & gentilitium eſt inuidiæ peccatum; quod ita ſupra omnem modum, & menſuram excreuit, vt proprium ſuum Meſſiam ſibi à Deo promiſſum, datúmque propter inuidiam infami ſuſpenſum patibulo interfecerint. Quod & ipſemet præſes ethnicus probè intellexit: *Sciebat enim quod per inuidiam tradidiſſent eum.* Matth. 27. ſcribit de Pilato. Deicido occiſo Domino nô proinde tamen illorum quieuit *Inuidia proprium vitiũ Iudæorum.* Matth. 27.

A quieuit inuidia, ſed acriùs exarſit, etiam in gentes, quod Chriſti Euangelium reciperent; quo de argumento copioſè diſſerit Apoſtolus in epiſtola

ad Rom. 3.

ad Rom. vbi grauiter inuehitur: *An Iudæorum Deus tantùm? nónne & gentium? imò & gentium.*

D.Chryſ.

cap. 3. Nimirum, vti occurrit S. Chryſoſt. *Dei gloriam labefactant; ſiquidem minimè illum concedunt omnium eſſe Deum, qui omnes per fidem ſeruat.* Iudæi itaque ferè omnes nec recipiebant Chriſti Euangelium; nec illud à gentibus recipi æquo animo ferebant: eorum ſubinde pauculi ad Chriſti fidem conuerſi; nihilominùs inuidiâ tacti, quòd gentibus prædicaretur Euangelium, indignabantur; in quo magis Deo, quàm hominibus inuidentes gloriam illius deſtruebant, volentes nimirum, vti Deus ita eſſet ſuorum bonorum auarus, ſic anguſtus animo, ſic abiectæ potentiæ, ita

B

Inuidia Iudæorum ...

circumſcriptæ miſericordiæ, vt ſolâ Iudæorum gente, quæ à Romanis dicebatur nata ſeruituti, & breuiculo Iudææ ceſpite contentus, non aliarum gentium ſalutem curaret.

2. Et quidem prudenter admodum Ioſeph in conuiuio, vti iam adnotauimus, Beniaminum cæteris fratribus maiore, ac meliore ciborum

Lyra.

portione prætulit. *Voluit enim* (inquit Lyra) *eum honorare in hoc præ aliis, vt videret ſi per hoc alij fratres ipſi Beniamin inuiderent, ſicut ei inuiderunt, eò quòd à patre plus amaretur.* At (vti videtur) à tanto malo reſipuerant; nec enim domi apud patrem, nec in via, nec in conuiuio vllum contra fratrem inuidiæ, maleuolentiæque vel minimum ſignum

C

S.Chryſoſt. *Perfecta ſcelerata vitæ emendatio.*

præbuerant: Cauſam verò aſſignat S. Chryſoſt. *Vide* (inquiens) *quomodo calamitates mentem eorum fecerant ad miſericordiam promptiorem, & eos manſuetiores.* hom. 64. in Geneſ. *Vexatio dat intellectum.*

Iſai. 28.

Iſai. 28. profuitque Hebræis hæc tam multiplex perſecutio, vt priſtinam impietatem deponerent, fraternam charitatem induerent, & veram ante acti ſceleris agerent pœnitentiam. Nihilominùs alij putant, & quidem vero ſimilius, hæc omnia circa Beniamin à Ioſeph peracta fuiſſe non tam ad explorandos fratrum animos, quàm ad verè demonſtrandum maiorem erga Beniamin amorem, cùm eſſet frater vterinus, & vnicus eodem patre, matréque generatus: & qui apud patrem in ſui locum ſucceſſiſſet, quantum ad ſingularem

D

amorem, & curam eius. Et hæc ratio perſuadet: quòd poſtquàm Ioſeph iam ſe manifeſtauerat fratribus, probéque nouerat illos in periculo Beniamin fraternum amorem, & ſolicitudinem oſtendiſſe; ſimiliter tamen illis vterinum fratrem prætulit; quippe cùm ſingulis binas dediſſet ſtolas, Beniamino dedit quinas; atque inſuper trecentos argenteos. Id verò ratioui adeò conſentaneum videtur, vt qui tulerint impatienter filium Ioſeph præ cæteris à patre dilectum, æquo animo ferant Beniamin à fratre Ioſeph præ omnibus amari, &

Pater vel habeat vel ſimulet æqualem filiis amorem. Fratres nimis inuicem amari licet.

honorari. Pater ſiquidem, etſi inæqualiter amet, amorem tamen ipſum omnibus æqualem filiis demonſtrare debet, vti ad initium huius hiſtoriæ

E

adnotauimus: at fratres eodem patre matréque eadem genitos nimis inuicem amari nemo ſanæ mentis vitio tribuet.

3. Porrò autem in Beniamin, cuius de tribu fuit, Paulum Apoſtolorum vltimum; atque vt idem ſe nominat, minimum præfigurari communis eſt Patrum, Doctorúmque ſententia. Cæterùm vocat ſe Paulus minimum Apoſtolorum; *quoniam*

1. Cor. 15. *Aliqualis in iuuentute excuſatio.*

perſecutus eſt Eccleſiam Dei. 1. Cor. 15. nec enim illa perſecutio à prudenti viro, aut à maturo ſene, ſed à leui imprudentique iuuene potiúſque ſapientiâ, & moribus, quàm ætate, anníſque minimo potuit excitari, & foueri. Quare (vt egregiè animaduertit S. Ambr.)

D.Ambr.

Paulus adoleſcens legitur tantùm ibi, vbi lapidantium Stephanum veſtimenta ſeruabat. Act. 7. Vtrobique poſitam reor ætatem, vt propter illam videretur excuſari: quod etiam idem Ambr. animaduertit ita ſubiungens: *Ideò adoleſcentior dicebatur à Chriſto, vt qui vocabatur ad gratiam, excuſaretur à culpa; quod ea lubrica fuiſſet ætatis. Et quia adoleſcentes magis metu, quàm ratione vocantur à vitio, adhibuit Chriſtus ſtimulum & miſeratus admonuit, ne aduerſus ſtimulum calcitraret.*

Metu potius quàm ratione cohibentur iuuenes.

Circumfundi Saulum diuinâ luce, turbari, propelli ex equo, orbaríque lumine oculorum, vocat ſtimulum, quo ille velut ferociens equuleus à

B

Chriſto Domino compunctus fuit. Hinc eſt quod ſuſpectam deinceps prorſúſque infidam Apoſtolus habuit adoleſcentiam, vt etiam probè intellexit S. Amb. ita inquiens:

D.Ambr. *Adoleſcentia ſemper ſuſpecta S. Paulo.*

Ideò Philemonem non adoleſcentia ſua, ſed ſenectutis ſimilem eſſe capit: Magis obſecro, cùm ſit talis, vt Paulus ſenex, Ideò adoleſcentiores viduas prædicat deuitandas non propter ætatem, ſed propter quandam pubeſcentium delictorum laſciuiam, immaturitatémque virtutis. lib. de Ioſeph. cap. 10. Hinc fit, vt quia ad virtutem in vita capeſſendam immaturior, ita plerúnque ad mortem vel patienter oppetendam, vel ſanctè amplectendam prorſus eſt adoleſcentia immatura.

Immatura morti recipienda adoleſcentia.

4. Deinde peculiari honore, & amore, quo à Ioſeph fuit affectus Beniamin omnium minimus,

C

præfigurata eſt futura ſuper omnes cœleſtium donorum in Beato Paulo exuperantia. Is enim ſingulari Apoſtolici muneris gratiâ, prædicandi Euangelij virtute, laborúmque tolerantiâ, & curandâ promouendâque per omnem penè terrarum orbē conuerſione gentium, videtur cæteros Apoſtolos ſuperaſſe. Idcircò dixit:

In multis excellentia Pauli ſuper omnes Apoſtolos.

1. Cor. 15. 2. Cor. 11. & 12.

Abundantiùs omnibus laboraui. 1. Cor. 15. *miniſtri Chriſti ſunt: Et ego: vt minus ſapiens dico, plus ego.* 2. Cor. 11. & 12. Igitur cùm cæteri ſuis tātùm in ſaccis reportandum acciperent triticum, ſolus Beniamin omnium minimus vltra triticum, accepit & reportauit argentum; & quidem id in typum Apoſtoli.

Eloquio Paulus cæteros exceſſit.

HugoCard.

Scyphus enim (inquit Hugo Cardin.) *argenteus eſt nitor eloquij, ſaccus interior anima Pauli; qui vltimus*

D

inter Apoſtolos conuerſus eſt. Quorſum in ſolo Beniamini ſacco inuentus eſt ſcyphus argenteus?

D.Ambr.

Vt ſcias (inquit S. Ambr.) *electum eſſe Paulum cœleſti iudicio: diſtinxit cæteros, hunc prætulit. In corpore Pauli iam doctrina cœleſtis eloquium refulgebat.* cap. 11. Et quidem myſterio eſt, quod ſcyphus iſte augurij & veneficij velut inſtrumentum eſſe fingitur.

Admirabilis prædicatio & doctrina Pauli.

Nam quæ vlla vel Apoſtoli, vel Prophetæ ſic orbem detinuit, euicitque & quodammodo incantauit, vti Pauli doctrina? Prædicanti ſcilicet Paulo captiuas complicarunt manus, & capita ſubdiderunt gentes, & regna.

D.Chryſ.

Pauli lingua (inquit S. Chryſoſt.) *ſupra ipſum etiam ſolem illuxit. Cæteros omnes verbi doctrinæ exuperans diuina illa*

E

anima, vniuerſam terræ orbem circumplexa erat, & in ſe ipſa circumferebat omnes. In procem. epiſt. ad Roman. Denique (ne in immenſo mari laudum D. Pauli, quod tranari non poteſt, noſtra abſorbeatur commentatio) illud ſatis dictum ſit S.

D.Chryſ. *S. Pauli encomia.*

Chryſoſt. *Paulus ferro, & petrâ firmior, ſpiritualis ille adamas, infinitis ciuitatibus ſufficiens.* homil. 2. ad Rom.

5. Non omittam hoc loco dicere: Hoc ipſum dici etiam poſſe de Sanctiſſimo Apoſtolo, &

S. Ioannes Apoſtolus in Beniamin præfiguratus.

Euangeliſta Ioanne, quem diligebat IESVS; Vtique inter cæteros Beniamin gratiam obtinuit.

Ille

Ille omnium ætate minimus Chriſto Domino ex matre Virgine non quidem ex natura, ſed ex gratia germanus frater: ſoli enim Ioanni inter omnes mortales à Domino dictum eſt: *Ecce mater tua*: & Virgini ſimiliter: *Ecce filius tuus.* Ioann. 19. Quibus quidem verbis Domini Ioannes per gratiam extitit filius Virginis Deiparæ ſpeciali quodam fauore, modóque inexplicabili ſupra omnes fideles, qui Virginem Dei matrem ſibi à à Deo datam & credunt, & confitentur, & quotidie experiuntur matrem. *Ergo Ioannes* (vti ſcribit Arnoldus Carnot.) *poſitus eſt fidelis ædituus ad tanti theſauri cuſtodiam. Officina illa, in qua Verbum caro factum eſt, diligenter a filio ei commendatur, fidelis eſt cubicularius matris Domini ſui: vices filij naturalis filius accipit adoptiuus; & transfunditur in miniſtrum filialis affectus: formatúrque & firmatur in ambobus pietatis vnica gratus concórſque complexus non ex traduce naturæ, ſed ex munere gratiæ.* tract. de verbis Chriſti. Porrò matrem ſuam Ioanni Dominus IESVS commendans & honorare voluit dilectum diſcipulum, & matri vicarium ſui amoris & velut alterum filium, alterum ſe ipſum donauit. *Tu igitur Ioannes* (adiungit) *ad hoc eligeris, vt miniſtres & obſequaris eâ dilectione, quâ filius; eâ obedientiâ, quâ diſcipulus; eâ ſubiectione, quâ miniſter & famulus.* ibid. Sicut Beniamin præter frumentum, quod reliqui habebant, argenteo Ioſephi ſcypho donatus fuit: ſic præter Apoſtolicam gratiam, quæ omnibus fuit communis, inſigni quodam munere Ioannes à Deo fuit honoratus vſque adeò, vt ne Petro quidem Chriſti regendam accipienti Eccleſiam potuerit inuidere. Addit enim optimè idem Arnold. *Petro commendatur Eccleſia, tibi Maria: illi tumultuoſa negotia, tibi pacifica & quieta: illi atria & veſtibulum, & altaria ſanguinum: tibi commendatur altare incenſi, & ſancta ſanctorum. Ad culmen miniſterij tui nullus tecum admittitur: ſolus illi aſſiſtis propitiatorio: ſolus illud vas aureum continens Manna, illud diuinæ legis ſcrinium Pontifex deſtinatus obſeruas.* ibid.

Ioan. 19.
Admiranda ſuper omnes mortales priuilegia S. Ioan. Apoſtoli.
Arnold.
Arnold.
Sublimiora Ioãni, quàm Petro commendantur à Domino.

6. Profectò ſi verum eſt, quod boni Theologi philoſophantur, Virgini Deiparæ plus gratiæ, & gloriæ, quàm vniuerſo iuſtorum cœtui datum eſſe diuinitùs, ad normam ſcilicet dignitatis matris Dei, quæ totam iuſtorum collectionem miro modo excedit, & cui ſub Deo nihil par aut eſſe, aut fingi poteſt: vtique longè admirabilius & pretioſius Ioanni in beatiſſima Virgine Maria, quàm Petro in Eccleſia donatum eſt à Deo beneficium. O verè igitur ſupra omnes Dei ſanctos felicem, fortunatúmque Ioannem! *Loco filij* (colligit demum) *poſitus es; & vt vicem in matre ſuppleas, ordinaris: nec abnuit te mater ſancta filij vicarium.* ibid. Docuit etiam Ioannes vti primogenitus matris per gratiam, & fratrum adoptiuorum, quali affectu, quonam obſequio, quanto ſtudio beatiſſimã Virginem Dei noſtrámque matrem venerari debeamus; vt ſicut ille, *accepit eam in ſua.* Ioan. 19. ſic eandem nobis pro cunctis, quæ poſt Deum bona poſſunt aduenire, læti poſſideamus, & ſolicitè conſeruemus. Denique Ioanni conuenit illa benedictio Moyſis ſuper Beniamin: *Amantiſſimus Domini habitabit confidenter in eo, quaſi in thalamo totâ die morabitur, & inter humeros illius requieſcet.* Deut. 33. Seruiant cæteri & miniſtrent Chriſto Domino, quod illis ſummè honorificum erit: at Ioannes, quem diligebat IESVS, *qui & recubuit ſuper pectus eius.* Ioan. 21. nec ſemel tantùm in vltima cœna, ſed aliàs ſæpè incompatabili hoc priuilegio perfruitus perhibetur ex ſententia D. Aug.

B. Maria plus gratiæ donatum, omnibus ſimul iuſtis.
Arnold.
Ioãnes erga Mariam Chriſti vicarius.
S. Ioãnes B. Mariæ filiorum adoptiuorum primogenitus.
Ioan. 16.
Ioannes docuit quali pietate venerari B. Mariam debemus.
Deut. 33.
Ioan. 21.
Ioannes in ſinu Chriſti vt infans in gremio matris.
D. Auguſt.

A iis verbis: *Ille dilectus Agno, qui diſcumbere ſuper pectus eius ſolitus erat.* lib. de Virgin. cap. 27. Solitus erat: vti filius tenellæ adhuc infantiæ ſolitum ſibi ſempérque paratum in matris ſinu lectum habet.

7. *Apprehenſis per ordinem locutus eſt.*] Dimiſſis igitur inopinato diſceſſu lætis, doliique ignaris ſuperuenit cum expedita equitum turma ex domeſticorum cohorte miniſter proregis: quod eleganter ita ſcribit Philo Hebræus: miſſus diſpenſator cum cohorte domeſtica, vt maneant manu ſignificat, ipſe curſum accelerat; mox anhelus: *Confirmaſtis* (inquit) *priora crimina, pro gratia referendo benè meritis iniuriam, reuerſi ad priſtina maleficia, recepto per furtum frumenti pretio maius adhuc* B *addidiſtis facinus, impunitate augente, vt fit, malitiam, poculum herile pulcherrimum, pretioſiſſimúmque, ex quo vobis præbibit, ſurripuiſtis, ſed non ſemper felix eſt malitia: interdum, cùm maximè ſe celat, deprehenditur.* lib. de Ioſeph. Sed quî poterit excuſari Ioſeph à peccato, cùm furti arguat, dolóque infamet innocentes? Planè haud iſta ex animo, ſerióque & aſſeuerando; ſed tentando & interrogando tantùm (vt facere iudices ſolent) fecit, dixítque Ioſeph. Et quidem Beniamino calumniam ſtruendi, & vexandi nullum ius habebat Ioſeph, cùm fas non ſit innocenti facere iniuriam: at iſtam, quæ modici temporis fuit, mox maiore lætitiâ, honoréque ſtatuerat compenſare. Contrà verò licebat Ioſepho cæteros fratres ſic C affligere dolore, metúque ex inſimulatione fratris verè innocentis; quia videlicet vero, non ſimulato parricidio quondam innocentem fratrem afflixerant, & vendiderant. *Enim verò vt propterea rei puniuntur, exhibenda fuit improbis aſperitas in ſpeciem caritate intrinſecùs ſeruatâ: vt oſtenſio illa delinquentes coerceret, & amor internus manſuetudinem conſeruaret, id quidem ex ſententia.* S. Gregor. homil. 21. in Exech.

Philo.
Malitia non ſemper felix latet.
Simulata aſperitas ſeueritas in prælatis.
D. Greg.

8. *Reuerſi ſunt in oppidum*] Reperto ſcypho argenteo in ſacco Beniamini omnes dolore metúque prorſus conſternati ad Ioſephum redierunt; inclinatíſque in terram vultibus anxij, trepidíque illacrymãtur. *O mira* (exclamat meritò S. Gregor.) *omnipotentis Domini diſpenſatio! Quem ideò vendiderant, ne adorarent,* D *adorauerunt quia vendiderunt. Mittitur, vt reducantur addicti in ſeruitutem: ô tormenta miſericordiæ! Cruciat, & amat: Reuerſi, in terram cum lacrymis proſtrati veniam poſtulant, memores quid de Beniamin patri promiſerant, mœrore intolerabili tabeſcebant.* homil. 21. in Exech. Ac primò quidem Hebræi ſuæ innocentiæ confiſi & ſaccorum diſquiſitionem libenter admittunt, & ſe ipſos facilè offerunt tum ad ſeruitutem, tum ad mortem ſubeundam. Nulla maior quàm bonæ conſcientię fiducia: innocentes audacter loquuntur, faciléque ſe ad quaſcunque pœnas exponunt, ſi fortè arguantur deliquiſſe, ſed nihilominùs, qui omnium erat innocentiſſimus, impoſturæ, periculóque ſolus obiicitur. Sic enim fieri ſolet, vt nulli E facilius impoſturis degrauentur, frequentiúſque nebulonum dolis exponantur, quàm piiſſimi quique atque innocentiſſimi. Nec verò etiam vlla poteſt eſſe ſecura innocentia, vbi mendaciis & impoſturis datur locus: quod Dauid ſatis in ſe ipſo expertus doluit: *Ecce peccatores intenderunt arcum: parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro rectos corde.* Pſalm. 10. Armati dolis, vtique ſemper incedunt improbi, occultas artes, inſidias, technáſque, vti ſagittas in pharetra, ſic in corde gerunt: eorúmque ſcopus, in quem collineent

D. Greg.
Prælatus cruciat & amat.
Bonæ conſcientiæ certa fiducia.
Innocentia dolis expoſita.
Pſal. 10.

lineent iacula, virtus eſt & innocentia bonorum. In hanc mittunt ſagittas in obſcuro: *Velut* (inquit Theodoret.) *in nocte illuni, fraudibus & inſidiis contra iuſtos. vtuntur. Clandeſtinas autem inſidias & occultas obſcurum appellauit.* ſic ille.

Theodor.

9. Intelligit itaque peccatores obſeruare ſolitos noctem illunem, & ſummam caliginem, quâ tecti ſuos exerant dolos, ſtruant inſidias; quibus improuidè atque inopinatò iuſti capiantur. At ſi cuncta cymmeriis offuſa tenebris iacent, qui iuſtos, quos deſtinatò feriant, poſſunt diſpicere? Profectò vbi peccator, ibi nox, ibi caligo: in obſcuro incedit. Cõtrà verò vbi iuſtus, ibi lux, ibi dies: ambulat in lumine qui Deum ſequitur, Deo inſeruit. Hinc illud Prophetæ: *Scitote quoniam mirificauit Dominus ſanctum ſuum.* Pſalm. 4. ſpectabiles facit ſuos iuſtos ipſe Dominus; qui in illis eſt, vti ſol in cœlo radios circunquáque diffundens: additur; *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* ibid. Quemadmodum enim (declarat S. Chryſoſtom.) lux impreſſa & ſignata & inſculpta, eſt omnibus manifeſta: ita etiam prouidentia tuæ benignitatis, &c. Scilicet quam ſeruis ſuis impendit, mundóque vti ſolis conſpicuam lucem, manifeſtámque geſtant in fronte clariſſimum diuinæ prouidentiæ fulgorem, quo maximè dignoſcuntur iuſti; atque idcircò in illum ſcopum ſuas intendunt ſagittas. Quid ſi peccatores in luce mundanæ proſperitatis habitare, atque in lumine honorum & dignitatum incedere; contra verò iuſti latere in angulis, iacere in tenebris deſpecti, humiliati, procul à mundi honoribus, illi ſcilicet quibus dignus non eſt mundus, prorſus conſepulti eſſe intelligantur? Sic habet corrupta ſeculi ratio, vt in altum extollat, in alto collocet, honoribus faciat ſplendeſcere indignos: at eos, quibus præclara & magna omnia debentur, ignobiles & inglorios contemptos deiiciat.

Pſal. 4. vbi iuſtus ibi lux.

D. Chryſ.

Mundus indignos extollit, dignos ſpoliat.

10. *Cur ſic agere voluiſtis?*] Dolebant miſeri, claréque teſtabantur ſeſe à parricidio prorſus emendatos, ſinceriore animo erga Beniamin eſſe, quàm olim fuerant contra Ioſeph. Nec enim indignantur aduerſus Beniamin, non credunt illum furti reum, nihil illi improperant: ſed potiùs accuſant ſeipſos, Dei ſuper ſe iudicium pertimeſcunt. Adeò profuit illis vexatio; tantúmque in illis veram ſe ac perfectam exhibuit pœnitentia. Captum ab Ægyptiis fratrem proſecuti, parati vel veniam impetrare, vel ſeruitutem pariter cum illo ſeruire. Cæterùm Ioſeph mœrentes adhuc vehementiùs vrget: quid ſit, quòd rem vſque adeò indignam, fœdámque commiſerint; quam vel metu certóque periculo ducti patrare non debebant. Cogitandum (quaſi dicat) vobis erat me à Pharaone ob ſecretorum cognitionem nomine atque officio percelebratum, etiam rei tam indignæ, prauæque conſcium futurum: ideóque à tanto flagitio præcauendum vobis fuerat: quòd facilè diſcere poſſit & ſcire, quiſquis mihi & munere & rerum cognitione princeps fuerit ſimilis. Aduerte hîc verbum *Augurandi* non præcisè pro ſuperſtitione damnata & diabolica ſumi, ſed abſolutè pro diuinandi & præſagiendi animo futura, quocunque id modo fiat, arte & ſcientiâ; quâ quidem, vt ex ſomniorum interpretatione comprobatum eſt, omnes ſuo tem-

Perfecta pœnitentia cum emendatione vitæ.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A pore ſapientes Ægypti ſuperauit Ioſeph. Et hæc quidem expoſitio huius loci, quæ vero ſimilior eſt, dirimit permoleſtam illam diſputationem, quæ de huiuſmodi verbis Ioſeph inter doctores agitatur, & à noſtro Benedicto Peretio refertur.

11. *Cui Iudas.*] Cæteris dolore conſternatis, & ne mutire quidem audentibus, Iudas propiùs accedit, vt familiariùs liberiúſque alloquatur. Amabat ille ſiquidem vehementiùs patrem, obſtrinxerat ſe pro Beniamin, ideò nunc ſolicitiùs agit, inſtátque. Egregiam ſubinde contexit orationem captatâ priùs beneuolentiâ, Regi illum rectorem comparans benignitate & clementiæ cauſa. Neceſſitas enim & fides accom-
B modant artes loquendi cum conſcientia innocentiæ, & cauſæ probitate. Certe vnuſquiſque ad ſuum explicandum dolorem, deprecandum periculum, remedium expetendum ſatis eloquens eſſe, mirîſque abundare verbis conſueuit. Iudas ergo cæteris nimio pauore in humum proſtratis, vti erat animi & linguæ promptior, fortéque præſumptâ iam morte ferocior, præit exemplo & ſermone, memor ſui promiſſi: atque in primis ſe, omnéſque pro vno Beniamino ſpondet ſeruituti; cúmque id flagitioſum & tyrannicum ſe non poſſe facere, dixiſſet princeps, vt pro vnius flagitio cæteri punirentur innoxij; totam deinde rei aggreſſus narrationem conatur oſtendere & ſuam fratrúmque
C innocentiam, & intolerabilem patris dolorem, futurámque proculdubio mortem, ſi vnius Beniamini conſpectu priuetur. Multa quidem prudenter admodum Iudas dixit: in primis ſuis fratrúmque delictis calamitatem illam adſcribit, nec inuenit, quo ſe à peccato iuſtè apud Deum excuſet. Obſtruit enim peccatum, aut peccati iuſta & rationibus conuicta redargutio ita peccatoris os, vt miſer ne hiſcere quidem contra vel excuſando audeat. Deinde peccatores ſe, fratréſque ingenuè erga Deum confeſſus ſubeundæ pœnæ libenter offert. Cæterùm egregiis vſus argumentis pro liberando fratre vim omnem, contentionémque expromit. Nam & ipſemet autor fuit, vti puerum pater dimiſe-
D rit, atque adeò pro eodem reducendo fideiuſſorem ſe præbuit. Deinde certum mortis paternæ periculum permouere debet filios, vt omni curâ contendant patris mœſtitiæ occurrere, patrémque ab extremo diſcrimine ereptum vitâ incolumi conſeruare.

Ad ſuum quiſque cõmodum ſatis eloquens eſt.

Mutũ reddit ne ſe excuſet, peccatorem conſcientia.

Debita filiorum pietas ergu patrẽ.

12. Perorauit itaque Iudas quàm pius erga patrem filius, tam amicus erga fratrem frater. At quem huiuſmodi pietas & amor non emolliat, non conuincat? Duo hæc ſunt, quæ hominum animos tum ad commiſerationem inflectant; tum facti commendatione delectent: in patrem pietas, in fratrem amor. Nec enim vllo ſe magis laudum præconio apud poſteros iactauit dux Troianus, quàm cùm de patre An-
E chiſa dixit:

Grata mortalibus pietas in parentem.

Illum ego per flammas, & mille ſequentia tela
Eripui his humeris, medióque ex hoſte recepi.

Æneid. 6.

Videtúrque ex mente Latini poëtæ tam ſtupendâ in hac ducis Troiani pietate erga patrem fuiſſe vim, vt vel ipſæ populantes Troiam flãmæ, & vndique volantia hoſtium iacula filium illum ſenili corpore patris oneratum attingere non auderent.

Et verò de fratrum amore quanta per gentes A ſemper in omni ætate fuerit exemplorum commendatio nemo eſt, qui neſciat. Ac illa quidem apud priſcos illos mortales tam celebrata omnium ſermonibus extitit tam pia, quàm inuiolabilis æternáque duorum fratrum Pollucis & Caſtoris amicitia, vt daretur locus fabulæ, quòd alter alterius vitam ſuâ morte redimere paratus: atque adeò alternis ambo viuerent, alternis morerentur. Hinc illud Poëtæ.

Grata mortalibus fratrũ caritas.

Æneid.6.

Si fratrem Pollux alternâ morte redemit,
Itque reditque viam toties.

13. At hoc planè figmentum. Vera ſed enim B in Chriſti Eccleſia per omnes ſemper ætates fraternæ concordiæ ſic admiranda fuerunt exempla pariter & documenta; vt communi vocabulo germani, & fratres appellarentur, qui ſub eadem Chriſti fide militarent. Quod & per contemptum & ludibrium Chriſtianæ gentis ab infidelibus dictabatur: quorum irriſiones ita ſubtidet Arnobius: *Sic mutuò, quod doletis, diligimus; quoniam odiſſe non nouimus: ſic nos, quod rideτis, fratres vocamur, vt vnius parentis Dei filij.* Hoc ſcilicet erat inſigne, notáque & ſtemma Chriſtianorum aureæ illius ætatis, fraterna caritas: qua dignoſcebantur à gentilibus Chriſti fideles. O dictum egregium! ô gloriam primorum fidelium! ô inuidiam, imò & pudorem noſtrorum temporum! *Odiſſe* (inquit Arnob.) *non nouimus.* Ne nomen quidem odij mutui fideles, nedum rem ipſam faciuúſque ſciebant, vſurpabántque. Quàm verò grata ſit Deo fratrum concordia, Eccleſiaſt. conteſtatur his verbis: *In tribus beneplacitum eſt ſpiritus meo, quæ ſunt probata coram Deo & hominibus: Concordia fratrum, amor proximorum, & vir & mulier ſibi benè conſentientes.* cap. 25. tria videlicet caritatis genera: primúmque omnium ſumméque Deo atque hominibus gratum munus dicitur fratrum concordia, quæ ſummum eſt in Chriſtiana Eccleſia ornamentum.

Arnobius. Chriſtiani odiſſe neſciunt.

Eccleſ.25. Fratrũ concordia ſummum in Eccleſia ornamentum.

CAPVT QVADRAGESIMVMQVINTVM.

1. NOn ſe poterat vltra cohibere Ioſeph multis coram aſtantibus: vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus intereſſet alienus agnitioni mutuæ. C

2. Eleuauítque vocem cum fletu: quam audierunt Ægyptij omníſque domus Pharaonis.

3. Et dixit fratribus ſuis: Ego ſum Ioſeph: adhuc pater meus viuit? Non poterant reſpondere fratres nimio terrore perterriti.

4. Ad quos ille clementer: Accedite, inquit, ad me. Et cùm acceſſiſſent propè, Ego ſum, ait, Ioſeph, frater, quem vendidiſtis in Ægyptum.

5. Nolite pauere, neque vobis durum D eſſe videatur quòd vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim veſtrâ miſit me Deus ante vos in Ægyptum.

6. Biennium eſt enim quod cœpit fames eſſe in terra: & adhuc quinque anni reſtant, quibus nec arari poterit nec meti.

7. Præmiſítque me Deus vt reſeruemini ſuper terram, & eſcas ad viuendum habere poſſitis.

8. Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum: qui fecit me quaſi patrem Pharaonis, & dominum vniuerſæ domus eius, ac principem in omni terra Ægypti.

9. Feſtinate, & aſcendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hæc mandat filius tuus Ioſeph: Deus fecit me dominum vniuerſæ terræ Ægypti: deſcende ad me, ne moreris.

10. Et habitabis in terra Geſſen: eriſque iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorum tuorum, oues tuæ, & armenta tua, & vniuerſa quæ poſſides.

11. Ibíque te paſcam (adhuc enim quinque anni reſidui ſunt famis) ne & tu pereas, & domus tua, & omnia quæ poſſides.

12. En oculi veſtri, & oculi fratris mei Beniamin vident quòd os meum loquatur ad vos.

13. Nunciate patri meo vniuerſam gloriam meam, & cuncta quæ vidiſtis in Ægypto: feſtinate, & adducite eum ad me.

14. Cúmque amplexatus cecidiſſet in collum Beniamin fratris ſui, fleuit: illo quoque ſimiliter flente ſuper collum eius.

15. Oſculatúſque eſt Ioſeph omnes fratres ſuos, & plorauit ſuper ſingulos: poſt quæ auſi ſunt loqui ad eum.

16. Auditúmque eſt, & celebri ſermone vulgatum in aula regis: Venerunt fratres Ioſeph: & gauiſus eſt Pharao, atque omnis familia eius.

17. Dixítque ad Ioſeph vt imperaret fratribus

fratribus ſuis, dicens: Onerantes iumenta, A ite in terram Chanaan.

18. Et tollite inde patrem veſtrum & cognationem, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Ægypti, vt comedatis medullam terræ.

19. Præcipe etiam vt tollant plauſtra de terra Ægypti, ad ſubuectionem paruulorum ſuorum ac coniugum, & dicito: Tollite patrem veſtrum, & properate quantocitùs venientes.

20. Nec dimittatis quidquam de ſupellectili veſtra: quia omnes opes Ægypti, ve- B ſtræ erunt.

21. Feceruntque filij Iſraël vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioſeph plauſtra, ſecundùm Pharaonis imperium: & cibaria in itinere.

22. Singulis quoque proferri iuſſit binas ſtolas: Beniamin verò dedit trecentos argenteos cum quinque ſtolis optimis:

23. Tantumdem pecuniæ & veſtium mittens patri ſuo, addens & aſinos decem, qui ſubueherent ex omnibus diuitiis Ægypti: & totidem aſinas, triticum in itinere, panéſque portantes.

24. Dimiſit ergo fratres ſuos, & proficiſcentibus ait: Ne iraſcamini in via.

25. Qui aſcendentes ex Ægypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem ſuum Iacob.

26. Et nunciauerunt ei, dicentes: Ioſeph filius tuus viuit: & ipſe dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito Iacob, quaſi de graui ſomno euigilans, tamen non credebat eis.

27. Illi econtra referebant omnem ordinem rei. Cúmque vidiſſet plauſtra, & vniuerſa quæ miſerat, reuixit ſpiritus eius.

28. Et ait: Sufficit mihi ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit: vadam & videbo illum antequam moriar.

SECTIO PRIMA.

Non ſe poterat vltra cohibere Ioſeph multis coram aſtantibus: vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus intereſſet alienus agnitioni mutuæ. Eleuauitque vocem cum fletu: quam audierunt Ægyptij, omniſque domus Pharaonis. Et dixit fratribus ſuis: Ego ſum Ioſeph: adhuc pater meus viuit? Non poterant reſpondere fratres nimio terrore perterriti. Ad quos ille clementer: Accedite, inquit, ad me. Et cùm acceſſiſſent propè, Ego ſum, ait, Ioſeph, frater veſter, quem vēdidiſtis in Ægyptum. Nolite pauere, neque vobis durum eſſe videatur quòd vendidiſtis me in his regionibus: pro ſalute enim veſtra miſit me Deus ante vos in Ægyptum. Biennium eſt enim quod cœpit fames eſſe in terra: & adhuc quinque anni reſtant, quibus nec arari poterit nec meti. Permiſitque me Deus vt reſeruemini ſuper terram, & eſcas ad viuendum habere poſſitis. Non veſtro conſilio, ſed Dei voluntate huc miſſus ſum: qui fecit me quaſi patrem Pharaonis, & dominum vniuerſæ domus eius, ac principem in omni terra Ægypti. Feſtinate, & aſcendite ad patrem meum, & dicetis eis: Hæc mandat filius tuus Ioſeph: Deus fecit me dominum vniuerſæ terræ Ægypti: deſcende ad me, ne moreris, Et habitabis in terra Geſſen: eriſque iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorum tuorum, oues tuæ, & armenta tua, & vniuerſa quæ poſſides. Ibique te paſcam (adhuc enim quinque anni reſidui ſunt famis) ne & tu pereas, & domus tua, & omnia quæ poſſides. En oculi veſtri, & oculi fratris mei Beniamin vident quòd os meum loquatur ad vos. Nunciate patri meo vniuerſam gloriam meam, & cuncta quæ vidiſtis in Ægypto: feſtinate, & adducite eum ad me. Cúmque amplexatus cecidiſſet in collum Beniamin fratris ſui, fleuit: illo quoque ſimiliter flente ſuper collum eius. Oſculatúſque eſt Ioſeph omnes fratres ſuos, & plorauit ſuper ſingulos: poſt quæ auſi ſunt loqui ad eum.

1. POST tot tantáque experimenta C certum omninò, exploratúmque habebat Ioſeph, quòd fratres iam antiqui parricidij debitam egiſſent pœnitentiam; cuius & vocem, ſeſe accuſantes & præſentem rerum aduerſarum ſtatum diuinæ vindictæ referentes, & oculorum lacrymis vbertim fluentibus, euidens admodum præbuiſſent ſignum. Certus etiam, quanto amore Beniaminum nunc proſequantur, qui olim eiuſdem vterinum fratrem odio proſequuti barbaris vendidiſſent: quo quidem teſtabantur veræ pœnitentiæ fructum, videlicet prioris vitæ in ſceleribus exactæ in meliora ſenſa, factáque commutationem. Hanc verus Ioſeph Redemptor noſter Dominus IESVS à nobis expoſcit, vt primò cognitis, dein confeſſione fletúque expiatis, quæ in ipſum admiſimus, flagitiis, renouati demũ ſpiritu mentis noſtræ, iuſti piiſque viuamos. *Nō regnet amplius peccatū in corpore noſtro mortali, vt obediamus concupiſcentiis eius.* ad Rom 6. *neq; exhibeamus mēbra noſtra arma iniquitatis peccato,* *Emendatio prioris vitæ fructus pœnitentiæ.* ad Rom. 6.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

 ſed

Duo maximè iuuant ad conſeruandam gratiam.

ſed arma iuſtitiæ Deo. ibid. Ad huiuſmodi verò, quam pœnitentes adepti ſumus, Dei gratiam, animæque ſalutem deinceps conſeruandam duo nobis ex Apoſtoli ſententia iuuare poſſunt: nimirum. *Vt exhibeamus* (inquit) *nos Deo tanquam ex mortuis viuentes.* ad Rom. 6. *Tantâ ſcilicet* (declarat S. Chryſoſt.) *alacritate, quantâ conuenit eos, qui ex mortuis viui effecti ſunt.*

D.Chryſ.

3. Enimverò ſi te mortuum Deus ad vitam reuocaret, cùm viuus ex mortuo effectus rectè mortis amaritudinem, vitæque dulcedinem certo iam experimento expenderes; quanti obſecro vitam faceres, quanto ſtudio eandem conſeruares, quantum quæcunque tuæ obſtarent nocerénque ſaluti, refugeres? vitam ipſam multò dulciorem duceres; & mortem, quâ præciſa eſt, omni curâ contenderes euitare. Sic planè ſe quiſque debet gerere, vbi poſt mortem peccati acceſſit in Dei gratiam, verámque animæ ſalutem aſſumpto pœnitentiæ medicamento recuperauit. Vtique fugiendum homini eſt quicquid antè fuerat occaſio peccati, animæ periculum, mortis cauſa. Melius iam vitæ, negotiorúmque rationes ſubducendæ, inuigilandum diligentiùs, inſtantiùs laborandum, vt vitia declinentur, acceptáque diuino beneficio gratia & conſeruetur illæſa, & in dies magis amplificetur.

Fugienda omnis occaſio peccati.

Alterum tuendæ gratiæ remedium illis ſubindè verbis Apoſtolos docet. *Non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.* ibid. Videlicet poſt aduentum Dei ad homines ea, quam iuſti viuunt, longè pretioſior & glorioſior vita eſt, atque iccircò maiore curâ, potioréque ſtudio tuenda & conſeruanda, quàm quæ in lege Moſaica iuſtis erat. *Exhibete* (clamat Apoſtolus) *membra veſtra arma iuſtitiæ Deo: non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia.* ibid. quaſi dicat: Quoniam eſtis liberi libertatem filiorum Dei adepti, dilecti Deo, cohæredes Chriſti, eius diuinitatis participes, ad regnum vocati, denique amore, gratiaque Dei perfruentes: non verò vti priſci fideles ſub lege eſtis; nimirum ſerui, timoréque oppreſſi: & quidem vitam in ſeruitute abiectam, ignobilem triſtémque nemo æſtimet, nemo aut nimis diligat, aut dolenter amittat: imò & ipſa morte acerbior ſolet eſſe ſeruitus. Contra verò quò lætior vita, eò carior: illíque pluris vitam æſtimat, qui feliciùs viuit, ſibi prorogari ad annos vſque Mathuſalê diues quiſque, felixque princeps vitâ cupiat.

ad Rom. 6.

Vita gratiæ à Chriſtiano conſeruanda omni ſtudio.

5. Hic planè ſtatus eſt iuſtorum in lege gratiæ: abundant meritis; principum gloriâ, nomineque decorantur; ac cœleſtibus immiſti ſpiritibus cum Deo, Dei etenim ad diuinitatem epulantur. O vitam incomparabili pretio feliciſſimam! ô vitam omni conatu ab ipſis periculis, & ab omnibus, quibus oppugnari penetrarique poſſit, nocumentis defendendam! ô vitam omnibus curis, ſtudiis, votis, armíſque (vbi opus erit) conſeruandam! ô vitam diuitiis opulentam, miris affluentem deliciis, diuinis glorioſam honoribus, quam in lege gratiæ iuſti homines viuunt, Chriſti potiùs meritis, quàm noſtris operibus comparatam! Conſerua igitur ô bone I E S V, quod operatus es in nobis.

Felix fidelium ſtatus in Dei gratia.

Hunc melioris vitæ ſtatum in Niniuitis, veræ ſcilicet pœnitentiæ fructum Deus reſpiciens pronunciatam de ſubuerſione ſententiam, in admirabilem indulgentiam & miſericordiam commutauit. *Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala, & miſertus eſt.* Ioan. 3. Hæc ſcilicet eſt perfecta pœnitentia, ſi non modò habeat delictorum expiationem, ſed ſimul etiam vitæ, ſpiritúſque renouationem: quod Clem. Alex. his verbis docet: *Eſt ſufficiens hominis purgatio, perfecta, firmáque & ſtabilis pœnitentia; ſi cum de præteritis nos damnauerimus actionibus, ulterius procedamus, poſtea intelligentes, & mentem immenſam ſuſtollentes, tam ab iis, quæ per ſenſum delectant, quàm à prioribus delictis.* 4. Strom. Hæc eſt illa perfecta pœnitentia, quam Deus noſter à vobis expoſcit, & cuius in fratribus Ioſeph clariſſima ſigna intuetur.

Pœnitentis emendata vita Deo gratiſſima.

Ioan. 3.

Cle. Alex.

4. *Non ſe poterat vltra cohibere Ioſeph.*] Irati perſonam iudicis hucuſque prudenter admodum, Deóque ſic diſponente prætulit Ioſeph: at nunc tandem perſpectâ fratrum pœnitentiâ, eorúmque amore tam erga patrem, quàm erga Beniamin fratrem tametſi omnibus in conuiuio prælatum; vlteriùs perſonam illam, quam diximus, præferre non potuit: nam vel inuito coram omnibus erumpebant lacrymæ; atque iccircò, ne hanc affectus teneritudinem aduerterent Ægyptij, contentâ voce iubet: Foràs cuncti egrediantur. Sed hoc ipſum præſtat audire ex Philone, qui ſic eleganter ſcribit. *Variis iam, & certis perſuaſus argumentis, atque experimentis à ſe prudenter factis Ioſeph paternam familiam inteſtinis diſſidiis, & domeſtica ſeditione nequaquam impugnari, conuerſus ad reconciliationem; nec diutiùs diuturnam illam diſſimulationem; & ſui occultationem ſuſtinere valens, ſuccubuit denique amori, quo ardebat, fraterno.* lib. de Ioſeph. Magna vis amoris: quippe quem celari, aut ſaltem diſſimulari diu fas non ſit. *Tunc ſe vltrà* (inquit S. Gregor.) *cohibere non valens pietas clauſa prorupit ad medium; & excuſſit caritatis lacrymas de vultu ſeueritatis.* homil. 21. ſup. Ezech. Latuit illa quidem pietas, quandiu ſibi iuſtitia locum exigebat; vt qui peccauerant & aliquali pœnâ corriperentur, & commiſſi facinoris pœnitentiam agerent, & perfectam prioris vitæ exhiberent emendationem. *Deterſa eſt igitur* (adiungit) *ira, quæ apparebat, & non erat oſtenſa miſericordia, quæ erat & non apparebat. Sic vir ſanctus facinus fratrum & dimiſit & vindicauit; ſic in rigore clementiam tenuit, vt delinquentibus fratribus nec ſine vltione pius exiſteret, nec ſine pietate diſtrictus,* ibid. Egregia ſanè doctrina prælatis inculcanda, vt ſubditis lenem modò rigorem, dein rigidam nouerint exhibere lenitatem. *Ecce hoc eſt* (concludit) *magiſterium diſciplinæ, vt culpis & diſcretè nouerit parcere, & piè reſecare. Qui autem diſcretionis ſpiritum non habent, aut ſic dimittunt peccata, vt non corrigant; aut ſic quaſi corrigendo feriunt, vt non dimittant.* S. Greg. ibid.

Philo.

Amor diu celari non poteſt.

D.Greg.

D.Greg.

In prælato ſit lenis rigor, & rigida lenitas.

5. *Nullus intereſſet alienus.*] Quia ſe manifeſtando fratrum neceſſariò detecturus eſſet parricidium, expulit inde famulos, totámque Ægyptiæ gentis familiam. *Ne fratribus* (inquit Philo) *propter veterem iniuriam obueniret aliquod dedecus, noluit agnitioni primæ intereſſe quemquam Ægyptium; ſed remoto vniuerſo famulitio repentè profuſis tanquam è fonte lacrymis, dextrâ vt propiùs accederent, innuit: ne vel fortuitò verba eius exaudire poſſet quiſquam alius.* Sunt ergo ſilentio tegenda proximorum errata: nec facilè à prælato euulganda, quæ ſubditorum delicta vel emendari, vel etiam puniri ſine promulgatione poſſunt. *Lingua quidem maledica* (vt animaduertit S. Hieron.) *ſanctos ſolita eſt carpere in ſolatium delinquendi.* de vit. Paulæ. At modeſta Chriſtianáque lingua nec ipſos delinquentium defectus nouit ſubnotare, multóque minùs euulgare: quippe quos errare nunc videt, poſſe deinde per pœnitentiam errata diluere, vitámque innocentium æmulari & nouit & experitur, quotidie: vt in Dauide, in Petro, Paulóque, multiſque in aliis ſanctorum hominum clariſſimis viſum eſt.

Philo.

Tegenda proximorum errata.

S.Hier.

Chriſtiana lingua defectus alienos nec notat, nec euulgat.

Cæterùm

A Cæterùm ea mundi malignitas ſemper fuit, vt quos vnquam ſciuit improbos, nunquam non ſui ſimiles eſſe iudicet. Miſer quidem, (ſi mundi ſpectetur iudicium) qui vel ſemel deliquit etiamſi veram induat ſanctitatem, idem nihilominus, qui antea flagitioſus eſſe exiſtimatur.

Ex peccatore interdum fit ſanctus.

6. Diuino ſpiritu correptus veſtem exuerat Saul, atque inter Prophetarum choros diuinitùs pariter cum illis prophetabat: at ibi tamen maledicorum nec iudicia, nec linguas effugit irridentium: *Quænam res accidit filio Cis? Num & Saul inter Prophetas?* 1.Reg.10. Proſtrata mulier ad pedes Domini, qualis nunquam alia viſa eſt, pœnitentiam agebat: at ibi tamen ex anteacta vita illam iudicans maleuolus homo peccatricem vocat: *quæ & qualis mulier? quia peccatrix eſt.* Luc.7. B ô prauum! ô diſtortum iudicium! ô errantem! ô mendacem! ô vanam prorſus linguam! Peccatrix fuerat mulier; nunc verò pia, nunc pœnitens, nunc puritate par virginibus, (ſi ſpectes animam) par Angelis caritate. Meritò igitur queritur Dominus, quòd in Hebræo populo flagitia nec præſenti medicamine curentur: ſed nec etiam debito velamine tegerentur: *Plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo.* Iſai. 1. Scilicet ante omnia obuelari oportet vulnus, occultari delictum, ne pateat oculis, ne in vulgus erumpat, ne publicam infamiam contrahat: ſed prudentia caritatique tecto facinori ſecretóque præſcos adhibeatur medicina. Profectò magna illa ſanctæ animæ laus, quam cœleſtis ſponſus percelebrat: *Labia tua ſicut vitta coccinea.* Cant. 4. Vtique innuit funiculum illum coccineum, quem Rahab Hierichuntina in feneſtra domus ſuæ appendit, cùm exploratores à Ioſue miſſos abſcondit & liberauit, Ioſue 2. Iuſtus igitur id maximè curat, vt proximos tegat, liberétque: & quemadmodum feneſtram ſuæ domus mulier illa occluſit, vti capturatores abſconderet; aperuítque ſubinde vt eoſdem eriperet è periculo, ſaluóſque dimitteret: ita ſe habet os iuſti; tacet quidem vt alto ſilentio tegat proximorum defectus; loquitur verò vt eoſdem excuſet, diluátque & ab omni calumnia liberet.

1.Reg.10. Siniſtrũ iudicium de vita & moribus aliorum. Luc.7.

Iſai. 1. Occultanda & curanda vitia proximi.

Cant. 4.

Ioſue 2. Iuſtus aliena vitia tegit, & excuſat.

7. Voluit Dominus in cœna proditionis Iudam arguere, vt ſuæ ſaluti miſer conſuleret, & hoc ipſum tamen verborum ſymbolis ita contexit, vt ſolus ſuum intelligeret ille, cuius admonebatur, flagitium: *Quod facis, fac citiùs.* adiungítque Euangeliſta: *Hoc autem nemo ſciuit diſcumbentium ad quid dixerit ei.* Ioan. 13. Illud etiam admirationi eſt, quod nullus è ſanctis Apoſtolis malè quid fuerit de proditore illo ſuſpicatus. Enimverò (vt S.Thom. animaduertit) *conſuetudo eſt boni animi & innocentis, vt etiam alios ab iniquitate procul eſſe credat, à qua ſe nouerit eſſe immunem.* ibid. De Ioanne poterit eſſe quæſtio, an ſcilicet ille nouerit, ad quid Dominus dixerit Iudæ: *Fac citius.* hoc ipſum & quærit & diluit ita Theophylact. *An ergo & Ioannes non nouit? neque iſte. Nequaquam enim expectaſſet vt Iudas in tantam prorumperet impietatem. Sancta enim illa anima procul à tali impietate, neque de alio facilè tale quidpiam ſuſpicata fuit.* Dicere quis etiam poſſet Ioannem, ne dignoſceret proditorem, cui ſoli dixerat Dominus: *Cui panem intinctum dedero ille eſt.* Ioan. 13. à Domino ſtatim, vel recumbebat in ſinu illius fuiſſe diuinitùs abſorptum, & à ſenſibus alienatum. Planè cœcus eſt vir iuſtus, mutúſque ad proximorum vitia, ne oculis videat, ne linguâ euulget. Mirum ſanè in Moyſe Exod. 32. habes exemplum,

Peccatum Iudæ diſcipulis occultatum.

Ioan. 13. Malè non iudicandum de proximis. S.Thom.

Theoph. S.Ioannes nec de Iuda malum quid ſuſpicatus.

Ioan. 13.

Iuſtus ad aliorũ vitia cæcus & mutus. Exod. 32.

A vt alienis vitiis mutum & elinguem te præbeas. Deſcendebat è monte vir ſanctiſſimus vnà cum famulo Ioſue; clamorem iſte audierat in caſtris: ille diuino oraculo acceperat populum idolis ſacrificare: nec tamen famulo rem, vt erat, aperuit. Noluit (inquies) malus eſſe nuncius Moyſes: benè id quidem Sed illud fortè aptius dictum: Noluit Moyſes aliena flagitia euulgare. At patebunt ſtatim Ioſue, vbi ad caſtra ventum erit; videat ipſe ſuis oculis; à me non audiat, de me illa non nouerit, inquit vir iuſtus. Et ne tantulo quidem ſpatio breuis morulæ velim, vti iam de me ſciat alius, quæ paulò pòſt ipſemet ſuis oculis vſurpabit: nolímque alienæ famæ etiam breui aliquo tempore diſpendium à me fieri. Et cùm B Apoſtolis paulò poſt eſſet manifeſtãda Iudæ proditio, illum tamen bonâ ſuâ famæ æſtimatione noluit Dominus fraudare, vt nos doceat aliena occultando vitia, proximorum famæ, ne vel tantulum lædatur, conſulere. Ioſeph itaque cùm venditionem commemorare vellet, idque ſubmiſſè: *Ideò fecit* (inquit Lyra) *fratres propè accedere, ne Ægyptij audirent proditionem, quam fecerant: & ſic eos deſpicerent.*

Aliena fama tectis vitiis conſulendum.

Lyra.

8. *Ego ſum Ioſeph frater veſter, quem vendidiſtis.*] Prudenter Ægyptios amouerat, quia venditum ſe à fratribus erat dicturus, non quidem vt illis exprobraret flagitium, ſed verum ſui teſtimonium adduceret. *Non erat* (inquit Rupertus) *alienis communicanda domeſtici notitia ſceleris, neque ſub eorum* C *præſentia pius frater edicere voluit rem tantæ confuſionis, quam ferre non potuerunt fratres remotis etiam cunctis arbitris.* Profectò ſi adeſſent Ægyptij, vulgato illo tam immani parricidio, incredibili pudore percuſſi Hebræi mallent potiùs mori, dehiſcentéque telluris abſorberi voragine, quàm inaudito illo notari ſcelere mortalium aſpectibus exhiberi. Conſuluit igitur Ioſeph & honori fratrũ & ſaluti. At voce quidem illa: *Ego ſum Ioſeph:* (vt bene idem animaduertit Rupert.) *quaſi grandis pauoris fulmine excuſſo fratres attonitos & quaſi amẽtes reddidit.* Enim verò ad verba Ioſeph velut fulminati, ab omníque ſenſu alieni prociderunt. Qui enim tale futurum expectarent prodigium, vt quem barbaris in ſeruum vendiderant, principem D aliquando ſuis oculis ac dominantem cõtuerentur? Benè hîc S.Chryſoſt. *Vehementer* (inquit) *obſtupeſco, & potiſſimum admiror quomodo illi potuerint ſtare, vel os aperire poſteà; quomodo non euolarit ab eis anima; quomodo non obſtupuerit tota eorum mens.* homil. 64. ſtupidos reddidit tam inſperatæ nouæque rei euentus: mutos elinguéſque timor. Nam ex doctrina Ariſtot. probl. 6. & 7. *In timentibus fit motus interioris caloris, & ſpirituum à corde ad inferiora; ideóque timor aduerſatur formationi vocis, quæ fit per emiſſionem ſpirituum ad ſuperiora per os. Et hinc fit, vt tacentes faciat timor, & corpore membriſque trementes reddat. Metuentibus ſiquidem corpus refrigeratur, calórque ima petit, qui ſpiritum* E *mouet. Quò igitur calor ſe contulerit, ibidem ſpiritum excitabit. Quapropter venter eorum, qui metuunt, obcrepare ſolitus eſt.*

Proximorũ honori & ſaluti conſulendum.

Rupert.

Rupert.

S.Chryſoſt.

Ariſt. Inſperatus rei euentus ſtupidum mutúmque reddit. Timor mutum reddit.

9. *Pro ſalute veſtra miſit me Deus.*] Vt fratres præ nimio timore conſternatos ab omni formidine ac ſollicitudine liberaret, omni ratione contendit eorundem delictũ extenuare, monens eos cogitare non quid ipſi quantúmve peccarint, ſed quantum ex illo malo bonum, ſic Deo diſponente, fuerit conſequutũ: videlicet vt ipſe Ioſeph maximã in Ægypto potentiã, & per gẽtes gloriam eſſet adeptus; atque iidẽ cum tota patris ſui Iacobi familia

Excuſanda proximorum errata.

totáque Ægyptus, & finitimæ gentes per ipſius A ſapientiam & prouidentiam à miſerrimo famis interitu ſeruarentur. *Conſolatur eos* (inquit S. Chryſoſt.) *dicens ſe non ipſis adſcribere cauſam ſui ingreſſus in Ægyptum; ſed Deum hoc feciſſe vt ipſe in hanc veniret gloriam. Illa* (dicit) *ſeruitus hunc principatum mihi conciliauit, illa venditio in hanc me gloriam euexit, illa afflictio huius mihi honoris occaſio fuit, illa inuidia hanc mihi claritudinem peperit*, homil.64. Tantum abeſt ab ſtudio ſumendæ vindictæ de tam impiis inhumaníſque fratribus, vt etiam illis quodammodo gratiam habeat pro immani illo flagitio, quod tantæ ſibi extiterit felicitatis occaſio. Quapropter (colligit) non iam eſt veſtra iniquitas damnanda, quam Dei ſapientia & prouidentia noſtris commodis inuigilans ab omnibus prædicanda. Profectò ſi admirandus extitit Ioſeph in tuenda contra adulteram caſtitate, non minùs in benignitate impiis fratribus largienda nunc extitit. Hinc optimè S. Auguſt. *Mirati eſtis caſtitatem Ioſeph, aſpicite nunc benignitatem. Ille pro odio reddit caritatem: & cùm videret fratres ſuos, imò inimicos ex fratribus, tùmque ab eis agnoſci vellet, dilectionis affectum pro dolore teſtatus eſt ad eos. Oſculabatur ſingulos, & per ſingulos flebat, & irriguis fletibus pauentium colla perfudit; odium fratrum caritatis lacrymis abluebat.* ſerm.83. de tempore.

S.Chryſ.

Non vltio ſumenda de inimicis.

Vir iuſtus erga inimicum humanus & gratus.

S. Auguſt. Admiranda hominis caritas erga inimicos.

S.Chryſ. Patienter ferenda, ac remittenda iniuria.

10. Benè S. Chryſoſt. ex hoc caritatis exemplo colligit: *Hæc imitemur, & ita ſolemur eos, qui nos afflixere, non imputantes eis quæ in nos admiſerunt,* C *& omnia magna ferentes beneuolentia; ſicut iſte admirandus Ioſeph.* homil.64. in Geneſ. Meritò admirandus dicitur Ioſeph, qui admirandæ, ac ſupra hominis naturam ſubuectæ caritatis erga inimicos admirabile mundo reliquit exemplum, quod poſteritas omnis admirari quidem ſolet, imitari difficilè poteſt. Et quidem illud magis auget admirationem, quod S. Ambroſ. adnotauit. *Mirè* (inquiens) *admirandus Ioſeph, qui hoc fecit ante Euangelium, vt læſus parceret, appetitus ignoſceret, venditus non referret iniuriam; ſed gratiam pro contumelia ſolueret: quod poſt Euangelium omnes didicimus, & ſeruare non poſſumus.* lib. de Ioſeph. cap.1. Illuſtrior quidem virtus apparet, quam ſimile non præiuit exemplum: D minúſque proinde in nobis, qui Chriſti Domini exempla nouimus, huiuſmodi caritas laudatur; eandem verò ſi non præſtemus, noſtra inhumanitas & impietas vitio duci & puniri acriùs debet. Et (ne paſſionem Domini omnium ſanè virtutum, caritatis maximè patientiæque theatrum, ingrediamur) quænam oratio explicet, quæ mentis ratio comprehendat, imò attingat quidem illius magnitudinem patientiæ atque manſuetudinis, quam mitiſſimus & patientiſſimus Iesvs Dei Virginíſque filius exercuit cum Iuda proditore mortalium omnium ſceleſtiſſimo?

D.Ambr.

Admiranda Chriſti patientia de Iuda.

11. Atque in primis illud ſummâ dignum admiratione quod inter Apoſtolos & Iudam quoque delegerit, quem infallibili ſcientiâ nouerat E fore proditorem. Cum Iuda Dominus verſabatur, perhumaniter loquebatur; in via comitem, in domo ſocium, in menſa conuiuam per tres integros annos habuit, quem intus & in cute malum, perfidum, hoſtémque agnouerat capitalem; & à quo ſe proditum iri Iudæis ad necem, crucémque ſciebat. Quid quæſo Domine Iesv hoc eſt, vt mortalium ſceleſtiſſimum ſanctiſſimo voorum Apoſtolorum collegio aggrega-

Iudā Chriſtus habuit comitē ſciēs proditorem.

A re, tuíque ſanguinis traditorem indiuiduâ tecum vitæ ratione tibi aſſociare velis? Erit fortaſſe, qui in hac tua electione de tuo iudicio detrahat, quòd aut prauè aut inſcienter eligas, quem vel indignum ſcias, vel neſcias futurum proditorem? At clementiſſimus Dominus cùm in hoc, tum in omnibus ferè vitæ ſuæ, paſſioniſque operibus illud vnum ſibi habuit propoſitum, vt nihil omitteret, in quo *diuitias caritatis & bonitatis ſua*, (vti loquitur Apoſtolus ad Rom.2.) *oſtenderet*, etiamſi apud ſtultos homines aliquod ſui iudicij diſpendium ſubiret. Amorem ſuum etiam hoſti, beneficium ſuum etiam indigno ſciens prudénſque præſtitit; vt errâſſe in iudicio, quàm in amore defeciſſe ab hominibus videri mallet. B Sed hoc ipſum præſtat audite ex S. Ambroſ. ad hunc locum Luc.6. *Quanta moralitas Domini, qui periclitari magis apud nos iudicium ſuum, quam affectum maluit.* Gratius quidem eſt Domino Iesv, quòd ipſius amorem, quàm vel ipſam ſapientiam pluris æſtimemus, potiùs veneremur amantem, quàm ſapientem. Potior illi ex amore, quàm ex ſapientia mortalium ſermonibus laus exhibetur. Simul etiam virtutum omnium magiſter amorem erga inimicos, & patientiam ſuo exemplo docuit. *Suſceperat enim* (adiungit) *hominis fragilitatem, & ideò nec has partes recuſauit infirmitatis humanæ. Voluit deſeri, voluit prodi, voluit ab Apoſtolo ſuo tradi, vt tu à ſocio deſertus, à ſocio proditus, moderatè feras tuum erraſſe iudicium,* C *periſſe beneficium.* Hæc S. Ambroſ. Noſtra ſcilicet, quæ ingratis conferimus, malè fruſtráque collata omninò periſſe beneficia, noſtráque prorſus aberraſſe iudicia putamus, cùm & infidis credimus, & ſubdolâ vtimur maleuolorum amicitiâ.

ad Rom.2. Amorē ſui quam iudicij maluit nobis commēdare Dominus IESVS. D.Ambr.

D.Ambr. In Iuda docuit nos Dominus patientiā erga ingratos.

12. Cæterùm Chriſtianæ virtutis ſumma eſt, *diligere inimicos, benefacere iis, qui oderunt nos.* Matth.5. Hanc inter cæteras omnes Chriſtianæ diſciplinæ virtutes pulcherrimam & glorioſiſſimam erga inimicos caritatem eleganter ita depinxit Spiritus ſanctus: *Quàm pulchra es, & decora, cariſſima in delicijs! ſtatura tua aſſimilata eſt palmæ, & vbera tua botris.* Cant.7. Theodoret. legit: *Quàm decora, & quàm iucunda es caritas in deli-* D *cijs tuis!* Explicat verò hanc pulchritudinem, has delicias caritatis in hunc modum: *Cùm enim excelſa ſis adeò, vt cæli faſtigium attingas, attamen ſubmittis te infirmis, quibus vbera præbet doctrina tua. Palma enim fructus deorſum pendentes habet.* Egregium ſanè caritatis ſymbolum: Palma in ſublime aſſurgens, deorſum tamen dactylis pendentibus onuſta; vt quæ Deum intimè complectitur, ad vtilitatem tamen proximorum ſeſe dimittat: tantáque firmitate conſtans & patiens in ferendo eſt, vt ſicut palma nulli cedit oneri, quin ſurſum feratur; ita caritas, *omnia teſte Apoſtolo ſuſtinens.* 1.Cor.13. nullis aut iniuriis premi, aut frangi odiis, aut moleſtiis prægrauari, aliíſque etiam inimicorum oneribus ſuccumbere conſueuerit: E quin verò etiam iis, à quibus læditur, ſuos botros inclinat; eos paſcit à quibus premitur; ingratos alit, dulcéſque fructus iis porrigit, à quibus & odio pungitur, & odio cæditur. Porrò autem & de ſponſa ipſa locum intelligi certum omninò eſt, quam ſic dilectam cæleſtis habet ſponſus, vt vel ipſum ſuum amorem caritatémque appellet: quod quidem apprimè conuenit Eccleſiæ, quam Dei filius vſque adeò dilexit, vt eam ſanguine ſuo lauerit, morte redemerit, meritis ſuis reddiderit glorioſam.

Matth.5.

Glorioſa erga inimicos caritas. Cant.7. Theodor.

Palma caritatis ſymbolum.

1.Cor.13.

Immenſa Chriſti caritas erga Eccleſiam.

13. Sed

Eccl.24.
B. Maria palma eſt & victoria.

13. Sed verò etiam Virginem Dei matrem ab Spiritu ſancto ita compellari, nemo eſt qui dubitet. Palmam ipſa ſe vocat; vt ab Eccleſia illud accommodatur eidem Virgini: *Quaſi palma exaltata ſum in Cades.* Eccl.24. in Cades, in ſanctitate. Cuius nimirum ſanctitas ſupra omne, quod ſub Deo eſt, euecta palmam erigit, victoriam præfert, imò ipſamet palma victoriáque meritò nuncupatur. Palma quidem extitit in ipſo ſtatim immaculatæ ſuæ conceptionis momento, cùm ſola inter filios Adam virili ſemine conceptos puriſſima, & abſque originali reatu vitam hauſit feliciſſimam. Palma tunc fuit, quam victrix de peccato, ac de ſerpente noſtra euexit natura. Palma fuit, quoad vixit conſtantiæ, patientiæque exempla glorioſa. Sed tunc maximè, cùm *ſtabat iuxta crucem IESV mater eius.* Ioann. 19. non fracta doloribus, non conſternata eiulatibus, non impatientiæ oneribus prægrauata, ſed animo corporéque erecta, cruci pariter cum filio manet confixa. Veruntamen in cœlum aſſumpta cum filio ſuo ſimul imperans palma eſt ſupra omnem creaturam euecta victores inde ſuis apud filium precibus efficit quoſcunque ſuum in patrocinium recepit. At quid tandem de botris palmæ? Vtique beata Virginis vbera, quæ lactauerunt Chriſtum Dominum, vt canit Eccleſia, botri ſunt. Maternam ſubindè pietatem omnibus præſtat Virgo beatiſſima, qui ad illam confugiunt, illius nomen inuocant, opémque implorant. Nec enim illius maieſtas, vicináque Deo ſublimitas eiuſdem apud nos deſcenſum, noſtrarúmque ærumnarum compaſſionem impedit. Palma in ſublime aſſurgit, ſed botros in humum inclinat: & quæ regnat in cœlo, matrem ſe miſeris in ſolo habitantibus profitetur.

Aſſeritur conceptio immaculata Mariæ.
Ioan.19.
Mira B. Mariæ conſtantia & patientia iuxta crucem filij.
B. Maria regina cæli, & mater hominum.

14. *Non veſtro conſilio, ſed voluntate Dei huc miſſus ſum.*] Non ceſſat piiſſimus Ioſeph timore, doloréque ac pudore turbatos ſolari fratres, identidem illorum facinus extenuando; quòd ſcilicet Dei voluntati omnia in bonum mortalium ſapienter ſuauitérque diſponenti potiùs, quàm praua illorum cogitationibus, & conatibus illa non venditio, ſed præmiſſio in Ægyptum fratris pro communi omnium ſalute ſit adſcribenda. Diuinæ quidem prouidentiæ conſilio res humanas diſponi, gerique per occultas quaſdam, nobíſque ignotas, ſed tamen ad finem præſcriptum rectò tendentes rationes probè intelligens Ioſeph ſic effatur cum fratribus, vti poſteà Boëtius lib. 4. de conſolatione philoſophari videtur: *Sola* (inquiens) *eſt diuina vis, cui mala quoque bona ſunt, cùm eis competenter vtendo alicuius boni elicit effectum. Ordo enim quidam cuncta complectitur: vt quod ab aſſignata ordinis ratione diſceſſerit, hoc idem licet in alium, tamen in ordinem relabatur: ne quid in regno prouidentiæ liceat temeritati.* Hanc ipſam quoque Philoſophiam ſcitè admodum intelligens Dauid, cùm à Semei maledictis impeteretur, iratum Abiſai, & conuiciatoris iugulo minitantem compeſcuit. *Dimittite eum, vt maledicat iuxta præceptum Domini.* & paulo antè: *Dominus præcepit ei, vt malediceret Dauid: & quis eſt, qui audeat dicere, quare ſic feceris.* 2. Reg. 16. *Et iſte quidem* (explicat Theodoret.) *lorum Dei, & virga. Non video lorum, ſed video eum, qui me flagris cædit. Meis iniquitatibus adſcribo calamitates. Non tango virgam, ne eum irritem, qui percutit.* Sic Theodoret. ad prædictum locum.

Dei prouidentia malis ad bonũ vtitur.
Boet.
2.Reg. 16.
Inimicus nobis virga & lorũ Dei verberantis.
Theod.

15. Quare prudentiſſimus vir diuinam in ſe prouidentiam agnoſcens, à qua etiam illa conuicia & maledicta permiſſiuè coniecta libens accipiebat, non iraſcendum contra inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ, ſed patienter ſibi flagra æquiſſimi iudicis toleranda duxit. Simul etiam intellexit illam ſibi maximè viam muniri ad priſtinam deinde recuperandam felicitatem: adiungit enim: *Dimittite, &c. Si fortè reſpiciat Dominus afflictionem meam: & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* 2.Reg.16. Nimirum (vt optimè adnotauit S. Ambr.) *expetebat maledici ſibi, quia maledicto illo diuinam exquirebat miſericordiam.* lib.1.off.cap.48. Et hac tam admirabili patientiâ meruit procul dubiò, vt facilè proditoris exercitum profligaret, & in ſuum regni ſolium cum triumpho reduceretur. Colligit ergo ad patientiæ documentum idem Ambr. *Docuit iniuriarum, & periculorum tempora, tentationum certamina, examina probationum eſſe: & ideò non ſine diuino ea irrogari ſolere iudicio. Exercetur bonus athleta conuiciis, exercetur laboribus & periculis, vt dignus ſit, cui conferatur corona iuſtitiæ.* Apolog. 1. cap. 6. Admirandus certè vt multum in cæteris, ita in hac patientia maximè Dauid extitit. Benéque proinde idem Ambr. exclamat: *O altitudo prudentiæ! ô inſigne patientia! ô deuorandæ contumeliæ grande munuſculum! Dominus* (inquit) *præcepit, vt maledicat. Non accuſat Dominum quaſi autorem iniuriæ, ſed magis laudat quòd patiatur nos minora perpeti, vt maiorum peccatorum veniam adipiſcamur.* ibid. Grandis quidem prudentia, vt æquanimiter aduerſa tanquam de manu Domini accepta perferendo & commiſſa in Deum peccata expiemus, & noua inſuper magnáque beneficia merito patientiæ conſequamur.

Non iraſcendum contra inimicum, quia Dei flagellantis inſtrumentum.
2.Reg.16.
S.Ambr.
Patientia certum & grande præmium.
D Ambr.
Egregius magiſter patientia Dauid.
D Ambr.
Minus patimur, quàm deliquimus.
Duplex fructus patientia.

16. *Feſtinate & aſcendite ad patrem meum.*] Poſito iam timore, perfuſis lætitiâ fratribus iubet Ioſeph, vt feſtinatò redeant ad patrem omnium Iacob: renuncient ſeni quid agatur in Ægypto: quòd in ea filium habeat Ioſeph ſaluum & incolumem, quem ſcilicet tot per annos mortuum defleuerat; & (quod maiorem pariet patri voluptatem) ſecundum ab ipſo Rege, totius regni vnicum moderatorem: ſciat ſeptem adhuc reſtare ſterilitatis, famíſque annos: proinde quàm primùm veniat in Ægyptum cum tota familia, vbi à filio exceptus honorificè prædiis, frumento, cunctíſque ad vitam alimentis abundabit: alioqui manens in Chanaan haud dubiè cum vniuerſa familia peribit. Veſtris (inquit) oculis meam gloriam & potentiam videtis, eiúſque teſtes locupletiſſimi depellite mœrorem patris, illius luctum & ſenectutem inſperato gaudio perfundite. *Nunc properandum eſt vobis* (vt egregiè ſcribit Philo) *ad patrem, vt à vobis potiùs, quàm à fama accipiat lætum de me nuncium. Solet enim præcurrere. Tum fratres certatim collaudabant hominem, alius aliã virtutem deprædicantes: felicem euentum ad Deum autorem referentes, & priſtinos caſus ferentes æquo animo.* lib. de Ioſeph. Planè tanta rerum nouitas, tam incredibilis & inexcogitata felicitas, támque inſperatum & inexplicabile gaudium Ioſeph, fratrúmque illius, cogitatione vix comprehendi, oratione autem explicari nequaquam poteſt. Arbitror etiam fratribus admirationi fuiſſe quot quantæque virtutes in vno illo Ioſeph collocere videantur. *Mirabantur ſcilicet* (adiungit) *inſignem eius modeſtiam ac patientiam, qui neque feruens malè locutus eſt de fratribus, vt perfidis venditoribus; neque in carcerem truſus præ dolore nullum ſecretum effutiit; neque tam longo tempore inter vinctos degens, vt miſeri ſolent, ſuum detexit infortunium tanquam ignarus*

Philo.
Philo.
Conſtantia, modeſtia, pluréſque aliæ virtutes admirãdæ Ioſeph.

omnium ſuorum caſuum: ac ne tum quidem cùm eunuchis, vel Regi interpretaretur inſomnia, occaſionem arripiens ſuam ingenuitatem aperuit: imò nec cum vicariam Regis poteſtatem accepit Ægypto vniuerſæ præfectus, vt ſaltem obſcuritatis aboleret opinionem docens ſe natum honeſto genere. Hæc Philo.

Iuſtus ſe ſuáque diuinæ prouidentiæ committit.

17. Profectò his maturè, vti oportet, conſideratis omni videbitur admiratione dignus Ioſeph, qui quod illuſtre habebat, alto ſilentio tegens, patienter verò, ſanctéque infima & grauiſſima quæque tolerans diuinæ ſe, ſuáque prouidentiæ commiſit. Præterea ne pater ſibi, ſuæque familiæ à congreſſu & conſuetudine Ægyptiorum timeret, pollicetur Ioſeph ſe illis præbiturum ab Ægyptiis ſeparatam prouinciam Geſſen ſiue Goſen, quæ quidem eſt in inferiore Ægypto, terra multis foſſis irrigua, prope Delta; & pecoribus paſcendis apta: quare præ cæteris deligitur à Ioſeph ad ſecretam, felicémque generis ſuæ habitationem. Iterum ergo feſtinent ire ad patrem (edicit), eúmque reducant, & certum de vita gloriáque filij, & conſcium ſterilitatis adhuc in ſeptennium vſque duraturæ. *Nunciate* (inquit) *patri meo gloriam meam, & quia quinque anni reſidui ſunt famis.*

Mira caritas in patrē & fratres.

Rupert.

Nimirum (animaduertit ſubtiliter Rupertus) *vt ſit ex me, vel gloria mea, quod inuitet: ſit ex metuendo famis periculo, quod impellat; & ſic feſtinet.* Amor ſcilicet erga filium, & timor famis ſeni vires, animúmque dabit ad itineris laborem alacriter capeſſendum. Sed quia nihilo minùs conſternatos adhuc fratres, & pauidos præ ſtopore, timore ac verecundia loqui non auſos videbat; illis perfectæ reconciliationis teſtimonium porrigit, fraternum videlicet & amabile oſculum: atque inter amplexus oſculáque ſuis lacrymis præ amore, cordiſque dulcedine ſtillantibus ſingulos perfudit. Qui propterea reſumpto ſpiritu & fiduciâ, pauoréque omni diſcuſſo, certi iam de venia, loquendi animum reſumpſerunt. Quid verò tandem locuti, non ſcribitur. Haud dubiè multa & dulcia fraternæ caritatis, ac ſupplicis etiam pro patrato in fratrem flagitio humilitatis verba.

SECTIO II.

Auditúmque eſt, & celebri ſermone vulgatum in aula regis: Venerunt fratres Ioſeph: & gauiſus eſt Pharao, atque omnis familia eius. Dixítque ad Ioſeph vt imperaret fratribus ſuis, dicens: Onerantes iumenta, ite in terram Chanaan, Et tollite inde patrem veſtrum & cognationem, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Aegypti, vt comedatis medullam terræ. Præcipe etiam vt tollant plauſtra de terra Aegypti, ad ſubuectionem paruulorum ſuorum ac coniugum: & dicito: Tollite patrem veſtrum, & properate quantociùs venientes. Nec dimittatis quidquam de ſupellectili veſtra: quia omnes opes Aegypti veſtræ erunt. Feceruntque filij Iſrael vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioſeph plauſtra, ſecundùm Pharaonis imperium: & cibaria in itinere. Singulis quoque proferri iuſſit binas ſtolas: Benjamin verò dedit trecentos argenteos cum quinque ſtolis optimis; Tantundem pecuniæ & veſtium mittens patri ſuo, addens & aſinos decem, qui ſubueherent ex omnibus diuitiis Aegypti: & totidem aſinas, triticum in itinere panéſque portantes. Dimiſit ergo fratres ſuos, & proficiſcentibus ait: Ne iraſcamini in via. Qui aſcendentes ex Aegypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem ſuum Iacob. Et nunciauerunt ei, dicentes: Ioſeph filius tuus viuit: & ipſe dominatur in omni terra Aegypti. Quo audito Iacob, quaſi de graui ſomno euigilans, tamen non credebat eis. Illi econtra referebant omnem ordinem rei. Cúmque vidiſſet plauſtra, & vniuerſa quæ miſerat, reuixit ſpiritus eius, Et ait: Sufficit mihi ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit: vadam & videbo illum antequam moriar.

1. VBi ſe Ioſeph fratribus prodidit, atque omnes incredibili voluptatis gaudio ſeſe inuicem amplexati fraternum ſanguinem, & amorem pariter conteſtati ſunt; fama illicò ad Regiam vſque pertulit aduéniſſe fratres Ioſeph, eóſque nobili Hebræorum genere natos: quod quidem & Regi, & aulicis magnam peperit lætitiæ voluptatem. Atque illud in primis hoc loco expendi poteſt, quòd in hac fama nihil omninò dictum audiúmque fuerit de venditione illa, quæ fuerat occaſio veniendi in Ægyptum. Scitum quidem eſt, & celebri famâ vulgatum Ioſeph à fratribus cognitum; ſed quod illorum peccatum, eorundem ſilentio, tum maxime Ioſeph prorſus eſt conſepultum. *In tantum enim* (animaduertit optimè Philo) *perfidia, patratúmque ſcelus latuit, vt optimates Ægypti Præfecto gratularentur fratrum præſentiam, quaſi tunc primùm veniſſent. Quibus hoſpitaliter exceptis rem indicarunt ſuo Regi properè, ita vt omnia plena eſſent gratulationibus & lætitiâ publicâ, non aliter, quam ſi felici prouentu frugum fames mutata eſſet in abundantiam.* Et quidem prudenter ſanctéque in vulgus noluerunt Hebræi ſuum efferre parricidium: nec enim alteri, quàm ſacerdoti confeſſario humiliter ſinceréque aperienda hominis eſt conſcientia: non euulganda temerè atque imprudenter ſunt aliis noſtra delicta, quæ aut illis malum præbent exemplum, & ad ſimilia patranda vehementer impellunt: aut nos ipſos dedecorant atque infamant: cùm tamen vt nobis vita, ſic aliis fama noſtra prorſus ex Domini præcepto neceſſaria ſit. Peccaſti, quiſquis es? ergo tuum hominibus cela peccatum, ne aliis ſcandalum, tibíque infamiam efficias. Reuerere Dei oculos, quibus nihil abſconditum eſt & obſcurum: time illum, *Qui* (inquit Apoſtolus) *illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* 1. Cor. 4. *Quaſi dicat Apoſtolus: Noli dicere; In tenebris ſum, parietibus claudor; quis me videt? Nam qui ſigillatim finxit corda noſtra, ipſe ſcit omnia. Etenim tenebræ apud eum non obſcurabuntur.* ita S. Chryſoſt. homil. 11. in 1. ad Cor.

Aliorum errata & propria ſilentio tecta.

Philo.

Soli confeſſario noſtra ſunt detegēda peccata.

Sit cuique cura bonæ famæ.

1. Cor 4.

Deo nihil abſconditum.

D. Chryſ.

2. Verum quidem eſt, Deo nihil eſſe poſſe occultum, apud Deum tenebras non eſſe, quippe cùm ſit ipſamet lux, & fons luminis: ſed verum tamen eſt, quod ait peccator: *Tenebræ circumdant me.* Eccl. 23. *Nam ſi tenebræ* (occurrit idem Chryſoſt.) *non eſſent in mente, non euecto Dei timore, ſecurè & intrepidè ageret. Nam ſi non ſit obtenebrata principatum tenens facultas animæ, non poteſt cum ſecuritate,*

Peccator tenebris occæcatus peccatum aggreditur.

Eccl. 23.

D. Chryſ.

tate ac licentia ingredi peccatum. Quis me videt? tute ipſũ non vides. Perbellè autem adiungit; vnde iſthæc mentis obtenebratio procedat. *Quemodo* (inquit) *latrones, & murorũ effoſſores quãdo volunt aliquid pretioſum rapere, lucernã extinctã hoc agunt: ita etiam in peccantibus facit corrupta ratio.* ibid. Vehemens nimirum paſſio in mentem penetrans rationis lumen extinguit, dein per tenebras cœcam, & miſeram animam expugnat, atque expoliat. Igitur timendus Dei oculus, quem nihil effugit. Hoc deinde perterritus metu ab ipſo Deo ſupplicitet veniam expoſce, illius vicario ſacerdoti totam aperi, & nudam expone conſcientiam, ferua illam & abſconde ab hominibus; niſi aut ſtultè velis tui contemptum & iniuriam hominum tibi conſciſcere: aut inuerecundè velis apud homines gloriari de iis quæ non iactari impudenter, ſed memorari dolenter, & omni cum humilitate modeſtiáque ac pudore apud confeſſarium debeant propalari.

D. Chryſ. Extinguitur in peccantibus lumen rationis.

Timendus Dei oculus, cui nuda ſunt omnia.

Hominibus abſcondita ſoli confeſſario tua vitia detege.

3. Porrò etiam laudabilis multum illa fuit ætas, in qua ne ipſi quidem Ægyptij homines ſine Deo, ſine fide tot per annos Ioſeph agnoſcentes quicquam aut nouerint de illius genere, aut in Ægyptum aduentus cauſa; & iccircò de flagitio illius fratrum ne tenuem quidem rumorem fuerint aucupari. At noſtrâ ætate ſicut multiplex alia corruptio, ſic in proximorum indagandis omni ſtudio, curioſitateque, vitiis peruerſitas eſt immedicabilis. Benè idem Chryſoſt. *Cum aliis malis* (inquit) *neſcio quo modo humanam naturam ſubiit morbus ſupernacaneæ indagationis, & importunæ curioſitatis.* Pulchrè morbum appellat, tum quia hoc vno inter alia vulneratæ à diabolo noſtræ naturæ malo infecti omnes contabeſcimus: tum vel maximè quia hæc indagatio, ac deinde promulgatio alienorum defectuum non niſi ea ſimilium, aut verò etiam turpiorum vitiorum ægritudine, quâ miſeri laboramus, proficiſcitur. Vnuſquiſque alios ea ſe ipſo metitur: nec latro, nec libidinoſus putat alios à ſuis immunes vitiis: iiſque aliquod aut medicamentum, aut ſolatium excuſationis, ea aliorum erratis, ſi hæc appareant, ſi hæc euulgentur, afferri arbitratur. At (heu nos tam ſtultos, quàm miſeros!) noſtris morbis non medicantur aliena: non illud in proximo lutum meo cœno vel aquam, vel manum admouet, quo abſtergatur. Multa in hoc malum inuectus dixit S. Gregor. Nazianz. paucula delibabo: *Vbi ſunt* (inquit) *qui res noſtras tam benè, quàm malè ſeſe habentes ſtudioſè ac diligenter obſeruant non vt iudicent, ſed vt improbent: nec vt nobis gratulentur, ſed vt inſultent; atque & bona calumnientur, & mala tragicis verbis exaggerent: atque ab alienis lapſibus excuſationem vitiis ſuis quærant?* orat. 13.

S. Chryſoſt. Inſanabilis noſtra ætatis morbus indagandi & euulgandi aliena vitia.

Vitioſus aliena vitia rimatur, & euulgat.

Aliorũ vitiis noſtra ſolamur & excuſamus.

D. Gregor. Naz. Malignum iudiciũ linguáque in bonis ac malis aliorum.

4. Peruerſa quidem hominum ingenia, maligni prorſùs animi, quorum peſtilens virus per bona æquè ac mala proximorum famam corrumpendo perimendóque peruadit. Bona quidem vitioſus quiſque eleuat, irridet, infamat: mala verò prodit, euulgat, turpiora, quàm ſint, dicendo amplificat. Quorſum ita? Vt alienis ſordibus ſuum vel excuſet apud homines, vel ſuum ſterquilinium conſoletur. *Vbi ſunt,* (adiungit) *qui ſuorum quidem manſueti & placidi iudices ſunt, alienorum autem defectuum ſeueri cenſores?* ibid. Pulchrè dictum. Peruerſus quidem noſtri cuiuſque amor propria vitia vel ſcire, videreque diſſimulat: vel ſi tandem ſciat videátque facilè abſoluit, aut leuiter ſaltem condemnat: cùm tamen vti lynceos habet oculos ad ſcrutandum, & perſpiciendum

S. Gregor. Nazianz. Ad noſtra vitia cæci vel blandi iudices.

A aliena vitia; ſic etiam ad illa ipſa ſubnotandum & damnandum Rhadamanthi duritiem, rigorémque exercet. Quod quidem in Dauide comprobatum legimus: vt hiſce verbis expendit Theodoret. *Miſſus eſt Nathan Propheta, accuſationis decoram induens perſonam, aliter enim in aliis cernimus peccatum, & aliter noſtra mala aſpicimus: Vnde non ſimiliter nos & alios iudicamus. Nam in aliis quidem iuſtam ferimus ſententiam: ſæpè autem etiam aliã plagam inferimus: ipſi autem delinquentes aut mentis ſenſum amittimus, aut videntes peccatum, veniam damus.* quæſt. in lib. Reg. 25. Quo in argumento egregiè ita proſequitur S. Gregor. Nazianz. *Vbi ſunt, qui vibices nobis probro vertunt, cùm ipſi vulnera habeant? qui offendicula noſtra exaggerant, cùm turpiter ipſi prolabantur? qui maculis noſtris gaudent,*
B *cùm ipſi in cœno volutentur? qui feſtucas nobis obiiciunt, quæ nec inſidentes magnum dolorem efficiunt, & facilè depelli atque efflari ab oculis poſſunt, cùm interim ipſi trabium mole oppreſſi caligent?* ibid. Hæc vna eſt de peſſimis noſtra hac ætate labes, ægritudo, peſtis: à qua tamen Ægyptij, vt vidimus, valde ſe alienos puróſque demonſtrarunt.

Ad aliorum vitia lynces & Rhadamanthi.

Theod.

Praui ad noſtra & aliena vitia iudices.

D. Greg. Naz. Grandioribus repleti vitiis aliena minora infamant.

5. *Gauiſus eſt Pharao.*] Facilè creditu eſt Regem Pharaonem vehementer gauiſum eſſe, quòd videret Ioſephum, quem valde amabat, propalatã in vulgus illius nobilitate illuſtriorem haberi, ob quam etiam ab Ægyptiis deinde pluris fieret, & plus amaretur. Audiens enim fratres Ioſeph eſſe de genere Hebræorum, quod ſine dubio clarum & periliuſtre inter gentes habebatur, eoſ-
C démque non modò ingenuos, & illuſtri genere natos, ſed etiam multis cùm animi, tum corporis virtutibus inſignes; gaudebat deletam eſſe ignobilitatis notam, quâ Ioſeph laborabat apud Ægyptios, qui hominem de ſeruo, vinctóque in carcere factum tandem regni principem aut ſortè indignari, aut certè corridere poterant in magnum Regis, regiíque decreti contemptum. Profectò Regum prudentiæ, imò & potentiæ multum adiecit, quòd viros genere claros, & virtutibus conſpicuos ad regni dignitates euehant, atque iiſdem dominentur. Sic Deus homo Chriſtus IESVS, cum iam à Patre acceptâ poteſtate in cœlo & in terra, Matth. 28. potiretur, regiam
D Apoſtolo Ioanni ſuam oſtentans maieſtatem, ſedit in throno, quem ſeniores aureis coronis redimiti, candentibúſque amicti veſtibus, vtique in ſignum caritatis & innocentiæ, ob quas ſupremam illam promeruerant dignitatem, circuncingebant. Apocal. 4 Mira quidem cœleſtis huius Regis ſapientia, quòd miniſtros habeat admirabili illa ſanctitate præcellentes. Admiranda etiam illius potentia, regaliſque maieſtas, quòd reges habeat ſeruos; ſcriptum ſcilicet in fœmore illud ſuæ gloriæ geſtans inſigne: *Rex Regum, & Dominus dominantium.* Apoc. 9. *Eo modo* (inquit Lyra) *dicitur Rex Regum, quo roſa dicitur flos florum.* Seu quia quos in ſeruos admittit, regali donat honore: ſeu quia tam glorioſum eſt Deo famulari,
E vt iure optimo qui Deo ſeruit, regnare dicatur.

Subditorum nobilitas Regem nobilitat.

Matth. 28.

Apoc. 4. Glorioſum Chriſti regnum ex ſanctis & Regibus.

Apoc. 9. Lyra. Chriſtus Rex Regũ. Chriſtus ſeruos facit Reges.

6. Hoc ipſum probè intelligens Dauid aiebat: *Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei magis; quàm habitare in tabernaculis peccatorum.* Pſal. 83. Benè hîc exclamat S. Auguſt. *Bona vox, gaudenda vox, eligenda vox! Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei magis, quàm habitare in tabernaculis peccatorum.* Tanta ſcilicet eſt dignitas cœleſtis Regis; vel ipſa quoque domus, quam inhabitat, tam glorioſa; vt malim (inquit) ſedere ibi ad ianuam cum extremis ſeruorum, quàm habitare in palatiis principum.

Pſal. 83. S. Auguſt.

Rectè

Rectè autem tabernacula ſiue tentoria, quæ fixa ſtabiliáque non ſunt, ſed & fundamento carent, & facilè de loco in locum tranſmutantur, vocat quæ in mundo appellamus & admiramur, principum Regúmque palatia; in quibus habitant, verſantur, negotiantur; ad quæ ventitant peccatores: quia noiquam alibi, atque in aolis & palatiis Regum abundat iam peccantium numeros, quam multiplex ſpecies peccatorum; atque omnes illecebræ, irritamentáque vitiorum: ſequitor: *Atque omnis familia eius.* Regnat in aulis principum, in palatiis Regum maximè inuidia. Quare ſicut mirum haud eſt, quòd Pharao de gloria Ioſeph fuerit gauiſus; non enim maior inuidet minori; nec liuor ima ſed ſumma petit: ſic omnem plane admirationem excedit, quòd aulici gauiſi quoque fuerint; quibus videlicet ingenitum, alienæ felicitati inuidere. Quod quidem cedit in egregiam Ægyptiorum laudem, qoi ab huc vitio, quo nullum in principum aulis, Regúmque palatiis & frequentius, & pernicioſius, tam ſe alienos oſtendebant. Profitebantur Hebræi fidem veri Numinis, à quâ longè abhorrebant Ægyptij; & in aulis tamen ſuorum Regum illi peſſimis cooperti vitiis à regio Propheta in hunc modum ſubnotantur: *Saluum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates à filiis hominum. Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, labia doloſa, in corde & corde locuti ſunt* Pſal. 11. Non eſt (inquit) cui fidendum, & ſecurè credendum. Via inuenitur aliquis verè pius & miſericors, & verax: infidi omnes, & inclementes; hoſtes inulcem, mutui proditores.

Regum palatia tabernacula peccatorum.
Abundant palatia numero peccātium.
Inuidia regnat in palatiis.
Pſal. 11. In palatiis infidi omnes, inuicem proditores.

7. Quæ quidem omnia mala vſque ab inuidia ſuboriuntur. Hac enim perciti non ex alieno tantùm indignamur bono, ſed illud etiam fraudibus, mendaciiſque impedimus: & malum omne, quoad poſſumus, proximo inferre contendimus. Pulchrè Terentianus ille Thraſo, cùm ſingularem erga ſe Regis beneuolentiam & gratiam gloriabundus iactaſſet, moa aulicorum perſtringens animos adiungit: *Inuidere omnes mihi: mordere clanculum.* in Eunuch. Quòd ſi etiam Pharaonis familia iſto non carebat vitio, permagnum certè argumentum ac teſtimonium præſtantiſſimæ virtutis & ſuauitatis morum, & modeſtiæ, dexteritatíſqoe in adminiſtrando imperio Ioſeph fuit illud verum & ſincerum gaudium Ægyptiorum. Tanta ſcilicet in Ioſeph fuit virtus, vt omnium aulicorum ſuperaret inuidiam; ab omnibus amaretur; omnium ſibi animos ita deuinctos haberet, vt nec de conditione illius ſeruili faſtidium, nec de vulgata demum eiuſdem nobilitate gloriáque inuidiam, odiúmque conciperent. Magnæ profectò virtutis eſt & felicitatis, vt cùm omnes honore ac potentiâ ſuperes, omnibus tamen iucundus ſis; ab omnibus & lauderis & ameris. Ita verò ſuam vitam, moréſqoe (vt credere par eſt) inſtituit Ioſeph, eámque & prudentiam & humanitatem in regendo demonſtrauit Ægyptiis cuiuſcunque conditionis eſſent, benè volendo, benéque, quoad poſſet, faciendo & fauendo; vt omnibus eſſet gratiſſimus; atque ideirco de illius gaudio gauderent omnes, felicitatem illius, & fratrum aduentum gratulabundi celebrarent.

Inuidia malorum ſeminarium.
Terent.
Magna virtus & felicitas in honore non inuideri nec odio haberi.

8. His quidem artibus, ſi qui fortè ſunt loco eminentes, gloriâ & honore ſuperiores, ſuorum riualium atque æmulorum non modò inuidiam declinare, ſed etiam beneuolentiam & gratiam demereri ſolent homines: quorum mores in perſona Pamphili ſic deſcribit Terentius in Andria.

Quibus artibus hominum beneuolentia cō paratur.
Terent.

Sic vita erat: facilè omnes perferre, ac pati
Cum quibus erat: cúmque vnà his ſe dedere,
Eorum obſequi ſtudiis, aduerſus nemini.
Nunquam præponens ſe aliis ita, vt facillimè
Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.

Vno verbo complexus hæc omnia quidam vir primarius in Hiſpania, cùm rogaretur quanam arte ſibi totius populi animos obſtrinxiſſet: Pileo (inquit) & crumena. Omnibus videlicet etiam infimæ conditionis perhumanum ſe verbis, & pecuniâ (vbi opus eſſet) liberalem ſe præbebat. Quod igitur verbis & rebus viri principes, maximè verò magiſtratus ac prælati & inferiorum & ſubditorum ſibi debeant gratiam, & amorem demereri, præclaro illo ſymbolo virga Aaronis exprimitur, quæ iuſſu Domini ante illius tabernaculum poſita, cum aridus eſſet ſtipes, ſubitò patulis diffuſa ramis, vernantibus amicta frondibus in dulces amygdalarum fructus exuberauit; vt legitur Numer. 17. In frondibus quidem florida & mitia verba, in fructu fœcunditas operum, & largitas beneficentiæ ſignificantur. Cæterùm de hac ipſa virga, déque hoc ipſo argumento in ea, quam nuper in exequiis beatiſſimi Gregorij XV. felicis recordationis Olisipone perorauimus, funebri oratione, vberiùs dictum eſt.

Verbo humanus, facto beneficus ſibi deuincit animos.
Num. 17. Prælati felix gubernatio.
Exequiæ Greg. X V. Papæ Oliſipone.

9. Denique gaudebant etiam Ægyptij non vilem aliquem, & natum ſeruituti, vt ea priore illius ſtatu poſſent conijcere, ſed valde nobilem de illuſtri ſtirpe Abrahæ hominem ſibi præeſſe; quod ita Procop. obſeruat. *Gauiſus eſt Pharao, & ſerui eius, ſcilicet cognito non ſeruum, ſed nobilem nobili ſtirpe exortum ipſis imperitare.* Quanta verò ſit gloria magnis & præcellentibus viris obedire, quantáque econtrario ignobilibus & abiectis ſeruire, non eſt quòd rationibus, aut exemplis comprobetur: res quidem eſt luce clarior. Scilicet hæc inter alia ſuis in lamentationibus deplorauit Hieremias: *Abſtulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei.* Thren. 1. Nobiles enim & magnates è populo Iudaico aut Babylonico ferro perempti ceciderunt, aut Babylonem captiui abierunt: ſicuti & Daniel lamentatur: *Domine non eſt in tempore hoc princeps, neque Propheta, neque dux.* cap. 3. Trunca igitur ſine capite Reſp. Iudaica, ſine ſenatu plebs, velut aridus abiectúſqoe humi ſtipes videbatur. Magna quidem Infelicitas: ſed quod aliud ſubinde malum ingruit, prorſus infeliciſſimum: *Serui* (luget Hierem.) *dominati ſunt noſtri.* Thren. 5. Iuſtum omninò ſupplicium: vt qui Deo cœli obedire noluerunt, abiectiſſimis quibúſqoe finitimarum gentium, quæ antea Dauidi, Regibúſque Iudææ ſeruierant, dominis ac dominorum etiam miniſtris ſeruiſqoe ſeruire captiui cogerentur. Profectò ſerui dominantis imperium vſque adeo eſt intolerabile, vt neque Reſp. nec ciuitas, nec familia tutò conſiſtere poſſit, vbi ſeruilis conditio dominatur iuxta illud Salomonis: *Per tria mouetur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere: Per ſeruum, cùm regnauerit: per ſtultum cùm ſaturatus fuerit cibo: per odioſam mulierem, cùm in matrimonio fuerit aſſumpta: & per ancillam, cùm fuerit heres dominæ ſuæ.* Prou. 30. Summa ſcilicet perturbatio, vbi (reliqua duo mittamus) ancilla turpiter ab hero dilecta miſeræ à viro ſpretæ dominæ ignominioſè admodum inſultat: & ſeruus in dignitatem ſublatus illiberali prorſus ingenio, trucíque animo liberis atque

Procop. Honor eſt nobili ſubditum eſſe.
Thren. 1. Infelix Reſp. nobilibus orbata.
Dan. 3.
Thren. 5. Summa infelicitas ſeruis ſeruire.
Quatuor maxima ſtatum quilibet perturbant.
Prou. 30.

Ieroboam infidus & impius.

atque ingenuis dominatur. Cui enim ex diuinis literis notus non eſt Ieroboam ſeruus Salomonis, qui contra ſuum dominum, regémque inſurgens Iudaicum regnum præcidit, nefandíſque idolorum ritibus deturpauit?

10. *Ite in terram Chanaan.*] Admiranda quidem Ægyptij Regis erga Ioſeph beneuolentia. Commendat homini, vt remittat fratres ad patrem, & vniuerſam Hebrææ gentis familiam exportent in Ægyptum. Quod vt faciliùs præſtent; plauſtra, curruſque, equos, famulos, cibaria, pecuniam, & quicquid ad ſubuehenda hominum corpora, & ſubſtantiæ, gazæque ſarcinas aſportandas, iubet quamprimùm expediri. Et (quod pluris faciendum) hinc iam Hebræis aſſignat habitandam, colendámque Geſſen, vtique optimam & B vberrimam Ægypti regionem. Et hæc quidem omnia in gratiam Ioſeph. Cùm enim ille de Ægypto, cuius fami remedium adhibuit, ac de Regio ærario, cui totius regni opes immenſas adiecit, optimè fuiſſet meritus: prudentiſſimè Rex non modò in Ioſeph tantorum bonorum autorem, ſed in patrem quoque, fratres, familiam, totúmque Hebræorum genus regalem ſuam magnificentiam explicare operæ pretium duxit. Quod ſi Rex barbarus ſibi hoc prudenter, & iuſtitiæ debito præſtandum iudicauit, quis quæſo Chriſtianæ, ſanæque mentis auſit aut cauillari, aut impedire quod prudentiſſimi & piiſſimi Luſitanorum Reges in more atque in praxi ſemper habuerũt, vt pro parentum vel in bello vel in pace rebus præclarè C geſtis, atque in regni Regiſque obſequium meritis filios, familiámque ampliſſimis & ſanè debitis donare beneficiis conſueuerint? Scilicet hac vna vel maximè in filios, familiámque reddendæ à Regibus beneficentiæ ſpe Luſitani homines omnium maximè mortalium audaces mari, bellis, mortique alacriter quotidiè ſeſe committunt.

Regis beneficentia in famulum benè meritum.

Parentum benè meritorum filiis debita impenditur à Rege beneficentia. In Luſitania Rex beneficus, ſubditi prõpti & ſtrenui. Patrũ merita in filiis perſolui diuinum eſt conſilium.

11. Hic autem vſitatus & veluti congenitus mos Regibus Luſitaniæ, tam laudabilis apud omnes gentes eſt, vt non niſi ab ipſo diuinitatis conſilio hauſtus eſſe videatur. Dei ſiquidem hominis, patriſque & fratris omnium hominum infinita merita apud Deum Patrem in filiis & fratribus perſoluuntur: nec enim ille ſibi, ſed nobis laborauit, decertauit, paſſúſque eſt; iuxta illud Iſaiæ: *Si* D *poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum.* & mox. *Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur.* cap. 53. Si, hoc eſt, quia mortem Crucis paſſus eſt, videbit multitudinem infinitã fidelium, qui ad finem vſque mundi perdurabũt, in præmium ſuæ oblationis. *Granum enim cadens in terram, mortuumque, multum fructum attulit.* Ioan. 12. *Quia laborauit* (declarat S. Hieron.) *videbit Eccleſias in toto orbe cõſurgere, & earum ſaturabitur fide.* Itaque ſuæ paſſionis, mortiſque præmium à Deo Patre in filiis fratribúſque ſuis perſolutum pro quo ad mortem vſque decertauit, Chriſtus Dominus recepit. Hinc etiam colligitur quanta ſit virtus obedientiæ, quæ quidem infœcunda non eſt, nec ei ſi mortem aut graue aliquod periculum E incurrat obediens, vberrimo fructu præclaræ ſobolis fraudabitur. *Dic fratribus,* (ait Rex) *onerantes iumenta, &c.* in quo & modeſtia Ioſeph, & Regis prudentia mirum in modum effulget. Non audet ſeruus petere à Rege, non fratribus dare: ſed Rex imperat; Ioſeph de Regis obſequio ſolicitus Ægyptiam curat Remp. Rex in gratiam fidelis famuli ſolicitè curat quæ ad patrem, fratréſque, & familiam illius pertinent. Optimum ſanè documentum principibus: vt curã ſuſcipiant illorum,

Iſai. 53. Chriſti merita in ſuis fidelibus perſoluuntur.

Ioann. 12. D. Hier. Paſſionis ſuæ præmiũ in hominibus Chriſtus recepit.

Obedienti certum eſt præmium.

Bonus Rex ſolicitè curat fidelis ſerui commoda.

A qui propria commoda bono communi poſthabentes, ſuis rebus neglectis omnem curam, ſtudiúmque defendendæ, regendæve Reip. atque Regis obſequiis diligenter impendunt. Contra verò ſi Rex miniſtrorum, & clientum fideliter pro regno, Regéque laborantium commodis nullam impendit curam; profectò illis aut negligenter miniſtrandi, aut etiam impudenter latrocinandi certam præbet occaſionem.

Auarus aut negligens Rex ſeruis occaſionem furandi, aut oſcitandi præbet.

12. *Dimiſit fratres.*] Donatos veſtibus, muneribus, ac pecuniâ; largiore tamen vterinum fratrem Benjamin affectum congiario, miſſis tantundem ad patrem donis, abire iuſſis lætos inſuper mira illa beneficentia Regis; quibus cum tota familia redituris vniuerſam Ægypti opulen- B tiam promiſerat Ioſeph. Proficiſcentibus ait: *Ne iraſcamini in via;* Hebr. *Ne rixemini.* Videlicet crimen in me commiſſum inuicem improperantes, vti Ruben fecerat cap. præced. Addit optimè Procop. *Non contendatis in itinere ſcilicet mutuò vosmetipſos incuſantes, & culpantes propter ea, quæ crudeliter in me patraſtis, timentes quo ore, quáve fronte illa enarrare velitis parenti.* ſic ille. Mira ſanè humanitas, & clementia Ioſeph: non parricidium nominat, non patratum ſcelus reducit in memoriam; non iterum vlcus, quod ſanum prorſus erat, aut improperando, aut certè commemorando refricat. Tantummodò conſulit, ne rixentur: etſi cauſa nulla rixandi alta poſſet inter eos facilè ſuboriri, atque de flagitio contra fratrem commiſſo. Quam ob C rem vir prudens futurum proculdubio coniiciens, vt illi diſquirerent quiſnam eorum in eo ſcelere fuerit culpabilior: indéque fraternum amorem & concordiam diſrumperent; pacem vti conſeruent, admonuit.

Procop. Iniuria remiſſa, & ex animo abolita.

13. Profectò vbi iam compreſſis rixis, ſedatis ſimultatibus, redintegratâ amicitiâ, ſtabilitáque pace quieuerunt, & mutuò coaluerunt animi; neceſſe omninò eſt in ſempiternum pacis fœdus, vti præteritis omnibus, qualiacunque illa fuerint, æterna inducatur obliuio. Et quidem in figura (vt reliqua omnia vtriuſque legis naturalis & ſcriptæ) hoc etiam illis contingebat in ſignum illius mandati dominici ad diſcipulos: *Pacem meam do vobis:* Ioan. 14. & Pauli: *Date locum iræ.* ad Rom. D 12. *Hoc eſt* (declarat S. Ambr.) *declinemus iram, ne nos illa corripiat. Vnde Dominus IESVS dimittens ad euangelizandum diſcipulos, miſit eos ſine pecunia, ſine virga;* Marc. 9. *id eſt, vt & incentiua litis, & inſtrumenta eriperet vltionis.* de Ioſeph. cap. 13. Non habet igitur pauper ſpiritu, de quo ſibi timeat litem: non habet manſuetus, paciſque amans, quo ſe læſus vindicet. Benè animaduertit Procop. timuiſſe illos quonam ore, quáve fronte illam tantæ crudelitatis, luctúſque tragœdiam patri eſſent narraturi. At cùm narraſſent, tam incredibili tum ſtupore, tum gaudio penè oppreſſus pater fuit, viuere regnaréque filium audiens, vt & indignatio de ſcelere; & mœſtitia de calamitatibus filij hac demum lætitiâ prorſus abſorberetur.

Obliuio iniuriarũ cum æterno pacis fœdere.

Ioan. 14. ad Rom. 12. S. Ambr. Pax fidelibus commẽdatur. Marc. 9.

Procop. Pauper ſpiritu nec timet litem, nec ſe vindicat.

E 14. *Ioſeph filius tuus viuit.*] Nullis quidem verbis explicari poteſt magnitudo voluptatis, quâ non tam plenus, quàm abſorptus fuit animus Iacob, vbi à filiis incredibilem, prorſúſque ſtupendam de Ioſeph cariſſimo inter omnes liberos hiſtoriam accepit. Tanta profectò vis eſt alicuius vehementiſſimæ quolibet in genere paſſionis, vt cùm intra ipſum animum vtpote infirmum capi non poſſit, inde in ſenſus mentiſque facultates exuberans mirum inducat ſtuporem, & aliquando etiam aut vitam adimat, aut certè illam in

Vehemens paſſio interdum enecat.

graue

A grave periculum adducat. Certè quòd effuſo gaudio maximè inſperato mors inducatur, teſtantur paſſim hiſtoriæ: ſatis pro omnibus ſit quod Titus Liuius accidiſſe Romæ poſt fœdam illam Romanorum cladem ab Annibale ſactam ad Traſimenum lacum ſcribit his verbis: *Fœminarum præcipuè & gaudia inſignia erant, & luctus. Vnam in ipſa porta, ſoſpite filio repentè oblato, in conſpectu eius expiraſſe ferunt: alteram, cui mors filij falſo nunciata erat, mæſtam ſedentem domi, ad primum conſpectum redeuntis filij gaudio nimio exanimatam.* lib. 22. Mirandus quidem repentini atque immodici gaudij eſt effectus. O miſeram mortalium conditionem! Ipſum quoque gaudium, cùm inſperatum nimiumque eſt mortem homini acceiſit, vitam eripit. Bene S. Chryſoſt. *Idem* (inquit) *facere ſolet immodicum gaudium, quod excedens triſtitia. Et videre licet multos effundere lacrymas præ gaudio immenſo; alios etiam ſæpè obſtupeſcere, quando fieri vident quæ non expectauerant: & quos mortuos eſſe putabant, repentè viuos vident.* homil. 65.

Tit. Liu. Repentini gaudij nuncio vna mater obiit, altera mœſtitia ſimiliter mortua.

B *S. Chryſ. Idē efficiunt nimiū gaudium, & nimius dolor.*

15. Itaque vbi Iacob audiuit ſuum Ioſeph viuere, ac dominari in omni terra Ægypti, vt in Hebr. legitur, *Cor eius elanguit*, hoc eſt, præ lætitia linqui animo viſus eſt. Interpres ſimilitudine rem explicat: vbi primùm enim quis è graui ſomno excitatur, attonitus quidem & ſtupens, ad intelligendum ineptus, ad reſpondendum hebes videtur. Vertunt alij ex Hebr. *Ceſſauit cor eius*: ſcilicet à motu naturali. Nam à ſeipſo alienus, ſine ſanguine, motúque veluti mortuus obriguit ſenex C & tam inopinato lætiſſimæ rei euentu. Luſitanè dicimus: *Paſmado efora de ſi de prazer.* Deinde ad ſe rediens referentibus hiſtoriam filiis, quam omninò incredibilem reputabat, fidem habere non poterat. *Rara ſolet magnis rebus adeſſe fides*, cecinit poëta; quod quidem miſeris potiſſimùm accidit. Infixa nimirum animo, quæ patiuntur, mala tenaciùs adhærent, quam vt aliquando amoueri, tollique, aut ab illis tandem liberari poſſe credantur. Nam & quod miſeri metuunt nimis, hoc facilè credunt.

Inſperata non facilè creduntur.

16. *Reuixit ſpiritus eius*] Denique Iacob perſpectis vehiculis, plauſtris, multâ ſupellectili, grādi pecuniâ, cibariis ad profectionem in Ægyptū, D veris quidem omnibus vitæ, gloriæque Ioſeph teſtimoniis ad ſeipſum redit: illiúſque ſpiritus reuixit, hoc eſt, de vehementi deſolatione, ac proſtratione, quæ mortis ſunt imagines, ad viuacitatem, & iucunditatem reuerſus eſt. Quod S. Chryſ. hac ſimilitudine clariùs explicat: *Sicut ignis in ampulla, quando deficit alimonia, & iam extinguitur, ſi parum quis olei infuderit, repentè qui extingui putabatur, clariorem emittit lucem, ita & ſenex ille præ triſtitia extingui videbatur; vbi autem audiuit quòd filius viueret & dominaretur, & vidit plauſtra, redaccenſus eſt, & iuuenis ex ſene factus.* homil. 65. Reuixit ergo ſpiritus eius, ſibi nimirum quaſi redditus, cuius corpus elanguerat, tam inopinatæ & incredibilis rei admiratione. Porrò autem nunciari Ioſeph, qui mortuus putabatur, quòd viuat & dominetur E in Ægypto, figura eſt, vti Gloſſ. S. Ambr. Iſidor. & alij docent, reſurrectionis Domini IESV, qui à Iudæis quidem occiſus, ſed poſt triduum reſurgens ex mortuis, mundo ſubinde viuus & regnator cœli ac terræ prædicatus & creditus eſt.

S. Chryſoſt. Repentinum ex mœrore gaudium.

Typus reſurrectionis Domini.

17. Denique Iacob admirando illo plenus A gaudio, & in ſpem erectus, atque in deſiderium videndi & amplexandi filium ſucceſſus, ait: *Sufficit mihi ſi adhuc Ioſeph filius meus viuit.* Hebr. *Multum eſt mihi.* Videlicet ſuperat vota, ſpes meas vincit, ſufficit mihi hoc vnum: nec amplius aliud aut ſperare aut deſiderare bonum in vita potero, quàm vt nouerim filium viuere, illiúſque aſpectu fruar. Vadam, & videbo. Proficiſcar vt videam. *Magnum mihi eſt*, (declarat S. Ambr. ad Chriſti reſurrectionem reſpiciens) *ſi adhuc filius meus Ioſeph viuit. Ibo & videbo eum. Primum & maximum fidei ſacramentum, in reſurrectionem Chriſti credere. Quicunque crediderit reſuſcitatum, feſtinus requirit, deuotus accipit, & intima Deum mente veneratur. Credit enim quod ipſe non moriatur ſi credat in reſurrectionis* B *autorem.* de Ioſeph. cap. 13. Sic Dominus ſuos poſt laborum certamina coronat ſeruos, gaudium illis reddit pro mœrore, poſt tenebras lucem, poſt tempeſtatem refert feliciſſimam ſerenitatem. At quæ in Chriſti Domini paſſione plus doluit, plus deplorauit; quæ vtpote mater vnicum filium non falſa quidem auditione mortuum reputans, ſed ſuis planè ipſis in oculis peremptum in patibulo aſpiciens: non hædino tinctam cruore veſtem filij, ſed ipſummet corpus lacerum verberibus, clauis perforatum, vulneribus conciſum, manante vbertim ſanguine conſperſum, doloribus exæſtuans, & mori demum vidit, & mortuum ſepeliuit: eadem poſt triduum (ô longum amanti, ô infinitum deploranti!) è mortuis reſurgentem, C glorioſum, immortalitatis autorem, æternitatis primogenitum, non Ægypti vnius quidem per anguſti in mundo anguli, ſed omnium omninò creaturarum regnatorem mater filium aſpexit oculis, amplexu recepit, ſuauiſſimo affectu deoſculata fuit.

D. Ambr. Maximum fidei ſacramentum reſurrectio Domini.

B. Maria reſurgentem excepit filium.

18. Veriùs quidem dixiſſet Virgo beatiſſima: ſufficit mihi quod iam filius meus viuit: læta expecto vt videam. Quæ verò mens complecti, quæ lingua explicare poterit Virginis matris magnitudinem doloris ex paſſione, vel gaudiorum exuberantiam ex reſurrectione filij? Nam certiùs illa propheticum illud in ſe experta diceret: *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Pſal. 93. D Vnde ſubintulit S. Hieron. *Quot patimur vulnera, tot meremur coronas.* Quod quidem potiſſimum in Virgine Dei matre viſum, quæ vti præ cunctis mortalibus pertulit in corde vulnera filium cernens in cruce morientem; ſic & meruit accepitque patientiæ coronas filium ſuauiata reſurgentem. Hac etiam menſurâ vtitur Dominus cùm iis, qui verè contriti noſtrarum animarum ob delicta triſtem obitum deploramus. *Quantumcunque* (adiungit S. Hieron.) *fuit pondus pœnitentiæ, tantus eſt & conſolationum numerus. Multi dolores,* (inquit S. Auguſt.) *ſed multæ conſolationes: amara vulnera, ſed ſuauia medicamenta.* ibid. Tranſierunt denique luctus, mœror, orbitas, ſolitudo Iacob: ſuccedunt ſine modo, ſine termino gaudia: finiuntur E pœnitentium, & athletarum huius vitæ certamina: ſuccedit quies ſempiterna. *Digna eſt quidem* (apponit S. Auguſt.) *labore perpetuo tuo ſempiterna quies: ſed neceſſe eſt vt labore temporali emator. Et paucos annos laboras; & in ipſis laboribus non deeſt conſolatio, non deſunt gaudia quotidiana. Sed noli gaudere in ſæculo, gaude in Chriſto.* ibid.

Inexplicabile gaudiū B. Mariæ in reſurrectione filij.

Pſal. 93.

S. Hier. Conſolatio datur ad menſuram doloris.

Pœnitentibus datur conſolatio ad menſurā doloris.

D. Hier. S. Auguſt.

Laborum præmia ſempiterna.

S. Auguſt.

CAPVT

CAPVT QVADRAGESIMVMSEXTVM.

1. PRofectúſque Iſraël cum omnibus quæ habebat, venit ad Puteum iuramenti,& mactatis ibi victimis Deo patris ſui Iſaac, A

2. Audiuit eum per viſionem noctis vocantem ſe, & dicentem ſibi, Iacob, Iacob, cui reſpondit: Ecce adſum.

3. Ait illi Deus: Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui: noli timere, deſcende in Ægyptum,quia in gentem magnam faciam te ibi.

4. Ego deſcendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem: Ioſeph quoque ponet manus ſuas ſuper oculos B tuos.

5. Surrexit autem Iacob à Puteo iuramenti: tulerúntque eum filij cum paruulis & vxoribus ſuis in plauſtris quæ miſerat Pharao ad portandum ſenem.

6. Et omnia quæ poſſederat in terra Chanaan: venítque in Ægyptum cum omni ſemine ſuo.

7. Filij eius, & nepotes, filiæ, & cuncta ſimul progenies.

8. Hæc ſunt autem nomina filiorum Iſraël, qui ingreſſi ſunt in Ægyptum, ipſe cum liberis ſuis. Primogenitus Ruben. C

9. Filij Ruben: Henoch: & Phallu & Heſron & Charmi.

10. Filij Simeon: Iamuel & Iamin & Ahod, & Iachin & Sohar, & Saul filius Chanaanitidis.

11. Filij Leui: Gerſon & Caath & Merari.

12. Filij Iuda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara. mortui ſunt autem Her & Onan in terra Chanaan. Natique ſunt filij Phares: Heſron & Hamul.

13. Filij Iſſachar: Thola & Phua & Iob & Semron. D

14. Filij Zabulon: Sared & Elon & Iahelel.

15. Hi filij Liæ, quos genuit in Meſopotamia Syriæ cum Dina filia ſua; omnes animæ filiorum eius & filiarũ,triginta tres.

16. Filij Gad: Sephion & Haggi & Suni & Eſebon & Heri & Arodi & Areli.

17. Filij Aſer: Iamne & Ieſua & Ieſſui & Beria, Sara quoque ſoror eorum. Filij Beria: Heber & Melchiel.

18. Hi filij Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ ſuæ, & hos genuit Iacob ſedecim animas.

19. Filij Rachel vxoris Iacob: Ioſeph & Benjamin.

20. Natique ſunt Ioſeph filij in terra Ægypti, quos genuit ei Aſeneth filia Putiphare ſacerdotis Heliopoleos: Manaſſes & Ephraim.

21. Filij Benjamin: Bela & Bechor & Aſbel & Gera & Naaman & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared.

22. Hi filij Rachel quos genuit Iacob: omnes animæ,quatuordecim.

23. Filij Dan: Huſim.

24. Filij Nephthali: Iaſiel & Guni & Ieſer & Sallem.

25. Hi filij Balæ,quam dedit Laban Racheli filiæ ſuæ: & hos genuit Iacob: omnes animæ,ſeptem.

26. Cunctæ animæ, quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Ægyptum,& egreſſæ ſunt de femore illius,abſque vxoribus filiorum eius ſexaginta ſex.

27. Filij autem Ioſeph, qui nati ſunt ei in terra Ægypti,animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob, quæ ingreſſæ ſunt in Ægyptum,fuere ſeptuaginta.

28. Miſit autem Iudam ante ſe ad Ioſeph, vt nunciaret ei, & occurreret in Geſſen.

29. Quò cùm perueniſſet, iuncto Ioſeph curru ſuo, aſcendit obuiam patri ſuo ad eundem locum, vidénſque eum, irruit ſuper collum eius, & inter amplexus fleuit.

30. Dixítque pater ad Ioſeph: Iam lætus moriar,quia vidi faciem tuam,& ſuperſtitem te relinquo.

31. At ille locutus eſt ad fratres ſuos,& ad omnem domum patris ſui: Aſcendam & nunciabo Pharaoni, dicámque ei: Fratres mei, & domus patris mei, qui erant in terra Chanaan,venerunt ad me:

32. Et ſunt viri paſtores ouium, curámque habent alendorum gregum: pecora ſua, & armenta, & omnia quæ habere potuerunt,adduxerunt ſecum.

33. Cúmque vocauerit vos, & dixerit: Quod eſt opus veſtrum?

34. Reſpondebitis: Viri paſtores ſumus ſerui tui, ab infantia noſtra vſque in præſens, & nos, & patres noſtri. Hæc autem dicetis, vt habitare poſſitis in terra Geſſen: quia deteſtantur Ægyptij omnes paſtores ouium.

SECTIO PRIMA.

Profectúſque Iſraël cum omnibus quæ habebat, venit ad Puteum iuramenti, & mactatis ibi victimis Deo patris ſui Iſaac, Audiuit eum per viſionem noctis vocantem ſe, & dicentem ſibi, Iacob, Iacob, cui reſpondit: Ecce adſum. Ait illi Deus. Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui: noli timere, deſcende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego deſcendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem: Ioſeph quoque ponet manus ſuas ſuper oculos tuos, &c.

Rem aggredi maioris momenti præmiſſa oratione oportet.

MVLTIS quidem difficultatibus A implexum iter aggreſſurus Iacob nihil babuit antiquius, quàm vt Dei conſuleret voluntatem: nihil enim prudétes piique viri ſine Deo aut iocipere, aut ſuſcipere voluut. Dei priùs voluntatem exquirunt, eáque demum perſpectâ Dei ſubinde implorant opem: nam ſine illa quicquam moliri inuerecundæ quidem audaciæ, imò barbaræ cuiuſdam ſtoliditatis eſt: ſine iſta verò inanis eſt omnis conatus, vana omnis induſtria. Igitur ab domo profectus Iacob primò ſe confert in Berſabee, celebrem illam quidem ſtationem peregrinantium Patriarcharum, vbi olim Abraham & Abimelech fœdus inierant. Geneſ. 21. Vbi deinde Iſaac, & Abimeleeb ſimili pacis ſancito fœdere B mutuam percelebrarunt amicitiã. Geneſ. 26. Erat ibi puteus iuramenti ab Abraham extructus, qui propter iureiurandum, quo fœdus cum Abimelech firmatum fuerat, nomen illud iuramenti; ſeu verò etiam Septem ſortitus & compoſito vocabulo dictus eſt Berſabee: quod ſuis locis iam ſatis explicatum relinquimus. Celebrior ſubindè locus ob religionem: quippe cùm ibi plantarit Abraham nemus, & nomen Dei inuocarit. Gen. 21. Vbi viſione Dei potitus Iſaac conſtruxit altare, victimáſque Deo obtulit. Geneſ. 25. Cùm igitur tanta eſſet locus ille veneratione dignus, támque celebri patrum pietate religioſus, Deique ipſius viſione, colloquio, promiſſionibúſque iactatus, voluit Iacob voti cauſa illuc diuertere, vt & precibus, & C litatis victimis tum voluntatem Dei exquireret, tum præſidium imploraret. Præſtò ſiquidem orantibus Deus eſt.

Implorandũ Dei auxiliũ ad negotia ſuſcipienda.

Exod. 25.

Oratio Dei thronus, aula, altare.

2. Iccircò præcepit Dominus Moyſi, vt in arca illa fœta myſteriis faceret propitiatoriũ adiiciens: *Inde præcipiam, & loquar ad te.* Exod. 25. Hebr. *Et ero paratus tibi ibi.* Eſt igitur oratio, vbi Deus ſe monſtrat propitium, vbi nos Deus audit exauditque aula thronúſque Dei ad res mortalium in illorum ſalutem deſtinatus: eò ſemper homini licet ire, ſemper ibi datur ad Deum adire: præſtò ſemper eſt audiri hominem à Deo, & exaudiri. Sic verò gratum eſt Deo ab orantibus interpellari, quò vel ſaltem malo coacti Deum adeamus, vt ie-D circò tribulationes, quę compellant ire ad Deum, miſericorditer nobis immittat. Verè ſiquidẽ ſcripſit D. Greg Nazianz. *Ægra anima vicina Deo eſt: atque omnis, qui periculum effugit, arctiùs ei adiungitur, à quo ſalutem eſt conſecutus. Sequamur eum, à quo ſalutem accepimus, atque ad illius partes nos adiungamus.* epiſt. 16. Scilicet contra diabolum, ac peccatum ſtantes in acie, bellúmque cientes. Nec verò vlla fortiùs muniunt arma, quam oratio: nec vllo promptiùs ac validius telo contra hoſtem inſurgit homo, quàm oratione: quæ quidem ſi Deo præualet, quid ſubinde non euincet? Iratus, ac pla-

Tribulatio datur, vt orandi ſit occaſio.

S. Gregor. Nazianz.

Oratio arma, caſtráque contra diabolum.

A nè iam gladium euibrans contra Hebræos ob nefandum illud ſacrilegium idololatriæ proclamat Dominus ad Moyſen: *Dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Exod. 32. Quæ verba ſic eleganter expendit Tertull. *Ad hoc famulo dixit: Dimitte me, vt ille poſtulando, & ſemetipſum offerendo non dimitteret: atque ita diſceres quantum liceat fideli & Prophetæ apud Deum.* lib. 2. contra Marc. cap. 26. adde; Et diſcas quantum poſſit oratio apud Deum.

Exod. 32.

Tertull.

Deo prævalet hominis oratio.

3. Plurimum illa valet etiam cùm ab vnoquoque priuata fit: ſed longè maiorem habet vim ad impetrandum, cùm à multis cõiunctim & publicè funditur. Eſt hic planè ſpiritus ille precum, quem (inter alia dona) Deus Eccleſiæ ſuæ promit-B tit: *Effundam ſuper domum Dauid & ſuper habitantes Ieruſalem ſpiritum gratiæ & precum.* Zachar. 12. Vt ſcilicet piâ quadã coniuratione vnanimiter multi meum adeant templum, mihi ſeipſos humiliter ſiſtant, fundant ante meum altare preces; quibus vtique reddam, quam expoſtulant, gratiam. Tam verò certum eſt piâ & humili oratione impetrari quod petitur, vt idem ſit precum & gratiæ ſpiritus: Deique gratia preces hominum indiuiduo nexu comitetur. Reddit Dominus quaſi ex debito, aliuqui gratiam, quod per ſpiritum precum imploratur. Bonus quidem pater familias Iacob, qui liberos, domeſticos, famulos, totámque familiam ad orationis, & ſacrificij locum ducit ſecum, vt coniunctis omnium precibus & diuinum C propitietur Numen, & illius gratia in commune familiæ bonum imploretur. Non omittam dicere quid amplius occurrat circa illum ſpiritum precum, de quo paulò ante Zachar. Poſſe nimirum intelligi etiam illum, de quo Apoſtolus ad Romanos ſcribit. Nam inter cæteras, quæ ab ſpiritu ſancto in primitiua Eccleſia communicabantur, gratias vna erat nec poſtrema, ſpiritus ſiue donum precum. Illud verò non omnibus dabatur: erat enim diuiſio gratiarum, quas diuinus ſpiritus pro libito communicabat, vt ibidem Apoſtolus latè comprobat. *Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram.* & mox: *Ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* ad Rom. 8.

Plurimum valet oratio quæ à multis coniunctim & publicè fit.

Zach. 12.

Dei gratia præſto eſt orationi hominis.

Bonus pater familias ſecum omnes ducit ad orationem.

Spiritus orationis donum Dei.

ad Rom. 8.

4. Hoc igitur donum dabatur ab ſpiritu ſan-D cto, vt intelligit S. Chryſoſt. cuidam viro ſanctiſſimo, qui propter ipſum Spiritus ſancti donum dicebatur etiam Spiritus, qui quidem gemitibus & lacrymis à Deo donatis gerebat publicum officium orandi & interpellandi pro quacunque neceſſitate publica, & vniuerſim pro vniuerſa communitate fidelium. Quare de hoc publico deprecatore loquitur Apoſtolus: *Spiritus adiuuat, &c. qui autem ſcrutatur corda; ſcit quid deſideret Spiritus, quia ſecundùm Deum poſtulat pro ſanctis.* ad Rom. 8. *Homo ſcilicet ſpiritualis* (declarat S. Chry.) *cuius etiã nunc ſignum Diaconus eſt pro populo Deo preces offerẽs.*

In primitiua Eccleſia publicus erat deprecator & Aduocatus erga Deum.

ad Rom. 8.

S. Chryſ.

Hic

Theophyl.

A Hic erat communis omnium in domo Dei Aduocatus apud Deum. Eadem eſt interpretatio Theophylacti ad hunc modum: *Cum pleraque ignorantes, quæ nobis commodarent, non commodantia ea de cauſa peteremus, accedebat tunc orationis Chriſma in vnum quempiam eorum, qui tunc viuebant, & quod communiter omnibus conferebat, ſtans precabatur, alióſque id petere docebat.* O egregium donumǵ virum illum cœlitùs datum in communem fidelium ſalutemǵ ſi nunc etiam apud nos talis eſſet omnium noſtrum Aduocatus! *Spiritum igitur* (adiungit) *hic vocat huiuſmodi donum, & animam recipientem precationis donum, ac interpellantem apud Deum, ingemiſcentémque. Num magno cum compunctione ſtabat ſpiritualis ille homo, & multis gemitibus; cuius hodie ſymbolum eſt Diaconus ſtans & ex imo pectore ad Deum pro populo preces effundens,* hæc Theophyl.

Deprecator publicus lacrymando & gemendo mouebat in templo.

Theophyl.

B 5. Poterat autem illud fieri altero è duobus modis: vel ſpiritualis ille homo, communiſque omnium Aduocatus in genere poſtulabat à Deo quid cuique fidelium expediret; vel rogatus ab vnoquoque quid maximè à Deo impetrare vellet, ille omnium ſic vota excipiens, ingreſſuſque orationem illud tantùm petebat, quod homini vtile foret, edocente nimirum ac mouente Spiritu ſancto: hoc tu, vel illud poſtula. Quod quidem videtur Apoſtolus inſinuare cùm dicit: *Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiritus, quia ſecundùm Deum poſtulat pro ſanctis.* ad Rom. 8: vbi Theophyl: *Non ignorante Deo ſtans precatur homo ille. Qui enim ſcrutatur corda, nouit quis ſit ſenſus ſpiritus, id eſt, ſpiritualis hominis. Nam quæ Deo grata ſunt, ab eo poſtulat pro iis, qui ſunt in Eccleſia fideles: illi enim ſancti ſunt.* hæc Theophyl. Fiebat hæc publica illius ſpiritualis oratio in Eccleſia, in quam fideles vel ad orandum, vel ad diuina myſteria conuenerant. At cùm talis apud nos Aduocatus non ſit; illius vicem vnuſquiſque gerens Dei voluntati committat, quid ſibi magis expediat. Qua de re ſic ſcribit S. Ambr. *Deus ſcit quid tribuat diuidens ſingulis prout vult: dicit enim interdum ſciens menſuram, quam nos ignoramus: Non poteſtis hoc modò accipere. Peto mihi paſſionem martyrij: ſpiritus promptus eſt, ſed videns infirmum carnis meæ; ne, dum maiora cupio, minora amittam, dicit; Non potes hæc accipere.* epiſt. 23.

ad Rom. 8.
Theophyl.
A Deo poſtulandum quibus nobis expedire ipſi nouerit.

C

D. Ambr.
Ignorantes quid nobis expediat, interdū petimus à Deo noxia.

D 6 Non poſcebat ſibi Ambr. martyrium, ſed paſſionem martyrij; hoc enim abſolutè peti poteſt. Nam in martyrio, quod iam conſummatâ paſſione intelligitur, nullum ſubeſt periculum: illa verò cùm adhuc ex euentu pendeat, & ſubeat periculū; ſub conditione peti debet: quòd enim illa ſibi non expediret; ita vlterius oſtendit Ambr. *Quales occaſiones habui, & de ipſo propè fine reuocatus ſum?* &c. In quo apertè ſignificat ſibi ab hæreticis ſtructas fuiſſe inſidias, intẽtatúmque ſępiùs mortis diſcrimen, ex quo (niſi Deus aliter decerneret) martyrium vtique pro fide Catholica ſubiiſſet. Impediuit Dominus paſſionem, martyrium denegauit Ambroſio. *Nouit enim* (adiungit) *bonus medicus, quæ eſca cui apta ſit infirmitati, & cui tempori ad profectū*

D. Ambr.
Maluit Deus Ambroſium ſuæ Eccleſiæ doctorē, quàm martyrem.

E *valetudinis: interdum opportunitas eſcæ ſanitatem reddit. Quòd ſi importunè aliquis accipiat, aut non conuenienter, implicatur periculo. Nos ergo neſcimus quid oremus, & quomodo oporteat.* ibid. Maluit Dominus ſibi & ſuæ Eccleſiæ Ambroſium doctorem, quàm martyrem. Et illa quidem egregia medici ſimilitudo: ægrotamus omnes ſenſu méntéque infirmi: Deus nobis eſt medicus: ſcit ille quid nobis conducat, quid noceat: nec noſtram idcircò, vbi quidpiam petimus, voluptatem, ſed ſanitatem reſpicit.

D. Ambr.
Deus bonus medicus nouit quid nobis expediat.

7. *Mactatis ibi victimis.*] Incertus igitur Iacob

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A dubiúſque de profectionis in Ægyptum ſucceſſu ad ſolitum ſibi confugit ſubſidium: hoc autem erat fuſis ad Deum precibus, oblatóque ſacrificiò Dei voluntatem exquirere; opémque implorare: quibus quidem magnum ſemper præſidium & ſolatium fuit expertus. Addidit precibus ſacrificiū, vtique ſymbolum Euchariſtiæ ſacrificij, quo nihil & ſanctius, & diuinius habet Chriſtiana religio; nec verò etiam potentius ad Dei Numen propitiandum, Deique præſidium impetrandum. Vadit Iacob in Berſabee locum antiquâ patrum ſuorum pietate religioſum: idque in figura fidelium, qui pietatis ergò ſacroſancta frequentant templa, vbi Deum religioſè colūt, familiariter alloquuntur, ſanctè inuocant: diuiniſque myſteriis, in qui-

Adeundum templum, adoranda Euchariſtia, orandúmque pro bono rerum euentu.

B bus incruentum, ſed verum quidem Chriſti Domini corporis & ſanguinis peragitur ſacrificium; venerabundi interſunt. Hæc illa ſunt myſtica, & à regio vate ſæpiùs percelebrata torcularia, quorū in typum & honorem cùm octauum, tum alios deinde Pſalmos conſecrauit: *In finem pro torcularibus.* Pro templis videlicet in Chriſti lege omnium poſtrema, & poſt naturalem & ſcriptam exactas vſque in finem mundi permanſura extruendis à Chriſti fidelibus ille Pſalmus, vti & alij ſimili titulo prænotati, ſymbolicè compoſitus decātatur.

Pſal. 8.
Tēpla Chriſtiana typicè torcularia in Pſalmis.

8. *In finem pro torcularibus. Non amplius* (declarat Theod.) *ſecundùm antiquam legem ſuper vnum altare hominum fructus Sacerdotes vindemiant, ſed infinita altaria per omnem terram introduxit.* Habemus

Theod.
Chriſtus in torcularibus.

C torcularia, ſcilicet templa & altaria. Sed quænam exprimendæ ad vinum vuæ? Reſpondet idem: Dominus vitis vocatur: *Ego ſum vitis.* Ioann. 15. *Qui hanc vindemiant vitem, ſunt fideles myſticum vinum præparantes.* At verò S. Auguſt. etſi quoad ſignificationem torcularium cum Theodoreto cōueniat, de vino tamen in iis expreſſo diſſentit in hunc modum interpretans. *Torcularia poſſumus accipere Eccleſias: verbum diuinum poteſt vua intelligi. Dictus eſt enim Dominus botrus vuæ, quem ligno ſuſpenſum de terra promiſſionis, qui præmiſſi erant à populo Iſrael, tanquam crucifixum attulerunt.* Num. 13. vbi multa dicit de vino verbi Dei, quod in aures, velut in dolia, includitur. Et quidem in templis Chriſtianorum fit vtrumque, & verbum Dei prædicatur;

Ioann. 15.

Theod.
Sacerdotes vindemiant & laici cū communicant.
S. Auguſt.

Num. 13.
Prædicatio verbi Dei expreſſio botri promiſſionis terræ.

D & corpus ſanguiſque Dei hominis immolatur, offertur, ſumitur à fidelibus. In vtroque potiſſimūm cernitur profeſſio Chriſtiana, vt & Chriſti verbum audiamus, & Chriſti corpus in ſacramento adoremus, ſumamúſque. Atque idcò S. Ambr. iure optimo ſtatuit: *Quiſquis frater dominicis non intereſt ſacramentis, neceſſariò apud Deum caſtrorum deſertor eſt diuinorum.* ſerm. 1. Querebatur ſcilicet Doctor ſanctiſſimus malè à fidelibus Eccleſiam frequentari, paucos rei diuinæ intereſſe, à paucioribus ſumi Euchariſtiam. Nec eos dubitat dicere proditores, qui relictâ Eccleſiâ, Chriſti nimirum caſtris valere iuſſis, ad vanitates mundi, ad pompas ludicrorum, ad negotia rerum inutilium, & fortaſſe (quod peius eſt) ad popinarum, gancarum;

D. Ambroſ.
Qui templū non adit ad diuina myſteria, deſertor & proditor Chriſti eſt.

Caſtra diaboli.

E lupanarium ſterquilinia, vtique diaboli caſtra & peccati transfugiunt.

9. *Noli timere.*] Non diu diſtulit Dominus dignum tantâ pietate præmium. Dormientem quippe excitauit iterum atque iterum proprio nomine interpellans: Ne timeas. Multa ſiquidem eo in itinere ſenex timebat: primò quidē ne quid aduerſi pateretur in decrepita illa ætate longum & arduum iter ſuſcipiens tam numeroſa oneratus familia: deinde petens Ægyptum; at qualem regionem? idolis conſecratam; gentibus omni ſpur-

A citiâ contaminatis habitatam; vbi certum periculum filiis, ne idolorum cultu, & fœdis Ægyptiorum vitiis polluerentur: atque adeò iis illecti, & loci deliciis deliniti mallent potiùs in Ægypto manere, quàm in terram patribus à Deo promiſſam redire; Deíque pacta & promiſſa negligerent. Ne denique in via priuſquàm optato filij aſpectu frueretur, mortem obiret. Noluit itaque tam multiplici metu circunſeptus iter illud Deo inconſulto ſuſcipere.

Dei voluntas in oratione conſulitur.

Omnem igitur à ſeruo ſuo Dominus timorem exemit eo ſcilicet loco, vbi ſupplex fudit preces, ſanctéque litatis hoſtiis Dei Numen coluit & propitiauit. Quid ergo mirum, ſi per ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium, cuius illæ victimæ typum gerebant, totam ſeſe effundit Dei miſericordia,

In Miſſa Dei amor immenſus oſtēditur, & miſericordia effunditur.

B & immenſus erga homines amor demonſtratur; omnis à Iacob & à quocunque fidelium ritè piéque diuinis myſteriis adſiſtente metus eximitur? Vel ipſi peccatores in auguſtiſſimo ſacrificio Miſſæ, atque in ſacroſancta Euchariſtia ſecurum habent refugium, magnúmque ſolatium: ibi ſiquidem miſericordiis Chriſti Domini affluunt viſcera: ibi quò magis noſtra increſcunt delicta, eò vehementiùs illius amor igneſcit: & vbi hominum abundat iniquitas, Chriſti abundat & gratia. Quod quidem in figura ſatis apertè olim eſt Hebræis demonſtratum.

Miſſa ſacroſanctum hominibus aſylum.

10. Enimverò cùm Hebræorum inſania eò tandem progreſſa eſſet, vt ſuo Deo relicto aureos pro Diis vitulos adoraret, Deíque irati meritum

C ſupplicium eum extrema tandem tam ingratæ, infidæque gentis euerſione timeretur: *Pluit illis manna ad manducandum.* Pſal. 77. Siccine Domine hæc illa ſunt fulgura, quæ tu irâ ſuccenſus in vltionem tam ſcelerati populi de cœlo eiaculatis? *Ianuas cœli* (canit Propheta) *aperuit, & pluit illis Manna ad manducandum.* Cœleſti paſcis epulo omnem prædulcium rerum ſaporem habente, quos vides tibi perfidos, ac proditores? Reliquit te Domine Deus barbara illa & adultera ſynagoga verum ſuum Dominum, patrem, ſponſum: & turpiſſimis impiorum gentium idolis ſe mancipauit. *Ibat poſt amatores ſuos, & me obliuiſcebatur, dicit Dominus. Propter hoc:* quid quæſo facies? Num tradcs inuerecundam gehennæ incendiis comburendam? *Propter hoc, ecce ego lactabo eam.* Oſeæ 2.

Pſal 77.

Pſal. 77.

D Non illi iudicem, imò ne patrem quidem virgâ nonnunquam filio comminantem me oſtendam: Matrem me illi geram, vt lacte meorum dulcedinum; manna paſcam; mei videlicet corporis & ſanguinis epulo reficiam illam ipſam, quæ me dereliquit, quæ mihi diabolum anteposuit. Annon hoc ipſum eſt, quod Apoſtolus ſignificat dicens: *In qua nocte tradebatur, accepit panem, &c.* 1. Cor. 11. Cùm Domino strueretur patibulum, cùm illius ſanguini homines inſidiarentur; tunc maximè ſuā explicauit caritatem: iiſdem, à quibus tradebatur, ſuum corpus in cibum, ſuum ſanguinem in potū donauit. O admirabilem pietatem! ô verè *Nimiam* (vti Apoſtolus vocat ad Epheſ. 2.) *caritatem!*

Oſeæ 2.
Immenſus Chriſti amor erga peccatores.

Matrem ſe Chriſtus in Euchariſtia nobis præbet.
1 Cor. 11.
Ingratis & perfidis hoſtibus Chriſtus immenſum impendit amorem.
ad Epheſ. 2.

E 11. *Illâ etiam nocte* (declarat Theophyl.) *quâ mactandus erat, Iudam proditorem menſa accumbentē habuit. Iuda quoque proditori* (inquit Theod.) *pretioſum corpus & ſanguinem impertiuit.* In Iuda quidem proditore peccatores omnes accipiens in bono vincit, malo bonum rependit, diligit ſuos inimicos, benefacit iis, à quibus odio habetur: mortem ab iis illatam patitur, quibus ſuam humanitatem diuinitatémque epulandam apponens vitam ipſā attribuit ſempiternam. O ſuauiſſimā amoris dulcedinem! Nutrimur ſanguine, quem effudimus;

Theoph.
Theod.

Suauiſſimū diuini amoris epulum in Euchariſtia.

A veſcimur corpore, quod mactauimus: nobis ille vitam retribuit, cui mortem nos intulimus. Noli timere Iacob, dixit Dominus in loco illo Patriarcharum orationibus ſacro, & poſt victimas Deo ab homine oblatas. *Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui ſanctus Iſrael:* clamat Iſai. 12. Nihil videlicet eſt, quod timeas, Chriſtiane: multum eſt, quod ames: lætare, tripudia, triumpha; quia in medio tui, in intimo tuo, in viſceribus tuis, in medullis tuis, in ventre tuo, hæc omnia importat vox Hebræa *quereb* קרב ſanctus Iſraël, vtique Meſſias Dominus IESVS, qui, cùm fideles ſacroſanctam ſumunt Euchariſtiam, verè ac realiter in viſcera corporis, & in intimum animæ ingreditur. Quod autem nullus hic timori ſit locus,

Iſai. 12.

B præmiſerat idem: *Ecce Deus ſaluator meus; fiducialiter agam, & nō timebo, quia fortitudo mea, & laus mea Dominus.* ibid. Hebr. *Et canticū iah iehouah.* יה יהוה. Vbi notandum eſt, cùm hæc duo nomina ſimul iunguntur, intelligi Deum de Deo, Verbum ſcilicet Dei Patris filium, vti peritiores animaduertunt. Feſtum igitur diuinis celebratum canticis mira ſanè lætitia, vbi Deus ſaluator venit ad homines, vbi ſalus ipſa hominis penitiſſima quæque peruadit, vbi ſanctitas & diuinitas filij Dei in ipſis hominis commoratur viſceribus.

Iſai. 12.
Feſtum diuinis canticis celebratum in Euchariſtia ſumpta à fidelibus.

12. *In gentem magnam te faciam.*] Excitat ſenē de itinere ſolicitum; vti ſecurus viam capeſſat, lætúſque abeat in Ægyptum; vbi iam ſibi, quàm filiis, poſteritatíque ſuæ multa proculdubio eue-

C niet felicitas. Semen tuum, de quo maior tibi ſolicitudo, in gentis (inquit) magnæ numerum multiplicabo. Neque verò tantùm numero, ſed multis aliis nominibus magna erit inter homines tua poſteritas. Eia nunc alacer ito: adero enim & fauebo eunti, & tuis ſubinde nepotibus ad Ægypto aliquando tandem rediturıs. Reducam ſcilicet poſteros tuos, qui oſſa tua ſecum ex Ægypto aſportantes in terra patribus, tibíque à me promiſſa dandáque illis ſepelient. Ito igitur, tecum ibo. O mira hominum iuſtorum felicitas! ſecum quôcūque vadunt, ipſum Deum comitem, defenſorem, patronum deferunt: quæ maior ſecuritas? *Cùm tranſieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaueris per ignem, non combureris, & flam-*

Iuſtus ſecū quocunque vadit, Deū comitem defert.

D *ma non ardebit in te.* Iſai. 43. dicit idem Dominus. Inſanos aquarum impetus, flammarum incendia, ſumma quidem pericula nominat: quæ tamen leuia, nulláque erunt homini, quem Dei præſentia iuuat, ac tuetur. Felix profectò ille metus Iacob, qui hominem futuri euentus anxium compulit ire ad Deum, docuit opem illius implorare, voluntatem ſcrutari, ne Deo inconſulto, aut contra ipſius beneplacitum aliquid moliretur.

Iſai. 43.

Securus cum Deo eſt & vadit iuſtus.

13. Conſulendus homini, cùm arduum quid aggreditur, Deus eſt per humilem inſtantémque ſupplicationem, vt animo internam ſuæ voluntatis immittat inſpirationem: vel ſi hæc deſit, per prælatum, qui ſubdito eſt diuinæ voluntatis interpres: vel ſi hoc non ſuppetat, per ipſam Dei le-

E gem, in qua euidenter diuina voluntas explicatur: quod factitare ſe aiebat Dauid: *Conſilium meum iuſtificationes tuæ.* Pſal. 118. Tua (inquit) mandata, tua lex, ô Domine mihi ſunt pro conſiliariis. Cùm me video vndique peti ab hoſtibus, cùm Saulis arma & miniſtri deſæuiunt vt circumueniant, capiant, trucident: ego quidem non arma paro, non amicos ad reſiſtendum, ad vlciſcendum coniuratos conſulo: Sed legem tuam exquiro, mandata tua in conſilium adhibeo: ab illis inſtruor, doceórque vincere in bono malum,

Pſal. 118.
Conſilia petenda à Dei mandatis.

diligere

Iuſti in arduis Dei legem conſulunt.

diligere inimicos:patienter ferre quicquid aduerſi occurrit. O egregium conſilium! ô verè ſapientes, ſanctóſque conſiliarios! Sic viri iuſti Deum, Deique legem conſulunt, antequam difficile quid, ambiguum, & periculoſum aggrediuntur. Contra verò impij, vt ſunt imprudentes, vbi ſeſe quid agendum offert, cœco impetu paſſionis aggreſſi poſt factum opus ridicula quadam & præpoſterâ religione legem Dei exquirunt, non vt erratum corrigant, ſed confirment; ſeſéque in contractu illicito, in rapina, in odio, in turpitudine, ſibi demalè iuſtificato in ſceleribus ſtatu blandientes, conſeruent: & mali conſilij triſtem ad gehennam ſecum deferant commeatum. Rectè S. Auguſt. ſanctorum Martyrum in lege Domini conſilium hoc loco interpretatur: *Conſilium meum iuſtificationes tuæ. Conſilium* (inquit) *contra conſilium. Conſilium perſequentium fuit, interemos martyres perdere: conſilium patientium martyrum fuit, inimicos perditos inuenire. Reddebant illi mala pro bonis, iſti bona pro malis. Quid ergo mirum, ſi illi occidendo defecerunt, iſti moriendo vicerunt?* hæc S. Auguſt.

Impij vt ſe in malo conſeruent, legē Dei exquirunt.

Patiētia & caritas erga perſecutores martyrum.

S. Auguſt.

14. Sunt etiam, qui de Dei lege voluntatéque inquirunt; non vt illam ſequantur, ſi contrariam nouerint ſuæ libidini; quin imò talem iudicantes paſſioni ſuæ, nihilo minùs inſiſtunt. Decreuerat Rex Achab pugnare cum Syris, rogante verò Ioſaphat Rege tribus Iudaicæ voluntatem priùs ſciſcitari à Michea Propheta: *Ire debemus in Ramoth Galaad ad præliandum, an ceſſare?* Et quia Micheas Dei voluntatē aperuit, fore vt vincerentur Hebræi, Rexque periret, malè acceptus iniuriis in carcerem iuſſu Regis eſt detruſus. 3. Reg. 22. Sed infelix Achab ſuæ temeritatis pœnas cōfeſtim luit in prælio peremptus. O Rex impie, ſi quæris Dei voluntatem, cur eam intellectam non recipis, non ſequeris? Si Dei nomine adiuratum adigis Prophetam, vt vera tibi nunciet, vt euentum belli referat, cur vera diuinitúſque reuelata nunciantem affligis, & tanquam læſæ maieſtatis reum compingis in carcerem? Si veritatem oderas, quare illam inquiris? Scilicet hæc eſt impiorum ſtultitia in impio pariter atque ſtulto Achab expreſſa: *Adiuro te* (inquit) *vt non loquaris mihi niſi quod verum eſt in nomine Domini.* At ſubinde auditus à Propheta verum in nomine Domini indignabundus ait: *Nunquid non dixi, quia non prophetat mihi bonum, ſed ſemper malum.* ibid. O ſtultiſſime mortalium: Verum prophetat Micheas, quod tu requirebas: ſed non infelix volebas; tuæ libidini contrarium, ſed ſaluti percommodum. Si Prophetæ credidiſſes; non ad præliandum iuiſſes, nec in prælio periiſſes.

3. Reg. 22. *Veritatem inquirit ſtultus, ſed eam tamen odit.*

3. Reg. 22.

15. *Ioſeph ponet manum ſuam ſuper oculos tuos.*] Magna Dei liberalitas: ſolicitū de itinere ſeruum ſedulit, omníque timore liberat Dominus: atque adeò admirandam poſteritatis felicitatem pollicetur: lætiſſimâ denique promiſſione ſenem deliniens promittit conſpectum, complexúſque omnium cariſſimi filij. Vtinam ſic erga nobis tam beneficum Dominum, tam magnificum parentem, ſaltem quæ iure omni debita ſunt, perſoluentes, ſi minùs liberales, at certè iuſti redditores eſſemus! Quid quòd etiam ſeni iam penè Acherontio nūciat futurum, vt à dilectiſſimo filio Ioſeph morientis claudantur oculi? Quod quidem vnum eſt ex iis, quæ maximè deſiderant parentes, vt filios poſt mortē ſuperſtites relinquant: vt in præſentia filiorum, inter illorū brachia dulciter moriantur: vt à dilectiſſimis morientium oculi occludantur. Hoc officium, quia præſtare non poterat anus illa

Plus dat quàm promiſit Dominus.

A filiis claudi morientes patris oculos dulce eſt.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A filio, quem in prælio cæſum acceperat, inconſolabili dolore fleuiſſe deſcribitur à poëta.

Nec te tua funera mater
Produxi, preſſive oculos, & vulnera laui.

Æneid.

Certe hoc viro vel maximè noſtrum (ſi fas ita loqui) Vlyſſem à noſtra hac ipſa Vlyſſipone, cui primùm ædificandæ intentus de reditu in patriam non curabat (& quis ſanæ mentis hoc cœlū, hoc ſolum, hunc portum, hunc Tagum, hoc litus non Ithacæ illi dicam, tanquam nidulo, in rupibus affixæ, ſed pulcherrimæ cuique terrarum vrbi non anteponeret?) Penelope vxor reuocauit ad præſtandum morienti patri debitū pietatis officium:

Vlyſſes fundator Vlyſſiponis.

Reſpice Laerten, & iam ſua lumina condas,
Extremum fati ſuſtinet ille diem.

Ouid. in epiſt.

B 16. Non omittā dicere quàm celeber mos iſte fuerit apud antiquos claudendi morientium oculos, ſcribit enim Plin. in hunc modum: *Morientibus oculos operire, rurſúſque in rogo patefacere Quiritium magno ritu ſacrum eſt. ita more conditum, vt neque ab homine ſupremum eos ſpectari fas ſit, & cœlo non oſtendi nefas.* lib. 11. c. 37. Quòd verò claudantur in morte, ratio illa omnibus nota eſt; quòd cùm adhuc calor eſt in corpore, flecti plicarique commodè membra poſſunt, quæ frigeſcente iam cadauere prorſus obdureſcunt; nec facilè componi poſſunt. Clauduntur igitur oculi, cùm facilè tractari queunt, ne in morte aperti videantur eſſe deformes: at quòd in rogo patefiant, ethnica & ſtulta videtur ſuperſtitio. *In hoc quidem claudendi oculos*

Plin. *Antiquus mos claudendi oculos morienti.*

Cur morientū oculi obringeſcunt?

C *morientis moralis* (inquit S. Ambr.) *exprimitur affectus. Nam ſi eos quos diligimus, cupimus frequenter amplecti, quantò magis receſſuri ex hoc corpore, ipſo carorum pignorum tactu delectamur extremo, & hoc mulcemur viatico?* lib. de Ioſeph cap. 14. Pium iſtud & ſacrum claudendi morientibus oculos inter Virginem Dei matrem, & filium eius Dominum IESVM fuiſſe mirabiliter exercitum legimus officium. Enimverò Chriſtus Dominus in cruce moriens, vt & in hoc etiam fratribus aſſimilatus hāc humanæ conditionis miſeriam ſuſciperet, apertos habuit oculos: aut ſaltem ſiniſtro prorſus in cœlū patefacto, dextero autem aliquātulùm clauſo expirauit. Si tamen vera eſt noſtrorum in Luſitania maiorum traditio, quæ habet deportatam, vnde neſcitur, è marique expulſam in litus iuxta Portū

S. Ambr.

D inſignem huius regni vrbem, ad eum locum, qui vulgo dicitur Bouias, effigiem ligneam admirabilis iam è formæ, ſupra quàm dici poteſt, venerandam Domini IESV Cruci affixi; fama eſt à Nicodemo effictam: quam in templo perquàm auguſto ibidem collocatam tota Luſitania voti & religionis ergò inuiſit. Ergò cùm aliquando ad concionandum publico in feſto illuc iuiſſem, potui quietè ſerióque auguſtiſſimam illam effigiem ſpectare, ſingulas illius partes ſedulò contemplari, maximéque ſubnotare quòd capite in latus dexterum inclinato dexterum haberet oculum clauſum, ſiniſtrum verò cum facie ſurſum erectā clariſſimè apertum: quod quidem, ſi (vt viſitur in

Sacra effigies Crucifixi in oppido Bouſas.

Dominus in cruce ſiniſtrū habuit oculū apertum, dexterum clauſum.

E effigie) ita factum eſt, miro aliquo myſterio non caruit: illud ego piis lectorum contemplationibus relinquo. Igitur vbi Virgo mater demiſſum è cruce filij ſui corpus in ſinu ſuſcepit, clauſit oculos morte apertos, abſterſit vulnera, lauítque lacrymis, quæ vbertim fluentes tanto illi officio abundè ſufficerent. De Virg ne ſiquidem dicitur ab ſponſo: *Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon.* Cant. 7. Quæ ſcilicet lacrymarum affluentia matri Virgini ad paſſionem Domini deplorandam diuinitùs data fuit.

B. Maria mortuo filio clauſit oculos, terſit vulnera. Cant. 7.

Dominus IESVS matri B. Mariæ adſtitit morienti.
B. Maria mortuæ filius clauſit oculos, corpus, & ſepulturam ornauit.

17. Porrò autem matris ſuæ Deus filius morienti debitum pietatis officium rependit. De cœlo quippe Angelorum choris circumſeptus adſtitit ad lectum matris dilectiſſimæ: ac denique poſt mutuam, prædulcémque conſalutationem expirantis, ſupra quàm explicari poteſt, placidiſſimè animam beatiſſimam matris incredibili ſuperfuſam dulcedine filius ſuſcepit; dein Virginei corporis, de quo carnem ſumpſerat, morientis clauſit oculos, os compoſuit, ſepeliendúmque honorificè tradidit corpus Apoſtolis mox ſuſcitandum, & inter Angelorum cantus, tripudiáque vinum & glorioſum in cœlum vſque ſubuehēdum. O illum verè beatum, cui datum à Deo eſt, vt morienti adſiſtant non quidem ad claudendos corporis oculos, ſed ad tuendam & ſuſcipiendam è B corpore fugientem animam Redemptor ipſe hominum & mater gratiæ, IESVS & Maria! Pulchrè S. Ambr. in myſtico ſenſu locum explicans, Ioſeph Chriſtum Dominum, Iacob populum Iudaicum interpretatur. *Myſticè* (inquit) *licet nobis intelligere quòd poſteà cogniturus Deum ſit populus Iudæorum. Hoc eſt enim myſterium, quòd verus Ioſeph immittet manus ſuper oculos eius, vt qui non videbat antè, iam videat*, lib. de Ioſeph. cap. 14. Nihil tam frequens in ſcripturis, quàm cæcitas Iudæorum; quæ quidem vnum eſt, ex apertiſſimis Chriſti IESV veri Meſſiæ, teſtimonium. *Cæci ſunt, & duces cæcorum*. Matth. 15. Veritatem Chriſtianæ fidei toto orbe gentibus affulgentem non vident Iudæi, quia videre nolunt. Cæterùm ad finem mundi C *reliquiæ Iudaicæ ſalua fient*. ad Rom. 9. *cùm Chriſtus IESVS* (vti adiungit Ambroſ.) *ſenilis iam ætatis & feſſum ſuſcipiet vltimis temporibus populum Iudæorum non ſecundum illius merita, ſed ſecundùm electionem ſua gratiæ: & imponet manum ſuper oculos eius, vt cæcitatem auferat*. ibid.

Felix, cui adſiſtunt morienti IESVS & Maria.
D. Ambr.
Cæcitas Iudæorum argumentum fidei.
Matth. 15.
Rom. 9.
Ad finem mundi cæcitas Iudæorum curabitur.
D. Ambr.

18. *Surrexit autem Iacob.*] Poſt ſacrificium, fuſáſque Deo preces mane Iacob exurgens continuando deinceps itineri certior iam factus diuinæ voluntatis, & diuino præſidio ſuffultus ſeſe expediuit. Mirum autem dictu eſt, quod ſacer ſcriptor adnotauit: *Tulerunt eum filij*, &c. inſinuatur ſcilicet quàm officioſè, qualíque affectu & diligentiâ patri grandæuo filij omnes inſeruierint. D Vbi primum videlicet exoriente ſole peropportunum faciendo itineri tempus fuit, certatim omnes accurrunt filij, patrem è ſomno excitant, tollunt è lecto, veſtiunt, componunt; cibo potúque muniunt ad laborem itineris: dein brachiis humeriſque ſublatum, aut vehiculo aut equo imponunt, totámque ſimiliter familiam & ſupellectilem per vehicula, plauſtráque & iumenta bono ordine diſponunt. O egregiam filiorum pietatem! ô dignã æternâ hominum prædicatione filiorum erga parentem officium pariter & affectum! Erant porrò filij Iacob ferè omnes coniugati, liberos habebãt, vxores, familias: at rerum iſtarum omnium curâ ſepoſitâ confectum ſenio patrem curant, fouent, portant brachiis, attollunt in humeros. Digni E profectò filij, quibus omnia ex Dei patríſque benedictione in vita & in obitu ſuccederent feliciſſima. Sed ô pudor, ô ſcelus noſtrorum temporum, in quibus filij, maximè vxoribus addicti, parentes ſuos ita obliuioni tradunt, ita negligũt; ac ſi alienos reputent, & velut hoſtes abhorreant: digni planè, qui vitâ feſtinatò priuentur, quam à parentibus acceptam tam malè iiſdem rependunt: Nihil æquè certum & quotidianũ, quàm quod Dominus edicit: *Honora patrem, & matrem; vt ſis longæuus ſuper terram*. Exod. 20. Et è contrario videA mus quotidie inurbanos, moleſtos, inobedientes, inciuiléſque parentibus filios propropera morte, ſæpiúſque in peccatis ad æternam condemnationem perire.

Filiorum pietas erga patrem grandæuum.
Filij erga parentes pij & humani vitâ longiore donantur.
Exod. 20.
Filij inurbani propropera morte puniuntur.

19. *Venitque in Ægyptum.*] Deo duce intrauit tandem Iacob incolumis in Ægyptum cum tota ſua familia, ſcilicet cum liberis, cũ filia Dina: nec enim vllam aliam genuiſſe fœminã legitur. Nam hoc loco pluralis numerus pro ſingulari ponitur; quod quidem frequens eſt in ſcriptura: vel etiam nurus filiarũ nomine donantur, vt & haberi amaríque debent à ſocero & à ſocru. Dein recẽſentur omnium, qui cum Iacob de illius familia ingreſſi ſunt in Ægyptum, nomina ſic enucleatè, vt in exitu poſtmodùm ab Ægypto euidenter appareat, B quàm numeroſa euaſerit paucis annis multiplicata progenies Iacob: quod ſic animaduertit Procopius: *Nomina recitantur, vt cognoſcamus deinceps vbi egreſſi Ægypto cenſentur, quam incredibilia ſumpſerint incrementa ex virtute Dei, qui eos in hunc modum auxit*. Triginta tres filiorum & filiarum Iacob ingreſſas animas dicit ſcriptura in Ægyptum annumerans ſimul ipſum Iacob, vt apertè apponit: *Qui ingreſſi ſunt in Ægyptũ ipſe cum liberis ſuis*. Nec verò filij Iuda Her & Onan ſupputantur, quippe cùm antè obiiſſent, nec cũ Iacob ingreſſi fuerint. Aduerte etiam non omnium, ſed aliquot familiarum filios, & non omnes nominari: vnde manifeſtum eſt multorũ ſtirpem interiiſſe. Quod verò hîc alio nomine, quàm Num. 26. appellentur, C ſignum eſt fuiſſe binomios: vt Num. loco dicuntur Hophan & Suphan, qui Mophim & Ophim hîc nominantur. Prætereà filij Ioſeph nati in Ægypto recenſentur cum aliis filiis Iacob; ſitque ita numerus ſeptuaginta eorum, qui primi habitare cœperunt in Ægypto de filiis Iacob: qui verò ingreſſi ſunt, numerantur ſexaginta ſex. Sunt qui aliquali analogiâ ducti nomina iſta filiorum & nepotum Iacob ad primores multarũ gentium conditores deriuent; ſed hæc regula fallit ſæpiùs. Quare quod Procop. & alij dicunt à Ros, ex nepotibus Benjamin oriri, dicíque Romanos, non eſt veriſimile. Nam Romani à Romulo dicti; vt loce ipſa clarius habetur. Cæteras, quæ in his ſupputandis numeris excitantur, controuerſias, D vide apud Perer. & Delrio: nec enim ad noſtrum faciunt inſtitutum.

Procop.

20. *Miſit autem Iudam.*] Præmittit Iacob nũcium ſui aduentus ad Ioſeph vnum ex filiis Iudam: & ratio illa eſt, quam apponit Procopius: *Iudas præmiſſus eſt potiſſimùm, vt qui ſpecimen dederit ſuæ probitatis & prudentiæ in defenſione, quam peregit pro Benjamin. Deinde quòd longè gratiſſimus foret Ioſeph, quòd iam olim reliquis fratribus vim parantibus ipſe ſalutaria ſuaſerit, & Ioſephi ſalutem tutatus ſit*. Itaque non alium è filiis, ſed Iudam præmiſit pater, quem nouerat prudentiorem & Ioſepho gratiorem. Accepto igitur nuncio de patris aduentu, Ioſeph (vt credere par eſt) incredibili gaudio tripudians citatiſſimo curru vectus peruenit Goſen, E ſiue Geſſen: *Quam vrbem* (vt refert S. Hieron. de quæſt. Hebr.) *nonnulli Iudæorum aſſerunt nunc Thebaidem vocari. Philo & LXX. vocant Heroopolim*. Hoc igitur in loco inueniens patrem, illicò è curru deſcendens ruit in amplexus illius, fleuítque vt habetur in Hebr. *diu*, vel *amplius*, aut *adhuc*, hoc eſt, plurimùm, & largo fletu amoris & pietatis. LXX. *fleuit fletu multo. Statim enim* (inquit S. Chryſ.) *in mentem ſibi venerunt quæ interim patri propter ſe acciderant, & cogitans tam prolixum interceſſiſſe tempus, & quod præter omnem expectationem & ipſe patrem, &*

Procop.
S. Hieron.
D. Chryſ.
Lacrymæ in gratiarum actionem.

pater ſe videret, fontes emiſit lacrymarum: ſimul & magnam declarans lætitiam, & gratias agens pro beneficiis. homil. 65.

21. Sunt etiam lacrymæ præ lætitia & quidem dulces; quibus animas iuſtorum ſæpenumerò Dominus perfundit, ac recreat: iucundum quidem ac ſuaue donum Dei, cibus animarum, mentium potus, prædulcis cordium irrigatio. Benè de iis S. Auguſt. *Lacrymæ piæ muſtum ſunt amantium.* in Pſalm. 83. ſcilicet quo muſto illæ animæ inebriantur, de quibus dictum eſt: *Muſto pleni ſunt iſti.* Act. 2. Benè quidem: muſto pleni, ſed muſto Spiritus ſancti. Proh quantum iſti & illi fletus inter ſe diſcrepant: illi ſcilicet quibus pater filij mortem, & filius à patre diuelli, & barbaris vendi, & in vincula compingi, multùm diúque plorarunt! Iſtæ lacrymæ illarum quidem præmia ſunt: in illis ſeminatæ in lætos iſtæ fructus pullularunt. *Beati qui lugent.* Matth. 4. dicit Dominus, quod mirum videatur, in luctu poni beatitudinem. Vnde illud S. Auguſt. *Lugentes, & beatos dicis? videlicet beatos in ſpe, lugentes in re.* in Pſal. 85. Et quidem lætitia hæc non ſolùm iis, qui patienter aduerſa ſuſtinuerunt, ſed multo magis pœnitentibus promittitur; ad quorum ſolatium, paritérque honorem ſe hominem factum veniſſe in mundum conteſtatur filius Dei. *Spiritus* (inquiens) *ſuper me*, &c. *Miſit me vt mederer contritis corde.* Iſai. 61. ô dulcedinem! ô medicinam! ô ſalutem animarum! *Vt ponerem* (adiungit) *fortitudinem lugentibus Sion.* Hebr. tantùm eſt: *vt ponerem.* Quaſi nihil in ſpecie promittatur, ſed arbitrio pœnitentis relinquatur eligendum quidquid velit à Deo in præmium pœnitentiæ. Sic illa Deo accepta eſt, ſic pretioſa. *Darem pallium laudis* (addit) *pro ſpiritu mœroris.* Chal. vertit, *ſpiritum ouantem* pro ſpiritu, qui erat mœrens. Triumphat planè gaudio, qui veram de ſuis delictis egit pœnitentiam: & quò magis ad pœnam contriſtatus eſt, eò maiorem lætitiæ voluptatem pœnitens ſuſcepit: atque ipſos quoque cœlites nouo quodam gaudio fecit exultare, iuxta illud Domini: *Gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente.* Luc. 15.

D. Auguſt. *Dulcis animarũ cibus piæ lacrymæ.* Act. 2. Matth. 4. *Lacrymæ ex lætitia, præmiũ lacrymarum ex triſtitia.* S. Auguſt. *Chriſti aduentus in ſolatium pœnitentium.* Iſai. 61. *Quanti valeat apud Deum vera pœnitentia.* *Triumphus & gaudium pœnitentis.* Luc. 15.

22. Quid de Angelis loquor? Ita Deo ipſi grata eſt hominis pœnitentia: ſic ille noſtras lacrymas ſitit; vt ſinat aliquando in peccatum labi, quem nouit egregios deinde laturum fructus pœnitentiæ: quaſi pluris æſtimet peccatorem ſua delicta deplorantem, quam iuſtum non errantem. Diſpliceat fortaſſe dictum alicui: ſed eſt planè iuxta mentem S. Ambroſ. qui de Petro Dominum negante ita loquitur: *Petrus tentatus eſt, vt negaret: negauit, vt fleret.* in 4. Luc. Non vult Deus voluntate approbatiuâ, (vt Theologi loquuntur) vt homo peccet; ſed vult tamen permiſſiuâ: magis vt ex peccato lucrum pœnitentiæ, lacrymarúmque conſequatur. Hoc ille à peccatoribus maximè obſequium exigit, quod exhibitũ à peccatrice illa percelebrauit: *Lacrymis rigauit pedes meos.* Luc. 7. vbi luculenter ita idem Ambr. *Fortaſſe ideò non lauit pedes ſuos Chriſtus, vt eos lacrymis nos lauemus.* Nimirum cùm in cœna diſcipulorum pedes lauiſſet, ſuos ipſe non lauit: quos vtique pœnitentiũ lacrymis abluendos tradiderat Magdalenæ omnium magiſtræ. *Bona lacryma* (adiungit) *quæ non ſolùm noſtrum poſſit lauare delictum, ſed etiam verbi cœleſtis rigare veſtigium. Lacrymis confitere delicta: dicat de te quoque Chriſtus: Lacrymis ſuis rigauit pedes meos.* S. Ambr. in cap. 7. Luc. Non abſurdè dicta hæc ſunt pro pœnitẽtibus. Vt enim

D. Ambr. *Permittit Deus hominem peccare ob fructum pœnitentiæ.* Luc. 7. *Expetit Dominus lacrymas pœnitentium.* *Deo gratiſſima & homini vtiliſſima lacryma pro peccatis.* D. Ambr.

A luctus Iacob ac ſolitudo; dein venditio, ſeruitus, carcérque Ioſeph infelicitatem peccatoris ſignificarunt: ita illorum noua quædam & inſperata lætitia pœnitentis exprimit felicitatem.

23. Denique pater filij conſpectu mirandum in modum geſtiens: *Iam lætus* (inquit) *moriar, quia vidi faciem tuam.* Hebr. *moriar nunc.* L X X. *moriar ex nunc.* Chald. *quamuis nunc moriar, iam conſolatus ſum. Et ſuperſtitem te relinquo.* Hebr. *quoniam adhuc tu viuis.* Hoc eſt, lætus moriar, quia video te viuum. Nihil enim ſeni potius & gratius erat, quàm vita filij Ioſeph, quàm vt dulcis filius viuat patri ſuperſtes. Benè S. Chryſoſt. *Votorum* (inquit Iacob) *compos factus ſum, aſſecutus quod nunquam* B *expectaui: euenerunt mihi nunquam ſperata. Reliquum, contentus ſum vitâ. Vidi quem deſideraui, & ſufficit mihi ad omnem lætitiam vidiſſe quòd tu viuis. Paterna vox, & plena dilectione, ſatiſque affectionem animæ eius declarans.* homil. 56. Illa etiam Ioſephi laus non prætereunda: Excitus nuncio de patris aduentu, etſi poſt Regem ſecundus toti Ægypto dominaretur, accurrit tamen ad excipiendum, honorandum, & amplexandum patrem conditione paſtorem, & paſtorum turbâ circumſeptum: vt hinc pudeat filios, qui cùm ſe vident in dignitate conſtitutos; ſuum obliuiſcuntur genus, parentes non agnoſcunt, ſuique prorſus ipſorum immemores videntur inſanire.

Lætus moritur pater, qui filiũ relinquit diuitem & honoratum. S. Chryſoſt. *Prudens filius non dedignatur patrem pauperem.*

24. *Viri paſtores ſunt ſerui tui.*] Regreditur in C vrbem regiam Ioſeph nunciaturus Regi patris fratrúmque aduentum: quos monet in primis dicant ſe paſtores eſſe, hoc vnum curare vt paſcant greges: idipſum ſe Regi, ac principibus & aulicis ſe dicturum edicit. In quo in primis ſanctus & prudens vir oſtendit quanti patrem, fratres, genúſque ſuum faciat: nec ipſe licèt in regno princeps obſcuritatem ſui generis deſpiciat, aut falſem occultet: quippe cùm dedecus eſſe non reputet niſi vitium, quo etiam perilluſtris aliorum nobilitas dedecoratur. Parentes cuiuſcunque cõditionis vnicè à nobis & coli & amari debent; hoc ſolùm abnegari, quod (ſi fortè aliquando) diuinum impediant obſequium; vti S. Baſil. in hunc modum ſcribit: *Parentes noſtros quaſi propria* D *viſcera diligamus, ſi accedere nos ad ſeruitium Chriſti non prohibent: ſi autem prohibent, nec ſepultura illis à nobis debetur.* ep. ſ. ad Monach. Tunc ſcilicet hoſtes, miniſtríque diaboli ſunt noſtram ſalutem impedientes, aduerſus Deum pugnantes. Nam etſi nobis iniuriam faciant, modò non ſit contra ſalutem animæ; non idcircò deſpiciendi, aut negandi, qui genere ipſo cognati ſunt; quod quidem ſequenti exemplo edocetur.

Parentes etiã obſcuri ſunt recognoſcendi & colendi. D. Baſil. *Solus Deus parentibus anteponendus.*

25. Petiit Moyſes per legatos à Rege Idumæorum de ſtirpe Eſau fratris Iacob, ſineret vt Hebræi per illius regionem ad terram promiſſionis liberè, quietéque tranſirent: noluit Rex, quin ſtatim coacto exercitu tranſitum impediuit. Quid E Moyſes? iuſſu Dei aliò diuertit, vt habetur Num. 20. Et ratio illa videtur optima Procopij: *Deflexit ab eo Iſrael, & genus eſt reueritus, licet ab eo nullam reuerentiam conſecutus. Dei enim voluntas eſt genus non abnegare, etſi iniuriam faciat.* in cap. 20. Numer. Ex quo ad commendandam Chriſtianorum caritatem egregiè concludit: *Quoniam igitur nunc omnes ſumus fratres dilectionis magnanimitate iniuriarum recordationem vincere debemus,* ita Procop. Non patitur Dominus Iſraëlitas mouere arma contra Idumæos, quorum primi progenitores fuerant fratres, ne lædatur concordia fra-

Num. 20. Procop. *Cognati etſi nobis iniurioſi, amãdi tamen.*

 trum,

trum, & iura cognationis violentur. At, ô Domine, Idumæi rem indignam faciunt, cùm fratribus armati occurrunt. Ferant (inquiet Dominus) illi patienter fratrum suorum iniurias: fraternam exerceant caritatem. Satis nobile habent exemplum in Ioseph, qui venditus à fratribus fratres vti pater excipit, amplectitur, fouétque. Porrò vt quietè sanctéque viuant procul ab iniuriis Ægyptiorum, atque à nefandis eorundem ritibus in regione vberi & fœcunda pascendis gregibus, prudenter admonet Ioseph fratres suos, vt se pastores profiteantur.

26. Sic enim Ægyptij commercium illorum refugient: quippe cùm in Ægypto pecora pro diis colantur: ac proinde sacrilegium sit detestabile mactari pecora, quorum scilicet carnibus Hebræi vescerentur. Separatos igitur viuere ab Ægyptiis omni ope contendit, ne illorum vitiis contaminentur: sint procul in pascuis Gessen, A illósque proinde habeant exosos Ægyptij. Præstat ab his odio haberi, quàm amari: quod in salutem Hebræorum sic à Deo dispositum, fuisse canit Regius vates. *Conuertit cor eorum vt odirent populum eius.* Psal. 104. Vnde colligit S. Chrysost. *Non datum esset à Deo odium, nisi prius malè amassent: quibus amicitia comparabat exitium, iis odium erat occasio virtutis.* in Psalm. 3. Pascant igitur Hebræi greges, mactent pecora, vescantur carnibus, atque ita sint odio Ægyptiis, quibus ob amicitiam sine dubio periissent: at longe ab illis habitent, ne despectui sint iniuriísque pateant Ægyptiorum. Colant tellurem agricolæ, nutriendis gregibus pastores impigram nauent operam, ne otio languescant, luxuque instar Ægyptios effœminentur. Multáque huiusmodi ad vitam corporis, ad salutem animæ bonus princeps, optimus frater commoda suis fratribus, vniuersæque Hebræorum familiæ prouidit.

S. Chrys. *Præstat à malis odio, quàm amore haberi.* Psal. 104.

Bonis vtile malorum odium.

CAPVT QVADRAGESIMVMSEPTIMVM.

1. INgressus ergo Ioseph nunciauit Pharaoni, dicens: Pater meus & fratres, oues eorum & armenta, & cuncta quæ possidēt, venerunt de terra Chanaan: & ecce consistunt in terra Gessen.

2. Extremos quoque fratrum suorum quinque viros constituit coram rege:

3. Quos ille interrogauit: Quid habetis operis? Responderunt: Pastores ouium sumus serui tui, & nos, & patres nostri.

4. Ad peregrinandum in terra tua venimus: quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum, ingrauescente fame in terra Chanaan: petimúsque vt esse nos iubeas seruos tuos in terra Gessen.

5. Dixit itaque rex ad Ioseph: Pater tuus & fratres tui venerunt ad te.

6. Terra Ægypti in conspectu tuo est: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Gessen. Quod si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.

7. Post hæc introduxit Ioseph patrem suum ad regem, & statuit eum coram eo: qui benedicens illi,

8. Et interrogatus ab eo: Quot sunt dies annorum vitæ tuæ?

9. Respondit: Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, parui & mali, & non peruenerunt vsque ad dies patrum meorum quibus peregrinati sunt.

10. Et benedicto rege, egressus est foras.

11. Ioseph verò patri & fratribus suis dedit possessionem in Ægypto in optimo terræ loco, Ramesses, vt præceperat Pharao.

12. Et alebat eos, omnémque domum B patris sui, præbens cibaria singulis.

13. In toto enim orbe panis deerat, & oppresserat fames terram, maximè Ægypti & Chanaan.

14. E quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis.

15. Cúmque defecisset emptoribus pretium, venit cuncta Ægyptus ad Ioseph, dicens: Da nobis panes: quare morimur coram te, deficiente pecunia?

16. Quibus ille respondit: Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, C si pretium non habetis.

17. Quæ cum adduxissent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & asinis: sustentauítque eos illo anno pro commutatione pecorum.

18. Venerunt quoque anno secundo, & dixerunt ei: Non celabimus dominum nostrum quòd deficiente pecunia, pecora simul defecerunt: nec clam te est, quòd absque corporibus & terra nihil habeamus.

19. Cur ergo moriemur te vidente? & D nos & terra nostra tui erimus: eme nos in seruitutem regiam, & præbe semina, ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem.

20. Emit igitur Ioseph omnem terram Ægypti vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subiecítque eam Pharaoni,

21. Et cunctos populos eius, à nouissimis terminis Ægypti vsque ad extremos fines eius.

22. Præter terram sacerdotum quæ à rege tradita fuerat eis: quibus & statuta cibaria

baria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non ſunt compulſi vendere poſſeſſiones ſuas.

23. Dixit ergo Ioſeph ad populos: En vt cernitis, & vos & terram veſtram Pharao poſſidet: accipite ſemina, & ſerite agros.

24. Vt fruges habere poſſitis. Quintam partem regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in ſementem, & in cibum familiis & liberis veſtris.

25. Qui reſponderunt: Salus noſtra in manu tua eſt: reſpiciat nos tantum dominus noſter, & læti ſeruiemus regi.

26. Ex eo tempore vſque in præſentem diem in vniuerſa terra Ægypti regibus quinta pars ſoluitur, & factum eſt quaſi in legem, abſque terra ſacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.

27. Habitauit ergo Iſraël in Ægypto, A id eſt, in terra Geſſen, & poſſedit eam: auctúſque eſt, & multiplicatus nimis.

28. Et vixit in ea decem & ſeptem annis: factique ſunt omnes dies vitæ illius centum quadraginta ſeptem annorum.

29. Cúmque appropinquare cerneret diem mortis ſuæ, vocauit filium ſuum Ioſeph, & dixit ad eum: Si inueni gratiam in conſpectu tuo, pone manum tuam ſub femore meo: & facies mihi miſericordiam & veritatem, vt non ſepelias me in Ægy- B pto:

30. Sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condáſque in ſepulchro maiorum meorum. Cui reſpondit Ioſeph: Ego faciam quod iuſſiſti.

31. Et ille: Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Iſraël Deum, conuerſus ad lectuli caput.

SECTIO PRIMA.

Extremos quoque fratrum ſuorum quinque viros conſtituit coram rege: Quos ille interrogauit: Quid habetis operis? Reſponderunt: Paſtores ouium ſumus ſerui tui, & nos, & patres noſtri. Ad peregrinandum in terra tua venimus: quoniam non eſt herba gregibus ſeruorum tuorum, ingraueſcente fame in terra Chanaan: petimúſque vt eſſe nos iubeas ſeruos tuos in terra Geſſen. Dixit itaque rex ad Ioſeph: Pater tuus & fratres tui venerunt ad te. Terra Ægypti in conſpectu tuo eſt: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Geſſen. Quod ſi noſti in eis eſſe viros induſtrios, conſtitue illos magiſtros pecorum meorum. Poſt hæc introduxit Ioſeph patrem ſuum ad regem, & ſtatuit eum coram eo: qui benedicens illi; Et interrogatus ab eo: Quot ſunt dies annorum vitæ tuæ? Reſpondit: Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum ſunt, parui & mali, & non peruenerunt vſque ad dies patrum meorum quibus peregrinati ſunt. Et benedicto rege, egreſſus eſt foras. Ioſeph verò patri & fratribus ſuis dedit poſſeſſionem in Ægypto in optimo terræ loco, Ramaſſes, vt præceperat Pharao. Et alebat eos, omnémque domum patris ſui, præbens cibaria ſingulis.

1. RELICTIS patre, fratribúſque in Geſſen, vbi iam ſedes habere, & opportuniùs ad greges conſiſtere viderentur, nec à Rege alium in locum mitterentur, Ioſeph rem omnem detulit Regi, aduenisse videlicet patrem cum ampla & copioſa familia, numeroſáque pecorum multitudine ad habitandum in Ægypto, vbi fami, quæ totum penè orbem peruaſerat, leuandæ ſubſidium haberet. Et mirum eſt, quantum curauerit Ioſeph vt paſtoritia fratrum ſtudia Regi, & Ægyptiis inculcaret; eóſque procul ab vrbe regia in paſcuis Geſſen conſediſſe omnibus innoteſceret. Hoc ſanè conſilio egit vir prudentiſſimus, ne aliis à Rege diſtracti negotiis diſſociarentur inuicem: & permiſti Ægyptiis ob animi corporíſque dotes, quibus eminebant, illorum in ſe inuidiam concitarent. Vtrúmque ſic attingit Ioſephos; *Percontatus Rex Ioſephum, quibus nam ſtudiis fratres eius potiſſimum delectarentur; reſpondit paſtoralem artem callere eos, & nihil eos aliud exercere. Id autem eo conſilio reſpondit, tum ne diſtraherentur* C *inuicem, ſed vt degentes vnà curam patris haberent: tum ne qua illis æmulatio cum Ægyptiis interueniret ſi circa eadem cum illis ſtudia verſarentur: nam ei genti non erat licitum greges aut paſcua curare.* lib. 1. antiq. Optimum etiam illud conſilium ex officioſiſſimo erga patrem affectu. Patet ſcilicet erat in ætate decrepita, egebátque multiplici filiorum officio, multiplicíque ad vitam ſuſtentandam, fulciendámque ſenectutem ſubſidio. Quid enim magis comprobatum experientiâ, quàm quòd ſenectus ipſa eſt morbus, in quam deinde complurium aliarum miſeriarum, & grauium ingruit tempeſtas morborum? Quia Ioſeph regni, aulæque negotiis penè oppreſſus curam illam, D quam exigebat affectus pietatis, ſubleuando patris ſenio per ſe ipſum non poterat impendere, voluit vti fratres nec inuicem, nec à patre ſeiungerentur regni muneribus diſtenti: ſed vnà viuentes coniunctis obſequiis & officiis patri omnium promptiſſimè inſeruirent.

Ioſeph. Vt illa maiorum conſuetudo.

In ſenectutē ingruit tē peſtas miſeriarum.

Patri ſeni coniunctim inſeruiant filij.

2. *Extremos fratrum ſuorum conſtituit.*] Duplicem hic locus reddit ſenſum propter ambiguitatē vocis

vocis (*Extremos*) poteſt enim extremitas accipi, vt ſignificet primum & ſummum: aut infimum, & vltimum. Igitur in priori ſenſu elegit Ioſeph quinque omnium ſuorum fratrum primos vel ætate, vel forma atque corporis præſtantiâ, vel loquendi facundiâ, vel agendi prudentiâ: itaque maximè omnium ſpectandos & præclaros (Luſitanè, *Eſtremados, Eſtremos, auentaiados.*) vt ex illorum aſpectu Rex & proceres externam Hebrææ gentis nobilitatem, atque adeò generis Ioſeph claritudinem cognoſcerent. Hæc eſt explicatio Lyr. Abul. & aliorum. *Atque* (adiongit Lyra) *vt Rex & conſiliarij magis acceptum dominium Ioſeph haberent videntes cognationem eius eſſe gratioſam: quod magis concordat cum prædictis cap. præced.* hæc ille.

Claritudo generis ex dotibus corporum.

Lyra.

Ita nimirum ſe habet hominum iudicium, vt magni æſtimentur, commendationem admirationémque apud homines ſibi comparent qui benè appoſitum corporis habitum, elegantémque oris formam habeat; cùm tamen plerúmque fiat, vt vbi ſpectate hominem arbitraris præclarâ ſpecie admirandum, planè onoſtum auro aſellum intuearis. Quiſnam inter Hebræos magis appoſito corporis habitu ad regiam dignitatem in comitiis à Samuele indictis apparuit, quàm Saul: qui cùm à populo acclamaretur in Regem, *ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnem populum?* 1.Reg.7. Talem Iudæi petierant, non pium & modeſtum; ſed præualentem viribus, & proceritate ſpectandū; talem acceperunt. Quod ſic adnotauit Theodoret. *Quoniam ad bella gerenda, non ad pietatem petierant Regem, ideò Deus elegit omnium maximum: quoniam non animæ virtutem, ſed corporis mirabantur magnitudinem.* quæſt. in 1.Reg. Sed hoc de argumento iam diſſeruimus priori tomo ad cap.6. ſect.3. ibi videbis miram à Deo pulchritudinem datam filiabus vtique improbiſſimis Caini damnatorum hominum primogeniti, vt hinc mortales diſcant nullius præ ſalute animæ bona corporis habenda pretij fore. Vt enim corporis anima incomparabiliter antecellit: ſic ad animæ bona, gratiam ſanctificantem, virtutes, meritáque nihil omninò ſunt corporis bona quantumuis humano iudicio ſpectabilia: in iis lutum & cœnum; in illis aurum & cœlum: hæc ſpiritus; illa puluis & cinis.

Elegās forma & ſtultus tamen aſinus auro plenus.

1.Reg 7.

Theod.

Apud ſtultos bona corporis, non animæ laudantur.

Bona animæ præferenda bonis corporis.

3. In altero ſubinde ſenſu intelligitur Ioſeph extremos fratrum, hoc eſt, infimos & abiectiſſimos tum oris aſpectu, tum ſtaturâ corporis, tum loquendi facultate, tum etiam ætate Regi Pharaoni præſentaſſe. Ne videlicet ad militiam, aut Regis negotia, vel aulicam vitam abigerentur, imò à Rege propter vilitatem ſpreti, & ab Ægyptiis irriſi ad habitandum cum patre in Geſſen, paſcendúmque in illis vberrimis paſcuis greges, atque adeò vitam quietiùs ſanctiúſque agendam remitterentur. Timuit planè vir prudentiſſimus iuxta & ſanctiſſimus fratrum innocentiæ, ſi in aula regia remanerent; tantóque grauiùs periclitarentur, quantò ſpecioſior illorum forma, & præualentius robur videbatur. Pericula quidem non ſpectanti ſolùm, ſed etiam habenti eſt corporis pulchritudo; quæ num in fœminis, num in viris magis noceat, haud facilè dictu eſt. Certè, quamuis apud homines & laudi ſit & admirationi, tamen illa multis ſemper exitij damno, & extremo interdum exitio; illa in Paride atque in Helena maximum in primis innexit perniciem, dein vniuerſæ Græciæ, Phrygiæque, poſtremam intulit vaſtitatem. Laudarunt aliqui è ſapientibus pulchritudinem; Ariſtoteles vocat epiſtolam

Periculoſa innocentiæ palatium.

Periculoſa pulchritudo in vtroque ſexu.

Laudatur & improbatur ab antiquis pulchritudo.

Ariſtot.

A commendatitiam; Socrates dulcem tyrannidem: Plato naturæ prærogatiuam: Xenophon regium naturæ donum. Sed verò prudentiùs illam Theophraſtus blandum dixit dolum: Theocritus damnoſum ebur: Carneades regnum ſolitarium: Origenes triumphum roboſtorum. *Forma* (inquit) *vincit armatos, ferrum pulchritudo captiuat: vincentur ſpecie, qui non vincuntur in prælio.* homil.19. in Numer. Quantum ergo periculoſa etiam in viro ſit pulchritudo, ſatis ipſemet Ioſeph expertus fuit: qui fortaſſe ideò ſuum Beniamino, & pulcherrimos fratrum noluit in aulam ingredi, nec deinde omnes in vrbe conſiſtere, ſed in Geſſen ad paſcua remiſit, ne quot ipſe pertulit, illi quoque inter Ægyptios verſati diſcrimina vitæ animæ-
B que ſubirent.

Socrat.
Plato.
Xenophon.
Theoph.
Theocr.
Carnead.
Orig.

Periculoſa viro ſua pulchritudo.

4. Illorum etiam ſaluti multum conſuluit, dum agriculturæ (liceat dicere) conſecrauit; qui laborioſam illam procul ab aula, vrbiúmque tumultibus vitam in agris beatam prorſus tranſigerent. Huiuſmodi enim ruſticanam agricolarum vitam ſemper encomio ſapientiſſimi quique celebrarunt. Sic nobilis poëta in laudem eiuſdem cecinit,

Felicitas vitæ agricolarum.

O fortunatos nimiùm, ſua ſi bona norint,
Agricolas; quibus ipſa procul diſcordibus armis
Fundit humo facilem victum iuſtiſſima tellus.

Virg. 2.Georg.

Quam quidem ruris felicitatem cum negotioſis vrbium miſeriis eleganter ibidem comparans multa in illius commendationem dicit; quæ pla-
C nè vita quietem amanti vna omnium exoptanda eſt. Ergo vrbes habeant multa ad ſpeciem oculorum, ad honorem & gloriam mortalium.

At ſecura quies, & neſcia fallere vita,
Diues opum variarum: at latis otia fundis,
Speluncæ, viuique lacus; at frigida Tempe,
Mugitúſque boum, molléſque ſub arbore ſomni
Non abſunt.

Virg ibid.

Crediderim etiam ſtudio humilitatis inductum Ioſeph electiſſimus, qui extremi ac minùs conſpicui viderentur, fratribus ante Reges, & aulicos proceres adſtitiſſe: mirum enim in modum homines ex ignobilitate generis, & cognatorum obſcuritate ac vilitate humiliari ſolent. Quam ſibi humilitatem in altiſſimo illo dignitatis faſti-
D gio neceſſariam duxit vir prudentiſſimus, ne mundanæ gloriæ aſpirante vanitate in ſuperbiam, quâ nihil Deo magis exoſum, efferretur. Propria quidem ſanctorum hominum virtus eſt occultare quæ ſpecioſa ſunt; & quæ indecora, in publicum adducere: vti Ioſeph extremos fratrum minùs ſpectandos induxit in aulam, Regíque præſentauit.

Ioſeph humilitas in faſtigio honoris.

Iuſti decora occultant, vitia ſua produnt.

5. Quid quòd Deus homo quam humiliorem habuit naturam & quidem à Verbo aſſumptam, Diuinitatíque & perſonæ ſuæ vnitam frequentiſſimè nominat: at ſuam ipſe Deitatem rarò admodum enunciat, quid enim crebriùs vſurpat in Euangelio, quàm quòd ſe *filium hominis*, hoc eſt, hominem appellet? In quo & ſuam humilitatem
E oſtendit, & ſuum erga nos amorem commendauit? Quin etiam (quod omnem ſuperat admirationem) non ſe hominem modò; ſed (infra ho-
F minem ſponte poſitus) reputari voluit *nouiſſimum virorum.* Iſai.53. legunt alij: *Ceſſatorem*, ſeu *ceſſationem virorum.* De ſe ipſo fatetur alibi: *Ego ſum vermis, & non homo; opprobrium hominum; & abiectio plebis.* Pſalm.21. At Tertull. verbum verbo reddens ex Græco legit: *Ignominia hominum, & nulliſicamen populi.* lib. aduerſ. Marcion. cap.7. Tanta fuit humilitas Domini, vt ſe quaſi nullum & nihil

Admiranda Dei hominis humilitas.
Iſai. 53.

Pſal. 21.
Tertull.

& nihil fecerit pro hominibus. At homo ipſe, cùm ſit vermiculus, ipſúmque opprobrium, ipſamet abiectio; non patitur tamen pro Deo ſuo vel paululum humiliari, non quidem ad infima deſcendens, in quibus ſuapte naturâ iacet; ſed in illis videri, & illa ſibi cognata ingenuè fateri. Addit Iſaias: *Et quaſi abſconditus vultus eius.* ibid. legunt L X X. *Quia auerſa eſt facies eius, deſpecta eſt, & non reputata.* Nimirum videns Dominus, ſi decorem vultus ſui proderet, ſi diuinitatis ſuæ maieſtatem demonſtraret, nullâ ratione deſpici, atque humiliari ſe poſſe: idcircò vultum auertit, maieſtatem abſcondit, diuinitatis externa ſigna cohibuit. Hinc illud S. Auguſt. *Auertit ſe, ne illum intelligerent illi, qui eum crucifigebant.* homil. 36. vnde colligit egregiè: *Amemus ſponſum: quantò magis deformis nobis commendatur, tantò carior, tantò dulcior factus ſponſæ.*

Iſai. ibid. Suam Chriſtus maieſtatem occultauit, vt poſſet humiliari.

D. Aug. Chriſtus quò magis humiliatus, eò nobis carior.

6. *Paſtores ouium ſumus.*] Rogati à Rege quid operis exercerent, reſpondent (vt erant inſtructi à Ioſeph) Hebræos ſe paſtores atque à patribus auiſque paſtoribus progenitos; vitam igitur paſtoritiam ſuæ genti propriam eſſe. Cæterùm non armentis, non capris, ſed gregi tantùm ouium paſcendo intentos viuere. Ac fuit quidem priſcis illis fidelium Patriarchis diuinitùs inditum ſtudium paſcendi oues: vt ſcilicet mitiſſimum omnium pecudum curantes gregem paulatim imbiberent manſuetudinem, quæ ad regendos homines ſummè neceſſaria in permouendis quócunque animis miram ſolet vim habere. At illis ſeculis, ætatéque illâ ferreâ, in quibus nimirum *ab Adam vſque ad Chriſtum regnabat mors.* ad Rom. 5. timore cohibebat, non amore ducebat regentium diſciplina: quæ quidem durities, ſeu nimius rigor etiam ſanctioribus Prophetis erat vſitatus, vt in Elia compertum eſt: qui (vt ſuſpicor) à mortalium commercio diſceſſurus ſuum illum antiquum rigorem videtur aliquo modo improbaſſe. Enim verò inſtanter poſtulanti Eliſæo diſcipulo duplicem magiſtri ſpiritum: *obſecro, vt fiat in me duplex ſpiritus tuus.* 4. Reg. 2. legunt L X X *Obdurâſti vt peteres.* reſpondit: *Rem difficilem poſtulaſti.* ibid.

Manſuetudo regenti neceſſaria.

ad Rom. 5. Timor & rigor in lege Moſaica.

4. Reg. 2.

7. Sed quiſnam iſte ſpiritus duplex Eliæ, quem ſuo diſcipulo abnuebat relinquere Propheta? Vtique ſpiritus res magnas, ſummèque prodigioſas efficiendi, maxime in ſupplicium infidelium, terrámque ariditate flagellandam: quòd Theodoret. ita diſpungit: *Dixit hoc non inuidens gratiam diſcipulo, sed curam gerens aliorum hominum.* Quaſi pœniteret Prophetam ſui antiqui rigoris, noluit duplo maiorem petenti concedere. Nam ſi ex ſimplici ſpiritu Eliæ tam miris eſt terra calamitatibus afflictata: quid miſeris quæſo mortalibus fieret; ſi ex duplicato ſpiritu Eliæ nouæ clades, nouáque flagella ſubindè ab Eliſæo irrogarentur? *Nam quoniam* (adiungit) *tribus annis & ſex menſibus impiè ſe gerentes fame caſtigauit homines: neceſſe autem erat, vt qui duplicis erat hæres gratiæ, res efficeret duplo maiores: ex iis autem erat ea pœna, quæ irroganda eſſet per famem: & parcens dixit,* &c. hæc Theodoret. quæſt. 7. in 4 Reg. Rem difficilem poſtulâſti. Sat tibi ſit meus ſpiritus, meus ille rigor, ne duplo maiorem poſtules, parcendum terræ, ignoſcendum mortalibus. *Rem difficilem poſtulaſti.* Et quis te ſuſtineat, ſi duplo maiorem exerceas rigorem? *Rem difficilem poſtulaſti,* quam à Deo non facile impetrabis, qui cùm ſit mitis & patiens, amari potiùs vult, quàm timeri: qui tam obnixè contendit, vt meam duritiem leniret, ſeueritatem mitigaret, rigorem compeſceret etiam indutâ, quam idcircò aſſignare voluit, pelle ouinâ. Hoc igitur mitiſſimæ pecudis ad mitigandum rigorem tibi pallium remitto. Eliæ ſiquidem pallium Theodoret. dicit fuiſſe pellem ouinam: quæ potuit quidem admonere Prophetam manſuetudinis, non illam tamen imprimere, illúmque reddere mitiorem. Sed quid mirum? figura veritatem delineat, veritas non eſt. *Nunc ambulamus in veritate.* Ioan. 2. *Ambulamus in dilectione, vt filij lucis.* ad Epheſ. 5.

Duplex ſpiritus Eliæ duplicatus rigor.

Theodor.

Regentem deceret minimus rigor.

Mitiſſimum Dei ingenium.

Rigor legis Moſaicæ.

Ioan. 2. ad Epheſ. 5.

8. *Iam Propheta magnus ſurrexit in nobis, per quem Deus viſitauit plebem ſuam.* Luc. 7. Et qui aquarum diluuio mundum abſorbens, Pentapolim de cœlo fulgurans, flammis abſumens, Ægyptios pelago deuorans, infidos Hebræos in deſerto ab ignitis ſerpentibus percuſſos conſumens, horrendum illum exercuit rigorem, iam nunc ouinâ pelle indutus vſque adeò illum ipſum mitigauit, vt mitiſſimus agnus de leone factus de iiſdem mundi leonibus triumpharit. Non venit Dominus I E S V S vt iudicet, ſed vt abſoluat: non vt condemnet, ſed vt parcat: non vt iuſtitiam exerceat, ſed vt miſericordiam ſuper omnia opera ſua operetur. Proh quantum debemus beatiſſimæ Virgini, quæ nobis Deum ſuâ de carne indutum, miſerationibus affluentem, Agnum Dei, qui tollit peccata mundi mitiſſima ouis peperit! Agnus ille ſimúlque paſtor eſt; ac ſuâ carne, ſanguinéque mactatus pro ouibus Agnus oues paſcit! ô admirabilem paſtorem! ô Agnum ſummè amabilem! ô non minùs admiranda paſcua, quibus ab Agno oues nutriuntur! Et illud quidem valde prodigioſum, quòd oues fecit è lupis, agnos è leonibus; feras ſerpentéſque in greges mitiſſimarum pecudum tranſmutauit. Nam ſi (quod Propheta prædixit) *lupos, pardos, leones puer paruulus minauit.* Iſai. 11. & pauit: vtique priùs ablata feritate in oues, agnóſque conuerterat: nec enim in caulis Chriſti Petrus, niſi oues agnóſque paſcendos accepit. Ioan. 21.

Dei (poſt) rigor ante incarnationem.

Luc. 7.

Dei clementia poſt incarnationem.

Chriſtus paſtor & Agnus.

Iſai. 11.

Agnus Dei oues & agnos de lupis facit.

Ioan. 21.

9. At quid eſt quòd ſponſæ committuntur hædi paſcendi? *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres; egredere, & abi poſt veſtigia gregum tuorum: & paſce hædos tuos.* Cant. 1. Cuius loci, qui perdifficilis habetur, cùm explicatur de Virgine Dei matre videtur hæc paraphraſis multò explicatior. Si te ô virgo Deipara, præ humilitate ignoras; quanta ſis, quantum valeas apud Deum, quantum in Angelis, in hominibus poſſis: (nihil enim verè humilis magis occultat, minùs videt, magis obliuiſcitur & neſcit, quàm ſuæ animæ opes dotéſque, virtutum ornamenta, meritorum opera, ſeipſum iuſtum & humilem) exerce per hominum cœtus tuam ipſa virtutem, tuámque maximè circa peccatores exere potentiam. Profectò in agnos conuerties hædos. Et qui iuxta præſentem ſtatum Deíque iuſtitiam ob ſuorum ſcelerum ſordes fœtorémque eſſent ad iudicis ſiniſtram ſiſtendi, tuâ virtute conuerſi, tuíque filij ſanguine abluti mitiſſimum ingenium, & niueum candorem ouium, agnorúmque induti ad dexteram non tam iudicis, quàm patris conſidebunt. Paſce igitur hædos tuos: nec enim vlla maior virtus, quàm quæ ſaluti hominum curandæ intendit, quàm quæ de peccatoribus iuſtos, déque hædis agnos facit. Hædos tuos, tuos ſcilicet grex hædorum eſt, tibi à Deo crediti ſunt peccatores, quæ Dei mater es, ſimul & peccatorum haberis. Quid quæſo lætius, quid felicius nunciari peccatoribus poterat, quàm quòd matris Dei eſſe dicantur

Cant. 1.

Occultat B. Maria ſuam præ humilitate maieſtatem.

Vis & potentia B. Mariæ ad conuerſionẽ peccatorum.

Peccatores B. Mariæ à Deo commendati.

cantur

cantur? Tui ſunt, ô Virgo benedicta, tui ſunt peccatores, vt à cœleſti vindicta illos defendas, vt errantes ad tuum filium reducas, vt miſeros foueas, venientes recipias; perfugium, aſylum, ara ſis ad te confugientibus: vt ſordidos abluas, nigros candefacias, Æthiopes dealbes, coruos in cycnos, hædos in agnos, accipitres in columbas, dæmones in Angelos conuertas: per vitiorum prærupta laſciuientes ad ſecurum modeſtiæ callem, gratiæque cœleſtis caulam transferas. Tui ſunt hædi. Nec eſt quòd illos à te reiicias, hædos dedignata: nec quòd illi ad te accedere timeant: tui quippe ſunt. Nec enim tu eſſes ouis, ſi hædi non eſſent illi: nec tu mater Dei eſſes, ſi peccatores in mundo non eſſent: nec Deum hominem ex te natum haberemus redemptorem, ſi peccatores non eſſemus. Ad hoc igitur electa es, vt Deum hominem pareres, qui de tuis puriſſimis viſceribus carnem aſſumptam pro redemptione, pro ſalute peccatorum in holocauſtum ſuauiſſimum & pretioſiſſimum offerret.

Mira peccatorum fiducia in B. Maria.

10. *Dixit Rex ad Ioſeph*] Nunciantes Hebræi ſe paſtores eſſe, ac peregrinos, atque in terra Chanaan, vnde venerant, ob nimiam ſterilitatem paſcendis gregibus paſcua non inueniri, quæ tamen in regione Geſſen illâc tranſeuntes abundè ſuppetere fuerant conſpicati, petierunt à Rege (inſtructi ſcilicet à Ioſeph) vti dignaretur eos illuc remittere. Annuit libenter Pharao, iubétque Ioſepho, vti optimam & pinguiſſimam totius Ægypti prouinciam videlicet Geſſen fratribus ad paſcendum greges attribuat. Pulchèr ſanè locus pro Regibus ac principibus, qui addiſcant à barbaro & infideli Rege, vti dignentur non modò nobiles, ſed etiam plebeios, opifices, imò abiectos ac pannoſos ad colloquium admittere, illorum cauſas excipere, ſermones audire. Quid Pharaones, quid Reges, nihil aliud planè, quàm terræ vermiculos, adduco? *Deus de cœlo proſpexit, vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.* Pſal. 13. *Diſce hinc* (occurrit ad hunc locum S. Baſil.) *Domini philantropium & curam, proſpicit de cœlo, vt ſuccurrat, vt videat num ſit ægrotans medicum requirens.* Philantropia Græcè amor, amicitia, caritas erga homines nobis eſt Latinè. Adiri vult Deus omnipotens, quæri, implorari deſiderat à pauperculis, à mendiculis, ab vlceroſis; imò velut è ſpecula proſpectat, an ſit qui Deum adeat, à Deo quicquam expetat. *Oculi eius in pauperem reſpiciunt.* Pſalm. 9. *Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus.* ibid. Amor id facit maieſtatis neſcius, imis ſumma libens adæquat. Et qui ſummus eſt Dominus, nec à magnis extollitur, nec humiliatur à minimis. At mundi principes in eo ſe maximè puſillos ac viles confitentur, quòd cùm magnos libenter admittunt, & minores reiiciunt, ab iſtis ſe deprimi, ab illis putant extolli. Adiungit tamen Rex de fratribus, qui videbuntur induſtrij, eos conſtituat Ioſeph regiorum pecorum curatores. Vocat induſtrios, ſeu viros fortes: fortis enim apud Hebræos ſtrenuum & idoneum ſignificat; Luſitanè dicerem, *Hommes de peito efeito*, qualem depingit Salomon mulierem ſiue induſtriam, ſtrenuam, idoneam. Prou. 31. Et pulchrè quidem cum robore induſtria, cum viribus promptitudo, cum natura pariter ars coniungitur. Viros igitur fortes induſtrióſque deligit: nec enim muneribus, aut locis maioris vel momenti, vel laboris præficiendi ſunt à Rege homines effœminati, atque inertes, ſed robuſti & prudentes. O ſi Reſpublicæ, ſi regna, ſi vrbes, ſi aulæ principum ita regerentur, quàm mira foret vbique rerum omnium felicitas!

Reges ad colloquium admittant pauperes & abiectos.

Pſal. 13.
Mira Dei caritas erga homines.
D. Baſil.

Gaudet Dominus ab hominibus inuocari.

Pſal. 9.

Summa Dei maieſtas nec extolli, nec deprimi poteſt.
Mūdi principes ſe viles & puſillos fatentur.

Prou. 31.
Felix Reſp. quā robuſti & prudentes regunt.

11. *Quot ſunt dies annorum vitæ tuæ?*] Poſtremus omnium à filio ad Regem introducitur Iacob. Iuſtus quidem prudéńque Ioſeph, optimum filiorum exemplar, ſpectabilem ſenem Iacob patrem ſuum ſtatuit ante Regem & aulicos, paſtorem ouium, non pudori, ſed gloriæ tribuens quod talem habeat parentem. O Ioſeph cùm in omnibus aliis rebus præclarum, tum in hac vel maximè admirandum! Sed ô degeneres, ſtultíque mortales, qui prouecti ad honores erubeſcunt de progenitoribus humilioris notæ, eóſque vel occultant, vel reiiciunt, vel (quod eſt indigniſſimum) prorſus abnegant! Quia verò conſuetum eſt, vbi ſe grandæuus quis ſenex offert, ab eodem de annis ætatéque ſciſcitari: *Videns Pharao* (inquit S. Chryſoſtom.) *ſenem profundiſſima ſenectutis, quærit annorum numerum.* Iacob vbi acceſſit ad Regem, debitâ reuerentiâ ſalutauit, & benedixit; hoc eſt, gratias egit, gratum ſe exhibuit tam benefico & magnifico Regi, à quo filij & pater tam magnis & inſolitis erant honoribus affecti. *Benedixit* (vti exponit Caiet.) *benedictione laudis & imprecationis. Vſitatum Hebræis: Rex in æternum viue: vel, viuat Rex. Nam cùm Rex omnibus in mundo ſatis abundet, hoc ſibi tamen deeſſe non ſine ſenſu doloris videt, quod mortalis ſit, ſuámque inter homines gloriam nouit perituram.* Eam Rex quidam Saracenorum olim in Hiſpania vernantis prati cum amœnitate ſimul contemplatus: *At breui* (inquit) *& regnum perit, & flores marceſcunt!* Prudentiùs ergo, ac feliciùs Regi ſalutando dixeris: ſaluus ſis Rex, & inter cœlites cum Deo viue. Nam quid infelicius, quàm poſt hanc vitam detrudi in infernum ſempiternis cremandum incendiis Regem, & ſordidiſſimos illius ſeruulos in cœlo regnaturos cum Deo?

Parentem abiectum & pauperem filius non abneget.

S. Chryſ.

Caiet.
Regis dolor, quòd ſit moriturus.

Quæ optima regibus danda ſalutatio.

12. Dein ad quæſitum ætatis reſpondet Iacob *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum parui & mali.* Tria dicit: in primis dies vocat peregrinationis, non vitæ: paruos, & malos. Vertunt LXX. *Dies annorum vitæ meæ quos incolo. Per quod ſignificat* (inquit S. Auguſt.) *hanc vitam eſſe incolatum ſuper terram, id eſt, peregrinationis habitationem.* quæſt. 156. in Geneſ. via eſt, quâ incedimus ad finem propter antes, ipſa quam viuimus, vita. Vnde optimè dixit de mortuis S. Greg. Nazianz. *Qui tanquam in communi via paratiores, ad hoſpitium priùs peruenerunt.* orat. 10. paratiores nimirum, qui obeunt, ad metas acceſſerunt, quippe magis ac priùs, quàm qui ſuperſtites, è corpore expediti. Non eſt quidem vita habitatio; eſt peregrinatio. Viuendo non manemus, ſed ambulamus, imò & currimus, imò & volamus ſimul cum tempore, quo nihil fugacius, quod quidem volat irreparabile, in quo nos & cuncta ſub ſole pariter tranſimus. Sapienter igitur monet idem Nazianz. *Prætertis iis, quæ nos prætereunt, ad ſupernam vitam properemus, terrámque etiam adhuc in terra viuentes relinquamus; ac ſpiritum in cœlum ferentem bonâ fide ſequamur.* ibid. Fugit vita, fugiunt ſimul quæ in mundo ſunt; velis nolis tu quoque à mundo in mortem fugis: ſapies ergo ſi affectu ipſo ſic omnia fugias, vt à te ipſo etiam liber expeditúſque in cœlum euadas. Quo in ſenſu eleganter ſcripſit Clem. Alex. *Electus vitam agit tanquam hoſpes: vtitur corpore ſicut aliquis qui peregrè proficiſcitur, diuerſoriis & habitaculis, quæ in via occurrunt, curam quidem gerens rerum mundanarum loci, in quo diuerſatur: habitationem autem*

D. Auguſt.
Vita peregrinatio & via.

S. Gregor. Nazianz.

D. Gregor. Naz.
Omnia cum vita ſimul fugiunt.

Cle. Alex.
Nō quieſcēdum animo & affectu in rebus huius vitæ.

& poſſeſſio

& poſſeſſionem ſicut etiam vſum relinquens nullâ mota affectione. Stromat. 4.

Iuſtus in terra hoſpes.

13. Verè hic hoſpes, qui proprium nihil ſibi arbitratur; ſed planè alienum, cuius vſum illi, à quo accepit, peruibanè cum gratiarum actione reddit. Rectè igitur adiungit: *De incolatu quidem agens gratias, benedicens autem propter exitum, cæleſtem amplectitur manſionem.* ibid. Quare iuſtus, cùm moritur, & habet gratiam Deo pro vitæ hoſpitio: & non indignatur quòd exire ab hoſpitio iubetur: imò & gaudet quòd ad patriam adducitur, vnde amplius abire non cogetur. Verè hic peregrinus, qui vti corpore, ſic etiam affectu non habitat, non manet, non conſiſtit, quieſcitve in via, in qua nihil inuenit, quo delectetur, & detineatur. Enimuerò (vti ſubiicit idem) *ſapientis anima, vt quæ in corpore peregrinatur, eo ſeuerè & auſterè vtitur non in ipſum nimiam affectionem oſtendens aut indulgentiam, vt quæ ſit exiſtiget relictura tabernaculum, ſi excedendi & emigrandi tempus eam vocauerit.* ibid. Non domeſticum, non amicum, non familiare ſibi iuſtus reputat corpus, vt illud proptereà tenerè amet, blandè foueat, delicatè nutriat, nimiâ tractet indulgentiâ: ſed vti peregrinum, exterúmque iudicet ac prorſus alienum, cum quo nihil habeat commercij, quin etiam verè inimicum, valdéque perfidum & inſidioſum animæ decliuei.

Cle. Alex.

Iuſtus etiã in morte gratias Deo agit.

Idem.

Sapiens & iuſtus ſuum corpus ſeuerè tractat, vt alienum, & hoſtem reputat.

14. Adiungit Iacob: *Dies parui, & mali.* Hebr. *pauci*, hoc eſt, viai multò breuiore tempore, quàm mei maiores vixerunt. Ponitur hîc dies, vt ſæpè alibi pro tempore. Ac licèt Iacob poſt hanc ſententiam coram Rege prolatam poſſet adhuc multos in annos viuere, vt æquaret ſuorum patrum longæuitatem; quia tamen ſe graui iam ſenio oppreſſum, ætatéque anteactæ vitæ multis magniſque laboribus atque ærumnis contritã videns, iudicabit ſe breui moriturum: atque iccircò totam ſuam vitam, ætatémque illis centum & triginta annis circunſcriptam dixit: vt hinc pudeat ſenes decrepitos ita ſuæ ad ianuam pulſantis mortis oblitos longam ſibi vitam polliceri, & de cura temporalium rerum adeò viuere ſolicitos, ac ſi prorſus eſſent immortales. Nihilominùs vixit poſteà Iacob decem & ſeptem annis: & ſic etiam verum eſt quod non peruenerit vita Iacob ad vitam maiorum. Pater ſiquidem Iſaac vixerat centum octoginta annis: auus Abraham centum ſeptuaginta quinque: Iacob verò centum quadraginta ſeptem: minus videlicet, quàm pater triginta tribus: minus quàm auus, octo & viginti. Sed vnde filij ac nepotis à patre, auóque tanta vitæ decretio? An quia, cùm luctus, dolor, mœrórque hominem vehementer affligent, vitámque crudeliter exedant, ac mortem feſtinantiùs inducant, Iacob filium Ioſephum tot per annos mortuum deplorans, ad maiorum ſuorum ætatem haud potuit peruenire. Ac nullus quidem homini grauior accedit dolor, quàm ea filij cariſſimi vel calamitate, vel funere. Minus ergo Abraham vixit, quàm Iſaac: huius enim timor de ſacrificio, de morte, de incendio tolerabilior multò fuit, quàm patris Abraham de holocauſto filij dolor & luctus. Viuit ſiquidem in filio potiùs, quàm in ſe ipſo pater. Et tamen vitæ illæ tam longæ, tam

Senes decrepiti etiam mortis ad ianuã obliti viuunt.

Vitam præcedunt dolor, mœror, luctus.

Nullus grauior dolor, quàm ex filij chariſſimi obitu.

Bru. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A diuturnæ prætericrunt tandem, in quibus veri illi ſapientes, & iuſti viri non quieſcendum ſibi putarunt, ſed verò potiùs hoſpites & peregrinos ſe tam (quod poſtea cecinit vates) *in via peccatorum non ſteterunt.* Pſalmo 1. En qualis hæc, quam viuimus, vita: via eſt; nec in illa ſtamus; ſed vel ludendo, otiando, dormiendo currimus, aut etiam veriùs nauigamus. Nautæ ſumus in ſalo huius vitæ. *In naui* (inquit ibi S. Ambroſ.) *etſi nullus quieſcentibus ſenſus eſt nauigandi, tamen curſus nautas vrget ad finem, & impellit ignaros.* additque mox: *Vnde dicitur: ſurge qui dormis.* ad Ephеſ. 5. *tu enim dormis, & tuum tempus ambulat. Et vide ne dum diu dormis, prætereat tem-*
B *pus.* hæc S. Ambr.

Pſal. 1.

Vita via, & nauigatio.

D. Ambr.

Epheſ. 5.

Ne momento quidem ſtamus, & quieſcimus.

15. Cæterùm non queritur Iacob de breuitate vitæ; quam ſemper iuſti ad patriæ quietem aſpirantes, nimis longam conqueſti ſunt: vti Propheta non tam cantauit, quàm plorauit: *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos.* Pſalm. 38. Conqueſtus dicit non quòd breues & breui palmo menſuratos dies vitæ acceperit, ſed quod magnos & ingenti palmo Deus illos menſus fuerit, vt egregiè declarat S. Ambroſ. *Non breues, ſed magni dies Prophetæ poſſunt intelligi, quos Deus menſus eſt palmo quo menſus eſt cælum. Neque enim breues ſua vita dies diceret, qui poſtea ait: Heu me, quia incolatus meus prolongatus eſt.* Pſalm. 119. quòd
C autem Dei palmo, qui grandis eſt, menſuratum ſit cœlum, apertè conſtat ex illo Iſaiæ: *Quis menſus eſt manu aquam, & cœlum palmo? quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in ſtatera?* capite 40. Dies igitur vitæ ſuæ queritur Dauid, quia longos, & magnos, atque adeò Dei palmo, quo cœleſtes orbes quibus in mundi machina capacius, latiúſque ac protenſius nihil eſt, metiendo fuerit fabricatus. Sic enim exeundi è carcere corporis deſiderio, Deúmque videndi pungebatur Dauid, vt quilibet vnus, quo tanti boni differebatur poſſeſſio, dies homini videretur inſtar vnius cœli diffuſus & grandis,
D atque ad menſuram Dei palmum extenſus orbis.

Pſal. 38.

Iuſti vitam valde longã queruntur.

D. Ambr.

Pſal. 118.

Iſai 40.

Deſiderio videndi Dei quælibet mora ſentitur immẽſa.

16. Denique Iacob vocat dies malos, hoc eſt, plenos ærumnis, & infelices. Malum enim hîc, vt alibi ſæpè malitiáque pro labore, doloréque malo ſcilicet pœnæ non culpæ accipitur. Tota quippe Iacobi vita iam inde ab incunabulis fuit grauibus, variiſque aduerſitatibus, periculis, perſecutionibus, calamitatibus, & laboribus exercita & conflictata: vt mirum non ſit, quòd ad longæuitatem aui, & patris non peruenerit: imò valde mirandum ſit quòd multò anteà doloribus (maximè pro filio vt putabat, à feris
E dilacerato) quâ nulla grauior homini carnificina, conciſus ſenex non obierit: ſed vltra etiam centum quadraginta annos vitam innumeris malis oppugnatam produxerit. Porrò autem in omnes mortales veriſſimè dici poteſt, quod de ſe ipſo dixit Iacob: *Dies cuiuſque noſtrum & parui & mali ſunt.* Homo ſiquidem (inquit Iob) *natus de muliere: breui viuens tempore, repletur multis miſeriis. Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet;* capite 14.

Mirandum eſt quod homo innumeris vexatus miſeriis viuat.

Miſerã hominis vitã infinita mala impugnant.

Iob 14.

Mali dies, in quibus multa malorum genera miſerum hominem obſident, oppugnant, impugnántque & excruciant. Aut enim ſunt mala corporis veluti ſitis, fames, nuditas, morborum multitudo & acerbitas, mortiſque varij & grauiſſimi cruciatus. Sunt deinde in rebus externis mala, quæ ad egeſtatem, ignominiam, & opprobrium pertinent. Sunt etiam animi mala, vti vitia, errores, perturbationes, timor, triſtitia, ira, anxietas.

Nullus in vita immunis à miſerijs & doloribus.

57. Sunt denique mala, quæ veniunt aliundè, nos tamen attingunt: & perſonis aut aduerſantibus, aut etiam (quod magis dolendum eſt) cariſſimis & coniunctiſſimis. Ab omnibus verò miſerijs nullus mortalium immunem viuit vitam. Et quidem diuino conſilio ita conſtitutum eſt (in vitiis eſt tantum permiſſio) vt ærumnis impugnatus homo ad Deum confugiat, Dei opem imploret, in ſolo Deo ſpem ſuam & fiduciam collocet: quam rationem S.Baſil. ſubijcit quare contra hominem in mari & in terra, & in aëre beſtiarum armentur incurſus. *Ita* (inquit) *per omnia rerum opifex vigilare te vult, vt ea ſpe, quam in ipſo tu habere debes detrimenta noxáſque, quæ ab illis proueniunt, euitare poſſis.* homil.7. hexaëm. Felix igitur, qui ex iſto tandem omnium malorum pelago in portum ſempiternæ quietis emerſit. *Et qui* (vt loquitur S. Gregor.Nazianz.) *huius vitæ iactationem, & tanquam in nocturna pugna confuſionem & ignorantiam ex alto derides.* orat. 10. Pulchrè ſtatum huius vitæ ſimilem dicit tempeſtati nocturnæ, confuſioni, ac pugnæ: in qua miſeri mortales ſeſe impetunt, mutuò pugnant cœcorum inſtar, ſui prorſus ſuorúmque inſcij atque immemores. Quin etiam in morte multum quiſque (vti de ſe ipſo loquebatur Apoſtolus 1. ad Philipp.) eluctatur. *Nónne* (adiungit Nazianz.) *ex his paucis diebus, qui reſtant, hoc ſolum lucrifacimus, vt plura mala partim videamus, partim patiamur, partim etiam fortaſſè faciamus?* ibid.

D.Baſil. Malis vitæ cōpulſus homo ad Deū confugit, in Deo ſpem collocat.

D.Greg. Naz. Cæli fœlicitas, vbi ſumma immunitas à malis vitæ.

Nocturna tempeſtati ſimilis vita. ad Philip.1. D.Gregor. Nazianz. Triſte lucrū ex vita diuturna.

58. Præclarè quidem hæc dicuntur à Patribus: ſed affectum nihilominùs ita mundus mundíque vanitas habet irretitum, vt in ipſis ærumnis iacere; quàm ab illis exire, ſtultus homo malit. Idcircò vt retia diſſoluat, hominémque expediat, venit in terras Dei filius: quod ita ſubnotauit Origenes: *Chriſtus deſcendit ad terras, ſubiecit ſe retibus mundi videns magnum hominum gregem retibus impeditum, nec ea ab alio, niſi à ſe poſſe conſcindi, venit ad retia aſſumens corpus humanum, quod inimicarum fortitudinum laqueis tenebatur; & diſrupit.* hom.2. in Cant. Conſciſſis à Chriſto Domino retibus; diſruptiſque laqueis incredibile dictu quanta cum alacritate viri, fœminæque, ſenes, iuuenes, pueri, matronæ, puellæque ad martyria grauiſſimorum cruciatuum acerbiſſimis doloribus plena, veluti ad omnes animi, corporíſque delicias conuolabant, quorum nomine cum tyrannis ſic expoſtulans aiebat Tertull. *Cum ſæuitia veſtra concertamus, etiam vltrò erumpentes: magíſque damnati, quàm abſoluti gaudemus.* lib. ad Scapul. Hi ſunt de quibus Zacharias vaticinatur: *Poſuit eos, quaſi equum gloriæ ſuæ in bello.* cap. 10. legunt L X X. *Pones eos ſicut equum, decorem ſuum in prælio.* Sanctos martyres in perſecutionibus, & cruciatibus poſitos intelligit S.Hieron. Nam velut equi velociſſimi currebant ad tormenta, & ad mortem, in quibus ſcilicet glorioſiſſimè cœleſtis eques Chriſtus Dominus triumphabat; iuxta illud Apoſtoli: *Deo autem gratias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto I E S V.* 2.Cor.2.

Orig. Mundi retia, quibus homines tenebantur, Chriſtus diſrupit.

Tertull. Omnis ætatis, ſexúſque fideles ad martyria ſicut ad delicias conuolabant. Zachar. 10. *Martyres Chriſti triūphātis equi.* S.Hieron.

2.Cor.2.

19. *Et benedicto Rege egreſſus eſt.* Poſtquam Regi vale dixit Iacob: Luſitane: *Feito o deuido acatamento o corteʒia ſe deſpedio do Rey.* Eſt igitur hoc loco benedicere idem quod valedicere, vt peritiores adnotarunt. Debetur quidem ab omnibus etiam Prophetis ſanctiſque viris Regi ob ſuam dignitatem reuerentia. Enimverò miſit Dominus Moyſem legatum ad Pharaonem Ægypti Regem cum mandatis, vti populum Hebræum, quem tanquam captiuum detinebat, dimitteret: & adiungit tamen: *Sed ego ſcio quòd non dimittet vos, niſi per manum validam.* Exod.3. Quid hoc eſt Domine? Si dicis te ſcire quòd non dimittet Pharao populum tuum, nec tuo parebit mandato, cur ad illum mittis nuncium, cur illius requiris beneplacitum? ſcilicet cum Rege ac Principe propter dignitatem, quâ fungitur, perurbanè agendum eſt; illius voluntas blandè impetranda, non violenter cogenda: & vel etiam in eo, quòd Deus præſcribit, impetrátque modeſtè petendum eſt, vt libens aſſentiatur: quod ſi obſtinatè abnuat, tunc per manum validam ad Dei placitum cogatur neceſſe eſt, quemadmodum cum Pharaone iſto actum legimus. Igitur Ioſeph iuſſu Regis patrem & fratres dimiſit in prouinciam Geſſen, vbi poſteà Rameſſes oppidum extructum eſt ab Iſraëlitis, vti S. Hieronym. de locis adnotauit. Ibi optimam, pinguiſſimam in Ægypto terræ dedit ſuis fratribus poſſeſſionem, ſiue partem, portionem, funiculum: his omnibus reddi ſolet vox Hebræa.

Reuerentia etiam à ſanctis viris debetur Regi. Exod.3.

Cum Rege blandè ac modeſtè agendum.

20. Conſtitutos ibi ſuſtentabat Ioſeph, *præbens cibaria ſingulis.* hoc eſt, viritim, ſeu capitatim etiam minimis abundè quidem, quantum volebant; ad ſatietatem, Hebr. *ad os paruuli*; nimirum paruulus pro minimo familiæ ſumitur. Aſſignabatur ſcilicet etiam ſingulis vel ætate, vel conditione minimis, vtpote paruulis, famulis, vernaculis, ſeruulis, ſua cuique admodum copioſa, & dabatur portio. *Alebat eos*, &c. Legit Caietan. ex Hebr. *Pane ori paruuli, id eſt, paſcit domum patris ſui pane, tanquam dando ori paruulorum, id eſt, ſine pretio, ſine eorum labore, quemadmodum aluntur paruuli.* O virum admirabilem! ô verum fraterni amoris & nominis exemplar! Sic tenerè alebat fratres, illos, inquam, à quibus tanquam hoſtis capitali odio habitus, à quibus venditus fuerat; totámque familiam patris, vti nutrix, vti mater, cùm præmanſos infantulo cibos in os immittit. Quid ſi hoc Hebraiſmo ſignificatur ſtudium illud verè paternum, quod Ioſeph erga ſuos exhibebat, cum ſtatis vel diei horis, vel ſaltem in hebdomada diebus, omni aliâ depoſitâ curâ patris domum inuiſens puerulis manu ſuâ diuidebat cibos: patrem verò iam præ ſumma ſenectute decumbentem in lecto dulciter amplexatus, dein vetulo atque edentulo cibos in os ingerebat? O egregium pietatis erga parentes exemplar ſimul & documentum! A fratribus ſpoliantur fratres, & ab ore miſerorum parentum ingrati & truculenti filij ipſummet panem ſurripiunt! Addiſcamus obſecro alere parentes ſenio confectos: ferendi ſunt etiam parentes etſi effœtâ illa ætate nimium ſint moroſi, queruli,

Caiet. *Mira in fratres humanitas & magnificentia.*

Admiranda pietas, curáque filij erga patrem ſenio confectum. Ferendi & ſuſtentandi patres in ſenio.

querúli, rixoſi: quemadmodum pueri à parentibus tolerantur, & nos puerulos illi cum infinita propemodum patientia multos per annos ſuſtinuerunt.

SECTIO II.

In toto enim orbe panis deerat, & oppreſſerat fames terram, maximè Aegypti & Chanaan. E quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis. Cúmque defeciſſet emptoribus pretium, venit cuncta Aegyptus ad Ioſeph, dicens. Da nobis panes: quare morimur coram te, deficiente pecunia? Quibus ille reſpondit: Adducite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos, ſi pretium non habetis. Quæ cùm adduxiſſent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & aſinis: ſuſtentauítque eos illo anno pro commutatione pecorum. Venerunt quoque anno ſecundo, & dixerunt ei: Non celabimus dominum noſtrum quòd deficiente pecunia, pecora ſimul defecerunt: nec clam te eſt, quòd abſque corporibus & terra nihil habeamus. Cur ergo morìemur te vidente? & nos & terra noſtra tui erimus: eme nos in ſeruitutem regiam, & præbe ſemina, ne pereunte cultore redigatur terra in ſolitudinem. Emit igitur Ioſeph omnem terram Aegypti, vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis. Subiecítque eā Pharaoni, & cunctos populos eius, à nouiſſimis terminis Aegypti vſque ad extremos fines eius, præter terram ſacerdotum quæ à rege tradita fuerat eis: quibus, & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non ſunt compulſi vendere poſſeſſiones ſuas. Dixit ergo Ioſeph ad populos: En vt cernitis, & vos & terram veſtram Pharao poſſidet, accipite ſemina & ſerite agros, vt fruges habere poſſitis. Quintam partem regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in ſementem, & in cibum familiis & liberis veſtris. Qui reſponderunt: Salus noſtra in manu tua eſt: reſpiciat nos tantùm dominus noſter, & læti ſeruiemus regi. Ex eo tempore vſque in præſentem diem, in vniuerſa terra Aegypti, regibus quinta pars ſoluitur, & factum eſt quaſi in legem, abſque terra ſacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.

1. LAborabat intereà totus penè orbis; maximè verò Ægyptus, vicinæque regiones fame in dies ingrauefcente afflictabantur: ac proinde omni conſumpto frumento infiniti paſſim mortales vnde vnde ad Ioſephum accurrentes numerata pecunia frumentum coemebant. quam ille in regium inferebat ærarium non ditior inde factus, ſed Regem efficiens ditiorem. Hanc igitur Ioſeph vſque adeò admirabilem integritatem, vi-

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A tæque in congerenda pecunia, adminiſtrandóque ſuo munere ſanctitatem eleganter ita deſcribit Philo Hebr. *Iuuenis autem tantâ fide vſus eſt in administrandis negotiis publicis, vt cùm ratio temporum plurimas occaſiones ei præbuiſſet ad congerendam pecuniam, potuiſſet facilè ditiſſimus ſui ſeculi euadere, adulterinis diuitiis veras prætulerit, & cæcis perſpicaces: totum argentum auriúmque è frumenti pretio collectum referens in theſauros regios, ne drachmâ quidem ſubtractâ, contentus donis, quibus Rex eum remunerabatur.* lib. de Ioſeph. O virum omni æuo memorabilem! ô Ioſeph non magis caſtum in declinandâ muliere tentatrice, in contemnendâ pecuniâ, & opum cupidine comprimendâ!

Philo. *Regis miniſter ſummè fidelis, parcus, purus, integer.*

Caſtus à muliere, & à pecunia.

B 2. *Etſi autem* (vt loquitur S. Chryſoſt.) *vehementior ſit cupiditas corporum, quàm pecuniarum: & propterea Dominus fatuas virgines appellarit, quoniam difficilioribus ſuperatis, faciliora perdiderunt.* in cap. 25. Matth. ſæpenumerò euenit tamen, vt qui puri ſunt corporum, impuri ſint nummorum: & quos libido carnis expugnare non potuit, pecuniæ cupiditas ſubiugarit. Certum eſt enim & quotidie comprobatum illud S. Ambr. *Pecunia plerunque ſibi dominos emit.* epiſt. 7 Sicut qui ſcortulam emit, cuius amoribus turpiter inſeruit, & captiuus tenetur: ſicut qui leonem emit, quem timet, & à quo trepidus aufugit. Sic pecuniam auarus acquirit, vt turpiſſimæ illius ancillæ dominatui famuletur: & fugacem beſtiam dies noctéſque inuigilans, & contremiſcens tam periculosè, quàm laborioſè cuſtodiat. Quin etiam (quod fœdius C multò eſt) vel ipſa cupiditas mentem hominis ad ſublimiora intelligenda natam cogitando, differendóque circa pecuniam miſerādum in modum abiicit, abiectamque deturpat. Quare optimè ſcripſit S. Chryſoſt. de auaris: *Voluuntur in luto, nec ſenum exiſtimant eſſe ſænum plenis auaritiâ. Quanta eſt ergo ſtultitia luto rationem inquinare de auaritia narrantem?* in Pſalm. 9. Nihil quidem difficilius, quàm luto ſuffoſſam auari mentem expurgari; & cor minùs obſeratum expugnari. Tenet cupiditas auari animam vſque adeò conſtrictam, vt ad illam ne Dei quidem conſolatio, verbúmque Dei à concionatoribus proclamatum penetrare poſſit.

D.Chryſ.

Plerique à carne, quàm à pecunia caſtiores.

D.Ambr.

Turpis hominem deturpat auaritia.

D.Chryſ.

Difficillè curatur auaritia.

D 3. Quid ſi etiam contingat, vt quis ore diuina eloquatur, & cor tamen habeat ita cupiditate pollutum, vt Deo ipſi deneget aditum ſubintrare volenti? Profectò in malo illo Propheta Balam vitium hoc ipſum fuiſſe adnotauit Origen. ſuper illa Domini verba: *Verbum quodcunque dedero in ore tuo, hoc loqueris.* Numer. 23. *Si dignus* (inquit) *fuiſſet Balam, verbum ſuum Deus non in ore eius, ſed in corde poſuiſſet. Nunc autem quoniam in corde eius deſiderium mercedis erat, & cupiditas pecuniæ, verbum Dei non in corde, ſed in ore eius ponitur.* homil. 14. in Numer. Prophetiam quidem venturi Meſſiæ protulit ore tantùm inſtar pſittaci, quam tamen in corde vtique per auaritiam occæcato non habebat. *Vt theſaurum* E (adiungit) *magnum, Chriſti myſteria, proferret ad gentes non tam corde ac ſenſu, quàm ore ſermonéque portatum.* Suſpiciebant hominem, admirabantúrque vti Prophetam Madianitæ, qui tamen ſic vilis abiectúſque erat, (talem effecerat cupiditas) vt ab ſtolida beſtia increparetur, quod ita expendit Origen. *Aperit Dominus os aſinæ, vt arguatur per eam Balam, & muta pecudis vocibus confutetur is; qui diuinus videbatur & ſapiens.* ibid. Sic humiliat Deus ſuperbos, ſic de ſe inaniter præſumentes mundo ipſi cuius venantur gloriolam,

Auari cor Deo obſeratum. Num. 23. Orig.

Orig. *Vilè & abiectum reddit auaritia.*

 riolam,

Superbos Deus humilias & ridiculos oſtendit.

rioſam, quàm ridiculi & nihili ſiot, palàm oſtendit.

Philo.

4. Pulchrè dixit Philo de Ioſeph: *Potuiſſet ditiſſimus euadere; omnem pecuniam intulit in regium ærarium, ne drachmâ quidem ſubtractâ, ſolis contentus Regis muneribus.* quod iure optimo repetendum ducimus. Planè miraculum in montibus (vt dicitur) auri: in Ægyptiorum, Chananæorum, aliarúmque gentium infinita pecunia in pretium frumenti corrogata, ne teruncium quidem ſibi Ioſeph aut aſſumpſit, aut reſeruauit! ô quàm alienus vir iſte à noſtri æui peculatu, vbi plurimi Verres, plurima verricula prouinciarum! vnus Siciliæ Verres a Cicerone accuſatus & conuictus meritas æterni ab vrbe patria exilij pœnas luit. Contra plurimos noſtri temporis regnorum Verres nec vllus inclamat orator, nec vllus vindictam exerit iudex. Quid ſi omnes fraterno amore fœderati in prædarum veniunt portionem? Quis quæſo tam fidelis, tam purus, tam integer hodie Regum tractat æraria, adminiſtrat opes, cuſtodit pecuniam; vt nihil inde ſuſcipiat, nihil ſibi reſeruet: ſolíſque Regum ſtipendiis, diuíſque contentus viuat? Ah quàm multi noſtra ætate patrimonio pauperes, anguſti familiâ, tenues ſubſtantiâ multos annos vixerunt: qui tamen vbi primùm à Regibus vel ad eorundem tractanda negotia, vel ad reditus adminiſtrandos, procurandámque pecuniam electi ſubitò euaſerunt ditiſſimi: ſplendidas domos ædificarunt; regales planè villas conſtruxerunt; opulenta coëmerunt prædia, pingues admodum perilluſtréſque maioratus inſtituerunt. Vnde obſecro? Vtique Regum ex corio. Exoſſantur Principes, vt miniſtri pingueſcant. Memini me audire aliquando, & quidem à viris probatæ fidei, ab ipſo Regiæ ſubſtantiæ, ac redituum procuratore, cum à miniſtris rationem exigeret, certò deprehenſum tandem eſſe vno integro vicennio vel ob iniuriam, vel ob malignitatem exactorum, quæſtorum, redemptorum, fideiuſſorum regali ærario vltra ſeptem (vt aiunt) milliones auri defuiſſe. Aliquando tamen fit, vt ſomnium Reges excutiant, videántque exhauſtum ærarium, regni exſuctum ſanguinem, deprehendant tandem ſanguiſugas mole iam ſuâ laborantes: atque adeò de peculatu miniſtrorum diligenter agentes, ſubuerſâ illâ deprædatricis pompæ machinâ miſeros miniſtros in ſempiternum chaos detrudant. Atque vtinam ea cura principes ſolicitaret, & pro ſua ſubſtantia ab iniuriis miniſtrorum vindicanda excitaret! Rectè Apoſtolus dixit de opibus, quas iſti congerunt: *Mergunt hominem in interitum & in perditionem.* 1. Timoth. 6. vnde optimè ſubintulit S. Saluian. *Ergo ſi diuitia interitum in ſe habent, euitemus opulentiam, ne in interitum corruamus: ampla & locuples facultas perditionem inferre dicitur: refugienda eſt itaque ampla poſſeſſio, ne conſequatur profunda perditio.* lib. 1. ad Eccl. Cathol. quod quidem non modò intelligitur de perditione æternâ, ſed etiam de ſubuerſione huius vitæ.

Miraculum inter opes theſauróſque fidelem puruńque eſſe.

Auaritia regaliũ miniſtrorum noſtri temporis.

Repentinæ opes regaliũ miniſtrorũ.

Infinita Regis pecunia vel neglecta, vel ſurrepta.

Agant diligenter Reges de peculatu miniſtrorum.

Cõgeſta nimium opes in hac & in altera vita profundant.
1. Tim 6.
S. Saluian.

5. *Præter terram ſacerdotum.*] Ingraueſcente in dies fame, cùm iam defeciſſet pecunia pro coëmendo tritico, pecora ſubinde omnia in pretium annonæ accepit Ioſeph, vt ſimul etiam moleſtiſſima pecorum tali tempore alendorum cura Ægyptios liberaret, vt Procopius adnotauit. Ad extremum prædia ipſa, domóſque pro frumento Ægyptij tradiderunt: atque adeò vniuerſa Ægyptus ab incolis vendita ceſſit in Regis patrimonium. Nec enim quicquam à Ioſeph gratis datum legimus etiam extremè laborantibus Ægyptiis, cùm miniſter eſſet Regis cuius partes tuebatur, cuius ſubſtantiam adminiſtrabat: vt nouerint qui miniſtri ſunt, ſe de alieno liberales & miſericordes eſſe non debere nec poſſe. Acquiſita Regi hoc modo vniuerſa Ægyptus fuit: omnéſque Ægypti incolas iam & poſſeſſionibus & libertate carentes, cùm ſe ſponte pro frumento in regium famulatum vendidiſſent, de vna in aliam ciuitatem tranſtulit; primò quidem vt ſcirent ſe nihil amplius in Ægypto proprium poſſidere: deinde vt hoc maximè remedio rebellionibus obuiaret: denique cùm non ſufficiat ad dominij tranſlationem venditionis & emptionis pactum; ſed inſuper neceſſe ſit vt res vendita dimittatur à venditore, poſſideatúrque ab emptore: per illam incolarum hinc illuc tranſmigrationem totius regni dominium verè in poſſeſſionem ceſſit Pharaoni.

Procop.

Miniſtri de alieno liberales eſſe nõ poſſunt.

6. Cæterùm exceptæ ſunt poſſeſſiones ſacerdotum, quæ iuſſu Regis relictæ propriis dominis etiam ab omni tributo immunes fuerunt: Imò & ipſis ſacerdotibus abundè alimenta ſuppeditabantur iuxta demenſum cuiuſque: certa quippe ſingulis à Rege gratuita, & larga portio erat præſtituta: idque in gratiam diuini cultus (vt cœca gentilitas putabat) ſuorum inanium & ridiculorum Deorum, cui præſtando nefandi illi ſacerdotes inſeruiebant. O rem omni ſtupore dignam! Tantæ apud infideles ac barbaros venerationi erant cacodæmonum ſacerdotes! *Solam* (inquit hoc loco Theodor.) *terram ſacerdotum immunem ab ea præſtatione reliquit. Tantopere venerabantur homines impij eos, qui non erant Dij. At verò ſacerdotes Dei viuentis non gaudent hac immunitate.* quæſt. 106. in Geneſ. Inſignis quidem locus pro confirmanda immunitate bonorum ſacerdotalium, quibus malè inhiant laici, peius inſidiantur, peſſime vino inferunt. Proh quantum hîc mortalibus datur præconium: Alendos nimirum à Rege, à Rep. expenſis publicis veri Dei miniſtros, veros Chriſti Domini ſacerdotes! Quod quidem Chriſtianæ Eccleſiæ feliciter euenturum prædixit Iſaias: *Suges lac gentium, & mamillâ Regum lactaberis.* cap. 60. legunt LXX. *diuitias Regum comedes.* S. Cyrill. Procop. & alij prophetiam intelligunt de donis, redditibúſque ampliſſimis Chriſtianorum principum, quibus Chriſti Eccleſia fuit locupletata: & nos alibi in hunceundem locum diſſeruimus.

Sacerdotum ſuſtentatio, & immunitas.

Theodor.

Chriſti ſacerdotes à Rege, & à rep. alendi

Iſ. 1. 60

Chriſti Eccleſia donis Regum locupletata.
D. Cyrill.
Procop.

7. Multa hîc diuinitùs dicuntur à S. Chryſoſt. quæ operæ pretium erit expendere: paucula delibabimus. *Audiant* (inquit) *qui nunc viuunt, quantam olim ſacerdotum idolorum curam habuerint: & diſcant vt vel ſaltem parem habeant honorem iis, quibus omnium Dei miniſterium creditum, & qui ſacerdotio inſigniti ſunt.* homil. 65. in Geneſ. Ah pudeat veri Dei ſacerdotes à Chriſti fidelibus minùs, quàm ab infidelibus dæmonum ſacrificulos honorari, coli, ſuſtentari: quin etiam Chriſtum verum Deum minoris haberi à Chriſtianis, quàm ab ethnicis cacodæmones! Addit etiam S. Chryſoſt. *Si errantes illi & tantum idolorum curam habentes, quia ex hoc putabant idola magis coli, ſi ita eorum miniſtros colerent, quantâ non condemnatione digni, qui nunc imminuunt quod ad illorum ſpectat cultum? An neceſſitas, quod honor illorum ad ipſum Deum pertinet?* ibid. Quis quæſo, ſi fidem habet, ſi prudentiam callet, non dignos omni honore Chriſti ſacerdotes iudicet?

S. Chryſ.

Pudor eſt, Chriſti ſacerdotes minùs honorari à fidelibus quàm ab idololatris ſacrificulos.

S. Chryſ.

In ſuis ſacerdotibus Deus & honoratur, & offenditur à laicis.

Quoſ

Quoſnam quæſo? Nimirum (vti loquitur S. Gregor. Nazianz.) *hos diuini Numinis famulos, & diſcipulos, cœleſtiúmque rerum inſpectores, has generis noſtri primitias, has columnas, has fidei coronas, has pretioſas margaritas, hos templi illius lapides, cuius fundamentum eſt Chriſtus.* orat. 9. *Igitur* (adiungit idem Chryſoſt.) *ſacerdotum contemptus multum è ſuperuis pœnam nobis deferet.* ibid. Suos quippe miniſtros Deus omnipotens magno in pretio habet, in oculis geſtat, nec vel tantulum à ſacrilegis violari patitur.

D. Greg. Naz. Encomia ſacerdotum Chriſti.

D. Chryſ.

8. Vide quid in typum huius rei contigerit. Cùm ſcilicet (vti legimus) portaretur Arca Domini, *quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam, Oza tenuit eam. Iratúſque eſt indignatione Dominus contra Ozam, & percuſſit eum ſuper temeritate.* 2. Reg. 6. Quid hoc eſt Domine? quid peccauit Oza cùm tenuit manu Arcam, ne de plauſtro exturbaretur? *Omnes* (reſpondet S. Chryſoſtom.) *hoc prodigio terrens, & perſuadens, ne adyta ſacerdotij adeant: vt ſacerdotum dignitatem diſcant, & quomodo fas non ſit laicum talia agere.* homil. ad finem epiſt. ad Rom. de Priſcilla. Quid ſi laicus in ſacerdotes linguam obtrectando, conuiciandóve diſtringat? quid ſi ſacerdotum rem familiarem? quid ſi redditus Eccleſiæ laicus depeculetur? Rarò eueniet, (auſim dicere) vt qui ſacerdoti fecit iniuriam, aut Eccleſiæ patrimonium vel impediuit, vel diminuit, præproperâ & infelici morte non puniatur. Plenæ ſunt exemplorum hiſtoriæ: nihilque aut frequentius hodie videtur, aut miſerabilius lugetur. Vidimus ſuper ſplendidum dignitate, familiáque hominem in regio ſenatu, qui acriùs violentiúſque multò, quàm par eſſet, Religioſorum redditus, putans quidem obſequium ſe Regi præſtare, imminuere contendit, ſubitò infelicitatis planè tragicæ omnibus exemplum fieri. Plenus ille dehoneſtatæ familiæ probris, & purulentis corporis vlceribus exeſus miſerandum in modum ſua in ipſa contentione contra Eccleſiaſticum ordinem impietatis eratabuit.

2. Reg. 6. Laici certa pernicies ſi ſacerdotem offendat.

S. Chryſoſt.

Exēpla infelicis exitus laicorū, qui Eccleſiaſticos læſerunt.

9. Vidimus regium miniſtrum, qui bellum perſonis, rebúſque Eccleſiaſticis periniquo zelo ductus indixerat: atque iccircò etiam à laicis admonitus vti diuinam caueret vindictam, cùm in pace ac felici (vt putabat) exitu præfecturâ excedens corrideret cum amicis, quàm vana ſcilicet ipſorum terricolamenta de vindicta Numinis ob Eccleſiaſtici ordinis vexationem: repentè miſerum in ſella ſine vllo Chriſtianæ fidei ſigno expiraſſe. Quid de illo dicam, qui prætor ſacerdotem comprehendit, quòd Regi potaretur infidus, ac publicitùs totâ vrbe vinctis manibus, inſpectante ac lugente Ebora, portarum compegit in carcerem? An non paulò pòſt idem iuſſu ipſius Regis vinctus catenis detruſúſque in ergaſtulum in eodem infelix obiuit? Duos vidimus regio in ſenatu, qui zelo indiſcreto regiæ iuriſdictionis Epiſcopum indecenter tractarunt viuum, & mortuo propriam; quam ſibi ædificauerat in ſacello templi maximi Portuenſis ciuitatis, denegarunt ſepulturam: Vnum intra octo dies graui morbo oppreſſum obire: alterum, qui ſe iactabat liberum ac ſecurum ab illo Epiſcopo; atque iccircò feliciùs per dignitatum gradus in ſublime aſcenſurum; via vbi tandem aſcendit, inſperato malo correptum emori ac ſepeliri. Quid plura? Captam hodie à pyratis nobilem in Luſitanorum ditione vrbem recuperare

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A omni ſtudio contendimus, quam ob diſſidium inter Epiſcopum, & regios miniſtros Eccleſiaſticis cenſuris, atque interdicto flagellatam ſumma illius excepit infelicitas capto in prædam hoſtibus præfecto, & in ſolitudinem fugatis cum Epiſcopo ſenatoribus. Nulli vnquam regno, nulli principi, nulli miniſtro contra Eccleſiam Chriſti, illiúſque ſacerdotes ſuſceptum bellum niſi perquàm infeliciter ſucceſſit.

Infauſtus infelixque contra Eccleſiam hominum conatus.

10. *Nunquam igitur* (colligit S. Chryſoſtom.) *negligamus cultum, qui ſacerdotibus Dei debetur. Et hæc dico non tantum illorum rationem habens, quantam veſtra charitatis: cupiens vos in omnibus lucrifacere.* homil. prædicta. Non erit ingratum lectori huc arcere, quod in oratione funebri B habita Oliſipone in exequiis beatiſſimi Gregorij Pontificis Maximi anno 1623. in ſplendidiſſimo regni conſeſſu proclamaui. Differens igitur de obedientia præſtanda Eccleſiæ, de honorandis Eccleſiaſticis hæc adiunxi. Qua in re Catholicus Rex Luſitaniæ Regibus & principibus, cunctiſque fidelibus exemplo ſemper fuit, qui mauult Eccleſiæ Romanæ haberi, dicique filius, quàm Hiſpaniarum Monarcha celebrari: qui quod Imperatori Valentiniano ſcripſit S. Ambr. mente recolit & opere complet. *Quid* (inquit S. Doctor) *honorificentius, quam vt Imperator Eccleſiæ filius eſſe dicatur! Imperator bonus intra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam eſt.* orat. contra Auxent. Sui quoque Regis exemplum, imperium libenter C Luſitani ſequuntur; quorum eſt à maioribus hæreditaria virtus pro Chriſti fide, pro Romana Eccleſia ipſam cum ſanguine vitam profundere. Vos vos igitur alloquor Luſitaniæ proceres, regni moderatores, Regij miniſtri, Conſiliarij, Præſides, Senatores, Iudices, prætores: tunc maximè Regi noſtro & veſtram fidelitatem, & obſequium commendatis; cùm omnium maximè Chriſti & Eccleſiæ cauſam defenditis! Eſt quippe omnium veſtrûm infixa cordibus illa S. Ambr. ſententia: *Nullius iniuria eſt, cui Deus omnipotens anteferetur.* ibid. Subditi ergo Eccleſiæ quæcunque alia mundi iura poſthabentes noſtro regno, gentíque conſulitis: Luſitaniæ gloriam, quam à maioribus toto orbe celebrem accepiſtis, D in dies illuſtriorem confirmatis. Profectò ſtare non poteſt Reſp. vbi potior eſt cauſa fori, quàm poli. Quod quidem apertè oſtenditur ex illis ſpiritus ſancti verbis: *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias & iniurias.* Eccleſ. cap. 10. At quænam iſtæ iniuſtitiæ, quænam iniuriæ, propter quas extrema labes & immutatio regnorum? Vtique omnium grauiſſimæ, quibus videlicet impugnatur Eccleſia, Eccleſiæ iura violantur, vel infertur Eccleſiæ miniſtris; mundo potiùs, quàm Chriſto, eiúſque vicario in terris obeditur. Hæc nos quidem inter alia declamauimus.

D. Chryſ.

Regum Luſitaniæ pietas in Eccleſiam, & in Eccleſiaſticos reuerentia.

D. Ambr.

Luſitanorū fides & obedientia erga Chriſti Romanam Eccleſiam.

D. Ambr.

Eccleſ. 10.

Regnorum euerſiones propter iniurias factas Eccleſiæ.

11. At Lyranus arbitratur terram ſacerdotum ab omni tributo factam fuiſſe immunem E non modò in honorem Deorum, quibus illi deſeruiebant, ſed etiam in gratiam ſapientiæ, cuius ſtudio dediti erant Ægyptij ſacerdotes: *Erant* (inquit) *deputati ad cultum Deorum, & ad ſtudium ſcientiarum, ſecundum quod Ariſtot. Metaph. 1. dicit, quòd gens ſacerdotum Ægypti ibi primò ſtudere viſa eſt. Et Ioſephus lib. Antiquit. docet Abraham in Ægypto docuiſſe ſacerdotes Aſtronomiam. Et ideò à Rege habebant victum.* hæc ille. Dignum ſanè Regum magnificentiâ opus, vt viros ſapientiæ ſtudio deditos foueant,

Lyra.

Ariſtot.

Ioſeph.

Scientiarum magiſtri apud ethnicos priuilegiis & muneribus honorati.

Dignū Regis opus ſuſtentare diſciplinarum magiſtros & honorare. Magnum Reip. ornamentum ex ſcientiis.

A alántque & præcipuo in honore habeant : nec
enim regnis & ciuitatibus aliunde maior, quàm
ex ſtudiis literarum, viriſque ſapientibus gloria
effloreſcit. Sed hoc argumentum non eſt huius
commentationis : ad politiorem ſpectat literatu-
ram ; cuius nos ſacrarium diu multúmque fre-
quentauimus.

12. Denique Ioſeph, cùm iam haberet vni-
uerſam Ægyptum ab ipſis poſſeſſoribus annonæ
pretio coëmptam & Regi acquiſitam pacto ſub-
inde cum Ægyptiis conſtituto prædia cuique ſua
remiſit, ſimúlque ſementem dedit ad futuram
ſationem, eâ tamen conditione, vt quinta dein-
ceps omnium frugum portio in perpetuum tri-
butum regio cederet ærario. Annuerunt omnes:
B eáque in poſterum ſancita lex eſt, vt ex vniuerſa
terra Ægypti cultores quintam Regi ſoluerent
portionem, exceptis tamen prædiis, & poſſeſſio-
nibus ſacerdotum, quæ ab omni tributo vectiga-
líque iuſſu Regis factæ ſunt immunes. Sed quid
magis appoſitum ad præſignificandum admira-
bile illud priuilegium immaculatæ abſque labe
originali conceptionis beatiſſimæ Virginis ma-

Aſtruitur immaculata ſine peccato originali conceptio B. Mariæ.

tris Dei? Vectigalis vniuerſa terra Ægypto red-
dita eſt; ſola verò ab omni tributo immunis ex
priuilegio ac beneficio Regis terra ſacerdotum
extitit. O typum egregium Virginis Deiparæ!
Per peccatum primorum parentum ſubacta eſt
tributo peccati originalis vniuerſa generis hu-
mani terra : ſed tamen illa ex lege iuſſu Regis æ-
C terni præſeruata eſt terra ſummi ſacerdotis Chri-
ſti IESV, ea ſcilicet, de qua germinauit ſlos iu-
ſtitiæ. Nam qui poſſet fieri, vt Dei filius ſuam ſi-
bi terram ab æterno Patre aſſignatam tam infami
tributo ſubiici, à communi prædone ſurripi, à
turpiſſimo monſtro fœdari, cùm impedire poſſet,
ſciens, vidénſque pateretur? Certè (vt virgo ipſa
proclamat) *Dominus poſſedit me in initio viarum*

Prouerb 8.

B. Mariæ ſolus Deus fuit poſſeſſor.

ſuarum. Prou. 8. Ab omni ſcilicet æternitate pri-
mum omnium operum, quæ diuina potentia fa-
cere in tempore decreuit, fuit Verbi diuini in-
carnatio ex puriſſima illa Virgine, quam inde ab
illo ſigno æternitatis corpore animáque puram
ſibi matrem ille Deus prædeſtinauit, cuius ipſe
ſolus fuit poſſeſſor.

D 13. An non indignior animæ, quàm corporis
labes? ſi ergo paſſus non eſt matris ſuæ corpus
violari, quomodo matris ſuæ animam originali
reatu ſineret Deus omnipotens dehoneſtari? Pro-

B. Maria tam Virgo anima, quā corpus.

fectò vti Virgineum matris corpus, ſic Virgineam
omninóque immaculatam matris ſuæ animam
elegit. *Sic propoſuit* (vt loquitur Apoſtolus) *in-*

ad Epheſ. 1.

ſtaurare omnia in Chriſto, ad Epheſ. 1. Omnia ſci-
licet, quæ per peccatum in mundo fuerant effra-
cta, diſſolutáque Dei filius refecit, reſtituítque.
Et quidem in cæteris prædeſtinatis poſt pecca-
tum, quia omnes peccauerunt, amiſſam gratiam
reſtituit : at illum primæuum ſtatum quoad gra-

Priorū parentum ſtatus quoad gratiam in B. Maria inſtauratus à Chriſto.

tiam, ante lapſum parentum in Virgine matre
quoad puritatem animæ ab omni labe vitióque
E immunis inſtaurauit. Et ſic vniuerſalis ille ter-
minus : (*Omnia*) impletus eſt. En Ioſeph (ne
longiùs vagari liceat) proclamatus in Ægypto
Saluator mundi variè quidem ſuam illam Ægy-
ptiis ſalutem impertiuit : quibuſdam, ne famem
vel tantulum ſentirent, abundè præſtito cibo

Vera ratio Redemptoris in B. Mariæ conceptione immaculata cernitur.

prouidit : aliis qui à miſeri contabuerant, miſeri-
corditer famem depulit. Sic habuit figura : ſed
veritas ſic habet. Deus homo verus mundi Salua-
tor & Redemptor, qui omnibus (quantum eſt in
ſe) filiis Adam poſt peccatum ſuo ſanguine re-

A demptionem acquiſitam contulit : ſpeciali quo-
dam priuilegio Virginem matrem, ne gratiæ fa-
mem, ne reatus originalis malum præſentiſceret,
(vti matrem ac filium decebat) prouidentiſſimè
præſeruauit : atque adeò in cæteris quidem poſt
lapſum erectis ; at in ſola Virgine matre, ne la-
beretur, ſeruata Redemptor verus extitit. Et quid

Cæteri fideles poſt lapſum erecti, B. Maria ſeruata ne laberetur.

hoc mirum eſt? Nam ſi nos homunciones ac ſer-
uuli hoc priuilegium immaculatæ ſine peccato
originali conceptionis beatiſſimæ Virgini Deipa-
ræ, omniúmque Dominæ & deberi iure optimo
aſtruimus, & conceſſum à Deo læti ouantéſque
gratulamur : quid quæſo Deus ipſe filius matri
ſuæ, quod ſibi ipſi quoque admirandum in ho-
norem cederet, cùm poſſet, denegaret? Verè qui-

B. Mariæ gratulamur de conceptione immaculata.

B dem, ô Domina mundi, aſtruimus, & omni cum
gaudio prædicamus. Tota pulchra es mater Dei
Virgo Maria, & macula nec originalis, nec actua-
lia vlla fuit in te. Cant. 4.

SECTIO III.

*Habitauit ergo Iſraël in Aegypto, id eſt, in ter-
ra Geſſen, & poſſedit eam : auctúſque eſt, &
multiplicatus nimis. Et vixit in ea decem &
ſeptem annis : factique ſunt omnes dies vitæ
illius centum quadraginta ſeptem annorum.*
C *Cúmque appropinquare cerneret diem mortis
ſuæ, vocauit filium ſuum Ioſeph, & dixit ad
eum : Si inueni gratiam in conſpectu tuo, pone
manum tuam ſub femore meo : & facies mihi
miſericordiam & veritatem, vt non ſepelias
me in Aegypto : ſed dormiam cum patribus
meis, & auferas me de terra hac, condáſque
in ſepulchro maiorum meorum. Cui reſpondit
Ioſeph : Ego faciam quod iuſſiſti. Et ille; Iura
ergo, inquit, mihi. Quo iurante adorauit Iſraël
Deum, conuerſus ad lectuli caput.*

1. DImiſſi (vt ſuprà vidimus) in Geſſen vber-
D timam totius Ægypti prouinciam Iacob
& filij cum tota Hebræi generis familia, tum
continuis, magníſque Ioſephi congiariis, tum
etiam propriâ induſtriâ, maximè verò Dei beni-
gnitate ac prouidentiâ paruulo illi fidelium pe-
culio in dies magis fauente : mirandum in mo-
dum augeri & multiplicari cœperunt. Hebr. *Fru-
ctificauerunt & multiplicati ſunt*. Vt ergo Dei pro-
miſſiones Abrahæ, Iſaac, & Iacob ſæpiùs factæ
de multiplicando ſemine, gentéque propagan-
da complerentur ; aucti ſunt (poteſt intelligi)
tam in temporalibus, quàm in ſpiritualibus bo-
nis, & numeroſa inſuper filiorum ; nepotúmque
ſobole. His quidem in illa ætate bonis affluere
magnum veræ in Deum pietatis, Deique erga
E iuſtos benignitatis teſtimonium habebatur : quip-
pe cùm piis hominibus Deus illa reddere conſue-
uerit, vt ſaltem bonorum terreſtrium illicio in-
uitati homines Deum Hebrææ gentis recogno-
ſcerent, ac venerarentur. At vbi Deus homo appa-

Priſcorum felicitas in bonis terreſtribus.

ruit in terris, docuit homines nō fluxa & caduca,
ſed cœleſtia & ſempiterna bona quærere, in quorū
poſſeſſione hominibus vera ſit & nunquā interi-
tura felicitas. Hinc illud optimè ſcripſit Cle. Ale. Clem. Alex.
*Vt accincti & expediti, & ad bona vitæ æternitatem
parati ſimus. Chriſtus nos præparat, vnumquemque
noſtrum*

noſtrum eſſe ipſum ſui ipſius penum docens. 1. pædagog. cap. 12. In ſe ipſo videlicet Chriſtianus habet theſaurum, (ſpiritum Chriſti inhabitantem per fidem & gratiam) vnde viuat, vnde locuplea ſit, vnde ſanctiſſimè delicietur: nec iam ab externis mundi, terræque bonis emendicati ſibi quicquam neceſſe habet.

Chriſtianorum felicitas in bonis cœleſtibus. Vnuſquiſque noſtrum & penus, & theſaurus Chriſti.

2. Hæc erat priſcis ætatibus fidelium virtus, hic mundi contemptus, hoc regni cœleſtis ſtudium, amórque rerum ſupernarum; vt quia bonis terrenis vel caſu, vel vi ablatis fideles Chriſti nihil omninò mouebantur propterea non in illorum diſpendio Chriſtiani diuinitus puniebantur; vt egregiè reſpondet S. Cypr. infidelibus, qui ob Chriſti fidem, in pœnam Chriſtianorum Romano imperio clades à cœlo inferri iactabant. *Cùm in ſenſu* (inquit) *doloris ſit omne quod punit, pœnam de aduerſis mundi ille ſentit, cui & lætitia & gloria omnis in mundo eſt. Nullus ei dolor eſt de incurſatione malorum præſentium, quibus fiducia eſt futurorum.* epiſt. ad Demetr. Eſt in noſtra ætate, cùm refrixit caritas, minus eſt cœleſtium bonorum ſtudium, totáque in amorem & contentionem terreſtrium vanitatum cura impenditur, quoniam ſolus & verus dolor eſt ex terræ, non ex cœli iactura: maximè nunc in damnis rerum huiuſmodi caducarum per diuinam vltionem caſtigamur. Quod quidem tunc præcipuè fit, cùm de iis, quæ à Deo accipimus bonis Chriſtum in ſuis pauperibus ſuſtentare negligimus; vti S. Hieron. ſic adnotauit. *Si quando fames, & rerum omnium egeſtas opprimunt mundum, ſciamus hoc ex Dei ira deſcendere, qui in pauperibus, ſi non accipiant eleemoſynam, fraudari ſe dicit, & ſuâ portione priuari.* in cap. 3. Malach. ô quam ſecurè, facilé que annonæ ſterilitatem, calamitatem agrorum, famémque, ne diuinitus irrogarentur, auerteremus; ſi Chriſto Domino noſtrorum, imò verius ſuorum, quæ ab illo accipimus, bonorum ſuam in pauperibus ſuis redderemus portionem!

D. Cypr. Priſci fideles rerum terreſtrium clades nec dolebant, nec ſentiebant. Priſci fideles non puniebantur iactura bonorum terreſtrium. Maximè nūc dolemus damna rerū terreſtriū, & in his punimur.

S. Hieron. Publica fames, quia nō ſunt pauperibus eleemoſyna.

3. Cæterum (vt ad inſtitutum redeamus) queritur Dominus de Iudæis filiis Iacob, quòd ſolo reſpectu bonorum temporalium (hoc illis erat præmium) Deo inſeruirent, iiſque fraudati Deum pro idolis, quorum ſerui terrenis affluebant bonis, renunciantes impudentiſſimè dicebant. *Vanus eſt, qui ſeruit Deo, & quod emolumentum, quia cuſtodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus triſtes coram Domino exercituum.* Malach. 3. Igitur Dominus tam inuerecūdi populi blaſphemias exécratus prædicit illo protſus abiecto alterum ſibi populum eligendum virorum ad diuina adſpirantium. *Et erunt mihi, ait Dominus, in die quâ ego facio, in peculium: & parcam eis, ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti.* ibid. Legunt LXX. *Eligam eos, ſicut eligit homo filium ſuum, qui ſeruit ei.* In quo (exponit S. Hieron.) *duplex affectus eſt, & pietatis in filium, & ſeruitutis in famulum.* Iudæus quidem vti ſeruus ſola pro mercede panis, non ex affectu amoris Deo ſeruiebat, vtique mercenarius & ſeruus erat. At Deo ſeruit Chriſtianus ex amore, qui mercenarius non eſt, ſed ex pietate filij procedit. Seruiebat Iudæus Domino vti ſeruus ſua illa in lege timoris: ſeruit Chriſtianus in lege gratiæ & amoris Deo vti filius, qui dulciter patrem amat, & piè reueretur. Hinc eſt quod in lege benedictiones Dei ad populum Hebræum ſunt bonorum terreſtrium: in Euangelio ad populum Chriſtianum ſunt bonorum cœleſtium, vt his verbis expendit Theodoret. *Cùm Dominus Chriſtus perfectam ſcientiam perfectis traderet, pollicitus eſt implentibus præcepta regnum cælorum; tranſgreſſoribus autem gehennam comminatus eſt. At verò Iudæis bonis repentibus præditis animo, & terrena ſapienti terrenas maledictiones & benedictiones indulſit.* quæſt. 34. in Deuter. Hoc enim maximè differunt Iudæi & Chriſtiani: illorum animi repebant humi, terrena ſapiebant: iſtorum animi ad cœleſtia erecti Deum, diuináque ſapiunt ac reſpiciunt.

Malach. 3. Iudæus ſeruus, & mercenarius, Chriſtianus filius Dei.

S. Hier.

Benedictiones Dei Iudæis de terrenis, de cœleſtibus data Chriſtianis.

Theod.

Iudæi repit humi, Chriſtianus adſpirat ad cælum.

4. *Cùm appropinquare cerneret diem mortis ſuæ.*] Ingreſſus fuerat Ægyptum Iacob ætate centum triginta annorum, vt vidimus; vixit deinde in Geſſen decem & ſeptem annis: atque adeò tota vita Iacob fuit centum quadraginta ſeptem annorum: etſi breuior vita, quàm fuerat Abrahæ, & Iſaac; longior tamen, quàm vllus deinde ex filiis aut nepotibus Iacob vixerit. Vide hinc naturam humanam in dies magis debilitari atque imminui: mundum paulatim deficere & feneſcere ac propè interitum ire, iuxta corporis humani habitudinem. *Nam omnia orta occidunt, & aucta ſeneſcunt.* Salluſt. Qui curioſiùs totam vitæ annorúmque Iacob ſeriem & chronicam deſiderat, noſtrum conſulat Bened. Perer. qui ſumma cum diligentia eruditionéque huiuſmodi argumentum pertractat ad hunc ipſum locum, in quo immoramur. Porrò illos decem & ſeptem annos benigniſſimus Dominus conceſſit Iacob, vt in extrema illa ætate magnum ex præſentia filij dilectiſſimi ſolatium haberet; quod egregiè S. Chryſoſt. ita ſubnotauit: *Propterea Deus dimenſus eſt ei hoc tempus vitæ; vt miſeria, quam toto vitæ tempore ſuſtinuit, conſolatione magnâ acceptâ hinc emigraret.* hom. 65. Hæc eſt iuſtorum conditio, vt in vita pungantur ſpinis, in morte ſparſis liliis & roſis obumbrentur: vitam ærumnoſam trahant; mortem obeant delicioſam iuxta illud: *Et nox* (ſcilicet mortis) *illuminatio mea in deliciis meis.* Pſal. 138. Nec enim diuina bonitas patitur, vt qui doloribus attriti vixerunt; niſi cœleſtibus perfuſi conſolationibus emoriantur. *Deficiens Abraham mortuus eſt in ſenectute bona.* Geneſ. 25. vidimus & explicauimus ibid. Vertit S. Hieron. in 8. Zachar. *Nutritus in ſenectute bona.* Quaſi Dominus matrem gerens ſenem iam Abraham velut infantulum geſtaret in brachiis, vberéque diuinatum conſolationum innutriret: denique in ſinu ſuo cubantem placidiſſimo mortis ſomno fecerit obdormire.

Ætas hominum in dies magis imminuta.

Salluſt.

Senectus iuſti diuinis muneribus & conſolationibus affluens.

S. Chryſoſt.

Iuſtorum vita ærumnoſa, mors delicioſa. Pſal. 138.

Geneſ. 25. S. Hier. *Iuſti in morte dormiunt in ſinu Dei ſui.*

5. Sic ſe habuit etiam Dei benignitas erga Iacob, cui extremam ſenectutem magnis & inſperatis plenam gaudiis reſeruauit: & obitum denique tribuit feliciſſimum. O vna maximè omnium inuidenda felicitas mortis iuſtorum, quam ſancta illa Domini ſponſa non minùs pulchrè, quàm dulciter explicauit. *Dilectus* (inquiens) *meus deſcendit, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat.* Cant. 5. Deſcendens videlicet Dominus in Eccleſiam, per cœtus hominum, per domos & familias fidelium, quorum virtutibus, boniſque operibus delectatur, alacriter diſcurrens hinc inde lilia colligit. *De ſpinis* (inquit Theodoret.) *colligit lilia, ſcilicet animas de corporeis ſolicitudinibus.* O mortem beatiſſimam ſimul & ſuauiſſimam! Dei manu (quàm illâ quæſo leni blandáque!) tactæ iuſtorum animæ, vt lilia, roſæque è pratis molliter præſtricta, colliguntur in faſciculos viuentium Deo Patri ad ſpeciem oris, & ſuauitatem odoris præſentandos. De ſpinis corporum leguntur animæ. Quid eſt enim cum ſuis omnibus miſeriis humanum corpus, quàm præacutis ſpinis terra ſyluéſcens? Ex iis ergo ſpinis, vti roſa legitur,

Nulla felicitas, tam expetenda, quàm bona mortis.

Cant. 5.

Theod.

1. Reg. 25. *Iuſtorum animas, vti roſas Deus in morte colligit.*

Corpus ſpinarum ſyluæ.

ſic in delicias æternitatis anima colligitur: dein ouanti ſimilis ac triumphanti tanquam ex acie, de prælio, de ſtadio, cum exuitur corpore, in æternitatem anima iuſti ſubſultat, tantu ſcilicet ſplendore virtutis & gloriæ, vt cœlites ipſi admirabundi proclament: *Quid videbis in Sulamitide, niſi choros caſtrorum?* Cant. 7. *Non dixit* (occurrit Theodoret.) *caſtra caſtrorum, ſed choros caſtrorum. Ex caſtris enim fiunt chori. Cùm enim in caſtris vicerint virtutis milites, pæana canentes reuertuntur, & choros ducentes victoriæ præconium laudibus concelebrant.*

Cant. 7. Theod. *Anima iuſti triumphans in cælum ingreditur.*

6. Dum igitur Iuſti viuunt, in caſtris militant, pugnant, oppugnantur. At quid periculoſius, ac laborioſius? Per mortem verò è caſtris exeunt, cedunt è prælio, deuictis hoſtibus glorioſi, ac triumphantes Dei ſui, ſuamque illius præſidio comparatam inter ouantes Angelorum gratulantium choros victoriam conteſtantur. Dicit itaque cœlitibus inter applauſus anima illa glorioſa, vt expendunt Græci Patres apud Theodoret. *Ex perturbationum bello redeo ſicut chori quidam ex prælio reuertentium victoriæ præconium celebrantes.* Hoc planè videtur eſſe quod cecinit regius Vates *Vox exultationis, & ſalutis in tabernaculis iuſtorum.* Pſal. 117. De ſanctis martyribus præcipuè dictum intelligit S. Auguſt. *Vbi* (inquiens) *vocem mœroris & exitij putabant eſſe, qui in eorum corpora ſæuiebant. Non enim ſentiebant interiora gaudia ſanctorum de ſpe futura.* Icircò Dominus conteſtatur: *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* Matth. 4. Lugent in vita, vt in morte rideant: mœrent, dolénique in vita; ſed in morte, quam in mœroribus ac doloribus ſeminarunt, exultationis & lætitiæ meſſem colligant, nullo vnquam æuo interituram. Et quidem (vt iam vidimus) cantando moritur homo, cuius vita dolor, ac luctus fuit.

Iuſti pugnãt in vita, in morte triũphant. Theod. Pſal. 117. S. Auguſt. Matth. 4. *Iuſti dolent in vita, exultant in morte.*

7. Voluit quippe Dominus IESVS in ſuo ad Patrem tranſitu ſpem dare ſuis fidelibus ſummæ in morte felicitatis. Scribit ergo Ioannes: *Ante diem feſtum Paſchæ ſciens* IESVS, *quia venit hora eius, vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem.* Ioann. 13. O egregium mortis iuſtorum exemplar. Moriuntur iuſti & quidem læti ac triumphantes, quia ſui Paſchatis diem adeſſe norunt, quibus tota vita pœnitentiæ, luctúſque continens fuit quadrageſima. Hac tandem exactâ feſtum Paſchatis ingrediuntur, ad Chriſtum accedentes; *Paſcha enim noſtrum immolatus eſt Chriſtus.* 1. Cor 5. vt ſcilicet nos ſimul tranſire faciat: optimus autem terminus huius tranſitus eſt (*Ex hoc mundo*) terminus quidem (vti vocant Philoſophi) à quo, vbi plena omnia periculis, plena miſeriis: Vallis quippe lacrymarum eſt. *Ad Patrem* (terminus ad quem) vbi ſumma eſt beatitudo. Quid igitur mors eſt iuſtorum, niſi feſtum Paſchatis, hoc eſt, tranſitus: id enim importat vox Hebræa. Dies quidem feſtus, dies exultationis, Paſcha omni gaudio celebrandum, omni alacritate expectandum; ſed explicatiùs hæc ipſa traduntur à S. Auguſt. qui ad illa eadem verba: *Vt tranſeat ex hoc mundo ad Patrem:* Ioann. 13. ita ſcribit: *Spes membris in capite data eſt, quòd eſſent illo tranſeunte ſine dubio ſecutura. Quid ergo infideles, & ab hoc capite, atque ab eius corpore alieni? Nonne & ipſi tranſeunt, quia non permanent?* Tranſitu quidem ſignificatur mors quæ tamen iuſtis & iniuſtis eſt communis. Vbi ergo iſthæc eſt differentia bonorum & malorum in morte, ſi omnes pariter tranſeunt, atque moriuntur? Reſpondet: *Tranſeunt planè & infideles: ſed aliud eſt tranſire de mundo; aliud eſt tranſire cum mundo: aliud tranſire ad Patrem; aliud ad hoſtem.* Hæc Auguſt.

Ioann. 13. 1. Cor. 5. *Mors iuſtorum paſchatis feſtum.* S. Auguſt. *Diſpar tranſitus è vita malorum, & bonorũ.* S. Auguſt.

8. Tranſeunt mali cum mundo, vtique ſua cum ſuperbia, cum vanitate, cum ſuis ſceleribus, carníſque ſpurcitiis: hæc eſt mundi pompa: & cum tali, támque infami ſimul apparatu tranſeunt ad hoſtem, à quo in gehenna dilacerati concremabuntur. Iuſti autem ex mundo, quem cum ſuis omnibus vanitatibus & ſordibus à tergo relinquentes in ſempiterni Patris ſinum, brachiáque deueniunt. Egregiâ tandem figurâ ſic rem concludit: *Nam & Ægyptij tranſierunt: nónne perſequendo remanſerunt: non tamen tranſierunt per mare ad regnum, ſed in mari ad interitum.* tract. 55. in Ioann. O infeliciſſimum tranſitum Ægyptiorum! tranſierunt miſeri ex Ægypto in mare rubrum, hinc demum in æternam perditionem. Sed ô fortunatiſſimum Dei populum, qui poſt innumeras afflictiones tranſiit ex Ægypto in mare rubrum, è mari deníque in littus, in quo ſuauiſſimum Deo canticum perſonuit: *Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt.* Exod. 15.

Tranſitus maris rubri typus mortis. S. Auguſt. Exod. 15.

9. In eo inſuper Iacob mors fuit feliciſſima: quòd præſenſit, imò & clarè vidit quòd moreretur. Scribitur enim: *Cùm appropinquare cerneret diem mortis ſuæ.* Illa eſt extrema quidem improborum hominum infelicitas, vt in vita mortis prorſus immemores tunc demum ipſam cernant, non quidem vbi appropinquat, ſed vbi iam occupat, abſorbétque miſeros inſtar Ægyptiorum, qui temerè ingreſſi latam in mari viam, ſubitò recurrentibus aquarum vorticibus iam penè ab illis deuorandi, ſerò tamen dixerunt: *Fugiamus: Dominus pugnat contra nos.* Exod. 14. ſed fruſtrà tamen meditantur fugam, & ſerò Dei iuſtitiam agnoſcunt. Sequitur enim: *Et inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus.* ibid. Suam iuſti appropinquare mortem cernunt: quod vnum eſt ex maximis diuinæ gratiæ beneficiis, ac proinde à Regio vate ſic expetitum: *Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte.* Pſal. 12. Ne (ſcilicet) in morte ſim ô Domine ſine ſenſu, ſine cogitatione, ſine deſiderio tui: ne immemor mei, tuíque velut ſtipes aut quidpiam aliud inanime, caréńſque ſenſu; ne miſerè atque infeliciter moriar. *Tu enim Domine* (declarat S. Hieron.) *illuminas oculos cordis noſtri, ne nos æterna mortis obrepat ſomnus. Sit mors ſine morte, & defectus ſine defectu.* Mortem igitur appropinquantem cernit iuſtus, accedentem læto animo vultúque excipit: Hilariter ergo ad tranſitum ſeſe expedit, expeditè tranſit. Icircò Dominus conſulit: *Videte ne fiat fuga veſtra hyeme.* Matth. 24. de morte loquitur, cùm anima fugit vel fugatur à corpore, quæ ſi contingat hyeme, hoc eſt, frigore torpentem ſomnolentúmque inſperatò corripiat hominem, mors eſt infeliciſſima.

Malos mors incautos inſperato occupat. Exod. 14. Pſal. 12. *Mortem appropinquantem cernit iuſtus.* S. Hieron. Matth. 24. *Infelix mors impiorum.*

10. Sed audi potiùs S. Ambr. ſic explicantem: *Videte ne fiat fuga veſtra hyeme.* Matth. 24. *Bonum enim vt tunc dies mortis adueniat, cùm viget animi blanda temperies, cùm cæleſte myſterium ſerenâ luce reſplendet, cùm cor noſtrum ardet in nobis. Tunc enim Chriſtus præſens eſt.* Apolog. 2. cap. 8. Itaque ſi feruentem in ſtudio virtutis, ſi ardentem æſtu caritatis mors inuenit: ô mors illa feliciſſima! Hæc verò non repentè vtplurimum à Deo donatur, ſed totius vitæ meritis ab ipſo comparatur. Cernit Iacob diem mortis ſuæ appropinquare: nihil enim tam familiare viris iuſtis, quàm totâ vitâ mortem ipſam etiam procul apparentem fixis oculis proſpectare,

S. Ambr. Matth. 24. *Felix, quem mors ardentem caritate inuenit.* *Felix qui ſuam ſemper mortem videt.*

ſpectare, illámque paulatim magis ac magis accedentem dulci quodam affectu præſtolari, bonorúmque operum ſplendido apparatu dignum hoſpitium conſtruere venienti? Planè iuſti homines totâ vitâ moriuntur, atque idcircò viuunt in morte, mortuíque ad immortalitatem transferuntur. Hinc optimè ſcripſit Clem. Alex. *Corporis ab animo ſeparatio, quam toto vitæ tempore meditatur philoſophia, quandam cognitione præditam parit animi alacritatem, vt poſſit faciletferre mortem naturæ, quæ eſt ſolutio vinculorum animæ à corpore.* lib. 4. Stromat. Vtinam ſic expediti, ſic alacres moriantur: Vtinam & ſemper moriendo per affectum à mundo ſeparatum, & perenni commentatione mortis quam expeditam, tam puram vitam traducamus!

Bonis operibus morti parant hoſpitium.

Clem. Alex. *Iuſti in vita moriuntur, in morte viuunt.*

Pura & expedita vita per mortis commendationem.

11. *Vocauit filium ſuum Ioſeph.*] Percommodè, prudenter, ſanctéque vir iuſtus vicinam ſibi mortem præſentiens, incipit diſponere animæ, domuíque ſuæ; agitque de corporis ſepulturâ: ſunt enim hæc omnia dum adhuc vita ſuppetit, diligentiſſimè penſitanda, & abſolutiſſimè concludenda. Cur quæſo teſtamentum condere, debita ſoluere, ordinare familiam, de re familiari diſponere, legata inſtituere, eleemoſynas facere, & (quod maximè omnium neceſſarium eſt) confiteri de peccatis, veram & Chriſtianam agere pœnitentiam, dum viuis, dum ſanus es, prorſus negligis: Mitto (inquis) hæc omnia ſub ipſum mortis diem. O ſtultè ô demens! Ad illam tu horam ea remittis peragenda, cùm nullus tibi erit, niſi ad anguſtias, ad dolores, ad luctus & animo & corpori ſenſus! Dic mihi obſecro, ſi alicui prælium valdè periculoſum ingreſſuro ſuggerat amicus, vt ante ſonitum tubæ, ſignum prælij teſtamentum ſuæ ſubſtantiæ condat, hæredem inſtituat: at ille reſpondeat ſe per bellè interim acturum iſta omnia, ſum vndique ad clangorem buccinæ, datóque ſigno prælantium fiet concurſus, inter cedentium & occidentium vices, mediis in ipſis vulnerantium & vulneratorum clamoribus, ſtrepentium armorum fragore, inter ſelopetarum, bombardarúmque inamabili ſonitu horrendas diſpoſitiones: denique media in ipſa tormentarij pulueris, fumoſarumque nubium atrâ caligine, tunc peropportunè ac percommodè condendum teſtamentum. Quis quæſo non irrideat hominem? Quis non dicat ſtolidum, amentémque? Talis tu quidem es, qui tuæ ſalutis negotia, criminum expiationem, integram ſcelerum pœnitentiam, debitam familiæ, ſubſtantiæque diſpoſitionem ad ipſum mortis diem, horamque extremam differs.

Sanus & incolumis agat de iis, quæ ad mortem neceſſaria ſunt.

Stultus ad mortis horã remittit omnes vitæ & animæ rationes.

Malè ſiunt tunc negotia ſalutis, quorum in vita ſũma fuit obliuio.

12. Quid ſubindè dicam de illo, qui totam in flagitiis vitam inſumit, nec illum Chriſtiana fides in vita, ſed mors ipſa, cùm peccare non poteſt, emendat? Luget hoc idẽ de multis S. Saluian. *Prius eſt (inquit) interire, quàm corrigi: prius iſti, quâ in iſta vita, non ſunt.* lib. 6. de prouid. Illa quoque inſania hominum deploranda eſt, qui de morte agentes, vel iam in morte conſtituti totam impendunt curam condendo ad hæredis commodum teſtamento: at de ſtatu conſcientiæ, de animæ ſalute aut nullam, aut minimam habent ſolicitudinem. Deplorat malum iſtud idem Saluian. his verbis: *Error dolore dignus eſt, impietas execratione ad fletum trahimur infelicitate, ad iracundiam infidelitate, vllum omnino inueniri, aut eſſe poſſe, qui de curſu infelicis vitæ iſtius breui ſpatio in ipſa extremitate iam pendens, vtrum illicò ad tribunal Dei quicquam aliud cogitet præter finem ſuum, quicquam*

S. Saluian. *Plures ſola mors emendat.*

S. Salu. *Sub mortem de animæ ſalute cum commodè agendum.*

A *aliud præter exitum ſuum, quicquam aliud præter periculum ſuum.* Harum quidem rerum ſola homini, dum viuit, debet eſſe cogitatio; vt qualem mortem, finem, iudicium, ſententiam ſit tandem habiturus; hoc vnum perpetuò ſeriòque meditetur. *Et neglectâ (adiungit) ſpe ſuâ, atque animâ, cui opitulari aliquatenus vel in vltimis ſuis omni niſu, omni re, ac ſubſtantiâ ſuâ debeat: hoc ſolum cogitet, hoc ſolum animo ſuo voluat, quàm lautè res ſuas comedat hæres. Nouum hoc monſtri genus eſt, cuilibet quenquam velle conſulere, tantùm ne ſibi.* lib. 3. ad Eccleſ. Cathol. Huiuſmodi ſtultorum numero, qui multus eſt, & mundus abundat, & repletur infernus.

S. Salu. *Stultus ſub mortem de hærede curat, non de anima.*

13. Eſt etiam hodie apud nos monſtrum aliud luctu dicam an riſu; execratione an admiratione
B dignum? Homo, qui valdè copioſam aggregauit ſubſtantiam, multámque coacernauit pecuniam, cùm hæredem non haberet, diuitem ſibi amicum fecit, eique in vita liberè omnia ſua bona donauit, pauculum neſcio quid non ad eleemoſynas, ſed ad tenuem ſibi victum relinquens. Certè hic etiam ingredi poterit in illorum numerum, quos idem Saluian. perſtringit, vnumquemque ita cõpellans: *Dic ô miſer, ô infidelis, cùm multis patrimonium tuum donatas, cùm multos facultatibus tuis dites, nunquid de ſolo te tam malè meritus, vt tibi nec inter extraneos locum facias hæredis? Infeliciſſime omnium quid tibi cum his vanitas, cum his deliramentis, cum ſtultitia huius erroris? quid cum perditione iſtius vanitatis? Nunquid ſuccurrere hoc tibi inter ſupplicia po-
C terit, ſi is qui res tuas prodigè comedit, lautus & pranſus benè eructauit?* ibid.

S. Salu. *Stultiſſimus, qui totam ſubſtantiam hæredi relinquit, ſuam exhæredans animam.*

14. *Si inueni gratiam in conſpectu tuo.*] Si tibi, ô fili, quem ſemper vnicè dilexi gratus eſt, vt eſſe debet, pater tuus: ſi filij debitam patri gratiam præſtare vis: ſi de me aliquando voles optimè mereri; in his maximè, quæ proponam, morem mihi geres. Primum omnium iureiurando te aſtringo, vt quæ poſtulabo efficias. Porrò antiquorum patrum fiebat iuramentum illo ritu, vt qui iurabat, alterius fœmori manum ſupponeret, nimirum ad oſtendendam iuramenti firmitatem; quippe quod fiebat manu poſitâ in parte totius corporis firmiſſimâ, quæ illud veluti columna ſuſtentat. *Seu* (quod Caiet. arbitratur) *manu ſuſten-
D tans coxam alterius iurabat quis, quia in illa parte eſt generatiua: priſci vero principium ſeruandæ ſpeciei humanæ magni pendebant, tanquam iurando per conſeruationem generis humani, quod eſt maximum bonum hominum in hoc mundo.* Illa etiam ratio affertur à doctis & ſanctis viris: Iurabant ſcilicet patres manu ſub fœmore poſitâ, quòd illis in locis genitalibus eſſet ſignum ſacrum diuini fœderis, quaſi iurarent per fidem in Meſſiam ex eorum ſemine generandum: *Omnia ſiquidem in figura contingebant illis*; ait Apoſtol. 1. Cor. 10. Et illis vmbris futura veritas ſignificatur, (qui vnus eſt ex ſenſibus illius loci) Chriſtus videlicet, *in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* ad Coloſſ. 1. Sic enim de Chriſto Domino explicat S.
E Proſper: *Vt ſic quodammodo vmbrarum præcedentium ipſe ſit corpus.* de prædict. id eſt, figuratarum illarum Chriſtus ipſa ſit veritas.

Caiet. *Patriarcharum iuriiurandi ritus.*

1. Cor. 10.

ad Col. 1.

S. Proſper.

15. Hoc patribus erat teſtamentum, hoc illis iuramentum, ac ſi iurarent per Meſſiam venturum, qui generis Hebræi ſumma erat felicitas à Deo promiſſa; & idcircò vnica illorum expectatio & deſiderium. At quantum filij à patribus degenerarunt! quàm execranda filiorum extitit impietas, vbi promiſſio illa impleta eſt; vbi apparuit in terris, quem patres & ſperarunt & præſignificarunt,

Per Meſſiã venturum iurabant antiqui patres.

Abdias 1.

carunt, videtur Abdias Propheta conteſtari cùm dixit: *Auditum audiuimus à Domino, & legatum ad gentes miſit: Surgite & conſurgamus aduerſus eum in prælium.* cap. 1. *Audiuit* (exponit S. Hieron.) *Abdias, & omnes Prophetæ pariter audierunt, quòd ad gentes legatus miſſus ſit mediator Dei & hominum homo Chriſtus IESVS.* 1. ad Timoth. 1. Quæ verò ſequuntur verba, etſi nonnulli arbitrentur ab ipſo legato dicta homines excitante in prælium: facilius fortaſsè explicatu erit, vt ab ipſis Iudæis, quorum perſonam Prophetæ aliquando induunt, prolata eſſe videantur: qui ſcilicet vt viderunt in vinea hæredem coniurati conclamarunt: *Hic eſt heres: venite, occidamus eum.* Matth. 21. *In propria ille venit & ſui eum non receperunt.* Ioann. 1. *Ecce hic poſitus eſt in ruinam in Iſrael, & in ſignum, cui contradicetur:* Luc. 2. Euidentiſſimum ergo ſignum veri Meſſiæ Chriſti IESV Nazaræni, ab ipſis Iudæis non recipi, ſignum Iudæis eſſe contradicibile.

D. Hier. *Meſſiam deſideratum à patribus, vbi apparuit, filij occiderunt.* 1. Tim. 2.

Matth. 21. Ioann. 1. *Euidentiſſimum ſignum Meſſiæ, non recipi à Iudæis.*

16. *Facies mihi miſericordiam & veritatem.*] Petit à filio veram miſericordiam; certum, ſtabile, firmúmque beneficium. Prudentiſſimus enim (vt erat) ſenex probè nouerat ingenia filiorum, qui parentibus, dum viuunt, & in ipſo etiam obitu multa & magna illis pollicentur, quæ tamen omnia planè infidi, ingrati, planè barbari, ſimul cum parentibus ipſis omninò conſepulta æternæ obliuioni tradiderunt. Nam quotus quiſque eſt hodie patris etſi hæres ex aſſe, qui defuncti teſtamentum ad integrum filius adimpleuit? Quis demortui memoriam patris pia quadam ſignificatione filius concelebrat? Quis pro anima patris luſtralibus cruciata incendiis & piar Deo preces effundit: & viuificum Domini ſacrificium curat offerri? Quis quæ à patre creditoribus vt ſoluerentur, teſtamento relicta ſunt debita, pro liberanda à flammis anima patris diligenter, vti debet, piéque perſoluit? Meritò igitur ſtabilem, certámque præſtandam à filio miſericordiam ſenex poſtulat: probè ſciens nihil ita mortalium ex animis prorſus excidere, quàm quæ defuncti ante obitum commendarunt; & quæ parentibus filij poſt illorum obitus facienda promiſerunt. O miſerò ſtulte, qui animæ tuæ, quam tu ipſe negligis, filiis aut hæredibus curam relinquis? *Et relinquent alienis diuitias ſuas.* Pſalm. 48. Qui ſunt iſti alieni, quibus morituri ſuas opes teſtamento relinquunt? Si hæredibus, quomodo alienis? Et quis mentis compos ſua bona relinquit alienis, non ſuis? Planè qui ſunt hæredes, etſi filij, mortuo parente ita ſe gerunt ad illius memoriam conſeruandam & honorandam, ad illius animam ſuffragiis adiuuandam, ad illius mandata exequenda velut alieni, extranei, nunquam noti, imò & inimici forent.

Filij parentum defunctorũ mandata cum ipſis ſepeliunt.

Nulla filiis cura defunctorum parentum.

Sua quiſque animæ curam habeat, & aliis hæredibus non credat. Pſal. 48. *Hæredes alieni prorſus & inimici.*

17. *Vt condas in ſepulchro maiorum meorum.*] Hoc igitur expoſcit à filio pater, vt defuncti patris oſſa filius quam primùm ex Ægypto deportari curet in terram Chanaan, ſepeliátque ſimul cum Abraham & Iſaac aui & patris defunctorum oſſibus, quorum erat ſepulchrum in Hebron. Cur autem ſuum ex Ægypto corpus in Chanaan tráſferri voluerit, propria & literalis cauſa videtur eſſe, quam hiſce verbis tradit Theodoret. *Sepeliri mandauit corpus ſuum in Hebron, non quòd de ſepultura valdè ſolicitus eſſet; ſed vt familiam ſuam conſolaretur, & doceret Dominum Deum traducturum illos omnes ex Ægypto, & daturum illis terram promiſſam. Hæc etiam Ioſeph moriens fratribus mandauit.* Geneſ. 50. *ita vt certum ſit & illum & hunc denunciaſſe rediturum hæc præcepiſſe de ſepultura.* quæſt. 107. Similis eſt explicatus S. Chryſoſt. *Præmonendo futurum ex Ægypto in terram promiſſionis reditum hoc præcepit ſpem bonam illis pollicens, quòd & ſi vel ſero aliquando reduces eſſent in terram promiſſionis.* homil. 66. Voluit igitur Iacob ſic firmam ſpem poſteris facere; atque oſtendere ſe diuinis promiſſis credere de reditu & liberatione ex Ægypto, déque poſſeſſione terræ Chanaan. Quid ſi prævideos futurum, vt Iſraelitæ deliciis Ægypti malè deliniti mallent in ea commorari, quàm ad terram patribus promiſſam tranſmigrare atque vt ſaltem ſuorum patrum ſepulchra inuiſendi, & reliquias piè venerandi deſiderio excitati Ægyptum, Ægyptíque delicias faciliùs & expeditiùs relinquerent, & in terram Chanaan, vbi patrum haberent ſepulchra, conuolarent?

Theod. *Sepeliri Patriarchas in Hebron facit ſpem Hebræis illuc ex Ægypto tranſmigrandi.*

S. Chryſoſt.

Sepulchra patrum in Hebron Hebræos ab Ægypto auellunt.

18. Enimverò ſi tranſlatis in Chanaan Iacob & aliorum patrum & conditorum ſui generis corporibus, nihilominùs Hebræi difficillimè ab Ægypto (vſque adeò profundas egerant radices) auelli potuerunt; quid fieret, ſi ne ab Ægypto abirent, ſepulchrum ibidem patris Iacob eſſe cenſerent? Nihil quidem à tergo relinquendum, cùm exitur ex Ægypto, quod ad reditum poſſit eum, qui exiit allicere. Nota ſit ſua cuique infirmitas, quæ leui qualibet occaſione impellitur ad ruinam. Iccircò ſuam probè notam expertus infirmitatem aiebat Dauid: *Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum.* Pſal. 6. ex quo ſubintulit optimè S. Ambr. *Si Dauid infirmus, tu fortis? ſi Salomon lapſus eſt, tu immobilis?* Apolog. 2. cap. 3. Tam fortis quiſque, (vt probat experientia) tam immobilis perſeuerat, quam expers eſt tentationis: & quàm procul abeſt ab occaſione, tam procul à ruina. Nemo diu fortis eſt (niſi abundanti gratia muniatur) in luctamine vitiorum. Benè idem Ambr. *Si non vis vinci, non congrediare peccatis; nec de te vitia, coronentur.* Apolog. Dauid. Vult Iacob in Chanaan ſepeliri; quia dulcis amor patriæ in qua natus quiſque fuit, in eadem mori & ſepeliri dulce & decorum putat.

Nemo reddendũ ad peccati occaſionem.

Pſal. 6. D. Ambroſ. *Nemo fortis in occaſione, ſine Deo.*

D. Ambr. *Vincit, qui fugit occaſionem.*

19. Auent præterea pij & ſancti viri non in vita ſolum, ſed poſt mortem etiam inter bonos & ſanctos habere domicilium, & cum iiſdem conſortium. Profectò tam peſtilens eſt, tam exitialis impiorum conſuetudo, vt iuſtis vitis & in vita & in morte ſit velis ac remis fugienda. Eodem quidem puncto, quo Angelorum quidam amiſſa Dei gratia impij extiterunt, cùm eoſdem cœlũ ipſum tam impios incolas capere patique non poſſet, à bonis & ſanctis Angelis omninò ſeparatos in profundiſſimam inferorum voraginem præcipitauit: quod eleganter ita deſcripſit Iob: *Obſtetricante manu eius eductus eſt coluber tortuoſus.* cap. 26. Lucifer intelligitur: (declarat S. Thomas) *ſicut obſtetrix ſic educit infantem quandoque mortuum, vt mater non lædatur; ita Deus ſic eduxit diabolum de medio Angelorum, vt bonorum Angelorum ſocietas in nullo detrimentum ſit paſſa.* Non patitur cœlum nefarios incolas, quorum impietate dehoneſtabitur: & princeps in regno, rector in ciuitate, prælatus in conuentu, pater & herus in familia ſceleratos & infames cum piis & modeſtis ſimul habitare patietur? Timet cœlum, timent Angeli ſancti, ne à malorum cõſortio inquinentur: & audent homines infirmi cum ſceleratis & ſordidis conuerſari? Petit Iacob à filio miſericordiam & veritatem. An etiam hoc ſenſu miſericordiam poſtulat, quæ in præſenti ſeculo patribus maximè grandæuis, ægriſque redditur; & veritatem, quæ

Peſtilens conſuetudo impiorum.

Iob. 26.

D. Thom. *Malorum Angelorum pati conſortium cum bonis non potuit cœlum.*

A bonis fugienda malorum conſuetudo.

Parentibus viuis miſericordia mortuis præſtanda fides.

quæ poſt obitum piè impenditur defunctis?

20. Nam quid miſericordia ſit de præſenti, & veritas de futuro ſeculo, explicauit S. Hieron. ad illa verba Dauid, quibus laudauit habitatores Iabes Galaad, quod cadauer Saulis in Philiſtinorũ muris ſuſpenſum abſtuliſſent, & in Iudæa honorificè ſepeliſſent. *Et nunc* (inquit) *retribuet vobis quidem Dominus miſericordiam & veritatem.* 2. Reg. 2. Sic ergo Hieron. *Miſericordiam in præſenti ſeculo, & veritatem in futuro.* de quæſt. Hebr. Retribuit quidem clementiſſimus Dominus iis, qui opera caritatis & miſericordiæ proximis impendunt, in præſenti miſericordiam bonis eos cum ſpiritualibus, tum etiam temporalibus donando, ac demum (quod caput eſt) in futuro ſempiternis remunerando. Quibus quidem præmiis gaudent potiſſimùm, qui parentes ſuos in vita & honorificè colunt, & neceſſario victu ſuſtentant: & defunctorum piè memoriam venerantur, atque animas in purgatorio detentas omnibus Chriſtianæ pietatis officiis, ſubſidiiſque iuuant. Sed vnde iſte tam diſpar miſericordiæ & veritatis ſenſus? Reſpondet idem Hieron. *Quia miſericordia, quæ in præſenti ſeculo tribuitur, ad comparationem æternæ miſericordiæ mendacium eſt.* ibid. Quæcunque ſcilicet etiam maxima mundi bona, ſunt planè mera ipſa vanitas, riſus, ludibrium; ſi conferantur cum cœleſtibus, quæ ſumma & vera & æterna ſunt.

2. Reg. 2. S. Hier.

Filij erga parentes in vita & in morte pij à Deo bonis terræ cœliq; donantur.

D. Hieron. *Mundi bona ad cœleſtia ſunt ipſa vanitas.*

21. *Adorauit Iſraël Deum conuerſus ad lectuli caput.*] Adegit filium, vt quæ pater peteret, facturum ſe procul dubio ille iureiurando polliceretur. Iurauit filius libenter omnia integréque patri ſuo ſe præſtiturum. Lætatus eſt mirum in modum ſenex datam filij iuramento fidem accipiens, fortaſſe non quia tam pio ſanctóque filio diffideret; ſed vt illi præberet poſtmodum cauſam excuſationis coram Pharaone. Nam relinquere negotia Regis, ceſſaréque à moderatione regni tantiſper dum ex Ægypto in Hebron defuncti patris oſſa deferret, vt iureiurando adactus promiſerat; Regi & aulicis, totíque regno pium haud dubiè, ſanctum, iuréque omni debitum poſſet Ioſeph demonſtrare. Soli enim Deo patris defuncti officia præferri non debent. Idcircò Dominus adoleſcenti, qui ne tam expeditè illum ſequeretur, dixerat: *Domine permitte mihi primùm ire, & ſepelire patrem meum:* reſpondit. *Sine vt mortui ſepeliant mortuos ſuos.* Luc. 9. *Vt intelligas* (occurrit hoc loco S. Ambr.) *humana poſthabenda diuinis. Bonum ſtudium, ſed maius impedimentum. Nam qui partitur ſtudium, detrahit affectum; qui diuidit curam, differt profectum. Ergo priùs obeunda quæ maxima ſunt.* Cum ſtudio ſcilicet, curáque ſimul vadit animæ affectus: quod magis diligimus, magis curamus: quod vel efficere vel habere ſtudioſiùs contendimus, & potiùs volumus & pluris facimus, & amamus vehementiùs: Deo igitur primum & maximè amorem, ſtudium, curam, voluntatem, cor & animam impendamus neceſſe eſt: at ſubinde inter cætera primum locum reuerentia & obſequium pietáſque erga parentes iure ipſo vendicauit. Certè in lege Moſaica indicitur Pontifici; *Ne ſupra patre ſuo & matre ſua inquinetur.* Leu. 21. dum ſcilicet eos attinget mortuos. *Multa ſiquidem* (ait S. Hieron.) *nos facere cogit affectus; & dum propinquitatem reſpicimus corporum, & corporis & animæ offendimus Creatorem.* epiſt. ad Fabiol. de veſte Sacerd. Perbellè Tertull. ad eundem locum: *Etiam ſepelire patrem tardum fuit fides.* lib. de idolatr. cap. 13.

Soli Deo præferri patris pietas non debet.

Luc. 9. D. Ambr. *Deus omnibus præferendus.*

Primò omnium Deus amandus, dein parentes.

Leuit. 21.

S. Hieron. *Propter iura carnis & ſanguinis Deus ſæpè offenditur.* Tertull.

22. Senex itaque iureiurando filij confirmatus, & promiſſione vehementer exultans paululum è lectulo, in quo iacebat, ſeſe ſubleuat, ac deinde inclinans in alterum latus gratias Deo agit, quòd talem, tam pium, tam ſanctum & patris amantem dederit filium: & quòd iam nunc in oculis & brachiis filij, atque illius accepta promiſſione, lætus mortem expectet. Sed præſtat audire S. Hieron. qui ad hunc locum ita effatur: *Poſtquam ei iurauit filius, pater ſecurus de petitione, quam rogauerat, adorauit Deum contra caput lectuli ſui: ſanctus quippe & Deo deditus vir oppreſſus ſenectute ſic habebat lectulum poſitum, vt ipſe iacentis habitus abſque difficultate vlla ad orationẽ eſſet paratus.* lib. de quæſt. Hebr. Sed quænam iſta poſitio lecti, quiſnam iſte iacentis habitus ad orandum appoſitè, non declarat S. Doctor: fortè quia ad orientem, ſeu terram promiſſionis verſus erat lectus, & ſenex illam in plagam oraturus ſe conuertit: qui ſanè piorum hominum mos fuit vetuſtiſſimus adorare Deum verſus orientem. At poſteà Hieroſolymis ædificato templo, vbi locorum ac regionum eſſent Iudæi, orare conſueuerant conuerſi ad terram promiſſionis, & proſpectantes locum Hieruſalem, vti factitabat Daniel cap. 6. & Salomon commendauit 3. Reg. cap. 8. Orat ſenex iam decrepitus, qui alia pietatis officia effœto corpore non tam facilè poterat exercere: atque etiam orat in lecto. Sola quidem oratio, maximè contemplatio mentis nec loco, nec tempore, nec viribus, habitúve hoc aut illo corporis, vt ab anima in Deum dirigatur, indiget.

S. Hier. *Mirum orandi ſtudium, habitúſque Iacob etiam ægrotantis.*

Mos orandi verſus orientem.

Oratio mentis nec temporis nec loci, nec habitus corporis circunſtantia indiget.

23. Pulchrè ſanctus Iacob quod potiſſimùm in vita ſtudium exercuit, ſub mortẽ quoque Deo pro beneficiis gratus non omittit. Monet optimè S. Baſilius; *Vt pretioſum quoddam depoſitum gratiarum actionem in anima tua cuſtodias: & recipies tu quoque duplicem illius iucunditatem.* homil. 8. Profectò anima Deo identidem gratias agens diuinæ benignitatis theſaurum, ac plurium à Deo beneficiorum depoſitum in ſeipſo cuſtodit. Nihil verò æquè homini fideli exoptandum, quàm pia quædam ſenectus ſoli Deo intenta, orandi & contemplandi ſtudio quàm vtiliter, tam dulciter occupata. Ac præſertim quò ſenex in mortem viciniùs accedit, eò terræ magis oblitus, cœlúmque contentiùs ſuſpiciens piam multiplicat orationem. Paſſioni quidem proximus, cùm Lazarum excitauit à mortuis, ac ſubinde iam mortem ipſam ſuſpiciens imminentem; cùm ſacramentum ſui corporis & ſanguinis inſtitueret, leuaſſe in cœlum oculos Dominus IESVS perhibetur. Voluit enim ſignificare adeſſe iam tempus redeundi in cœlum, ſimúlque docere hominem vicinum quemque morti aut ex morbo, aut ex ætate nihil debere potius habere, quàm vt mundum, mundique omnia relinquens à tergo leuet in cœlum oculos, déque aſcenſu agat ſolicitus. Hæc eſt illa, quam deſcribit S. Ambr. *Senectus in bonis moribus dulcior, in conſiliis vtilior, ad conſtantiam ſubeundæ mortis paratior, ad reprimendas libidines firmior.* 1. Hexam. cap. 8. qualem ſcilicet in ſancto Iacob nunc expreſſam videmus.

S. Baſil. *Fructuoſa homini gratiarum actio erga Deum.*

Pia ſenectus, orandique ſtudioſa magnum Dei donum.

Senex, & quilibet morti vicinus de aſcenſu in cœlũ.

S. Ambr. *Qualis eſſe debeat fidelium ſenectus.*

24. Hæc propria Chriſtiani hominis ſenectus, non verò quam vitioſis adhuc affectibus ſyluescentem ac ſordidis moribus ſqualentem depingit alicubi Seneca. *Non pueritia* (inquiens) *in nobis, ſed (quod eſt grauius) puerilitas remanet: & hoc quidem peius, quòd autoritatem habemus ſenum, vitia puerorum.* Quo nihil deteſtabilius, atque ad corrumpendos adoleſcentium animos perniciosius. Vita ſiquidem ſenis præceptum eſt & magiſterium

Seneca. *Senectus ſcatens vitiis.*

Viuorum atque mortuorum ſpes, refugium, ſolatium, lilium regali quadam ſublimitate inter omnes filios filiáſque hominum exurgens vtique ad pectus vſque Dei Patris, vnde filium in Virgineum vterum aſſumens carne ſanguinéque induit. *Aquila ſcilicet magnarum alarum venit ad Libanum, tulit medullam Cedri, & tranſportauit eam in terram Chanaan.* Hierem. 17. Qui locus etſi ad literam ſit de Rege Chaldæorum, à quo debellatus Iudæorum Rex, & Babylonem deportatus legitur: nihilominùs altiore ſenſu myſticè conuenit Virgini beatiſſimæ, quæ ſupra omnes creaturas inſtar aquilæ tum cœleſtium gratiarum excellentiâ, tum virtutum, meritorúmque ſublimitate volat vſque ad thronum Deitatis, ita vt ſub Deo nihil aut maius, aut par etiam vel eſſe vel fingi poſſit. Superat quicquid à Deo creatum eſt quæ ipſum Deum creatorem omnium vera mater

Ierem. 17.

B. Maria aquila ſuper omnes creaturas volat.

A concepit, ac peperit. Hæc virga cum flore, cum fructu, mater & Virgo, lilium ſine cultura germinans, integrè puréque florens. Hanc manu ſuâ virgam tenet Ioſeph, ſaluator ille mundi ne vllâ vel tenui labe, vel originali maculâ inficiatur. Hoc ſui regni præfert inſigne, fidei Orthodoxæ vexillum, Catholicæ Eccleſiæ ſceptrum. Flos eſt campi, vincentium ſcilicet decor, honor, gratia, venuſtas, lætitia, ſubſidium, ſpes, fiducia. Lilium eſt conuallium, nempe miſerorum ſolatium, morientium expectatio, mortuorum fax, & præſidium. O dulcem exitum! ô pulchram mortem! ô miram felicitatem morientis, qui adorans ſummitatem virgæ, qui Virginem cum Deo filio matrem ſibi ſentit moribundo adſiſtere, ſibi videt ad æternitatis patriam tranſituro, ductando fauendóque præire.

B. Mariæ encomia.

Dulcis felixque mors, vbi à Maria morienti adſiſtit.

CAPVT QVADRAGESIMVMOCTAVVM.

1. His ita tranſactis, nunciatum eſt Ioſeph quòd ægrotaret pater ſuus: qui, aſſumptis duobus filiis Manaſſe & Ephraim, ire perrexit. B

2. Dictúmque eſt ſeni: Ecce filius tuus Ioſeph venit ad te. Qui confortatus ſedit in lectulo.

3. Et ingreſſo ad ſe ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ eſt in terra Chanaan: Benedixítque mihi,

4. Et ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: dabóque tibi terram hanc, & ſemini tuo poſt te, in poſſeſſionem ſempiternam.

5. Duo ergo filij tui, qui nati ſunt tibi in terra Ægypti antequam huc venirem ad te, mei erunt: Ephraim & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. C

6. Reliquos autem quos genueris poſt eos, tui erunt, & nomine fratrum ſuorum vocabuntur in poſſeſſionibus ſuis.

7. Mihi enim, quando veniebam de Meſopotamia, mortua eſt Rachel in terra Chanaan in ipſo itinere, erátque vernum tempus: & ingrediebar Ephratam, & ſepeliui eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem.

8. Videns autem filios eius dixit ad eum: Qui ſunt iſti?

9. Reſpondit: Filij mei ſunt, quos donauit mihi Deus in hoc loco: Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicam illis.

10. Oculi enim Iſraël caligabant præ nimia ſenectute, & clarè videre non poterat. Applicitóſque ad ſe, deoſculatus, & circumplexus eos,

11. Dixit ad filium ſuum: Non ſum fraudatus aſpectu tuo: inſuper oſtendit mihi Deus ſemen tuum.

12. Cúmque tuliſſet eos Ioſeph de gremio patris, adorauit pronus in terram.

13. Et poſuit Ephraim ad dexteram ſuam, id eſt, ad ſiniſtram Iſraël: Manaſſem verò in ſiniſtra ſua, ad dexteram ſcilicet patris, applicuítque ambos ad eum.

14. Qui extendens manum dexteram, poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris: ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe, qui maior natu erat, commutans manus.

15. Benedixítque Iacob filiis Ioſeph, & ait: Deus, in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei Abraham & Iſaac, Deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea vſque in præſentem diem:

16. Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis: & inuocetur ſuper eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Iſaac, & creſcant in multitudinem ſuper terram.

17. Videns autem Ioſeph quod poſuiſſet pater ſuus dexteram manum ſuper caput Ephraim, grauiter accepit: & apprehenſam manum patris leuare conatus eſt de capite Ephraim, & transferre ſuper caput Manaſſe.

D 18. Dixítque ad patrem: Non ita conuenit, pater: quia hic eſt primogenitus, pone dexteram tuam ſuper caput eius.

19. Qui renuens, ait: Scio fili mi, ſcio: & iſte quidem erit in populos, & multiplicabitur: ſed frater eius minor, maior erit illo: & ſemen illius creſcet in gentes.

20. Benedixítque eis in tempore illo, dicens: In te benedicetur Iſraël, atque dicetur: Faciat tibi Deus ſicut Ephraim, & ſicut Manaſſe. Conſtituítque Ephraim ante Manaſſen.

21. Et ait ad Ioſeph filium ſuum: En ego morior, & erit Deus vobiſcum, reducétque vos ad terram patrum veſtrorum. A

22. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.

SECTIO PRIMA.

His ita tranſactis, nunciatum eſt Ioſeph quòd ægrotaret pater ſuus: qui, aſſumptis duobus filiis Manaſſe & Ephraim, ire perrexit. Dictúmque eſt ſeni: Ecce filius tuus Ioſeph venit ad te. Qui confortatus ſedit in lectulo. Et ingreſſo ad ſe ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ eſt in terra Chanaan: Benedixitque mihi, Et ait: Ego te augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: dabóque tibi terram hanc, & ſemini tuo poſt te, in poſſeſſionem ſempiternam. Duo ergo filij tui, qui nati ſunt tibi in terra Ægypti antequam huc venirem ad te, mei erunt: Ephraim & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. Reliquos autem quos genueris poſt eos, tui erunt, & nomine fratrum ſuorum vocabuntur in poſſeſſionibus ſuis. Mihi enim, quando veniebam de Meſopotamia, mortua eſt Rachel in terra Chanaan in ipſo itinere, erátque vernum tempus: & ingrediebar Ephratam, & ſepeliui eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem.

1. VT ad finem præced. cap. viſum eſt, B cùm Iacob appropinquare cerneret diem mortis ſuæ, vocauit filium ſuum Ioſeph, &c. Non quidem morbo tenebatur, ſed tantùm deuexâ ætate decrepitus lectulo ſenex decumbebat, ſentiénſque ob defectum naturalis caloris & virtutis propediem è vitâ ſe receſſurum, vocauit filium. Itáque Ioſeph tunc nonniſi vocatus ad patrem iuit: nunc verò accepto nuncio de patris ægritudine non accerſitus è veſtigio proficiſcitur in Geſſen patrem vt inuiſat ægrotantem, ſupremáque exhibeat debitæ officia pietatis. *Egregia filij erga patrem pietas.* Satis enim fuit pio & amanti patrem filio nunciari quòd pater ſenio atque ægritudine langueſcens morti iam vicinus videretur, vt relictâ Pharaonis aulâ, poſthabitis regni negotiis ad patrem iret. Similе quid legimus in Euangelio: *Miſerunt ſorores Lazari ad Dominum IESVM dicentes: Domine, ecce quem amas infirmatur.* Ioano. 11. Vbi eleganter S. Auguſt. *Non dixerunt: veni: amanti enim tantummodo nunciandum fuit: ſufficit, vt noueris. Non enim amas & deſeris.* tract. 49. in Ioann. *Ioann. 11. S. Auguſt. Incitatur, feruet, ignoſcit anima amore.* Nullis quidem vehementiùs anima calcaribus ad operandum incitatur, quàm amore. Quis enim in ſinu geſtans ignem quietè conſiſtet, & otiabitur? Vincit ignem amoris flamma, vt videmus in ſponſa illa, quæ ſaucia dilecti ſui deſiderio ſurrexit è lecto, noctu è domo in publicum egreſſa per plateas, per vicos quæſiuit quem diligebat. Cant. 3. *Vtque domi conſiſtere non ſinebat eam amoris flamma*; inquit Theodoret. *Cant. 3. Theod.* Quod quidem vſque adeò placet, gratúmque eſt cœleſti ſponſo, vt nullo modo patiatur otiari caritatem. Sic enim iuxta D LXX. legimus: *Adiuro vos filiæ Hieruſalem vt ſuſcitetis, & euigilare faciatis caritatem, donec voluerit.* Cant. 2. *Hoc eſt, ne caritatem erga Deum in vobis dormire patiamini, ſed eam ſuſcitetis atque accendatis, & memoriam beneficiorum illius tanquam oleum ſupereffundatis quoad ſponſus voluerit.* Sic Theodoret. *Cant. 2. Excitatur & accenditur hominis caritas in Deum memoriâ beneficiorum. Theod.* Nec enim amare Deum quis poterit, quin amorem ipſum operibus demonſtret. *Eſt enim operoſa dilectio opportunè inſtans, fortaſſis & importunè*; dixit S. Bernard. in prolog. tract. *S. Bern.* ſup. Ecce nos reliq. Inceſſanter eſt operibus caritatis ad proximorum vtilitatem pro Chriſto Domino inſiſtendum, vt per dilectionem fratrum, quam erga Patrem omnium habemus, oſtendamus. *Bonis erga proximum operibus caritas demonſtratur.* Nam qui dicit ſe diligere Deum, & fratrem ſuum non diligit, planè mentitur: quod quidem hoc argumento egregiè concludit S. Auguſt. *Si diligis caput, diligis & membra. Si autem non diligis membra, nec caput diligis.* tract. 10. in epiſt. Ioann. *S. Auguſt. Caritate in proximum caritas in Deum oſtenditur.*

2. Hæc autem caritas in proximos maximè cernitur in fouendis, ſuſtentandis, recreandíſque pauperibus. *Quod enim* (inquit Dominus) *vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Matth. 25. *Matth. 25.* Nec enim caritas oritur in pectore, nec in oculis viri iuſti friget commiſeratio. *Commendatur in pauperes miſericordia.* Pulcherrimum huiuſce miſericordiæ de ſeipſo teſtimonium præbuit Hieremias Propheta: C *Oculus* (inquiens) *meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus vrbis meæ.* Thren. 3. *Thren. 3.* Hic locus etſi communiter afferatur pro fugiendo aſpectu fœminarum, maximè adoleſcentium, qui virorum oculos decipit, & animas bono pudicitiæ, diuináque gratiâ interdum ſpoliat: at iſtud eſt in ſenſu myſtico. Nam literalis hic eſt: Videns nimirum Propheta euerſionem Iudaici regni, quam in ſuis illis Threnis lamentatur, mirâ quadam commiſeratione ductus dicit à ſuis oculis, qui vrbium, oppidorúmque illius prouinciæ (vocat filias, ſcilicet ſubiectas metropoli Hieruſalem) miſerabilem ſubuerſionem contemplarentur, præ dolore animam ipſam ſui prorſus neſciam, ac neſcio quò abreptam à ſenſibus corporis fuiſſe. Animam itáque Hieremiæ oculi, qui tam deploranda ſpectacula intuerentur, omni lætitiâ omnique ſenſu prædonum inſtar depopulati deſcribuntur. O piæ, ſanctæque erga pauperes miſericordiæ typum admirabilem. Vides miſellum fame confectum, laceratâ veſte ſeminudum? deprædentur ergo tuam tui oculi animam: ab illa inprimis abripiant commiſerationem; deinde à menſa panem, à ſupellectili veſtem, à granario triticum, à crumena pecuniam! ô vtilis deprædatio! Nunquam ditior, quàm cùm ita ſpoliatis. *Noua rapina pro fouendis pauperculis.*

3. Admi

3. Admiranda ſunt enim, quæ promittuntur iis, qui & animas quoque ſuas egenis effundunt. *Cùm effuderis* (inquit Dominus) *eſurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris; orietur in tenebris lux tua, requiem dabit tibi Dominus ſemper, & implebit ſplendoribus animam tuam, eris quaſi hortus irriguus.* Iſai. 58. Cùm dicit: *Effuderis*; inſinuat liberalitatem, vt ſimus erga pauperes valdè officioſi, largique. Cùm dicit: *Animam*: docet hilaritatem dantis. *Vt demus* (inquit S. Hieron.) *animam noſtram, vt pauperem in quibuſcunque poſſumus adiuuemus: & non quaſi ex triſtitia & neceſſitate, ſed ex animo tribuamus accipientes magis, quam dantes beneficium. Doleamus cum dolentibus, lugeamúſque cum lugentibus.* Qui talem te præbet inopi & miſero, erit quaſi hortus irriguus; in quo ſcilicet eſt fons vitæ ſecundùm S. Hieron. Proh quàm vili pretio tam immenſum bonum miſericors homo emercatur! Corrogando ſtipem efficeris hortus Dei, paradiſus Chriſti ab ipſo vitæ fonte perenniter irrigatus. Fontem vitæ habet in ſe vir miſericors. Quid ſi etiam Iſaias illis verbis: *Cùm effuderis animam tuam eſurienti*, hominis ingenium tenax, prædurum, auarúmque reſpicit? Sunt enim quibus pecunia pretioſior, dulcior, carióſque eſt quam ipſa corporis viſcera, quàm ipſamet anima, vel quibus ſaltem, cùm vel tantula pauperi erogatur pecunia, extrahi viſcera, & effundi anima vitáque eripi videntur: quo in ſenſu dixit illa:

Iſai. 58.
Largè, hilaritérque eroganda eleemoſyna.
D. Hier.
Qui dat pauperi, magis accipit quam dedit.
Encomia dantis eleemoſynam.
Tenax & auarum hominis ingenium.
Ouid. Penelope.

Viſcera noſtra, tuæ dilaniantur opes.

Quòd ſi hæc miſericordia in extraneos tanti eſt pretij, quantò quidem Deo gratior erit, quæ iure omni debita patri decrepito, ægrotanti, pauperíque à filio principe corrogatur? Quid enim aut frequentiùs inculcatur, aut ſtudioſiùs commendatur, aut pretioſiùs oſtenditur; aut magis neceſſarium eſſe perdocetur, aut magis rationi conſentaneum, aut prius, grauius, fortiúſque ab ipſa natura & natum, & inſtitutum, & confirmatum eſt; quàm vt patrem filius honoret, miſerum ſubleuet, inopem foueat, feſſum recreet, ægrotanti aſſiſtat, laboranti quàm poſſit maximè opituletur? Sic planè Ioſeph ſe geſſit cum patre Iacob, vt nullum pietatis officium ſeni & ægrotanti, & pauperi, & morienti demum ac mortuo non præſtiterit.

Commendatur pietas erga patrem ſenem, pauperem, ægrotum.

4. *Ecce filius tuus.*] Profectus vnà cum duobus filiis Manaſſe & Ephraim, regióque planè cum apparatu, tum comitatu circumſeptus Ioſeph ad inuiſendum patrem Iacob præmiſit (vt par eſt credere) curſorem, qui patri nunciaret filium aduentare. Quo tam fauſto, felicique nuncio ſenex mirum in modum recreatus nouas ſumpſit vires, viſúſque reuiuiſcere. *Confortatus* (ſcribit) *ſedit in lecto.* alij: *Roborauit ſe & ſedit ſuper lectum.* Tanta ſcilicet eſt vis boni alicuius lætique nuncij: Tantum poteſt lætitia, vt penè mortuum reuocet ad vitam: contra verò mœſtitia ſæpenumerò & vires adimit, & vitam abſorbet. Deinde quanta ſit vis amoris hî oſtenditur, cùm amor patris erga filium cariſſimum, cuius præſtolatur aduentum, ſeni decrepito, iámque moribundo nouas vires conferat. Rupertus non modò roboratum gaudio ſenem ob cariſſimi filij conſpectum exiſtimat, ſed addit ſimul cum Spiritu prophetico implente mouentéque fuiſſe mirabiliter excitatum. Soli patris amori hanc vim tribuit S. Chryſoſtom. *Vides* (inquiens) *quomodo amor erga filium firmabat ſenem, & alacritas vincebat infirmitatem: audita enim illius præſentia*

Bono & læto nuncio ferè quiſque reuiuiſcit.
Rupert.
S. Chryſ.
Nihil efficacius amore.

A *ſedit ſuper lectum.* Nihil quidem in homine potentius amore: nihil illo efficacius ad operandum, nihil illo fortius ad difficillima quæque peruincenda.

5. Porrò autem Iacob ſenio langueſcens, paulatimque deficiens, ac viribus iam propè exhauſtus iacebat in lecto: at nuncio excitus reſedit ita, vt crura dependerent è lecto vſque ad pauimentum demiſſa: iſtóque habitu filium venturum lætus expectat, ſubintrantem lætiſſimus excipit, amplectitur, oſculatur: dein blandè alloquitur commemorans quam cœlitùs in Chanaan habuerat viſionem, quam ab ipſo Deo promiſſionem acceperat de multiplicatione ſuæ poſteritatis, de poſſeſſione terræ Chananææ auorum B patrúmque antea promiſſæ accipiendo. Eo ſcilicet animo iſta commemorat, vt qui adeſſent præſentes apertè intelligerent ius ipſi competere diuidendæ terræ Chanaan, & filios Ioſeph adoptatos in partem hæreditatis cum ſuis ipſis filiis adſciſcendi. Conceptis igitur verbis duos duos illos ex filio nepotes adoptat in filios, vt cum primoribus ſuis filiis Ruben & Simeon legitimè atque integrè paternam adire poſſint hæreditatem. *Duarum* (adiungit) *capita erunt tribuum, duos populos procreabunt, vti Ruben & Simeon duas conſtituent tribus.* ita declarat S. Hieronym. Hos verò duos tantùm nominat nepotes, ex quo benè conſtat nullos alios Ioſepho nec anteà, nec poſteà fuiſſe. Et quidem iſti (vt rectè colligitur C ex Chronologia Patriarcharum) iam tunc excedebant duos & viginti annos. Quòd ſi poſtmodum alios genuerit, ſub Manaſſe & Ephraim comprehendentur. Hæc verò omnia ex paterno amore in gratiam Ioſeph ſibi dilectiſſimi filij pater Iacob & fecit & decreuit.

Demonſtratio paterni amoris erga filium benè meritum de patre.
D. Hieron.

6. *Feſtinabat Ioſeph ſumere benedictionem*: inquit S. Ambroſ. cap. 1. de benediction. Et quæ maior benedictio, quàm quæ à Iacob datur, vt adoptati in filios, quos Ioſeph genuerat, duorum conſtituat capita populorum, duarúmque tribuum principes efficiat, non ſecus ac ſi filij, non verò nepotes eſſent. Semper autem ſic à Deo diſpoſitum eſt, vt parentum benedictiones proſint filiis, maledictiones multum obſint. D Nimirum (vti animaduertit S. Ambroſ.) *diſcimus magnam parentibus deferre reuerentiam, cùm legimus quoniam qui benedicebatur à patre, benedictus erat: & qui maledicebatur, maledictus erat.* Quod quidem ſi filij conſiderent, nullo modo parentibus oneroſi, ſed officioſi eſſe contendent. *Ideò enim* (adiungit) *hanc parentibus gratiam donauit Deus, vt filiorum pietas prouocetur.* ibid. Igitur quando ex ipſo iure naturæ, quo mirum in modum parentibus obligantur filij, non iiſdem debitam exhibent reuerentiam, debitúmque præſtant officium, & obſequium: ſaltem ne lædantur maledictione, ſed benedictione accepta felicitentur, piiſſimos ſe parentibus præbeant. Inculcandum igitur identidem filiis illud S. Am- E broſ. paulò ante propoſitum: *Ideò hanc parentibus gratiam* (ſcilicet benedictionis) *donauit Deus, vt filiorum pietas prouocetur.* Econtrario etſi praua maledicendi conſuetudo Chriſtiano pectore indigniſſima diſſuadenda omninò ſit parentibus, eam tamen filiorum peccatis meritam ſæpenumerò cùm iacitur, ratam firmámque conſtituit vltor parentum Deus ille, à quo eſt omnis paternitas in cœlo & in terra. *Honoret igitur* (colligit) *pius filius patrem propter gratiam; ingratus propter timorem.* ibid.

D. Ambroſ.
Benedictio vel maledictio patris filium pertingit.
D. Ambr.
D. Ambr.
Commendatur pietas erga parentes.
Maledictione patris filius ſæpe feritur.
S. Ambr.

7. Sed quid à paupere patre diues & princeps A expectet Ioſeph, vt ad illius conſequendam benedictionem feſtinatò accurrat? Reſpondet idem: *Pater etſi pauper eſt, & non habet diuitiarum copias, quas relinquat filiis, habet tamen vltimæ benedictionis hæreditatem, quæ ſanctificationis opes ſucceſſoribus largiatur.* ibid. Ambr. Dictum egregiè. Pauperis parentis ſanctâ benedictione quæcunque vel tenuis ſubſtantia filiis relicta quodammodo conſecratur, & quandam ſecum habet ſanctitatem, ac virtutem vt conſeruari diutiùs, & amplificari copioſiùs poſſit: Contra verò maledictione patris filius percuſſus infauſtam, & maledictam, atque adeò breui perituram ſortitur hæreditatem. Quocirca demum concludit: *Multò plus eſt beatum, quàm diuitem fieri.* ibid. Certè hinc mihi licet B cauſam coniicere, quare ingentium & pinguium patrimoniorum hæredes videntur interdum viuere infeliciter, ac demum in extremam egeſtatem, miſeriámque detrudi. Vident miſeri bona ſua quotidie in peius ruere, ſcilicet aut litibus diſcerpi, aut ab infidis miniſtris diripi; aut nimio familiæ luxu, & filiorum violentiis, rixis, homicidiis, extenuari in primis, dein tandem exhauriri. Viderint ergo num aliquâ parentum maledictione perculſi, aut illâ ſaltem ob iniurias parentibus illatas digni fuerint. Econtrario videas anguſti patrimonij hæredes felicem vitam ducere, quibus proſpera ſuccedant omnia, tranquillâ pace frui, nec domeſticis, nec externis diuexari iniuriis, paruo nimirum contentos, ſuppe- C tente ad neceſſitatem imò & honeſtatem victu lætam & quietam, & piam familiam moderari. Profectò ſi rem ſtudioſiùs expendant, inuenient felici parentum benedictione fuiſſe ob ſua in eoſdem merita donatos pariter, & locupletatos.

D Ambr. Benedictio vel maledictio patris prodeſt vel obeſt hæreditati filij.

Ingentium hæredes patrimoniorū infeliciter viuunt ob parentum maledictionem.

Tenuia patrimonia ob parentum benedictionem adaucta.

8. *Mortua eſt Rachel.*] Sed quorſum iſthæc narratio, quæ ad ſeriem ſermonis haudquaquam pertinet? Delirare ſenem dicet aliquis, qui iam ineptè Rachelis mortem commemoret. At percommodè tamen ad filium Ioſeph hæc dirigitur mentio matris Rachelis. Nam cùm paulò antè petierit ſenex vt ſuum corpus, vbi vitâ conceſſerit, deportetur ab Ægypto in Hebron, ibique in ſepulchro ſuorum patrum tumuletur, D mirari poſſet Ioſeph, cur tantopere nunc pater ſolicitus de ſua in Hebron ſepultura, tam negligentem verò ſe oſtendiſſet erga ipſam Rachelem Ioſeph matrem, vt eam in Ephrata, non cum patribus in Hebron ſepeliret? Docet igitur ſenex ſe non id ſponte, ſed neceſſitate feciſſe; non enim facilè in Hebron deferri poterat corpus calidiore iam tempore propter aguaram cadaueribus putredinem, tum etiam ob impedimenta gregum, & fœtarum lactentiúmque pecudum: vnde vſque ad Hebron neceſſariò fuiſſet multorum iter dierum capeſſendum; etſi alioqui expedito viatori videretur breue. Meminit igitur mortis & ſepulturæ Rachelis excuſando ſe ad filium Ioſeph, vti Caiet. & Delrio adnotarunt. E Satis videlicet perſpecta erat Ioſeph erga matrem pietas, cùm & hoc etiam nomine pater ſe de filio meritum optimè inſinuet, quòd eius matrem magni ſemper feciſſet. Et quidem parentes mirum in modum ſibi obligant, deuinciúntque filios, cùm alter alterum præcipuo amore, honoréque colit & obſeruat. Nec verò Iacob illorum incurrit aut leuitatem, aut etiam impietatem, qui ſimul cum vxoribus etiam vnicè in vita dilectis, vbi mortuas vident, ipſarum omnem

Caiet. Delrio.

Mutuus coniugū amor valdè obligat filios.

Indigna poſt mortem coniugum obliuio.

A ſepulchro condunt recordationem. At verò Rupertus exiſtimat in hac mentione mortuæ Rachelis rationem à Iacob aſſignari, quare duos filios Ioſeph ſic honorauerit, vt duarum tribuum capita & principes conſtituerit. *Num* (inquit) *cùm mihi Rachel optato partu floreſceret, & frugifera eſſe inciperet: iccircò hi duo filij tui erunt mei, vt mortuæ coniugi ſemen ſuſcitem, & ſuppleam adoptione, quod minus habui naturali generatione.* Rupert.

9. Aliter Lippomanus rem diſcutit in hunc modum: *Solicitus fuit Iacob de honore Ioſeph & filiorum eius; cuius mater cùm non eſſet ſepulta cum maioribus, & ipſe fratribus exoſus fuiſſet, & filios in Ægypto genuiſſet; timuit minoris exiſtimandam Ioſeph poſteritatem: quare ex illa duas tribus habere volebat* B *& Beniamin tertiam de Rachel.* Itaque in gratiam tam Rachelis, quàm Ioſeph prudentiſſimus vir prærogatiuâ illâ iam inſigni donauit nepotes. Rachelis memoriam & amorem honorauit illo nepotum priuilegio; dilectámque coniugem & filium eiuſdem cariſſimum, ac totam illius poſteritatem ſpecioſa illa veráque excuſatione ſepulturæ ab omni calumnia ſic vindicauit, vt filij poſteríque Liæ vtpote cum patribus in Hebron ſepultæ nullam exprobrandi & conuiciandi occaſionem haberent aduerſus poſteritatem Rachelis; ex qua licèt duo tantùm nati ſint filij; tres tamen populi, tréſque tribus prodirent. Vſque adeò ingenioſus amor eſt in benefaciendo. Deinde quàm certum illud eſt S. Ambr. *Nihil* C *tam vtile, quàm diligi; nihil tam inutile, quàm non amari.* libro 2. offici. capit. 4. Principium quidem bonorum omnium amor; prima beneficiorum origo. Dat qui amat: ſuorum auarus eſſe non poteſt, qui ſui eſt prodigus amor. Quid ni tam largus erga filium, erga coniugem, illorúmque poſteros ſit Iacob, quos vnicè diligebat?

Lippom.

Ingenioſus amor ad benefaciendū.

D. Ambr. *Bonorum omnium origo amor.*

10. Oh quantum profuit Ioſeph ſua virtus, ſua modeſtia, ſua in parentes reuerentia, amor, pietas; vt omnium maximè amaretur & honoraretur à patre! Sed oh quàm vtile fuit Racheli non tam quòd pulchra fuerit, quàm quòd multum ſanctéque virum dilexerit; vt illius poſteros præcipuè Iacob honorauerit. Di- D ſcant fœminæ de viris ſuis benè mereri; eos non tam ſpecie oris, quàm merito amoris ſibi reddere obligatos. Quod egregium documentum his verbis traditur à Clement. Alexandr. *Nollem fœminas corporum exercere decorem: ſed eos, quibus nupſerunt, pudico maritorum amore inducere; qui quidem eſt violentum & iuſtum medicamentum.* 3. Pædag. capit. 11. Sciant ergò nuptæ quo tandem & potentiſſimo & ſanctiſſimo ſibi queant viros ſuos habere amicos, fideles, pacificos, beneuolos, planè deuinctos amatorio, videlicet caſto ſanctóque amore quo illos proſequantur. Honorauit Iacob ſuam dilectam coniugem in eiuſdem filiis ac nepotibus, quos cæteris aliarum vxorum natis antepoſuit: filios E etiam Rachelis magno affecit honore, cùm eorum matrem poſt tot annos demortuam & piâ memoriâ verſat, & viuam in corde gerit. Profectò non multum debet ille parentibus, qui ſecundas illorum pertulit nuptias: & ab illis vel vitricos, vel nouercas, hoc eſt, apertos, & irreconciliabiles hoſtes priuignorum induci doluit. Multum debet ille parenti, à quo ſuum alterum parentem videt verbo, factóque ipſo æſtimari & honorari. Nam quæ maior filiô eſſe poteſt gloria, quàm

Virum caſto amore reddas obligatum.

Clem. Alex. *Caſtus vxoris erga virum amor violentū & iuſtum philtrum.*

Parū debet filius parēti qui ſecūdas celebrat nuptias.

Multum debet filius parenti, à quo videt alterum honorari.

quàm quòd videat parentem, à quo vitam, corpus, & nomen habet, honoratum & glorioſum? Profectò cùm Chriſtus Dominus ſuam matrem beatiſſimam Virginem pluris, quàm vniuerſam ſimul coniunctarum creaturarum collectionem æſtimarit, æterno ſuo Patri, à quo tam incomparabili gratiarum gloriâ exornatum acceperit, crebrò infinitas (par eſt credere) gratias habuit. A

Pluris Deus matrem Virginē facit, quàm omnes ſimul creaturas.

11. Dein vt à mortalibus virgo mater honoretur, omni ope contendit Dominus IESVS. Hinc enim eſt, quod eam in mundo propoſuerit aram & propitiatorium, vt ad illam omnes confugiant, illius præſidium implorent, illius nomen inuocent: nec vlla ſit in illis neceſſitas implorandi, cui non ſit in ipſa & poteſtas & voluntas opitulandi. Annon primum, quod ſciamus, à B Chriſto Domino editum miraculum vna tantùm vox matris & non petentis, ſed indigentiam quandam hominum ſuggerentis impetrauit? Nimirum in nuptiis cùm defeciſſe vinum mater oculo pietatis, qui ſanè lynceus eſt ad perquirendas hominum miſerias, conſpicaretur dixit filio: *Vinum non habent*. Ioann. 2. Reſpondit Dominus: *Nondum venit hora mea. Scilicet vt indigentibus ſuccurram, vt miraculum edam, clariúſque meam demonſtrem potentiam, cùm apertiùs indigentia deprehendetur: cæterùm quando id petit mater non expecto horam; citiùs ergo fiat miraculum.* Hinc illud S. Ambr. *IESVS quoque qui horam ſuam veniſſe negauerat, fecit quod antè differebat*. ſerm. 16. in Pſal. 118. Et ne cui videatur in diuino decreto poſſe vllam dari mu- C tationem, adiungit idem Ambr. *Omnia Deus tempore facit*. ibid. Nondum ſcilicet erat tempus patrandi illud miraculum, niſi vox matris intercederet: at vbi mater poſtulat, imò vbi loquitur annuitque, tunc nata & opportuna occaſio eſt Deo benefaciendi mortalibus, quorum indigentiam vel ſimpliciter tantùm voce mater repræſentat: quod quidem Virgo beatiſſima promptiùs & alacriùs iis præſtabit, qui nomen & opem illius ſuppliciter implorabunt, vti animaduertit S. Bernardus ad hunc modum: *Si pia mater compaſſa eſt verecundiæ illorum, à quibus fuerat inuitata, multò magis compatietur nobis, ſi piè fuerit inuocata*. ſerm. 2. in præd. Euang. In quo etiam argumento quàm piè, tam ſuauiter ita effatur S. Bernardinus. *Virgo ma-* D *ter ſe cunctorum hominum matrem pietatis agnoſcens, ſollicita pro filiis, irrequiſita etiam ad Dei filium interceſſit dicens: vinum non habent. Si hoc non rogata perficit, quid rogata perficiet? Si hoc viatrix exiſtens, quid cùm regnat in patria? Si hoc apud filiū temporali mortis ſubiectum, quid cùm mortem ſuperauit?* tom. 3. ſer. 9. art. 3. cap. 2. Immortales igitur Deo clementiſſimo, vti debemus, homines ſic habeamus gratias, quòd talem ſibi fecit, & nobis dedit matrem: quam vbi ſuppliciter inuocamus, illicò inuenimus in tribulatione præſidium, in neceſſitate remedium, in tentatione prouentum, in perſecutione ſolatium, in dolore gaudium, in vita & in morte fiduciam, ſpem, auxilium, felicitatem. *Votis ergo* (inquit S. Bernard.) *Mariam hanc veneremur;* E *quia ſic eſt voluntas eius, qui totum nos habere voluit per Mariam*. ſerm. de aquæ ductu. Mihi verò, qui hæc ſcribo minimus Deiparæ ſeruorum, dulce & decorum eſt cum S. Greg Nazianz. tragœd. de Chriſto patiente illam ſic affari.

Regina, Domina generis humani bonum,
Amica ſemper eſto: tu mortalibus
Maximáque; quouis in loco mihi ſalus.

Vult Deus Virginem matrem ab hominibus inuocari, & honorari.

B. Maria hominum indigentiā intendit, & occurrit. Ioann. 2.

S. Ambr. *In gratiā B. Mariæ Deus anticipat beneficia.*

S. Bern. *Mira efficacitas pietatis, & inuocationis erga B. Mariam* D. Bern.

Agenda Deo gratia quòd nobis ſuam dederit matrem ad omnia poſſam & potentem.

Bern.

D. Gregor. Nazianz. *Salutanda ad eius idem B. Maria.*

SECTIO II.

Videns autem filios eius dixit ad eum: Qui ſunt iſti? Reſpondit: Filij mei ſunt, quos donauit mihi Deus in hoc loco: Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicam illis. Oculi enim Iſraël caligabant præ nimia ſenectute, & clarè videre non poterat. Applicitóſque ad ſe, deoſculatus, & circumplexus eos, Dixit ad filium ſuum; Non ſum fraudatus aſpectu tuo: inſuper oſtendit mihi Deus ſemen tuum. Cúmque tuliſſet eos Ioſeph de gremio patris, adorauit pronus in terram. Et poſuit Ephraim ad dexteram ſuam, id eſt, ad ſiniſtram Iſraël: Manaſſem verò in ſiniſtra ſua, ad dexteram ſcilicet patris, applicuítque ambos ad eum. Qui extendens manum dexteram, poſuit ſuper caput Ephraim minoris fratris: ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe, qui maior natu erat, commutans manus. Benedixítque Iacob filiis Ioſeph, & ait: Deus, in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei Abraham & Iſaac, Deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea vſque in præſentem diem: Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris iſtis: & inuocetur ſuper eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Iſaac, & creſcant in multitudinem ſuper terram. Videns autem Ioſeph quòd poſuiſſet pater ſuus dexteram manum ſuper caput Ephraim, grauiter accepit: & apprehenſam manum patris leuare conatus eſt de capite Ephraim, & transferre ſuper caput Manaſſe. Dixítque ad patrem: Non ita conuenit pater: quia hic eſt primogenitus, pone dexteram tuam ſuper caput eius. Qui renuens, ait: Scio fili mi, ſcio: & iſte quidē erit in populos, & multiplicabitur: ſed frater eius minor, maior erit illo; & ſemen illius creſcet in gentes. Benedixítque eis in tempore illo, dicens: In te benedicetur Iſraël, atque dicetur: Faciat tibi Deus ſicut Ephraim, & ſicut Manaſſe. Conſtituítque Ephraim ante Manaſſen. Et ait ad Ioſeph filium ſuum: En ego morior, & erit Deus vobiſcum, reducétque vos ad terram patrum veſtrorum. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.

1. ADerant cum Ioſeph duo filij ætate iuuenes, quos quidem videbat Iacob, ſed quinam eſſent, probè diſcernere non poterat, tum quia diſtarent aliquantulum, tum *quia ſenis oculi caligabant:* ſeu vt eſt in Hebr. *erant graues*, nec propter extremam ſenectutem moueri apertiſque poterant. Rogat igitur ſenex quinam illi iuuenes? filios dicit ſuos Ioſeph, quos illi Deus in Ægypto donauit. Vir planè ſui ſemper ſimilis; iuſtus nimirum gratúſque Deo. Sic habet ingenium iuſtorum: quæcunque bona etiam naturæ accepta Deo referunt, dona illius confitentur: contrà verò ea malignitas eſt & dementia impiorum hominum, vt etiam quæ dona Dei ſunt, ſibi arrogent,

Gratia Deo habenda pro acceptis ab ipſo donis.

Pſal. 11.
S. Baſil.
S. Chryſ.
Impia & ſtulta hominum erga Deum ingratitudo.
S. Gregor. Nazianz.
Vitia hominis naturã deturpãt & immutant.

ſibi adſcribant, vti ſua percelebrent. O ſtulti quid habetis, quod non à Deo acceptum habeatis? *Dixerunt: Linguam noſtram magnificabimus: labia noſtra à nobis ſunt. Quis noſter Dominus eſt?* Pſal. 11. Benè S. Baſil. occurrit. *Inſanientium ſunt hæc verba. Etenim reuera non tua ſunt, ſed Domini: non enim omninò noſtra ſunt quæ habemus. Ita ſanè & labia dedit tibi Deus, non vt blaſphemiam, ſed vt glorificationem proferas.* O verbum (exclamat hîc S. Chryſ.) *diabolicum! ò animam dæmoniacam! vides vniuerſam creaturam prædicare Domini potentiam, & tu ò homo dicis: Quis noſter Dominus eſt? hoc eſt furoris, hoc ſtuporis, hoc corrupti animi.* Cæterùm cùm dicunt noſtra; verè loquuntur. Labia enim illa impura, ſuperba, plena blaſphemiis, nec Dei ſunt, nec à Deo ſunt: ab illis vtique & illorum ſunt labia, quæ dicunt ſua. Rectè dicitis. A vobis veſtra ſunt vitia, ſcelera, æterna perditio: nec Deus peccatum, nec mortem fecit. *Ille vobis diuinitatis ſuæ impreſſit imaginem: at vos diuinæ imagini flagitioſa viuendi ratione contumeliam infertis,* inquit S. Gregor. Nazianz. orat. 2. Diuinam profectò vitiis veſtris in pecorinam transmutaſtis ſimilitudinem. Et quæ habent bona impij ſtultique, ea proculdubiò à Deo receperunt; iuréque omni debent iccircò tam officioſo Domino, ac benefico parenti gratus ſeſe præſtare, atque obſequentes, ſecus ſi facient, audient Dominum Deum in die iudicij (vt conſiderat S. Ambr.) exprobrantem: *Famule meus quid feci tibi, aut quid contriſtaui te? Nónne ego tibi liberos dedi, honores contuli, ſalutem donaui? Cur me negabas? Cur tenebas dona mea, & deſpiciebas mandata mea?* lib. 1. de offic. cap. 16.

D. Ambr.
Gloriatio parentis ex bonis filiis.
Honorãdi à nepotibus aui
Iob. 19.
D. Thom.
Perſecutio Iob à nepotibus.

2. *Deoſculatus eſt eos.*] Admouit Ioſeph duos filios auo amplexandos & benedicendos; qui nepotes in ſinu conſtringens, dulciterque exoſculatus incredibili gaudio exultauit, quòd ante obitum videret non ſolùm Ioſeph viuum, clarúmque honoribus, & opibus locupletem, ſed ex illo inſuper teneret in vlnis ſuos & ſuæ dilectæ Rachelis nepotes. Non iudicaſſem (ac ſi dicat) me vnquam ò fili te viſurum: nunc eſſe & te video, & præterea duos ex te nepotes. Hunc ſcilicet Hebræa ſenſum præbent. Eſt hoc loco, quod parentes qui ſunt, imitentur in Ioſeph, qui filios auo ſiſtit, ſupplices vt ad genua ſenis procumbant, venerentur auum nepotes, ab eóque benedictionem expectent. Quapropter digni fuerunt, quos admirabili quadam benedictione auus donauerit. Cæterùm ea noſtrorum temporum, vt in cæteris omnibus, ſic etiam in hac ipſa humanæ vitæ ratione corruptio morum eſt; & ſanctæ puerorum diſciplinæ per incuriam parentum & filiorum inſolentiam extinctio: vt nulli ſint ſenibus æquè oneroſi, inurbani, iniurioſi, quàm ipſorum nepotes; quos ſcilicet malè educarunt, peiúſque inſtituerunt parentes. Hoc etiam genus calamitatis, quæ ſenibus ſolet eſſe intoleranda perſecutio; inter cæteras vitæ ſuæ afflictiones ſuo illo in ſterquilinio ſqualens vomicis, & purulentus deplorabat Iob: *Orabam filios vteri mei.* cap. 19. Non erãt hi filij, quippe quos omnes vna ſimul ruina oppreſſos occidiſſet, ſed iſtorũ erant filij, qui vt inciuiles, malè morati, ruſticíque auum nepotes vehementer exulcerabant. *Mortem ſcilicet* (declarat S. Thom.) *propriorum parentum imputantes peccatis Iob ipſum contemnebant.* Igitur orabat nepotes vel vt aliquid ſibi adminiſtrarent; quod tamen pueri renuebant: vel vt (quod magis dolendum eſt) abſtinerent à conuiciis; mitterent illa, quibus miſerum auum dilacerabant, maledicta; ſolarentur nepotes ſui generis & ſanguinis autorem innumeris vndique afflictionibus impetitum. Sed auo doloribus æſtuanti nihilominùs inſultabant pueri! O male ſenex! ô ſceleſtum caput! ô labes tuæ familiæ! ô tuorum peſtis nepotum! In tui vltionem ira Dei nos parentibus miſeros orbauit. Hæc nepotum impietas erga ſanctiſſimum auum. Digni planè fuerunt, quos aui peracerba feriret maledictio: Sed in hoc etiam admirabilis enituit Iobi patientia; metuit maledictionem nepos ille, qui nuditatem aui Noë & irriſit & euulgauit, de quo diſſeruimus ad cap. 9. Geneſ.

Exemplum memorabile filij erga patrem ſuũ & bene inſtruentis nepotem.

3. Monitos ergo velim parentes, vti filios iam inde ab incunabulis benè inſtituant; maximéque auis aut ægrotis, aut ſenio confectis vrbanos, faciles, promptos, dociles, blandos, obedientes efficiant: neque vllo modo tolerandum ſtatuant quòd vel tantulam à nepotibus aui aut iniuriam, aut moleſtiam accipiant. Referam quod ſæpiùs narrabat Roma in Luſitaniam rediens noſter P. Fonſeca vir ſanctitate ac ſapiẽtiâ præclarus, & interpres Ariſtotelis in Metaphyſica toto orbe celeberrimus. Romæ (aiebat) cùm eſſem, in familiari colloquio audiui ab Illuſtriſſimo quodam Cardinali rem hanc penè incredibilem. Nam cùm nõ procul ab vrbe iter ſuâ lecticâ faceret, fortè in via ſenem valdè annoſum miſerè lamentantem offendit: ſubſiſtens ergo quæſiuit à vetulo cur ita fleret? Quia nimirum (reſpondit) à patre malè pugnis alapíſque percuſſus. Obſtupuit Cardinalis: Quid tu (inquiens) adhuc patrẽ nominas? Et quidem habeo; ipſúmque in proximo vico præualẽtem adhuc viribus, & irâ præferuidum indicabo: ſenex occurrit. Mirabundus igitur Cardinalis duce vetulo ingreditur viculum, domuique ferrarij fabri accedens vidit hominem (cruda illi viridíſque ſenectus) eleuato fortiter, adactóque violẽter malleo incudem tundere. Túne (inquit) hũc habes filium, qui ſic lamentatur? Meus (reſpondet faber) filius eſt: & quidem meritas à me percuſſus luit pœnas; eò quòd auo ſuo debitam non deferret obedientiam. Hîc multò grauior omnibus ſtupor. Oſtendit ſcilicet faber vetulum lecto decumbentem. O rem ſtupendam! Incredibile videbatur tam carioſo ſeni adhuc patrem ſupereſſe viuum; cui tamen & auus etiam num ſuperſtes erat. O gentem illam coruorum naturæ, ingenióque perſimilem! Sed ô egregium filij pro conciliãda nepotum erga vetulos auos reuerentia exemplum pariter & documentum.

Debita nepotum auis reuerentia.
S. Chryſoſt.

4. *Cùm tuliſſet eos Ioſeph.*] Nepotes ad auum accedentes genu flexerant, capitéque in ſinum illius demiſſo quaſi genibus incumbebant: cúmque aliquandiu ita ſeni adhærerent, timens Ioſeph ne auum nepotes ſic applicati grauarent; atque vt commodiùs illis benedictionem auus impertiret; inde amotos ad latus ſedentis conſtituit: ſenex verò pedibus intra lectum receptis iterum recubuit. At Ioſeph ſuum illum fauorẽ ab auo nepotibus datum reputans pronus in terram pro tali beneficio gratias Deo egit, dein patri. Addit S. Chryſ. aliter legens; *Et adorauerunt eum in faciem ſuper terram. Vide* (inquit) *quomodo & pueros ſtatim ab initio debitum ſeni honorẽ reddere docuit.* hom. 66. Hoc viri prudentes præſtare debent, vt vnà cum filiis parentes ſuos, maximè vbi conſenuerint, inuiſant, alloquantur, conſolentur; cibóque ſi opus erit, & potu, & veſte foueãt: atque adeò filios doceant debitam auis (vt diximus) reuerẽtiam exhibere: indicẽt ſeriò vt accedẽtes pueri ſenibus procumbant in genua, manus auorum deoſculentur,

benedi

benedictioné ſuppliciter expoſcant; ab ore ſenum documenta & monita, quæ in totam deinceps vitam memoriâ conſeruent, & opere cõpleant, boni ſanctíque nepotes accipiant. Denique benedictioni ab auo accipiendæ filios ita diſpoſuit Ioſeph, vt Manaſſen qola primogenitum ad dexteram aui, Ephraim vtpote minorem natu ad ſiniſtram collocetit. Naturalis enim parentum erga primogenitos amor cæteris natu minoribus ſolet illos anteponere, licèt interdum valdè inepti ſint. Nam ita comparatum à natura eſt vt primogeniti plurimùm vel naturæ donis, vel moribus deteriores cæteris eſſe videantur: vulgatúmque proinde iam ſit primogenitum eundem prorſus eſſe atque ſtultum. At vnde primogenitis hæc iniuria proueniat, hoc facile dictu eſt.

Primogeniti plerumque ſtulti.

5. An quia velut incocti fœtus à parentibus vel ſenſu, vel ætate adhuc immaturis enaſcuntur? An quia primoribus gignentium congreſſibus, quando calidior concupiſcentiæ feruor mentem eorundem vehementiùs inflammat, rationem triſtiùs obſcorat, ſeorſum grauiùs hebetat, totúmque hominem (vt & philoſophia docet & experientia probat) penitùs abſorbet, ſati primogeniti valde vitioſam naturam aſſumunt? An quia cùm primi ſint parentum amores, deliciæque nimiâ quadam indulgentiâ nutriti nullam ſentiunt diſciplinam: ſed omni tam licentiâ, quàm inſolentiâ malè morati abutuntur? Hinc fit, vt propter excellentiam primogenituræ inaniter glorientur; ac ſuperbiant: at cum ſuperbia ſimul ſtultitia coniuncta eſſe conſueuit, iuxta illud: *vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia: vbi humilitas, ibi & ſapientia.* Prouerb. 11. contumelia pro inſipientia ponitur contraria videlicet ſapientiæ, quam dicit aduerſam humilitati, nec enim maior homini contumelia & iniuria infertur, quàm vt inſipiens, & ſtultus vocetur. Scilicet hæc Iudæis, quòd ſe iactarent Dei primogenitum populum, veſanæ illius arrogantiæ, atque ſtultitiæ, ob quã miſeri tandem perierunt, nata proculdubiò fuit occaſio: *Neſcierunt, neque intellexerunt.* Pſalm. 81. *Humiliabitur ſuperbia Iſraël.* Oſeæ 11. *Populus meus non intellexit.* Iſai. 1. *Populus non intelligens vapulabit.* Oſeæ 4. *Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam.* Iſai. 5. Sed vnde tandem hæc Iudæis ſuperbis? Audiebant nimirum illud Domini: *Filius primogenitus meus Iſraël.* Exod. 4. Ad quæ verba ſic S. Hieron. *Si ſuperbiuit Iſraël audiens ſe eſſe primogenitum, intelligat primogenitum ſe dici, quia ſecundi filij ſignificentur ex gentibus: iuxta myſteria ſcripturarum non primogeniti accipiunt hæreditatem, ſed ſecundi.* in cap. 1. Iſaiæ. Humiliari potiùs, quàm ſuperbire debuit Iudaicus populus, audiens ſe primogenitum: doceri ſcilicet nouerit ſe, quia ſuperbus & ſtultus eſt, hoc nomine appellari; cuius quidem prærogatiua, vti erat indignus, haud dubiè non eſſet potiturus. Probat verò ſic aſſumptum S. Doctor: *Primogenitus fuit Cain, ſed Abelis munera placuerunt Deo: primogenitus Eſau, ſed benedictionem patris Iacob ſupplantator præripuit: primogenitus Ruben, ſed tamen benedictio ſeminis Chriſti transfertur ad Iudam.* Addit Theodoret. *Ipſi Iaphet antepoſitus eſt Sem minor: Moyſes prapoſitus eſt Aaron: Dauid ſeptem fratribus.* quæſt. 108. in Geneſ. Itaque ſæpiùs in ſcriptura ſecundi primoribus prælati eſſe leguntur. En prærogatiua hæreditatis à primogenitis vtpote indignis ad minores quia dignos tranſlata plurimum perhibetur. Ne glorientur igitur impenſius, ne inſolentiùs efferantur primogeniti

Prou. 11.
Superbia cũ ſtultitia cõiuncta.
Pſal 8.
Oſeæ 11.
Iſai. 1.
Oſeæ 4.
Iſai. 5.
Exod 4.
S. Hier.
Secundi primogenitis anteferuntur.
Idem.
Theodor.

grandi ſcilicet onere grauatam à natura ſuam acceperunt primogenituram. Non eſt abſque onere honor: & neſcio quid curtæ ſemper adeſt rei, dixit ille. Nullum caret vario terræ bonum.

Primogenitura onus ſtultitia.
Horat.

6. *Qui extendens manum dexteram poſuit ſuper caput Ephraim.*] Vbi nos legimus: *Commutans manus*, eſt Hebr. *Intelligere fecit manus ſuas: ſeu diſcernere faciens manus ſuas:* aut *prudenter dirigens manus ſuas.* Videlicet ſic Iacob manus ſuas diſpoſuit, ac ſi in eis eſſet intellectus: tantum abeſt, vt imprudenter fecerit, vt vel caſu, vel per ſenile delirium manus commutauerit: in illis ſiquidem erat ratio, erat intellectus, ſumma erat ſapientia. Vide quàm ſint omnia in viris iuſtis oculata; nihil quidem ab illis caſu fit, nihil imprudenter; diffuſum in ſuis omnibus tum actionibus, tum etiam moribus intellectum gerunt: totus quantus quiſque iuſtorum eſt, nihil niſi prudentia eſt. Inſtinctu planè diuino id fecit Iacob: Deo ſiquidem duce motoréque reguntur iuſti, à Deo diriguntur, propter Deum & cum Deo operantur. Hæc illis eſt in omnibus ſuis actionibus intentio, quæ cùm ſancta ſit, nihil ab illa non ſanctum procedit. Hoc de argumento illud egregiè dicitur à S. Auguſt. *Bonum opus intentio facit. Non valde attendas quid homo faciat; ſed quid cùm facit aſpiciat: quò lacertos optimæ gubernationis dirigat.* in Pſal. 31. Nimirum quid prodeſt nauclero cum dexteritate nauem quò volet impellere, ſi tamen in portum non dirigat, ſed recto curſu in ſyrtes vadáque impingat? quid ſi muneris ſui nihil omittat gubernator velis ad ventum expanſis, gubernaculo ſcienter nauim dirigens, rogatus tamen quônam proram inuertat, quò tandem teneat curſum, quem portum petat; neſcire ſe prorſus dixerit? Sic habet profectò qui nullam ſuis operibus bonam præfigit intentionem, ſed caſu fertur. *Talis eſt* (adiungit S. Auguſt.) *& qui optimè currit præter viam.* Non ſatis eſt enim præualenter incedere, expeditè currere: ſed neceſſe inſuper eſt currentem ad metas ſcienter ferri; gradientem certò in patriam tendere.

Iuſti ſcilicet ac prudenter in omnibus ſe gerunt.
Bona intentio bonis præfixa operibus.
D. Auguſt.
S. Auguſt.

7. Commutatis igitur manibus dextrâ tenens caput Ephraim, ſiniſtrâ caput Manaſſis ſic nepotibus auus benedictionem impertiuit. Tam antiquus benedicendi ritus eſt imponendo dexteram, vel vtrámque manum ſuper caput eius, cui datur benedictio. Deum Iacob prius inuocat, cui patres Abraham & Iſaac placuerunt, non cui ille placeat. O admirabilem humilitatem! Non ſuo quidem nomine benedicit, ſed Dei, cuius inuocat bonitatem; nihil verò de ſe præſumens: totum Deo tribuit honorem, merita patrum, non ſua commemorat. Narrat deinde quæ acceperit beneficia, non proprias virtutes meminit. Ex quo intelliges cum S. Chryſoſt. *excellentem viri iuſti gratitudinem.* Deinde Angelum ſuum cuſtodem nominat, cuius eſt in cunctis periculis, & rerum aduerſarum caſibus expertus præſidium; quod etiam magnum eſt gratæ, ſanctæque animæ teſtimonium. Igitur Dei, Angelique ſui cuſtodis nomine benedictionem impertit Iacob filio ſuo Ioſeph, hoc eſt, illi in filiis, ad quos illa dirigitur. Duo autem complectitur hæc benedictio: in primis vt dicantur filij Iacob, Iſaac & Abrahæ: deinde vt multiplicentur, Hebr. *more piſcium.* eſt autem nota fœcunditas aquatilium & ouorũ multitudo. Sed enim priſcorum benedictio in multiplicatione ſeminis, numeroſáque ſobole: Chriſtianorum verò benedictiones in diuina gratia cœleſtibúſque donis conſiſtunt.

Antiquus benedicendi ritus.
Inſignis humilitas Iacob.
D. Chryſ.
Gratus erga cuſtodem Angelum.
Priſcorum benedictio in prole numeroſa. Chriſtianorum benedictio in cœleſtibus donis.

8. Sed

Iſidor.

8. Sed quid eſt, quòd Iacob benedictionem impertiturus nepotibus ita commutauit manus, cùm poſſet pueros commutare? myſterium Crucis agnoſcunt aliqui. Et quidem S. Iſidorus ita explicat: *Iacob cancellatis manibus Crucis myſterium præfigurans tranſlatâ in minorem dexterâ, in maiorem ſiniſtrâ figuraliter ſuppoſitâ Crucis myſterium, Iudæis ſcandalum, Chriſtianis futuram gloriam præſignauit.*

Rupert.

Rupertus verò in hunc modum: *Tranſpoſitio manuum Crucis expreſſit figuram: ſciebátque Iacob quod per Crucem componenda erat benedictio.* Graues quidem ambo ſanctíque Doctores. Cæterùm mihi (fateor ingenuè) haud apparet in illis vel cancellatis, vel tranſpoſitis manibus Iacob Crucis dominicæ figuram effingi: nec enim Dominus I e s v s in Cruce manus habuit brachiáque niſi expanſa extenſáque recto ordine, & nullo modo tranſpoſita. Quare ſi vt erant diſpoſiti nepotes, apertis brachiis, manibúſque expanſis benedictionem Iacob impertiret, multò clariùs figuram Crucis expreſſiſſet. Nam quis tam appoſitè Crucem effingat, quàm qui aperit extendítque brachia?

Iacob cancellatis manibus Chriſti figuram non referebat.

Epiphan.

Hinc illud S. Epiphanij de Virgine Deipara: *Illam dico thronum & Crucem: extendens enim ſanctas vlnas Dominum portauit.* Quare quoties puer I e s v s matrem Virginem amplexabatur, (quod in præludium futuri agonis factitabat) in matris velut in Cruce, expanſis brachiis quodammodò videbatur crucifixus. O primam dulcémque Dei hominis crucem! Huic Dominus I e s v s non ferri quidem præduris, ſed amoris blandiſſimis confixus clauis tenebatur: quorſum igitur iſta manuum tranſpoſitio? Nimirum à Deo ſic ordinata, vt multiplex myſterium ſignificaret: primum diuinæ electionis hominum ad gratiam & gloriam, quæ omninò gratuita eſt, & à Dei voluntate liberè profecta, vti docet Apoſtolus cap. 6. ad Rom.

Ieſus puer in matris brachiis veluti crucifixus.

Iudicia Dei à noſtris multum diuerſa.

Iſai. 55.

9. Secundum myſterium præſignificatur inſcrutabilium iudiciorum Dei, quæ à noſtris valdè diuerſa ſunt. *Non enim cogitationes Dei cogitationes noſtræ, nec via Dei via noſtra.* Iſai. 55. Enimverò ſpretis ſeptem Iſai filiis poſtremus omnium in paſcuis ouiculas ſequens à Deo in Regem electus eſt Dauid. 1. Reg. 16. Quis verò auſit dicere Deo, cur hæc facis? Dominus eſt. Illius iudicia occulta quidem, ſed non iniuſta.

1. Reg. 16.

S. Greg. Nazianz.

Benè S. Gregor. Nazianz. *Quid Deo iuſtius? & tamen cùm omnium creator ac Dominus ſit, peculiariter ſibi populum Iſraeliticum vendicat ſuúmque nominat: nec veretur ne hoc nomine iniuſtus exiſtimetur.* epiſt. 47. Rogabis, cur Dominus hunc eligit, illum repellit: aſſumit gentiles in ſuum populum, Iudæos prorſus exterminat. Illum, cuius improba vita, martyrem denique facit: iſtum, cuius vita videbatur laudabilis, permittit in ſcelera grauiſſima, & in apoſtaſiam labi: Iudam fieri proditorem & ſuſpendio in infernum detrudi: latronem è patibulo in cœlum deduci? Planè idem eſt, ac ſi roges aurificem, cur illum qui nullius pretij putabatur elegit; iſtum verò qui ſummum præferebat pretium, reiecit vt inutilem, vilémque lapillum. Scilicet hæc ſcientia & ars eſt aurificis: & vnicuique artifici ex ſententia Philoſophi credendum in ſua arte: atque imperito, qui ſe intrudit temerè in artem alienam dicitur: ne ſutor vltra crepidam: & denique vulgo dicitur: Cæcus non iudicat de coloribus.

Diuinæ electionis myſterium nobis inſcrutabile.

Homunculus ne diuina iudicia ſcrutetur.

Deus ſapientiſſimus aurifex etiã in cœno dignoſcit margaritam.

S. Chryſoſt.

10. Eſt quidem Deus aurifex ſapientiſſimus, fallíque non poteſt. *Quàm multi* (inquit S. Chryſoſtom.) *Matthæo meliores eſſe videbantur ab apparenti operum argumento: verùm qui arcana nouit Deus, & in cœno iacentem margaritam nouit, omiſſiſque aliis admiratus huius pulchritudinem, illum elegit: Publicanum, & latronem, & meretricem elegit: ſacerdotes autem & ſenes, & magiſtratus, improbauit & reiecit.* homil. 16. in epiſt. ad Rom. Incorruptus quidem eſt Dei calculus, qui nec propter gratiam, nec propter inuidiam iudicat. Scit enim quid quiſque habeat, quid aut mereatur, aut demereatur. Ipſe eſt, qui ante omnem gratiæ & peccati prouiſionem ſolâ ſuâ voluntate vſus elegit quos voluit. Sed hæc tam occulta, quàm iuſta: quàm vera, tam formidanda venerari potiùs decet, quàm perſcrutari. Præſignificata eſt etiam electio populi poſterioris gentilium ad fidem, & prioris Iudaici reprobatio. Denique myſterium illud admirabile figuratum eſt, quod euenit in Angelo & in homine creaturis intellectualibus: Sic enim minor & imperfectior naturâ, per incarnationem tamen diuini Verbi prælatus eſt Angelo ſuperiori ac ſublimiori. *Nuſquam enim Angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit.* ad Hebr. 2. Emphaſim in verbo, *Apprehendit*, miram agnoſcit S. Chryſoſt. *Cur* (inquiens) *non dixit ſuſcepit, ſed apprehendit? A metaphora eorum, qui perſequuntur auerſos, & omnia faciunt vt fugientes comprehendant, & reſilientes apprehendant. Ab ipſo enim fugientem humanam naturam & procul fugientem, longè enim eramus, perſecutus comprehendit. Oſtendit enim id feciſſe: ſolâ motum benignitate, caritate, & quam noſtri gerit curâ.* orat. 5. in epiſt. ad Hebr. O immenſam Dei erga hominem caritatem! Minorem multò, quàm Angelicam, ſumpſit in hypoſtaticam vnionem, & quidem ingratam, auerſam à Deo, fugientem cum proditore ipſo diabolo humanam naturam. *Reuertere,* (inclamauit) *reuertere Sulamitis, vt intueamur te.* Cant. 6. *Quanta Domini dignatio ſpreti & reuocantis!* exclamat ibi S. Bern. Ah quàm appoſitè ad hunc locum illud ex S. Ambroſ. accedit: *Etiam meretrices erubeſcere ſolent amare non amantem.* lib. 3. de Virginib. Et (ò nimiam Dei noſtri benignitatem) non erubuit Deus omnipotens amare non amantes: quærere fugientes; auerſos comprehendere, diligere inimicos; & ex hoſtibus facere amicos.

Iuſta & certa Dei electio.

Homo prælatus Angelo per incarnationem Verbi. ad Hebr. 2.

S. Chryſ.

Dei benignitas erga hominem ingratum.

Cant. 6.

S. Bern.

S. Ambr.

11. *Videns autem Ioſeph.*] Ægrè tulit Ioſeph prælatum à patre minorem maiori: volentique proinde manus patris commutare, paſſus non eſt ſenex: addidítque ſe conſultò illud feciſſe: vtrúmque ſcilicet fore multiplicandum; ſed minorem magis, quippe decem tribuum (vocat gentes) imperium erit habiturus: at maiori vna tantùm erit tribus, & quidem bifida trans & citra Iordanem. Hic enim ſenſus eſt litteræ. Dein ad filium conuerſus: *In te* (inquit) *benedicetur Iſrael.* Quod euenit: quando enim Iſraëlitæ volebant proſpera & felicia cuilibet precari, dicebant: multiplicet te Deus ſicut multiplicauit Ephraim & Manaſſem: hæc autem benedictio & hæc multiplicatio filiis impertita, in patrem illorum redundabat, imò & in gratiam Ioſeph illa fuit filiis à ſene collata. Hîc videas quantum erret interdum erga filios parentum affectus. Errauit amor Ioſeph in primogenito, quem minori volebat præferri, vti etiam patris & fratrum Dauid errauerunt iudicia & affectus, qui ſpretis omnibus ad imperium vnus electus eſt. *Nec enim iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea, quæ parent, Dominus autem intuetur cor:* dixit Dominus Samueli 1. Reg. 16. Acquieuit igitur Ioſeph, gaudio certè (vt par eſt credere) incredibili exultans,

Hebræorum bona imprecatio; ſicut Ioſeph.

Errat interdum parentis in filium affectus.

1. Reg. 16.

quòd

quòd tam largam, felicémque ſuis filiis à patre impertitam viderit benedictionem. Nec enim pater tam ſui eſt, quàm filiorum: iis ocare, ſeꝛere, meteréque ac laborare dulce & decorum iudicat. Dicam aliquid in hoc argumento.

Dulcis & decorus labor ſudórque parenti pro filio.

12. Enimuerò cùm olim ea tribu Dan ſexcenti viri contra Lais Sidoniorum expeditionem ſuſciperent; *Ante ſe* (vt ſcribitur) *cùm pergerent ire fecerunt paruulos.* Iud. 18. Quorſum id? quæ dementia, quæ barbaries hoſtium armis primos obiicere pueros, puellásque infirmam ſcilicet & imbellem turbam, cui ſola ſunt arma gemitus, eiulatus, lacrymæ, trepidatio? An non horum conſternatio totam parentum aciem conſternabit? *Vt inciderent* (inquit Abulenſ.) *iſtorum amore acriùs pugnarent, ſtatueréntque ad vnum omnes interire, quam fugere, cùm nihil boni ſupereſſet relictis caris filiis in bello & captiuitate.* Vtinam hic amor parentum erga filios, non in iſtorum vita, boniſque terræ præfiniretur, ſed ad ſalutem animæ donaque cœleſtia vlteriùs, & principaliùs procederet: imò hic eſſet ſcopus intentionum, curarum, ſtudiorum, vigiliarum, laborum, affectus denique & amoris parentum: & cuiuſlibet harum rerum diſpendio vehementiùs illorum animi commouerentur! Huiuſmodi erat affectus ſanctiſſimi Iob: Cùm enim filij ad conſeruandum fraternum inter ſe amorem conuiuia celebrarent, *mittebat ad eos Iob & ſanctificabat illos, conſurgénſque diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis, dicebat enim: Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus ſuis,* cap. 1. Quæ maior eſſe poterat ſolicitudo patris de probitate vitæ, de ſalute æterna filiorum; vt & malas cogitationes in iis timeret, & pro illis vel auertendis, vel expiandis antelucana Deo ſacrificia quotidie ſanctus pater offerret?

Iud. 18. Pro filiis acerrimè pugnandũ.

Abul.

Curandum potius de anima, quàm de vita & opibus filij.

Iob 1. Etiam malæ cogitationes à filiis auertendæ.

13. Quod autem hic præcipuus eſſet dolor in ſancto viro, è culpis, animæque periculis filiorum, apertè conſtat ex eo, quòd malignus ſpiritus nunciauit: *Filiis tuis & filiabus tuis veſcentibus & bibentibus repentè ventus concuſſit domum, quæ corruens oppreſſit liberos tuos, & mortui ſunt.* cap. 1. Vt patri ſcilicet augeret dolorem nequam ſpiritus nunciauit periiſſe filios inter fercula & pocula, vbi maius periculum peccandi; poſſétque idcircò bonus pater timere, ne in peccato periiſſent. Sic enim locum expendit S. Thom. *Vt ex hoc eius mens triſtior foret, quo Iob poterat dubitare eos in ſtatu alicuius peccati tunc morte præuentos.* Ac ne putaretur habuiſſe illos aliquantulum temporis ante ruinam, in quo poſſent de commiſſis delictis ritè conteri, quòd certè ſancti patris dolorem valde mitigaret; adiungit malus nuncius, vt omnem ſalutis ſpem præcideret: *Repentè.* quod ſic adnotauit Angelicus Doctor: *Et ne fortè poſſet credi, quòd pœnituerint, & animæ ſuæ prouiderint, additur: Repentè venit ventus.* Summus hic dolor fuit ſanctiſſimo parenti ex illo filiorum interitu, timoréque perditionis æternæ. Tunc enim qui ad cæteras omnes pecorum, ſubſtantiæque clades inuictus adhuc & immobilis tacuiſſet, vt ſcribitur, *Surrexit Iob & ſcidit veſtimenta ſua.* ibid. *Quòd veſtimenta ſcidit* (occurrit S. Gregor.) *quòd in terram corruit; monſtrat nimirum, quia flagelli dolorem ſenſit: quòd verò additur: Adorauit, apertè oſtenditur; quia in dolore poſitus contra flagellantis iudicium non exceſſit.* lib. 2. moral. capite 10. Doluit quidem vt homo, patienter tulit, vt ſanctus.

Iob 1. Patri dolẽdum potiùs de periculo animæ, quã corporis filij.

S.Thom.

S.Thom. Iob dolens vt homo, patiens vt ſanctus.

Iob 1. D.Greg.

14. Lætatus (vt videtur) Ioſeph ob tantam felicitatem, quæ per benedictionem patris ſuis

A filiis promittebatur, non curauit ampliùs contraire voluntati patris minorem maiori præferentis. Et hæc erat (vt ſupra dicere cœpimus) Hebrææ gentis felicitas in bonis huius vitæ, quæ ab illis tantopere expetebatur, & à Deo in ſummum beneficium donabatur. At nunc vbi Dei ſapientia veniens in terras maiora bona docuit homines deſiderare, atque ſperare; illa ſcilicet, quæ ſunt æterna, quorum in poſſeſſionem immortalis animus ab ipſo Deo creatus iam nouit totum ſuum à terrenis ad cœleſtia, à perituris ad ſempiterna, à mundanis ad diuina conuertere affectum. *Etenim voluntas* (inquit S. Auguſt.) *quantò eſt auidior temporalium bonorum, tantò eſt inanior æternorum.* lib. de patientia cap. 23. Purus quidem eſt Chri-

B ſtianorum (ſpectatâ fidei profeſſione) erga Deum amor: mercenarius verò Iudæorum affectus: iſti propter benedictionem rerum caducarum ſeruiunt Deo: nos aliud nihil in Deo quàm Deum ipſum requirimus. Sed tamen veriùs dicam: noſter eſt amor omninò mercenarius, qui tam grandem expetit mercedem, Deum videlicet ipſum. Noluit Dominus Moyſen illum legiſlatorem introducere in terram promiſſionis, quam & diuideret ſuis Iſraëlitis: ne, qui terræ bona tanti faciebant, Moyſen illorum largitorem vel certè diuiſorem vti Deum venerarentur: nota eſt egregia Theodoret. his verbis: *Non permiſit Deus hunc ſummum Prophetam introducere populum in terram promiſſionis, ne illum tanquam Deum colerent Iſraelitæ,*

Hebræorum mercenarius, Chriſtianorum purus amor erga Deum.

S.Auguſt.

Terreſtria bona ſummo in pretio habebant Hebræi.

Theodor.

C *ta, cuius miniſterio tanta ſunt adepti.* quæſt. 43. in Deuter. At noſter Moyſes è cœlo veniens legiſlator prædicat hominibus: *Beati pauperes, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.* Matth. 4. *Pauper eſt ſpiritu* (declarat S. Gregor. Nyſſen.) *qui corporalem opulentiam animæ diuitiis permutat, qui propter ſpiritum egenus eſt, qui terrenas diuitias veluti quoddam onus excuſſit, & abiecit, vt per aërem ſublimis ſurſum rapiatur vnà cum Deo per cœleſtia tendens.* orat. 1. de beatitud. *Hæc verò* (adiungit) *paupertatis ratio cœleſtium diuitiarum conciliatrix eſt.* ibid. Ergo ditiſſima paupertas eſt, quæ ita parit cœli diuitias, quæ ſupernarum opum theſaurus eſt. Mendiculo ſtipem poſtulanti reſpondit Petrus: *Aurum & argentum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do:*

Matth. 4.

Greg. Nyſſ. Paupertas opum theſaurus.

D *In nomine IESV ſurge & ambula.* Act. 3. *Erat quidem claudus ex vtero matris ſuæ.* ibid. vbi egregiè S. Chryſoſt. *Paupertas diuitiarum mater; quæ in omnium rerum inopia mortuos ſuſcitat, claudos dirigit, dæmones expellit: & ea largitur, quæ diuites, quæ duces & Reges nunquam largiri potuerunt.* homil. 15. in 1. ad Corinth.

Act. 3.

D.Chryſ.

15. Hanc itaque paupertatem, hunc terrenarum opum, bonorúmque omnium contemptum qui amplecterentur; multos inuenit, docuitque cœleſtis legiſlator. Certè cùm Chriſti fideles ſuũ & affectum & theſaurum non in pecunia, prædiis, terræque diuitiis collocatum non habeant; nec illa deſiderant cùm non habent: nec, ſi pri-

Chriſtianorũ nec theſaurus, nec affectus in bonis terreſtribus.

E uentur illis; aut dolent aut queruntur. Hoc argumento perſtringebat acriter Tertull. infideles, qui bonorum huiuſmodi calamitatibus afflicti dolebant impenſiùs, quorum tamen ſenſu ne leniter quidem Chriſtiani commouebantur. *Atque nos nullo modo lædimur; quia nihil noſtra refert in hoc æuo, niſi de eo quàm celeriter excedere.* apolog. cap. 41. Profectò hæc philoſophia, ſi vnquam aliàs, nunc verò maximè neceſſaria eſt medicandis animorum morbis; qui tot ac tam luctuoſis mari terráque caſibus iacturiſque ciuitatum & regnorum Chriſtianæ & Catholicæ gentis grauiſſimè feriuntur

Tertull. Temporaliũ bonorum iacturâ non cõmouentur Chriſti fideles.

riuntur. Nihil opportunius huic tempori, quàm ſanctiſſimi Iobi viri ſcilicet non ex Iudaico populo ſed ex gentili, exemplum qui iam fidelibus olim ex gentibus ad Chriſti fidem venturis verbo ſanè atque opere prædicauit. Illius itaque conſtantiſſimum animum in ſummis illis & grauiſſimis rerum omnium iacturis triplex maximè conſideratio confirmabat. Prima, quod bona iſthæc inferiora, non quidem naturalia, ſed peregrina, & aliena homini ſunt: iccircò aiebat. *Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, nudus reuertar illuc.* cap. 1. Secunda; quòd illa Deus donat auféntque. *Dominus dedit, Dominus abſtulit.* Tertia; quòd hæc ipſa dari vel auferri, à voluntate Dei proficiſcitur: *ſicut Domino placuit, ita factum eſt.* Igitur iuxta primam non debet homo ſuccumbere dolori, & conſternari triſtitià ob huiuſmodi bonorum diſpendium: iuxta ſecundam, ne queri quidem meritò poteſt: iuxta tertiam, oportet etiam vt gaudeat: *nec enim aduerſa Deus hominem pati voluit niſi* (vt hic animaduertit S. Thom. cuius ferè tota eſt hæc explicatio) *propter aliud inde proueniens bonum.*

Triplex cōſideratio ſolatur hominem in aduerſis.
Iob 1.

Bona terræ ſunt aliena, homini, & à Deo data & ablata.

D. Thom.

16. *Do tibi partem vnam.*] Videns igitur Iacob morti ſe vicinum ſolatur filios certâ ſpe diuini præſidij, quod illis ſemper adeſſet: tum etiam futuri aliquando reditus ab Ægypto in terram promiſſionis. Denique filio cariſſimo Ioſeph præter hæreditariam portionem, quam pariter cum fratribus ſortiretur, partem vnam in pignus paterni amoris in terra illa patribus promiſſa relinquit. *Do tibi* (inquit) *extra fratres tuos partem vnam;* futuræ ſcilicet diuiſioni eximens iam nunc tibi concedo portionem vnam terræ promiſſionis vtpote eximiam. Hebr. *Sichem,* quæ ſors eſt filiorum Ioſeph, & habetur Ioſue cap. 17. Locum iſtum ita vertunt L X X. vti refert S. Hieron. in trad. Hebr. *Do tibi Sichimam præcipuam ſuper fratres tuos: Græcè & Latinè dicitur Sichima. Hebr. Sichem & Sichar; nunc eſt Neapolis vrbs Samaritarum.* Hæc S. Hier. Portò Sichem Hebr. partem ſignificat, & nomen etiam loci eſt Sichima, pars igitur vna eximia eſt ipſa Sichem. Ex hoc loco colligitur licitum eſſe patribus plus vni filio, quàm aliis de bonis ſuis maximè caſtrenſibus conferre: deinde patres debere gratos ſe oſtendere filiis, qui præ cæteris prudentes ac pij optimè mereri de parentibus nouerunt. Pulchrè autem ſuo Ioſeph Sichem illam attribuit Iacob; in qua olim violata fuerat Dina: vt, quæ tellus ab impuris & libidinoſis hominibus habitabatur, cederet in hæreditatem viri caſtiſſimi cuius ſanctimonià illius gentis ſordes abluerentur, terráque ipſa turpiſſimis habitata cultoribus expiaretur; ac deinde honeſtiſſimo tam ſancti viri dominio primùm; tandémque oſſibus & reliquiis nobilitata ſplendeſceret.

S. Hier.

Filij benè meriti à parentibus præferendi.

Sanctitate Ioſeph impura prius terra honeſtatur.

17. Hoc igitur ſenſu ſic præſentem locum expendit Eucher. *Ideò locum ſtupris & flagitiis vacantem ad incolatum ſanctorum verbis cœleſtibus, & gladio capiens ſpiritali, vt vbi habitatores anteà laſciui, & principes luxuriæ verſabantur, vbi fuerunt incentiua libidinis & fomenta nequitiæ; ibi nunc ſancti ſacerdotes, magiſteria doceant caſtitatis, & plurima virginalis integritatis exempla quodam ſupernæ lucis fulgore reſplendeant.* Sic Dominus & profligatis, funditúſque euerſis Palæſtinæ gentibus plantauit in ea populum ſuum fidelem veri Dei cultorem: & omnibus penè infidelium nationibus de Romano imperio vel expulſis, vel extinctis expiatum iam idolis orbem à ſua immaculata Chriſtianæ gentis Eccleſia fecit habitari. Vana eſt igitur impiorum gloriatio etiam de gloria imperij, vel fortitudine ac multitudine copiarum quibus aliquando tandem inducet Dominus vaſtitatem; vt illis ad nihilum redactis faciat ibi fidelium & ſanctorum vernare campos, vireſcere prata, ſegetes pullulare. Quod quidem eleganti quodam ſymbolo expreſſit Propheta: *Sicut ſpinæ ſe inuicem complectuntur; ſic conuiuium eorum pariter potantium: conſumentur quaſi ſtipula ariditate plena.* Nahum 1. De Aſſyriorum exercitu, qui ſub Rege Senacherib obſedit Hieroſolymam, Iſai. 30. intelligit S. Hieron. & ſymbolicè florentiſſimæ infidelium copiæ ſignificantur. *Conuiuium* (declarat S. Hieron.) *non roſarum, non liliorum dixit eſſe, non florum: ſed ſimile ſpinarum ſe inuicem complectentium, quæ ſemper traduntur igni, & quaſi ſtipula ariditate plena leui comburuntur ardore.*

Eucher.

Euerſis gētiliū regnis plantata Chriſti Eccleſia.

Nahum 1.

S. Hieron.

Gentiliū regna ignibus deputata.

18. Non ſunt prata vernantia floribus, non roſaria, non læta frugibus ſata, vrbes, prouinciæ, regna quæ ab infidelibus habitantur: impiis enim ſuis incolis vti vepribus, carduis, ſpiniſque ſylueſcunt. Ergo diuinus agricola vt egregium nouale faciat, inducto tandem igne ſpinoſos, horrentéſque ſaltus concremabit: depuratámque tellurem atque adeò nitentem, meliore ſatam ſemine aut in flores ſuaueolentes, aut in vberes ſegetes faciet exuberare. Subiit hoc loco in mentem Turcarum imperium, denſiſſima vtique ſylua fœdiſſimis atque immaniſſimis belluis habitata; in quam (vti ſpero in omnipotentia & miſericordia Chriſti I E S V Dei mei) populatrices diuina iuſtitia propediem flammas immittet; vt tot prouinciæ ſuis demum extinctis nefandæ ſectæ cultoribus defæcatæ ad noualia deinde Catholicæ religionis, & ſanctorum Chriſti fidelium conuertantur. Nec vana ſpes, nec (liceat dicere) in longos annos producta. Enimuerò in admirabili illa viſione quatuor beſtiarum, Dan. 7. prædici extremam Othomani imperij vaſtitatem propediem futuram haud leui coniecturâ viri noſtrâ ætate doctiſſimi ſuſpicantur. Et quidem quatuor mundi imperia Chaldæorum, Perſarum, Græcorum, Romanorum, vnanimi omnes conſenſu affirmant. De quarta beſtia ſic ſcribit Propheta: *Ecce beſtia quarta terribilis atque mirabilis, fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcans,* Dan. 7. Et tres quidem priores beſtias propriis aſſignauit Propheta nominibus: primam leænæ ſimilem, ſecundam pardo, tertiam vrſo dixit, quartæ nomen tacuit. Igitur S. Hieron. ita viſionem explicat. *Quartum eſt imperium Romanorum: ſatiſque miror quod cum ſuprà leænam & vrſum, & pardum in tribus regnis poſuerit: Romanum regnum nulli beſtiæ compararit, niſi fortè vt formidoloſam faceret beſtiam, vocabulum tacuit: vt quicquid feroxius cogitauerimus in beſtiis, hoc Romanos intelligamus. Hoc quod hic tacitum eſt, Hebræi in Pſalmis dictum putant. Deuaſtauit eam aper de ſylua, & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.* Pſalm. 76. Singularis ferus, vnica ſcilicet fera omnium immaniſſima, Romanum imperium Iudæis cum ſua Hieruſalem extremam intulit vaſtitatem.

Prata & ſegetes fidelium prouinciæ.

Dan. 9.

Quatuor mundi imperia quatuor beſtiis ſignificata.

S. Hier.

Pſal. 76.

Singularis beſtia Romanum imperium.

19. Atque vt magis truculentia huius caualis beſtiæ declaretur, notauit ſubtiliter ex Hebræo fonte S. Hieron. *Pro quo in Hebræo habet: Omnes beſtiæ agri lacerauerunt eam: dum in vno imperio Romanorum omnia ſimul regna cognoſcimus, quæ priùs fuerant ſeparata.* Vel datur intelligi vniuerſam ferarum beſtiarum in vno illo imperio collectam fuiſſe. Deinde ſequitur: *Comedens atque comminuens,*

S. Hier.

Dan. 7.

& reli

& reliqua pedibus ſuis conculcans : Significat (inquit S. Hieron.) *omnes nationes vel interfectas ab eis, vel tributo & ſeruitute ſubiugatas.* Eadem ferè Theodoreti eſt explicatio. His poſitis adiungit Propheta : *Et habebat cornua decem. Significat* (inquit Theodoret.) *fore vt circiter regni Romanorum finem decem ſimul exurgant Reges.* Similiter S. Hieron. interpretatur. *Dicamus quod omnes ſcriptores Eccleſiaſtici tradiderunt : in conſummatione mundi, quando regnum deſtruendum eſt Romanorum, decem futuros Reges, qui orbem Romanum inter ſe diuidant.* Conſtat itaque decem cornua illius beſtiæ decem intelligi Reges, per quos diuidendum imperium Romanorum. Et quidem S. Hieron. ad Antichriſti tempora complendam exiſtimat prophetiam, nec enim ſuâ ætate diuiſum in regna erat imperium, quod tamen iampridem effectum eſt, & ſole ipſo clarius videmus. Quapropter completa proculdubiò iam prophetia intelligitur : cùm diuiſio hæc facta fuerit : nec vel nomen ipſum imperij Romani audiatur niſi in imperio Germaniæ : at ſatis hoc non eſt, vt extare adhuc dicamus imperium Romanorum.

D. Hier.
Theod
Dorē Reges contra imperium Romanum inſurgētes illud diuiſerunt
D. Hier.

20. Decem igitur cornua illius beſtiæ, decem haud dubiè ſunt Reges, qui contra Romanum imperiū conſurgentes illud debellarunt prorſus, ac præciderunt, quod fieri cœpiū eſt ſub imperio Theodoſij iunioris ; quo tempore à regionibus maximè borealibus in Romani imperij prouincias ad inſtar diluuij barbararum gentium ſuis excita ſedibus infinita multitudo inundauit. Præcipuæ, diſtinctæque moribus ac nominibus nationes fuerunt decem: Gotthi, Oſtrogotthi, Vandali, Sueui, Alani, Huni, Vulgari, Bauari, Eruli, Longobardi. Ab his creati Reges ac duces multis primò imperium Romanum præliis attriuerunt; dein mutuis inter ſe bellis & cladibus conciſi, aliquâ ex parte immutatis nominibus, ſuas, quas quæque gens abripere potuit ex imperio, prouincias obtinuerunt. Videlicet Saxones ſiue Angli Britanias; Hiſpanias Gotthi ; Africam Vandali; Gallias Franci ; Germaniam Burgundiones ; Italiam Eruli, quibus cum ſuo Theodorico Rege Oſtrogotthi ſucceſſerunt, & his ſubinde Longobardi ; Pannonias Huni, & Bauari; Miſias Vulgari. Denique Syriam, Meſopotamiam, Ægyptum, Arabiam, Saraceni. Diuiſum itaque fuit Romanum imperium in decem regna gentium barbararum omninò diſtincta, quæ ſunt regnum Francorum in Gallia, regnum Gotthorum in Hiſpania, regnum Saxonum ſiue Anglorum in Anglia; regnum Vandalorum in Africa, regnum Burgundionum in iis prouinciis quas vulgò dicimus Borgonas, regnum Erulorum, Oſtrogotthorum, Longobardorum in Italia ; regnum Hunorum in Pannonia ; Bulgarorū regnum in Bulgaria ; regnum Sarracenorum in Syria, Ægypto, Meſopotamia, Arabia : denique imperatores Conſtantinopolis in Græcia, Thracia, Theſſalia, minoréque Aſia. Et hac ratione completur numerus decem Regum, à quibus diuiſum eſt imperium Romanorum, & explicantur cornua decem illius beſtiæ terribilis. Reſtat adhuc explicandum quod adiungit Propheta.

Decē regna, in qua diuiſum Romanorum imperium.

Dan. 7.

21. *Conſiderabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum eſt de medio eorum : & tria de cornibus primis euulſa ſunt à facie eius.* S. Hieron. Antichriſtum intelligit : ſed cùm Romani imperij diuiſionem ad finem mundi complendam exiſtimet quæ tamen iampridem facta eſt, vt euidenter oſtendimus, alia iſtius parui cornu quærenda nobis eſt explicatio : & nulla facilior & accommodatior, quàm quæ de Turcarum imperio ſic habet. Inter decem illa cornua ortum eſt cornu paruulum : nimirum poſt decem illa regna, quæ diximus, ſurrexit Othomanorum regnum ab exiguis profectum initiis, ab obſcuris ortum natalibus, & ferè inter pedes prædictorum regnorum in Scythia, quæ & Tartaria ann. 360. inde ſiquidem barbara illa gens erupit in Cappadociam, Pontum, aliáſque prouincias, quibus direptis montana maximè & confragoſa loca ſubinde incolens latrocinia multos per annos exercuit. Denique anno Domini 1300. illius gentis imperium ſuſcepit Othomanus homo abiectæ conditionis quaſi ab ipſo puluere, ipsíſque decem regnorum pedibus excitatus in Regem ; ſub quo longè, latéque propagatum in gentes ac prouincias fuit imperium Turcarum. *Et tria* (adiungit Propheta) *de cornibus primis euulſa ſunt à facie eius.* Nimirū Turcicum regnum tria florentiſſima occupauit imperia, videlicet imperium orientale, cuius caput Conſtantinopolis ; imperium Saracenorum in Ægypto, Syriam, Meſopotamiam, Arabiam ; & imperium Vandalorum in Africa. En tria cornua euulſa à facie cornu paruuli, vti prædixit Propheta. *Et tres Reges humiliabit.* ibid. Scilicet Ladiſlaum Hungariæ Regem : Conſtantinum ſecundum imperatorem vltimum Conſtātinopolis, & Tomumbeyum vltimum Soltanum Ægypti. Et illud etiam apprimè conuenit Mahometano regno : *In cornu iſto os loquens ingentia: ſermones contra excelſum loquetur, & ſanctos Altiſſimi conteret : & putabit quòd poſſit mutare tempora & leges.* Dan. 7. Profectò nihil potiùs habuit ſemper Mahometana gens, maximè Othomana, quàm vt Chriſtum IESVM Dei & Virginis filium blaſphemiis, legibus, armíſque impugnaret ; & abolendum de memoria mortalium omni ope ſtudióque contenderet : indictum ſemper habet ſanctis, hoc eſt, Chriſtianis & fidelibus: Sic enim ſanctos appellat Apoſtolus : *Iis* (inquiens) *qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.* ad Rom. 8. *Conteret ſanctos*, dicit Propheta, quia ſemper in bello, aut ferè ſemper ſuperior, & felicior euadens Turcica gens inſignes de Chriſtianis victorias reportauit.

Turcarum imperij obſcura & vilia primordia.
Imperij Turcarum origo & progreſſio.
Dan. 7.
Dan. 7.
Turcarū furor contra Eccleſiam Chriſti.
ad Rom. 8.

22. Vnum eſt, quod fideles ſolari poſſet, videlicet quod Angelus de hac ipſa beſtia loquens adiecit. *Tradentur* (ſcilicet ſancti) *in manu eius vſque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.* Dan. 7. Tradentur ; quia tot millia Chriſtianorum cæſa, laceratáque exquiſitis cruciatibus leguntur ab Othomana iſta beſtia multis in locis iam inde à quo tempore apparuit in mundo, vt longum eſſet id in præſentiā referre. *Sed niſi breuiati fuiſſent dies iſti, non fieret ſalua omnis caro.* Matth. 24. quod quidem de Antichriſti perſecutione prædictum conuenit etiam tribulationi, quam ab Othomana beſtia Chriſti Eccleſia paſſa eſt. Itaque illius potentia, regnúmque perdurabit per tempus, tempora & dimidium temporis: hoc eſt, per ſeculum, per ſecula, per dimidium ſeculi ; videlicet trecentos & quinquaginta annos. Enimuerò tempus (iuxta communem doctorum explicatum) centum deſignat annos, id eſt, ſeculum. Quare duo tempora ſunt duo ſecula, ducenti ſcilicet anni, dimidium temporis ſunt quinquaginta: denique trecentos quinquaginta annos perdurabit imperium Othomanum, beſtia ſcilicet, quam aſſignauit, & cornu illud omnium maximè formidandum, ac truculentum illo tantùm ſpacio

Dan. 7.

ſpacio dominabitur, quo quidem terminos trecentorum annorum prorſus completo extrema

Extrema vaſtitas imperij Turcarum.

vaſtitas, & ſempiternum exitium Othomano imperio, Turcarum genti, & maledictæ illorum ſectæ irreparabilis adueniet interitus. Colligitur id ex verbis Angeli ad Prophetam, quæ ſic habent: *Et iudicium ſedebit vt offeratur potentia, & conteratur, & diſpareat vſque in finem.* Dan.7. Deferetur ſcilicet ad iudicium diuinum, in quo ſempiterni exitij ferietur ſententia, Othomanum regnum, gens, & potentia, vſque in finem perſeuerabit huius maledicti imperij, gentiſque nefandæ deſolatio. Quod quidem erit ad annum milleſimum ſexcenteſimum quinquageſimum, ſi vera tamen eſt & coniectura doctorum ad locum Danielis prædictũ. Felix igitur, multúmque beatus, qui ab hoc anno vigeſimo quarto ſupra milleſimum ſexcenteſimum, in quo hæc ſcribimus, vſque ad quinquageſimum ſuperſtes atque incolumis erit, vt videat eam quam deinde in Chriſtiana Eccleſia futuram deſcribit felicitatem. *Regnum autem, & poteſtas, & magnitudo regni, quæ eſt ſubter omne cælum, detur populo ſanctorum Altiſſimi: cuius regnum, regnum ſempiternum eſt, & omnes Reges ſeruient ei, & obedient.* Dan.7. Extinctâ

Dan.7.

Vniuerſale terræ imperiũ Catholicis à Deo tradendum.

demum in omnem æternitatem Othomanæ gentis potentiâ, ſectâ, regnóque tradetur ab Omnipotente Deo vniuerſale mundi imperium Catholicis Chriſti fidelibus: atque adeò illæ omnes terrarum prouinciæ, quas Othomani & tyrannico imperio ſubiugatas oppreſſerant, & nefandis ritibus omníque ſcelerum turpitudine fœdauerant, in libertatem, & puritatem religionis Chriſtianæ poſtliminiò reuertentur. Fidelibus quippe

Dan.7.

Turcorum imperiũ ad Catholicos Chriſti fideles reducendum.

ſuis (vocat Daniel populum ſanctorum Altiſſimi) illud à Domino promittitur. *Ego Dominus exaudiam eos, Deus Iſrael non derelinquam eos. Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Dabo in ſolitudine cedrum, & myrtum, & lignum oliuæ: ponam in deſerto abietem, vlmum & buxum ſimul.* Iſai. 41. Quod

Iſai 41.

quidem etſi de conuerſione gentium primò intelligatur, apprimè conuenit etiam terris & prouinciis ab Othomana peſte & cœno expiatis, & in Catholicæ fidei Chriſtianorum munditiem amœnitatémque reductis. Liceat ita expatiari in expectatione, quam non temerè viri hac ætate complures doctiſſimi conceptam animis habent, futuræ felicitatis, quæ proculdubiò iam nunc affulget, arridétque Catholicis Chriſti fidelibus: cùm iam hodie (vti fama eſt) extinctâ funditùs primi illius Othomani progenie ad aliûs gentis belluam Turcicum deuenerit imperium.

Turpis vitâ princeps merum ſtercus.

23. Locus erat de regione prauis habitata cultoribus, atque illis fœdiſſimè contaminata. Quid ſubinde (vt cœptis vltrà inſiſtamus) in mundo glorioſius & ſpecioſius, & pretioſius, quàm principes, Regéſque? Et improbi tamen cùm fuerint, ſic abiecti, impuri, viléſque habentur, vt illis de medio ſublatis terra expurgari dicatur, ſicut luto ſtercoréque eiecto domus mundatur. Hac enim ſimilitudine vſus Propheta Regi idololatræ Ieroboam de mandato Dei comminatus eſt: *Mundabo reliquias domus Ieroboam ſicut mundari ſolet ſimus vſque ad purum.* 3.Reg. 14. Dicit mundari ſi-

3 Reg. 14.

mum, eò quòd illo foras eiecto domus mundatur. Fecerat itaque impius Rex regiam domum ac familiam ſuis ſacrilegiis prorſus ſterquiliniũ, ipſéque ſtercus erat. Tantum dedecorat hominẽ vitæ impuritas. Nihil in regno vilius, magíſque ſpurcum, & fœdum, quàm princeps impius: illo igitur extincto ſtercus e regno eiicitur, mundatur regnum. O nouerint tandem ſuam iſtam fœditatem peccatores! Quæ tametſi turpitudo execranda eſt in omnibus, at in Chriſtianis maximè. Nihil quidem vilius, nihil impurius, nihil planè fœtidius, quàm improbæ vitæ Chriſtianus.

Chriſtiano impuro nihil impurius.

24. Ipſe quoque infernus velut omnium maxime abominandam iſtam ſpurcitiem non ferens, reprobum Chriſtianum vti ſtercus ſummè deteſtandum, non cum cætera damnatorum turba patitur excruciari; ſed in ipſo totius voraginis profundo ſub omnibus ipſum tenet, torquétque occultum. Dixit hic regius vates ita concinens: *Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes qui obliuiſcuntur Deum.* Pſalm. 9. Vbi ſubtiliter adnotauit Genebr. *In infernum, iuxta Hebr. in infimum inferni gradum.* Itaque detruduntur iſti in fundum ipſum gehennæ. Sed quinam? vtique per appoſitionem omnes gentes quæ obliuiſcuntur Deum, non quæ Deum ignorant, fidémque illius non habent, quales ſunt infideles. Sed mali profectò Chriſtiani; Deum quidem fide agnoſcunt, ſed vitam agunt in ſumma fidei atque ipſius Dei obliuione; meritóque iuxta impuritatem vitæ dicuntur gentes. Hi ergo peccatores ita ſunt execrabiles vel ipſi inferno, vt neceſſe ſit (liceat dicere) illorum impuritatem & fœtorem, quem ne diabolus quidem toleret, ſub omnibus damnatis obieri, atque ipſius igneæ caldariæ primis & acerrimis, quæ in fundo efferueſcunt, incendiis detorreri. Quocirca verè quis dixerit nullum eſſe malum aut peſtilentius, aut intolerabilius, quàm improbi Chriſtiani vitam. Dixit hoc ipſum Iſaias eo vſus nomine: *Filij ſcelerati.* cap.1. ex Hebr. legunt alij: *Filij corrumpentes.* Scilicet (exponit S. Hieron.) *qui natura bonum ſuo vitio perdiderunt.* ibid. Appoſitè dicuntur filij, quia per fidem vocati ſunt in ſortem filiorum Dei: ſed per vitam omnibus vitiorum ſordibus contaminatam dicuntur corrumpentes, vt qui terram coinquinent, aëra inficiant, in cœlum exhalent mephytim; denique ab ipſomet diabolo, illiúſque inferno tolerari haud facilè poſſint.

Imperium Chriſtianũ etiã infernus execratur.

Pſalm. 9. Genebr.

Reprobi Chriſtiani in profundo inferni torquentur.

Iſai. 1. D.Hier.

Peſtilens impuritas mali Chriſtiani.

25. *Quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.*] Locus hic perdifficilis habetur. Non enim legimus Iacob armis vſum, & pro agro, prædióque vnquam pugnaſſe. Nam quod Rabbini aiunt poſt cædem illam Sichimitarum, cùm vicinæ gentes armatæ ad vltionem conſpirarent, Iacob cum liberis ac famulis armatis ſtetiſſe in porta Sichem contra hoſtium inſultum, qui tamen penitus à Deo perterriti non ſunt auſi eos adoriri: vt multa huiuſmodi alia, ſic & hoc mera ſunt deliramenta, quæ ſuo de cerebro confingunt iſti mendaciorum & fabellarum architecti. Chald. vertit: *oratione meâ & obſecratione.* Nimirum hoc arcu gladióque orationis munitus, dum Deum obſecraret vti opem ferret ſuis ſeruis contra Sichimitas, obtinuit ſanctus vir vt barbari diuinitùs perterriti cædem illam vindicare non auderent. Hanc interpretationem amplectitur Abulenſ. Orationem igitur meritò ſuam bellicam virtutem vocat Iacob, quâ munitus hoſtium impetus repreſſit, acies fugauit. *Bonum quippe* (ait S. Ambroſ.) *ſcutum oratio.* epiſt. 82. Hoc ſcuto protecti dæmonum tentationes facili negotio propulſamus, ignitas malorum appetitionum ſagittas & extinguimus, & hebetamus. Hoc ſcuto armata

Oratio bellica virtus.

Abulenſ.

D Ambr.

Oratione ſtat Chriſti Eccleſia munita & inuicta.

Orationes fat Christi Eccleſia munita & inuicta. armata Chriſti Eccleſia etſi importunè oppugnetur, expugnari tamen haud poterit; *nec portæ inferi prævalebunt aduerſus eam*. Matth.16. Nec enim

Matth.16. ſine grandi myſterio Salomon ſic Deo monente fecit de lignis thynis fulchra domus Domini, & domus reg æ; & citharas lyráſque cantoribus.3.

3.Reg.10. Reg.10. Ligna thyna ſcilicet materiæ candidiſſimæ ac politiſſimæ inſtar ſpeculi prænitentis, de qua materia fabrefacta ſunt inſtrumenta muſica, quæ in templo ad laudes Dei inſeruiebant; in

Gloſſa. quadam Gloſſa dicuntur orationes deuotorum. Vide igitur ex eadem orationum materia facta eſſe templi, regiæque fulcimenta; vt intelligas ſtare Chriſtianam Remp. orationibus fidelium communitam: Chriſtique Eccleſiam etſi ab innumeris pertinaciſſimè impetitam hoſtibus perſiſtere tamen immotam & inuictam ob continuas, quæ in ea fiunt, ad Deúmque ſuppliciter

Chriſtianorum regna orationibus ſufulta conſeruantur. mittuntur, orationes fidelium. Profectò non tam bellica virtus, non florentiſſimæ copiæ, armotúmque apparatus Catholicam Chriſtianam tuentur Remp. quàm perenne in Eccleſia ſtudium deprecandi. Cantus ille in templis Eccleſiaſticus (quod magis mirere) ipſamet eſt materies, ex qua fulcimenta, columnæque tum Eccleſiæ Chriſti, tum Chriſtianæ gentis regnorum & prouinciarum conſtruuntur.

D.Hier. Firmũ ciuique ſcutum ſua innocẽtia & iuſtitia. 26. S.Hieronymus hoc modo præſentem d ſſicultatem expedit: *Iacob dicens partem illam poſſediſſe in arcu & gladio, arcum & gladium vocauit iuſtitiam ſuam per quam meruit vt peregrinus & aduena interfecto Sichem & Hemor, de periculo liberaretur.* lib. de trad. Hebr. ſua itaque Iacobum innocentia & iuſtitia tutata eſt: firmiſſimum enim ſcutum innocentia, firmiſſimum propugnaculum iuſtitia, vt ille cantabat: *Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum, & in Domino ſperans non infirmabor.*

Pſal.25. Pſal.40. Pſalm.25. *Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti, & confirmaſti me in æternum.* Pſalm.40. Innocentiam Dauidis reſpiciens Dominus, illum à Saulis perſecutionibus & ab omnibus periculis eripuit.

Ibid. Deinde reſpexit iuſtitiam cauſæ: *Et retribuet (adiungit) mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuũ mearum in conſpectu oculorum eius.*

Pſal.17. Pſalm.17. quem Pſalmum cecinit *Dauid in die, quâ eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul.* Sic habet titulus huius Pſalmi. Igitur ob innocentiam perſonæ, &

Innocentia perſonæ, & iuſtitia cauſæ tuentur hominem. iuſtitiam cauſæ liberauit Dominus Dauidem. Ex quo licet colligere quæ fideles cum infidelibus pugnaturi maximè debeant ſibi comparare, vt de hoſtibus & liberari, & victoriam reportare mereantur à Deo: ſunt autem duo potiſſimùm quæ præparent neceſſe eſt, iuſtitia cauſæ, quæ nunquam cum hoſtibus Chriſti, vel quibus reſiſtimus, vel quos debellamus, iuſta & ſancta non eſt: digna illa quidem principibus Chriſtianis, digna omnibus Chriſti fidelibus. Et innocentia perſonæ. Hanc ſecum deferebat Dauid & demonſtrabat: *Quia cuſtodiui vias Domini, nec impiè geſſi*

Pſal.17. In bellis Chriſtianorum contra infideles ſunt innocentia vitæ, & iuſtitia cauſæ. *à Deo meo.* Pſalm.17. obſeruatio nimirum diuinæ legis, quæ & innocentia vitæ, Danidem maximè tuebatur. Hæc ſæpenumerò deeſt Chriſtianorum copiis militaribus, ac proinde à barbaria vincuntur, vtriuſque verò communitæ præſidio (vt par eſt credere) Caſtellana & Luſitana claſſes Bajam Braſiliæ metropolim nuper ab hæreticis Batauis interceptam intra eundem annum admirabili cum noſtrorum gloria, & incredibili pariter hæreticorum ignominia recuperarunt: profectò iis adfuit cauſæ iuſtitia, & non deſuit

Ben.Fernand.in Geneſ.tom.3.

A vitæ probitas cùm totius Luſitaniæ piis ſupplicationibus (quarum ſimilis nunquam alibi extitit demonſtratio) valentet admodum adiuta; tum ſacramentis Eccleſiæ, (quorum eſt ſummum præſidium) confirmata: vt verè nunc memorabilem hanc victoriam celebrantes dicamus cum Propheta. *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit nos.* Pſalm. 117. *Hæc mutatio dexteræ Excelſi.* Pſalmo 76.

27. Quàm pauci tamen verè dixerint cùm Iacob pugnare ſe arcu & gladio; iuſtitiâ videlicet cauſæ, & innocentiâ vitæ, vbi manus puræ, vbi perfecta diuinæ legis cuſtodia? Quis cum Dauid cantabit? *Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam*

B *de gente non ſanctâ.* Pſalm.42. gentem non ſanctam vocat Saulem, eiúſque miniſtros, quorum cauſa erat mera iniuſtitia, cùm perſequeretur innocentem: & perſonarum ſumma erat iniquitas & impuritas. Contra verò ſanctus erat ille, cuius ſanguinem expetebant, in quo ſcilicet & innocentia perſonæ, & iuſtitia cauſæ agnoſcebatur. Vtrique verò ſic fretus erat, vt Dominum audacter obſecraret: *Iudica me,* &c. *Et benè* (declarat S.Saluian.) *pro conſcientia bona cauſa non tam ſuffragiũ Domini, quàm iudicium deprecatur, qui bonæ cauſæ ſemper optimum ſuffragium tribueret, ſi cum iuſtitia iudicaretur.* lib.2. de prouid. Itaque innocentiâ perſonæ, cauſæque iuſtitiâ fretus non fauorem petit, ſed iuſtitiam à Deo requirit: nouit enim *Pſal.42.* *Saluian.*

C Dominum æquiſſimum, qui vbi duo illa inuenerit, procul dubiò pro innocente iuſtóque iudicabit. Quare cùm fideles & numero & robore longè ſuperiores aliquando tamen à paucioribus & infirmioribus barbaris & Infidelibus ſuperantur, animaduertant tandem etſi iuſtitiæ cauſa præſtent, vinci tamen ab illis in ipſa vitæ innocentia: quod idem Saluianus in euerſione Imperij Romani ab Vuâdalis, Gothiſque edita optimè animaduertit. *Gothorum* (inquiens) *gens perfrida, ſed pudica eſt: Saxones crudeliter efferi, ſed caſtitate venerandi.* hæc ille, multáque alia in hanc ſententiam. Quare cùm barbari ad Gallias, Hiſpanias, & Africam expugnandas è ſuis exciti ſedibus facto agmine raperentur: *Ipſi fatebantur* (ad-

Saluian. A barbaris vita melioribus Romani domiti euerſi. *S.Saluian.*

D iungit idem) *non ſuum eſſe quod facerent: agi enim diuino iuſſu ac perurgeri: Ex quo intelligi poteſt quanta ſint mala noſtra, ad quos vaſtandos atque cruciandos ire barbari compelluntur inuiti.* lib.7. de prouid. O felix illa veteque antea ætas, in qua vnuſquiſque iuſtitiâ ſuâ pro arcu & gladio armatus, munitúſque vincebat! O noſtra infelix veréque ferrea ætas, in qua non qui iuſtus, ſed qui diues, gladio & arcu munitur! Non armat nunc, non defendit iuſtitia: imò & regnat iniuſtitia, & iniuſtitiam vbique dominantem fugiens terras Aſtræa reliquit.

Iniuſtitia paſſim in iudiciis dominatur.

E 28. Subdit aliam huius loci S. Hieronym. interpretationem. *Vel certè* (inquit) *ſic intelligendum eſt: Dabo tibi Sichimam, quam emi in fortitudine meâ, hoc eſt, in pecuniâ quam multo labore & ſudore acquiſiui.* de trad. Hebr. Perbellè arcu & gladio ſignificatur pecunia. Telum eſt, quo nullum violentius, nullum ad vulnerandam vitam, ad fauciandam animam, totúmque hominem expugnandum fortius & penetrabilius. De longè percutit, vti arcus, pecunia. De ipſa ſcilicet alterius mundi Goa ſagittam emittit hic arcus, ſauciátque hominem Oliſipone, Madriti, Romæque morantem.

S.Hier. Pecunia eſt arcus & gladius.

Pp Cominùs

Pecunia eminus & cominus ferit & vincit.

Toti orbi dominatur pecunia.

S.Greg. Nazianz.

Solus Deus pecuniæ tyrannidem euadit.

D.Hier.

Summis laboribus acquiritur & ſeruatur pecunia.

A Cominùs percutit hic gladius, & quis illius ictui reſiſtit? pecuniæ videlicet obediunt omnia. Stat armatus vel ad reſiſtendum, vel ad impugnandum, & rarò non victor, quiſquis valde pecunioſus eſt. Hoc arcu, hoc gladio armati diuites totum ſibi ſubiugant orbem: mirúmque eſt aliquid poſſe inueniri, quò diuitum tyrannis non poſſit accedere, vt S. Gregor. ita conſiderat: *Non metuendum eſt, ne Deus loco circumferatur, aut venalis exiſtat, vt totus diuitorum ſit.* Sic Nazianz. orat. 14. Hæc vna tantùm res eſt, quæ nec emitur, nec venditur pecuniâ, Deus nimirum: nam quicquid in mundo habetur venale eſt. Arcum & gladium dixit Iacob (vt interpretatur S.Hieron.) ad exprimendum laborem & ſudorem, quo acquiritur pecunia: & quo (adiunge) indiget vt cuſtodiatur, & conſeruetur. Hoſtem profectò ſecum habet qui pecuniam cuſtodit: nihil illâ fugacius; de loco in locum tranſire, dominos identidem commutare, & nouos habere cupit. Idcircò etiam Luſitanè, *Dinheiro e moeda corrente*; dicimus. Currit, fugit, dilabitur pecunia; ſuo inſidiatur poſſeſſori; clamat, & fures compellat; vt illo ſpoliato ab iſtis nouos ſubindè acquirat poſſeſſores. Arcum & gladium contra te habes pecuniæ poſſeſſor, vt illius nequitiâ vel animæ, vel vitæ poſtremum aliquando ſubeas periculum. Enimuerò quis Hebræis, cùm de Ægypto profugerunt, ſuppeditauit arcus, gladios, cæteráque armorum genera, quibus deinde gentes, quâcunque pergebant, facilè debellabant? In tam graui illa miſeráque ſeruitute

Inſidias poſſeſſori hoſtis pecunia.

C cum paleis & luto detinerentur, vnde miſeris poſſent arma comparari? Vtique ſimul cum vaſis argenteis & aureis inſtrumenta bellica, vti vult Procopius, ab Ægyptiis commodata Hebræi acceperunt. Igitur vnde pecunia, inde quoque arcus & gladius.

Procop.

Pecunia cũ armis coniuncta.

29. Armatur pecunia, & quidem contra pauperes, contra creditores, armáque diuitem ac debitorem: nec enim diues erubeſcit iſtis debitum aut denegare, aut in longum differre: nec mouetur illorum precibus, vt miſeriam ſubleuet mendicantium. Armatur pecunia contra ipſum poſſeſſorem: tua tibi (ô diues!) pecunia inſidiatrix hoſtes arcu & gladio contra te armat, ducítque in aciem. *Hoſtis eſt* (inquit S.Chryſoſt.) *contra corpus, contráque animam: furem accerſit, furem domum inducit, vt te ſpoliet, ô diues, premat, ſugilétque; imò & præpotentem aduerſus nos reddit diabolum. Quid igitur à homo contra te hoſtem armas? dexteram potiùs tuam contra illum armato pauperibus ſtipem erogando.* homil. 14. in cap. 8. ad Roman. O dignam tanto Doctore ſententiam! Telum in diabolum fortiter contorquet, qui manu ſtipem pauperibus erogat. Manus ipſa tam feliciter, quàm valenter armatur eleemoſyna. Multo quidem labore ſudoréque acquiritur & cuſtoditur pecunia in terra, vbi præter fures, ipſa quoque infida, inſidiatrix in dominum ſuum coniurat. *Cœlum igitur* (adiungit) *tibi pro arca domóque opes aurúmque aſſeruet.* ibid. O quam benè cuſtoditur, quàm ſecura in cœlo diuitum eſt pecunia, quam illuc manus pauperum deportarunt! Quid tunc ergo? An relinquenda vel abiicienda omnino eſt pecunia; ſine qua hominis vita ſuſtentari non poteſt? Duo dixerim: & moderatum pecuniæ vſum probari; & immoderatum, vtpote periculoſum, culpari: & nimiam, qualis eſt in auaro, pecuniæ cupiditatem vtpote homine indignam damnari. Hæc omnia S. Ambroſ. ita digerit: *Quid homini pecunia ſua, niſi quod viaticum eſt? multa oneri, moderata*

Armat & armatur in noſtrã perniciem pecunia.

D.Chryſ.

Eleemoſyna ſolis manũ armat cõtra diabolum.

D.Chryſ.

In cœlo ſolùm ſecura eſt diuiti pecunia data pauperibus.

Laudabilis pecuniæ affectus & vſus moderatus: culpabilis qui eſt immoderatus.

S.Ambr.

A *vſui. Auaritia plerunque hebetat ſenſus humanos, & peruertit opiniones, vt quæſtum pietatem putent: & pecuniam quaſi mercedem prudentiæ.* epiſt. 44. Etenim ſic habet deprauata mens auari; tam diſtortè iudicat, vt ſtudere acquirendæ pecuniæ, illíque ſubinde congeſtæ & in arculis repoſitæ dies noctéſque incubare, laudabilem virtutem, & bonorum operum à Deo præmium arbitretur. O vanum hominum iudicium! ô mentem non iam humi gradientem, ſed cœno ipſi penitus infixam! nec dignus immortali animo affectus: nec digna virtute merces, niſi cœlum, cœlíque Deus eſt.

Turpiſſima auaritia.

30. Etſi poſitæ huius loci expoſitiones à viris doctis ſine vlla nota recipiantur; nihilominùs

B quid ad literam videatur congruentius, ita ſtatuendum eſt. Atque in primis pars iſta, quam Ioſeph filio ſuo cariſſimo pater Iacob moribundus extra fratres ſuos ſeparatam relinquit, non eſt illa vrbs Sichem: huius enim conflagratio cum internecione incolarum non fuit opus Iacob, de quo ipſe gloriabundus ſub mortem ageret: imò fuit ſumma iniuſtitia, ſummáque crudelitas, quam ipſe tunc quando patrata fuit, & nunc ſub mortem grauiſſimis verbis deteſtatus eſt. Fuit igitur prædium, ſeu ager, quem veniens de Meſopotamia emit centum agnis à filiis Hemor; vbi & habitauit ſicut ſcriptum eſt ſupra cap. 33. In hoc agro ſiue prædio puteum effodit Iacob, datúmque & effoſſum puteum à patre ſcribit Euangeliſta:

Quæ Sichima, quã Iacob dedit filio Ioſeph.

C *Venit IESVS in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar, iuxta prædium quod dedit Iacob filio ſuo: erat autem ibi fons Iacob.* Ioan. 4. Hunc puteum, ſiue fontem diſtare à porta Sichem auſtrali quantum bis iacere poſſet arcus; ſcribit Brochard. cap. 7. num. 17. Denique in hoc agro ſepulta oſſa fuiſſe Ioſeph à filiis Iſrael ſcribitur Ioſue cap. vlt. Porrò cùm emptum ab Hemor & Sichem Hæueis agrũ poſſediſſet Iacob, deinde ab Amorrhæis, qui populabundi cùm tranſiiſſent Iordanem, vi agrum illum poſteà occupauerant, bello tandem Iacob expulſis prædonibus recepit. Hæc verò explicatio & viris doctioribus magis probatur, & multò ad literam, reíque hiſtoriam accommodatior videtur.

Ioan. 4.

D 31. Hactenus de figuris actum: de veritate ipſa in quam illæ dirigebantur, nunc eſt dicendum. Iacob filio Ioſeph omnium dilectiſſimo, principi & gubernatori totius Ægypti, atque (vt ab Ægyptiis fuerat appellatus) Saluatori mundi, partem vnam terræ promiſſionis ſuâ bellicâ virtute acquiſitam extra cæteros filios poſſidendam relinquit. Quid quæſo aptius ad veritatem, quam ſubiiciam, & quæ prima ſeſe offert, exprimendam? Æternus Pater vnigenito filio ſuo, quem ab omni æternitate decreuerat aſſumptâ hypoſtaticè noſtrâ naturâ hominem fieri; ex toto humano genere cùm infinitæ mulieres diuino intellectui creandæ creabiléſque obiicerentur, vnam ex qua filius carnem aſſumeret, electam dedit Virginem

B. Mariam dedit filio æternus pater vnicam & feliciſſimã ex toto humano genere.

E Mariam, omnium illam quidem creaturarum & feliciſſimã & præſtantiſſimam. Do tibi ô fili (inquit) partem vnam, &c. Pars quidem eſt totius generis humani, totiúſque orbis Virgo beatiſſima: vtique mulier, ſed vna tamen, quæ per ſe ſola efficit chorum, & toto ipſo creaturarum complexu longè præſtantior. Vna; cui nihil in creaturis aut par, aut ſimile: vna; quæ ſolo Deo inferior, cunctis quæ vel ſunt vel eſſe poſſent, multò ſuperior. Vna; in qua omnia ſumma miracula Dei potentia operata eſt; vt creatura creatorem pareret,

B. Maria ſola inter creaturas vnum facit chorum.

pareret, mater eſſet & Virgo; mulier & mater Dei, & Angelorum Regina, & rerum omnium domina.

32. Prædictum locum vertunt LXX. Do tibi partem eximiam. Quis quæſo etiam ſupremorum ſpirituum intellectus complecti poterit quàm eximia, quæ omnium gratiarum abyſſus à Dei conditoris manibus educta prodierit, beatiſſima ſit Virgo Deipara? Solus ipſemet artifex ſuum hoc & metitur, & comprehendit, & perfectè agnoſcit, ac ſolus nobis ſuum explicabit opus. Nec illud hîc deeſt, quod & Sichem partem & humerum ſignificat. Dedit ergo pater filio humerum, matrem ſcilicet, cujus vtero homo conceptus geſtaretur; cuius brachiis natus, cuius ad vbera nutritus portaretur: quæ nobis eſſet humerus, fortitudo noſtra. *Mulierem fortem* (rogabat Salomon) *quis inueniet?* tanquam prodigium nullâ vnquam ætate viſum admiratus. Mulierem (rogat ſapiens) *quis inueniet?* ille ipſe, qui eam condidit, à ſua omnipotentia fabricatam inuenit; deditque filio matrem. Exclamat ergo ſapiens prophetica mente diuinitùs oſtenſam contemplatus: *Fortitudo & decor indumentum eius.* ibid. Significans Virginem matrem omni fortitudine, omni ex parte decoram. Humerus eſt. O admirabile ſimul & amabile myſterium! Virgo mater infantem Deum in ſinu geſtans humerus eſt hominibus, in humeris totam mundi machinam verſus & ſecuriùs, quàm fabuloſus Hercules cœlum Athlantis vice ſuſtentat. Quid tam (bone Deus!) nobis vſque adeò ſceleratis, totique mundo, qui in maligno poſitus eſt, factum foret, ſi datus à Deo non eſſet nobis hic humerus, qui tantæ malignitatis tam grauem ſarcinam, ne ab ira Dei vindicis diſſoluatur, ſuſtentaret?

B. Maria filii Dei eſt probi ſſibilis.

Prou. 31.

Ibid.

B. Maria mundum, ne ab ira Dei diſſoluatur, ſuſtentat.

33. Igitur cum S. Bonauentura neceſſe eſt dicere: *Quantum ò Virgo beniſſima poſſum te laudo Dei matrem, arcam pietatis & gratiæ, portum naufragantium, miſerorum ſolatium, pereuntium refugium.* Sic ille in hymno. Adde mortalium humerum, mundi ſuſtentaculum. Proh quantâ fiduciâ, quàm certâ ſpe peccatores ab irato, quem offendimus, Deo veniam expectamus & gratiam, Deiparæ Virginis præſidio, ac dulciſſimo ſimul & fortiſſimo nomine ſuppliciter implorato confiſi! Eia ergo aduocata noſtra illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte. Hic nobis tota ratio benè ſperandi, audacter confidendi: ſcilicet in oculis miſericordibus Virginis matris. Quod mihi tantò confidentius libet repetere; quantò illud dulcius perlego, quod ſancta Gertrudes piiſſima Chriſti ſponſa ſcriptum reliquit. Cùm enim aliquando in feſto natiuitatis Virginis ad completorium in templo cantaretur: Salue Regina; narrat vbi peruentum eſt ad illa verba: Illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte; ſe quod ſequitur vidiſſe: *Beatiſſima* (inquiens) *Virgo mentum filij pueri blandè tangens ipſum verſus terram inclinauit ad nos dicens. Iſti miſericordiſſimi oculi mei, quos ad omnes me inuocantes ſalubriter poſſum inclinare. Vnde & vberrimum fructum conſequentur.* lib. 4. cap. 53. Quare diuinitùs edocta fuit, vt ſæpiùs Virginem Dei matrem verbis illis precaretur: Eia ergo aduocata noſtra illos tuos miſericordes oculos ad nos conuerte: vt ſecuram & ſanctam vitam, mortémque felicem ex miſericordia filij & interceſſione matris impetrare procùldubiò mereretur, vt ibidem refertur. Itaque oculos ſuos miſericordes iure optimo vocat Virgo beatiſſima: tum quia quod filij eſt, & matris vtique dicitur: & ſuos illos oculos, *Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.*

S. Bonau.

Summa hominum fiducia in inuocatione B. Mariæ.

Gertrud.

Oculi miſericordia B. Mariæ, ſunt ipſemet IESVS filius.

Sancta vita & mors ſecura ex inuocatione B. Mariæ.

miſericordes oculos, & totam quæ in illis eſt fulget, miſericordiam filius matri dedit; illoſque mater quò volet liberè conuertit: tum etiam quia nihil frequentius habent in ore matres filiis abblandientes, quàm vt ſuos oculos appellitent.

34. Hanc vnam & quidem in omnibus priuilegiis vnam, quæ vna ſupereminet quicquid à Deo creatum eſt, Chriſtus Dominus moriens è cruce partem ſui, videlicet carnem & ſanguinem ſuum, matrem ex qua natus, dilectiſſimo Ioanni reliquit: *Ecce mater tua.* Ioann. 19. ô locupletiſſimam hæreditatem! ô pinguiſſimum patrimonium! ô prædium cum puteo aquarum viuentium, cum fonte omnium gratiarum, creatum à Patre, ab Spiritu ſancto plantatum, à filio emptum, ſublatúmque de manu Amorrhæi, ſcilicet ab omni ſeruitute atque iniuria præſeruatum! ô puriſſimam animâ, carnéque Virginem; cuius ſicut conceptus partúſque ab omni corruptione fuit immunis, ſic ab omni labe originalis reatus libera, prorſúſque aliena conceptio immaculata extitit? Gloriabundus itaque dicit Dominus IESVS: Do vobis, ô homines, partem vnam, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo: Matrem mei magnam & ſolam partem, quam ego in fortitudine mea, meam exerens potentiam tenui, ſeruaui, ne ab hoſte humani generis, originali reatu infecta caperetur. Ad eam dixi aliquando: *vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum,* Cant. 7. quippe cùm pro Virgine, quæ futura eſſet mater mea, paſſionis meæ etiam futuræ, iam inde ab omni æternitate cuncta proſpiciens, obtulerim ego patri primas iniurias, primos dolores, prima vulnera, primáſque ſanguinis guttas; vt ex præuiſis, præacceptatiſque paſſionis meæ, Crucíſque meritis matrem meam emerem de manu Amorrhæi; ne vti reliqui filij ſtolam, primogenito reatu maculatam, ſeruáque dici poſſet vllo vnquam momento fuiſſe captiuáque diaboli. Et hoc quidem ad mentem Gloſſæ, quæ ad prædictum locum ſic habet, vt referunt à S. Bernard. *Pro amore tuo* (inquit æternus ſponſus) *carnem ſumpſi, &c. vulneribus primis in cruce vulneraſti cor meum, nam primogenita Redemptoris filij tui IESV fuit beata Virgo: & plus pro illa redimenda venit, quàm pro omni alia creatura,* ſic Bernard. in ſerm. 51. cap. 2.

Ioan. 19.

B. Mariam nobiliſſimã ſui patrimonij partem Chriſtus Ioanni reliquit.

Immaculata conceptio ſine reatu originali B. Mariæ.

Dei filius tenuit B. Mariam ne inficeretur à labe originali.

Cant. 7.

B. Maria primis paſſionis filij meritis præſeruata à reatu originali.

Gloſſ. Cant.

S. Bernard.

B. Maria primogenita Redemptoris.

35. Nobiliori quidem modo, quàm cæteri filij Adam redempta fuit Virgo Dei mater; cùm, ne captiua teneretur ab hoſte, à ſuo filio Redemptore omnium præſeruata fuit, emptáque ſuo ſanguine, Crucíſque meritis. Hanc ſui partem tam eximiam, hoc ſuum prædium, ſuam hæreditatem Dominus IESVS caſtiſſimo Ioſeph, dilectiſſimo (inquam) ſuo diſcipulo de Cruce commendauit: *Ecce mater tua.* Et matri diſcipulum: *Ecce filius tuus.* Ioan. 19. O incomparabilis pretij hæreditatem! ô Ioannem omnibus tam Angelis, quàm hominibus, hoc vno donatum patrimonio feliciorem. *Vnum igitur* (inquit Arnold. Carnot.) *contubernium Ioannis & Mariæ virginitas accepit, & vnius moris in domo, vnum integritatis propoſitum, vnam habitationem meretur, communémque conuictum.* tractat. de verbis Chriſti in Cruce. Ditauit Dominus & honorauit cariſſimum ſibi Ioannem hoc munere, hac hæreditate extra fratres ſuos. Matri quoque conſuluit, vt in abſentia filij haberet Ioannem alterum vtique

Ioan. 19.

Donatus B. Maria Ioannes ditior omnibus & Angelis & hominibus eſt

Arnold. Carnot.

ſilium, cuius piiſſimis & caſtiſſimis miniſteriis in terra iuuaretur. Adiúngit enim Arnold. optimè: *Propriè tunc Gabriel & Ioannes huic aſſignati officio (ſeruiendi Dominæ mundi) communibus ſtudiis miniſtrabant. Simúlque ab ambobus tam in cœlo, quàm in terra diuina & humana conſolatio procurabatur: Ioanne, iuxta quod res poſtulabat, prouidente ſubſidium: Archangelo pia vota perferente ad filium.* ibid. Et nobis deinde omnibus poſt Ioannem Chriſtus Dominus ſuam matrem commendat, vt illam digniſſimè honoremus, illam omnibus Chriſtianæ

Arnold. Gabriel & Ioannes pariter B. Mariæ inſeruiebant.

Colenda & imploranda B. Maria.

A pietatis officiis veneremur: illius omni dulcedine dulcius repetamus identidem, celebremus, imploremus nomen; cui ſcimus vii filios matri ab ipſo Domino commendatos, illius patrocinio in vita & in morte protegendos. Igitur cum Laurentio Iuſtiniano, *Deum veneremur in matre, matrémque honoremus in filio: quatenus filium genitrice interpellante pro nobis vincamus mundum, diabolum ſuperemus, reſiſtamus tentationibus, conſequamur gratiam; adipiſcamur coronam, atque in regnum introeamus æternum.* ſerm. de natiuit. Virgin.

S. Laur. Iuſtin.

CAPVT QVADRAGESIMVMNONVM.

1. Vocauit autem Iacob filios ſuos, & ait eis: Congregamini, vt annunciem quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis.

2. Congregamini, & audite filij Iacob, audite Iſraël patrem veſtrum.

3. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio.

4. Effuſus es ſicut aqua, non creſcas: quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.

5. Simeon & Leui fratres, vaſa iniquitatis bellantia.

6. In conſilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum.

7. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſraël.

8. Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui.

9. Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum?

10. NON AVFERETVR ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium.

11. Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, ô fili mi, aſinam ſuam. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum.

12. Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.

13. Zabulon in littore maris habitabit, & in ſtatione nauium pertingens vſque ad Sidonem.

14. Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos.

15. Vidit requiem quòd eſſet bona: & terram quòd optima: & ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, factúſque eſt tributis ſeruiens.

B

16. Dan iudicabit populum ſuum ſicut & alia tribus in Iſraël.

17. Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro.

18. SALVTARE tuum expectabo Domine.

19. Gad, accinctus præliabitur ante eum: & ipſe accingetur retrorſum.

20. Aſer, pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus.

C

21. Nephthali, ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis.

22. Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens & decorus aſpectu: filiæ diſcurrerunt ſuper murum.

23. Sed exaſperauerunt eum, & iurgati ſunt, inuiderúntque illi habentes iacula.

24. Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſraël.

25. Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus vberum & vuluæ.

D

26. Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius; donec veniret deſiderium collium æternorum: fiant in capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos.

27. Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia.

28. Omnes hi in tribubus Iſraël duodecim: hæc locutus eſt eis pater ſuus benedixítque ſingulis benedictionibus propriis.

29. Et præcepit eis, dicens: Ego congregor ad populum meum: ſepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici quæ eſt in agro Ephron.

30. Contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo

Hethæo in poſſeſſionem ſepulchri.

31. Ibi ſepelierunt eum, & Saram, vxorem eius: ibi ſepultus eſt Iſaac cum Rebecca coniuge ſua: ibi & Lia condita iacet.

A

32. Finitíſque mandatis quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum, & obiit: appoſitúſque eſt ad populum ſuum.

SECTIO PRIMA.

Vocauit autem Iacob filios ſuos, & ait eis: Congregamini, vt annunciem quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis. Congregamini, & audite filij Iacob, audite Iſraël patrem veſtrum. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio, effuſus es ſicut aqua, non creſcas: quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.

1. SOLEMNIS Hebræorum conſuetudo fuit morientem patrem ad ſe filios, vel alios ſuæ curæ commiſſos conuocare; vt illis ſalutaria monita indiceret, bene in poſterum precaretur & ominaretur; & interdum diuino afflatus ſpiritu futura illis prædiceret. Igitur vt hoc paternum officium filiis imminente iam morte præſtaret Iacob, eoſdem ad ſe omnes accedere fecit, vt extrema patris ſub mortem verba cùm magis ſeriò ſanctéque res agitur, filij acciperent. Cæterùm tam capreſsè copioſéque rerum futurarum propheticę commemorantur à Iacob, vt potiùs prophetiæ Iacob, de duodecim tribubus, quàm benedictiones Patriarcharũ dicendæ ſint; quod ipſemet Iacob apertè comprobauit illis verbis ad principium huius cap. Congregamini, vt annunciem quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſſimis, hoc eſt, futuris temporibus, ſiue in poſterum. Sic habet Hebraiſmus. Ex quo S. Ambr. colligit: *Meritò repetitam magis annunciationem eorum, quæ poſterioribus eſſent futura temporibus, quam benedictionem conferre ſe dicit*, tract. de bened. cap. 2. Ex iiſdem Iacob verbis infert Theodoret. *Poſtrema verba Patriarchæ neque ſunt maledictiones, neque benedictiones, ſed prophetia.* quæſt. 109. omiſſo igitur hoc nomine, vt vulgò ponitur, benedictionum Patriarcharum, præfigemus ſingulis ſectionibus (quod proprium eſt) prophetiã Iacob de filiis: vti ex noſtris Perer. & Delrio viri doctiſſimi vſurpaeunt: atque omnium antiquiſſimus Origen. ad hæc verba: Congregamini, &c. *Hæc* (inquit) *vtique magis prophetiam ſignificet, per quam quæ euentura ſunt, præſignantur.* hæc ille. Porrò Iacob hortatur filios ad audiendum quæ ſingulis vel bona vel mala prædicturus eſt, vt diſcant erga ſeipſos Dei prouidentiam, cúmque timeant, ament, audiant, quem ſciunt fuiſſe patrum directorem, quo reuelante pater didicit quæ prædicit, qui ſuâ prouidentiâ omnia dirigit ac diſpenſat, ſolúſque futura contingentia nouit. Itaque pater filiis euentura vaticinatur. Verbum hic poſitum *quara* קרא propriè ſignificat *clamare*, *occurrere*. Vnde Origenes legit: *occurſura*. Mala enim & bona, quæ certò ſunt euentura nos ad ſe videntur vocare; nobíſque inclamare; vt tandem accedamus, cùm nos vtique præſtolẽtur. Quia verò paris erit vtilitatis & iucunditatis ad explicationẽ huius capitis cõmemorare, quænã ſingulis in tribus datæ ſunt à Moyſe benedictiones: ad calcẽ cuiuſq; ex his prophetię Iacob apponã quid cuique illarũ reſpõdeat in benedictionibus Moyſis Deut. 33. & ſi quid ex Debboræ cãtico Iud. 5. huc etiam poſſit cõuenire.

D. Ambr. Iacob verus Propheta filiis futura prædixit. Theod.

Orig.

B C D

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

Prophetia Iacob de Ruben.

Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei; prior in donis, maior in imperio. Effuſus es ſicut aqua, non creſcas: quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.

Benedictio Moyſis ſuper Ruben. Deuteron. 33.

Viuat Ruben, & non moriatur: & ſit paruus in numero.

Ex cantico Debboræ ſuper Ruben. Iud. 5.

Quare habitas inter duos terminos, vt audias ſibilos gregum? Diuiſo contra ſe Ruben, magnanimorum reperta eſt contentio.

2. *Ruben primogenitus meus.*] Proponit imprimis præclara illa & illuſtria primogenituræ ornamenta, quæ Rubeni maximo natu debebantur; vt videat doleátque omnia illa per peccatũ amiſiſſe: atque adeò filius, qui turpiter aliquando peccauit, erudiatur à patre; vtí ſibi conſulat, agat de patrato facinore pœnitentiam, melioréque & puriorem deinceps vitam inſtituat. Nihil enim tam neceſſarium filio, nihil tam proprium parenti; nihil ab iſto tam ſeuerè exigitur vel omni iure debitum, quàm vt filium parens nunc doctrinâ, nunc conſilio, nunc rigore ſuppliciόque ac ſemper exemplo erudiat, regat, informet. Requiſitus aliquando Booz, vti Ruth Moabitidem, quæ vidua ex cognato, acciperet in matrimonium, reſpondit: *Cedo iure propinquitatis: neque poſteritatem familiæ meæ delere debeo.* Sed quænam iſthæc eſt conſequentia: delendam ſcilicet fore poſteritatem familiæ, quæ erat ex tribu Iudæ, ſi fœminam illam ducat vxorem? Reſpondit egregiè Lyranus: *Quia nouis occupationibus implicatus Booz minùs filiorum inſtitutioni conſuleret: ex quo certa illorum pernicies naſceretur.* Scilicet Booz iam filios ex alia ſuſceperat, quorum haud dubiè omiſſurus erat eruditionem, ſi nouis ex iſta coniuge procreandis daret operam.

A patre filius benè inſtituatur, vti ius omne exigit.

Ruth 4.

Lyra. *Certa filiorum pernicies, quem pater non benè inſtituat.*

3. Enimuerò ita ſe habẽt homines, vt nouo matrimonio occupati primùm ſi nõ omninò, at certè multũ ex animo abiiciant: atque ideireò filij ex poſteriore vxore ſoli curentur, & erudiantur;

prioribus à patre derelictis, aut valdè neglectis. Itaque optimè ſubinferebat Bonf. filios ſe amiſſurum, quos non poſſet erudire: Fortè ob eam cauſam Abſolon erexit ſibi titulum, ſui videlicet in poſteros monumentum in valle Regis: dixerat enim: *Non habeo filium; & hoc erit monumentum nominis mei.* 2.Reg.18. At de illo tamen ſcriptum paulò ſuperiùs legitur: *Nati ſunt Abſalon filij tres.* cap.14. Non enim impius homo curam voluit ſuſcipere filios benè inſtituendi; vt non minùs pater, quàm filius eſſet improbus. S. Hieron. hanc huiuſce facti dictíque reddit rationem: *Dixit Abſalon: non habeo filios. Putabat enim filios ſuos non ſolùm regno indignos, verùm etiam ob peccatum ſuum vitâ indignos.* lib. de quæſt. Hebr. Malus ſiquidem pater indignus eſt, qui bonos & bono aliquo, imò & vitâ dignos habeat filios. Quare ſic ſecum diſſerebat Abſalon: Ego licèt impius filius, hoc nomine tamen fortunatus habeor, quòd pium habeam patrem, cuius meritis ſecurus & felix viuam: multum quippe valent etiam filio nequam boni patris merita. Cæterùm mei filij patrem non habent, cuius merito protegi fulcirique poſſint; imò & propter patris demerita indigni erunt qui viuant. Iam nunc igitur mortui cenſentur. O egregiam ratiocinationem! Et tamen perditus ac perditos homo regni libidine occæcatus in extremum ſui ac filiorum barathrum irruere non dubitauit.

Malus pater curâ instituendi filios non habet.
2.Reg.18.
2.Reg.14.
D.Hier.
Malus pater malos habet filios.
Malo filio prodeſt bonus pater.

4. Meritò Iacob vaticinia & benedictiones exorditur à Rubē quia primogenito, fratrúmque omnium natu maximo, etſi omni ſuâ illâ dignitate propter iniuriam paterno illatam thoro eſſet iam priuatus. Ætati ſiquidem reuerentia nunquam non eſt deferenda: ſenilíſque etiam in indigno canicies eſt honoranda: primas enim ſibi ætas vbique gentium, & ſenium vendicat. Præpoſuit (vt vidimus cap. præced.) Iacob etiam inuito Ioſeph nepotem Ephraim natu minorem Manaſſi maiori: & nihilominùs Numer.26. iſte inuertitur ordo; legimus enim: *Iſti ſunt filij Ioſeph per familias & cognationes*, &c. Statímque ſubiicitur: *Manaſſe & Ephraim: de Manaſſe ortus eſt Machir.* Reſpondet igitur Lyran. Manaſſes in numeratione præponitur, quia fuit primogenitus, id eſt, primò ortus ex Ioſeph; ita enim eſt ætati deferendum, præſertim verò ſenili. Vnde Leuit. 19. ait Dominus: *Coram cano capite conſurge.* Sic Lyran. Ob hanc rationem videtur Dauid reuerentiam exhibens ætati Manaſſem præpoſuiſſe, cùm dicit: *Meus eſt Manaſſes, & Ephraim fortitudo capitis mei.* Pſalm.59. idem repetit: *Meus eſt Manaſſes, & Ephraim ſuſceptio capitis mei.* Pſalm.107. Et Iſaias: *Manaſſes & Ephraim.* cap.9. Quid quod Deus ipſe ad iudicium venturus, in quo ſe viſendum exhibebit, ſuámque potentiam, integritatémque in iudicando demonſtrabit vniuerſo mortalium generi, deſcribitur *ſenex & antiquus dierum?* Dan. 7. Quid quod ſupremi beatorum, qui ante Dei thronum propiùs adſiſtunt, ſeniores eſſe, & in capitibus coronas habere dicuntur; vt canicies ob ætatem veneranda impoſito diademate pulchrius effulgeret Apoc.4.

Ætati & ſenio deferendus honor.
Num.26.
Lyran.
Leuit.19.
Pſal.59.
Pſal.107.
Iſai.9.
Dan.7.
Apoc.4.

5. Hæc prærogatiua ætatis, & ſenij apud homines tanto in pretio habetur, eò quòd præ ſe ferre, ac prædicare quodammodo vitæ, morúmque maturitatem; quâ quidem plerunque iuniores carent. Cuiuſmodi fuit ille adoleſcens, qui Dominum interrogarat, quid agendum ſibi eſſet vt perfectus euaderet? cui Dominus reſpondit: *Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me.* Matth.19. quo audito abiit triſtis, & ad Chriſtum Dominum reuerſus nunquam amplius eſt. In quo quidem perbellè Iudaici populi leuitas & immaturitas & à vero Meſſia abalienatio exprimitur, vti S. Chryſoſtom. in hunc modum diſſerit: *Iudaicus populus erat adoleſcens non ætate, ſed leuitate, moribus immaturus, non annis. Nam omnia quidem vitia carnalia ſunt iuuenilia; ſicut ait Apoſtolus: Iuuenilia deſideria fuge, ſectare iuſtitiam.* 2.Tim. 2. *Præcipuum verò vitium iuuenile eſt gloriatio, quæ ampliùs vult videri, quàm eſt: aut in toto vult videri non eſſe, qualis eſt.* homil.34. in Matth. Hæc morum leuitas, hæc inanis æſtimatio (quæ hominum corruptela eſt) interdum in ſenibus potiùs, quàm iuuenibus cernitur. Quare non tam canicies, quàm ſenſus; non tam ætas, quàm conſilium in homine quærendum eſt: atque (vti ſcribit S. Ambr.) *Non annorum canicies laudanda, ſed morum.* lib.2. epiſt.12. ad Valent.

Ætas & ſenium honorantur ob vitæ maturitatem.
Matth.19.
S.Chryſoſt.
2.Timot.2.
Leuitas & immaturitas iuuenil. Inanis æſtimatio iuuenum.
D.Ambr.
Mores magis quàm annorum canities.

6. Et quidem huius caniciei, & ſenectutis adoleſcentes eligi præcepit Dominus ad munia publica: *Congrega mihi ſeptuaginta de ſenioribus, quos tu noſti.* Numer.11. quòd enim iſti non tam ætate, quàm ſenſu; non tam annorum, quàm morum canicie intelligantur, ſubtiliter in hunc modum colligit S. Gregor. *Senectus non corporis: ſed mentis notatur, cùm tales iubentur eligi ſenes, quos ſciuntur: ideò dicitur: quos tu noſti. Si enim corporis ſenectus quæreretur, à tantis ſciri poterat, à quantis videri. Planum ergo eſt, quod ſenectus mentis, non corporis eligatur.* lib. moral.19. cap.13. Pulchrè S. Hieronym. cùm commemoret prælatum in benedictione patris Iacobum iuniorem maiori fratri Eſau: Dauidémque omnium fratrū natu minimum præ cæteris electum à Deo in Regem ita ſubinfert: *Nouerimus non idem perpetuò eſſe ætate ac prudentiâ anteire; cùm iuniores ac pueri canis anniſque confectos, & qui ſe vendicant magiſtros, prudentiâ & conſilio antecellant. Præclarè enim Ignatius Martyr epiſt. ad Magneſ. ait: Non qui diu vixerunt, ij continuò ſapientes: nec qui ſenes, prudentiâ prædui ſunt.* epiſt. ad Damaſum. Profectò annoſæ quercus, quæ nunquam præter ſiliquas, ad ſues alendos aliud protulerunt, vllo modo conferri poſſunt cum vitibus tantulùm ab humo ſurrectis, & fœliciſſimo atque grauiſſimo racemorum onere prægrauatis, quæ vno conſitæ altero exuberant anno. Illuſtris admodum locus ille Danielis ad hoc argumentum. *Suſcitauit* (ſcribitur) *Dominus ſpiritum ſanctum pueri iunioris cuius nomen Daniel.* Dan. 13. ſcilicet contra ſeniores illos impudentiſſimos & ſceleratiſſimos qui pudicitiæ ac vitæ innocentis caſtæque Suſannæ inſidiabantur. Redarguit ergo & conuicit, damnatíque & lapidari fecit puer viros, iunior ſenes. *Excitauit* (declarat S. Chryſoſt.) *Deus ſpiritum ſanctum Danielis adhuc tenelli ætate, ſed robuſti fide.* homil. de Suſanna. *Tandem* (inquit S. Auguſt.) *iudicem meretur fœmina caſtitas Danielem puerum. Secura eſt de victoria caſtitas, cui iudicatura eſt virginitas: pudicitia autem cauſas niſi vir pudicus audire non debuit. Talem tamen arbitrum meretur caſtimonia, apud quem non periclitetur verecundia.* ſerm.118. de temp. Hic fuit Daniel (vt notat ſanct. Baſil.) *ſenex ſecundùm animam, corpore iuuenis, ſapientiam & grauitatem omni canicie præſtantiorem præ ſe ferens.* homil. initio prou. Expendant quæſo iudices S. Auguſtini ſententiam, vt erubeſcant qui vitam ducunt improbam de improbis ſui ſimilibus ferre ſententiam: Pudeat luxu

Num.11.
D.Greg.
S.Hier.
Senectus mentis, non corporis honoranda.
S.Ignat.
Daniel.13.
Damnatur improbus ſenex à puero ſancto.
D.Chryſ.
S.Auguſt.
D.Baſil.
Impurus iudex cauſam non iudicet caſtitatis.

luxurioſum contra luxurioſos pro caſtitate inſurgere, timeátque pro illis contra illum definite. *Pudicitia cauſas* (inquit S. Auguſt.) *niſi vir pudicus audire non debet.* Deníque (quod recte obſeruat S. Ambroſ.) *Iacob benedicens in Ruben ordinem ſeruauit ætatis*.cap.2.

D.Ambr.

7. *Tu fortitudo mea, & principium doloris mei. Prior in donis; maior in imperio.*] Fortitudo mea, ſcilicet quem ego validus corpore ætatéque genui, agens annum 84. quæ tunc ætas florens & vegeta erat, & ferè iuuenilis, comparata videlicet cum tota vita Iacobi, qui vixit 147. annis. Vel primum filium vocat fortitudinem ſuam, eò quòd in eius generatione virilem otius eſt facultatem, robuſtámque ad procreandum. Cæterùm cùm Iacob commemorare velit quæ filius dona

Maiorum vita ſpeculum diſciplinæ.
Lyran.

B eſſet habiturus, & quæ miſer ob ſuam præcipitem libidinem amiſit, non eſt improbanda explicatio Lyræ, videlicet: Tu fortitudo mea quantum ad bonum virtutis, & gratiæ, quæ in te debebat fortiùs relucere, licèt econtrario factum ſit. Et quidem meritò ſperabat pater fore hunc, quia primogenitum, cæteris exemplo ad virtutem, vt ſicut omnibus præibat ætate, ſic illis ad pietatem præiret. *Eſt enim* (inquit S.Ambr.) *nobis vita maiorum, diſciplinæ ſpeculum.* lib.1. de offic. cap. 35. Nouit igitur primogenitus ſpeculum vitæ ſe propoſitum fratribus; vt quos ille in ſe habeat mores, eos ab illo addiſcant atque in ſe ipſi minores fratres exprimant. Ac propterea conſultò prudentiſſimus pater ſtatim (vt videbimus)

D.Ambr.
Primogenitus exemplo ſit cæteris.

C primogenitum arguit ſeueriſſimè, vt cæteri ab illo malos non imbibant mores; ſed illius docti ſupplicio ab omni patrando flagitio auertantur. Nec enim iratum ad filium primogenitum maledictione perdendum, ſed ad minores illius reprehenſione inſtruendos patrem aſperiùs loqui credendum eſt. Vſitatum id quidem eſt ſanctis viris, vt cùm aliquando ex munere ſuo errantem caſtigant, potiùs aliorum doctrinam, quàm illius pœnam requirant, quod in primæua illa ætate fidelium legimus beatiſſimum Petrum feciſſe; cùm inter primores, qui tunc ad fidem accedebant, miſeros illos virum & vxorem Ananiam & Saphiram repentino interitu puniuit. Actor. 5. Sic

Vnius ſupplicio cæteri corriguntur.

Sancti viri non ex odio, ſed ex zelo caſtigant.
Act. 5.
S.Ambr.

D enim S. Ambr. expendit. *Nunquid Petrus ita indignatione efferbuit, vt Ananiam extingui vellet, vel vxorem eius? Sed exemplo eorum voluit perire cæteros.* lib.1.offic.cap.30.

8. *Tu principium doloris mei.*] Hebr. ראשית אוני *rexith oni.* vertunt L X X. *Principium filiorum meorum*, potiùs ſenſum, quàm vocem ſecuti: alij, *Principium fortitudinis meæ*, etſi minùs propriè. Nam vox און *on* ſignificat dolorem ac laborem. Primogenitus quidem principium filiorum & laborum parentibus eſt. Nati enim liberi multum parentibus anxietatis, laboris, ac ſolicitudinis afferre conſueuerunt, vt ſectè Demeas ille Terentianus ſuo malo edoctus dixit: *Duxi vxorem: quam ibi miſeriam vidi! Nati filij: alia cura: porro autem dum ſtudeo illis, vt quàm plurimùm facerem, contriui*

Primogenitus principium laborum parentibus

Terent.
Multa miſeriæ ex matrimonio & filiis.

E *in quærendo vitam atque ætatem meam. Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab his fero, odium. Ego deſertus ſum, meam autem mortem expectant.* Adelph. act. 5. ſcen. 4. Felix profectò ille nimium qui ſibi ſoli natus ac viuens nec tædia vxoris pertulit, nec filiorum dolores ſuſtinuit: quod quidem alius apud eundem Comicum in eadem comœdia Mitio ita expoſuit. *Ego, quia non rediit filius, quæ cogito? Quibus nunc ſolicitor rebus? Ne aut ille alſerit, aut vſpiam ceciderit, aut perfregerit aliquid.*

Terent.

A *Vah quemquámne hominem in animo inſtituere, aut parare quod ſit carius, quàm ipſe eſt ſibi?* ibid. act. 1. ſcen. 1. Optimè quidem vno verbo complexus omnia ſcripſit Tertull. *Liberorum amariſſima voluptas.* lib. de nupt. cap. 4. Dulces quidem filij, ſed ſimul etiam amari: imò (quod experientia quotidiana comprobat) plus fellis, quàm mellis afferunt. Quietam planè vitam agebat illa Sunamitis, cuius interdum hoſpitio vtebatur Eliſæus, cùm filios non haberet: rogata enim: Num aliquod apud principes negotium gereret, in quo Prophetæ autoritas poſſet vllam operam ponere; reſpondit: *In medio populi ego habito.* 4.Reg.4. Hebraiſmus eſt, quo ſignificatur; Nullius indigeo; vt peritiores explicant. Nec enim cauſas aut ne-

Laborioſa cura de filiis.

Tertull.
Plus fellis, quàm mellis afferunt filij.

4.Reg.4.
Feliis caris nullius indiget.

B gotia cum Rege, Regíſque miniſtris habere poterat, quæ filiis eatebat, quorum in ſubſidium alimenta, quorum in honorem dignitates parentibus eſſent multo cum ſudore comparanda. Intellexit ergo Propheta ſterilem eſſe fœminam: impetrauitque à Domino, vt filium vertente anno pareret. At quibus illa non eguit, quantum miſera non doluit, non fleuit, cùm mater rurſum ſuo in ſinu mortuum vidit? *Nunquid* (aiebat triſtis) *petiui filium à Domino?* ibid. Felicior vtique foret illa, ſi ſterilis permanſiſſet, nec tantam ſenſu animóque infelix hauriret calamitatem; cùm filium primæuâ ætate florentem peracerbo interitu raptum videret.

Summus parentum ex filiis dolor. Felicior interdum quæ ſterilis.

9. Sed quid hoc eſt, quod dicis optime ſenex

C de primogenito? *Tu principium doloris mei.* Annon anteà multis & grauibus afflictatam doloribus vitam egiſti in domo paterna hoſtiles inſidias fratris declinans, mortem quotidiè ab illo inferendam reformidans: dein abductus à parentum conſpectu, conſortio, fraterna fugiens odia in exteras regiones profugus: denique ſub auunculo eodémque ſocero & hominis tyrannidem perpeſſus, & in paſcendis gregibus illius dies noctéſque gelu atque æſtu peruſtus? Nónne igitur anteà multum diúque laboraſti, multum diúque doluiſti? Cur quæſo dicis ad filium: *Tu principium doloris mei?* ác ſi naſcente Ruben dolere tunc primò inciperes, quod anteà penitus neſcires? Reſpondet Abulenſ. *Primogenitus filius dicitur dolor*

D *patris, quòd in virginibus primus congreſſus non ſine dolore ac pœnitentia peragitur.* Id quod etiam ſcribit Plinius hiſce verbis: *Homini tantùm primi coitus pœnitentia, augurium ſcilicet vitæ a pœnitenda origine.* lib.10. cap. 63. Ex hac interpretatione, ſi vera eſt, colligi poteſt quàm admirabilis fuerit caſtitas Iacob, qui vſque ad annos octoginta quatuor virgo permanens ante primum vxoris congreſſum illo anno, tam grandis natu nullam mulierem attigerat. Vel principium doloris, dicitur Ruben, quia primus iſte (vt cœpimus dicere) laborem & ſolicitudinem patri attulit & conſulendi filio, & illius rebus prouidendi, atque illum educandi, & inſtituendi. Vel quia Ruben inceſtauerat nouercam; ex quo flagitio, vt inſigniter eſt

Abul
Primus hominis concubitus & cum dolore, & cum pœnitentia.
Plin.

Inſignis caſtitas Iacob.

E execrandum, patri grauiſſimum miſit dolorem: vti Rupertus in hunc modum adnotauit. *Principium doloris eſt Ruben, non quòd in nullo anteà doluerit Iacob; ſed quia verus dolor de plaga peccati principium in domo eius de iſto accidit.* lib. 9. in Geneſ. cap. 36. Enimverò apud prudentes & ſanctos viros nullus aliundè; quàm ex peccato conceptus dolor æſtimatur.

Rupert.
Præcipuus apud prudentes dolor ex peccato.

10. Fuit etiam Ruben patri ſuo principium doloris, quia ob illius ortum orta ſimul eſt inuidia Rachelis, & aliqua fortaſsè (vt eſt fœmina-

Dolor mariti ex dolore vxoris.

tum ingenium) Liæ propter partum ſorori ſterili inſultatio: qua de re, ingentem Iacob habuit dolorem. Tum quia nullus hoc nomen meretur, etſi alij multi parentibus accidant, dolor alius; quàm qui ex morbis periculiſque filiorum, à quibus nemo in vita immunis, aduenire ſolet. Hinc

Præcipuus hominum dolor ex filiis.

Pſal. 77.

Genebr.

enim Regius vates cecinit: *Et percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti; primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.* Pſal. 77. Vbi ſic Genebrard. *Periphraſis primogenitorum, qui ſunt primitiæ laborum patrum, imò & matrum: nam partu laborioſiore eduntur ob vuluam nunquam antea apertam.* Annon interitus primogenitorum fuit extrema omnium in Ægypto plagarum? Cur ergo Dauid vocat primitias laboris eorum? Nimirum quia cæteræ clades ad hanc vnam comparatæ nullum parentibus dolorem attulerunt. Viuit in filio magis, quàm in ſeipſo pater: & qui ex malo filij dolor aduenit, maximè omnium eſt intolerabilis iuxtà, & inſanabilis. Appoſitè vertit Hebræus ille Caietani.

Caiet.

Primogeniti dicuntur primitiæ laborum.

Et percuſſit omne primogenitum in Ægypto, principium filiorum in tentoriis Cham. Vbi videas filios primogenitos rectè appellari primitias. Denique doluit Iacob flagitium filij non tam quia ſibi valde dedecoroſum, quàm quia Deo iniurioſum, filióque ipſi pernicioſum. Nec enim alius apud iuſtos, quàm qui de peccato, dolor eſt maximus; vt paulo anteà ſubnotauimos.

11. *Principium roboris mei:* Vertunt alij, & rectè quidem, qui primus filiorum, idem primus dolori & labori, & robori parti ſuo eſt. Scilicet quia vnde quis pater eſt, inde robur viréſque aſſumit vt pro filio laboret, patientérque & alacriter quicquid arduum & moleſtum ſit, pro alendo, pro honorando & locupletando filio ſuſtineat. Nihil enim adeò violentum exſtent amor:

Cant. 8.

Pro filio nihil non arduum libenter ſuſtinet parens.

Fortis, vt mors, dilectio. Cant. 8. Cui ſcilicet nihil non cedit: omnia vincit amor, omnium videlicet in homine affectuum potentiſſimus. At dolere hoc loco fleréque libet; quòd patris amor erga filium nihil quantumuis arduum grauéque libenter non perferat: at pro ſua quiſque anima tam deſidioſus, incurioſúſque ſit.

Pſal. 21.

Erue à framea Deus animam meam; & de manu canis vnicam meam. Pſalm. 21. *Vnicam meam*, Hebr. *iechidathi*, quæ vox plena ſenſuum inter alia ſignificat vnigenitam, orbam, deſertam: qua de re latiùs diſſerui tom. 1. cap. 2. ſect. 3. num. 10. Quid quæſo in domo diuitis æſtimatur minoris, curatur minùs, magis negligitur, maiori traditur obliuioni, quàm

Magna diuiti ſuæ animæ obliuio.

miſera illius anima? Quid magis deſertum, omnique ope deſtitutum habetur, quàm ipſius anima? Totum miſer ſtudium, curámque impendit locupletandis filiis, augendíſque hæredum opibus, quos relinquat poſt mortem: at de ſalute animæ ſuæ, quaſi aliena eſſet, nullam præfert ſollicitudinem: nihil de ſeipſo agit, perinde ac ſi miſer ad ſe ipſe non pertineret. O infeliciſſimum! ô dementiſſimum! Rectè hominem perſtringit S.

S. Salu.

Infelix, qui de locupletandis hæredibus ſolicitus ſuam negligis animã.

Saluianus. *O miſerrime (inquiens) quid ſolicitus es? Quid autorem te ipſe rerum periturarum facis? An times fortè ne deſint qua te mortuo quod derelinqueris vorent? Nolo metuas. Vtinam tam facile tu ſaluus eſſes, quàm tua omnia deperibunt! ô infidelitas! ô peruerſitas!* lib. 3. ad Eccleſ. Cathol.

12. Meritò contra ſeruum nequam & ignauum Rex ille iratus eſt, *quòd abiens fodit in terram & abſcondit pecuniam domini ſui.* Matth. 25. declarat optimè S. Ambr. *Rationem, quæ ad imaginem & ſimilitudinem Dei data eſt nobis, ſtudio voluptatis*

Matth. 25.

D. Ambr.

Anima Dei nummus.

A *obruit, & tanquam in foſſa carnis abſcondit.* in 19. Luc. Anima hominis nummus Dei eſt diuinam re ferens imaginem, diuino ſtemmate inſignitus:

Luc. 19.

Stultus animam Dei imaginẽ ſub luto vitiorum habet ſepultam.

hunc verò animum, hunc nummum ſtultus homo lutulentis ac ſordidis mundi bonis intentus cœno ſic obruit, vt ab oculis, ab animóque abſconditum procul habeat nummum: nec quid tandem ſit anima, quidve ad ſui ſalutem exigat, demens ille meminit. Quæ noſtra iſthæc amentia, vt de carne ſoliciti animam non curemus? Vt animam carni ad peccatum, non carnem animæ ad virtutem, & ſalutem æternam vtriuſque inſeruire faciamus? *Facta quidem à Deo fuit* (vti conſiderat S. Ambr.) *animæ caro appendix; non lena vitiorum: ſed æmula quædam & quaſi pediſſequa virtutis.* in cap.

D. Ambr.

Caro animæ ad ſalutem inſeruiat.

B 12. Luc. At nos diuinum inuertimus ordinem: animam ſcilicet corpori ſubiicimus, nefandóque coniugio Reginam ſeruo copulamus. *Vnde peccatum* (adiungit) *proditur tanquam corpore animáque progenitoribus: dum corporis natura tentatur, anima malè ſana compatitur.* ibid. Quid ergo faciet miſera? Quid, niſi diuortium à ſeruo Regina ſempiternum ab ſpurco decora?

D. Ambroſ.

Anima à carne faciat diuortium.

13. Quid de fœtu ſubinde? Reſpondet: *Vbi in ſe anima redit, deformis partus pudore conuenta degeneres abdicat hæredes, abdicans mores, exoſa peccatum.* ibid. Ipſa quidem turpitudo peccati ſeriò conſiderata grande ſolet eſſe incitamentum ad pœnitentiam, dum anima illius fœditatem execrata iam horrendum monſtrum igne doloris

S. Ambr.

Turpitudo peccati ad pœnitentiã incitat.

C exurere, malleo contritionis comminuere, gladio confeſſionis perimere contendit. *Fitque* (adiungit) *vt ex peccato orta pœnitentia ad conuerſionem me propoſiti, & ad cupiditatem gratiæ ſpiritalis impellat. Itaque quod erat mihi ad mortem, hoc erit in ſalutem.* ibid. Profectò hac ſuâ increpatione illud maximè contendit vir ſanctiſſimus, vt Ruben admiſſi flagitij execrandam illam agnoſcat deformitatem; iodéque in veram illius pœnitentiam impellatur: atque lacrymis abluat animam iam ſpurco cœno pollutam. *Ergo peccatum* (concludit) *irriguo fontis ablutum ab ea, vnde generatum eſt, carne ſeceruitur: & dum vnuſquiſque cupit redimere delictum, fit ex ſerie culpæ ſtudium diſciplinæ.* ibidem. Accidit hoc idem multis & ſanctiſſimis viris,

S. Ambr.

S. Ambr.

Pœnitentia multos gradibus ad culmen ſanctitatis.

D qui ſcelerum conſcientiâ perſtricti per pœnitentiam in ſublime ſanctitatis faſtigium ſunt euecti: cuiuſmodi fuerunt Dauid, Petrus, Pauluſque Apoſtolorum principes, Matthæus, Auguſtinus, Magdalena.

14. *Effuſus es ſicut aqua; non creſcas.*] Inceſtum filij carpit pater. Præceps (inquit) in ſcelus ruiſti: ardorem incontinentiæ nec patris reuerentia, nec Dei timor, nec perpetuò apud homines manſurum tanti facinoris opprobrium tibi potuit reſtinguere, aut ſaltem cohibere. Verùm ſicuti cùm aqua effunditur, nihil eius in vaſculo reſiduum manet; non color, non odor, non ſaporita luxuriæ tuæ profuſio quicquid in te ſani iudicij, rectæque rationis inuenit, totum abripuit, & ex-

Luxuria bonorum omnium in homine inducit iacturam.

E tinxit; iudicium, ſapientiam, boni exempli curam, Dei timorem, patris reuerentiam, apud gentes verecundiam, & honeſtæ famæ exiſtimationem. Quod hîc per aquam à Iacob, per ignem à Iob exprimitur, & violentia nimirum libidinis, & quædam velut extrema deuaſtatio bonorum omnium in homine. *Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.* Iob. 31. radicitùs ergo euellit omnium bonorum, quæ in homine vel natura, vel gratia vnquam plantauit, ſtirpes flammea libido; atque ideò extirpatis radicibus,

Iob. 31.

dicibus, extinctiſque ſemitibus huiuſmodi bonorum; ſumma difficultas eſt vt repullulent, vt reuireſcant; vt ſcilicet ea aſſuetudine peccandi reſurgat, è cœno ad puritatem emergat libidinoſus. De adultero enim ita loquitur idem Iob. *Sic in tenebris, quaſi in luce ambulat. Leuis eſt ſuper faciem aquæ, ad nimium calorem tranſiet ab aquis niuium; & vſque ad inferos peccatum illius.* Iob. 24. Præcipiti (ſenſus eſt) ruit impetu, mente, iudicióque cœcus in maria ipſa, in fornaces ignium, in præaltas niuium voragines, in grauiſſima quæque, ac difficillima; vt fœdiſſimam carnis expleat libidinem. Et (quod omnium malorum caput) vſque ad inferos peccatum illius. Vel ſcilicet ad mortem vſque ac ſepulchrum; vel vſque ad ipſum infernum inſanabilis luxuriæ morbus perueniat. Vſque adeò nimirum luxuriæ malum ſemel in animum ſubintrans medullis ipſis ac viſceribus infixum adhæreſcit, vt niſi diuinæ miſericordiæ accedat medicina, prorſus immedicabile habeatur.

Difficilè reſipiſcat luxurioſus.

Iob 24. Inſanabilis luxuriæ morbus.

15. *Quam enim partem haberet in me Deus?* dicit Iob. 31. ſi ſemel animam libidini addixero. Nihil enim in me illa reliquit, per quod Dei manus cœno abſorptum me apprehendat, teneat, atque extractum foràs educat. Non animi ſenſa, non mentis cogitatum, non oris preces, non ſtudium, curámque virtutis relinquit: bona quippe omnia perſundedit. *Nunquid* (adiungit) *non perditio eſt iniquo & alienatio operantibus iniuſtitiam?* Iob. 31. *Videlicet* (declarat S. Thomas) *à bonis operibus, & à bonis etiam prædicationibus diſcedunt homines luxurioſi.* Ac proinde omnia, quæ ad reſurgendum ea ſuis ſceleribus habere poſſent, remedia ſibi præripiunt. Priuato Sacerdos quidam ex noſtris ſermone de diuinis rebus, de Dei timore, amore virtutis, cœli gloriâ, inferorum incendiis, & id genus aliis, cum perdito quodam nebulone, qui ex religioſo ſtatu in volutabrum vitiorum, luxuriæ præſertim, ceciderat, prudenter piéque agebat aliquando, vt ſcilicet hominem ad priſtinum ſtatum, melioremque vitam traduceret. Quid ille? Ceſſa (inquit) pater ſurdo loqui. Scito poſtquam excidi, nihil mihi tam moleſtum, atque intolerandum videri, quàm audire de Deo, déque cœleſtibus rebus ſermocinantem. O dictum, ô hominem infeliciſſimum! Igitur libidinoſus effuſæ aquæ ſimilitudine aptiſſimâ exprimitur; quippe qui rarò aut certè ſumma cum difficultate de ſordibus, ad puritatem, ab intemperantia ad vitæ, morúmque integritatem reuocari conſueuit. Puto etiam iſto aquæ ſymbolo ſignificari humanæ carnis imbecillitatem, quæ tam facilè diffluit in luxuriem, ſicut aqua è vaſculo emittitur: & quemadmodum ex aqua in terram effuſa lutum, cœnum, ſordéſque fiunt: ita per lapſum carnis & anima & corpus, & fama, & quicquid eſt in homine, ſordeſcit ac fœtet.

Iob. 31.

Alienat ab omnibus bonis operibus animam luxuria.

Iob 3.

D. Thom.

Odit ſermonem de diuinis luxurioſus.

Luxuria facit omnia in homine ſordeſcere.

16. At, ô bone Deus, ſic noſtra tam infirmitas, quàm mala propenſio, & corruptio habet, vt non deorſum fertur aqua concitatiùs, quàm in concupiſcentiam carnis miſeri homines ipſo deprauatæ naturæ cœco impetu rapiantur. Quid quæſo fragilius? Ad aſpectum mulieris mira illa ſanctitas Dauid corruit: Sauſonis fortitudo fœmineis illecebris proſtrata ſuccubuit: Salomonis ſapientiam fœminæ non deceperunt modò, ſed vſque ad nefandos idolorum ritus præcipitarunt. Ac proinde (ſubiunxit optimè S. Hieron.) *quilibet ſibi à mulieribus cauere debet*, epiſt. 2. & epiſt. 22. *A fœminis hæc effuſa peſtis virorum animas corrumpit.* Sed tamen (o admirabile Dei conſilium!) ab vna fœmina præſentiſſimum huic peſti antidotum; huic morbo petitur medicamentum. Enimverò Dei mater Virgo puriſſima vti primò puritatis in mundo vexillum extulit, ita puritatem amantibus ſuum præbet potentiſſimum patrocinium. Monet ergo S. Chryſoſt. *Quicunque eſtis virgines, ad matrem Domini confugite: illa enim pulcherrimam, pretioſiſſimam, & incorruptibilem poſſeſſionem patrocinio ſuo nobis conſeruabit.* ſerm. de b. Virg. *Hoc genus dæmoniorum non eiicitur niſi per orationem & ieiunium.* Matth. 17. dixit Dominus. At quiſnam iſte fuerit malus ſpiritus, quem Dominus à puero eiecit, ſignificat Lucas: *Et increpauit IESVS ſpiritum immundum.* cap. 9. Immundus erat dæmon, ſcilicet tentator ad immunditiam carnis: hæc verò tentatio, quæ hominum eſt omnium perieuloſiſſima, vt vincatur eget afflictatione corporis, maximè abſtinentiâ, quæ fomentum libidinis cibum ac potum abſtrahit: deinde oratione hominis quidem ſuppliciter & humiliter diuinam opem implorantis; & matris Virginis pro eo, quo eſt in caſtitatem caſtoſque affectu, patrocinium inuocantis. Virgo autem beatiſſima ab homine inuocata ſuam, quâ nihil poſt Deum potentius, ad filium Deum pro noſtra fragilitate confirmanda orationem dirigit.

D. Hieron.

B. Maria pro caſtitate patrocinium.

S. Chryſ.

Matth. 17.

Luc. 9.

Efficax inuocatio nominis B. Mariæ.

17. Porrò autem quòd matris apud filium preces multum valeant, quis ignorat? *Non dubium enim eſt* (inquit S. Ildephonſus) *illam, quæ meruit pro liberandis ferre pretium, poſſe impertire ſuffragium liberatis:* ſerm. de aſſumpt. *Multum valet deprecatio iuſti;* ait S. Iacobus cap. 5. qui tamen ſeruus eſt, & in multis offendit, iuxta illud Apoſtoli eiuſdem: *In multis offendimus omnes.* cap. 3. At Reginæ, at omnium iuſtorum ſanctiſſimæ, at matris denique ipſius Dei quantò amplius apud Deum filium valebit pro hominibus, qui ipſam piè inuocant, deprecatio? Profectò & tentationes, & labores, & pericula nobis eo nomine Deus ſapientiſſimus & clementiſſimus obuenire permittit; vt malo noſtro compulſi ad Reginam cœli adeamus, illius opem imploremus, debitiſque Chriſtianæ pietatis obſequiis matrem Dei celebremus; vnde matri Deóque filio grandis inter mortales gloria reſultet. Meritò igitur Virginem Dei matrem affatus ita colligit Gregor. Nicomed. *Tuam gloriam Creator exiſtimat eſſe propriam, & tanquam filius ea exultans, quaſi exoluens debitum, implet petitiones.* orat. de oblat. Deip. Habemus aram, habemus propitiatorium, habemus aſylum, habemus thronum Dei, Virginem dico Deiparam: ab illa tentatis certa victoria, ſolatium afflictis, periclitantibus refugium, naufragantibus portus, requies laborantibus; peccatoribus miſericordia, proculdubiò venit. *Cum enim* (inquit Beda) *diligat orationes ſanctorum Chriſtus Dominus & exaudiat: multò magis matrem ſuam exaudit pro peccatoribus orantem.* homil. de S. Maria.

S. Ildeph.

Summa B. Mariæ apud Deum filiũ potentia.

Iacob. c. 5.

Cap. 3.

Sinit Deus nos tentari vt B. Mariã imploremus.

Greg. Nic.

B. Maria petitiones filius pro debito exoluit.

Beda.

Diligit Dominus orationes ſanctorum, maximè à Maria matris ſuæ.

18. *Non creſcas.*] Propheticè dictum. Tribus tua minùs multiplicabitur, quàm reliquæ tribus. Pœna quidem eſt, quam grauiter antiqui patres accipiebant. Non creſces propagatione familiæ, numeroſáque prole, ſcilicet indignus amplâ poſteritate, quòd illa thorum habueris immundum & vitioſum, atque adeò paternâ dignum maledictione. Legit Aquila: *Non eris abundantior.* LXX. vertunt: *Sicut aqua non efferueſcas, vel non ebullias*, id eſt, non extollaris, atque ſupereminens cæteris

Inceſtus numeroſa grauiſſimâ per omnes ætates pœnâ caſtigatur.

Theod. cæteris fratrum tuorum tribubus. Theodoret. explicat: *Tanquam aqua non efferueſces: proinde ac ſi dixiſſet, Non calefies ad procreandum mulier.* Putat S.

D. Hier. Hieron. his verbis admoneri Ruben à patre, caueat in poſterum a ſimili flagitio, legit enim: *Ne adiicias. Scilicet præcipio tibi vt vltra non pecces, ſiſque in fratrum numero pœnam ex peccato luens, quod primogenitus ordinem perdidiſti.* de quæſt. Hebr. Sed dices; Quomodo eſt vaticinium de futuro, ſi verè narratur hiſtoria, quæ pridem contigerat, cùm Ruben nouercam Balam conſtuprauit? Reſpondeo ſcelus Ruben iam pridem admiſſum nunc commemorari a Iacob, vt oſtendatur cauſa iuſta pœnæ, vindictæque in poſterum luendæ. Porrò tam graue cenſetur hoc flagitium, vt non qualibet pœnâ, breuique duraturâ; ſed illâ per omnes poſterorum ætates notandâ & execrandâ ſit puniendum. Quare cùm in poſterum cauſa inquiretur, cur qui natu maximus, primogenitura fuerit priuatus, ac minimam omnium tribum reliquerit? Reſpondebitur factum id eſſe in pœnam filii ſic intemperanti atque inſano, vt auſus nouercam ſuam inceſtando grauiſſimam patri ſuo contumeliam inferre: atque ſubinde poſteris

Luxuria complurium malorum origo. exemplo futurum, vt præcipitem libidinis impetum coërceant, complurium videlicet malorum ſeminarium: timeantque vllam parentibus iniuriam moliri.

19. Vir ſanè prudentiſſimus huiuſmodi pœnæ vaticinio hunc filium caſtigat, ac reliquos perterrefacit: ſemper enim ſibi, qui corripit alium, proponere debet iuſtum aliquem in ſup-

Propter bonum aliquẽ finem irrogetur pœna. plicio finem: quod aptiſſimè ſignificauit Dominus, cùm in virga vigilante ſuam expreſſit vindictam: dicit enim Hieremias: *Virgam vigilantem ego*

Hierem. 1. *video,* cap. 1. Virgam ſcilicet diuinæ iuſtitiæ ve-

Supplicium multa cum conſideratione infertur. tam illam oculis plenam, quibus quidem cauſam videt, & nouit; ac deinde vindictam metitur. Sunt verò alij, qui virgam, non quidem oculatam diſtringunt, ſed cæco impetu non conſiderantes quare, quantum, & quomodo, quem ad finem, ſed temerè ſupplicium inferunt. Notum erat in tota familia Iacob flagitium Ruben: ac proinde ſapiens familiæ rector publicè debuit irrogare pœnam ei, qui deliquerat. Nam publicitas peccati, ſi relinquatur impunita, pudorem omnem excludit, maiorémque ad peccandum aſſumit libertatem. Quo in argumento illud egregiè S. Chryſ.

S. Chryſoſt. expendit: *Sicut non habere multos teſtes ſuorum delictorum reſipiſcenti faciliorem reditum præbet: Sic ſi frontem perfricuerit homo, & viderit quòd nemo ignorat ſua delicta, non facilè deſiſtere ſolet; ſed quaſi in profundum inciderit lutum, difficilè poterit emergere.* homil. 49. in Geneſ. Non quidem ille pudore metúque mouetur: illum prorſus amiſit, hic à nemine intentatur; atque adeò infelix homo ſine vllo fræno liberiùs ruit in flagitia. Quocirca vet nihil eſt ſalubrius miſericordiâ, cùm opportunè illa exercetur, & impenditur: ita nihil vtilius, cùm opus erit, debito peccatis ſupplicio irrogatur.

Publicitas peccati impuniti ad peccandum facinus.

Debito & opportuno ſupplicio nihil vtilius. Sapienter igitur quidam vſurpabat: Nihil crudelius miſericordiâ; nihil benignius iuſtitiâ; cùm ſcilicet illa importunè, iſta opportunè exercetur.

20. Quàm verò ſibi ſalutare diuinæ iuſtitiæ ſupplicium, quod peccarit, expertus fuerit Dauid, ipſemet hoc verſu declarat: *Virga tua & baculus tuus, ipſamet conſolata ſunt.* Pſal. 22. *In vtroque*

Pſal. 22. *Deo exprimitur ſupplicium & quidem paternum, dulcéque.* Bacillo, quo tremulus ſuſtentat artus, ſenex

Blandum, paternum, ſalubre Deus infert pater filium percutit. Quid quæſo ſeqnius? *Virgam deinde (explicat S. Gregor. Nyſſen.) verberantem ſponte ſuâ recipit Dauid; imitatur ſiliceum ſaxum illud, de quo ait: Percuſſit ſaxum, & aquæ fluxerunt.* Pſal.

peccatori ſupplicium. D. Gregor. Nyſſ. Pſal. 77. 77. homil. 12. in Cant. Percutit ergo miſericors Deus ſaxeum cor peccatoris non quidem malleo, ſed virga tenui & flexibili; vt nimirum de illo ſic percuſſo ebulliant aquæ lacrymarum, mélque noſtræ pœnitentiæ, & diuinæ gratiæ vberrimi effluat. Virgam quoque dicit, qua nunquam magiſter pueros non tam puniat, quàm erudiat, iuxta illud: *Ego erudiтor omnium eorum.* Oſeæ 5. Erudi-

Oſeæ. Deus caſtigando erudit, docétque. tionem vocat ipſam caſtigationem: caſtigat enim Dominus vt erudiat, doceat, inſtruat: nec aliâ lectione melius, quam ſupplicio, ſtultus cùm peccauit, eruditur, & ſapientiam, virtutémque edocetur. Metu enim inſipiens, amore ſapiens eruditur. Hoc ipſum elegantius adhuc Dominus ipſe ſignificauit de ſe ſuoque in terras aduentu conteſtatus. *Ignem veni mittere in terram.* Luc. 12. Ni-

Luc. 12. S. Hieron. Puniendo purificat nos Deus eſſ. ... mirum (vt exponit S. Hieron.) *Deus ignem mittit; qui cùm terrorem peccatoribus inferat atque ſupplicia, tamen ſplendore rutilat & lumine, ac fulgore eſt plenus: ideirco nos excoquens vt puris ac purgatis tribuat lumina.* in cap. 1. Ezech. Sed quid eſt quòd de vxore Bala, quæ profectò inceſtum videretur ſponte admiſiſſe; ſimpliciter enim ſcribitur: *Abiit*

Geneſ. 35. *& dormiuit cum Bala concubina patris ſui.* Geneſ. 35. vbi de vi ad ſtuprum nulla fit mentio, nihil omninò Iacob aut iratus aut dolens dicit? Dat quidem veniam infirmiori ſexui: de quo rectè S. Epi-

S. Epiphan. Mulier infirma, facile decipi, parúmque intelligens. phanius: *Muliebre (inquit) genus lubricum eſt, erroneúmque, atque intellectu humili præditum.* lib. 3. hæreſ. 79. Nouerint igitur ſuam fœminæ imbecillitatem, caueántque diligenter ab omni occaſione ruinæ. Arguitur ergo Ruben quia malus & impudens: Bala non commemoratur, quia fragilis & inconſtans atque inſipiens. Ideircò ſæpius contigit, vt in eodem flagitio complices vir & fœmina: ille ſubitò pereat, iſta relinquatur ad veniam. Introiens adoleſcens ad amicam repentè (ſic audire memini me aliquando) è ſuperliminari aditus cameræ ſuſpenſus periit: & fœminæ tamen ad flagitium inſtructæ pariter. In ipſo libidinis actu capitur (certò rem ego noui) infelix

Frequentiùs luxuria in viro, quàm in fœmina ... punitur. iuuenis: & viuit tamen mulier vt ad confeſſionem pœnitens confugiat. Sic videmus, quotidie diuinam vindictam frequentiùs grauiúſque in ipſos nebulones, quàm in ipſas lupas deſæuire.

21. Aliter dictum illud: *Non creſcas*: à viris doctis explicari video. Non creſces: id eſt, neque nomine, neque dignitate aut prærogatiuâ aliquâ inter fratres excelles. Digna quidem tam immani flagitio pœna. Indigni quippe ſunt, qui vel ho-

Luxurioſus nomine, ſamâque ... dignus apud homines. norentur, vel etiam nominentur inter homines, qui humanam excellentiam libidinoſa turpitudine commacularunt. Certè hoc vitium nominari apud homines indignum iudicauit Apoſtolus: *Fornicatio aut immunditia nec nominetur in vobis:*

ad Epheſ. 5. ad Epheſ. 5. Quòd idem eſt atque, fornicarij & immundi nomine careant apud vos. Vſque adeò execranda eſt fornicatio, vt ne nominari quidem maximè inter Chriſtianos debeat: adeò ſunt abominabiles fornicarij, vt prorſus indigni habeantur, quorum nomina mortales vllo vnquam tempore nouerint, atque vſurpent. Ideircò nec Matth. Euangeliſta in genealogia Saluatoris matrem Salomonis, quia fuerat adultera; nec veteris teſtamenti diuinus autor ex ea priorem natu filium, vtpote ſuſceptum ex adulterio; cenſuerunt propriis nominibus appellandos. Ille ſiquidẽ ſcripſit:

Ex

Ex ea, quæ fuit Vriæ. cap. 1. Hic mortuum puerum tradens, innominatum tamen reliquit. 2. Reg. 12. Quid quod Moyſes, cùm è vita diſceſſurus ſingulis Iſraëlitarum tribubus ſingulas benedictiones impertiret, Simeonis tamen tribum & nomine & benedictione indignam iudicauit? Eam ſcilicet ob cauſam, (vt credere par eſt) eò quòd princeps de tribu Simeonis cæco libidinis impetu, omniſque abiecto pudore, ad ſcortum Madianitidem ſpectante populo, ingreſſus eſt. Numer. 25. Taceatur igitur etiam tribus, quam quidam, cuius etiam quia indignum & infauſtum ſiletur nomen tam fœdo ſui flagitij ſpectaculo dedecorauit, infamémque ad omnes poſterorum ætates reddidit.

2. Reg. 12.
Foœus luxuriæ ſuæ totam ſuam tribũ dedecorauit.
Num. 25.

22. Contra verò de viris caſtimoniâ præcellẽtibus eunuchorũ typo ſignificatis dicit Dominus per Iſaiam: *Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum & nomen melius à filiis & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.* cap. 6. Adeò gratum dulcéque viri caſti nomen eſt, vt nullâ hominum poſſit vnquam ſepeliri obliuione. Viget, viretque illius memoria; vigebit virebitque, nec vllæ humanæ inuidiæ, ac malignitatis æſtu marceſcet: quod in virga illa Aaronis ad tabernaculum Domini floreſcente ſignificari arbitratur Abulenſ. *Decebat, vt teneritudo floris & caſtitas ſacerdotalis nunquam marceſceret:* Sic ille, ad cap. 17. Numer. Illuſtre quidem corporis indumentum pariter & ornamentum caſtitas: dedecus verò ac deformitas luxuries. *Corpus enim* (dicit Apoſtolus) *non fornicationi, ſed Domino, & Dominus corpori.* 1. Cor. 6. Sibi videlicet noſtrum corpus in templum, in habitaculum, in ſacrarium, in regiam ſedem Deus omnipotens conſtituit. Quid ergo dedecoras, lutóque deturpas ipſius Dei conſtructionem? Sed audi egregiam S. Chryſ. commentationem ad eundem locum. *Non propterea formatum eſt corpus, vt tu luxurioſus ſis, ſed vt Chriſtum ſequaris tanquam caput, & Dominus corpori ſuperponatur. Erubeſcamus ergo, & horreamus, quòd tanto dignati honore, vt illius qui in cœlis eſt, efficiamur membra, tantorum malorum non pudeat.* homil. 17. in 1. Cor.

Iſai. 6.
Caſti viri nomen & fama viuit viuetque ſemper.
Abul.
Pulchrum ornamentũ caſtitas.
Num. 17.
1. Cor. 6.
S. Chryſ.
In Dei honorem corpus caſtitate ſeruatur.

23. At quid tam difficile, támque laborioſum, quàm vt in corpore fictili ac luteo puritas conſeruetur? Iccircò Apoſtolus adiungit: *Deus verò & Dominum ſuſcitauit, & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam.* 1. Cor. 6. Vbi etiam idem Chryſoſt. *Valde opportunè hoc loco meminit reſurrectionis; & eius ſpe vehementiam incontinentiæ comprimens: quaſi dicat; Luxurioſus fuiſti; & quis finis? Nullus, quam corruptio tantùm. Continuiſti et Chriſto; quis finis? Futura reſurrectio.* ibid. O quantum ſolatur in afflictionibus, quantum roborat in periculis, quæ nobis à Deo promittitur, glorioſa reſurrectio! O quantam corporis exigit munditiem & ſanctitatem illius futura reſurrectio! Tam pura membra, tam purum decent amictum. Quæ verò dementia eſt luto ac ſordibus immergi corpus, quod puriſſimæ ac pretioſiſſimæ reſurrectioni efformatum à Deo eſt? Quid quod etiam hæc ipſa, quam in terris viuimus, vita, vt dignior ſpecioſiórque ſit, ac ſubinde ad perfectionem in æternitatem expeditior, à nobis exigit caſtitatem? Pulchrè ſiquidem ſcribit S. Auguſt. *Hæc vita de nobis exigit continentiam, vt etiam cum labore & luctamine ingemiſcentes grauati, & habitaculum noſtrum, quod de cœlo eſt, ſuperinduì cupientes, à ſecularibus delectationibus temperemus.* In Pſal. 110.

1. Cor. 6.
Caſtũ corpus ſeruandum propter reſurrectionem.
D. Chryſ.
Spes reſurrectionis ſolatur & roborat.
Vita, quæ in æternitatem tendit, exigit à nobis caſtitatem.
S. Auguſt.

24. *Aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius.*] Hebr. miram habet emphaſim: *Tùnc fœdaſti; ſtratum meum aſcendit.* Me ſcilicet (inquit Iacob) patrem tuum, totamque meam proſapiam maculaſti, cùm patris thorum aſcendiſti, & nouercam, quæ loco matris tibi eſſe debuit, violaſti. Deinde à Ruben ad filios ſermonem conuertens ait admirabundus: *Stratum meum aſcendit.* Tam audax, tam impius, tam cæcus, tam demens fuit, vt thalamum meum non fuerit veritus inceſtare. Verbum verbo ita reddit Pagnin. *Quia aſcendiſti cubilia patris tui, tunc polluiſti ſtratum meum Aſcendit.* Quo quidem ordine magis exprimitur illa emphaſis, quam adnotauimus. Verbo enim, *Aſcendit*, nihil adiicit indignabundus, velut propter indignitatem facinoris obmuteſcens. Nec enim patri & marito paria occurrunt verba, quibus inceſtus filij explicari poſſit. Vertunt alij: *Tùnc polluiſti. Stratum meum defecit*, vel *exciſum fuit.* quo ſignificat Iacob in poſterum ſe abſtinuiſſe à coniugali commercio Balæ: vti etiam Dauid abſtinuit à concubinis congreſſu Abſalonis fœdè violatis. 2. Reg. 20.

Pagnin.
Exprimi nõ poteſt verbis inceſtus turpitudo.
2. Reg. 20.

25. Non omiſerim quæ tanta fuerit huius viri ſanctiſſimi & prudentiſſimi modeſtia: cùm enim ſenes & maximè indignabundi conſueuerint aut præ laſciuia, aut præ iracundia inconſideratè atque indecorè loqui: Iacob tamen in tam turpi flagitio, támque graui dolore ſic prudenter, ſanctéque loquitur, vt modeſtiſſimâ verborum circumlocutione, aſcendendi in cubile, ſtratúmque polluendi ad exprimendum infandæ turpitudinis delictum vtatur. Hinc egregium datur omnibus documentum, vt ſicut in facto, ſic in verbo debita obſeruetur modeſtia. Conſideratè quidem vrbanéque & cum omni decore, loquendum eſt. Nam (vti animaduertit S. Ambr.) *Speculum mentis plerumque in verbis refulget. Ipſum ergò vocis ſonum libret modeſtia.* lib. 1. de offic. cap. 18. Libram neceſſe eſt habeat modeſtia; vt verba, quæ dicturi ſumus, priùs Chriſtianæ grauitatis pondere iuxta dicentis & audientis conditionem expendantur. Nam quid quæſo magis indecorum & abſurdum, quàm ſenex qui per ætatem, rerúmque experientiam, imò (quod amplius eſt) mortis viciniam omnis virtutis exemplar eſſe debuit, cum iunioribus inuerecundè loqui, & quod re ipſa iam per ætatem non poteſt, lingua tamen laſciuire non vereatur? Speculum mentis eſt ſermo: & quam in affectu turpitudinem mens habet, palàm prodit & effutit lingua laſciuiens. Quod enim mutuò conſonent mens & lingua, videtur illa ratio Clem. Alex. conuincere. *Cùm verba omnia à cogitatione & moribus emanent, fieri non poteſt, vt verba aliqua emittantur ridicula, quæ non procedant à moribus ridiculis. Arbor mala non facit bonos fructus.* Matth. 7. *Sermo enim fructus eſt cogitationis.* 2. pædag. cap. 5. Benè quidem. Fœtida intùs lacuna exundat in linguam: Auernúſque in præcordiis tetram per verba exhalat mephytim.

Senile vitiũ laſciuia & immodeſtia in verbis.
S. Ambr.
Seruanda in facto & in verbo modeſtia.
Senex inuerecundè loquens ſcandalo eſt iunioribus.
Sermo prodit quod in affectu mẽs habet.
Clem. Alex.
Vbi verba ridicula, & mores ridiculi.
Matth. 7.

26. Mirum in modum enitebat in verbis ſanctæ illius animæ puritas, quam cœleſtis ſponſus egregiâ quadam candoris & puritatis ſimilitudine expreſſam celebrauit: *Dentes tui ſicut grex tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro.* Cant. 4. Per dentes potiora locutionis inſtrumenta ſignificari verba nemo dubitat. Sed quid per greges tonſarum? explicat Theodoret. *Arbitror per tonſarum greges indicari eos, qui per baptiſmum rociſi peccatis, & lauacro aquæ in verbo mundati ſunt. Sic enim puris dentibus extitiſti, vt eorum videantur ſimiles, qui recens ſalutari baptiſmate digni ſunt habiti.* O admirabilem

Cant. 4.
Mira ſermonis puritas in viris ſanctis.
Theod.

A rabilem dentium candorem! ô incredibilem puritatem! Nec enim in ipſa rerum natura munditiæs vlla, candúrque conferri poteſt cum puritate animæ vnius infantuli recens baptizati. *Dentes igitur puri* (colligit Theodoret.) *iocis, ſcurrilitate, verborúmque obſcœnitate mundi atque integri ſunt.* ibid. Itaque verum illud eſt: vt quiſque viuit, ita & loquitur. Et peregregiè dixit S.Auguſt. *Quid velit cor, lingua teſtatur.* in Pſal.93.

Theod.
Vita & lingua cohærent.
S.Auguſt.

27. Porrò autem non omittam in ſummam redigere quæ multa & præclara ſancti Patres, doctoréſque ſuper hunc locum dicunt in ſenſu myſtico. Ac Procopius quidem in Ruben primogenito Iacob populum Iudaicum, in Bala Synagogam intelligit. *Ruben* (inquiens) *inceſtauit Balam. Primogenitus populus, qui profanationis exponitur filius Iudæorum ſynagogam inceſtu fœdauit, quæ nuncupatur Bala, id eſt, antiquata. Nam rugis deturpata eſt.* B Pulchram Deus ex Hebræo populo ſibi ſponſam inſtituit, illámque fide, oraculis, Patriarchis, Prophetis, ſcripturis, lege, templo, ſacerdotio, cæremoniis, regnóque & Rep. florentiſſimis exornauit: at illam Ruben Iudaicus populus omnium penè vitiorum ſordibus deturpauit. Quid ergo? Quod Iacob fecit: ſtratum meum exciſum eſt. Illam ſic pollutam à ſe Dominus ablegauit. *Relinquetur* (inquit ipſe) *domus veſtra deſerta.* Matth.23. Et Daniel. *Non erit populus eius, qui eum negaturus eſt.* cap.9. Illa verò prorſus expolia Dominus Eccleſiam ſine macula & ruga puram, nitentem, C virginémque ſuo ſanguine ablotam, ſua gratia ornatam, ſuis locupletatam meritis, ſuo nomine inſignitam ex gentibus Chriſtianam ſcilicet coaptauit. Cuius nimirum populus ita nouitate morum vitæque conſpicuus apparuit, vt de illo cecinerit regios vates. *Populus, qui creabitur, laudabit Dominum.* Pſal.101. *Chriſtianus vtique* (declarat S.Hieron.) *qui prius peccatis mortuus, in Domino eſt recreatus.* Conſonat illud Apoſtoli: *Si qua in Chriſto noua creatura: vetera tranſierunt. Ecce facta ſunt omnia noua.* 2.Cor.5. *Hic ergo populus* (inquit S. Baſil.) *& vetera & noua edoctus conuenientem Deo hymnum affert.* ad Pſal.101. Et quænam illa noua creatura? *Qui fidem* (declarat S.Chryſ.) *Chriſti amplexus eſt, ad alterum opificij genus venit. Etenim supernè per Spiritum genitus eſt. Ac proinde* D *hoc etiam nomine par eſt, vt ipſi viuamus, quia ad alteram vitam conceſſimus.* homil.11. in 2.Cor. Nouus populus nouiter creatus, noua Dei creatura dicitur gens Chriſtiana, quæ cum nata ſit in hoc mundo, non tamen eſt de hoc mundo, iuxta illud Domini: *Vos de hoc mundo non eſtis.* Ioann.15. Quæ cum in terris viuat, non tamen in terris habitat, ſed peregrinatur, & eſt alterius vitæ, *Quæ abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.* ad Coloſſ.3.

Procop.
Iudæi ſuam ſæ larunt ſynagogam.
Matth.23.
Dan.9.
Pſal.101.
Chriſtiani noua creatura ad cœlum pertinens.
D.Hieron.
2.Cor.5.
S.Baſil.
S.Chryſoſt.
Ioann.15.
Coloſ.3.

28. S.Ambr. prædicti exiſtimat ſacrilegam impietatem Iudaici populi per Ruben ſignificari, quam aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius commiſit. *Qui* (inquit) *cubile patris, & thorum polluit ſanctum, hoc eſt, carnem Domini IESV Conditoris noſtri patibulo affigens Crucis, in qua ve-* E *lut in quodam cubili, & patrio thoro ſancti eius ſalutari reſurrectione quieſcunt.* lib. de bened. cap.2. Pertinet etiam hæc exprobratio ad Luciferum, & Adamum. Vterque cubile patris, hoc eſt, honorem Dei Creatoris violauit: ac proindè effuſus eſt; ille de cœlo, iſte de paradiſo terreſtri deiectus. Significantur deinde hæretici, qui verbum Dei ſibi arrogantes; quaſi de primogenitura Spiritus & doctrinæ gloriantur: & quia patris lectum, id eſt, Eccleſiam, ſimpliciúmque animas falſis & vanis

S.Ambr.
Caro Chriſti cubile Dei, & thorus ſanctorum.
Hæretici deturpant Eccleſiam.

A doctrinis commaculant, iure optimo diuinis & Eccleſiaſticis maledictionibus feriuntur. Denique mali prælati, velut in familia Chriſtiana progeniti diffluunt, & effunduntur ſicut aqua in lutum, rerum ſcilicet terrenarum amorem: atque adeò cubile Dei, hoc eſt, Eccleſiam ſuo malo exemplo dehoneſtant; & Eccleſiaſticæ dignitatis faſtigium deterioris vitæ moribus fœdare non erubeſcunt.

Mali prælati dehoneſtant Eccleſiam.

29. In hoc etiam ſenſu ij perſtringuntur de numero fidelium, & de Eccleſia Chriſti, quorum vita fidei contradicit: *confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant, cùm ſint abominati, & ad omne opus bonum reprobi.* Tit. cap.1. filios ſe Chriſti, in quem verè credunt, eſſe gloriantur: & non B verentur tamen patris ſui cubile, Chriſti Eccleſiam, proximos ſuos turpioris vitæ ſcandalis deturpare. Contra huiuſmodi Rubenitas (nomen hoc illis egregiè conuenit) ſuam illam de conuiuio, ad quod malè quis amictus ſubintrauit, Dominus parabolam diſtinxit. Igitur cùm iam conuiuæ accumberent ad epulum illud nuptiale, *Intrauit* (ſcribitur) *Rex vt videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali.* Matth.22. *Videlicet* (vti expendit S. Cyrill. Hieroſol.) *circuniens ſingulos, & circumſpiciens* (*curabat enim non quomodo comedebant, ſed quomodo eſſent ornati*) *vidit hominem.* præfat. ad Catecheſ. Non ſatis Domino eſt, quod in filios Eccleſia viuamus, illius fidei, & ſacramentorum menſæ accumbamus: ſed C ſeueriſſimè diſquirit exigítque de habitu, de amictu, quem tam regale conuiuium, aoláque ipſa & menſa poſtulat. Fidei conſonam à nobis vitam expoſcit. At (quæ vel impudentia vel dementia hominis eſt) intrauit ille, imò & cum cæteris pariter accubuit non habens veſtem nuptialem. *Scilicet* (vti animaduertit idem Cyrill.) *non capiens veſtem decoram ingreſſus accubuit, & comedit.* ibid. Dixiſſet ille neſciuiſſe de veſte nuptiali, quâ oporteret indui ad conuiuium. Sed ſtultè dictum: *Oportebat enim* (adiungit [illegible]) *ipſum, cùm videret omnes ſplendidè veſtitos, eiuſcemodi quoque capere amictum. Verùm ille cibum quidem vnà cum aliis ſumebat æqualem, inæqualem autem ornatum & propoſitum habebat.* ibid. Homo inuerecundus iuxta & D ſtolidus, vbi aulam intrauit, oculos in menſam, in epulas iniecit; de veſtitu diſcumbentium non curauit. Gloriamur miſeri de fide, de Eccleſia Chriſtiana: at de bonis operibus, de virtutum ornatu, de gratiæ amictu, quo ſancti & iuſti viri effulgent, nihil curamus, noſtrarum ſordium turpi exemplo ſanctos offendimus. Splendido ſanctitatis exemplo in Chriſti amicis nec inſtrui volumus, nec ſuffundi.

ad Tit.1.
Mali moribus Chriſtiani Eccleſiam infamant.
Matth.22.
Non ſatis eſt fides, ſed inſuper operatio bona eſt neceſſaria.
S.Cyr.Hie.
Stultus & inuerecundus, qui inter bonos malus verſatur.
Impudens qui fretus fide non curat de bonis operibus.

30. Rex igitur ſeuerè, ſed meritò tamen inuectus. *Quomodo* (inquit) *huc intraſti, non habens veſtem nuptialem?* ibid. Videlicet (expendit idem Cyrill.) *quo colore? quâ ſcientiâ? Ignorabas quali amictu ingrediendum eſſet ad conuiuium? Sit ita ſanè. Sed cùm iam intraueras, vidiſti ſplendida diſcumbentium* E *veſtimenta, nónne te oportuit, vel ex his, quæ videbas, diſcere?* ibid. Profectò nullus noſtrum iuſtam habet excuſationem de peccatis ſuis. Fide ſiquidem edocti ſcimus neceſſe omninò eſſe ad Dei conuiuium cum ornatu & amictu nuptiali accedere; deinde ad ſumendum huiuſmodi ornatum innumerabilium, qui ſplendidè veſtiunt, iuſtorum exemplo incitamur. Ideircò deterior habetur, qui bonos inter malus eſt, quàm qui procul à conſortio & exemplo bonorum vel à prauo ingenio, vel à ſuggeſtione maligni ſpiritus efficitur malus.

Non moueri bonorum exemplis ſumma ſtultitia, & impudentia.
D.Cyrill. Hieroſ.
Peſſimus, qui inter bonos malus eſt.

At

A At quo tandem ſupplicio dignum illum Rex iudicauit, quem in ſuo conuiuio indecorè amictum comprehendit? *Ligato* (inquit idem Cyrill.) *dicit Dominus pedes illius confidenter intrantis: ligate & manus ipſius, quæ ſplendido illum neſcierunt ornare veſtitu, & proiicite illum in tenebras exteriores; indignus eſt enim qui ſponſales lampades ferat.* ibidem. Triplici nimirum pœna mulctatur impudens homo: *Ligatis* (dicit Dominus) *manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores.* Matth.22. Ligentur igitur homini pedes, qui temerario greſſu irruerunt in tam ſplendidam illam Regis aulam; propria ſiquidem apud inferos pœna ſeruatur pedibus, qui malè in terra ambularunt. Vinciantur manus, quæ cùm ad amiciendum & ornandum decorâ veſte corpus inſeruire debuerant, turpi tamen otio elanguerunt. Quæ in vita ligatæ ad benè operandum manus fuerunt, ligatæ poſtmodum erunt in inferno ad pœnam ſempiternam. Meritò quidem tollitur manibus facultas ad operandum, quæ facultatem ad rectè agendum non exercuerunt. Quin etiam iis, qui vitæ nimis indulgent, nec illam benè operando vel tantulum fatigant, eandem ſæpiùs præcidit omnipotens. *Nemo* (inquit Dominus) *accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum, vt luceat omnibus, qui in domo ſunt.* Matth.5. Dic obſecro, domum ſubintrans, & latentem ſub modio lucernam intuitus, quid facies? planè abditum lumen, prorſúſque otioſum, nec foràs erumpens, nec domum illuſtrans, ſufflando extingues. Vitam profectò abſconditam, nõ in bonas actiones erumpentem; ſed nimiâ vndique indulgentiâ, & ſolicitudine, ne mali quicquam incurrat, communitam, iure optimo tanquam otioſam & ſuperuacaneam conditor ipſe, rectórque omnium Deus, ſpiritu oris ſui extinguet, contra verò illam, quæ ſuper candelabrum poſita collucet, bonísque exercetur actionibus; & conſeruabit, & in longos annos producet. Diu viuit vtpote dignus vita, qui vitæ propter Deum non parcit, non indulget: præpropere moritur, qui nimium de vita ſolicitus; illam, ne propter Deum quidem vlli vel incommodo, vel iniuriæ putat exponendam.

D.Cyrill. *Grauis in inferno pœna pedibus, qui malè ambularũt, ſeruatur.*

Matth.22.

Manibus ad bonum otioſis pœna in inferno ſeruatur.

Matth.5. *Vitam otioſam, vti ſuperfluã Deus præcidit.*

Vitam benè exercitã & pro Deo expoſitã Deus producit.

31. Arbitror accolentis illis verbis Iacob vehemẽter increpari Ruben flagitium, quia ex ſumma ingratitudine: *Aſcendiſti cubile patris tui.* Videlicet illum ipſum, qui te genuit, offendiſti, dedecoraſti. Patri filius & hoſtis, & proditor! ó facinus indigniſſimum! At multò adhuc indignior erga Deum noſtra ingratitudo. Hanc ſæpenumerò Iudæis exprobrare Dominus legitur. Ad illorum Rempub. gentémque nomine adulteræ ſic per Hieremiam: *Recordatus ſum tui miſerans adoleſcentiam tuam, & caritatem deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in deſerto.* cap.2. *Adoleſcentiam* (occurrit Theodor.) *vocauit initium vocationis Iudæorum, dilectionem perfectionis tuæ* (ita legit) *ironicè poſuit. Non enim vnquam Iudæi perfectam dilectionem habuerunt erga benefactorem.* At dices: Annon populus Dei, illiúſque ex omnibus terræ nationibus peculium, hæreditas, Eccleſia: in quibus vera Dei fides? reſpondet Dauid: *Dilexerunt eum in ore ſuo, & linguâ ſuâ mentiti ſunt ei: Cor autem eorum non erat rectum.* Pſal.77. *Nimirum* (vti exponit S. Auguſt.) *aliud Dominus in lingua eorum, aliud in corde eorum inueniebat. Generatio praua & amaricans etiam cùm Deum quærere videretur, diligẽs in ore, & in lingua mentiens.* ibid. Quid ergo ingratis fiet? Non erescas, dictum eſt ingrato & impio filio: & ingratus Iudæorum populus, Dei beneficiis, vitâque ipſa priuatur: audi Prophetam

Summa erga Deum ingratitudo Iudæorum. Hierem.2.

Theod.

Pſal.77. S.Auguſt. *Iudæi ore diligebant Deum, corde mentiebantur.*

Ben.Fernand.in Geneſ.tom.3.

A cum Deo agentem. *Quare via impiorum proſperatur, benè eſt omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt? Plantaſti eos, & radicem miſerũt: proficiunt, & faciunt fructum: prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorũ.* Hierem.12. Pleni quidem diuinis beneficiis Deum tamen benefactorem etiam à memoria & cogitatu expulerunt. Sed quæ pœna ingratis dabitur? *Congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis.* ibid. Occide illos Domine, quia ingratos, ſanctifica illos perimendo: quia nihil impij & bonum & ſanctum agunt niſi quod moriantur, quòd pereant exciſi à terra, & à vita, & à commercio hominum, vtpote bonis omnibus indigni propter ſuã ingratitudinẽ. Planè dies feſtus, ſanctáque ſolẽnitas eſt, cùm malos quis moritur, B terra lætatur, quia & ſordibus deputatur, & contagio, peſtéque leuatur: infernus captâ prædâ triumphat, & grãdi ſtrue adiectâ nouis incẽdiis tartarea fornax geſtire quodãmodo exultaréque videtur.

Hier.12. *Ingrati vitã priuantur.*

Dies feſtus, cùm moritur impius.

32. S.Hier. locum intelligit de hæreticis. *Nullum* (inquit propheta) *ſcandalum eſt quod hæretici pro tempore floreant. Licet enim proficiant, nõ tamen parua eſt conſolatio, quòd quaſi pecora ſaginantur ad victimam. Congrega eos in ſua conciliabula, vt quaſi victima cadantur in mortem, & tunc ſanctificentur cum Eccleſiaſtico fuerint mucrone iugulati. Interfectio enim hæreticorum ſalus eorum eſt, qui decepti ſunt.* Quàm verò facilè, tam pulchrè aptari poteſt hic locus Prophetæ, & hæc ſancti Doctoris interpretatio ad publicum & percelebre theatrũ fidei, in quod C à ſanctæ Inquiſitionis ſacroſancto tribunali educuntur hæretici, apoſtatæ, atque apud nos de Iudaiſmo conuicti, quorum publicum & iuſtum ſupplicium, damnatióque fidelibus Chriſtianis proculdubiò (ſi ſpectetur apparatus, pompa, multitudo mortalium, & zelus maxime Chriſtianæ religionis) feſtum eſt quàm celeberrimum; quippe in quo vera & Catholica Romana Chriſti fides, Eccleſiáque de impietate, déque impiis & ſacrilegis, hoſtibus omnium ſuis, triumphare videatur. Legunt alij cum Theod. pro voce illa Hieremiæ, *ſanctifica eos; ſegrega eos.* Vtique ingratos Deus ſegregat, à vita, & à bonis, quæ in vita poſſident, tãquã indignos, qui viuant, ingrati Deo, atque illius beneficiis abutentes. Igitur ſemper gratias habea- D mus tam magnifico noſtri omnium benefactori. Solennis erat conſuetudo apud antiquos Patres, quibus nihil erat potius, quàm vt Deo ſuo pro acceptis beneficiis gratos ſe præſtarent, vt canticũ egregiè de bonis ac donis Dei contextum proferrent, atque in omnem deinde poſteritatem pro digna ſui benefactoris laudatione relinquerẽt celebrãdum: ſic Moyſen, Mariam, filióſque Iſraël, ſic Debboram, ſic Danielem & ſocios, & alios in veteri teſtamento: ſic in nouo Virginem beatiſſimã Dei matrem, Zachariam, Simeonem feciſſe legimus. *Monimentum itaque* (ait Chryſ.) *beneficij canticum Deo offerebant. Idem tu fac, ne ſis accepti beneficij immemor, & ingratus in benefactorem; ſed fac monimentum eius beneficij & pro gratiarũ actione ei dedica* E *canticum.* in Pſ.12. Optima ſanè viri iuſti exercitatio in gratiarũ actione Deo pro acceptis beneficiis. Laudãdus à nobis noſtri tam magnificus Dominus, tam pius & clemẽs pater: pulchrum ac feſtiuũ in illius laudẽ, honorémque à nobis in gratiarum actionem conſtruendũ crebiò debet eſſe, ac celebrandum canticũ. *At non potes* (adiungit S Chryſoſt.) *ipſe fortè componere canticum. Conuoca igitur pauperes, eorum linguas commodatò accipe, & tibi eas compara. Scias Deum libentiùs ad auditurum, quàm Dauidicum canticum, quod illi pro te cantauerint.* ibid.

S.Hieron. *Feſtum, cùm hæretici puniuntur.*

Theatrum damnatorũ à ſancta Inquiſitione inter Chriſtianos celeberrimum.

Ingrati priuantur bonis & vitâ.

S.Chryſoſt. *Laudandus iugiter pro acceptis beneficiis Deus.*

D.Chryſ. *Pro gratiarum Deo actione educendi pauperes.*

A Dictum egregiè. Sunt quidem pauperes regij ſacrarij, aulæque cantores, atque ob iſtud muneris ad valuas templorum, vbi cœleſtis Imperator reſidet, frequenter adſiſtunt; ſubintrantibus templa conducendi ad ſacras precationes, pias orationes, Deique laudes: quorum ſcilicet voces ita ſunt dulces Deo cantus, vt illorum etiam ad canendum inſtructio, ipſa præmeditatio, ipſum murmur muſſitantium, & vocularum præexercitatio, quibus quidem omnibus nihil ſolet eſſe faſtidioſius, à Deo gratiſſimè expectentur, & ſuauiſſimè audiantur; vt vates ipſe pſaltéſque Regius conteſtatur: *Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Pſalm. 9. Denique in ſenſu myſtico plura de prophetia Ruben à Patribus, & doctoribus explicantur: quæ appoſuimus ad noſtram commemorationem ſint ſatis.

Pauperes ad valuas templorum Dei cantores.

Gratiſſimus Deo cantus ex pauperũ vocibus.

Pſal. 9.

Prophetia ſiue benedictio Moyſis de Ruben.

Viuat Ruben, & non moriatur, & ſit paruus in numero, Deuter. 33.

33. Poteſt illa negatio extendi, vt plures volunt, hoc ſenſu: viuat Ruben, & non moriatur; & non ſit paruus in numero. Quare licèt Iacob in prophetia, vel maledictione Ruben paruum illi poſterorum numerum aſſignauerit: poſteà tamen C Moyſes Dei iuſſu numeroſam illi prolẽ prædixit in præmium ſcilicet fraterni amoris, quem in liberando Ioſeph de barbara crudelitate fratrum demonſtrauit. Tam gratus quidem eſt Deo fratrũ amor, támque accepta innocentis liberatio! Proh quantum prodeſt benefacere! Sed audi Theodor. *Moyſes benedicens Ruben ſoluit paternam maledictionem, opponens fraternum amorem ſceleri in patrem admiſſo. Poterat enim tanquam legiſlator maledictionem in benedictionem commutare. Viuat Ruben, & non moriatur, & ſit multus in numero.* q. 44. in Deuter. Fuit igitur prophetia illa Iacob conditionata: Niſi Deus nouo poſtmodum decreto illam impediret: vt de facto per Moyſen impediuit in gratiam videlicet illius operis ex fraterna caritate.

Multũ prodeſt beneſacere.

Theod.

Fraterna caritas Deo gratiſſima.

D 34. Sic Dominus per Iſaiam, poſtquàm Hebræos extremi ſupplicij cõminatione perterruit, eos ad opera miſericordiæ, & caritatis exhortatur; quibus nimirum fieret diuinæ ſententiæ commutatio. *Diſcite* (inquit) *bene facere: ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam: & venite, & arguite me, dicit Dominus.* cap. 1. *videlicet, ſi non reddidero præmia, quæ pollicitus ſum.* declarat ibi S. Hieron. Ergo non pœnitentiæ opera, non aliarum virtutum exercitamenta, quæ magni ſunt pretij, Dominus illis peccatoribus commendat: ſolùm ad opera miſericordiæ illos inuitat, quibus & veniã peccatorum & præmium æternæ vitæ pollicetur. Pulchrè verba Domini expendens S. Gregor. ait: *Apertè Dominus inſinuat quantam bonis actibus fiduciam præſtat ac ſi patenter dicat: Recta agite, & animaduerſionis meæ motibus non iam per deprecationis gemitum, ſed per fiduciam autoritatis obuiate.* lib. 9. de Moral. cap. 20. Certè Iacob (vt ſuo loco vidimus,) poſtquàm diuinâ potitus viſione ſcalam in cœlum vſque ſpectauit erectam: vtrique ſymbolum recti, verique itineris in Dei gloriam, nihil potius priúſque curauit, quàm vt illicò exurgens ſublatum ab humo lapidem, Chriſti Domini typum, ſupereffuſo oleo perungeret. Geneſ. 28.

Iſai. 1.

D. Hieron.

Opera miſericordiæ mirum vim habent cum Deo.

D. Gregor.

E

Cõmendantur opera miſericordiæ.

Gen. 28.

A Quorſum iſtud? *In pauperes* (inquit S. Ambr.) *miſericordia fundit vnguentum.* lib. de Iacob. 2. cap. 5. Petra ſcilicet Chriſtum ſignificat, iuxta illud Apoſtoli: *Petra autem erat Chriſtus* 1. Cor. 10. Et quidem Chriſtus perungitur oleo, Chriſtus ſibi datum prædicat, quod vir miſericors pauperibus impendit. *Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Matth. 25. optimè S. P. Chryſol. *Manus pauperis Abrahæ ſinus eſt, vbi quicquid pauper accepit, mox reponit. Theſaurus cœli; quod ſuſcipit ne in terra pereat, reponit in cœlum. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo.* Matth. 6. *Eſt gazophylacium Chriſti, quia quicquid pauper accipit, Chriſtus acceptat. Da ergo homo pauperi terram, vt accipias cœlum.* ſerm. 8.

S. Ambr.

1. Cor. 10.

Matth. 25.

Manus pauperis ſinus Abrahæ.

S. P. Chryſ.

Matth. 6.

Commendatur eleemoſyna.

B 35. O ſi peccator vim eleemoſynæ, ac miſericordiæ in pauperes expenderet, quàm facile, certúmque ſibi patrocinium erga ſupremum iudicem & vindicem compararet! Quamobrem (dixit cuidam inſigni peccatori Daniel Propheta) *conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum.* Dan. 4. Propheticæ ſententiæ conſonat illud S. P. Chryſ. *Sine cauſa accuſant, quem pauper excuſat. Beatus qui fœnerando pauperi ipſum ſibi iudicem præſtitit debitorem.* ſerm. 54. Quanta peccatoris fiducia, cùm ſiſtitur ante iudicis ſupremi tribunal; cùm & patronos habeat qui rogent, qui interpellent, qui caueant: & iudicem, qui reo ſit debitor, & creditori cauſam dicat, & abſoluendo reum, ſeipſe pariter reddendo ſoluat ab onere debitoris. Magna C quidem felicitas diuitis, qui ſuo poſſit nummo propria expiare delicta, *dando nummum accipere regnum, tribuendo micam* (vt inquit idem Chryſ.) *accipere totum.* ſerm. 8. Sed non tamen infelix haberi debet pauper, qui indiget & mendicatur. Audiat ſic Dominum ſuum terræ cœlique Regem, & ſuam paupertatem conſoletur; de ſua mendicitate glorietur. *Eſuriui* (dicet Dominus in die iudicij) *& dediſtis mihi manducare.* Matth. 25. Ad quæ verba meritò exclamat idem Chryſol. *O quid agit amor pauperis! gloriatur in cœlo Deus, vnde pauper erubeſcit in terra: & hoc reputat in honorem ſibi quod pauperi computatur iniuria.* ſerm. 14. Quòd ſi tam gratum Deo eſt, pauperi famem depellere; quantò erit accep- D tius ab iniuriis innocentem liberare, & illius ſanguini, vitæque periclitanti opportunum ferre ſubſidium? Profectò cùm multa maximarum virtutum ſtudia conferant ad æternam ſalutem, ac proindè ab hominibus exerceri debeant: nihilominùs hoc vnum Chriſtianæ pietatis velut præſentiſſimum omnium ſalutis remedium S. Aug. non dubitauit commendare. *Exercete* (inquiens) *miſericordiam. Non eſt enim aliud vinculum caritatis: non eſt aliud vehiculum, quo perducamur in hac vita ad illam patriam.* in Pſal. 102.

Dan. 4.

Grandis peccatori defenſio in eleemoſyna.

S. P. Chryſ.

Grande homini lucrũ ex eleemoſyna.

Matth. 25.

S. Chryſ.

Pauper non habet vnde erubeſcat.

Liberare innocentem optima miſericordia.

S. Auguſt.

Vehiculũ ad cœlum eleemoſyna.

36. Porrò Debbora Propheteſis poſt occiſum Siſaram ducem alienigenarum ſuo illo in cantico triumphali, cùm benediceret Iſraëlitarum tribus, ex quibus conductæ ſunt in prælium copiæ armatorum; de tribu Ruben ita cecinit. *Diuiſo contra ſe* E *Ruben, magnanimorum reperta eſt contentio.* Iud. 5. Variè ab interpretibus exponitur hic locus. Lyran. Abulenſ. & alij volunt ex tribu Ruben nullos ad iſtud iuiſſe bellum milites, eò quòd vniuerſa illa tribus inteſtinis odiis & diſcordiis ardebat; atque idcircò Rubenitæ domeſticis inter ſe contentionibus deprælliantes ad ſacrum illud & à Deo imperatum bellum non ierunt. En Chriſtianæ gentis deploranda ſanè infelicitas! mutuis inter ſe Chriſtiani odiis, belliſque atteri contra hoſtes

Iud. 5.

Chriſtiani inuicem contendentes opprimuntur ab infidelibus.

hoſtes Chriſti Mahometanos & infideles ſacrum A & ab ipſo Deo indictum bellum ſuſcipere nec volunt nec poſſunt. Vnde fit, vt feſſos, contritoſque inuicem barbari opportunè adoriantur, faciliqué negotio nos intercipiant, deſtructiſque magnis Chriſtianæ Reip. prouinciis in anguſtum terræ angulum concluſos vix tantulam habere patiuntur requietem. Hæc ſanè ſemper fuit per omnes penè annorum ætates, & in omnibus regnis calamitas, vt inteſtinis ſeſe impeterent, & conſumerent odiis, & prælijs Chriſtiani. Atque (vt egregiè animaduertit iam ſuo illo ſeculo S. Gregor. Nazianz.) *Cum omnium rerum ſatietas, & faſtidium tandem ſuboriatur, nobis tamen nec finis, nec modus ſit vllus partim inferendorum, partim accipiendorum vulnerum.* orat. 14. Noſtris ipſi armis B conciſi vultures ipſos ad carnificinam noſtri accitos monſtramus. Sic turbata aqua ſecurò admodum piſces intercipit piſcator: ſic domus flammis exardeſcens latronibus patet ad prædam: & Chriſtianorum bella inteſtina Turcarum excitat & armat phalangas. Vtinam coniunctis viribus Chriſtiani principes in communem hoſtem inſurgerent! ô quam facile totum ipſum Mahometanæ gentis imperium nomenque extinguerent! ô quantò feliciùs (abſit verbo inuidia) res Chriſtianorum procederent, ſi vno tantum imperio, ſub vno tantùm principe Catholico vniuerſæ vbique viuerent fidelium nationes!

Inteſtinis odiis regna euertuntur.

S. Gregor. Nazianz.

Motus Chriſtianorū diſcordia arcmant infideliam copias.

Chriſtianorum coniuncta copia facilè infideles debellarent.

Felicior Chriſtianorum ſtatus ſub vno monarcha Catholico.

37. Cæterùm Dionyſ. Carthuſ. locum aliter intelligens arbitratur Rubenitas inter ſe diuiſos C non quidem inteſtinis iurgiis: ſed partim ad bellum cum cæteris Hebræis iuiſſe, partim verò in paſcuis & in ocio remanſiſſe: illos, qui iuerunt, vocari à Debbora magnanimos. Et conſonat huic ſenſui litera Hebræa; *Et in partibus Ruben duces magni corde:* vel, *Inquiſitores magni corde.* Vnde videtur colligi Rubenitarum ſtrenuiſſimos quoſque ad bellum iuiſſe. Verùm cùm illius tribus multi arma, bellaque peroſi greges ſuos, ruriſque ſtudia relinquere nullo modo vellent: illos ſubindè reprehendit Debbora: *Quare habitas inter duos terminos, vt audias ſibilos gregum?* Iud. 5. *Eſt quadam* (ait Abulenſ.) *vituperatio ad tribum Ruben, quia noluit venire ad bellandum: ſed manebat quietè in paſcuis. Dicitur habitare inter terminos,* D *quia Ruben habebat ad latus meridianum totam terram Moab, & ad latus occidentale ipſum Iordanem, qui eſt principium terræ Chanaan ad occidentem.* ibid. q. 5. Meritò carpuntur iſti, qui ad bellum cum fratribus à Deo indictum pergere noluerunt molli quodam ac penè ocioſo paſcuorum ſtudio delectati. Iubentem, ac præeuntem Dominum ſequantur oportet ſerui, etſi ad laborioſa & difficilia quæque ſubeunda: maximè vbi aliorum pariter omnium exemplo incitantur. Suis quidem fidelibus ad laborandum & patiendum Chriſtus Dominus ſui & Apoſtolorum exemplo miram præbuit alacritatem, vt quò præceſſit caput, ſequantur & membra; & quò magnanimi Rubenitæ, duces magni corde ſeſe conferunt, cæteri poſt- E poſito ocio alacriter procurrant. Idcircò Dominum aſina vectum, & ſeſe Hieroſolymis, vbi paulò poſt crucifixus eſt, inferentem comitantur turbæ, ſed Apoſtoli maximè omnium *ſubſternebant veſtimenta ſua in via.* Luc. 19. Sic ſtratam iſtiorum exemplis viam fidelibus, vt faciliùs & alacriùs currant, Dominus exhibuit. Vbi optimè S. Ambr. *Super illa veſtimenta ſanctorum elatum figit veſtigium. Vt tu ſine offenſione gradiaris, diſcipulis Domini amictu ſe proprij corporis exuentes inter aduerſa turbarum viam ſuo ſtrauere martyrio.* ibid.

Iud. 5.
Abul.

Tēpore belli in ſe datur ocium & ignauia domi manentium.

Chriſtianis viam facilē ſtratámque exempli Chriſtus & ſancti reddiderunt.
Luc. 19.
S. Ambr.

38. At Rubenitæ, qui ad paſcua remanſerant, belli timent pericula, vbi mors, quàm vita certior. Ruſtica planè excuſatio. Quantò illud & generoſius, & laudabilius! *Propter te mortificamur tota die.* Pſal. 43. & à S. Paulo repetitum, ad Rom. 8. *Tota die* (inquit) *mortificamur*, hoc eſt, quotidie occidimur, quotidie morimur. Sed qui fieri hoc poteſt, cùm ſemel homo moriatur, nec mortuum mors interimat? Declarat optimè Theophylact. *Propter te mortificamur tota die, etiam ſi quotidie mors ipſa ſubeunda ſit: quod fieri voluntate poteſt, naturâ non poteſt.* Quotidie igitur, hoc eſt, ſemper Apoſtolus voluntatis affectu, alacritate animi pro Chriſto ſubire mortem gloriabundus accipiabat. Verum enim verò copioſius è rure, gregibúſque iſti Rubenitæ, quàm ex armis, bellóque ſibi comparabant emolumentum. Indigna ſanè, vbi de Deo, Deique honore agitur, fidelibus reſponſio. An non propter Deum, etiam abſque vllo alio commodo, quodcunque aduerſitatis genus libenter ſubeundum eſt? Purus hic & generoſus erga Deum amor Danielem & ſocios caminum ignis ardentis excitauit, cùm dicerent Babylonio Regi: *Deus noſter potens eſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex liberare.* Dan. 3. Deo confidunt, quòd eripiet, quòd liberabit. At cùm id liberum Deo ſit, poterit illos dimittere, vt concrementur, & pereant. Quid ergo reſpondent tamen: *Quod ſi noluerit, notum tibi ſit quia Deos tuos non colimus* ibid. Poterit quidem Deus noſter nos liberare, ſi voluerit, confidimúſque ab illo nos miſericorditer ac fortiter liberandos. Sed ſi aliud illi videbitur, & nos ſinet perire: adhuc tamen conſtantes in illius obſequio & fide ſtatuam iſtam non adorabimus. Itáque propter ipſum non peccabimus, non propter ſpem vitæ, aut præmium aliquod: purus eſt noſter amor, non mercenarius: *Non enim* (declarat Theodoret.) *pro mercede noſtra Deo ſeruimus, ſed beneuolentia & amore ſtimulati omnibus Dei noſtri præferimus cultum: quod futurum eſt ignari, gubernatori quocunque ei libuerit, nauem dirigendam committimus.* Diuino amore ſubnixi, & communiti, Deum ipſum, quia Deus ſuus eſt, reſpicientes, ac diuinæ prouidentiæ commiſſi ad quodcunque rei vel periculum, vel euentum ſe tradiderunt.

Pſal. 43.
ad Rom. 8.

Pro Chriſto quotidiè ſubeunda mors.

Theophyl.

Verus & purus amor pro Deo, quia talis eſt, difficillima quæque patitur.

Dan. 3.

Dan. 3.

Seruiendum Deo, quia Deus eſt, nō ſpe præmij.

Theod.

Prophetia Iacob de Simeon & Leui.

SECTIO II.

Simeon & Leui fratres: vaſa iniquitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima mea: quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum.

Benedictio Moyſis ſuper Simeon & Leui. *Deuter.* 33.

Perfectio tua, doctrina tua viro ſancto tuo, quem probaſti in tentatione, & iudicaſti ad Aquas contradictionis. Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ: Neſcio vos; & fratribus ſuis; Ignoro vos:

& neſcierunt filios ſuos. Hi cuſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ſeruauerunt, iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Iſraël: ponent thymiama in furore tuo, & holocauſtum ſuper altare tuum. Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius ſuſcipe. Percute dorſa inimicorum eius: & qui oderunt eum, non conſurgant.

1. ANte omnia Iacob cædem illam Sichimitarum ante oculos habens crudelitatem, dolúmque Simeonis & Leui execratur. Res, vt geſta eſt, narratur Geneſ. cap. 34. Vocat eos fratres non tam naturâ, cùm & cæteri eiſdem nati parentibus ſimiliter fratres eſſent; ſed fraude, truculentiâ, & iniquitate ſimillimos. Mira quidem ad malum ſolet eſſe improborum coniunctio, & quædam quaſi fraterna concordia: Sed nihil iniuſtius illâ, & execrabilius. Quis eùm videret Herodem & Pilatum, qui diras anteà ſimultates exercebant, in Chriſti Domini paſſione depoſitis odiis in gratiam rediiſſe, non laudaret tantorum

Improborũ concordia in graue aliquod malũ.

principum concordiam, non ex ea magnum aliquod bonum euenturum ſperaret? At inde contemptus, irriſio, flagellatio, & ſacrilega demum condemnatio ſummæ ipſius veræque innocentiæ conſecuta eſt. *Spreuit illum* (ſcribitur) *Herodes, & illuſit, & indutum veſte albâ remiſit ad Pilatum. & facti ſunt amici Herodes & Pilatus in ipſa die: nam anteà inimici erant ad inuicem.* Luc. 23. Quem lo-

Luc. 23. Theophyl.

cum ſic expendit Theophylact. *Vide quam diſcrepantia congreget diabolus ſolùm vt Chriſto mortem præparet. In vnam conſpirationem copulat & conciliat inimicos.* Hæc eſt illa peruerſa concordia, quam Regius vates tantopere deteſtatur: *Aſtiterunt Reges terræ & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.* Pſal. 2. O impiiſſimam concordiam! ô ſummè abominandam vnionem! Sed quid eſt quòd Propheta Reges & principes contra Dominum coniuraſſe dicit? Herodem & Pilatum interpretati ſunt Apoſtoli. Act. 4. Dices Herodem & Pilatum Regem & principem, non verò Reges & principes eſſe. S. Chryſ. pluralitatem illam fieri ex malignis ſpiritibus contra Chriſtum Dominum coniurantibus arbitratur; ſic enim explicat. *Cum rege Herode peccati quoque Regem diabolum Apoſtoli prophetiam interpretantes oſtenderunt, & cum principe Pilato dæmonum poteſtates & principatus ſignificarunt. Dæmones enim cum hominibus aduerſus Chriſtum conuenerunt.* in Pſal. 2. Chriſtum quidem, quia ipſe voluit, & morti ſe tradidit, peremerunt, ſed non vicerunt tamen, nec illius gloriam obſcurarunt, nec ipſum nomen delere potuerunt. Quin potiùs (vti adiungit S. Chryſoſt.) *cum viuo illi bellum geſſerunt, & à mortuo victi ſunt.* ibid. At qui malè conſentiunt, & vnà conſpirant ad nocendum, in ſeipſos interdum conuerſi mutuis diſcordiis, odiiſque conſumuntur. *Non eſt enim pax impiis, dicit Dominus.* Iſai. 48.

Pſal. 2.

Act. 4.

D. Chryſ. Hoſtes Chriſti ab ipſo victi euaſerunt.

S. Chryſoſt. Malorum concordia in mutuam diſcordiam deſinit.

Iſai. 48.

2. Quales rabidi canes coniunctâ feritate in pauperis panem rapiendum & deuorandum conuolant: raptóque deinde pugnant, mutuiſque deinde morſibus ſeſe dilaniant. Quales nonnunquam prædones, vbi conſpirati viatorem expoliarunt, in ſe verſi pugnant de præda, mutuiſque vulneribus confecti proſternuntur. Appoſitè verò Theophylact. ad locum prædictum Luc. colligit: *Confundamur igitur nos ſiquidem diabolus inimicos pacificat, vt Chriſtum occidat, & nos propter ſalutem no-*

Theoph.

A *ſtram neque amicos ſeruamus in officio.* ibid. Facilè quidem vltróque in ſuam, aliorúmque perniciem conſociantur improbi: at in propriam, aliorúmque ſalutem difficilè ac violenter etiam qui ſtudent virtuti, coniunguntur. Ah pudeat etiam inter nos mutuis ardere ſimultatibus, cùm improbi & nebulones malâ inter ſe pace concordiáque ſocientur? Quo in argumento multa diuinitùs dixit S. Chryſoſt. illud hoc loco ſatis fuerit. *Prædones ſalem eundem ſimul comedentes, prædones eſſe deſinunt duntaxat aduerſus eos, quorum conuictu vſi fuerint, menſa illorum mores eouſque immutante, vt qui feris immaniores eſſent, eos ouibus manſuetiores reddat. Nos verò diuina menſa, ac cibi* (loquitur de communione corporis Domini in ſacramento Euchariſtiæ) *participes aduerſum nos mutuò armamur: cùm hoc ipſum aduerſus diabolum communem hoſtem facere conueniat.* hom. 8. in epiſt. ad Rom. Profectò ipſa omnibus fidelibus communis Euchariſtiæ ſumptio ad mutuam fraternæ, Chriſtianæque caritatis, & pacis vnionem non inuitare ſolùm, ſed omninò cogere debuiſſet.

Pudor eſt in bonum haud nos conuenire, cùm improbi ad malum ſocientur. D. Chryſ.

Communicatio fideliũ in Euchariſtia mutuã caritatem efficit.

3. *Vaſa iniquitatis bellantia.*] Iniqua ad bellum inſtrumenta ſic appellat hos duos filios pater Iacob, qui fuerunt autores excidij Sichimitarum. Nam licèt cæteri in eandem cædem, ac depopulationem ſimul conuenerint: tanti mali tamen architecti, atque concitatores, ducéſque aliorum Simeon & Leui extiterunt. Icciricò grauiùs peccarunt, ac potiùs à patre obiurgantur.

C Benè quidem animaduertit Caiet. ex diuinis literis qui priores in peccato, vel ad illud autores fuerunt, peracerbo quodam & exemplari ſupplicio fuiſſe affectos. Sic enim ſcribit: *Conſidera in primos tranſgreſſores ſemper animaduerſione magnâ Deum vſum fuiſſe. Sic peccatum gulæ in primis parentibus caſtigauit: Sic ſcelus homicidij in Cain, luxuriæ in diluuio; ſodomia in Sodomis; blaſphemia in filio Iſraelitidis; idololatria in populo Iſrael; ſacrilegij in filiis Aaron; violationis Sabbathi in eo, qui collegit ligna; anathematis in Achan; inobedientia in Saule; mendacij in Sapphira.* hæc ille ad cap. 15. Numer. Et quidem Simeon & Leui fuerunt primi inuentores impiiſſimi doli, primi exhortatores ad vindictam, primíque ad immane illud facinus ductores: meritóque præ cæteris graui quadam patris cenſurâ feriuntur: iuſtiſſimè ſiquidem ſceleris autores grauiùs, quàm cæteri, puniri ſolent.

Caietan. Primi in quocunque ſcelere autores grauiſſimè puniti.

Gen. 3. Gen. 4. Gen. 7. Gen. 19. Leu. 24. Exod 32. Num. 3. Num. 15. Ioſue 7. 1. Reg. 15. Act. 5.

D

4. Sic Dauid in ſolum Ioab maledicta coniecit ob cædem Abner: *Veniat ſuper caput Ioab & ſuper omnem domum patris eius:* (ſcilicet ſanguis Abner) *nec deficiat de domo Ioab leproſus, & tenens fuſum, & cadens gladio, & indigens pane.* 2. Reg. 3. At ſcribitur tamen: *Igitur Ioab & Abiſai frater eius interfecerunt Abner.* ibidem. Cur ergo in ſolum Ioab diras imprecatur Dauid? reſpondet Abulenſ. Abiſai non fuit huius rei promotor, & ſuaſor, ſed Ioab. Ergo in ſceleris autorem tota effunditur vindicta. Illuſtrius adhuc exemplum

2. Reg. 3. Suaſor ſceleris grauius punitur. Abulenſ.

E habetur huius rei, 2. Reg. 6. *Tulerunt Arcam Dei de domo Aminadab, & impoſuerunt eam ſuper plauſtrum nouum, &c.* Vtique ſacerdotes, quorum erat munus tractare Arcam Dei: at cùm humeris portare ex diuino præcepto, ritúque antiquo deberent, eam plauſtro boum impoſuerunt: rati nimirum id licere; ſiquidem Philiſtæi eam in plauſtro vectam remiſerant, nec tamen iccirco aliquod nocumentum habuerunt. Sed nimiùm decepti. Plus enim Dominus à ſuis, quàm ab alienis exigit: & cùm in peccatis infidelium

2. Reg. 6.

Grauiora infidelium Deus diſſimulat, leniora fidelium vlciſcitur delicta.

fidelium ſæpè diſſimulet, fidelium etiam errata vleiſcitur leuiora. Quid maiorum quæſo in Turcis, Saracenis, hæreticis, atque infidelibus Deus non tolerat; & illius tamen iuſtitia frequentiùs in Chriſtianorum vitia punienda inuehitur. Hoc de argumento egregiè diſſerit S. Saluianus. Hoc tantùm ſubſcribam: *S. Petrus* (inquit) *euidenter rem expoſuit. Melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem, retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato.* 2. Petr. 2. *Nos ergo contemptores pariter & præuaricatores ſumus; ac per hoc paganis deteriores: quia illi non norunt Dei mandata, nos nouimus: illi ea non habent, nos habemus: illi mandata non faciunt, nos lecta calcamus. Et ideò apud illos ignorantia eſt, apud nos præuaricatio quia minoris criminis reatus eſt, legem neſcire, quàm ſpernere.* lib. de vero iud. & prouid. 4. Quamobrem fides ipſa, & veri Dei cognitio, quam Chriſtiani habemus, in cauſa eſt vt noſtra peccata in eadem ſpecie multò ſint grauiora, quàm quæ infideles, cæca gens ac ſine Deo, committunt, atque iccircò frequentiùs & acerbiùs in nos, quàm in illos Dei vindicta deſæuit. *Vtinam aut calidus, aut frigidus eſſes: ſed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo*; dicit Dominus Apoc. 3. & quidem ad tepidum & vitioſum Chriſtianum ſermo eſt, vti animaduertit idem Saluianus: & declarat; *Vtinam aut calorem & fidem haberes bonorum operum Chriſtianorum, aut certè frigus & ignorantiam paganorum: aut enim te fides calida Deo inſinuaret, aut certe ad præſens adhuc legis ignorantia aliquatenus excuſaret.* ibid. Nullam quidem ignorantiæ Chriſtianus excuſationem ſupremo iudici rationem exigenti afferet: aliquam tamen infidelis prætendet: Quia neſciẽs feci. Quam verò inſuauis & faſtidioſus Deo ſit ille Chriſtianus ſolâ fide, ſine operibus, contentus, ipſemet Dominus teſtatur: *Sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo.* Apoc. 3. *Videlicet quia Chriſtum iam agnouiſti*, (adiungit idem) *& negligis quem agnouiſti, qui ſuſceptus es quaſi intra os Dei per fidei agnitionem proiicieris per teporem.* Saluian. ibid. Et frigidum tamen, infidelem ſcilicet, non ſimiliter Dominus reſpuit, & abominatur.

2. Petr. 2.
S. Saluian.
Grauiora ſidelium, quàm infidelium in eadem ſpecie delicta cenſentur.
Apoc. 3.
D. Salu.
Aliqualiter excuſat ignorantia infidelem.
Chriſtiano nulla excuſatio de peccatis.
Apoc. 3.
Faſtidio eſt Deo Chriſtianus ſine bonis operibus.

5. Igitur Oza (vt ad illum reuertamur) *manum extendit ad Arcam Dei, & tenuit eam: quoniam recalcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratúſque Dominus contra Ozam percuſſit eum.* 2. Reg. 6. At quid peccauit Oza, vt repentinâ morte plecteretur? Tenuit manu Arcam Dei. Sed quodnam peccatum hoc eſt? Leuis quidem videatur culpa; ſed tamen Dominus hinc ſumens occaſionem occidit Sacerdotem, eò quòd contra præceptum, titúmque ſacerdotalem ſuis humeris Arcam Dei portare noluit. Scitum eſt enim illud S. Auguſt. *Minores culpæ ſæpiùs præcedentium peccatorum vindictam incurrunt.* lib. de mirab. ſcript. Quòd autem illa fuerit cauſa ſupplicij, ſic teſtatur Theodoret. *Alterius delicti luit pœnas. Nam cùm Deus iuſſiſſet vt Sacerdotes Arcam humeris exportarent; præter legem in plauſtro tulit. Hoc autem eos fefellit, quòd ea ſic ab alienigenis dimiſſa nemini nocuit.* quæſt. 10. in 1. Reg. Sed adhuc reſtat inquirendum, cur ſolus Oza morte mulctatus ſit, cùm alij ſacerdotes eandem pœnam promeruerint? Reſpondet Lyra. & Caiet. *Quia Oza principalis erat, & illa temeritas erat de eius ordinatione & mandato.* ſic illi. Ex quibus colliges in ſcelerum autores multò grauius cœleſtem deſæuire vindictam. Quòd verò Simeon & Leui autores extiterint illius iam impiæ, atque inhumanæ internecionis apertè colligitur ex diuina Scriptura, eûm de ſolis memoret: Ecce duo filij Iacob Simeon & Leui. Geneſ. 34. nihil verò de aliis, etſi eandem cædem ſimul conſpirantes perpetrarent, expreſſius referatur.

1. Reg. 6.
Leuior culpa grauiorū quæ præceſſerant, vindictam pertrahit.
S. Auguſt.
Theod.
In eodem delicto ſideles pleċtuntur, infideles dimittuntur.
Lyran.
Caiet.
Scelerum autores grauius puniūtur.

6. *Vaſa iniquitatis bellantia.*] Duo iſti fratres appellantur, vaſa nimirum iniqua bellica, inſtrumenta bellica, denique arma: quibus per ſummam iniquitatem contra incautos, ſanctóque fœdere ſecuros, atrociſſimũ bellum ipſamet iniquitas, & crudelitas commouit. Vna quidem eadémque omnium fratrum fuit iniquitas, furor, truculentia: Sed quia vnanimi conſenſu cæteri cum his duobus in facinus illud conſpirarunt, non plures, quàm duo, vtpote aliorum duces, computantur: imò & vnus tantummodò cenſeri poteſt. Simile quid habemus in ſeditione contra Moyſen concitata; in qua ducenti quinque viri proceres cum Core, Dathan, & Abiron tumultuati perhibentur, Num. 16. Et tamen cùm tam numeroſa eſſet tumultuantium coniuratio, ab vno tantùm excitatam dicit Moyſes. Recipiens enim ſeſe ad tabernaculum, vt pro illorum omnium ſalute deprecaretur, inquit: *Fortiſſime Deus ſpirituum vniuerſæ carnis, num vno peccante contra omnes ira tua deſæuiet?* ibid. Nimirum audaciſſimi homines ita contra Moyſen conſpirauerant; & plerunque flagitioſi ad patrandum ſcelus tam vnanimi conſenſione ſolent conuolare, vt vnus tantùm & iudicio & animo, & manu, & audaciâ, & cæco impetu cenſeatur. O ſi æqualis certè in nobis eſſet animorum conſpiratio, vna omnium voluntas, conatúſque ad opera virtutis, ad benefaciendum egentibus, ad Dei legem defendendam, ad vitia extirpanda, ad dæmones ex hominum conuictu & conſuetudine propulſandos!

Mira peccantium vnio.
Num. 16.
Ad virtutis opera vnanimis debet eſſe omnium conſenſio.

7. Porrò Abulenſ. & Carthuſ. intelligunt ipſoſmet Simeon & Leui appellatos à patre *Vaſa iniquitatis*, ſiue plenos iniquitatis, ſicut ab Apoſtolo quidam inſigniores in peccando vocantur *Vaſa iræ.* ad Roman. 9. pleni enim iſti erant irâ Dei, quam ſcilicet iam in ſeipſis continebant, paratique ideò erant, vt ait *in interitum.* Profectò iam nunc ſunt aliqui vitæ adeò corruptæ, & ipſi quidem in flagitiis obſtinati, vt iam vaſa inferni, ſeu continere in ſe, atque ſecum deferre infernum dicantur. Illo etiam ſenſu appellantur Simeon & Leui *Vaſa iniquitatis*, quia reconditam in ſe atque occultam geſtarunt iniquitatem, cùm ſimulatam pacem & amicitiam Sichimitis ore tenus oſtenderunt: intùs autem odium, bellum, cædem, incendium, euerſionem; quæ omnia machinabantur, occultabant ſuo tempore demum erumpitura. Meritò effictam illam pacem & amicitiam ſimulatam, parricidalis quidem odij velamentum execratur in filiis ſuis Iacob. Huiuſmodi enim ſimulatione; nihil ſolet eſſe pernicioſius, atque deteſtabilius. Illius videlicet impoſtorem arguit vates Regius illum Doëg: *Sicut nouacula acuta feciſti dolum.* Pſalm. 51. Qui ſcilicet paſtor gregum Saulis eidem prodidit innocentem ſacerdotem Achimelech. 1. Reg. 22. typicè proditorem Iudam præſignificabat. Sed cur nouacula doloſa dicitur? *Nequitia* (declarat S. Ambroſ.) *arguit proditorem: eò quod inſtrumentum huiuſmodi ad hominis adhibetur ornatum, & plerunque vlcerat. Si quis igitur prætendat gratiam, & dolum nectat Doëg proditoris exemplo, inſtrumenti iſtius comparatione cenſetur, quod ebria mentis & titubantis vitio manus vulnerare conſueuit.* 3. de offic. capite 11.

ad Rom. 9.
Obſtinati in ſceleribus iam in ſe continent infernum.
Pax in ore, odium in corde malū omnibus execrabile.
Pſal 51.
1. Reg 22.
S. Ambr.

 8. Hoc

8. Hoc maximè dolet & conqueritur Dominus IESVS in Iuda proditore, quod amicum, imò & magiſtrum ſimulatâ pace, occultóque odio ad necem tradidit. *Etenim homo* (inquit) *pacis meæ in quo ſperaui, qui edebat panes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem.* Pſalm. 40. Magnam effecit ſupplantationem, vti explicat Caiet. magnificauit dolum, fraudem, proditionem: quæ à Iuda vſque adeò ſubuecta eſt in ſublime faſtigium apicémque fraudulentiæ, aſtutiæ, malitiæ, vt vlterius non ſit qui malum huiuſmodi poſſit aſcendere; cùm Iudas prodidit amicum, magiſtrum, beneuolum, Dominum, Redemptorem, Deum ſuum. Arguit dolum filiorum in cæde Sichimitarum Iacobus: & Dominus nihil æquè in tota ſua paſſione tulit acerbius, & grauiore ſubindè vindictâ cenſuit vlciſcendum, quàm Iudæ proditionem: cùm triginta argenteis Dominum ſuis hoſtibus vendidit. Quare pro illis triginta argenteis triginta maledictionibus proditor ſimul cum Phariſæis ab ipſo Domino feritur. in Pſalm. 108. vt Rupertus adnotauit lib. 2. comm. in Deut. cap. 6.

Pſal. 40. Caiet. Dolus Iudæ proditoris omnium fraudum & proditionum apex.

Iudas triginta maledictionibus feritur. Pſal. 108. Rupert.

9. *In conſilium eorum non veniat anima mea.*] Hæc verba multiplicem ſenſum efficiunt. Videlicet ita ſunt Simeon & Leui aſtuti; ſic dolorum artifices, ſic ad malum propenſi, ſic ad omne flagitium prompti, parati, expeditíque; vt etiam ab illorum inſidiis ego pater meritò timere poſſim ac debeam. Auertat ergo Deus, ne quando etiam de anima & vita mea illi duo conſilium ineant, ac decernant. Vt enim furiis aguntur, ne ſuo quidem parcent genitori. Vel abſolutè: Nunquam ego iſtorum fidei, aut conſultationi honorem meum, vitámque crediderim. Neſcit furentis impetus iura naturæ, omnia conculcat, vt facinus animo conceptum perpetret. Apertè hoc demonſtrauit Abſalon; qui omnibus parricidis vti fuit in ſcelere, ſic in ſupplicio ſuæ proditionis exemplum extitit. Inſidias patri ſtruxit, vímque intulit, regno illum priuauit, vitâ quoque priuare quoad poterat, contendit. At tam execrandam impietatem nec rerum natura, nec ipſius naturæ Conditor Deus multum diúque ſuſtinuit. Cæſariе quidem innexus arboris ramo tandiu pependit infelix, donec à Ioab tribus in corde lanceis infixis periit. Rectè S. Chryſoſt. exclamat: *O nefandum meritum parricidæ! Iniuriam patris vindicant ligna, vlciſcitur arbor, rami defendunt!* homil. de Abſal. Idem ſubinde conſiderans è coma ſuſpenſum proditorem: *O ſpectaculum* (inquit) *horrendum! ex pilorum coma a coma arboris tenebatur: & coma tenebat coma tyrannum: illic eum contundens, vbi diadema paternum geſtare contendebat. Videbatur Abſalon ſuſpenſus in medio cœli & terræ: Cœlum eum non admittebat, è quo primus inſurrector diabolus eiectus eſt; terra eum auerſabatur non ferens pollui paſſibus parricidij.* in Pſal. 3. Tota planè rerum natura filium parricidam refugit, & execratur.

Furentis impetus iura omnia conculcat.

Proditor filius Abſalō toti naturæ execrabilis.

S. Chryſ. Suſpenſus Abſalon horrendum mundo ſpectaculum præbuit.

10. Altera & communior expoſitio ſic habet: Abſit à me, vt vel nunc approbem illorum conſilium de Sichimitarum excidio, vel vt glorier, quòd tale facinus à meis filiis patratum ſit. Illud tunc auerſatus ſum & execratus: illud ipſum & nunc auerſor, atque deteſtor: Ne mea gloria, honor meus, Iacobi autoritas, nomen, & fama vllam apud gentes conflet inuidiam, ſubeat calumniam, quaſi particeps ego fuerim conſultationis tam perfidæ, tam iniquæ, tam truculentæ. Abſit vt ad gloriã meam pertinuiſſe iudicem iſtud adeò barbarum, ac belluinum filiorum facinus. Planè de virtute, de grauitate, prudentiâque Iacob non aliud circa illam internecionem iudicium dictúmque ſperari poterat. *Nam de re turpi, nullus laudatur,* (inquit Abulenſ.) *niſi laudis inexpertus.* ibid. Stultus æquè, atque inuerecundus eſt, qui de commiſſo flagitio gloriatur.

De re turpi non gloriandum.

Abul.

11. Per quadraginta integros dies armatus in campum & prouocans ad ſingulare certamen de Iſraëlitarum exercitu fortiſſimum quemque, procedebat Philiſtæus ille, carnea moles pro nefandis gentium Diis contra verũ Deum Hebræorum præliaturus. Et tamen Deus omnipotens in tam ſacrilega perfidi hominis impietate conniuebat. Sed cur in tam nefarium illud monſtrum differebat vindictam? Completa ſcilicet tandem eſt illius impudentia, cùm gloriabundus, quòd acies Dei viuentis impunè prouocaſſet ad certamen, & conuitiis ac maledictis dehoneſtaſſet. Prodit ergo in arenam paſtor contra gigantem diuino inſtructus præſidio, hoſtémque alloquitur: *Ego venio ad te in nomine Domini exercituum Dei agminum Iſrael, quibus exprobraſti hodie: & dabit te Dominus in manu mea, & auferam caput tuum à te.* 1. Reg. 17. Optimè Abul. expendit illud, *Hodie. Ad ſignificandum* (inquiens) *contumaciam in malo. Exprobraſti hodie gloriabundus contra Iſraelem, Deúmque illius.* Igitur hodie ab inermi puero paſtoréque cæſus procumbes. Atque ideircò lapis à Dauide vibratus è funda in frontem Philiſtæi infixus eſt. Nimirum quia (inquit S. Aug.) *omnis ſuperbia habet impudentiam frontis, in fronte Goliath lapide veniente deiectus eſt, &c.* hom. 31. Percuſſus in frõte Philiſtæus meritò fuit, quippe cùm illius inuerecundia eò tum proceſſerit, vt gloriabundus de ſua perfidia, audaciáque contra verum Deum, tam illi, quàm illius agminibus conuiciando, ac maledicendo exprobraret.

Goliath proſtratus, quia de perfidia & audacia gloriabundus.

1. Reg. 17. Abul. Gloriatus de peccato extremam Dei accerſiuit vindictam.

S. Auguſt. In Goliath proſtrata inuerecundia.

12. Multa quidem & præclara fuerant merita Ioab principis militiæ erga Regem Dauid: at Rex tamen moriens teſtamento mandauit filio Salomoni, vt hominem ferro obtruncaret ob aliqua, quæ admiſerat, adhuc inulta facinora: præcipuum illud; quòd occidit Abner & Amaſam: *Et effudit* (inquit Dauid) *ſanguinem belli in pace, & poſuit cruorem prælij in baltheo ſuo, & in calceamento.* 3. Reg. 2. Abulenſ. & Lyra intelligunt effluxiſſe cruorem cæſorum in cingulum & calceos interfectoris Ioab. Sed plus aliquid ſignificari videtur illo verbo (*Poſuit*) per quod haud dubiè innuitur: per vanam & barbaram iactantiam & oſtentationem Ioab quaſi triumphantem ſanguine principum, quos ceciderat, ſibi baltheum, calceóſque intinxiſſe: quod placuit Hugoni Cardinali: ſic enim explicat: *Conſuetudo erat, quòd fortes inſignia operum ſuorum ponebant in armis ſuis: ſed Ioab quia ita dolo turpiter occiderat eos, non fuit auſus hoc factum ſcribere in armis ſuis, ſed tantùm in baltheo & in calceamentis ſuis.* Propter iſtam tam nefarij ſceleris gloriationem Ioab & ſuam militarem gloriam fœdauit, & dignam tam immani flagitio mortis pœnam exoluit. Enimverò *quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit Dominum peccator.* Pſal. 9. Ita nimirum debent hi verſus coniungi. Mitiſſimum ſcilicet Dominum felle ſui ſceleris peccator amarum reddidit, de patre iudicẽ, de miſericorde ſeueriſſimum punitorem; quando in tantam prorupit impudentiam, vt non modò peccet, ſed etiam quòd peccarit glorietur, ſeipſum iactet, laudémque ſuam apud nebulones ſui ſimiles & ponat & prædicet in peccando.

3. Reg. 2. Abul. Lyran. Ioab gloriabundus de peccato ſuam gloriã fœdauit, & mortem meruit. Hug. Card.

Pſal. 9. Gloriabundus de peccata Deum exacerbat.

13. *Lauda*

S.Hier.

13. *Laudatur in deſideriis.* in Hebr. æquè intelligitur paſſiuè & actiuè. Quare S.Hieron. legit: *Laudatur impius deſiderium animæ ſuæ*: imò & Chald. vertit: *Iactat ſe improbus ob concupiſcentiam animæ ſuæ.* Alij Græcè reddunt; *Laudans impius iuxta concupiſcentiam*: vel, *hymnum dixit ſuper impietate animæ ſuæ.* O intolerandam hominis impudentiam; qui non abſcondit quidem, non ſub tellure obruit ſuum delictum; ſed & in vulgus prodit, illud ſibi laudi ducit, celebrat, atque adeò cantat ipſe, compoſitóque carmine aliis tribuit decantandum. Sic ethnici Poëtæ ſuorum amorum dedecora; & ſuas inſuper Lyricus ebrietates, carminibus decantarunt, & poſteris decantandas tradiderunt. Et non pudet tamen inter Chriſti fideles eſſe, tum qui ſcribunt, tum qui lectitant amatorios libros omni plenos obſcœnitate: quâ quidem peſte nulla pernicioſior! *Corrumpunt bonos mores colloquia praua:* dixit Apoſtolus, 1.Cor.15. De libris maximè intelligas. Corrumpit mores mala improbi hominis, cum quo verſaris, colloqueris, familiariter agis, conſuetudo? Quænam igitur corruptio, quæ lues, quod contagium tibi erit exitialius, quàm profani, ſordidi, ac peſtilentis libri, quem geſtas in manibus; qui tecum, dum legis, colloquitur, intimè conuerſatur, ſenſimque ſine ſenſu tuam ſua lectione peruadit mentem, ſuum tuæ dulciter venenum animæ inſtillat? Quem quæſo enutriet ſanguinem? quem non tabidum, virulentum, lethiferum reddet humorem venenata ipſa & mortifera, quam ſugis, quam ebibis, lectio turpitudinum? O ſi (quiſquis es aut autor, aut lector iſtius peſtis) de tuis iſtis malis deliciis faceres, quod quidam de ſuis Mathematicus olim apud S. Auguſtinum feciſſe perhibetur; de quo ſanctiſſimus Doctor: *Portat ſecum codices incendendos, per quos fuerat incendendus; vt illis in ignem miſſis ipſe in refrigerium tranſeat.* in Pſal 61. Extrema quidem hæc eſt dementia, & impudentia illorum, qui (vt Salomon ſcripſit) *lætantur cùm malè fecerint, & exultant in rebus peſſimis.* Prou.2. Vbi optimè Beda (vel quiſquis ille autor eſt Prouerb. inter opera S.Hieron.) *Ideò malè facientes exultant, quia per vias tenebroſas ambulant, & neſciunt quò eunt. Si enim qui ad pœnam tendunt aſpicerent, greſſum vtique cohiberent; noxiámque lætitiam ſalubri fletu caſtigarent.* ibid. Exultant igitur in rebus peſſimis, quia cœci cùm ſint non diſpiciūt æternæ perditionis barathrum, in quod præcipitantur. Lætantur miſeri, (quæ morum corruptela eſt) & ab aliis idcircò laudantur, & (heu indignitas non ferenda!) aliquando præmiis afficiuntur, muneribus ob malè factum donantur. Vera ſiquidem illa ſententia: *His nunc præmium eſt, qui recta praua faciunt.* Cui acclamauit alius: *Veriſſimè!* Terent. in Phorm. act. 5. ſcena. 2. Quibus egregiè adiunxit M. Tull. *Et in facinore gloriantur.* lib. 11. epiſt. 28. Itaque Iacob (quod & iuſtorum proprium eſt) nullo modo approbauit impium illud filiorum facinus: nec paſſus vnquam eſt, vt ſibi ſuæque familiæ laus aliqua ex tam immani & barbaro flagitio arrogaretur.

Summa impudentia eſt propria delicta prodere & decantare.

Stultitia ſimul & impudentia ſcribere & legere res amatorias & obſcœnas. 1.Cor.15. *Nulla grauior peſtis, quàm liber de amatoriis.*

D.Aug. *Incendātur libri profani, ne ſuos incendant autores.*

Prou.2. Beda.

Ruūt præcipites in infernū, qui de peccato gloriantur.

Ab ſtultis mali laudantur. Terent. M. Tull.

14. *In cœtu illorum non ſit gloria mea.*] Legunt LXX. *Non contendant iecora mea.* Nam vox Hebræa כָּבֵד *Chabed* ſignificat etiam iecur. Vnde fit idem ſenſus: iecur enim ſolet ſignificare amorē, & deſiderium vtpote ſedes iſtarum paſſionum: ac deinde pro gloria & honore ſumitur. Quid enim mortalibus humana gloria, terrenóque honore carius, & optabilius? Hic eſt omnium in hominibus affectuum potentiſſimus, cuius tyrannide humanus animus premitur maximè, cuius veneno (liceat dicere) miſerrime dementatur: hoc enim verbo vſus S.Gregor. Nazianz. de quodam ſcripſit: *A potentia & autoritate dementatus.* orat. de S. Baſil. Nimirum etiam antequam concupitum adipiſcatur honorem, ipſius affectu ſic miſer homo inſanit, vt ad infima quæque deſcendere non erubeſcat, qui poſſit inde in altum ſurgere: quod ita irridet S.Cyprianus: *Quibus hic ſordibus emit, vt fulgeat? quos arrogantium faſtus pertulit? quas ſuperbas fores matutinus ſalutator obſedit? quod tumentium contumelioſa veſtigia in clientum cuneo ante præceſſit?* epiſt. 2. ad Donatum. Viſebatur olim hæc abiectiſſima magiſtratuum apud Romanos, vt pleni eorum ſunt libri, nundinatio:

Honoris cupiditas omnium affectuum potentiſſima.

A

D.Greg. Naz. D.Cypr.

Ad ſordida & ridicula ſe deiicit qui ambit honorem.

B cuius non obſcura ſigna modò in principum aulis videntur: in quibus viri etiam nobilitate primarij, militiâ glorioſi, & (quod longè turpius eſt) doctrinâ præcellentes, religione venerandi, vt aliquem in Rep. honorem, in bello vel in pace dignitatem, præfecturam; atque in Eccleſia epiſcopatum adipiſcantur, depoſitâ omni (auſim dicere) verecundiâ, qui qualéſque ſint prorſus obliti, opportunè importunéque Regios adeunt miniſtros: iſtorum etiam ſeruulis inclinant ceruices, colla ſubiiciunt, eorundem prehenſant lacinias, manus exoſculantur (ô planè infames mundi ac vanitatis idololatræ!) vt tandem etiam per ſordes ac cœnum poſſint in aliqualem emergere dignitatem.

Turpiſſima in malis principum ambitio.

C 15. Sed nullum aliud huiuſce dedecoris patētius hodie, quàm in publicis academiis, theatrum viſitur. Quis (bone Deus!) numerando explicet quàm multa qui cathedras ambiunt, ludicra & ridicula, & indigna efficiant: quot probra, quot ludibria patiantur, quantum ſe abiiciant, quantos de ſe ipſi quibuſcunque aliis ludos exhibeant, luſus faciant: per quot ignominias ac dedecora etiam vbi compotes voti fiant, ouantes ac triumphantes, pleni riſibus atque opprobriis inter amicorum brachia (quod iam vidimus) diſciſſis veſtibus, penéque nudis pedibus alioqui viri graues in cathedram ſubuehuntur! Vtinam huius mundanæ gloriolæ mancipia, quæ agunt, quæ patiuntur, in Dei obſequium ea dirigerent:

Turpis & ridicula in academiis cathedrarū ambitio.

D fierentque non hominum, ſed Angelorum, non ſeculi, ſed æternitatis cum ſanctis Martyribus candidati! Impatientiſſimus quidem honoris, maximè dominandi aliis appetitus; qui nihil penſi habet omnia humana & diuina iura proculcare. Nota illa Iulij Cæſaris vox: *Si ius violandum, pro imperio violandum eſt.* At longè aliter & iudicat & profitetur vir Chriſtianus, cui nihil cum ſalute animæ, cum cœlo, cum Deo, Deíque lege conferendum videtur. Dicam in hanc ſententiam, quod ad omnes conſequentes hominum ætates Chriſtianæ pietatis, & veræ in principe virtutis exemplo eſſe poterit. Cùm ad annum 1579. poſt obitum ſereniſſimi Regis Henrici de regno Luſitaniæ in generalibus comitiis diſceptaretur, ſuaſit

Tyrannicus appetitus dominandi.

Pro Dei obſequio cœloque cūcta negligenda.

E ſit quidam vir primarius excellentiſſimo Duci Brigantiæ Ioanni primo, qui vnus erat ex competitoribus, vt inexpectatâ ſententiâ iudicum, ſibi regnum armis arrogaret: cúmque ille conſilium deteſtaretur, quod ſibi ex iureiurando liberum, licitúmque non eſſet. Ergo age (inquit alter) magne princeps, liceat pro regno in infernum, vel vnum pedem inferre. Quid princeps tandem? Si regnum (inquit) mihi vel vno tantùm peccato veniali ſtabit, regnum nolo, regnum odi, regnum execror. O vocem non auream modò, ſed

Exemplum memorabile Chriſtianæ pietatis in Duce Brigantiæ.

planè cœleſtem; à Deo ipſo effictam, donatámque! ô Ducem Regibus ipſis, & Imperatoribus Chriſtianis magiſtrum fidei, exemplar pietatis! ô animum præ culpa veniali deſpicientem regna multò & ſublimiorem, & feliciorem, quàm quæ vel appetit, vel adipiſcitur, vel poſſidet vniuerſa terrarum imperia! Sed illud etiam non minùs memorabile, quod de ſereniſſimo principe Eduardo filio Infantis Eduardi Regis Emmanuelis filij, cuius ſororem, ſereniſſimam Catharinam prædictus Brigantiæ Dux in matrimoniu habebat, certiſſimè conteſtatum nouimus. Cum enim aulam Sebaſtiani Regis meritò peroſus abeſſet Eboræ, ibíque priuatum feréque religioſum agens orationis, pietatíſque ſtudio liberius & impenſius vacaret; noctu aliquando ante altare diuinæ Eucharistiæ (pernoctabat enim piiſſimus princeps in templo) inde claram accepit vocem: Vis regnum Portugalliæ, an cœli beatitudinem? Cúmque ter idem vox illa perſonaret, procumbens humi reſpondit Eduardus: Domine cœlum, & cœli volo beatitudinem. Igitur poſtero die in morbum incidit, tuéque aſſumptis Eccleſiæ ſacramentis, cum incredibili totius Luſitaniæ dãno, luctúque diem obiit feliciſſimum ſibi, at nobis luctuoſiſſimum. Proh quantò glorioſior hic fuit Eduardi obitus, quàm multorum vita, qui gentibus & prouinciis feliciſſimè dominantur! *Quid enim prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ verò ſuæ detrimentum patiatur?* Matth. 16.

Dei oraculũ ad D. Eduardũ Regis Emmanuelis nepotem.

Præſtat benè mori, quàm toti mundo imperare.

Matth. 16.

16. Vehementiſſimus ſanè appetitus honoris, cõtra quem vt non ſatis vnquam agendo pugnamus, ita non ſatis nunc ſcribendo inuehimur. Hic enim tam grauem atque infamem in mortalium animos tyrannidem exercet, vt quod nec hominum, nec Dei timor euincit, facile ipſo affectu honoris ſuperetur. Certè illo dominante (quod planè ſtupendum eſt) ardentiſſima carnis libido cohiberi, frænaríque ſolet. Multi enim viri, compluréſque fœminæ libidinoſa ſtimulati concupiſcentia ſeſe nihilominùs continent nullo alio, quàm honoris fræno cohibiti; ne ſcilicet ex vulgato flagitio diſpendium ſubeant honoris, & apud mortales, quorum opinioni ſtudent, infamiam patiantur. Meritò igitur Iacob gloriam ſuam & honorem iecoris, (qui etiam vitæ ſedes vna ex potiſſimis) deſiderij, amoríſque nomine ſignificauit. Et quidem Hebræa lectio miram habet emphaſim, vti vertit Caiet. *In ſecretum eorum non veni anima mea: in cætum eorum non eſt ſolus honor meus, quemadmodum* (declarat) *ſolus erat Ioſeph honor in cætum eorum: dixerunt enim: Ecce ſomniator venit, venite occidamus eum.* Ita ſcilicet iracundiâ perciti, impetuque cœci erant, vt acti aliquando in furorem ne patris quidem honori parcerent, ſi fortè ſolum, & non ab aliis filiis circumuallatum patrem inuenirent, vel filium Ioſeph vtpote cariſſimum pater & animam & gloriam ſuam appellat, cui ſcilicet etiam nunc principi, & moderatori Ægyptiorum timeat à furore duorum illorum fratrum. Vſque adeò cœca eſt, temeraria, furioſáque paſſio iracundiæ. Tutius planè cum ſerpente, quàm cum iracundo homine habitabis.

Honoris fræno plerique à peccando inhibentur.

Caiet.

Cæca, & nihil nõ ſanctum proculcans iracundia.

Iracundus ſerpente periculoſior.

17. Porrò autem quia præmiſit Iacob ſe filiis quæ ventura eſſent extremis temporibus, enunciaturum, veréque futurorum Propheta extitit; proculdubiò alium quoque prorſus literalem ſenſum latere in his verbis credendum eſt. Vocat igitur Patriarcha plenus quidem eâ fide, quam Apoſtolus ad Hebr. c. 1. prædicauit, de venturo in terras Meſſia, gloriam, deſiderium, & amorem ſuum IESVM Chriſtum Dominum, ac ſeruatorem noſtrum. Hic erat amor, hoc deſiderium, hæc ſpes Patriarcharum, & Prophetarum, hanc vitæ aquam ſitiebat ille populus, Deum hominem ex ſemine Abrahæ, ex poſteritate Iacob. Cuius aduentum à cœlo, *Rorate* (inquiens) *cœli deſuper, & nubes pluant iuſtum.* Iſai. 45. & à terra illius natiuitatem Propheta expectabat: *Aperiatur terra, & germinet Saluatorem.* ibid. legunt L X X. *Nubes ſpargant iuſtitiam.* Incarnatio enim Verbi fuit virtutum & gratiarum inundatio. L X X. legunt: *Lætetur cœlum deſuper:* vbi nos, *Rorate cœli deſuper.* Eſt enim aduentus Meſſiæ ipſamet lætitia cœli. Quaſi antea ſemper in luctu & mœrore, quia clauſi hominibus; aut quia peccatoribus, nullus quippe ſine peccato, coacti inſeruire; quos tamen in vltionem Conditoris fulminare debuiſſent; cœli vſque ad aduentum Meſſiæ viderentur.

Patriarcharũ amor & deſideriũ Meſſias.

Iſai. 45.

Verbi incarnatio gratiarũ inundatio.

Aduentus Meſſiæ ipſa cœli lætitia.

18. Iuſtorum hic ſummus amor, iuge deſiderium. Audi Prophetam, *In ſemita iudiciorum tuorũ Domine ſuſtinuimus te, & memoriale tuum in deſiderio animæ. Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed & in ſpiritu meo, in præcordiis meis, de mane vigilabo ad te.* Iſai. 26. legunt L X X. *de nocte diluculat ſpiritus meus ad te. Propheta* (inquit S. Hieron.) *de Chriſto loquitur. Huius ergo iuſti ſemita recta eſt, ſiue rectitudines, æquitates ex Hebr. in vna enim Chriſti ſemita omnes iuſtitiæ reperiuntur; & propterea eam ſuo calcauit & triuit pede, vt quicunque per eam voluerit ambulare, curſu ambulet inoffenſo.* Ita hæc, vita, exẽplum Chriſti Domini per ſemitam rectitudines, æquitates, iuſtitias ſignificatur. Porrò tam altas in Prophetarũ animis radices egerat ſpes amórque Regis Meſſiæ, vt nocte diéque perenniter in ipſius memoria, deſiderióque defixi tenerentur. Vocat memoriale Dei ipſam de venturo Meſſia promiſſionem, quæ viua ſemper in Patriarcharũ & Prophetarum viſceribus inhærebat. Et quænam quæſo alia populi Iudaici erat benedictio, quam ſcilicet à Deo expectabant Hebræi, Deus illis promiſerat, ſolennique ritu ſacerdotes populo precari atque impertiri conſueuerant; niſi aduentus, conſpectúſque Meſſiæ? Legimus: *Locutus eſt Dominus ad Moyſen dicens: Loquere Aaron, & filiis eius: Sic benedicetis filiis Iſrael. Benedicat tibi Dominus, & cuſtodiat te: conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem. Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui.* Numer. 6. Itaque benedictio ſacerdotis ad populum continebatur illis verbis; Oſtendat Dominus faciem ſuam, conuertat vultum ſuum, &c. Et quidem Dei facies, Dei vultus, ipſum eſt Dei Verbum, imago Patris, & figura ſubſtantiæ eius. Illius autem oſtẽſio, & conuerſio, eſt incarnatio Verbi, per quam Deus homo in terris apparuit, & cum hominibus conuerſatus eſt: ipſe pax noſtra eſt, quam Deus hominibus dedit, in Chriſto enim reconciliati ſumus Deo. Igitur Theodoret. ad hunc locum; *Dei* (inquit) *ac Saluatoris noſtri apparitionem ſecundùm carnem pronunciat.* Magna etiam benedictio illius populi, quòd à Deo veluti vinea cuſtodiretur, donec ex illa colligeretur botrus vitæ: dein conſeruaretur ille populus, vt aliquando tandem Dei faciem, Dei vultum, Dei pacem, videlicet Chriſtum IESVM Deum hominem ſuis oculis intueretur.

Iſai. 26.

Iuge memoria, deſideriúmque Prophetarũ Meſſias.

Benedictio populi Iudaici Meſſias.

Numer. 6.

Theodor.

Populus Iudaicus vinea, ex quo botrus vitæ Chriſtus collatus eſt.

19. At prophetico ſpiritu futura præuidens Iacob ait: *In cætu illorum non ſit gloria mea.* hoc eſt:

eſt: IESVS Saluator mundi, quem deſidero, quem amo, in cuius fide ſpéque morior, me conſentiente non credet ſe illis: a cætu illorum malè accipietur, ſubſannabitur, conſpuetur. Quod quidem in domo Caiphæ à Phariſæis, ſcribis, & principibus ſacerdotum, improba vtrique Simeonis & Leui poſteritate factum legimus. Peſſima quidem eſt malorum hominum ſocietas: nec improborum cætus aut linguas aut manus à Deo ipſo homine, nedum ab illius ſeruis abſtinebit. Meritò igitur admonet ſapiens: *Noli circumſpicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius*: Eccleſ.9. Quia ſcilicet ibi habitantium pariter atque peccantium eſt multitudo: nec ſi virtutem ſectaberis, illorum poteris aut maleuolentiam, aut violentiam deuitare. Eſt quidem ciuitas quò frequentior incolis, eò abundantior improbis: atque adeò (ſi virtutem, virtutiſque ſectatores reſpicias) inanis quædam ſolitudo: per quam videlicet iuſtus ſui ſimilem quærens oberrabit; nec viam, nec ſemitam vllo tritam veſtigio repertens iuſtorum, in ſola ſerpentium, belluarúmque habitacula graui cum periculo incurret. Quem locum variat nonnihil, pulchréque interpretatur Clem. Alexand. *Nec erres* (ita legit) *in eius ſolitudini. Eſt enim* (explicat) *verè ſolitudo, etiam ſi ſit turba centenarium, vbi non eſt homo pudicus*. 3. pædag. cap. 4. ſapienter igitur moneris: Noli circumſpicere in vicis ciuitatis: per oculos enim lethales peccati iacula ab ipſo malo ſpiritu emiſſa intrò inferuntur, & malè cautam tranſfigunt animam.

Improborum multitudo ad omne facinus parata.

Eccleſ.9.

Abundat vbique improborum multitudo.

Clem. Alex.

Rari apparent in mūdo iuſti.

Per oculos ferit animā diabolus.

20. Rectè igitur conſulit ipſe Clem. *Oculis maximè parcendum eſt, quoniam melius eſt labi pedibus quàm oculis*. cap. 11. Si non multum (inquies) apertis incedam, & circumſpiciam oculis; procul dubiò aut impingendi, aut labendi certum eſt periculum: ſit ita. Sed non periculoſior pedis, quàm oculorum lapſus: illo cadente comprimitur caro, iſtorum caſu anima vulneratur. *Oculis enim* (adiungit) *inuecbaris, cum per eos cupiditas ineat prima pugnæ prælndia: & antè totū corpus corrumpuntur oculi*. Vitandus igitur eſt improborum cœtus, quo nihil eſt animæ perniciosius. Et quidem per tres maximè gradus in hoc barathrum deſcenditur, vnde poſtmodum reuocare gradum, ſuperáſque euadere ad auras, hoc opus, hic labor eſt. Quod Regius vates primo illo ſuo Pſalmo ita concinendo explicat: *Beatus vir, qui non abiit in conſilio impiorum*. Pſalm. 1. Ecce primus deſcenſus, cum amicos comparas improbos, illos conſulis, ad illos ventitas, illorum interes conſiliis: hæc prima mali labes. *Et in via peccatorum non ſtetit*: En ſecundus, peior quidem atque infelicior. Deinde nimirum enim peccatoribus turpi apud vulgus infamia notatis amicè conuerſatis, familiariter viuis. Tertius ſupremæ infelicitatis gradus: *Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit*. Denique peſtiferâ quadam ſecuritate iaces, perſiſtiſque in flagitiis, atque impudenter Dei legem, mortis iudicijque timorem, atque hominum opiniones, ſermonéſque de publico, tnæ vitæ ſcandalo contemnis. Hæc explicatio eleganter colligitur ex Hebr. vocibus. Sic enim in fonte: *Non abiit in conſilio Reſaim*; quæ vox ſignificat inquietos ad malúmque propenſos: *Et in via Hattaim non ſtetit*: ſcilicet impudentium, quos flagitiorum quantumuis grauium minimè pudeat: *Et in conſeſſu irriſorum non ſedit*: qui cùm toti ſint in cœno ſuorum ſcelerum defixi virtutem irrident, puritatis amatores cachinnis, & conuiciis proſcinduut. O

Clem. Alex.

Oculorum modeſtia cōmendatur.

Clem. Alex.

Prima prælodia pugnæ in oculis.

Pſal. 1. Tres gradus infelicitatis peccantium.

Extrema impudentia virtutem, & virtutis ſectatores ridere fui habere.

A extremam dementiam! ô infamem! ô mortiferam menſam irriſorum! ô luem! ô contagium animarum! ô exitium, quo domeſtici, ciues, totáque Reſp. regnum, mundus contabeſcit! Remis igitur, veliſque fugienda improborum conſuetudo: procul ab infami cœtu impiorum, quò non peruadat peſtis, abſcedendum.

21. Sed cur vir ſanctiſſimus ita in Simeonem & Leui, quos haud dubiè prophetico ſpiritu doctorum & ſacerdotum parentes fore præſciebat, inuectus ab illorum cætu cauendum fugiendúmque præmonuit? Quid quæſo ſanctius, quid ſecurius, quàm doctorum & ſacerdotum conſuetudo? Benè quidem: ſi puri & ſancti moribus ac

B vitâ fuerint. Fit enim ſæpiùs, vt ſub ſanctitatis velamine ſumma improbitas delitescat: at quò malum eſt occultius, eò faciliùs incautos opprimit: & quò quis melior eſſe debuit, ſi nequam ſit; eò magis vitandus & execrandus erit, quàm is; cuius vti virtus minùs ſperatur, ita vitia magis produntur. Audi Apoſtolum: *Si quis vos vocat infidelium, & vultis ire: omne quod vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes*. 1. Cor. 10. Idem verò ſcripſerat: *Si is qui frater nominatur, & fornicator, aut maledicus, &c. cum eiuſmodi nec cibum ſumite*. 1. Cor. 5. Quid hoc eſt, diuine Apoſtole? Fidelem cum infideli conuerſari, & comedere permittis: at fidelem cum fideli peccatore omninò id prohibea? Annon deterior eſt infidelitas, quàm fornicatio? Planè ratio hæc videtur eſſe:

C quia impietas infidelis nota eſt, & vitari poteſt: at vitia fidelis ſub quodam ſpecioſo fidei Chriſtianæ inuolucro ſecretiora ſunt, & difficiliùs declinantur, faciliúſque per conſuetudinem veluti lues, tabéſque vulgantur. Admittenda infidelis menſa: fugienda fidelis fornicarij aut maledici conſuetudo. Securus cum idololatra Chriſtianus eſt: cum vitioſo Chriſtiano Chriſtianus periclitatur, vſque adeò perniciosum eſt malî Chriſtiani exemplum, lethiferum planè contagium.

22. Ob eam quoque rationem iuxta legem Moyſis, qui non totus, ſed aliquâ tantùm corporis parte leproſus erat, immundus habebatur, vitatúque debebat: ac proinde à conſortio mortalium procul viuere iubebatur. Contrà verò qui

D totus erat omninò leproſus, vi pote non immundos, poterat vti conſuetudine hominum: iuſſus tamen nudo eóque leproſo capite incedere. *Nimirum* (inquit Theodoret.) *vt notus ſit, & ne fiant impuritatis participes, qui ad illum accedunt: ita de peccantibus dicit Apoſtolus: ſubducite vos ab omni fratre inordinatè ambulante*. quæſt. 17. in Leuit. Pulchro quidem ſacerdotij velamine Ille Iudæorum nequiſſimus Alcimus impiiſſimam crudelitatem in ſuos contribules occultatam exercuit tandem. *Conuenerunt enim* (ſcribitur) *ad Alcimum congregatio ſcribarum, & primi Aſſidæi: dixerunt enim: Homo ſacerdos de ſemine Aaron venit, non decipiet nos*. Sic illi, ſed quàm decepti! Sequitur: *Et occidit*

E *ex iis in vna die ſexaginta viros*. 1. Machab. 7. Latebat ergo impietas ſub pietatis ſpecie; inhumanitas ſub illa ſancta figura ſacerdotij: lupus ſub pelle ouina. Quare malum illud facilè nocere potuit, non euitari.

23. *In furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum*.] Hiſtoricè dictum de Sichimitarum internecione, atque vrbis excidio, vti ſuperiùs narratur, à filiis Iacob perpetratum, quorum duces ad illud facinus fuerunt Simeon & Leui. In furore ſuo, videlicet furentes irâ, & veluti ad rabiem inſaniémque acti, diſtrictis gladiis,

Nocet nimiùm malitia ſub velamine virtutis.

Peſtis eſt malus ſacerdos.

1. Cor. 10.

Perniciosius mali Chriſtiani, quàm pagani malum exemplum.

1. Cor. 5.

Occultus peccator quia nō vitatur, nocet: publicus quia vitatur, haud nocet.

Leuit. 13.

Theod.

1. Mach. 7.

Nocet plurimū lupus ſub pelle ouina.

A dijs, intrantes vrbem obtruncarunt viros (ſingulare pro plurali ponitur) vt nihil omninò de virili ſexu viuum reliquerint. Vel per virum viróſve intelligit Hemor & Sichem principes, in quos præcipuè deſæuiit vltio Hebræorum, quos etiam per muros ſignificari vult Procop. his verbis: *Per muros intelligi poſſunt principes, qui potentiâ pollebant in illa vrbe, eámque conſeruabant, & tuebantur inſtar muri munitiſſimi.* Quòd autem principes murorum ſymbolo ſignificentur, nemo eſt qui dubitet: quippe cùm principes regno, ciuitatique ſint defenſio, aſylum, munimentum: nudatáque Reſp. principibus plebem hoſtibus habeat expoſitam, vti oppidum nullo circunſeptum aggere tam hominum, quàm beſtiarum quibuſcunque patet incurſibus, & iniurijs. Sic paſtores Nabal de Dauid, illiúſque militibus dicebant: *Homines iſti boni ſatis fuerunt nobis; pro muro erant nobis tam in nocte, quam in die.* 1.Reg.25 Illa quoque ſponſa Domini Eccleſia de ſe aiebat: *Ego murus, & vbera mea ſicut turris.* Cant.8. ſecura ſcilicet defenſio eſt fidelibus intra Eccleſiam degentibus; *portæ enim inferi non præualebunt aduerſus eam.* Matth.16. Cuius vbera, vtique doctores ſunt, qui lacte ſapientiæ, Catholicæ nimirum doctrinæ; populos erudiunt. Turres ſunt, contra quas nulla inferorum vis obſiſtet: & quidem turres in ſublime elatæ meritorum altitudine, virtutúmque vertice cœlum ipſum contingunt. Felices profectò Catholicæ Eccleſiæ doctores fideliúmque magiſtri. *Qui* (vt loquitur Vincent. Lirinenſis) *vel mori in Chriſto fideliter, vel occidi pro Chriſto fideliter meruerunt.* lib.contra hæreſ cap.40. At quàm pulchrè, dulcitérque ac propriè verba illa beatiſſimæ ſemper Virgini Deiparæ conueniant, nemo eſt qui ambigat. *Ego murus & vbera mea ſicut turres.* Cant.8. Tota illa eſt in aſylum, atque munimentum fidelibus: ampliſſimo ſuo patrocinio vniuerſam Chriſti Catholicam tuetur ac protegit Eccleſiam. Eam infinita propemodum infidelium, & hæreticorum multitudo iam prorſus oppreſſam conculcaſſet, niſi Virginis Deiparæ maieſtas ac tutela obſtitiſſet. De illa ſiquidem egregiè dictum intelligit Alb. Magn. quod de ſapientia ſcribitur. *Ipſi cura eſt de nobis.* Sap.6. Sic ille ſup. Miſſus.

Procop. Principes muri ſunt regnorum.

1 Reg 25. Securitas fideliū intra Eccleſiam Catholicā. Cant.8. Matth.16. Felix, qui vel mori in Chriſto, vel occidi pro Chriſto meruit.

Vinc.Lyrin.

Cant.8. Eccleſiā B. Maria tuetur ac protegit.

Alb.Magn. B. Maria cura eſt de nobis. Sap.6.

24. Nouerint igitur mortales omnes, maximè peccatores ſibi conſtructum eſſe à Deo murum iſtum, quo tecti poſſint diuinæ iuſtitiæ propulſare ictus. Tam admirabilis enim Dei licèt noſtris ſceleribus offenſi, miſericordia eſt; vt ſicut olim apud Prophetam conqueſtus eſt, quod non oppoſitum à Iudæis murum inueniret: *Non oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael.* Ezechiel. 13. quo diuina vltio retardaretur: ita nunc de multis peccatoribus conqueri poſſit, quòd cùm tales ſint, diuinæ tamen iuſtitiæ, ne promeritas luant pœnas, murum minimè opponant, Virginis nimirum Deiparæ gratiam, quæ ſumma eſt apud Deũ; ac patrocinium, quod quidem diuina iuſtitia mirum in modum reſpicit, ac (liceat dicere) reueretur. Dicit itaque Dominus peccatoribus: *Non aſcendiſtis ex aduerſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſrael, vt ſtaretis in prælio, in die Domini.* Ezech. 13. Videlicet ipſa Dei prouidentia peccatoribus conſulit, vt irruenti iam ad vindictam tot tantorúmque ſcelerum diuinæ iuſtitiæ murum opponant; quo tegantur, Virginem ſcilicet beatiſſimam Dei matrem implorent, illius merita, gratiámque Deo filio irato opponant, illius tutelâ patrocinióque defenſi diuinam vindictam auertant; & mitigent iracundiam. Et ipſa quidem id ipſum clamat: *Ego murus, & vbera mea turres.* ita legit S.Ambroſ. ſer. vlt. in Pſal.118. O egregia ratio ſpei, fiduciæque; Virgo mater peccatoribus murus, Virginis matris vbera peccatoribus turres! Non eſt quid timeat, ſecurus eſt, qui intra murum, turréſque conſidet: quem matris Virginis vbera defendunt. Nam qui fiet, vt diſtrictum iam in peccatores gladium Deus filius per eadem illa puriſſima & dulciſſima, quæ ſuxerat, matris vbera vno eodémque ictu tranſuerberata peccatores, qui ab illis reguntur, conuincidare non dubitet? Præter ſecuritatem, quæ muro ac turribus ſignificatur, vbertas etiam ſuauiſſimarum gratiarum, & conſolationum, quibus B à Deipara Virgine nutriuntur, perfunduntur, oblectantúrque & impinguantur fideles, abundantia vberibus declaratur iuxta illud: *Et abundantia in turribus tuis*; Pſalm.117. Inuitantem igitur Dei matrem, Virgineáque oſtentantem vbera pueri ſupplicéſque adeamus: debitis gratiarum actionibus ſalutemus, vti S.Bonauentura expertus aiebat: *O quam dulciter Maria ſalutare nouit! ò Maria digneris nos per gratiam tuam ſalutare! Et certè ipſa nos libenter ſalutat beneficio, & conſolatione, ſi nos eam frequenter ſalutamus ſeruitio & oratione: libenter nos ſalutat cum gratia, ſi libenter eam ſalutamus cum Aue Maria.* hæc Bonau. in ſpeculo b. Virgin.cap.4.

Quæritur Dominus de peccatoribus, quòd non confugiant ad patrocinium B. Mariæ. Ezech.13.

Cant 8. S.Ambr. B Maria defenſio peccatorum.

Mira peccatorum ſecuritas in vberibus B. Mariæ.

Pſal.117. B Maria dulciter ſalutat ipſam ſalutantes. S.Bonau.

25. Virum igitur; murúmque appellat Iacob illius vrbis principes Hemor & Sichem patrem, C ac filium, qui ſuis quidem ciuibus muri eſſe ac propugnacula debuerunt: ſed malo ſuo exemplo vnà corruptos in extremum pariter ſecum exitiũ pertraxerunt. Conſenſiſſe profectò ac fauiſſe principum duorum flagitio flagitioſum ſimiliter populum; atque ideircò vnà omnes ruinâ obrutos, dubitari non poteſt, quomodo enim populum in officio contineret, à peccando auerteret, peccantem puniret Rex Hemor, ſi peregrinam puellam ſanctè educatam, violenter à filio Sichem oppreſſam iniuſtus princeps malúſque pater non vindicauit. Caſtigati vtique filij exemplo ſuos facilè inſtruxiſſet Hemor. Nec enim poteſt alios benè ſanctéque regere; qui ſuam ipſe familiam D malè regit. Et qui ſeuerus, iuſtúſque eſt contra filium, faciliùs in exteros debitam exercebit ſeueritatem. Hoc ipſum didicit Moyſes, cum timore Angeli diſtringentis gladium circumcidere filium coactus eſt, vti ſcribitur Exod.4. Quem locum ita expendit Tertull. *Prouidens Deus quòd circumciſionem eſſet daturus populo Iſrael, iccircò filium Moyſis ducis futuri inſtigat circumcidi, vt cùm cœpiſſet per eum populo dare præceptum circumciſionis, non aſpernaretur populus videns exemplum iſtud in Duci filium iam celebratum.* lib.adu. Iud.cap.3. Qui ergo leges condit maximè ſi difficiles obſeruatu ſint in primis à ſua ipſe domo incipiat: quod & Dominus ipſe ſupremus legiſlator & princeps, vt mortales ſuo exemplo doceat, atque illorum E vitet calumniam obſeruat iuxta illud: *Tempus eſt, vt incipiat iudicium à domo Dei.* 1.Petr.4.

Malo principum exemplo ſubditi pereunt.

Malè alios regit, qui ſuam familiam non benè regit.

Exod 4. Tertull. Qui caſtigat filium, exteros facilè coërcebit.

1.Petr.4.

26. Et quidem Hemur tanto in filium Sichem ſeueriore patris cenſurâ vti debuit, quantò filius, quia princeps regníque hæres liberiore licentiâ vtebatur. Etenim vbi nos legimus: *Suffoderunt murum*: vertunt L X X. *ſubneruauerunt taurum.* Vox verò Hebræa *ſor* ſignificat *taurum*, vel *bouem*: *ſur murum.* Quare L X X. legerunt *ſor*, interpres vulgatus legit, *ſur.* Aptiſſimè quidem, princeps Sichem dicitur taurus, quia cùm eſſet iuuenili ætate,

Princeps typicè taurus.

ætate, pollebat robore corporis: tum etiam quia libidinoſus, impunéque laſciuiens more tauri in facinus prorruebat: tum denique quia ipſe inclytus ſpecioſuſque, ac præcipuus in domo patris ſui videbatur: atque ideircò miſer regali abundantiâ, luxúque pinguefactus ad futuram mortis ſaginam liberiùs interim exitus ignarus ſui, in regno illo ſubſultabat: nimiâ videlicet patris indulgentiâ, & regia dignitatis potentiâ ſubarmatus tauri nomine, typóque apprimè exprimitur. Nam quæ vlla vis tam effrænem intemperantiam poſſit cohibere? Viderint ergo Reges ac principes quam ſuis filiis, etiam regni hæredibus, ſinant viuendi licentiam. Sint illi ſpecioſi, ſint inclyti, ſint ad ſumma rerum nati, ſint animo excelſi, viribúſque robuſti: at ſi liberè impunéque agere permiſſi ruant in barathrum concupiſcentiæ, breui prorſus elangueſcere, diſſolui, atque fœdari videbuntur.

Iuuenis liberiùs viuēs ad mortis ſaginam nutritur.

Nimia patris indulgentia filiū perdit.

27. Eſt quidem Sichem, & quiuis alius illi ſimilis in domo regia veluti adamas mirum in modum pretioſus pariter & ſpecioſus, quem tamen carnis libido prorſus emollit, diſſoluit, atque deturpat: vt qui regium diadema nobilitate debuiſſet, cœno immerſus turpitudinum fœdam omnibus exhalet mephytim. Porrò de adamante ita ſcribit S. Hieron. *Hic lapis duriſſimus, & indomabilis ſolo hircorum cruore diſſoluitur, & miſſus in calidum ſanguinem perdit fortitudinem ſuam.* Planè ſic habet fortiſſimus ſumméque inclytus quiſque; vel princeps, regiúſque iuuenis, vti Sichem. *Cúmque* (addit Hieron.) *à nullo ſuperari queat, ſolo mortifera libidinis calore diſſoluitur. Hæc enim ſanguinis hircorum & ipſius hirci dicitur eſſe natura, vt ſit ad libidinem calidiſſimus: & quod ignis edomare nequeat, ſolus illius diſſoluat cruor.* in cap. 7. Amos. Porrò hæc duo quæ ſanctiſſimus Doctor ſcribit de adamante, mutuatus videtur ex Plinio, cuius hæc ſunt verba: *Adamantem opum gaudium, infragilem omni cætera vi & inuictum, ſanguine hircino rumpente*, &c. in procem. lib. 20. Sed hoc quàm ſit falſum & fabuloſum ipſæ apud nos conteſtantur paſſim officinæ in quibus ferro, & ipſius adamantis puluiſculo adamas expoliri conſpicitur. Cæterùm locus Prophetæ Amos, ad quem S. Hieron. ita diſſerit de adamante, ſic habet. *Ecce Dominus ſtabat ſuper murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij.* Amos 7. legunt LXX. *Super murum adamantinum; & in manu eius adamas.* O rem admirabilem! Murus calce oblitus, ſimúlque adamantinus dicitur. Nimirum homo ſummè inconſtãs, infirmus, leuíſque tentatione diſſolubilis ſuopte ingenio eſt: at per manum Dei fit adamantinus, omníque tentatione inſuperabilis. Suam igitur agnoſcens infirmitatem Propheta Dominum inuocabat: *Sana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.* Pſalm. 6. legunt alij ex Hebr. *Sana me Domine, quoniam contra me facta ſunt oſſa mea.* Quid quæſo infelicius, quid etiam periculoſius? Tam ineptus, támque impeditus ad omnia virtutis ſtudia homo eſt poſt naturæ ex peccato corruptionem; vt nihil in ſe habeat, quod non inclinet in malum, trahátque in peccatum. Quid de ſenſibus, vbi maior vis, quid de facultatibus animæ, omniúmque humanarum actionum operatricibus dicendum erat, cùm vel ipſa, in quibus nulla operandi virtus, contra ſalutem animæ propè inanima oſſa conſurgent?

Princeps adamas, ſed libidine ſparcus, & diſſolutus.

S. Hier.

Adamas hircino ſanguine rumpitur.

Plin. *Adamas vrii ferro & puluere adamantino frangitur.*

Amos 7. *Fragilis homo per Dei gratiā inuictus.*

Pſal. 6. *Contra hominem ſua inſurgunt omnia.*

28. Quid plura? vel ipſe diuinus Apoſtolus vas electionis ſeſe deplorabat, venundatum ſub peccato; *ſentiebat aliam legem in membris ſuis* A *repugnantem legi mentis ſuæ, à qua captiuus ducebatur in legem peccati.* ad Rom. 7. En ſumma hominis fragilitas. Sed vide ſummam hominis à Deo & in Deo conſtantiam, ac fortitudinem. *Omnia poſſum in eo, qui me confortat.* ad Philip. 4. Paries eſt tenui calce contectus, male duratus, paululùm incruſtatus homo in ſe: murus eſt adamantinus homo in Deo. Vitiorum officina hominis in ſe corpus eſt: at ſumptum à Deo virtutum eſt inſtrumentum; vti de ſe aiebat S. Greg. Nazianz. *Organum diuinum ego ſum, inſtrumentum ratione præditum, quod ab ſpiritu ſancto concinnatur, atque pulſatur.* orat. ad patrem. Denique taurus ille Sichem, qui fœdo ſuo exemplo miſeros Sichimitas, in eandem traxit morum ac vitæ turpitudinem, ſimili
B quoque exitio cum ipſis ſubneruatus periit. Non ſolet vnus vitio fœdari princeps, quin plures ſecum vnà deturpet: ad ſolum quippe vitij afflatum in principe plebs tota inficitur. *Non enim* (inquit S. Greg. Nazianz.) *vel pannus tincturam ita contrahit, vel is qui fœtido aut ſuaui colori propiùs ſe adiunxit, eius particeps fit; vel vapor quidam morbidus, & noxius pari facilitate in aerem diffunditur, ac per aerem animantibus impertitur:* (peſtem dicimus) *vt ſubditi præfectorum vitio celerrimè imbui atque impleri ſolent: & quidem multò faciliùs, quàm virtute.* Apol. 1. Sic etiam perire non poteſt princeps, quin ſecum plures in eandem infelicitatis ruinam prouoluat. Qui enim lata & alta turris intra humiliorum ædium vndique conſertam multitudi-
C nem, ſi de cœlo tangatur, aut terræ motu, vel ſulphureis tormentis concuſſa ſubruatur, poterit niſi cum ingenti ſubiacentium ædium ſtrage labefactari? videant ergo principes, & qui aliis præſunt, quali debeant exemplo ſubditis ad virtutem prælucere.

ad Rom. 7.

ad Philip. 4. *Homo in ſe paries ruinoſus, Dei gratia fit adamas.*

D. Greg. Naz.

Peſtilens exemplum mali principis ſubditos inficit ac perimit.

S. Greg. Nazianz.

Perditus princeps multos ſecū trahit in ruinam.

SECTIO III.

Maledictus furor eorum, quia pertinax; & indignatio eorum, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſraël.

D

1. PRudenter ſanctus vir, bonúſque pater filiis, etſi eos acriter obiurgarit, parcit tamen: *Maledicit enim* (loquit Theodoret.) *non ipſis, ſed eorum prauis affectibus, iræ videlicet & furori.* quæſt. 109. Nam ſi ſolo vindicandæ iniuriæ, quæ à Sichem illata eſt ſorori, zelo fratres commoti fuiſſent; vtique facinus illorum laudabile haberetur, vti commendatur à ſancta Iudith tanquam Deo autore atque incitatore perpetratum. Sic enim precata Deum legitur: *Dominus Deus patris mei Simeonis, qui dediſti illi gladium in defenſionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & denudauerunt femur virginis in confuſionem; & dediſti mulieres illorum in prædam,*
E *& filios illorum in captiuitatem, & omnem prædam in diuiſionem ſeruis tuis, qui zelauerunt zelum tuum.* Iudith cap. 9. Oſtendit igitur Deum non approbaſſe modò cædem illam Sichimitarum, ſed etiã ad illam patrandam vltoribus arma; & poſt patratam, præmia, ſcilicet prædam direptæ vrbis dediſſe. Itaque zelus, odium videlicet ſtupri, ſtudiúmque illud vlciſcendi, ne impunitum remaneret, laudabile quidem fuit, & à ſanctiſſima Iudith commendatur: At verò modum, quo vindictam fratres exercuerunt, furioſam iram, dolum

Maledicendū hominis peccatum, non homo.

Theodor.

Iudith 9. *In vindicādis delictis ſit Dei zelus, & iuſtitia modus.*

quo

quo per ſpeciem religionis inermes, ægróſque, ac dolore correptos oppreſſerunt; denique vltra modum, ac menſuram acceptæ iniuriæ in plebem, totúmque ipſum oppidum, vltionem cædis, depopulationis, excidiíque, vir iuſtus, vti debuit, grauiſſimè deteſtatur. Obiter expende in verbis Iudith: *Qui Zelauerunt Zelum tuum*: vindictam ſtupri illius vocari zelum Dei; qui cùm ſit iuſtus, & purus, pariter eſt zelotes pro virgine, quam iniuſtus, & impurus quia violenter oppreſſit. Profectò (vt quotidiana probat experientia) malo, & infelici exitu huiuſmodi virginum oppreſſores vitam finire conſueuerunt.

Iuſtiſſi violatores virginũ malè pereunt.

2. Maledictus igitur non zelus, non vindictæ ardor; immò neque furor, iure grauis, æſtuánſque iure optimo concepta iracundia; ſed quia pertinax: iracundia ſcilicet tenax, vindictæ amor inſatiabilis: quæ quidem violatore ipſo Principe tantùm occiſo debuit expleri: at acerbiùs tamen, quàm fas erat, in barbaram crudelitatem deſiit: ideircò diris, atque imprecationibus meritò addicatur, deteſtabilis planè in homine crudelitas eſt; quippe qui ad beneuolentiam, amorémque natus nihil in ſeipſo datum à natura, vti cæteræ animantes, quod nocendi, feriendíque ſit inſtrumentum, agnoſcit. A ſe fit, non factus à natura crudelis eſt. Profectò cùm Deus mitiſſimus ſit, maximè habet exoſam hominis crudelitatem. Etenim vel propter ſolam illius ſpeciem non ſibi permiſit conſtrui templum à Dauide: cui dixit: *Multum ſanguinem effudiſti, & plurima bella bellaſti, non poteris ædificare domum nomini meo.* 1. Paralip. 22. cùm tamen Dauidis manſuetudo fuerit admirabilis, quam ipſemet repræſentare Deo non dubitauit, vt in illius mercedem regni ſui poſſeſſio in poſteris conſeruaretur: *Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius.* Pſalm. 131. Etſi autem iuſta fuerit illa ſanguinis effuſio, iuſtáque in Dei hoſtes, Dei iuſſu geſta prælia; nihilominùs ita Deus crudelitatem execratur, vt ne illius vel tenui labe, immò vel ſuſpicione, vmbráve notatum hominem ſui templi conſtructorem eſſe voluerit. Quod quidem ſeueriùs nunc ab hominibus exigit, poſtquàm illos exemplo ſuo ad omnem manſuetudinem, & clementiam informauit. *Qui ſcilicet* (ait S. Ambroſius) *cùm ſe poſſet vlciſci, maluit immolari.* in 22. Luc. Nec venit in mundum, vt homines etſi peccatores, vti merebantur, perimeret: ſed viuos, vti erant, meliore adhuc vitâ donatos conſeruaret: quod quidem diuinam potentiam, ac maieſtatem maximè commendat. Quare optimè ſcripſit Clemens Alexand. *Hoc eſt maximum & maximè regium Dei opus humanam ſeruare naturam.* 1. pædag. 12.

Execrabilis in homine crudelitas.

1. Paral. 22.
Vel ipſam ſpeciem crudelitatis Deus execratur.
Pſal. 131.

D. Ambr.
Deus naturà clemens & cõſeruator non peremptor.

Clem. Alex.

3. Atque ideircò antiquatâ illâ vetere, quæ ſeuerior, lege Moſaicâ nouam clementiæ, amoríſque legem condidit. De aduentu enim Domini, legéque illius loquens Iſaias felicitatem pacis aureæ prædicit: *Et conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium, neque exercebuntur vltra ad prælium.* Iſai. 2. *Omne bellandi ſtudium* (declarat S. Hieron.) *vertetur ad pacem, & pro diſcordiis erit in toto orbe concordia.* Et quidem cùm totum vbique Romanum imperium aut ciuilibus, aut cæterorum hoſtium bellis ſub Auguſto anteà conflagraſſet, anno tandem quadrageſimo primo eiuſdem (vt notat ibidem S. Hieronym.) natus eſt Dominus IESVS, & tunc omnia bella ceſſauerunt. Eumdem Iſaiæ locum expendens Tertullianus adiungit. *Vetus lex vltione gladij ſe vendicabat, & oculum pro oculo eruebat, & vindictam iniuriæ retribuebat. Noua autem lex clementiam deſignabat, & priſtinam ferocitatem gladiorum, & lancearum ad tranquillitatem conuertebat, & belli priſtinos in æmulos legis; & hoſtis executionem in pacificos actus arandæ, & colendæ terræ reformabat.* lib. aduerſus Iudæos, cap. 5. Quid & non vindex Deus hominum ſcelera caſtigat? ita planè. Sed cum miſericordia ſimul; vt iuſtitiæ rigorem temperet. Ait enim Propheta: *Miſericors Dominus, & iuſtus, & Deus noſter miſeretur.* Pſalm. 114. Pulchrè ponitur primò vox: *Miſericors*; vltimò, *Miſeretur*; in medio, *Dominus iuſtus*: quorſum ita? *Iuſtitia Dei* (declarat S. Hieronym.) *vallatur miſericordia, & tali ad iudicium ambitione procedit: ſic parcit vt iudicet; ſic iudicat vt miſereatur.* in cap. 3. Ioel. Admirabili ſanè apparatu ad iudicandum diuina procedit iuſtitia: euntem ſequitur, atque antecedit miſericordia: vt cùm vna tantummodò ſit iuſtitia, duplex adſiſtat miſericordia: ſubſequens vadentem, ne fortè exorbitet, cohibeat: antecedens docat ad clementiam. O Deum clementiſſimum! vbi ſunt, ô Domine, cùm iudicem agis, lictores, virgæ, ſecures? Dominus es miſericors, & iudex miſeretis. *Fontes* (inquit ad hunc locum Theodoret.) *miſericordiæ hominibus profundit. Bis enim de miſericordia mentionem facit, cùm ſemel de iuſtitia meminerit. Vincit enim Dei benignitas iuſtitiæ ſententiam.* Iuſtus eſt Dominus, ſimúlque miſericors, & vtroque modo meam curat ſalutem. *Iuſtus* (declarat S. Auguſtin.) *quia flagellat; & iterum miſeretur, quia recipit. Flagellat autem filium, quem recipit: nec tam mihi amarum debet eſſe quòd flagellat, quam dulce quòd recipit.* At doleo tamen, cùm flagellor. Benè. *Sed non pœnalis* (adiungit) *immò ſalutaris dolor eſt, quem ſecundò medicus facit.* ibid. Itaque miſericors, & iuſtus Dominus patrem agit, cùm errantem filium flagellat: Medicum agit, cùm ægroto medicinam admonet ad ſanitatem.

A
B
C

Iſai 2.
D. Hier.
Verbi incarnatio pacem mundo attulit.

D. Hier.
Tertull.
Pacis & amoris lex Chriſti.

Pſal. 114.

D. Hier.
Dei iuſtitia miſericordia adiũcta vindictam exercet.

Theod.
Dei iuſtitiã antè & retrò cohibet miſericordia.

D. Auguſt.

Deus ſalutaris medicus, cùm caſtigat.

4. Deteſtatur Iacob furorem filiorum: nec enim ratione, conſilióque vſi, ſed iracundiæ furiis acti vindictam exercuerunt, quod quidem à Deo valdè alienum eſt: qui cùm potentia vti poſſet, mauult tamen iuſtus, & integer Iudex, quàm Dominus abſolutus demonſtrari. Hinc illud: *Audite montes iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium Domini cum populo ſuo, & cum Iſrael diiudicabitur.* Mich. 6. quæ verba ſic expendit S. Hieronym. *Qui poterat quaſi Deus pro ſceleribus populi peccatoris inferre ſupplicia, non vult videri potens, ſed iuſtus. Nunc igitur populum Iſraël cogit ad iudicium; vt præſentibus Angelis, & omni creaturâ, ſi quid habeat reſpondere: vt iuſtificetur Deus in ſermonibus ſuis, & vincat cùm iudicatur.* Pſalm. 50. Hanc vim habet illud: *Cùm Iſrael iudicabitur.* ſcilicet Dominus iuſtè, vti omnibus demonſtrabitur, iudicans ingratos, & infidos peccatores, qui omninò etiam à ſeipſis conuicti obmuteſcent. Diſcant Principes, Prælati, Præfecti, Rectores, Domini, Iudices conſilio rem agere, ratione moueri, ac duci, iuſtitiam ſequi: non autem paſſionis impetu, qui cæcus, & præceps eſt, nec indignationis furore ad puniendum præcipitari. Maledictus ille furor, qui contra homines potiùs, quàm contra illorum flagitia deſæuiit. Nam ſi horum tantummodò vindicta quæreretur, quid (quæſo) fratres illi melius aliud contra ipſum ſtuprum poſſent ſtatuere, quàm vt per circumciſionem, acceptámque veri Dei religionem Sichimitæ omnes fideles, ſanctíq; fierent: ac dedecus ſororis in verum, glorioſúmque matrimonium conuerteretur?

D
E

Mich. 6.
Ratione & conſilio puniendum, nõ furore vindicta.
S. Hier.
Deus mauult iuſtus, quam potens videri.
Pſal. 50.

Scilicet

Iſai. 11.
Supplicium dirigitur ad emendationem.

5. Scilicet Rex Meſſias in mundum veniens iuxta prophetiam: *Spiritu labiorum ſuorum interficiet impium.* Iſai 11. Docti intelligunt ipſam impietatem, interficiet Meſſias impium, ſcilicet hominem pium de impio efficiens, impietatémque ipſam abolebit. Ad hoc enim Deus hominem caſtigat, vt emendet; expiataque prorſus iniquitate peccator eſſe deſinat, iuſtuſque efficiatur: quem Apoſtolus vocat nouam creaturam. *Si qua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt. Ecce facta ſunt omnia noua.* 2. Cor. 5. *Si quis* (declarat S. Chryſoſtom.) *Chriſti fidem amplexus ad alterum opificij genus venit. Etenim ſuperne per ſpiritum genitus eſt.* homil. 11. in 2. Cor. Sed quorſum Apoſtolus Chriſtianum hominem monet, vt meminerit ſe nouam eſſe ex fide ipſa, quam amplexus profitetur, creaturam? multis nimirum eodem cap. contendit nouam homini Chriſtiano vitam fore inſtituendam, tum etiam quia per baptiſmum noua prodit creatura: quod quidem idem Chryſoſt. ſic adnotauit: *Ac proinde hoc etiam nomine par eſt vt ipſi viuamus, non tantum quia noſtri iuris non ſumus, aut quia ipſe pro nobis mortem oppetiuit, aut quia primitias generis noſtri a morte ad vitam reuocauit, ſed etiam quia ad alteram vitam conceſſimus: vnde quot quiſque aquas rationes afferat, quam ob rem rectè atque ex virtute nobis ducenda vita ſit.* O grandis honor! ſed & grande onus Chriſtiani hominis: mori quidem & ſepeliri in baptiſmo veterem hominem cum actibus ſuis, videlicet impietatibus: ac ſubindè per baptiſmum in nouitate vitæ reſurgere nouum hominem, nouam creaturam, cœleſtis patriæ ciuem, ſuppatem Angelis, diuinæ conſortem naturæ, Chriſti cohæredem! Quare ſi ad ſupplicium non ſequitur emendatio, fruſtrà illud ipſum repetendum dicit per Iſaiam. *Super quo percutiam vos vltra addentes præuaricationem?* cap. 1. Habet alia lectio; *Quorſum percutimini? adhuc addetis auerſionem.* id eſt: Quid opus eſt caſtigationibus? perdetur oleum & opera: in dies peiores efficimini. Ego vos idcircò flagellaui, vt emendarem: flagellati vos peiores eſtis. Ergo fruſtra iterabo ſupplicium, cuius proprium expectatúmque non percipio fructum; veſtram ſcilicet emendationem. Hinc docemur eò dirigi maximè ſupplicium, vt qui deliquit, emendetur: vel alij ſaltem alieno docti periculo à peccando deterreantur. Nam qui publicitus verbi gratia ſuſpenduntur, non quidem ad propriam emendationem: ſed ad veram & condignam in Rep. flagitiorum caſtigationem, atque ad cæterorum exemplum, & ſimilis noxæ deteſtationem iure optimo damnantur. Vera eſt enim ſententia S. Cypriani. *Plectuntur interim quidam, quò cæteri corrigantur. Exempla ſunt omnium tormenta paucorum.* lib. de lapſis. Quòd ſi Hebræorum zelus ſupplicio Hemor & Sichem qui flagitij autores fuerunt, contentus foret, non illi paternam maledictionem incurrerent: *Maledictus furor eorum.*

2. Cor. 5. *D. Chryſ.* *Chriſtianus noua Dei creatura.* *D. Chryſ.* *Admirabilis excellentia viri Chriſtiani.* *Deus caſtigat vt emendet.* *Iſai. 1.* *Publica ſupplicia ad deteſtationem peccati, & cæterorum timorem.* *S. Cyprian.*

6. *Quia pertinax.*] Et furor ille quidem excuſari aliquo modo poſſet, ſi ſubitò exarſiſſet, præcipitiíque impetu excanduiſſent ad vindictam Simeon & Leui. Repentina ſiquidem paſſio mentem inuadens, totúmque hominem opprimens difficilè admodum aut cohiberi, aut ſopiri poteſt. Cæterùm iſtorum furor maledictus, quia pertinax, nimirum iracundia contumax, & flecti neſcia indignatio reddit illos inexcuſabiles? Nam quæ maior inhumanitas, quàm hæc fuerit: vt cùm duo treſve peccarint, in omnes omninò vrbis illius ciues ſine diſcrimine ſexus, & ætatis, atque adeò in tecta parietéſque ipſos & muros vindicta deſæuierit? Non habet modum irati ac furioſi hominis armata in vindictam manus. Tradidit Moyſi virgam Dominus, vt ſex plagis Ægyptios in mare rubrum ſubmergeret: at gladium ad cædem primogenitorum non Moyſis manibus credidit: illum Angelo ſancto, vel (vt verius habetur) maligno tradidit. Cur ita? quia ſupplicium abſolutè irrogandum, vbi nullum diſcrimen exigitur, non modus, non menſura requiritur; cuiuſmodi erant vniuerſales illæ plagæ, totiúſque exercitus in mare ſubmerſio: non rationem, non conſilium, quo delectus fieret, in homine deſiderabat; atque adeò poterat à quocunque Dei miniſtro irrogari. Contrà verò cædi tantùm ac iugulari è filiis Ægyptiorum primogenitos erat opus ſummi delectus ac modum exigebat: ſubintrandum quidem in hanc, non illam domum: perimendus iſte, non ille filius, non pater ſed filius iugulandus. Res quidem indigens conſilio, rationéque, ac diligente diſcernentis virtute, quæ in homine paſſionibus obnoxio, atque inconſideratè (vbi eſt occaſio) in aliorum damnum vim ſuam exercente rarò vnquam poſſent inueniri. O rem inſigniter admirabilem: pœna, quæ cum delectu infligitur, & modum menſurámque exigit, diabolo quidem ſecuriùs, quàm homini etiam iuſto creditur exercenda!

Difficilè cohibetur ſubita paſſio iracundiæ.
Homo furens in vindictā nec modum, nec menſurā habet.
Exod. 7. Exod. 14. Exod. 12.
Angelo, non homini traditur, vbi delectus exigitur, potentia puniēdi.
Diabolo, non homini creditur vindicta cum delectu.

Deut. 25.

7. Eò ſimiliter ſpectabat illa Deuter. lex: *Plagarum modus ita duntaxat, vt quadragenarium numerum non excedat: ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater.* cap. 25. Imò ex Hebræorum traditione habemus rei verberationem nunquam ad quadraginta plagas, ſed ad triginta nouem tantummodò peruenire ſolitam, vti Apoſtolus gloriatur ſe accepiſſe *quinquies quadragenas vna minus.* 2. Cor. 11. Nunquam igitur ad numerum plagarum peruenire licebat, ne fortè periculum eſſet excedendi vltra numerum à lege præſcriptum. *Fœdè laceratus.* Quid hoc eſt? an ſi vna poſt quadraginta infligatur homini plaga; illicò miſer lacerabitur? Quid vna poſt quadraginta tantum diſcruciabitur? Planè ſi vltra præſtitutum numerum vel ad vnam tantummodò plagam liceret extenſio; proculdubio (quæ homini eſt ad nocendum propenſio) periculum erat, ſic vlterius verberandi, donec reus multiplicatis conciſus flagellis ante omnium oculos expiraret. Additque legiſlator: *Iudices, ſi eum qui peccauit, dignum viderint plagis, proſternent, & coram ſe facient verberari.* Deut. 25. Erat igitur coram iudice verberandus, vt ſcilicet ipſe verbera moderaretur, ne quadragenarium numerum excederent, imò ne pertingerent quidem; neque tam violenter infligerentur, vt miſerandum in modum diſcerptus de vita periclitaretur. Sic Deus clementiſſimus, qui cùm iraſcitur miſericorditer recordatur, ſeruos ſuos quibus iudicandi, damnandi, puniendíque poteſtatem tradidit, in iudicio non ſæuire, ſed emendare docuit. Modum omnem exceſſit vindicta illa Hebræorum, furor ille pertinax, in Hebr. *fortis odio*; quia ſupra omnem exarſerunt inuidiâ, rabie, crudelitate.

2. Cor. 11.
Modus à Deo præſcriptus vel flagellandi.
Deut. 25.
Miniſtros ſuos Deus emendare in iudicio, non ſæuire iubet.

8. Furor eſt quodcunque peccatum, in quod miſeri prolabimur, impellente nos cæca & furioſa paſſione; quæ ſic violenter nos pertrahit in cōſenſum; atque ſubindè in opus externum flagitij, vt velut excæcati nec ipſi delicti turpitudinem, noſtrúmque periculum intueamur: ac tanquam à

Peccatum furor eſt, cæcitas dementia.

Ben. Fernand. in Geneſ. ſect. 3.

ratione alieni, dementéſque contra Deum ipſum conditorem ac Redemptorem ingrati, perfidique homunciones inſurgere non vereamur. Idcircò Dei Eccleſia in commendatione animæ ſolita recitari pro moribondis ad flectendam Dei Iuſtitiam, impetrandámque illius miſericordiam miſero peccatori aliqualem prætendit excuſationem hiſce verbis deprecans: *Ne memineris iniquitatum eius antiquarum, & ebrietatum, quas ſuſcitauit furor, ſiue feruor mali deſiderij.* Et quidem meritò vocat ebrietates hominum delicta, quæ quidem non niſi per violentiam paſſionis ad malum ſtimulantis abalienati à iudicio rationéque mentis, & quodammodò temulenti contra Deum audent perpetrare. Ruunt igitur in peccatum, *ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.* Pſal. 31. Egregie per equum furor peccandi exprimitur, vt hic animaduertit S. Ambroſ. *Equus ſtare neſcit, velox ad impetum, ceruicem exaltans, hinniens ad libidinem. Quid tam ſimile peccati? Feruet enim primo culpa impetu, & omnem recti cogitationem præuenit, motúque immaturo exilit, vt eam difficile ratio reuocare poſſit. Fertur enim praceps, & aſcenſorem eius proiicit in mare iſtud huius ſeculi, ceruice tumidà recuſans iugum correctionis.* lib. de Abraham. capit. 7.

Ebrietas omne peccatum.

Pſal. 31.

D. Ambr. *Peccati furore equi exprimitur.*

9. Igitur (ô bone Deus qui noſti figmentum noſtrum!) quàm facilè à prauis ſuggeſtionibus corripimur, quàm violenter ad peccandum impellimur ab ipſa noſtræ carnis *concupiſcentia abſtracti & illecti.* Iacobi 1. miſerere quæſo miſeris C altoque ſeruis tuis; quos furor iſte, iſta ebrietas, equina iſta ferocitas præcipites in peccata deuoluit: fuerit quidem in nobis (vtinam nec ita foret!) fuerit furor, non ſit verò pertinax. Fuerit breui tranſiens paſſio, non ſit in delictis obſtinatio. furor enim idcircò maximè dicitur maledictus, quia pertinax, quia obſtinatus in peccato animus obdureſcit, nec vlli remedio cedit, nullà vi emollitur. Hæc eſt extrema peccatorum infelicitas; vt quàm facilè prolabuntur, tam difficilè corrigantur, molles ad reſiſtendum tentationi, obdurati ad perſiſtendum in flagitiis. Nimirum (quòd luculenter à S. Cyprian. dictum eſt) *ante admiſſum facinus improuidi, poſt facinus obſtinati: nec prius ſtabiles, nec poſtmo* D *dum ſupplices. Quando debuerunt ſtare, iacuerunt: quando iacere & proſternere ſe Deo debent, ſtare ſe opinantur.* libr. de lapſis. Vel (quod ad inſtitutum facit) exurgere non curantes, cœnum ipſum, quo voluantur, libenter amplectuntur. Pertinax malum ſic mentem hominis occupat, vt peccator Dei atque ſui ipſius immemor deplorandum quendam ſtuporem; aut verò etiam mortiferum, quo iam inferos ſtertat, ſempiternas flammas eructet, lethargum habere videatur. Typicè hoc in Iona illo, qui fugerat à facie Dei, ad interiora nauis dormiente viſum eſt: *Somnus enim Prophetæ* (inquit S. Hieronym.) *hominem ſignificat erroris ſopore torpentem: cui non ſuffecerat fugiſſe à facie Dei, niſi etiam quadam ve-* E *cordiâ mens illius obruta ignoraret iracundiam Dei, & quaſi ſecurus dormiret, & profundiſſimum ſomnum raucâ nare ſonaret.* in cap. 1. Ionæ.

Iacobi 1.

Extremum malum obſtinatio in peccatis.

D Cypr. *Homines ad peccandum faciles, in peccato contumaces.*

Ion. 1. *Obſtinati in peccato lethargus inferno proximus.*

D. Hier. *Ionas peccatorem adumbrat.*

10. Quare cùm tam alto ſopore iaceat peccator oppreſſus apertè illud, quod in dæmoniaco cæco & ſurdo apud Matt. & Luc. & muto apud Matth. 12. ſignificatum eſt: pertinacia videlicet atque obſtinationis æternæ vir. & ſignum expreſſum videtur. Nimirum (vt ſcribit Clem. Alexand.) *non enim videre, non cœli effectorem de-* A *ſiderare, non vniuerſorum opificem, & patrem audire.* lib. ad gentes. Hoc ſignum ponit æternæ reprobationis. Qui enim obrutam ſordibus vitiorum habet animam, qui iam male ſecurus fœdam inoliti peccati crapulam obdormit; nec viſu, nec auditu fungitur, vt vel cœlum reſpiciat, vel Dei clamantia voces perſpiciat. Latiùs hoc quidem argumentum ad omnia flagitiorum genera extenditur: quippe cùm in omnibus inueterata conſuetudo tandem deſinat in pertinaciam, & obſtinationem. At quia præſens inſtitutum eſt de furore iſto crudelitatis maledicto, quia pertinax, in quo ſacrilega Iudæorum contra Chriſtum Dominum Dei filium conſpirantium impietas adumbrata eſt: concludam ergo hunc locum illis verbis Domini ad ipſoſmet Iudæos. *Percuſſi* B *vos in vento vrente, &c. & non rediſtis ad me. Percuſſi vos in gladio, &c. & non rediſtis ad me. Subuerti vos, &c. & non rediſtis ad me. Quapropter hæc faciam tibi Iſrael.* Amos 4. Irrogata iam ſupplicia, quibus tamen illi nequaquam emolliti ſunt, ſed multo adhuc pertinaciùs obduruerunt, ſigillatim Dominus commemorat. Tandem vbi nihil eum illorum duritia profecit, hæc adiungit: *Quapropter hæc faciam tibi Iſrael.* Sed quænam iſthæc ſint, non aperit. Ergo S. Hieronym. *Quid* (inquit) *facturus ſit, tacet: vt dum ad ſingula pœnarum genera Iſrael pendet incertus (quæ ideò terribiliora ſunt, quia omnia ſuſpicantur) agat pœnitentiam, ne Deus inferat quæ minatur.* Hoc quid Dominus ſilentio tegit, vt ſuſpenſus inceſſiſque maiore afficiat terrore Iudæos, erat Chaldæorum aduentus, Iudaicíque populi captiuitas, quæ ſtatim ſubſecuta eſt. At illi tamen nec nimis ante ſuam euerſionem, nec poſt illam ad patriam ſuam reſtituti Deum ſuum, vti debebant; piè, religioſéque ac ſanctè coluerunt.

Peccatum inſenſibilitas.

Iudæorum etiam poſt ſupplicia in peccati obſtinatio. Amos 4.

D Hier.

11. Quare Dominus peruicaciá illorum execratus concludit: *Poſtquam autem hæc fecero tibi; præparare in occurſum Dei tui Iſrael.* ibid. Symmach. Quinta tranſlatio, & S. Hieron. vertunt: *Præparare vt aduerſeris Deo tuo.* Et ſenſus eſt: *Occidiſti ſeruos, quos ad te miſeram, miſſum nouiſſimè filium meum: tu autem iuxta morem tuum* D *præparare vt contradicas & aduerſeris Deo tuo: quod increpans & arguens dicit, vt ſaltem correptus non faciat, quod prædictum eſt.* Hæc S. Hieron. En quò tandem obſtinati animi conſuetudo in peccatis deuenit; vt Iudæorum impietas vim Deo ſuo homini inferat: & qui hominibus nocere conſueuerint, Deum hominem conſputum, & flagellatum ſuſpendant in patibulum. Edicit igitur Dominus perfido illi atque inhumano populo, vt à ſuis flagitiis tandem abſtineat. Nam ſi furor eorum pertinax ſit, in ſupremum omnium malorum haud dubiè prolabetur peremptio Dei filio: ſupremum quidem omnium, quæ ab homine patrari opere poſſunt flagitium. Nec enim maius, aut etiam par vel eſſe vel fingi poteſt delictum, opere admiſſum quàm fuerit Dei hominis E in cruce à Iudæis procurata mors. Hic Iudæorum maledictus furor, quia pertinax: quod peccatum neque in ipſis, quas miſeri, per terras, per regna, per gentes exoles vagique luunt, pœnas obſtinati dolent. Nimirum illis maximè conuenit illud: *Impius, cùm in profundum malorum venerit, contemnit.* Prouerb. 18. Scilicet hoc illud cor durum, quod identidem Dominus Iudæis exprobrabat; nec fortè quicquam aliud frequentiùs repetitum inuenimus.

Amos 4. *Conſuetudo peccandi deuenit in extremū malorum.*

D. Hier. *Iudæorum in homines crudelitas deſiit in odium & cæde Dei ſui.*

Peccatum Iudæorum, qui Chriſtum occiderunt ſuperat omnia flagitia.

Prou. 18.

Quid

D. Bern. Cor durum egregiè deſcribitur.

Quid verò ſit cor durum, eleganter deſcribit S. Bernard. ad hunc modum. *Solum eſt cor durum, quod ſemetipſum non exhorret, quia nec ſentit. quid ergo durum? Ipſum eſt quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur precibus, minis non cedit, flagellis duratur.* lib. 1. de conſid. Certè qui ſingula percurret, facilè inueniet omnia in Iudæis, quorum duritiès & furor maledictus quia pertinax, per omnes mundi nationes luce clariùs innoteſcit.

Ob obſtinationem in peccatis deſtituitur Dei auxilijs congruentibus peccator.

12. Maledictus planè furor quia pertinax; & obſtinatio peccatoris obdurati in peccatis, eò tandem aliquando poſtremæ infelicitatis deuenit, vt peccator moraliter loquendo conuerti non poſſit. quæ (opinor) illa eſt neceſſitas peccandi, quam S. Auguſt. in Confeſſ. facit extremum infelicitatis gradum. Enimuerò in pœnam ſuorum ſcelerum, maximè cùm multo tempore continuata peccandi conſuetudo accedente inuerecundia, contemptúque Dei, callum obduxit, diuinis auxilijs deſtituitur, non quidem ſufficientibus; hæc enim à Deo nulli vnquam mortalium in vita denegantur; ſed illis, quæ vocantur congruentia forentque ſi darentur, efficacia, quæ fuit Pharaonis toties in diuinis literis inculcata obduratio.

Quæ fuerit Pharaonis obduratio.

Bellarm. Obduratus peccator ſi petat à Deo auxiliũ ad conuerſionẽ impetrabit.

Cæterùm huic doctrinæ theologicæ addit egregium documentum doctiſſimus & illuſtriſſimus Cardinalis Robertus Bellarminus ex noſtra ſocietate hiſce verbis: *Nunquam ita Deus peccatorem deſtituit, quin ſaltem iuuet ad impetrandam gratiam, & vires quibus obduratio tolli poſſit, quando tenetur homo conuerti, & niſi faciat peccet. Proinde qui non poteſt facere quod debet, ſuâ culpâ non poteſt: & ideò peccat; quia ſi peteret auxilium diuinitùs, impetraret* ita Card. tom. 4. de amiſſione gratiæ. lib. 2. capit 4. §. Tertiò obſeruandum eſt. O admirabilem vim & potentiam orationis! Igitur ſi huiuſmodi peccator obduratus in eo ſtatu conetur ad habendam contritionem, nihil omninò proficiet; vtique congruente diuinæ gratiæ auxilio in pœnam ſuorum ſcelerum deſtitutus. At ſi à Deo illud ſuppliciter deprecetur, haud dubiè obtinebit iuxta verbum Domini:

Admiranda vis orationis. Matth. 7. S. Chryſ.

Petite & dabitur vobis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit; & pulſanti aperietur. Matth. 7. Ex quibus optimè colligit S. Chryſoſtom. *oportet ad tantum opus diuinum aduocare præſidium. Venit enim prorſus, atque aderit; & facilia vobis cuncta perficiet propterea petere præcipit, & ſe daturum pollicetur.* ibid.

Implorantĩ Dei auxiliũ, etſi alioqui ſit indignus, Deus occurret propter nomen ſuum.

13. Hanc ipſam ego doctrinam vna ſimilitudine illuſtrabo. Nam ſi gliſcente prælio militem penè oppreſſum ab hoſtibus, atque de vita periclitantem videret Imperator, & nihilominùs cùm facilè poſſet, propter illius tamen aliquot delicta, laboranti non ferret opem: at ſi fortè miſer Ducem inclamaret, ſuppléſque imploraret Ducis auxilium; proculdubiò miſertus Imperator periclitanti accurreret, videlicet in gratiam ſui nominis, quod miſer ille obteſtaretur, etſi alioqui debito indignus præſidio fuiſſet. Profectò nihil ad oſtendendam orationis efficacitatem aptius grauiúſque afferri poteſt argumentum. Benè S. Hieronym. ad prædictum Matth. locum colligit: *Pulſemus itaque ianuam Christi, de qua dictum eſt: Hæc porta Domini, iuſti intrabunt per eam.* Pſalm. 117. Sed quæ iſta porta Domini, quam orando pulſamus? Virgo, que Christi miſericordia, Chriſti pectus, Chri-

Pulſanda nobis porta Domini. D. Hier. Pſal. 117.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A ſti latus hominibus apertum. Quid ſi etiam porta Chriſti eſt illa, per quam de cœlo deſcendens venit ad homines, & per quam homines ad illum aſcendunt, intrántque in gaudium Domini ſui; nimirum Virgo mater, quæ nobis eſt ara ſalutis, ianua vitæ, theſaurus miſericordiæ? Quid in letis fieret, qui in ſalo huius mundi, cum vitijs, cum vitioſis affectibus, cum malignorum ſpirituum tentationibus ad æternam perditionem impellentibus fluctuamus; niſi Virginis Deiparæ lux, auráque affulgeret; niſi Virginis præſidium adeſſet? *Maria tranquillitatem mari, id eſt; mundo attulit, dum portum peperit Chriſtum*, vt pulchrè dictum eſt à S. Epiphan. de laud. Deip. *Hæc porta Domini, iuB ſti intrabunt per eam.* Pſalm. 117. Numquid ſoli iuſti? planè & peccatores accedunt, ſed cùm intrant, iam iuſti ſunt; cùm ſcilicet per matrem ad filium introducti, huius miſericordia, illius interceſſione in nouitatem ſpiritus renouantur.

B. Maria Domini porta. S. Epiphan. Per B. Mariam peccatores introducti ad Chriſtum ſiunt iuſti.

14. Non eſt qui ſe abſcondat à caritate eius; & peccatores per ipſam à Deo impetrant ſuorum delictorum veniam; & iuſti vt in virtute perſeuerent, & ſancti vt perfectam ſanctitatem conſequantur, per ipſam intercedendo, iuuando, fauendo, illuſtrando, tandem adipiſcuntur. Enimuerò S. Bonauent. non veretur aſſerere, *Virginem Dei matrem noſtræ ſalutis inſtrumentum, matrem quæ nos in fide genuit, nutricem ſanctitatis, C cuius lacte omnes, qui vnquam fuerunt, ſuntque iuſti & ſancti aluntur.* vide S. Bonauen. in pſalter. Deprecemur igitur cum S. Bernard. matrem ipſam miſericordiæ his verbis: *Per te acceſſum habeamus ad filium ô benedicta inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater ſalutis; vt per te ſuſcipiat nos, qui per te datus eſt nobis.* ſerm. 2. de aduentu. Et quidem illa orationis excellentia & efficacitas, quam paulò ſuperiùs commemorauimus, in obduratis & abundanti diuinæ gratiæ auxilio deſtitutis demonſtrata locum etiam habet erga Virginem beatiſſimam Dei matrem, cuius nomen ſuauiſſimum implorans peccator non poterit ex beneficio Dei filij matrem honorantis non exaudiri. Certum eſt enim illud S. Bernard. *Si quid ſpei in D nobis eſt, ſi quid gratiæ, ſi quid ſalutis, ab ea nouerimus redundare* ſerm. de aquæ ductu.

S. Bonau. B. Maria mater, & nutrix ſanctorum. Pietas erga B. Mariam lac virtutis & ſanctitatis. S. Bern.

Bern. Etiam obduratis peccatoribus præſtò eſt auxilium in invocatione B. Mariæ.

15. *Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſraël.*] Hæc duarum tribuum per alias diſperſio in pœnam fuit malè illos ac furioſæ conſpirationis, quam Simeon & Leui fecerunt, vt deciperent Sichimitas, deceptóſque trucidarent: & quam etiam priùs fecerant contra innocentem Ioſeph: vtrámque enim pater Iacob condemnat & execratur. Diuidantur igitur duæ iſtæ tribus, malíque conſultores, ac facinorum inuentores diſſocientur: diſtribuetur eorundem conſpiratio, ne rurſus in aliorum perniciem conſilia, dolos, armáque moliantur. Neque verò ab inuicem tantummodò diſgregatæ ſunt iſtæ tribus, E ſed à cæteris diſtinctam neutra ſortita eſt regionem. Enimuerò Simeonis tribui data portio eſt in medio tribus Iuda, vt habetur Ioſue cap. 19. Dein cùm exigua fuiſſet ea portio ſuccedenti multitudini, quæ in dies numeroſior fiebat, exierunt Simeonis poſteri in deſertum ad quærendas ſibi nouas ſedes, pars quidem in Gador, pars in montana Seir, vt conſtat ex 1 Paral. 4. At Leuitis nulla ſors obtigit propria; ſed per omnes tribus diſperſi habitabant, Ioſue 18. Explicatius hoc ipſum traditur in Targo. Hieruſal.

Targum.

Hieroſol. his verbis: *Dixit pater noſter Iacob: Non conuenit, vt hæc caſtra ſimul ſint: alioqui nullus populus nullúmque regnum poterit conſiſtere coram eis. Diuidam ergo tribum Simeonis, vt ſint ſcribæ & doctores legis in Synagogis Iacob: tribum verò Leui diſtribuam, vt præſit concionibus, vel contentionibus inter filios Iſraël.* ſic ibi. Separandi ergo ab inuicem erunt Simeon & Leui, poſtquàm malè coniuncti duplex facinus tam exſecrandum & machinati ſunt, & perpetrarunt.

16. Periculoſa nimirum eſt improborum ſocietas, quam Dauid veluti anathemate percuſſam abhorrebat: *Non communicabo* (inquiens) *cum electis eorum.* Pſal.140. Habet itaque (occurrit S.Hieronym.) & diabolus electos ſuos: vtpote inſigniter vitioſos. Horum igitur vitabat Propheta cœtum, conuictúmque vti excommunicatum. Electos vocat, peccatorum peſſimos, nebulonum impudentiſſimos, flagitiorum infamiâ nobilitatos. Chald. habet: *Non ſuſtentabor cantilenâ domus conuiuij eorum.* Certè illorum comporatio eſt in flagitia conſpiratio: illorum cantus, quàm Syrenum, multò magis eſt hominum mentibus exitialis. Eadem fuit prudentia ſanctiſſimi Iob, de quo inter alia memoranda encomia, hoc etiam adnotatur: *Et recedens à malo.* Iob 1. Receſſus hoc loco iuxta phraſim Hebr. propriè eſt rebellio, defectio; ſcilicet à malorum cohorte, & peccatorum factione procul aberat vir ſanctiſſimus: in alteris caſtris, ſub altero vexillo alterum ſecutus ducem Deum videlicet aduerſus peccatum. Stant ergo mali facto agmine coniurati; ſub duce peccato contra Deum Deique legem, ac virtutum cohortes præliantur. Meritò igitur precabatur Dauid: *Diſſipa gentes, quæ bella volunt.* Pſalm.67. *Fulgura coruſcationem, & diſſipabis eos.* Pſalm.143. *Non delebis, ſed diſſipabis eos: ne aliquando in ſe conſenſum habeant, ſed diſpergantur.* ita S.Hieronym. *Eſt quidem vnuſquiſque noſtrum*, vti conſiderat S. Bernard. *inter bina caſtra poſitus, hinc ſanctorum, illinc malignorum ſpirituum. Vtrinque ad me fit conclamatio, vtrique ad ſeſe inuitant, méque pertrahere ad ſua caſtra militiámque contendunt. Scilicet me expectant iuſti, donec retribuas mihi.* Pſalm.141. *Contra verò me expectauerunt peccatores, vt perderent me.* Pſalm.118. hæc S.Bernard. ſerm.31. de paruis. Quid ergo faciam miſer? Hinc Deus, illinc diabolus: hinc cœlum, inde gehenna. Medius ſum inter vitam & mortem; & quidem vtrámque ſempiternam. Quid faciam, niſi quod ratio præſcribit, mei ipſius amor requirit; vt recedam à malo, Deum ſequar, iuſtis adhæream, vitia oderim, mortificationem Domini IESV in corpore meo circumferam? Pulchrum ſcilicet eſt periclitari pro Deo.

Pſal.140. Suos etiam electos habet diabolus. D.Hier. Improbi vitandi vt excõmunicati. Iob 1. Mali ſtant, in acie ſub duce peccato contra Deũ, Deique legem. Pſal.67. Pſal.143. D.Hier. Medius homo inter bina caſtra Dei, & diaboli. Pſal.141. Pſal.118. S.Bern. Magnũ homini, dũ viuit, periculum.

17. At Simeonis quidem, illiúſque tribus diſperſio in Iſraël iuxta prophetiam Iacob facta eſſe videtur, cùm per omnes alias tribus ſcribæ, doctoréſque ex tribu Simeonis peruagarentur: hos enim pædagogos & magiſtros puerorum habebant vbique locorum Hebræi, vt Abulenſ. Lyran. aliíque aſſerunt ex illorum traditionibus. Quod munus docendi erudiendíque pueros Simeonis tribui demandatum, vel ab illa ſponte receptum non poteſt non laudari, habetúrque pro egregia diuinæ benignitatis benedictione. Ac fortaſſe vt hoc tam præclaro vtilique munere expiarent & abolerent nepotes Simeonis omnem ignominiam tum ſui parentis & conditoris, tum aliorum qui de ſua tribu infames extiterunt; vt

Ex tribu Simeon magiſtri puerorum. Abulenſ. Lyra. Docendo pueros tribus Simeon patrum delicta expianit.

Zamri princeps huiuſce gentis ſpectante Moyſe atque vniuerſo populo ingreſſus lupanar Madianitarum cum ſcorto concubuerat ſummo cum dolore totius populi, & principum indignatione, atque inſigni Dei contumelia: pro quo delicto fuit à Phinee vnà cum meretrice contrucidatus, vti legitur Numer.25. Enimuerò quàm præclarum ſit atque in Rep. æſtimandum hoc munus informandi iuuentutem cùm bonarum literarum diſciplinis, tum præcipuè integritate morum, ſanctíſque Chriſtianæ pietatis documentis, haud ſatis explicari poteſt. De illo quidem ita loquitur S.Chryſoſt. *Nulla res hoc artificio ſublimior inuenitur. Quid enim maius, quàm animis moderari, quàm adoleſcentium fingere mores? Omni certè pictore, omni ſtatuario cæteriſque huiuſmodi omnibus excellentiorem hunc duco, qui iuuenum animos fingere non ignoret.* homil.61. in Matth.

Num.25. Omni laude dignum munus docendi ritu Chriſtiano pueros. S.Chryſ.

18. Nunc verò maximè huiuſce muneris erudiendi docendíque inuentorem è ſuggeſto, vt fit in publicis ſcholis, excellentia demonſtratur exemplo Chriſti Domini, qui munus iſtud exercuit, cùm aliquando Nazareth iret in Synagogam, & *ſurrexit legere, & traditus eſt illi liber Iſaiæ.* Luc.4. Vbi optimè adnotauit S.Ambroſ. *Ipſe Dominus ſtiu ad omnia ſe curuauit obſequia, vt nec lectoris quidem aſpernaretur officium.* Profectò in ſeipſo Dominus IESVS, ipſam & Dei Patris ſapientia dedicauit & nobilitauit magiſtros maximè religioſos, qui ſimul cum eruditione bonarum artium pueris & adoleſcentibus tradunt Chriſtianæ pietatis documenta; vt literati pariter atque benè morati è literario ludo tandem euadant. Certè hoc eſt vnum vel nobiliſſimum noſtræ ſocietatis IESV munus, & ſtudium. Diſperſi enim per omnes Chriſtianæ gentis prouincias erudiendæ iuuentuti operam impendunt ex natiuo ſuæ religionis inſtituto noſtri homines, tanto quidem ſplendore cùm pietatis Chriſtianæ, tum nobiliorum doctrinarum; vt meritò de illis intelligatur, quod à Daniele Propheta ſcriptum eſt: *Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.* Dan.12. vertit ex Hebr. Theodotion. *Intelligentes fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti: & de iuſtis plurimi quaſi ſtellæ in æternum & vltrà.* Itaque iuſti, qui munus docendi alios non exercent, comparantur ſtellis: at qui propriæ ſanctitati adiungunt doctrinam; qua erudiunt alios, toti cœlo aſtris omnibus diſtincto ſimiles dicuntur, vti declarat S.Hieronym. his verbis: *Iuxta Theodoret. dicitur, quòd docti ſimilitudinem cœli habeant: & abſque doctrina iuſti ſtellarum fulgori comparentur: tantúmque ſit inter eruditam ſanctitatem, & ſanctam ruſticitatem, quantum cœlum diſtat & ſtella.* Cæterùm ex ipſa noſtra lectione: *Qui docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti*; comparantur viri docti ſyderibus in cœlo intermicantibus. Vnde inferes indoctos & illiteratos tanquam elementaria corpora longè inferiora cœleſtibus ſphæris, illarúmque luminibus prorſus haberi, & dici poſſe.

Munus docendi ex ſuggeſto Chriſtus Dominus in ſe ipſo dedicauit. Luc.4. D.Ambr. Docendi iuuentutem munus, proprium ſocietatis IESV. Dan.12. S.Hier. Docti viri ſicut ſtellæ cœli, indocti ſicut elementa.

19. Intelligi etiam poteſt, vt ex lectione LXX. clariùs elucet, ipſos magiſtros & doctores, qui erudiunt, vti cœlum ab ipſis, quos erudiunt, & in ſcientia virtutéque reddunt inſtructos, tanquam ſyderibus adornari. Sunt quidem magiſtri cœlum: diſcipuli, quibus illi conſtipantur, ſydera cœlum adornantia. Quo ſenſu Apoſtolus Philippenſes, quos erudierat, vocat: *Gaudium, & corona mea.* capit. 4. *Per vos* (declarat S. Hieronym.) *in præſenti* ... *lætificer,*

Philip.4. D.Hier.

lætificor, & in futuro coronabor. Præſtantiſſimum quidem, & toti Reip. vtiliſſimum erudiendi iuuentutem eſt Doctorum & piorum hominum officium: qui ſuo in primis exemplo ad pietatem Chriſtianam, morumque integritatem informant pueros ac iuuenes: dein bonarum artium diſciplinis eos inſtruunt. Quare qui ab vtraque re benè parati ad docendum accedunt, tam in Eccleſia Chriſtiana etiam apud principes, ac prudentes quoſcunque rerum æſtimatores pollent autoritate, vt ipſi in terris neſcio quid diuinitatis iam habere videantur. Hos quidem cæteri mortales, maximè diſcipuli, tanquam è cœlo delapſos homines intuentur; hos ſibi vitæ duces, morum magiſtros venerantur; horum doctrinam non vt ex humano pectore, ſed ex diuina mente manantem amplectuntur. Profectò hæc eſt ipſa ratio docendi, hoc erudiendi iuuenes inſtitutum, hæ ſunt ſcholæ, lycæa, academiæ in ſocietate IESV ex peculiari quidem, ac ſupremo Dei beneficio; quæ noſtrorum doctorum ſcholas non tam diſciplinarum gymnaſia, quàm virtutum, bonorum morum, & Chriſtianæ pietatis promptuaria & (vti mundus prædicat) religionum ſeminaria conſtruxit. Certè hac ratione ſpectata Iacobi prophetia videri potius debet in ſummam felicitatem filiis impertita benedictio, quàm in pœnam ſcelerum iiſdem irrogata maledictio.

Docendi iuuentutẽ munus præſtantiſſimum & vtiliſſimum Reip.

Magiſter cœlò diſcipulis veri ſyderibus adornatum.

Societatis IESV ſcholæ pietatis primaria, & religionum ſeminaria.

20. At quia proculdubiò propter patratam Sichimitarum cædem, & Ioſeph perſecutionem pœna cenſeri debet inflicta; nulli mirum hoc videatur quòd pro tam immani, dupliciquе flagitio in ſupplicium indicatur poſteris Simeonis & Leui in docendis & erudiendis pueris occupari. *Videlicet* (declarat Lyranus) *qui erant de tribu Simeon diſcurrebant per ſortes aliorum ſcribendo & pueros edocendo, ſicut nunc clerici pauperes apud Chriſtianos.* Quod quidem quàm ſit moleſtum & laborioſum, nemo facile intelliget, niſi qui aliquandiu in hoc piſtrino verſatus, aut verò potiùs circumagitatus fuit. Certè, vt cætera deſint, ipſa diſcipulorum inurbanitas & proteruia ſatis eſt, vt omni moleſtiâ tædióque plenum, atque intolerandum miſero magiſtro docendi munus efficiat: quod quidem ægerrime ferens S. Auguſt. cùm Carthagine Rhetoricam doceret, transfugiendum ſibi a Lycæo ipſo, & ab Africa vſque in Italiam exiſtimauit. Nam vt ipſemet teſtatur: *Apud Carthaginem fœda eſt & intemperans licentia ſcholaſticorum: irrumpunt impudenter, & propè furioſa fronte perturbant ordinem, quem quiſque diſcipulis ad proficiendum inſtituerit. Multa iniurioſa faciunt mirâ hebetudine & puniendâ legibus, niſi conſuetudo patrona ſit, hòc miſeriores eos oſtendens, quò iam quaſi liceat facere quod per tuam (Domine Deus) æternam legem nunquam licebit; & impunè ſe facere arbitrantur, cùm ipſa faciendi cæcitate puniantur, & incomparabiliter patiantur peiora, quàm faciunt.* lib. 5. Confeſſ. cap. 8.

Lyran. In pœnam flagitij Simeon tribui datum eſt munus erudiendi pueros.

D. Auguſt. Laborioſa & moleſta occupatio erudiendi pueros.

Impudentia ſcholaſticorum.

21. Planè infauſta ſors (ſi laborem moleſtiámque reſpicias) nimiúmque faſtidioſa prouincia tribui Simeon, ob parentis flagitium iniuncta; grauè onus in patria pœnam filiis deportandum. Nec tu, ſi ſapies, grauius quid inimico imprecaria, aut inferri deſideres. Lege priſcorum annales, & huiuſce rei teſtimonium inuenies memorabile. Nam Dionyſium illum Siciliæ tyrannum, cùm Siculi ob inſignem hominis crudelitatem regno, prouinciáque expuliſſent, iam denique alibi exulantem ij, qui trucidandum vellent, ab inferenda tamen homini cæde idcircò deſtiterunt, quia ludi magiſtrum eum pueris erudiendis agere apud Corinthios acceperunt: rati videlicet morte ipſa, quæ momento inflicta præterit, magiſterium puerorum longè acerbius reputari. Quotus autem quiſque eſt, cui nota non ſit antiquorum parœmia? *Aut mortuus eſt, aut docet literas.* Ea verò inde nata dicitur. Malè ſiquidem Athenienſibus contra Siculos pugnantibus plurimi ex captiuis in Sicilia coacti ſunt ludi eſſe magiſtri, docereque literas filios Siculorum: proinde pauci aliquot, qui Athenas profugerant, quid hic aut ille captiuus ageret in Sicilia, cùm rogarentur, reſpondiſſe perhibentur: *Aut periit, aut profectò literas docet.* Vide Paul. Manut. column. 40. Par quidem Athenienſibus videbatur infelicitas mori & docere literas: nec magiſter à mortuo aliter differe; niſi quia mortuo ademptus eſt doloris ſenſus; at magiſter mortis dolorem, vitæque ſenſum habens, viuendo moritur.

Morte acerbius erudiendi pueros munus.

Manut. Docere literas, & mori idem eſt. Peior magiſtri literarũ, quàm demortui conditio.

22. Certè non paucos vidimus ex continuata multos per annos docendi exercitatione debilitatos, & vitali omni vigore exhauſtos obiiſſe; cui ego (ritè antiqua remetior) periculo proximus aliquando preſſus ſub pondere gemui, penéque in ſtadio concidi. Hoc quidem natura ipſa quaſi homini conſulens, admirabili quodam in rebus minimis exemplo nobis teſtatum demonſtrauit. Enimuerò de luſcinia inter aues ob ſuauitatem concentus nominatiſſima cùm eleganter multa Plinius ſcribat; hoc etiam interſerit: *Certant inter ſe luſciniæ, palámque animoſa contentio eſt. Victa morte finit ſæpè vitam, ſpiritu prius deficiente, quam cantu. Meditantur aliæ iuniores, verſuſque quos imitentur, accipiunt. Audit diſcipula intentione magnâ & reddit; vicibúſque reticent. Intelligitur emendata correctio, & in docente quædam reprehenſio.* lib. 10. cap. 29. En auicula cantum alias docet, magiſtraque contentione cantillandi maximè decertans cum æmula pro erudiendis diſcipulis deficiente ſpiritu exanimatur. Denique vt rem conficiam, quam inexperti fortè illudent, ipſemet qui hæc ſcribo, multos per annos munus hoc erudiendi iuuentutem exercens non abſurdè locutum mihi comparem ludi magiſtrum contaſtor, qui aliquando graue noſtrum docendi onus meritò pertæſus ſincerè affirmauit neque Anachoretarum pœnitentiam ſibi viſam poſſe conferri cum quotidiano onere per integras quinque horas (vt in Luſitania mos eſt philoſophiæ atque humanitatis profeſſoribus) in ludo literario iuuentutem erudiendi. At cùm hoc ipſum onus pro Deo ſuſcipiatur, amanti Deum nihil difficile, nihil non ſuaue.

Plures labore docendi obiunt confecti.

Plin. Luſcinia cantando emoritur.

Nulla anachoretarum pœnitentia cũ vita ludi magiſtri conferenda.

Prophetia ſiue benedictio Moyſis de Leui. *Ex Deut. 33.*

SECTIO IV.

Leui quoque ait: Perfectio tua & doctrina tua viro ſancto tuo, quem probaſti in tentatione, & iudicaſti ad Aquas contradictionis. Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ: Neſcio vos: & fratribus ſuis: Ignoro vos: & neſcierunt filios

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

ſuos. Hi cuſtodierunt eloquium tuũ, & pactum tuũ ſeruauerũt, iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Iſraël: ponent thymiama in furore tuo, & holocauſtum ſuper altare tuum. Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius ſuſcipe. Percute dorſa inimicorum eius: & qui oderunt eum, non conſurgant. Deuter. 33.

1. BEnedicit Moyſes ſuæ tribui ſacerdotali, cùm tamen prætererit Simeonis tribum ob eam cauſam, quam ſuperiùs attigimus. Ac prima quidem & ſumma Leui benedictio eſt ipſum ſacerdotium, quod in ſola tribu Leui eſſe putetat. Explicat verò ſacerdotium per ornamenta pontificia: *Perfectio tua, & doctrina tua.* Hebr. *Vrim & thumim*, quæ noſter interpres vertit in Exod. *Doctrina & veritas*: alij, *Plenitudines tuæ & inflammationes tuæ*: erunt viro ſancto tuo, id eſt, ſacerdoti, quem tu aſſumpſiſti & ſanctificaſti; ſiue de aliis ſegregaſti in tua ſacrificia, & tabernaculi ac tẽpli tui miniſteria. Vertũt alij: *Perfectiones tuæ, & illuminationes tuæ.* legunt LXX. *Dato Leui manifeſtationes, & veritatem.* vnde Theodoret. *Dato* (ſic legit) *Leui manifeſtas ipſi, & veritatem illius viro ſancto.* Declarat verò in hunc modum. *Humero ſacerdotis imponebatur rationale, quod continebat manifeſtationem, & veritatem. Nam per illud multa declarabantur. Claris autem cohæret veritas propter certitudinem declaratorum.* quæſt. 44. in Deuter. Alij ſic interpretantur: *Plenitudines tuæ & ſplendores, ſiue illuminationes*: id eſt, veſtes ſacerdotales, aut ipſum pectorale, quod erat potiſſimum ſacerdotis ornamentum, pertinebunt ad virum pium & miſericordem tuum, id eſt, ad tribum Leui, ad quam pertinet vir miſericors tuus, &c. Et loquitur Moyſes hic non cum Deo, ſed cum Leui, ſeu tribu Leuitica, cui donatum eſt ſacerdotium, & de qua erat ipſemet Moyſes.

Theod.

Mira pulchritudo veſtium ſacerdotalium apud Hebræos.

2. Ac primò quidem in benedictione tribus ſacerdotalis ponuntur ſacræ veſtes, quibus ornatus presbyter accedit ad miniſtrandum. Quæ verò, quàm pretioſæ, quantique artificij & ſplendoris fuerint illæ veſtes, in Exod. 28. ſcribitur. Profectò vti fuerant ab ipſo Deo inuentæ, indicatæque mortalibus, vix à nobis intelligi, & à nullo quantumuis perito polymitario conſui poſſunt. Ea ſubinde ſacrarum veſtium elegantia mirabiliter commendabat ſacerdotem, quem Dominus altari ſuo miniſtrantem volebat populo fieri, haberique conſpicuum, decorum, & glorioſum. Sic enim præſcribit: *Facies veſtem ſanctam Aaron in gloriam & decorem.* Exod. 28. Emineat ſcilicet ſacerdos in populo, ſicut etiam elegantiorem ac pretioſiorem eiuſdem veſtem cæteri admirantur. Miris enim modis ſacerdotem ſuum vult Deus à populo æſtimari, colíque & honorari: vt nouerint laici neminem in ciuitate, in Rep. cum ſacerdote poſſe ac debere conferri. Idcircò iubet Dominus, vt ſacerdos, qui contra Dei legem aliquid commiſerit, vitulum pro ſe immaculatum ſacrificet. *Quòd ſi populus,* (adiungit) *vniuerſus tale commiſerit, ſimilis offeratur hoſtia.* Leuit. 4. *docens* (inquit Theodoret.) *quanta ſit ſacerdotij dignitas, quam vniuerſo populo parem facit.* quæſt. 1. in Leuit. Et quidem in toto illo populo pluſquàm ſexcenta millia hominum numerabantur, (cùm huiuſmodi lex data eſt) qui tamen omnes & plures etiam coniuncti vix vnius ſacerdotis inſtar erant. Quid verò populi princeps ad ſacerdotem? addit ergo Theodoret. *Principem, qui prætergreſſus fuerit legem aliquam, non vitulum, ſed hircum, aut caprum anniculum offerre iubet Dominus: Tam procul abeſt à ſacerdotali dignitate is, cui corporeum imperium commiſſum eſt.* ibid.

Sacerdotis veſtis eminentiam illius in populo ſignificat.

Vult Deus ſuum ſacerdotem à populo honorari.

Exod. 28.

Nemo in Rep. cũ ſacerdote conferendus.

Leuit. 4.

Vniuerſus populus vix vnius ſacerdotis inſtar eſt.

Theod.

Theod. Princeps cũ ſacerdote nõ conferendus.

3. Hoc quidem loco ſuperiorem principe facit ſacerdotem: quippe qui apud Deum habet locum potiorem: vt ſcilicet doceatur Rex ſacerdoti reuerentiam exhibere, ac tanquam ſublimiori cultum ſubmittere. At iam antea populum docuerat, vti ſacerdotem ſicut Regem, quo in Republ. nihil ſublimius videri ſolet, æſtimaret, ac veneraretur. Ideò hanc legem ſanciuit: *Filiis Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionem pro miniſterio, quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis.* Numer. 18. Nimirum vti ſolùm diuina tractarent ſacerdotes, & cum Deo ac de Deo agerent: at laici ſerendo, colendo, occando, ac ſudando illis victum & potum elaborarent. Quid quæſo excellentius? Benè ad hæc verba colligit Philo Hebr. *Ex his rebus liquet iuxta legis iudicium ſacerdotes æquiparari honore ac maieſtate Regibus: ſiquidem illis tanquam principibus conferri tributa imperat Dominus.* lib. de ſacerd. honor. Porrò non ſolùm ſacerdotalis dignitatis eminentia in illo ſplendido veſtium ornatu ſignificabatur; ſed vel potiſſimùm ſanctioris vitæ mores, operúmque excellentia innuebatur. Quod ita S. Hieron. teſtatur: *Veſtimenta ſacerdotis quid aliud, quàm recta opera virtutum debemus accipere? Propheta atteſtante, qui ait: ſacerdotes tui induant iuſtitiam.* Pſalm. 131. ſic ille epiſt. ad Fabiol. quod idem repetit S. Gregor. lib. 1. regiſt. cap. 24.

Regia dignitas ſacerdotis.

Num. 18. Sacerdos diuina tractat: illi verò populus ſerat & metat.

Philo. Populus ſacerdoti, ſicut Regi tributa ſoluit.

D. Hier. Potior ornatus ſacerdotis eſt in moribus, quàm in veſtibus.

Pſal. 131. S. Gregor.

4. Hoc erat Indumentum ſacerdotale ſanctiſſimi Iob; quem S. Hieronym. S. Chryſoſtom. Origen. Beda, Iſidor. & communiter expoſitores affirmant fuiſſe ſacerdotem. Itaque de ſuo ornamento ſic loquitur. *Iuſtitiâ indutus ſum, & veſtiui me ſicut veſtimento.* Iob 29. Iuſtitiæ nomine integram ſanctitatem intelligit. Iob igitur omni ex parte iuſtus & ſanctus erat, vtpote totus integrè bonis operibus ornatus. Sic enim explicat S. Gregor. *Veſtimento cùm veſtimur, ex omni parte circundamur. Ille ergo iuſtitiâ ſicut veſtimento veſtitur, qui ſe vndique bono opere protegit, & nullam partem actionis ſuæ peccato nudam relinquit. Nam qui in aliis actionibus iuſtus eſt, in aliis iniuſtus: quaſi hoc latus cooperuit, illud nudauit: nec tam bona ſunt opera, quæ ſubortis aliis prauis operibus inquinantur.* lib. 29. moral. cap. 12. Hæc eſt illa perfectio, ſeu perfectiones, ſeu plenitudines, integrum ſcilicet bonorum operum indumentum, quo ſacerdos ante Deum, hominéſque adornatus videri debet, vt nulla macula, nulláque in homine labes, ac vitium ſubnotetur. Quæ quidem perfectio, integrúmque Indumentum licèt in humanam infirmitatem cadere non poſſit, ad diuina tamen myſteria requiritur, & à diuina gratia expectari expoſcíque debet. Quòd ſi Moyſes in ſuis illis ſacerdotibus vel adolendo thuri, vel mactandis pecudum hoſtiis ex munere deſtinatis hanc integram, omníque parte abſolutam perfectionem requirit; quid quæſo in ſuis ſacerdotibus, quibus ſuum corpus & ſanguinem in altari offerendum tradit, ornamentorum, quid perfectionum, & plenitudinum Chriſtus Dominus Dei filius non requiret?

Iob fuit Dei ſacerdos.

Iob 29. Iob ſacerdotale ornamentũ perfecta ſanctitas.

S. Gregor.

Integra perfectio requiritur in ſacerdotibus.

Admirandã vitæ ſanctitatẽ Chriſtus à ſuis ſacerdotibus exigit.

5. In hoc eodem argumento illud egregiè dicitur à S. Amb. *Si in figura tanta obſeruantia quanta in veritate? Diſce ſacerdos quid ſit lauare veſtimen-*

D. Ambr.

ta

Omnimoda puritas in ſacerdotibus requiritur.

ta tua, vt mundum cor celebrandis exhibeas ſacramentis. Si populus ſine ablutione veſtimentorum ſuorum prohibebatur accedere ad hoſtiam: tu illotus mente pariter & corpore audeas pro aliis ſupplicare? pro aliis diuina ſacramenta miniſtrare? lib. 1. offic. cap. 5. Nulla in terris maior dignitas, quàm quæ ſit ſacerdotis in Eccleſia Chriſti, vt eam ſic demonſtrat S. Gregor. Nazianz. de epiſcopo, ac de ſacerdotio diſſerens. *Veritatis antiſtes, ac propugnator cum Angelorum numero atque ordine eſt, cum Archangelis Deum celebrat: ad ſupernum altare ſacrificia tranſmittit, ſimúlque cum Chriſto fungitur ſacerdotio: figmentum inſtaurat, imaginémque Creatori ſiſtit: & superno mundo opificem agit. Et, (vt quod maius eſt dicam) Deus eſt, alióſque Deos efficit.* Apolog. 1. Hæc eſt dignitas ſacerdotis. Qualem ergo requirat vitam, qualem corporis animæque munditiem, qualem morum integritatem, vitæque ſanctimoniam; quàm ſcilicet ſupra humanam, propéque diuinam exigat à ſacerdote, nemo eſt qui non videat: *Eſto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent.* Exod. 18. conſulebat Iethro Moyſi ſacerdoti ſuo genero. Seu, vt in Hebr. habetur: *Sis tu populo frons Dei.* Talem quippe ſe debet exhibere ſacerdos, vt non hominem, ſed Deum laici rebus in omnibus inueniant, intueantur, venerentur.

S. Gregor. Nazianz. Excellentia ſacerdotalis dignitatis demonſtratur.

Perfecta vitæ ſanctitas requiritur in ſacerdote.

Exod. 18. Sacerdos frons Dei.

6. Præterea, cùm tam ſublimis in Eccleſia ſit dignitas ſacerdotis; cùm tam virtute omni abſolutam exigat vitam; neceſſe omninò eſt, vt non quilibet, ſed inculpatæ vitæ, virtutúmque eminentium teſtimonio probati, habiléſque ad ſummum quod eſt in Eccleſia ſacerdotij faſtigium C eleuentur. Nec enim ſacerdotium ſecularis nobilitatis, ſed conſpicuæ virtutis ſplendore indiget. Quo in argumento perbelle ſcripſit S. Gregor. Nazianz. in hunc modum. *Nunc autem periculum eſt, ne ordo in toto Chriſtianiſmo ſacratiſſimus, in toto Chriſtianiſmo maximè ſit ridiculus. Non enim virtute magis, quàm malitiâ & fraude ſacerdotij dignitas paratur: nec meliores ac digniores, ſed potentiores thronis inſident. Samuel inter Prophetas: ſed & Saul vilis, & abiectus*, orat. de S. Baſil. Profectò tantum inter fideles excellit dignitas ſacerdotij, tantúmque illa ſanctitatis exigit à ſacerdote, vt niſi hominis vitia (quod aliquando fit) ob ſui magnitudinem D foràs erumpant, non facilè obſeruari credíque poſſint: contradicente nimirum ſenſui ac iudicio laicorum ipſamet maieſtate ſacerdotij; de qua ſiniſtrum quid niſi iniquus quis debeat ſuſpicari.

Ad ſacerdotiū non niſi digniſſimi, & eminentiſſimi deligantur.

S. Greg. Nazianz. Sacerdotiū in indigno fit ridiculū.

Ad ſacerdotium nō potentia generis, ſed excellentia vitæ requiritur.

In Sacerdote niſi publicè nemo fidelis vitium ſuſpicatur.

7. Cæterùm quod olim Dominus querebatur de perfidis, & iniquis Iudæis, qui in ipſo templo ſua pallia, veſtéſque inſtar ſtorarij expandebant, quibus turpiſſima quoque flagitia ibidem patrata velarentur; de indignis quoque ac vitioſis quibuſdam ex ſacerdotali ordine idem videtur conqueſtus. Scribit igitur Amos: *Veſtimenta ſua alligantes funibus faciebant vmbracula iuxta altare.* cap. 2. De malis itaque ac vitioſis ſacerdotibus dictum intelligit S. Hieron. *Opponunt iſti (ait) oculis videntium, ne eorum cernantur flagitia, vt qui altare reſpicit, malum non ſuſpicetur, ſtuprum non ſuſpicetur.* At qui corda omnium introſpicit Deus, cui nihil eſt abditum, nihil non apertum ac nudum, etſi pro ſua infinita miſericordia malum ſuſtineat ſacerdotem, illius tamen ſacerdotio tectis flagitiis multò grauiùs, quàm laici cuiuſque ſceleribus offenditur, & irritatur. Pulchrè Tertull. ſacrilegam ſacerdotum improbitatem longè grauiorem, quàm illa fuerit Iudæorum qui Dominum crucifixerunt, eſſe contendit. *Proh ſcelus! ſemel Iudæi Chriſto manus intulerunt, iſti quotidiè corpus eius laceſſunt. O manus præcidendæ!* lib. de idol. cap. 7. Quia ſcilicet indigni pollutis manibus diuina tractant myſteria, iniquitatiſque mentibus corpus & ſanguinem Domini ſuſcipiunt. Denique vt de perfectionibus, ſiue de vitæ morúmque ſanctitate ſacerdotis iuxta dignitatem illius dicere concludamus; illa S. Ambr. ſententia coronidem toti huic commentario imponat: ſic habet: *Debet præponderare vita ſacerdotis, ſicut præponderat gratia.* epiſt. 82. Excellit Angelicam dignitas Sacerdotis; igitur excellat neceſſe eſt Angelicam puritas Sacerdotis.

Amos 2. D. Hier. Tecta ſacerdotis vitia ne ſuſpicioni quidem veniunt.

Grauius tecto ſacerdotis, quàm laici ſcelere Deus irritatur.

Tertull. Grauius delinquunt mali ſacerdotes, quàm crucifixores Domini.

S. Ambr. Sacerdos Angelū ſicut dignitate, ſic puritate excellat.

8. *Doctrina tua.*] Illuminationes tuæ, ſplendores tui. Sic in Hebr. *Thummim veritas & doctrina:* B Scilicet collocata in rationali ſummi Sacerdotis: quod præcipuum erat in veſtibus pontificiis ornamentum. Innuitur verò ſcientia valde neceſſaria ſacerdoti. Qui enim poteſt eſſe aliorum magiſter, qui quod alios doceat prorſus ipſe neſciat? Atque in primis doctrina rerum diuinarum, qualis acquiritur in Theologia tam quæ ſublimia myſteria ſpeculatur, quàm quæ de moribus agit, ſic inſtructus debet eſſe ſacerdos, vt ſi illâ caret, cæcus cæcos ducens, ſecum alios miſer in candem præcipitet ruinam neceſſe ſit. Dixi Theologiam, quæ agit de moribus, ad quam ius canonicum, quatenus de illis præſcribit ac definit, pertinere cenſetur: Nam quæ illius, & fortè copioſior, pars tota in contentionibus verſatur, potiùs ad forum, quàm ad polum; ad ſubſtantiam rémque familiarem ſpectat, quàm ad cultum Dei, ſplendorem Eccleſiæ, ac ſalutem animarum quò potiſſimùm ſacerdotis munia diriguntur. Eſt Dei Eccleſia domus pacis: nec Dei, aut Eccleſiæ præceptis aut pariuntur aut nutriuntur litigantium diſcordiæ, quas in foro ciuili non minùs pernicioſas, quàm ſint bella ciuilia, ſeculares leges excitant, atque inflammant, quod enim Poëta cecinit de ciuilibus Romanorum belliis.

Scientia requiritur in ſacerdote.

Perit, & perdit ſecum alios imperitus ſacerdos.

Theologia ſaltem moralis requiritur in ſacerdote

Contraria ſignis

Signa, pares aquilas, & pila minantia pilis.

idem de legibus ad lites mutuò pugnantibus dicendum exiſtimat Cæſarius Arelatenſis: cuius illud eſt.

Lites contrariis inter ſe legibus excitantur & fouentur.

Lucan 1. Bella ciuilia legum ciuilium.

D *Legibus armatas furere in certamina leges;*
Ius anceps pugnare foro.

9. Certè noſtrâ memoriâ vir extitit in Luſitania è Pace Iulia (vulgò Beia) iuris vtriuſque, ſi vlla vnquam ætas alium peperit, quàm peritiſſimus: qui ſolebat dicere, ſe per leges inter ſe contrarias, modò tandiu viueret, poſſe circa vnam eandémque rem trecentos per annos pro vtráque parte litem producere. Sic anceps eſt ius ciuile: ita dubium, ſibique non conſtans forum eſt, in quo iuſtitia & iniuſtitia inter ſe paribus interdum armatæ legibus digladiantur. Quàm verò à grauitate Chriſtianæ fidei ſit ſtudium ardórque contentionum & litium de ſecularibus rebus, colligitur ex verbis Apoſtoli, qui iam ſeuerè in- E uehitur in iudicia ſecularia, & in ipſos litigantes. 1. Cor. 6. Sed vt à foro ad Eccleſiam reuertamur: Scientiâ & virtute inſtructus neceſſe eſt videatur Sacerdos: nam altera ſine alterius præſidio parum aut nihil in obeundo ſacerdotis munere proficit, quod S. Greg. Nazianz. ita oſtendit. *Qui vel probitate ſolùm, vel doctrinâ præſtant; atque ab altero deſtituuntur, ij mihi nihil à luſcis differre videntur, qui tum in magna calamitate, tum verò in maiore deformitate ſunt, ſiue alios inſpiciant, ſiue ab aliis inſpectentur.* orat. de S. Baſil. Duobus igitur claris

Anceps, non conſtans ſibi ius ciuile.

Inuehitur S. Paulus in lites & litigantes.

D. Greg. Naz. Scientiâ & virtute inſtructus ſit ſacerdos.

Scientia & virtus duo ſacerdotis oculi.

& acutè videntibus oculis eſt tam felix], quàm A formoſus, qui virtute ſimul & ſcientiâ conſpicuus habetur: Qui vtraque caret, cæcus omninò; qui alteram tantummodò habet, luſcus eſt, atque adeò calamitoſus, & indecorus. Hinc videas quantæ ſit impudentiæ pariter, atque dementiæ velle ſacerdotis & prælati munus ſuſcipere, obireque; cui tamen nec virtutis, nec ſcientiæ ornatus & apparatus adeſt. Quamobrem (vti monuit S. Greg. Nazianz.) *Melius eſt aliis, qui artis peritiâ præſtant, noſtri habenas concedere; quàm indoctos & imperitos aliorum aurigas eſſe: præſtâtque candidam aurem ſubmittere, quam ſtolidam linguam mouere.* Apolog. 1.

S. Greg. Nazianz. Imperitus obediat, non imperet.

10. *Viro ſancto tuo.*] Hebr. *Viro miſericordi*, ſcilicet illæ plenitudines & illuminationes, perfe- B ctio & doctrina erunt Moyſi ſacerdoti, quem Dominus ipſe mitis & miſericordis titulo decorauit: aut intelligitur Aaron, quem non propria merita, ſed Dei gratia Pontificem creauit. Atque adeò tribus ipſa Leui ſacerdotalis innuitur, cuius grande ornamentum eſt miſericordia. Vt enim ſacerdotem magnopere auaritia dedecorat; ſic in pauperes benignitas commendat. Et quid obſecro tam abſurdum, quam vt immitis, auarus, & crudelis in Eccleſia ſis miniſter Dei tam mitis, tam largi, tam miſericordis, tam (liceat dicere) prodigi ſuorum viſcerum? Diſce ſacerdos, qui tam familiariter agis cum Deo, qui Deum ipſum hominem ſub ſacramento manibus tractas, in os tuum infers, atque epularis, ab eodem in pau- C peres miſericordiam. Nam duobus maximis & auguſtiſſimis, quæ Deus hominibus conſulit, beneficiis, creatione videlicet, & redemptione nobis & exemplum præbuit, & documentum miſericordiæ præſtandæ pauperibus. Quod ita expendit Clem. Alex. *Produxit genus noſtrum Deus ipſe ad communicationem, cum ipſe prior ſuum filium impertiit, & ſuum Verbum omnibus commune ſubminiſtrauit, & fecit omnia pro omnibus. Sunt ergò omnia communia, ne plura quam alij ſibi vendicent diuites.* lib. 2. pædag. cap. 12.

Sacerdotem exornat miſericordia in pauperes.

Ab ipſa Euchariſtia, quam tractat, miſericordiam in pauperes diſcat ſacerdos.

Clem Alex. Creatione & redemptione miſericordiam in pauperes Deus docuit.

11. Sint igitur diuites; ſed ad communicationem; vt nouerint ſua egenis diuidere. Nouerint quæ ſibi ſuperſunt, ſi pauperibus non communicentur, haberi à Deo infauſta & perniciosa, maledictáque, vt ex Leuit. colliges. Iubebat enim D Dominus, vt tam carnes ſacrificiorum, quàm oblationes pacificæ primo quidem & ſecundo die comederent. *Quicquid autem* (adiungebat) *tertius inuenerit dies, ignis abſumet. Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti: quin potiùs quæcunque anima ſe edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit.* Leuit. 7. Quod verò ad tertium vſque diem carnes illæ, oblationeſque non eſſent aſſeruandæ, ratio illa eſt, quàm reddit Theodoret. his verbis: *Vult Dominus eos non ſolos epulari, ſed etiam egenis de carnibus elargiri: idcircò primo quidem & ſecundo die de carnibus illis ſumere iubet, & quæ deinde ſupererunt, igni mandari: vt neceſſitate compulſi habeant pauperes conuiuij ſui ſocios.* quæſt. 6. E in Leuit. Quare quæ diuitum menſis, de granario, de penu, de crumena, de iuſta familiæ ſuſtentatione ſuperſunt, ſi pauperibus non diuidantur, fiunt malè aſſeruantibus, aut etiam conſumentibus peſtis, ac venenum.

Deus fecit diuites, vt pauperibus benefaciat.

Leuit. 7.

Theodor. Quæ diuiti ſuperſunt, & pauperi non dantur, maledicta reputantur. Peſtis ac venenum diuiti quod ſupereſt, & negat pauperi.

12. Hoc maximè tunc Leuitis, nunc verò Eccleſiaſticis viris cauendum indicitur. Nam cum omnibus auaritia theſaurizandi, atque idcirco inhumanitas in pauperes ſit probroſa, potiſſimùm A veſtes omninò abſurda indignaque in Eccleſiaſticis damnatur. Hinc illud egregiè ſcripſit S. Hier. ad verba Apoſtoli: *Qui altari ſeruiunt, de altari participant & viuunt.* 1. Cor. 5. *Permittitur* (inquiens) *tibi ô ſacerdos vt viuas de altari; non vt luxurieris.* Ah pudeat Chriſti Domini crucifixi patrimonium alendis & honorandis etiam ſacerdotibus tam miſericorditer, quam largiter donatum in vanos ſecularis pompæ apparatus, in ludum, in turpes (abſit hic tam abominandum in Eccleſia monſtrum) carnis delicias; atque adeò in Dei ipſius iniuriam, Eccleſiæ dedecus, ſacerdotalis ordinis infamiam, perniciem animæ, commeatum denique ad gehennam conuerti! Igitur (vt optime animaduertit idem Hieron.) *aut cum theſau-* B *ris mutemus & veſtes, aut pauper habitus non quærat diuitias ſenatorum. Quid iuuat præferre habitu paupertatem, cùm marſupium noſtrum vniuerſa pauperum turba ſuſpiret?* in cap. 3. Mich.

Indigniſſima ſacerdotibus auaritia.

1. Cor. 5.

S. Hieron. Indecentiſſimum eſt malas in vſus conuerſi reditus Eccleſiæ.

13. Indignum planè atque deteſtandum eſt Chriſti IESV crucifixi ſacerdotem coaceruandæ pecuniæ ſtudere: indignius ſubinde magiſque execrandum congeſtæ in ſacculis incubare: quod S. Ambr. ita coarguit: *Melius operatur pecunia in pauperis cibo, quam in diuitis ſacculo. Caue, ne intra loculos tuos includas ſalutem inopum, & tanquam in tumulis ſepelias vitam pauperum.* 2. lib. offic. c. 16. Vide miſer, num etiam cum pecunia recondita ſuam, eamque æternam vitam habeas conſepultam. Etenim cùm tota ciuitas Hiericho in C prædam atque incendium à Ioſue deſtinaretur; cauit tamen ſanctiſſimus iuxta & ſtrenuiſſimus imperator: *Sit ciuitas hæc anathema, & omnia, quæ in ea ſunt Domino; ſola Rahab meretrix viuat cum vniuerſis, qui cum ea in domo ſunt.* Ioſ. cap. 6. omnibus vtriuſque ſexus, & cuiuſque ætatis illius vrbis incolis ferro ignéque cum tota ſupellectili abſumptis, vna tamen mulier, etſi meretrix, cum tota ſua familia & ſubſtantia incolumis ſeruatur. Cur ita? *Abſcondit enim nuncios, quos direximus*, inquit Ioſue. Quaſi dicat: recepit hoſpitio peregrinos, menſa recreauit. Viuat igitur ſola, quæ pauperes aluit: vitam ſibi eleemoſyna, etſi peccatrix, comparauit.

Pecunia nõ in theſauris conſeruanda. S. Ambr. Auarus pecuniam ſepelit, & cum pecunia vitam pauperum.

Ioſue 6.

Eleemoſyna vitam comparat vtrique. Ibid.

14. O magna vis eleemoſynæ! *Eleemoſyna viri* D *quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſeruabit.* Eccleſ. 17. En gratia, vtique virtus, felicitas hominis, quam eleemoſyna conſeruabat: ſemper ipſa hominis eleemoſyna, etſi pauperibus erogetur, non perit, ſed cuſtodita in ſacculo aſſeruatur: alij pro ſacculo legunt *ſignaculum*, ſiue *ſigillum*. Quaſcumque enim eleemoſynas expendit homo, Deus ipſe ſigillo ſuo impreſſo notat vt ſuas, ſibi omnium erogatas: vel eo ſigillo demonſtrat illas æternùm duraturas. Adeò ſcilicet cuſtoditæ, Deique manu conſignatæ ſeruantur. Vel denique ipſemet, qui erogat eleemoſynam, à Deo ſigillum accipit, vt ſcribat quicquid volet, quicquid optabit, ſigillóque Dei diploma imprimat, & obſignet: quo ante diui- E num tribunal præſentato haud dubiè poſtulatum impetrabit, ſicque voti compos optatum recipiet. Quid plura? Sanctum tuum vocat miſericordem tuum, ac ſi eleemoſyna ſecum deferat ſanctitatem: quia ſcilicet plerumque in æternum perire non ſolet, qui peccata ſua prudenter nouit eleemoſynis redimere.

Eccleſ. 7.

Quàm Deo grata, hominique fructuoſa eleemoſyna ſit.

15. *Quem probaſti in tentatione, & iudicaſti ad Aquas contradictionis.*] Nota eſt hiſtoria ex Numer. 20. vbi populus rixatus cum Moyſe, qui iuſſus à Deo virgâ rupem percutere, vt aquarum ſcaturigo

tuus ebulliret, nonnihil tamen hæſitauit: & propterea damnatus eſt ne introiret in terram promiſſionis. Et quidem lucet his verbis admiranda humilitas Moyſis, qui poſt tot, tantaſque virtutes, nihilominus coram vniuerſo populo Hebræorum ingenue confeſſus eſt ſe temerarium & iudicatum fuiſſe, fiduciâ in Deum ipſeque perperam excidiſſe: ac proinde ab irato Deo prohibitum ingreſſu terræ promiſſionis, miris quidem votis à ſe nequicquam optatæ & quæſitæ. Ducet igitur ſuo exemplo tribum ſuam, ſacerdoteſque omnes humilitatis pondere contineri & prægrauari debere, ne in Eccleſiaſticis dignitatibus aurâ vanitatis eleuentur. Quod quidem documentum animæ illi ſponſæ, multarumque ductrici & magiſtræ animarum datum legimus: *Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere & abi poſt veſtigia gregum tuorum, & paſce hædos tuos.* Cant. 1. En quæ habet greges, quæ paſcit regitque alios, iubetur ſuos in primis hædos paſcere. Hædos tuos; *turbidos ſcilicet animi tui motus*, declarant Græci Patres apud Theodoret. ô quantum proficiet in humilitate prælatus, ſi primùm omnium in ſeipſum oculos iniiciat! videbit vtique ſuos hædos, multis ſe obnoxium paſſionibus hædorum inſtar extra rationis metas ſubſultantibus, & laſciuientibus: cùm tamen ſubditos fortè non habeat niſi agnos & oues, quos nimirum greges paſcit. Nec enim dignitas ſanctiorem aut facit, aut eſſe oſtendit. Ah quàm multi merito vitáque indigni melioribus imperant: digniorèſque indignioribus obſequuntur.

Mira humilitas Moyſis.

Neceſſaria humilitas in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutis.

Cant. 1.

Prælatus ſua recognoſcat vitia.

Theod.

Plerique dignioribus indigni imperant.

16. *Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ, Neſcio vos: & fratribus ſuis, Ignoro vos: & neſcierunt filios ſuos.*] Meritò benedicuntur ſacerdotes, qui præter Deum non agnoſcunt patrem & matrem nullo filiorum affectu, nullo ſanguinis & propinquitatis iure ducuntur, vbi ſcilicet cauſa Dei agitur. Reſpicit hoc loco Moyſes facinus illud admirabile Leuitarum, quando inuitati à Moyſe diſtrictis gladiis per caſtra diſcurrentes pro caſtiganda vituli adoratione idololatras occiderunt; nullúmque diſcrimen an eſſet pater, mater, fratres, filij in vindicanda iniuria Dei fecerunt. Quare dixit illis Moyſes: *Conſecraſtis hodie manus veſtras Domino:* Exod. 32. Videturque inde colligi propter hoc facinus datum eſſe tribui Leui ſemper permanſurum ſacerdotium. Qui enim Deum honorat, dignus eſt qui à Deo honoretur. Cur quæſo tam magnificis Deus honoribus Dauidem honorauit: niſi quia Dei honorem omnibus Dauid ipſe antepoſuit: cuius illa vox, cùm exprobranti Michol filiæ Saulis, quòd in publico Rex ante Arcam Domini ſaltaret, reſpondit: *Ante Dominum ludam, & vilior fiam pluſquàm factus ſum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es, glorioſior apparebo.* 2. Reg. 6. *Docens nimirum* (inquit S. Ambr.) *contuitum regalis potentiæ non habendum, vbi religionis exhibetur obſequium.* 1. Apolog. cap. 6. Coronæ in Apocalypſi ante Agnū Dei dimittuntur: in præſepi Bethlehem ante Deum infantem pannis inuolutum Reges proſternuntur. Suam ipſe gloriam, regnique maieſtatem, & nominis inter mortales celebritatem in Dei honorem prorſus impendi exoptat Dauid. *Vt cantet tibi gloria mea.* Pſal. 29. in Hebr. legitur. *Propterea cantabit tibi honor & non ſilebit. Domine Deus meus æterno confitebor te.* Videlicet abuſus regali potentiâ in peccata homicidij & adulterij ceciderat: atque ideircò caſtigatus à Deo, multa & grauiſſima in ſe, atque in ſua familia fuerat mala perpeſſus. Sed miſericordia Domini ad regnum, & ad priſtinam rediit felicitatem, vt ſignificat: *Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi: conſcidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitiâ.* Pſal. 29. Permiſiſti me (inquit) ô Domine in duo illa tam execranda incidere flagitia, eò quòd meâ potentiâ, meâ felicitate, regalique honore tibi non inſeruierim. Nunc igitur Domine meo malo eductus nunquam non meus honor, mea potentia tuæ ſubiecta legi te laudabit, tibique deſeruiet. Sed audi hoc loco & ſenſu egregiam paraphraſim Caiet. *Cauſa, cur ipſum eleuauerit ex luctu & ſacco in choream lætantium ſubiungitur: Propterea cantabit tibi honor, & non ſilebit. Hic eſt fructus intentus, quod propter hanc gratiam conceſſam mihi cantet tibi Deo honor abſque ceſſatione. Primo cantauit tibi honorabilis ſtatus meus, ſed ſiluit, hoc eſt, ceſſauit propter crimina mea in poſterum, cantabit abſque ceſſatione. Hinc colligimus ſecuritatem Dauidis peperiſſe in eo negligentiam laudandi Deum: propter quod Deus ſubtraxit ſuam cuſtodiam, & permiſit ipſum cadere, vt de cætero ſolicitus eſſet ad cantandum Deo ſine intermiſſione.* Ingenerat felicitas falſam homini ſecuritatem: Dei obliuionem parit, orare neſcit, diuina contemplari non nouit: at afflictio dat intellectum, ad Deum ire compellit, excitat ſtudium orandi. Habendæ Deo gratiæ, laudanda Dei beneficentia, idque ſine intermiſſione, vt ſuam quis tutò conſeruet felicitatem.

Dei honor cunctis præferendus.

Exod. 32.

Honoratur à Deo qui Deum honorat.

2. Reg. 6.

S. Ambr.

Apoc. 4.

Dei obſequio regia ſubdatur maieſtas.

Matth. 2.

Pſal 29.

Dauid potentiâ regali abuſus illâ priuatur.

Pſal. 29.

Caiet.

Ceſſauit Dauid adorando & laudando Deum, ideòque peccare permiſſus.

Orationis intermiſſio periculum peccandi.

Felicitas obliuionem Dei ingenerat.

17. Porrò autem, vbi zelo diuini honoris ardeat oportet qui vel principis cum Dauid maieſtatem, vel ſacerdotis ac prælati cum Moyſe dignitatem gerit, amplius ita oſtenditur. Enimverò propterea Hebræorum populo Dominus dixit: *Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedat te. Obſerua eum, nec contemnendum putes; quia non dimittet cùm peccaueris: & eſt nomen meum in illo.* Exod. 23. Qui locus vel de Angelo cuſtode, vel de Ioſue; vel (quod magis proprium) de Moyſe ipſo intelligi poteſt. Caſtigabit ergo Moyſes peccantes (vt paulò poſt cap. 32. fecit contra idololatras vituli) non humana aliquâ paſſione affectúque ductus, ſed mei tantùm honoris zelo ſuccenſus. *Et eſt nomen meum in illo.* Hebr. *Quia nomen meum in intimis eius.* Monebitur ſcilicet ad vindictam, vt illatas nomini meo, cuius zelo illius viſcera exeduntur, iniurias vlciſcatur. Quod & paulò poſt, vti Dominus ex illo ſibi promittebat, in vindicanda idololatria vituli feciſſe Moyſes legitur. O egregium principis, Prælati, ſacerdotiſque exemplar! Omnibus hoc idem incumbit, ab omnibus, qui præſunt aliis, ſeueriſſimè id exigitur, vt honorem Dei ab omni vindicent iniuria: læſúmque publicè publico etiam ſupplicio vlciſcantur. Vbi deeſt hic zelus, omnia in peius ruent, atque in exitium denique prolabentur. Quæ quidem fuit prima mali labes, atque initium extremarum calamitatum populi Hebræorum, vti conteſtatur Propheta: *Ex diebus Gabaa peccauit Iſraël. Ibi ſteterunt.* Oſeæ 10. Ibi ſteterunt illius populi felicitates, quæ proſperum eò vſque tenuerant curſum, qui tamen ibi confractus conſtitit. Sed quod ibi peccatum? Hebræi ſcilicet, cùm duo ſimul eſſent flagitia, idololatria in domo Michæ, & conſtupratio, néxque vxoris Leuitæ; iſtud quidem peccatum coacto agmine contra Beniamitas armis vindicarunt, illud verò nihili habuerunt, vt conſtat ex cap. 19. Iud. Ibi ſtetit gloria populi Hebræi: *Quia* (declarat S. Hieronym.) *dolore maritali proſiluit ad pugnam, & ſacrilegium in Deum ſuum noluit vindicare. Hic ſtetit Iſraël, ibi ſuum repreſſit gradum,*

Exod. 23.

Zelus honoris Dei in Rectore.

Zelo Dei, nō paſſione ſupplicium irrogandum.

Læſus Dei honor ab iniuria vindicandus.

Oſeæ 10.

Perit Reſp. vbi læſus Dei honor non vindicatur.

S. Hieron.

Iniuria Deo illata non ferenda.

dum, ne vltrà ambularet in viis Domini.

18. Si ferre non poteſt, qui familiaris & domeſticus alicui viro nobili, quòd coram illum audiat obtrectationem fieri: Non feram (inquiens) illius nomen ſugillari, cuius pane veſcor, menſáque alor, quæ tanta quæſo inurbanitas & impietas cuiuſque noſtrûm erit, vt lædi honorem Dei toleremus, à quo non modò victum, ſed quicquid ſumus, acceptum habemus? Iure optimo lapidibus obrui iuſſus eſt ille, qui blaſphemauit, & maledixit nomen Dei. Quare *productus è caſtris ab vniuerſo populo lapidatus eſt*, vti ſcribitur Leuit. 24. Nimirum (expendit Procopius) *ſecundùm ſententiam Dei ſceleratus ille eiicitur è caſtris, quibus quaſi oneri fuerit. Vt populum aſſuefaceret ad pietatem Deus imperat vt ſuis manibus illum omnes lapidarent.* ibid. Summa quidem erga Deum pietas fuit de blaſphemo vindictam ſumere: caueréntque proinde neceſſe erat, omnes ſibi à tali facinore, quod ab alio patratum deteſtabile ducerent, & vlciſcerentur. Sed cur lapidari, & non alio tormenti genere puniri iuſſus eſt? *Quia* (reſpondet idem) *is erat quaſi lapis & lapideus, meritò lapidibus obruitur*: Sic verè pij, ſic verè fideles erga Deum videbimur, cùm iniurias Dei non patiemur inultas. Et verè ſaxeus ille, ſtupidus, excors, qui Deum maledixit, à quo vt viueret, vt etiam loqueretur, accepit.

Inurbanitas & impietas iniurias Dei illatas non vlciſci. — Leu. 24. — Procop. — *Peccator publicus toti Reip. eſt oneri.* — Procop. — *Cauendum ſcel. ei quod ipſe in aliis punis peccatum.* — *Verè ſaxeus, qui contra Deum loquitur.*

19. At de zelo Moyſis in vlciſcendis Deo illatis iniurijs, iterum occurrit occaſio. Nihil illo quidem erga ſuum populum mitius & clementius; ſed nihil illo tamen ad Deum honorandum fortius & generoſius. Doluit populi flagitium, orando & lacrymando veniam à Deo impetrauit: at zelo Dei Leuitas ſecum armauit; quaſi viginti tria hominum millia ob illam nefandam impietatem vno impetu trucidauit, vti conſtat ex 32. Exod. At quorſum hæc? Nam ſi Moyſes iam Deum propitiauerat, iam populo veniam illius ſceleris à Deo impetrauerat; cur deinde gladio peremit, quos diuinâ miſericordiâ donatos nouerat? Cur, ſi ſacrilegos punire decreuerat, iiſdem à Deo veniam implorauerat? Planè in vtróque pius & ſanctus amicus Moyſes; quod S. Gregor. eleganter admodum ita expendit: *Moyſes intus arſit ignibus amoris: foris accenſus eſt zelo ſeueritatis, tanta fuit pietas, vt ſe pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret; tanta ſeueritas, vt eos quos diuinitùs feriri timuerat, ipſe iudicij gladio feriret. Vtrobique legatus fortis: vtrobique mediator admirabilis: cauſam populi apud Deum precibus, cauſam Dei apud populum gladiis allegauit.* lib. 20. moral. cap. 8. Benè Moyſes fidelis in omni domo Dei dicitur ab Apoſtolo ad Hebr. 3. fidelis vtique Domini legatus, fidelis inter Deum atque populum mediator: qui cauſam populi coram Deo agebat lacrymis: cauſam Dei coram populo agebat gladiis: illic plorando; hîc mactando: illic veniam impetrando; hîc reos trucidando.

Moyſes erga populũ miſericors pro Deo fortis & ſeuerus. — Exod. 32. — S. Greg. — ad Hebr. 3. — *Superior populi cauſam precibus, Dei cauſam gladiis agit.*

20. Hinc etiam præclara illa regiminis documenta, quæ ſanctiſſimus Pontifex inculcat, rectoribus indicuntur. Sic enim infit. *Diſciplina, vel miſericordia multùm deſtituitur, ſi vna ſine altera teneatur. Sed circa ſubditos ſuos ineſſe rectoribus debet & iuſtè conſolans miſericordia & piè ſæuiens diſciplina.* ibid. Quod facilè præſtabit ille, quem in ſuo munere obeundo non propria ducit paſſio, non ius vllum neceſſitudinis mouet; ſed qui vero, ſanctóque Dei zelo ſuccenſus ſequeſtrem ſe inter Deum, homineſque præbet. Sunt enim Leuitæ, ſunt ſacerdotes, ſunt Eccleſiaſtici rectores ab omni affectu, qui Dei non eſt, prorſus alieni, atque profugi, vti vocat Philo Hebr. exiſtimans idcircò vrbes refugij, ad quas homicidæ inuoluntarij poterant confugere, attributas fuiſſe Leuitis, vtpote vitâ, conditione, animóque in mundo profugis, vt conſtat ex cap. 21. Ioſue. Sic autem Philo: *Cur in ſolas Leuitis attributas ciuitates iubeatur fugere homicida, æquiſſimum eſt. Nam & Leuitæ quodammodo ſunt profugi qui propter cultum diuinum deſeruerunt parentes, liberos, germanos, & totam mortalem cognationem, quorum ſodalitij princeps inducitur patrem & matrem alloqui. Non vidi vos & fratres, non noui vos; & filios, ignoro vos, ne quid me à cultu eius, qui eſt, diſtrahat. Eſt autem vera fuga, priuari cariſſimis neceſſitudinibus, quæ profugos commendat profugis, vt conciliante illos ſimilitudine ſequatur perpetratorum obliuio.* lib. de profugis. Diſtrahunt interdum, ac præpediunt animam ſacerdotis Deo mancipatam curæ iuráque & affectus terrenarum neceſſitudinum: & propterea ad Deum renunciatis omnibus, quæ de terra mundóque ſunt, confugiendum eſt: totum enim hominem ſibi Deus ſacroſanctis in myſterijs exigit miniſtrantem. Ad confeſſionem ſacramentalem vti ad ciuitatem refugij profugos peccatores, qui vero animo à peccatis transfugiunt, etiam à mundo & à curis rerum inutilium profugi recipiunt, vt ſecuri omnes cum Deo agant, Sacerdotes.

S. Gregor. — *Superior & miſericors & ſeuerus eſſe debet.* — *Eccleſiaſtici ab omni affectu humano alieni. Eccleſiaſtici à mundo profugi.* — Ioſue 21. — Phil. Hebr. — *Sacerdos in Dei cultu ab omni alia ſe cura abſtrahat.* — *Confeſſio profugis receptui.*

21 *Et neſcierunt filios ſuos.*] Hæc ſumma priſcis illis ætatibus Sacerdotis abalienatio: Dei obſequium ipſimet etſi debito ac naturali amori cæteróque filiorum anteponere Sacerdos iubebatur. Ac fortaſsè hîc innuitur ille ritus Sacerdotio digniſſimus, iuxta quem Sacerdotes, qui per deſtinatas à Pontifice vices, cùm ſors obueniebat miniſtrandi, relictâ domo transferebant ſe ad templum ibique ſine commercio coniugali, ſine cura familiæ, ac liberorum feriati ab omni ſtudio rerum caducarum ſoli Deo intenti diuinis vacabant miniſterijs, vti præſcribitur his verbis: *Non egredietur ſacerdos de ſanctis, ne polluat ſanctuarium Dei ſui; quia oleum ſanctæ vnctionis ſuper eum eſt.* Leuit. 21. Vbi optimè Caiet. *Redundare in immunditiam ſanctuarij immunditiam Pontificis teſtantur hæc verba, & ſignificanter dicitur: Dei ſui, tanquam Deus ſit ſpeciali modo Deus Pontificis: & verè ſic eſt; quia Pontifex ſolus eſt, vt caput populi & ſanctuarij.* Templum itaque Domini, eiuſdem altare, ſacerdotium ipſum dedecorat, ac deturpat ſordida vita Sacerdotum. Cæterùm exacto ſuæ vicis tempore domum ad vxores, ad liberos, ad familiam redibant ſacerdotes. Erat quidem illa carnis; noſtra verò lege gratiæ perfectior longè ſacerdotum eſt abalienatio. Non enim dicit filijs ſacerdos: neſcio vos: ſed, filios non habeo, nec habere poſſum nec volo. Eligendum dicit Apoſtolus in Epiſcopum *filios habentem bonos,* 1. Tim. 3. *Filios* (occurrit ſubtiliter S. Ambroſ.) *habentem dixit, non facientem.* epiſt. 82. Quod quidem lege inuiolabili ſemper in Eccleſia Catholica Romana obſeruatum eſt; vt in ſacerdotium eligerentur aut non coniugati, aut qui in coniugio ab vxoribus abſtinerent. Scilicet Chriſti Domini puritas id poſtulabat. Nam qui Deus à puriſſimo æterni Patris generatus pectore, Deúſque homo à virgineo vtero matris conceptus & natus prodijt; non niſi caſtis ſacerdotum manibus tractari voluit.

Sacerdos immundus templum & altare polluit. — Leuit. 21. — Caiet. — *Sacerdos in lege Moyſis dum miniſtraret, à coniugio domóque abſtinebat. Sacerdotiũ cum voto caſtitatis in lege Chriſti.* — 1. Tim. 3. — S. Ambr. — *Chriſtus virgo Virginis matris filius à caſtis ſacerdotibus tractari voluit.*

22. Dignum ſanè, quod ſeriò ac diligenter expendatur, quàm ſe oſtenderit Dei filius amatorem puritatis, quantúmque omnia munda vo-

luerit

luerit atque elegerit autor ipſe puritatis. Enimverò mundiſſimam & puriſſimam matrem elegit: & qui homo factus libenter ſuſcepit humanæ vitæ miſerias, imò & grauiſſimas & abiectiſſimas pœnas, irriſus, flagellatus, crucifixus, inter latrones ſuſtinuit; paſſus tamen (inter ea peccata malàque non ſint) nullo modo eſt, cur in ſua conceptione, ortúque illa virginei pudoris in matre ſua permitteret fieri detrimenta. Noluit quippè naſci de matre non Virgine, ſed eam ante partum, in partu, ac deinceps poſt partum in omnem æternitatem permanſuram ſemper Virginem puriſſimam & mundiſſimam matrem ſibi ipſe fecit. *Et qui de cœlo* (inquit S. Ambr.) *in terras deſcendebat, non de terra, ſed de cœlo vas ſibi hoc per quod deſcenderet, elegit; ſacrauitque templum pudoris.* lib. de inſtit. Virg. cap. 5. Pulchrè dictum: Virgo Dei mater eſt templum pudoris. Huc igitur adeat, huc accedat qui pudorem deſiderat, caſtitatem quærit. Et ſicut in templum ad ſacrificium Miſſæ, ad ſacram Euchariſtiam, ad confeſſionem, ad concionem, ad orationem fideles Chriſti pergunt: ita vel ad comparandum, vel ad conſeruandum, defendendum, armandúmque animi, corporiſque pudorem frequenter adeamus oportet Virginem Dei matrem: huius illa gratiæ mater, huius conciliatrix eſt pulchritudinis. Porrò qui mundiſſimam matrem elegit Virginem quoque præ cæteris ſubindè dilectum elegit diſcipulum: mortuus etiam, etſi lacero corpore, vulneribus conciſo, tabidóque ſanguine prorſus conſperſo; tamen inuolui nouâ & mundâ ſyndone, mundóque in tumulo, in quo nondum quiſquam poſitus erat, ſepeliri: denique ab iis, qui mundo ſunt corde videri; & in ſacramento ab iis, qui mundo ſunt corpore, puráque ſine peccato lethali ſunt animâ, puriſſimus animarum ſponſus, ac puritatis autor ſumi, ac poſſideri voluit.

Deus non niſi de Virgine naſci homo voluit.

S. Ambr.

B. Maria vas de cœle: templũ pudoris a Deo ſacratum.

Pro pudore adeunda inuocandaque B. Maria.

Chriſtus puritatis amator.

Luc. 23.

Chriſtus non niſi à puris tractari, & ſumi vult.

23. Meritò igitur S. Chryſoſt. ſua illâ, quam inſtituit, Liturgiâ, ritum hunc adhibuit, vt Sacerdos poſt illa verba: *Sanctus Sanctus*: ſacrum ingreſſurus Canonem hæc ſecum pronunciet: *Nullus eorum, qui carnalibus cupiditatibus & voluptatibus ſunt alligati dignus eſt ad ſe accedere, vel ſibi miniſtrare, Rex gloriæ. Tibi enim miniſtrare magnum eſt, & ipſis cœleſtibus poteſtatibus terribile.* Sic ille in rituali Miſſæ Græcæ. Refert idem ſuo tempore ſolitum diaconum, cùm populo eſſet communicanda Euchariſtia, dicere voce contenta: *Sancta Sanctis.* homil. 17. in epiſt. ad Hebr. Nimirum Sancta Sanctis dantur: quare qui Sanctus non eſt, videlicet ab omni impuritate, maculáque immunis ad tam ſacroſancta omnique veneratione digna myſteria non auſit accedere. Igitur ô Domine IESV da obſecro miniſtris tuis, vt tibi dignè inſeruiant, da quod iubes & à nobis exigis: vt qui puritatis & amator & autor es puros tibi, tuiſque myſteriis dignos efficias miniſtros. Enimverò tu ipſe nos inuitas tuo altari adſiſtere, tua obire myſteria; quæ tamen ſupra humanam veréque cœleſtem in miniſtris exigunt puritatem: hæc autem à te ipſo ſolo vt à fonte aquæ, & non aliunde promanat. At homine luteo & in peccatis concepto, nihil eſt impurius: ſed tua tamen gratia de luteo cryſtallinum efficies; Pius ſanguis (quales ſit corporis myſterium exigit) ſuper niuem dealbabit.

S. Chryſ.

Quantam Euchariſtia in ſacerdote caſtitatem mentis & corporis exigat.

S. Chryſoſt.

A Chriſto Domino petenda puritas ad Euchariſtiam.

24. Neque verò ſola hîc intelligitur caſtitas ad ornamentum debitum Sacerdotibus, ſed quædam perfecta & abſoluta omnium prauarum affectionum (vti loquimur) mortificatio, quam Phinees ille maximus diuini honoris zelator cum ſuis Leuitis occidendo ſine diſcrimine quoſcunque inueniebat vitulorum adoratores, videtur præſignaſſe; vt Philo Hebr. ita conſiderat: *Interficiet vnuſquiſque fratrem ſuum, & propinquum, & proximum, germanum animæ corpus: rationi vero propinquas irrationales potentias. Nec enim aliter noſtri pars optima poteſt euadere cultrix eius, qui in vniuerſo eſt optimus.* Quam Philo mortem dicit propinquorum, nos intelligimus vitioſarum paſſionum mortificationem. *Sed ante omnia* (adiungit) *homo vertendus eſt in animam ſeiunctô receſſúque germano eius corpore cum ſuis concupiſcentiis inſatiabilibus, quo facto brutæ partes animæ ſeiungendæ ſunt à cognatis rationabilibus. Nam ea more torrentis in alueos quinque diuiſi per omnes ſenſuum lacunas concitant impetus affectuum.* lib. de profugis. Bellè dictum: Cócupiſcentias eſſe inſatiabiles: ſecum enim quodammodo ardorem ignium gehennalium diferunt; qui, quandiu fomes adeſt, depopulari materiem, quo pabulo alitur, non deſiſtit. Sunt etiam (vti vocant Philoſophi) obiecta rerum, quæ ſenſibus percipiuntur, maximè cùm illecebroſa ſint ac titillantia, velut aquarum inundantium profluuia, quæ ſenſibus tanquam paludibus recepta exitiales quoſdam turpiſſimarum affectionum fluctus excitant; quibus infelix anima cum ſuis omnibus facultatibus abſorpta miſerandum facit naufragium. Vtinam quam homo Hebræus in ſuis Leuitis vel depingit, vel effingit perfectam ab omni labe vitiorum immunitatem, Chriſti Domini Sacerdotes non mactandis & adolendis brutarum pecudum carnibus, ſed conſecrandis & epulandis corpori & ſanguini Dei hominis ab ipſo Deo deſtinati haberemus!

Perfecta omnium paſſionum mortificatio requiritur in ſacerdote.

Phil. Hebr.

Philo.

Labes, profluuium, & impoſtas paſſionum.

25. *Hi cuſtodierunt eloquium tuum.*] Laudat illos a legis cuſtodia, & à ſacrificiorum oblatione: quæ duo ſunt vel potiſſima munera Leuitarum, & ſacerdotum. Cuſtodiunt Dei legem; atque ideò ſeruandam populo efficaciter inculcant. Qui enim alios docet, exemplo doctrinam commendet neceſſe eſt. Nihil enim efficacius, potentius nihil doctore, qui benè viuendo potiùs, quàm ornatè loquendo docet. Huiuſmodi prædicatorem vocat Iſaias *Prudentem eloquij myſtici.* cap. 3. Theodoret. legit, *Incantatorem.* Vim quodammodo infert audientibus, qui vitâ & linguâ docet. Planè incantat; violentâ quadam ſuauitate, & ſuaui quadam violentiâ perſuadet ſanctus hic orator. Hic vnus eſt illorum, quos admirabundus idem Propheta ſuſpexit: *Quàm pulchri pedes ſuper montes annunciantis & prædicantis pacem!* Iſai. 52. Admiratur primò quidem in Apoſtolis, deinde in eorundem ſucceſſoribus, qui Dei verbum mortalibus annunciant, pedes quidem, nõ quid aliud. O rem ſtupore dignam! Suſpicit, non audit euangelizantes: miratur pedes, non agit de lingua: quaſi pedibus, non ore; inceſſu, non eloquio prædicarent. Ita planè. Plus vitâ, quàm linguâ; plura exemplo, quàm doctrinâ prædicarunt Apoſtoli. Vincuntur animi potiùs exemplo, quàm eloquio ſacerdotis. Puritas illa pedum, mores inculpati vehementiùs commouent, quàm ipſa explicatio myſteriorum etiam cum ornatu dicendi.

Exemplo, & doctrinâ ſimul perſuadet, incantat, vincit ſanctus orator.

Iſai 3.

Theodor.

Iſai 52.

Efficacius exemplum, quàm doctrina.

26. Hoc idem maximè cœleſtis ſponſus in dilecta ſua commendat: *Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquium tuum dulce.* Cant. 4. Benè Patres apud Theodoret. *Funiculum coccineum ſalutis ſignũ quem è feneſtra Rahab meretrix ſuſpendere iuſſa eſt, in memoriam redigunt.* Sed quid per illum ſignificetur, ita explicant: *Signum hoc ſponſi in ore ſponſæ*

Cant. 4.

Theod.

tanquam

Verba prædicatoris tincta Christi sanguine. Prædicatio signum ſalutis.

tanquam in feneſtra collocatum intuetur. *Sicut funiculus coccineum eloquium tuum dulce; duxit enim colorem ex ſanguine meo, & verba profert veritatis.* Tractat ſcilicet ſanctus prædicator ſanguinem Domini, illúmque per mores & facta oſtendit, illo animam & cor intinctum & impinguatum habet: vnde per os & linguam erumpunt verba Chriſti ſanguine irrorata; quibus dulcius & pulchrius, atque ad flectendos audientium animos nihil eſſe poteſt: *His verbis* (adiungit Theodoret.) *tanquam funiculo quodam capiuntur auditores; & vinciuntur. Nam eloquium tuum eos demulcet ac retinet.* Expende illud quàm propriè dictum: Prædicationem vocari ſignum ſalutis. Certè qui frequentat Eccleſiam, gaudétque audire verbum Dei, vt ibi fidelibus prædicatur, ſignum æternæ ſalutis ſecum iam habere in Domino confidat. Cæterùm quæ tantopere hoc loco commendatur, illa eſt prædicatio, quæ Chriſti ſanguine rubeſcit, & illo dulciter inſperſa in aures ingeritur, atque in corda pio quodam illapſu inducitur.

Theod.
Verbū Christi ſanguine tinctū ligat animos prædicator.

Prædicator frequenter de paſſione Domini ducat argumentum.

Quapropter ſapiet concionator ſi crebrò aliquod ex paſſione Domini, telum vtique fortiſſimum, pertractet argumentum. Et (quod ſcioli fortaſſe non admittent) hac paſſionis dominicæ gratiâ pulchrius, quàm verborum lenocinio Chriſtiana prædicatio adornatur. Non eſt tamen damnanda in prædicatore debita quædam, & (liceat dicere) modeſta grauiſque dicendi eloquentia; quæ tanquam pediſſequa ſapientiæ rerum diuinarum famulatur. Miſit Ioſue de ſuo exercitu exploratores ad terram promiſſionis habitu quidem illarum gentium, quas explorabant, vt ſecuri admitterentur, amictus. Num. 13. vtique aptiſſima Chriſti Domini figura, vt Theodoret. ita explicat. *Sicut exploratores præ ſe ferebant habitum & vocem gentium, quas explorabant, ita Deus Verbum humanam induens naturam, illius vtens linguâ ſalutem noſtram procurauit.* quæſt. 25. in Num.

Num. 13.
Theod.
Moderatus verborū ornatus in prædicatore.

27. Hoc ipſum, quod de Chriſto Domino explicauit Theodor. ad Domini prædicatores egregiè poterit applicari. Enimverò mittuntur illi à Domino ad explorandum quinam habitus, ſtatúſque hominum, qui mores, quæ vita ſint in iis, ad quos fiet verbum Dei. Vt ergo admittantur, atque vt beneuolè attentéque audiantur, vt prædicantium monita debito cum fructu animarum recipiantur, neceſſe eſt vt illorum habitum foris induant; linguâ loquantur; intùs autem & religionem & pietatem veri Ioſue, à quo mittuntur, conſeruent: piíſque dolis ſanctè decipiant, quos ad Chriſtum conuertent. Adhibent igitur Chriſti prædicatores ornatum verborum, dictionis eloquentiam, vti pium quoddam ſtratagema euincendis audientium animis; ſanctámque fraudem, & impoſturam, quâ illecti homines à prauis vitiorum affectibus ad virtutis amorem ſtudiúmque auocentur. Ergo Leuitæ, quibus à Muyſe benedictio impertitur, Dei ſui legem, mandatáque cuſtodiunt, & exemplo ſuo ad eandem diuinæ legis cuſtodiam efficaciter alios impellunt. S. Petrus ſacerdotes vocat Reges, quorum regnum in ſanctitate conſiſtit. *Vos autem* (inquiens) *regale ſacerdotium, genus electum, gens ſancta.* 1. Petr. 2. Regia quidem nobilitas eſt ſacerdotibus; ſed ea non à ſanguine carnéque, verùm à ſanctitate vitæ prouenit. Id ipſum celebrat S. Ioannes: *Quia feciſti nos Deo noſtro regnum & ſacerdotes; & regnabimus ſuper terram.* Apocal. 1. & 5. Quod enim illius regnum, quàm illius ſacerdotis, qui regio quodam imperio ſuis omnibus dominatur affectibus, paſſionéſque omnes comprimit; ac ſenſus & facultates ſecundùm Dei legem moderatur? Hinc illud optimè de ſe, ac ſacerdotibus conteſtatur S. Gregor. Nazianz. *Imperium nos ipſi gerimus multo etiam præſtantius, & perfectius regno terreno.* orat. ad ciues. Reges quidem terreni cogunt violenter ad legum cuſtodiam; ſacerdotes verò inuitant exemplo, doctrináque alliciunt quàm fortiter, tam ſuauiter ad diuinæ legis obſeruationem.

Prædicatores miſſi à Chriſto vt exploratores.

Prædicator piis dolis decipit & conuertit animas.

Sacerdotes pulchrè dicuntur Reges.
1. Petr. 2.
Apoc. 1. & 5.
D. Greg. Naz.
Sacerdotes Regibus præſtantiores.

28. Adiungit Moyſes officium Leuitarum in oblationibus atque in ſacrificiis, quibus iratum Deum propitient. Sed hæc omnia planè aliud nihil, quàm vmbra & figura ſacerdotum in lege gratiæ quibus ſumma illis nec ipſis Angelis conceſſa poteſtas conſecrandi corpus & ſanguinem Dei hominis à Deo fuit: Hæc verè poteſtas regia, verè ſacerdotium regale, verè hoc regnum, in quo viuimus: ſcilicet Chriſtiana Eccleſia, quam ipſe Dominus ſic appellauit, cùm in vltima cœna conſecraturus ſuum corpus & ſanguinem dixit: *Dico vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice gratias egit, &c. Dico vobis, quod non bibam de generatione vitis, donec regnum Dei veniat.* Luc. 22. Ad quem locum ita doctiſſimus noſter Salmeron. *Panis conſecrationem & calicis vocat impletionem regni Dei, vel aduentum in illud: quia per corpus Chriſti cum ſanguine & veneratione ſumptum regnamus per gratiam nunc, regnaturi poſteà per gloriam. Dominus eſt ergo regnum cæleſte, quò non peruenitur niſi à permanente in regno Dei, & edente panem cæleſtem.* tom. 10. pag. 106. lin. 2. Eſt itaque ſacrificium Miſſæ regnum, feſtum, fauſtúſque apparatus, & ſolennitas Regis cœleſtis; qui inter ſacerdotes præfert clariſſimum illum titulum, de quo maximè gloriatur: *Rex Regum, & Dominus dominantium.* Apocal. 19. Vtique Reges iſti ac dominantes, ſunt illi ſeniores, de quibus ita Iſaias. *Cùm regnauerit Dominus in monte Sion, & in Hieruſalem, & in conſpectu ſenum ſuorum fuerit glorificatus.* Iſai. 24.

Angelis data non eſt gratia ſacerdotij.

Luc. 22.
D. Salmer.
Miſſa regni ſolennitas, apparatus Regis cæleſtis.

Apoc. 19.
Chriſtus inter ſacerdotes Rex Regum.
Iſai. 24.

29. Sed quid eſt, quod dicit Chriſtus Dominus ſe manducaturum & bibiturum in regno Dei, ſi illud eſt ſumere corpus & ſanguinem ipſius in Euchariſtia? Numquid Dominus IESVS poſt ſuam reſurrectionem aut conſecrauit, aut manducauit, & bibit ſuum corpus & ſanguinem, vti fecerat in cœna vltima paulò ante paſſionem? Minimè quidem. Cur ergo dixit: *Amodò non bibam, donec bibam in regno Patris mei.* Matth. 26. Reſpondet Origenes: *Ipſe nobis bibentibus non diſcedit à nobis, ſed bibit nobiſcum, cùm ſit in ſingulis ipſe, quoniam non poſſumus ſoli ſine eo manducare de illo pane, & bibere de illo ſanguine. Ipſe eſt & panis & potus: & manducat & bibit nobiſcum.* homil. 35. in Matth. Hac igitur ratione quandiu fideles ad Euchariſtiam accedunt, continuatur feſtum illud Paſchatis, quod ipſe Dominus deſiderabat vt manducaret cum illis. *Deſiderio deſideraui hoc Paſcha manducare vobiſcum.* Luc. 22. Quod de communione corporis & ſanguinis Domini intelligi iam alibi oſtendimus. Itaque Paſchatis feſtum agitur, cùm Domini corpus & nos cum illo manducamus, & ille nobiſcum manducat. Et quidem de regno iſto Domini, in quo ſolennitas hæc, & Paſcha peragitur, apertè loquitur Iſaias. *Erubeſcet luna, &c.* vt ſuprà poſuimus. Vbi quod interpres vertit: *In conſpectu ſenum ſuorum.* legunt *alij*: *In conſpectu presbyterorum.* Poteſt autem (inquit S. Hier.) *& de Eccleſiaſtico gradu intelligi: ſi tamen non deſtruant operibus*

Chriſtus nobiscum ſimul Euchariſtiā ſumit.

Matth. 26.
Orig.

Paſchatis feſtum in Miſſa, & in communione Euchariſtiæ.
Luc. 22.
Iſai. 24.
S. Hieron.

Sacerdotes dicuntur ſenes.

Senes ſanctã agant vitã.

operibus dignitatem. ibid. Expende obſecro presbyteros vocati ſenes: & quidem nõ tam ætate, quàm grauitate; non tam canis, quàm moribus; non tam annis, quàm virtutibus: ac præterea ſenes dici presbyteros; vt nouerint, qui iã ſunt in ſenectute, vitam religioſam, ſacram, ac prope diuinam agere debere, ac ſi veri eſſent ſacerdotes.

Miſſa regnũ, & glorificatio Chriſti.

D. Ambr. Sacerdos in Miſſa totus & pius, & pietatis cõciliator.

30. Summus profectò Chriſti Domini honor apud homines & Angelos habetur, ſacramentum corporis & ſãguinis dominici à dignis ſanctiſque ſacerdotibus tractari: vere illius regnum hoc eſt, & (vti loquitur Propheta) glorificatio, inter ſacerdotes, qui puris manibus accedunt, ſanctóque ore manducant & bibunt; ſacroſancta Miſſæ celebrãt myſteria, tam ſeriò, tam grauiter, tam modeſtè, tã pie, tanta (vt vulgo dicitur) deuotione, vt ſpectantibus & audientibus mirabiles concilient pietatis affectus. Oportet enim, & ſic diuina illa myſteria, Chriſtique Domini præſentia exigunt, vt (quod S. Ambr. monet) *Sacerdos ſit quidam lituus plebis excitandæ ad deuotionem* epiſt. 82. Illius nimirum ad altare procedentis inceſſus, motiſque omnes, oris corporiſque totius conformatio ipſam prædicent & conteſtentur pietatem. Hoc itaque regnum Chriſti eſt, cùm ipſemet Dominus illum à ſuis ſenioribus, nimirum à ſacerdotibus ſuſcipit honorem, de quo ita ſcribitur in Apoc. *Procidebant viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno, & adorabant viuentem in ſecula: & mittebant coronas ſuas ante thronum*. cap 4. Qui quæſo ſeniores coronati, niſi ſacerdotes, qui attonſis capitibus coronas præferunt, Inſigne videlicet regium: Reges quippe illos paulo ante diximus. Nam cæteros fideles, qui non celebrant diuina myſteria, (quod proprium eſt ſacerdotum) ſed hoc ipſo tantùm, quòd à ſacerdotibus conſecratam Chriſti Domini carnem ſub ſacramento manducant, iure optimo appellandos cenſuit principes Iſaias, ad quos ita loquitur. *Pone menſam, contemplare in ſpecula: Comedẽtes & bibẽtes ſurgite principes, arripite clypeum*. c. 21. Quod de communicantibus ſacram Euchariſtiã intelligi iam alibi oſtendimus ex S. Hieron.

Apoc. 4. Seniores coronati ſacerdotes.

Iſai. 21.

Apoc. 19. Laici cõmunicantes ſũt principes, ſacerdotes celebrantes ſunt Reges coronati.

Apoc. 4.

31. Tanta eſt corporis Domini in ſacramẽto altaris gloria; tam ſuperexcellens maieſtas, vt illud ſumentes faciat principes, & conſecrantes efficiat Reges: atque in medio illorum admirabile illud (quod præmiſimus) ſtemma Chriſtus Dei filius accipiat: Rex Regum, & Dominus Dominantium. Quod verò locus ille ſenum coronatorũ ad Meſſiæ ſacrificium pertineat, præterquàm quòd cætera mirificè conueniant, illud maximè conteſtatur, quod vbi ſacra illa animalia dicebant: Sanctus ſanctus; *procidebant ſeniores, & adorabãt*. Apoc. 4. At luce clarius ipſa conſtat hunc eſſe celeberrimum in Miſſa ritum; cùm poſt illa eadem verba quæ decantãtur, ſublimiora exhibentur myſteria, & ante diuinam hoſtiam, vti à ſacerdotibus in altum eleuatur vniuerſus fidelium cætus demiſſis capitibus, genibus flexis procumbunt, adorantque Agnum, (vt ſcribit Ioannes) qui occiſus eſt, exclamantes: *Dignus eſt Agnus accipere virtutem & diuinitatem & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionẽ*. Apoc. 5 Meritóque cum de ſacrificio Miſſæ agitur, ſeniores & illa ſacra myſteriis animalia tam miris celebrant laudibus, tam pia, ſupplicique adoratione venerantur Agnum proclamantes: *Qui occiſus eſt*. Hanc enim ſibi gloriam Chriſtus Dominus paſſione, mortéque ſua comparauit, vt in ſacramẽto altaris honoretur & adoretur verus Deus à fidelibus, qui à Iudæis quondam flagellatus, deſpectus & crucifixus fuit.

Pietas & adoratio fidelium in Miſſa.

Apoc. 5.

Chriſti gloria in Miſſa pro paſſionis ignominia.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

Pſal. 21.

Chriſtus in cruce ſe cõſolabatur ſpe futura gloriæ in Miſſa.

S. Auguſt.

32. Huius etiam gloriæ per ſacramentum accipiendæ recordatione Dominus IESVS in cruce dolores ſuos, ignominias, opprobria, mortémque ipſam conſolabatur: Ideircò enim totum Pſal. 21. recitaſſe creditur: in quo illud eſt: *Apud te laus mea in Eccleſia magna. Vota mea reddam in conſpectu timentium eum* Pſal. 21. Vota ſua intelligit ſecundũ S. Aug. vt iam alibi retigimus, *Sacramentum corporis ſui*. Deinde legitur de fidelibus: Adorabunt, ſeruient, edent, ſaturabuntur: ibi etiam ponitur regnum: quæ omnia ad Euchariſtiam, & ad Miſſæ ſacrificium clariſſimè ſpectant. At fortaſſe (dicet aliquis) fuſiùs quàm par eſt, hac de re ſpatiati ſumus. Cæterùm & locus id exigit, & à Domini deliciis, ab æternarum dulcedinum fonte quis facilè vel abſcedat, vel abſtineat? Enimverò ſcripſit optimè Clem. Alex. *Accipite (dixit Dominus) Hoc eſt corpus meum: Bibite, Hic eſt ſanguis meus*. Math. 26. Sanctum lætitiæ fluentum. 2. pædag. Nec enim maiore alio voluptatis gaudio anima hominis in hac vita perfunditur, quàm cum ad Euchariſtiam ritè accedit, & diuinitatis pabulo impinguatur. Scilicet hoc ipſum in figura Dei populo promiſſum Moyſes prædixit: *Conſtituit eum ſuper excelſam terram, vt comederet fructus agrorum, vt ſugeret mel de petra, oleúmque de ſaxo duriſſimo*. Et mox: *cum medulla tritici, & ſanguinem vuæ biberet meraciſſimum*. Deut. 32. Primò quidem loquitur de gratiis, cœleſtibúſque donis, quibus Eccleſia affluit Chriſtiana. Deinde ponit medullam tritici. LXX. adipem tritici. O rem inauditam! quis vnquam medullam, adipem, carnis videlicet pinguedinem in tritico, in pane aut vidit aut ineſſe dixit? *Myſtica* (occurrit Theod.) *benedictione digni effecti ſunt, tanquam in figura percipientes. Nam adeps tritici ſpiritualis panis eſt* ibid. Hæc eſt illa pinguitudo frumenti, qua fidelium animæ ſatiantur, iuxta illud: *Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle ſaturauit eos*. Pſ. 80. vbi S. Hieron. *Videte myſterium. Ex adipe frumenti. Frumentum adipes habet, nunquid & inteſtina habuit? Sed voluit largitatem & pinguedinem gratiæ ſpiritualis oſtendere: & ideo adipes nominauit*. ibid. Hæc autem largitas & pinguedo gratiæ ſpiritualis editur in ſacramẽto altaris. Quare optimè S. Aug explicat. *Cibauit illos ex adipe frumenti, miſcuit eos ſacramentis ſuis*. Et Genebr. *Eſt* (inquit) *hyperbole de ſumma fœcunditate, vbertate, ac deliciis, quibus adumbratur corporis Dominici Sacramentum, & ſuaues doctrinæ cœleſtis, & gratiæ conſolationes*. ibid.

Clem. Alex. Math. 26.

Miris in Euchariſtia perfunditur anima deliciis.

Prædicitur & effingitur ſuperaffluentia gratiarũ in Euchariſtia.

Deut. 32.

Theod.

Pſal 80.

S. Hieron.

S. Auguſt.

Genebr.

33. *Benedic Domine fortitudini eius*.] Precatur tandem Moyſes à Deo Leuitis benedictionem, & auxilium aduerſus hoſtes ſuos. Duo ſcilicet maximè poſtulat; fortitudinem, & opera miſericordiæ, quæ mirum in modum illuſtrant Eccleſiaſticos viros. Cæterùm hæc fortitudo non eſt militaris: nec enim ſacerdotem arma decent: nec, ſi bellare opus eſt, armis, ſed orationibus ſacerdoti agendum erit; vti Heliſæus orando Syros in Samariam captiuos induxit. 4. Reg. 6. Fugauitque reges ac principes florentiſſimis copiis circummunitos, cùm Samariam obtinerent. 4. Reg. 7. Quod quidem S. Ambroſ. expendens hæc adiungit: *An incognitum nobis eſt dimicare ſanctos etiam cùm ſeruantur? Nonne otioſus erat Heliſæus; otioſus ſcilicet corpore; ſed vibrabat ſpiritu, & orationibus præliabatur?* epiſt. 59. Idem refert de S. Acholio. *Fecit* (inquiens) *S. Acholius precibus ſuis, vt de partibus Macedoniæ Dominus victores fugaret. Vrgebat, & præliabatur S. Acholius nõ gladiis, ſed orationibus: non telis, ſed meritis. Ardentes peſtilentia perturbati Gothi, ac territi ſunt. Quaſi Heliſæus inter acies, dum*

4. Reg. 6.

Eccleſiaſtici precibus & meritis præliantur.

4. Reg. 7.

S. Ambr.

vixit, verſatus eſt, meritis ſuis componens prælia. ibid. A Hæc vera eſt fortitudo, quam Dei benedictio ſanctis ſacerdotibus impertiri ſolet; vt orationibus, non armis pugnent; deprecando vincant, non debellando. *Sic per ſanctum ſacerdotem* (adiungit) *muralia fundamenta fides confirmantur. Nimirum ille eſt, qui recognouit verbum Domini, & cuſtodiuit teſtamentum eius: ipſe dixit patri ſuo & matri ſua: non vidi te. Non vidit enim ſtudio, non vidit affectu. Et fratres ſuos non ſciuit, quia Deum ſcire deſiderauit.* ibid. Meritò igitur ſuum ſacerdotem tot miraculis illuſtrem, & hoſtium victorem ſola oratione pugnantem faciebat, quem ab omni carnis mundíque affectu liberum diuinis tantùm rebus intentum nouerat. Fortè benedictio B hæc ſacerdotis fortitudo illa omninò eſt, quam ſtatim apponit idem Ambr. hunc ipſum Moyſis locum expendens. *Benedic Domine fidem eius, ſanctitatem, ſedulitatem.* ibid. Ille quidem fortior ſacerdos, qui fidelior Deo, ſanctior moribus, munere ſuo diligentior.

S. Ambr. Egregia ſacerdotis victoria de barbaris. Fortitudo ſacerdotis in ſanctitate. S. Ambr.

34. Legunt alij: *Benedic Domine exercitui eius.* Et quidem per exercitum intelligitur cœtus Leuitarum inſtar agminis conuenientium ad miniſtrandum in templo. O validum! ô victorem! ô triumphatorem ſacerdotalis conuentus exercitum! Sic fit in calamitatibus publicis Chriſtianæ gentis: ad propitiandum Deum, illiúſque iram à nobis auertendam procedunt Eccleſiaſticæ pompæ, fidelium ſupplicationes: in quibus ordo Clericorum hinc inde diſpoſitus, atque gradatim in- C cedens, refert quidem inſtructum agmen precibus in Deum, in cœlum (ô pium, ô ſanctum prælium!) inſurgens. Certe in huiuſmodi pompa dicit S. Gregor. Nazianz. *Primores in acie debere eſſe ſacerdotes, ac religioſos: Tantò* (inquiens) *maiorem afflictionis partem ſentientes; quantò dignitate ſuperiores ſunt ſuo exemplo plebem ad compunctionem, improbæque vitæ correctionem; quam vtique Dei lenitas, virgæque ſuſpenſio comitatur, erudientes.* orat. 15. Obiter arripe dictum egregium, illud alto in corde fixum conſerua. Vitæ improbæ correctionem vtique Dei lenitas, virgæque ſuſpenſio comitatur. Hæc ſumma eſt excellentia diuinæ miſericordiæ: verè confeſſos, pœnitentes, ac prorſus emendatos Dei benignitas amplexatur, Dei D iuſtitia non caſtigat. Appoſitè dicitur exercitus ſacerdotum, qui pium gerunt prælium pro auertenda Dei contra ſcelera hominum indignatione: mira quippe virtus eſt huiuſmodi ſupplicationum, quæ publicè à Clero & à plebe fidelium fiunt, in quibus per plateas humiliati & compuncti procedimus, in templis ante aras proſtrati veniam imploramus: Deique viſcera, quàm ſuppliciter, tam violenter impugnamus.

Cœtus ſacerdotum exercitus. Fidelium ſupplicationes, exercitus in cœlum deprælian tes. S. Gregor. Nazianz. Improbæ vitæ correctionē ſequitur diuinæ iræ ſuſpenſio.

35. O quàm Deo gratum eſt, & iucundum haſce Cleri, & plebis fidelium de cœlo ſpectare ſupplicationes, audire gemitus pœnitentium, clamoréſque deprecantium; videre ante ſe proſtratos humiliter pro imploranda delictorum venia; quos furore paſſionum abſtractos à Deo E ſuperbia in barathrum proiecerat vitiorum! Hic eſt fructus calamitatum, quæ nobis diuinitùs immittuntur. Enimverò (vt loquitur S. Chryſ. hæc ipſa de re diſſerens) *per ſingulos dies fit ad Eccleſiam conuentus, multitudo ploratu ac gemitibus reſonat, ac plurima nobis ineſt philoſophia, deſpectúſque rerum humanarum: & neque pecuniarum cupido, neque gloriæ deſiderium: nec libidinis conflictus, nec prauus alius cogitatus tunc ſurrepens impedit. Sed omnes ad Dei cultum conferimur cum oratione, & la-* A *crymis.* homil. 4. de pœnit. O quantus eſt Deo noſtro honor, quanta oblectatio, cùm cernit ſuas ſic opes augeri, prouentúſque ſuam in domum afferri: nauéſque tot ac iam pretioſis onuſtas mercibus in portum inuehi! Incredibili ſanè gaudio exultauit Hebræorum populus in deſerto, cùm (vti ſcribitur) *ventus egrediens a Domino arreptas trans mare coturnices detulit, & demiſit in caſtra.* Num. 11. Scilicet ad victum & oblectamentum populi. At longè iucundius ſpectaculum Deo, cùm aduerſus ac furens calamitatis ventus à mundi deſerto, in quo animæ per ipſum inane ſecularium vanitatum laſciuientes peruolitabant, adducit ad Dei caſtra, inducit in templa, proſternit ante aras. O dulces Deo ipſi dapes; huiuſmo- B di ſcilicet animas tribulationum ventis agitatas, per loca vrbium publica, & in delubris proſterni, pœnitentiâ conteri, & in Dei obſequium totas concremari! Sic ſe habet exercitus Leuitarum, & ſacerdotum, cui Moyſes diuinam imprecatur benedictionem. Meritò dicitur exercitus: benè fortitudo, cui Deus benedicit. Etſi enim Eccleſia ſæpenumerò, ac violenter impugnetur à filiis huius ſeculi, nunquam tamen expugnabitur: *Nec portæ inferi prævalebunt aduerſus eam.* Matth. 16. Iacit profectò in cœlum lapides, qui Chriſti Eccleſiam perſequitur; qui Clerum impugnat. Infelices habet exitus, qui Clero Chriſti aduerſatur: Multa de hoc argumento ſupra diximus, & plura dici poſſent. *Vtinam* circa huiuſmo- C di argumentum laici homines *ſaperent, & intelligerent, ac nouiſſima prouiderent!* Deut. 32.

Num. 11. Templa Dei caſtra. Proſtratæ in templis animæ iucundiſſima Dei dapes. Matth. 6. Infeliceem habet exitum qui Eccleſ. & Clerum impugnat. Deut. 32.

36. *Benedic ſubſtantiæ eius.*] Legunt alij: *Eſt quidem à Deo benedictionibus plena ſubſtantia*: Clericorum ſcilicet, quia patrimonium Chriſti, quia de piorum votis ac ſudoribus collecta, quia ex Chriſti Domini inſtitutione poſt inſtam & decoram Cleri ſuſtentationem in pauperum ſubſidia debet expendi. Tenentur enim (vti doctores affirmant) Eccleſiaſtici de bonis Eccleſiæ quartam partem redditiuum, vel ſaltem ſuperflua in eleemoſynas expendere. Sic benedicitur eorum ſubſtantia, cùm de illa Chriſto in pauperibus debita portio impenditur; vt ſic vberiùs multò augeatur, quod ita Clem. Alex. oſtendit: *Quemadmo-* D *dum quicunque putei ſiatur ſunt, exhauſti in priſtinam menſuram reuertuntur: ita & largitio, quæ eſt bonus fons benignitatis, potum ſitientibus communicans, rurſus augetur & repletur: quemadmodum ad vbera, quæ ſuguntur, vel etiam mulgentur, ſolet lac confluere.* 1. pædag. 7. Hinc mihi perſuadeo ſubſtantiam Eccleſiaſticam in dies imminui, eò quòd largitio in pauperes quotidie minor eſt. Pulchrè ſubſtantiam, ſimúlque exercitum & fortitudinem in eadem voce comprehenſam Moyſes intelligit. Singularis enim fortitudo Eccleſiaſticis, & Eccleſiæ accedit ex ipſa patrimonij Chriſti in pauperes communicatione. Nam cùm S. Ambr. ab Arianis grauiſſimè impugnaretur, præter arma precum, quibus ſe muniuit, eleemoſynas adhibuit: Et his E fortitudinem ſuam, qua victor de perfidis exiuit, ingenuè tribuit adſcriptam. Sic enim ſcribit. *Habeo defenſionem, ſed in orationibus pauperum. Cæci illi & claudi, debiles, & ſenes robuſtis bellatoribus fortiores ſunt.* epiſt. 31.

Benedicti à Deo redditus Eccleſia. Clem Alex. Quarta pars redditu um Eccleſiæ debita pauperibus. Augetur quod impenditur pauperibus. Eccleſiaſtici redditus minuuntur, quia non impenduntur pauperibus. Fortitudo Cleri eleemoſynæ. S. Ambr. Precibus & eleemoſynis vincit Eccleſia.

37. Benedicit Moyſes, ſeu potiùs à Deo poſtulat vt benedicat Leuitarum exercitum, ſubſtantiam, & opera manuum Leuiticæ tribus: quæ quidem omnia in lege gratiæ non modò copioſiùs impleta ſunt, ſed etiam euidentiùs innotuerunt. Quænam quæſo manuum Sacerdotis opera, niſi

niſi præſtantiſſima illa ſummáque ſuper omnia, quæ ſub ſole fiunt opera; ſacroſanctæ nimirum Euchariſtiæ operatio, cùm Sacerdos ore pronuncians, manúque apprehendens diuinum corporis & ſanguinis Domini efficit ſacramentum? Annon hæc eſt fortitudo, exercitúſque Eccleſiæ? Annon hoc præſidium, hæc ipſa fidelium arx & propugnaculum? Audi Salomonem: *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam: miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis.* Prou. 9. De diuina Euchariſtia locum interpretatur D. Cypr. epiſt. 63. & S. Auguſt. lib. 17. de Ciuit. cap. 20. & alij communiter. Itaque Dei ſapientia, Verbum incarnatum, Deus homo domum ſibi ſuam Eccleſiam conſtruxit ſeptem ſubnixam ſacramentis: atque omnium auguſtiſſimum commemorans, videlicet ſacroſanctam Euchariſtiam, vocat illam & menſam ſuam, ad quam per Apoſtolus, & prædicatores inuitat fideles omnes, vt diuinis dapibus inſtructum conuiuium epulentur. Vocat etiam arcem, in qua ſcilicet ſecuri ab hoſtibus conſidebunt. Hinc illud optimè dicitur à S. Cypr. *Et cùm adhuc fiat Euchariſtia, vt poſſit accipientibus eſſe tutela, quos tutos eſſe contra aduerſarium volumus, munimento dominicæ ſaturitatis armamus.* epiſt. lib. 1. epiſt. 2. Hoc ipſum diuinæ hoſtiæ præſidium expertus S. Greg. ſcripſit: *Inter cætera arma, quæ contra principem mundi Deo fauente contuli, potiſſimum eſt vt corpus Domini frequenter acciperes.* epiſt. ad Marſilien.

Prou. 9. S. Cypr. S. Auguſt. Dei menſa, epulū, arx, arma, fortitudo Euchariſtia.

S. Cypr. Potiſſimum munimentum, armáque Eccleſiæ Euchariſtia. S. Gregor.

38. Vno verbo comprehendit omnia Regius vates: *Panis cor hominis confirmat.* Pſalm. 103. *Ipſe panis* (declarat S. Hieron.) *corda noſtra confirmat, qui deſcendens de cælo vitam tribuit mundo.* Similis eſt interpretatio S. Auguſt. Eſt quidem panis cordis, panis animæ, qui confirmat cor, animam roborat, armat, tutatur, inuictam reddit. Tota planè fortitudo Chriſtianæ Eccleſiæ ab auguſtiſſimo Euchariſtiæ ſacramento prouenit. Hanc ſcilicet arcem, hoc præſidium, hæc arma, hanc fortitudinem, hunc exercitum ſi Chriſtiani homines non haberemus, qui obſecro poſſemus vndique hoſtibus circumuencti, ab hæreticis, à Turcis, à Saracenis, ab infidelibus perpetuò impugnati tutò conſiſtere, in Chriſtianæ Eccleſiæ regnis auſim dicere ad barbararum gentium prouincias longè latéque diffuſas velut angulo mundi, terræ pugillo? Infinitas ergo gratias habeamus, ô Domine IESV, tui corporis admirabili ſacramento; quod qui frequentant, leonibus ipſis fiunt fortiores: & qui miſeri ab eo ſeſe vltrò abſtinent, ſuam imbecillitatem deplorent, neceſſe eſt. *Percuſſus ſum, vt fænum; & aruit cor meum. Quia oblitus ſum comedere panem meum.* Pſalm. 101. *Quis iſte panis, niſi panis ille viuus qui de cælo deſcendit? Oblitus manducare, bibit venenum,* inquit S. Auguſt. Vanitates nimirum ſeculi, voluptates carnis, lutulentas terræ diuitias, in quibus omnibus præſentiſſimum eſt venenum animarum, infelix peccator, auet, inhiat, quærit: & totum ferè annum ad vitæ æternæ panem accedere contemnit. Rectè igitur ad hunc verſum monet S. Gregor. *Sequatur ergo oblitionem commemoratio, & eſuriem refectio comitetur, vt panem illum, qui de cælo deſcendit, manducantes, & pœnam euadamus mortis perpetuæ, & vitæ participemus æternæ. Sicut Dominus ait in Euangelio: ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum.* ibidem.

Pſal. 103. S. Hieron.

Fideles tuentur ab infidelibus Euchariſtia.

Chriſtianorum regna ad infidelium prouincias angulus mundi.

Pſal. 101. Infelix, qui vanitatibus mundi occupatus non accedit ad Euchariſtiam. D. Auguſt. S. Greg.

Ioann. 6.

A

Prophetia, ſiue benedictio Iacob ſuper Iudam.

Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum? NON AVFERETVR ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, ô fili mi, aſinam ſuam. Lauabit in vino ſtolam B *ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.*

SECTIO V.

Iuda te laudabunt fratres tui, manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui.

1. PRophetia hæc patris Iacob de filio Iuda omnium illius prophetiarum & benedi- C ctionum celeberrima eſt: quippe quæ tota potiùs ad tribum omnium clariſſimam, veteréque regiam; imò & ad ipſum Regem Meſſiam Patribus promiſſum, & à toto mundo expectatum, de quo habetur hoc loco egregium ſanè vaticinium, & qui de hac tribu erat naſciturus; quàm ad quartum filium Iacob ſpectare videtur. Nam in Iudam ipſum, qui filius fuit Iacob ferè nihil eorum, quæ hîc aſſignantur, comperit. Prædicuntur igitur à Iacob quatuor excellentiæ Iudæ. Prima honoris & laudis, quòd illum cæteri fratres laudaturi, & adoraturi ſint. Secunda fortitudinis; quod vti leo ſuos hoſtes debellaturus ſit. Tertia principatus atque imperij duraturi vſque ad Regis Meſſiæ aduentum, qui ex illo genus erat ſecundum D carnem habiturus: quarta incredibilis quædam bonorum temporalium, maximè vini & lactis abundantia. Summa hæc eſt totius prophetiæ, nunc ad ſingula deſcendamus.

2. *Iuda te laudabunt fratres tui.*] Ex fonte ipſo Hebr. elegans ducitur alluſio ad nomen Iudæ. Mater quidem cap. 29. illum vocauit Iudam, quoniam ex talis filij ortu laudandi Deum habebat nouam & magnam occaſionem: nunc verò pater addit aliam nominis rationem; quòd huius filij tribus, ad quam dirigitur vaticinium, à fratribus ſic laudanda. Senſus igitur ex Hebræis vocibus hic eſt: Iuda tu diceris Iuda, & iuxta nomen tuum, quod ſignificat laudem, vel confeſſionem laudis, continget tibi: Nam laudabunt E te fratres tui. Seu breuius: Meritò tibi nomen Iuda fuit inditum, quia cunctæ tribus te laudibus efferent. At quid hoc eſt? Mater à confeſſione diuinæ laudis, pater ab humana laudatione nomen filij deducit inditum. Quaſi mater filio erga Deum pietatem, & laudis confeſſionem vel ipſo nomine prænotatam: pater eidem nominis celebritatem, & honoris ſuper omnes fratres eminentiam auſpicatò peroptaret. Scilicet matrum erga filios affectum in ipſam pietatem, Deique obſequium magis propendet: patris verò cura & ſtudium

Pater filio terræ felicitatem procurat.

ſtudium totum eſt in acquirendis, & amplificandis filiorum tum honoribus, tum opibus. Quod S. Auguſt. in ſuis parentibus fuit expertus; in matre ſtudium pietatis, in patre ardorem humanæ dignitatis. Et quidem de matre ſanctiſſima Monica quid attinet dicere, quæ filium Manichæum factum ſuis lacrymis, precibus, ac monitis Chriſto & Chriſti fidei ſanctum peperit: Hinc illud ſcribit filius: *Et conturbata mater carnis mea ſempiternam ſalutem meam carius parturiebat corde caſto in fide tua,* &c. Et infrà. *Illa ſatagebat vt tu mihi pater eſſes Deus meus.* lib. 1. Confeſſ. cap. 11.

Mater filiis pietatē erga Deum procurat.

S. Auguſt. Monica S. Auguſtini mater.

3. At de patre quid? *Cùm interea* (inquit) *non satageret pater, qualis creſcerem tibi; aut quàm caſtus eſſem, dummodo eſſem diſertus.* Et infrà. *Ille de te propè nihil cogitabat, de me autem inania.* lib. 2. cap. 2. Sed quæ illa erant inania, quæ pater de filio adoleſcentulo literarum ſtudiis deſtinato cogitabat? Scilicet (ipſe teſtatur) *vt in hoc ſeculo florerem, & excellerem linguoſis artibus ad honorem hominum, & falſas diuitias famulantibus.* lib. 1. cap. 9. Laudabilis planè pietas matrum, quæ ſollicitè curant bonam ſanctámque filiorum inſtitutionem: nec illos tam apud homines ſeculi honoribus eminere, quàm apud Deum piis obſequiis, virtutúmque meritis valere cupiunt: etſi propterea filiis aliquod vel honoris, vel vitæ diſpendium incurrant. Pergebat in Ægyptum Moyſes cum vxore, ac duobus filiis, vt colligit Abulenſ. & quidem maior natu iam fuerat circumciſus, minor verò adhuc incircumciſus, cui ſcilicet, propter ætatem pater nimis indulgens parcebat. *Cúmque eſſet in itinere, in diuerſorio, occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum.* Exod. 4. En patris erga filium aut inertia, aut nimia indulgentia. Sed vide matris ſollicitudinem. *Tulit illicò Sephora acutiſſimam petram, & circumcidit præputium filij ſui.* ibid. Prudens quidem mulier veréque pia mater generosè arripit cultrum, dolentíque oculo, (vt fas eſt credere) ſed conſtanti manu, prudenti fortíque pietate non dubitat tenellum filium ſauciare, vt hac ratione filium mater ad honorem fidelis & ſerui Dei eueheret: & vxor mat tum à gladio, mortéque liberaret. *Quapropter Angelus deſtitit* (inquit Procopius) *non nihil delectatus religione mulieris.*

S. Auguſt. Pateris Auguſtini.

Mater ſolicita pro pietate & virtute filij.

Exod. 5.

Procop.

4. Honorem ſeculi, ac celebrem apud homines famam benedicendo precatur filio pater; & quidem non qualemcunque nominis prærogatiuam, ſed planè maximam: quam ſcilicet inter fratres eminentem habeat, & iſti libenter concelebrent. Enimverò inuidia frequenter inter fratres, inter cognatos, inter conciues, inter commilitones vſque in diſcordias odiáque inardeſcit. Quare optimè dixit Corn. Tacit. *Antiquas fratrum diſcordias, & inſociabile regnum exiſtimare* lib. annal. 13. Quidquidem ex diuinis literis probari facilè poteſt in Cain & Abel: in Eſau & Iacob: in Phares & Zaram: in Ioſeph & fratribus: in Dauid & fratribus: in Dauid filiis. Tanta igitur tui nominis erit, ô fili, gloria, vt ſuperes (inquit Iacob) etiam tuorum fratrum inuidiam: imò & ipſi ad ſuam gloriam ex tuo nomine vocari volent omnes Iudæi. Ac primò quidem à laudatione fratrum Iudæ benedictionem pater auſpicatur. Nec enim vulgaris eſſe poterat excellentia Iudæ, quam nullæ nec fratrum, nec æqualium, inter quos inuidia dominatur, linguæ quid reprehenderent: ſed omnia quæ dignè laudarent, linguæ inuenirent. Compreſſis verò fratrum linguis, ne quid per inuidiam cauillarentur in Iuda, quod ſummi eſt operis, poſſet ille hoſtium ſubinde quorum-

Corn. Tac. Inuidia odiúmque inter fratres & cognatos.

Summa felicitas ſupra inuidiā eminere.

cunque colla ſubiicere, pede impoſito ceruices conculcare. An eſt aliud æquè operoſum ac difficile, atque linguæ inuidentis petulantiam cohibere? *Facilius enim eſſet,* (inquit S. Cypr.) *ac lenius turbulenti maris concitos fluctus clamoribus retundere, quàm effuſam linguā licentiam cohibere.* tract. 1. contra Demetrianum.

S. Cypr. Inuidentis linguam cohibere difficilimū eſt.

5. Idcircò tempeſtates linguarum extimeſcens Dauid, vſus deinde aliâ ſimilitudine ſperat ſibi à Domino tantum hoc beneficium donandum. *Ipſe liberabit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero* vbi egregiè S. Ambr. *Symmachus* (inquit) *irritationis verbum dixit, alij perturbationis, laqueus aduerſarij eſt ſermo noſter. Sed etiam ipſe non minùs aduerſarius eſt nobis Loquimur pleruńque quod excipiat inimicus, & quaſi noſtro gladio nos vulneret. Quantò tolerabilius eſt alieno gladio, quam noſtro perire?* lib. 1. de offic. cap. 4. Bene quidem, ſermo incautus, noxius que dicitur gladius, & ſubinde vtraque parte acutus: qui ſcilicet noſtram vulneret animam, & proximi ſauciet famam. Quapropter ſi multum alibi, maximè verò in verbis obſeruatio & cura, & cuſtodia diligenter adhibenda eſt. Adiungit ergo Ambr. *Alliga ſermonem tuum, ne laxuriet, & multiloquio peccata colligat: ſit reſtrictior & ripis ſuis coerceatur; cito lutum colligit amnis exundans.* ibid. Certè magna vis adhibenda eſt, vt infrænetur lingua, & loquacitas comprimatur. Clamabant dæmonia Chriſtum eſſe Dei filium, *at Dominus non ſinebat ea loqui*; muta reddidit, vt ſcribit Luc. 4. Annunciatius fortè dæmonia clamando Chriſti diuinitatem confiterentur: Planè magis manifeſtabatur Chriſti potentia, & diuinitas refrænando linguas dæmonum, quàm ſi filius Dei ab ipſis clamando proderetur. Adeò linguas inuidorum & maleuolorum compeſcere, quàm hoſtes vel etiam dæmones vincere maius eſt & operoſius!

Pſal. 90. S. Ambr. Sermo incautus duos vulnerans gladius.

D Ambr. Cohibenda lingua.

Luc. 4.

Grande miraculum compeſcere linguas inuidorum.

6. Et quidem vt quiſque noſtrum, prout oportet, detrahentem inuidentémque ſuam linguam cohibeat, ſatis erit, ſi quàm vile ac ruſticum hoc vitium ſit, conſideret. Nam (vt ſcribit S. Ambroſ.) *Seruile hoc vitium eſt, & familiare vltimæ conditionis; adeò contra naturam, vt inopia magis hoc extorquere, quàm natura ſuadere videatur.* lib. 3. offic. cap. 3. Qui detrahit, ipſe quàm ſit inops, quàm vilis, apertè confitetur: ſuam prodit inopiam, qui de aliena vult abundantia detrahere. Atqui poteſt detractor non minoris impudentiæ ſimul & violentiæ; quàm qui prosectus ad audendum non dubitat in foro pallium de humeris alicuius detrahere; Quo in ſenſu dixit S. Ambr. *Chriſtus formam ſuſcepit hominis, quam operum ſuorum locupletaret virtutibus. Tu ergo per detractionem expolias quem Chriſtus induit: exuis, quem Chriſtus veſtiuit.* lib. 3. offic. cap. 3. Dona ſcilicet Chriſti Domini, quo quis ornatus eſt, impudenti ſua lingua inuidus detractor aut minuit, aut dedecorat, aut nulla eſſe contendit. Hoc autem detractionis vitium inter fratres; quod tamen ea benedictione Iacob non erat Iudæ à fratribus tolerandum, eò periculoſius eſt, quò ſub fraterni amoris ſpecie aculeus linguæ frequentiùs occultatur. Ideircò monet S. Cypr. *Chriſtum confeſſa lingua non ſit maledica, non turbulenta, non conuiciis, & litibus perſtrepens audiatur: non contra fratres poſt verba laudis venena ſerpentis iaculetur* tract. de ſimpl. præl. Sic verò excæcat mentes inuidia, vt ne propinquitatis quidem iura vlla reſpiciat: quin etiam acerbius inter arctiora naturæ vincula exardeſcat.

S. Ambr. Seruile abiectúmque vitium detrahere.

S. Ambr. Detractor pallium in publico habenti ſurripit.

D Cypr. Acrior inter fratres inuidia.

7. Saul ſecretò vnctus à Samuele in Regem, cùm

eùm à patruo, quò abiiſſet, rogaretur, de aſinis A quidem inuentis reſpondit; de regno autem nihil omninò: vti legimus 1. Reg. 10. Sanè quàm prudentiſſimè de regno tacuit: *Ne* (inquit Abulenſ.) *vllam in ſe patrui concitaret inuidiam.* Sed hoc ipſum fuſius & elegantius dictat Ioſephus hiſce verbis. *De regno tantùm tacuit, ne ea res vel credita inuidiam, vel non credita vanitatis opinionem ei contraheret. Quamuis enim & amicus eſſet & cognatus, ſecurius tamen & conſultius arbitratus eſt ſilentium, reputans credo humanæ naturæ infirmitatem, quod nemo conſtans in amore, ſed etiamſi manifeſto Dei ſuffragio felicitas contingat, tamen alios ſibi præferri iniquè & inuidè ferunt.* lib. 6. antiq. cap. 5. Tantò igitur copioſior & admirabilior videbitur benedictio Iudæ impertita, vt à fratribus laudandus ſit, B & verè quidem nec in ſumma rerum felicitate maleuolos habiturus ſit, & inuidos qui cognati ſunt. Dici verè laudandum Iudam: quia ſæpenumerò fit, vt præmiſſam laudationem ſubdolam quidem aperta cõſequatur inuidi & maleuoli oſis detractio. Sic exploratores terræ promiſſionis poſt illam diligenter perluſtratam, Moyſi retulerunt: *Terra, ad quam miſiſti nos, reuera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognoſci poteſt. Sed cultores fortiſſimos habet: ſtirpem Enac vidimus ibi.* & infrà. *Detraxerunt terræ: Deuorat habitatores ſuos.* Num. 13. vbi Lyran. *Terram priùs laudant, vt melius poſteà damnent.* Ita ſolent inuidi & maleuoli, qui aliena explorant vitia; primò quidem laudare bona, deinde grauiora mala prodere, vt totum hominem C oſtendant probroſum.

1. Reg. 10.
Abul.
Ioſeph.
Doloſam laudationē ſequitur detractio.
Num. 13.
Lyran.
Inuidi laudant, dein vituperant, vt probrum augeant.

8. Chald. paraph. ſic habet. *Iuda tu confeſſus es, & non erubuiſti: in te confitebuntur fratres tui.* At quid Iudas confeſſus non erubuit? quidam referunt ad factum Thamar, quod ille non abnuit, ſed ingenuè confeſſus dixit: *Iuſtior me eſt, quia non tradidi eam Sela filio meo.* Geneſ. 38. Quem locum ſatis ſuprà explicauimus. Dignus ſanè vir omni laudatione, qui ſuum & cognoſcit, & fatetur erratum. Miris planè laudibus extollendum cenſet Danidem S. Ambr. quippe qui non erubuit peccatum ſuum confiteri. *Peccauit* (inquiens) *Dauid, vt ſolent Reges: ſed pœnitentiam egit, fleuit, ingemuit, quod non ſolent Reges, quod erubeſcunt facere priuati, Rex non erubuit confiteri. Confeſſus eſt culpam, obſecrauit indulgentiam, humi ſtratus deplorauit ærumnam, ieiunauit, orauit, confeſſionis ſuæ teſtimonium in perpetua ſæcula vulgato dolore tranſmiſit.* Apolog. cap. 4. Hæc eſt vna ex maximis humanæ naturæ miſeriis, vt poſitus quis in ſublimi gradu honoris, & licere ſibi putet quicquid libeat, & errare ſe non poſſe quicquid veri iudicet; aut ſi tamen errauerit, nolit ſibi ab alio ſubnotari. Cùm tamen Deus Omnipotens ipſamet veritas, ipſamet ſapientia, ipſamet bonitas, non dedignetur cum hominibus venire in iudicium. *Venite,* (inquit) *& arguite me, dicit Dominus,* Iſai. 1. Et homo vermiculus, aut regiæ dignitatis ſuperbiâ, aut ſapientiæ vel prudentiæ opinione inaniter elatus iraſcetur, ſi cùm errabit, ab aliquo corripiatur, E vel admoneatur?

S. Ambr.
Laudabile eſt propria errata confiteri.
Iſai. 1.
Homo ægerrimè fert erroris argui.

9. Salomon vbi primùm regni clauum ſuſcepit cum Deo familiariter agens hæc maximè precatus legitur: *Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſſit.* 3. Reg. 3. Docilis eſt, qui gaudet edoceri, libenter arripit aliorum monita: & vbi errauerit, correctionem: at idem dicitur precatus à Domino: *Da mihi ſapientiam, & intelligentiam.* 2 Paral. 1. Salomon igitur cor docile iudicauit idem eſſe atque ſapiens & intelligens: docilitatémque nihil eſſe aliud, quàm ſapientiam & intelligentiam: denique virum docilem haberi, vocarique debere ſapientem & intelligentem: atque adeò multum ſapere, qui ſcit gaudétque ab aliis doceri, aliorum conſiliis & monitis inſtrui. Hinc Apoſtolus: *Oportet* (inquit) *Epiſcopum doctorem eſſe.* 1. Timot. 3. Græcè habetur: διδακτικόν, didacticon, docibilem, & 2. Tim. 2. *Seruum Dei oportet docibilē.* Græcè διδακτικόν didacticon. Vtrobique legunt aliqui, *Docentem alios,* ſeu *aptum ad docendum.* Epiſcopi enim & ſapientes in Eccleſia veram illam exiſtimant ſapientiam, hoc quod eſt, eſſe docilem, docibilem, velle ab aliis edoceri, moneri, regi, corripi, ab errore deduci, ad veritatem informari. Docilis etiam ſimúlque verè ſapiens, B qui quæ ſtatuit, quæ imperat, ſi non gaudet, certè ſi non indignatur examinari: aliorum iudiciis libenter ſua decreta ſubiicit. Nec enim quis adeò vecors & ſtolidus eſt, vt ſuum iudicium putet nullâ poſſe perſtringi cenſurâ: & ſe quicquid dicat, de tripode dicere; quicquid iubeat, diuinæ legis eſſe infallibile decretum.

3. Reg. 3.
2. Par. 1.
Sapiens vult edoceri ab aliis.
1. Tim. 3.
2. Timot. 2.
Sapiens aliorū quærit iudicia.
Stultus ſuo abundat iudicio.

10. Optimè in hanc ſententiam illud ſcripſit Tertull. *Nulla lex vetat diſcuti; quod prohibet admitti: Quia neque iudex iuſtè vlciſcitur, niſi quod cognoſcat admiſſum eſſe quod non licet: neque ciuis fideliter legi obſequitur, ignorans quale ſit quod vlciſcitur lex: Nulla lex ſibi ſoli conſcientiam iuſtitiæ ſuæ debet, ſed eis à quibus obſequium expectat.* Apolog. aduerſus gent. cap. 4. Quapropter princeps, prælatus, herus, pater familias prius probari à ſubditis, quàm adimpleri, velint quod iubent. Adiungit Tertull. dignam ſuo ingenio dignam ſententiam. *Cæterùm ſuſpecta lex eſt, quæ probari ſe non vult: improba autē, ſi non probata dominetur.* Planè ex hoc ipſo, quod lex refugit examen, in ſuſpicionem cadit iniuſtitiæ, ſit princeps, ſit prælatus, homo quidem, vt multis aliis, ſic etiam ignorantiæ obnoxius eſt; ne igitur aberret, ne hallucinetur, alienâ doctrinâ indiget, quod in Paulo Deus Omnipotens ad cõmunem fidelium inſtructionem demonſtrauit; cùm ſcilicet illum remiſit ad Ananiam, à quo in myſteriis fidei informaretur, Act. 9. Rem ita expēdit Caſſianus: *Paulum Ananiæ prius doctrinâ quàm ſuâ inſtrui volens Dominus: ne ſcilicet quod rectè geſtū D eſſet in Paulo, poſteris malum præſumptionis præberet exemplum.* coll. 2. c. 4. Dixit enim Dominus: *Surge, & ingredere ciuitatem; & ibi dicetur tibi, quid te oporteat facere.* Act. 9 Ne igitur quis dedignetur ab alio vel moneri, vel doceri, cùm Paulus antequam raperetur in cœlum, & ibi à Deo de altiſſimis Chriſtianæ fidei myſteriis inſtrueretur, ab alio homine tum baptizari, tum edoceri iuſſus eſt.

Tertull.
Suſpecta lex, quæ aliena iudicia refugit.
Tertull.
Qui regit, prius probari velit quod iubet.
Nemo mortalium ſubiectus ignorantiæ non eſt.
Act. 9.
Caſſian.
S. Paulus ab homine prius, quàm à Deo inſtructus.
Act. 9.

11. Quin etiam poſt tres annos à ſua conuerſione peragratis iam multis terrarum prouinciis, in quibus Euangelium prædicauit, & innumerabilem gentium multitudinem conuertit: *Aſcendi* (inquit) *Hieroſolymam, vt viderem Petrum.* ad Gal. 1. Græcè ἱστορῆσαι iſtoriſe, vt notat S. Chryſ. *Vt viderem; quomodo loqui ſolent, qui magnas ac ſplendidas vrbes inuiſunt cognoſcendi gratia. Adeò iudicabat operæ pretium, multóque ſtudio dignum tantummodo videre virum.* Neque verò ſolam in Petro ſanctitatem ſpectauit admirabundus, ſed etiam ſummi illius Pontificis poteſtatem; quâ Petrus eminebat ſuper omnes Apoſtolos: cui etiam ipſemet Paulus & ſe, & ſuam omnem ſapientiam tanquam primo poſt Chriſtum magiſtro, & fidei columnæ libenter ſubiiciebat. Enimverò ſine humilitatis præſidio nec doctor inſtruendo, nec rector gubernando quicquam proficiet. Quare diſcipulus

ad Galat. 1.
S. Chryſoſt.
Spectaculo admiratione dignum S. Petrus.
Nec docet, nec regit benè qui humilis non eſt.

autè addiſcat, quàm doceat magiſter: & ſubditus pateat, priuſquàm prælatus imperet: alioqui ſi nec didicit, nec paruit; & de ſua ſcientia, & de ſuo iudicio imprudens ſibi gloriabitur; ac ſuperbè inhumanitérque dominabitur. Audi egregiam in hac re S.Greg. ſententiam. *Vſus rectæ conuerſationis eſt, vt præeſſe non audeat, qui ſubeſſe non didicerit: nec obedientiam ſubiectis imperet, quam prælatis non nouit exhibere: alioqui fiet, vt dum ſe quiſque ſancto Spiritu impletum præſumit, diſcipulus hominis eſſe deſpiciat, & magiſter erroris fiat.* lib. 1. Dialog. cap. 1. At ſunt tamen nonnulli, qui à ſolo Spiritu ſancto interiùs inſtruuntur, ac docentur: priuilegium hoc eſt, quod paucis donatur. Et quidem illi ſine humilitatis teſtimonio aut probari, aut dignoſci nequeunt: vt ſtatim ſubiicit idem Gregor. *Mens,* (inquiens) *quæ diuino ſpiritu impletur, habet euidentiſſima ſigna: virtutes ſcilicet, & humilitatem; quæ ſi vtraque perfectè in vna mente conueniunt, liquet quòd de præſentia ſancti Spiritus teſtimonium ferat.* Multa nimis (dicet aliquis) in hoc argumentum congeruntur. Planè res eſt in vita hominum magni momenti: nec vnquam ſatis & noſtra improbatur ambitio, & humilitatis amor commendatur. Mihi ergo cùm in aliis rerum, quæ vel damnantur, vel commendantur, argumẽtis; tum etiam in hoc quod ſe in præſentia obtulit, fas ſit illud reſpondere, quo ſe aliquando tutatus eſt à calumnia S.Saluianus: *Quia melius eſt plus probare aliquid, quàm neceſſe eſt: quàm minus fortaſſe; quàm negotio debeatur.*

S. Gregor. *Qui non didicit obedire præeſſe aliis non poteſt.*

S.Greg. *Virtutes & humilitas in homine ſigna ſunt inhabitantis ſancti Spiritus.*

S.Salu.

12. Laudandum à fratribus Iudam prædicit Iacob in primis ob illam admirabilem humilitatem, quam exhibuit ſuum confitendo errorem vſque adeò, vt non dubitauerit iniquiorem ſe dicere impurâ muliere. Confeſſus eſt, & non erubuit: vertit Chald. Atque idcirco laudandus ab hominibus, & ab ipſo Deo honorandus, atque in regni faſtigium extollendus. O egregium typum ſacramentalis Confeſſionis, in qua peccator non erubeſcit confiteri ſua delicta; ſeu potiùs ſe ſuáque ſcelera erubeſcens nihilominus ſe prodit iniquum, ſua detegit vulnera, ſua facinora ſacerdoti confitetur. Verecundia enim honorat confeſſionem, quam ſcilicet comitatur, & non remoratur confuſio: faciem pudefacit, linguam non præpedit, os non occludit. Adumbrauit Iudas futurum in Eccleſia Chriſti confeſſionem, ad quam Prophetarum oraculis crebrò inuitamur. Audi Oſeam: *Tollite vobiſcum verba, & conuertimini ad Dominum, & dicite ei: omnem aufer iniquitatem, & accipe bonum: & reddemus vitulos labiorum noſtrorum.* cap. 14. Excitantur peccatores ad conuerſionem, quæ in primis eſt opus diuinæ gratiæ, cui nos excitanti cooperamur. Cæterùm quia ſumma eſt in hoc opere difficultas, oratione diuinum eſt implorandum auxilium: *Aufer Domine Deus omnem iniquitatem, & accipe bonum. quodnam illud?* Quòd humilis, dolens, pœnitens, contritus peccator Deo, quem læſit, offerre contendit. *Reddemus* (inquit) *vitulos labiorum noſtrorum.* Victimas, ſacrificium oris; vtique debitam ſcelerum confeſſionem. Bonum appellat per excellentiam, quo ſcilicet, boni efficimur, qui fuimus mali: bonum, à quo Chriſtianæ Eccleſiæ bona omnia promanant. Hæc ſola victima præſtat omnibus antiquarum legum ſacrificiis: his enim pecudes, illa totius hominis ſenſus, facultates, cor, animáque mactantur.

Confeſſio rũ pudore, qui linguam nõ præpedit.

Oſeæ 14. *Confeſſio arduum opus eget oratione.*

Bonum per antonomaſiam confeſſio. Omnia legis ſacrificia excedit Cõfeſſio.

13. Benè igitur S.Hieron. *Illo* (inquit) *iam tempore carnalibus victimis reprobatis, placabilis Deo hoſtia eſt, pura confeſſio.* Hic fructus labiorum noſtrorũ, vti verſio habet LXX. quaſi ad eum maximè finem homini data ſint loquendi inſtrumenta, vt illis commiſſa flagitia confiteri poſſit. Os, & linguam, & dentes, & labia, nobis ad loquendũ dedit Conditor Deus; non vt malè loquẽdo peccemus; ſed vt Creatorem laudemus, & noſtra in ipſum delicta confitendo expiemus. At ne noſtra flagitia ſacerdoti aperiamus, pudorẽ neſcio quem aduerſarius ingerit: vti abſcondendo niſi ea delicta ad diem iudicij reuelanda toti humano generi reſeruemus. *Quaſi* (inquit Tertull.) *melius ſit damnatum latere, quam palam abſolui.* lib. de pœnit. Inſignis quidẽ ſtultitia, deteſtabilis omniũ cæcitas. Profectò illa tantùm flagitia teguntur, ſepultáque tenentur, quæ per confeſſionẽ detegimus, & lacrymis expiamus. Fugientem ab Hieruſalem Dauidẽ ob perſecutionem Abſalonis, cœpit Semei quidã de cognatione Saulis incellere maledictis: *Egredere vir ſanguinum, & vir Belial. Reddidit tibi Dominus vniuerſum ſanguinem domus Saul* 2. Reg. 16. Falſo quidem exprobrauit ſanguinem, quem Dauid nec effudit, nec vnquam expetiuit: nota erat omnibus manſuetudo Dauid: nihil euidentiùs conſtabat, quàm quod Dauid Sauli vitã ſæpiùs auferre, cum poſſet, noluerit. Contra verò maledicus homo non exprobrauit adulterium, & homicidium Dauid, quæ duo facinora ſole ipſo clariora innotuerunt. Cur ergo iſta tacuit? quia ſcilicet ea per pœnitentiam & deplorata, & expiata, atque adeò contecta & ſepulta fuerant per confeſſionem etſi non ſacramentalem, ſed in figura tamen ſignificatam, cùm dixit: *Peccaui Domino.* 2. Reg. 12. Deus enim pœnitenti & confitenti non modò culpam remittit, ſed etiam impedit infamiam, bonam tuetur exiſtimationem: & ipſis quoque aduerſariis omnem adimit recordationem; ne pœnitentis errata exprobrent, vel etiam meminerint. Quod quidem expertus ipſemet dulciſſimè decantauit. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata.* Pſal. 31. Sed de hoc argumento multa diximus in priori tomo ad cap. 3. ſect. 22.

S.Hieron.

Inſtrumenta loquendi data homini ad confeſſionem.

Tertull. *Inſignis ſtultitia, celare peccata in confeſſione.*

2. Reg. 16.

Teguntur delicta, quæ in confeſſione deteguntur.

2. Reg. 12. *Deus per confeſſionem impedit infamiam.*

Pſal. 31.

14. Iudas igitur, qui & confitens non erubeſcit ſua fateri delicta; totus enim de illis rubor in aduerſarium potiùs, quàm in pœnitentem trãſire debet, vti S.Ambr. egregiè ita colligit ex his verbis Prophetæ Deum ſic alloquentis. *Quis Deus ſicut tu, auferens peccata & transferens iniquitates?* Mich. 6. vbi duo verba ponit admirandæ quidem ſignificationis: Auferens, & transferens. *Auferens* (inquit S.Ambr.) *peccata, quia penitùs ea tollit, ita vt non ſint, quorum memor non erit.* epiſt. 18. O admirabilem Dei bonitatem! ſed & inſignem ſacramentalis Confeſſionis prærogatiuam! O & dulce magnúmque pœnitentibus ſolatium! Peracta ritè confeſſione ſic noſtra manent abolita flagitia, vt illa etiam Deus ipſe læſus ac iudex prorſus in ſempiternum obliuiſcatur, ac ſi nunquam ab homine fuiſſent commiſſa: quoad culpam & reatum hæc omnia intelliguntur; nam pœna quidem temporaria vel in hac vita, vel in purgatorio (vti fides docet) expianda erunt peccata per confeſſionem remiſſa. Deinde, *Transferens* (inquit S. Ambroſ.) *iniquitates, eo quòd confitentibus nobis lapſus noſtros, & obumbrantibus eos bona operationis fructu referantur in autorem culpæ & peccati incentorem.* Res mira. In diabolum tentatorem miſſa per os confitentis delicta expuuntur: atque adeò per confeſſionem à delictis ab homine abſoluto, eorundem reus conuincitur, & pronunciatur diabolus!

Mich. 6.

S.Ambr. *Delicta cõfeſſa Deus obliuiſcitur.*

D. Ambr. *Confeſſio peccatoris confuſio & tormentum eſt diabolo.*

Quid

D. Ambr. *Confeſſio peccatoris vindicta de diabolo.*

Quid enim aliud (adiungit idem Ambroſ.) *agit qui culpam ſatetur, niſi vt aduerſantes nequitiæ ſpiritualis, dolo ſe & malitia transductum probet?* Confunditur ergo non qui confitetur, ſed diabolus: cuius in faciem à confitente transferuntur delicta: & cui tanquam inuentori ac tentatori, quæ deceptus homo commiſerat, exprobrantur flagitia. O grauem & iuſtam de diabolo vindictam. Alapas in diaboli faciem impingis, dum tua crimina confiteris: tota in diabolum, qui reus tuorum criminum arguitur, & proditur, confuſio & verecundia ab ipſo confitente transmutatur.

Oſeæ 4. *Theod.* *Dei dona, & conſolatio ritè confeſſis communicantur.* *D. Cyrill.*

15. Hæc igitur adiungit Dominus per Oſeam: *Ero quaſi ros.* c. 14. *Anima ſcilicet* (declarat Theod.) *à ſordibus expiata.* Sed quiſnam iſte ros? *Omnimodus* (reſpondet S. Cyrill.) *mentem vocatorum ad pœnitentiam ſupernâ conſolatione pinguefaciens & irrigans, vtique per ſpiritum: ros enim deſuper cadit.* Quid quæro ambagibus eſt opus? Inuitamur ad pœnitentiam; confeſſionem noſtrorum ſcelerum ritè iam emiſimus; confeſſis & pœnitentibus à Deo vero promittitur. quis ille? *Dei dona,* dixit Theodoret. *ſupernam conſolationem*, intelligit S. Cyrill. Bene quidem omnia vitæ confeſſus & pœnitens accipit, geſtáque. Sed tamen ros aliud nihil eſt, quàm ipſemet Deus, qui ait: *Ego ros ero.* O miram diuinæ bonitatis dulcedinem! Confeſſis ros infunditur, Deus ipſe communicatur; vtique in ſacroſancta Eucharìſtia, in qua Deus homo poſt Sacramentalem confeſſionem ſumitur. Infuſus ergo ros iſte diuinus cordi, animæque hominis ſanat omnes contritiones eius. *Venit enim,* (vt ipſemet teſtatur) *vt mederetur contritis corde.* Iſai. 61. *Nec enim Pæonius iſte medicus* (vti enim vocat Clemens Alexand.) *noſtris morbis & vulneribus aliud præſentius ac potentius, magiſque ſalutare poterat de cœlo remedium afferre. Vincenti dabo edere de ligno vitæ.* Apoc. 2. Rup. Paſchaſ. & alij per vitæ pomum intelligunt corpus Domini IESV in ſacramento, quod promittitur vincenti, hoc eſt, verè pœnitenti qui delicta ſua debellauit, & confeſſionis telo iugulauit, qui ſe ipſum vicit: nec enim difficiliùs pugnatur, periculoſiùs confligitur, illuſtriúſque & glorioſiùs triumphatur, quàm in confeſſione; vbi peccator ſe vincit accuſando, & diabolum illius technas fraudéſque detegendo; & ab illius tyrannide, ſub qua iacuerat, transfugiendo. Huic pomum vitæ dat Chriſtus; at impœnitenti, at non confitenti; non vincenti Chriſtus non dat: *Sed ipſe* (inquit Rupert.) *rapit, atque adeò iudicium ſibi manducat & bibit.* 1. Cor. 11.

Riſè confeſſo Deus ipſe communicatur in Euchariſtia.

Iſai. 61. *Per Euchariſtiam ſanantur animæ morbi.* *Apoc. 2.*

Victor è præliorisè confeſſus.

Rupert. *1. Cor. 11.* *Communicans in peccato rapit pomum vitæ.*

16. Murmurabant aliquando Phariſæi dicentes ad diſcipulos Chriſti Domini: *Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? Et reſpondens IESVS dixit ad illos: Non egent qui ſani ſunt medico, ſed malè habentes.* Luc. 5. Phariſæi carpunt conuiuium, & Dominus medicum & medicinam nominat. Quorſum ita Domine; cùm aduerſarij tuam menſam exſibilent, manducare ac bibere in te, atque in tuis diſcipulis malè accipiant; tu de morbidis, de medico, de medicamento loqueris? Planè, quia nullum præſentius homo peccato morbidus habet medicamentum, quàm tui corporis & ſanguinis conuiuium, quod peccator iam pœnitens epulatur. Meritò exclamat S. Ambr. *Nouum medicamentum nouus magiſter aduexit. Hoc de terra non pullulat: imprudens eſt omnis creatura huius confectionis. Venite omnes, qui incurriſtis peccatorum varias paſſiones; vtimini peregrino medicamento; quo venenum ſerpentis excluditur.* in cap. 5. Luc. At intereà Iudæi *famem patiuntur vt canes.* Pſalm. 58. rabiéque ringentes de nobis cum Chriſto conuiuantibus obtrectare non deſinunt. Rumpantur inuidiâ miſeri: noſter medicus conteſtatur: *Venit filius hominis manducans & bibens.* Luc. 7. *Illius diſcipuli edunt, & bibunt.* ibid. *Nec filios ieiunare poſſe dicit ſponſus.* ibid. Vnde optime colligit S. Ambroſ. *Non poſſumus ieiunare, quia Chriſtum habemus, & Chriſti carnem epulamur & ſanguinem.* ibid.

Luc. 5. *Dominus conuiuium Euchariſtiæ medicamentum* [illegible] *D. Ambr.*

Pſal. 58. *Luc. 7.* *D. Ambr.*

17. Porrò autem ex his, quæ diximus, vti apparet ſummum humilitatis actum in confeſſione ſacramentali exerceri, cùm Iudas confitens ſe iniuſtum appellat, peccatorem profitetur, ſuáque delicta homini ſacerdoti reuelat, ſe ipſum reum accuſat: ſic planè ſummum eſſe, ad quem humiliatus ille exaltatur, honorem, vt homo luteus panem Angelorum manducet, corpus ipſum & ſanguinem Dei hominis epuletur. Quænam quæſo fingi poſſunt duo extrema magis inter ſe diſtantia, quàm iacere proſtratum hominem ad pedes alterius hominis confeſſarij; ſuáſque ſordes retegere, ſuáque flagitia ſigillatim recenſere, ſe ipſum multorum criminum autorem iudici accuſare: atque ſubinde in menſa Dei ſui eundem hominem cum Deo ipſo, de Deo paſtum conuiuari? Nimirum hîc cernitur quod Dominus ipſe conteſtatur: *Qui ſe humiliat, exaltabitur.* Luc. 14. At quàm percommodè cecidit hoc argumentum hodie in peruigilio Natiuitatis Domini, cuius in mundum ingreſſus, vti craſtinâ die celebrabimus, per quandam Angelis & hominibus ſtupendam humilitatem patuit. Nihil iſto infantulo nato, & nocte intempeſtâ in vili & abiecto pecudum præſepi reclinato humilius aut eſſe aut fingi potuit. Sed qui paruulus (vti Propheta multò antè prædixit) *natus eſt nobis*; idem vocabitur *Admirabilis, Conſiliarius, Deus, fortis, princeps pacis, pater futuri ſeculi.* Iſai. 9. O nouum, & omnem creaturarum ſupereminens intelligentiam naſcentis infantuli ſacramentum! *Qui necdum loquitur,* (ait S. Cyprian.) *quomodo conſiliarius eſt? paruulus quomodo creditur omnipotens Deus? omninò infirmus, in quo videtur fortis? Nihil omninò poſſidens ad apicem regni, & principatus faſtigium quibus aſcenſionibus attingit? Profundiſſimum ſacramentum in eo, quòd contemptibilis factus eſt admirabilis.* tractat. de Natiuit.

Summus humilitatis actus confeſſio.

Summus honor manducare corpus Domini in Euchariſtia.

Luc. 14.

Stupendum humilitatis ſacramentū natiuitas Domini IESV. *Iſai. 9.*

S. Cyprian.

18. Nimirum in ortu ſuo, in cunabulis, in præſepi *exinaniuit ſemetipſum* Dei filius: *propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: vt in nomine IESV omne genu flectatur cæleſtium, terreſtrium, & infernorum.* ad Philip. 2. Quænam obſecro profundior humilitas, quàm infantuli in ſtabulo nati, & vagientis in præſepi? Sed quænam ſubindè ſublimior altitudo, & auguſtior maieſtas, quàm infantuli adorati à Regibus, ab Angelorum choris decantati: cuius audito nomine creaturarum omnium genua incuruantur? Sed quomodo ſecundùm Apoſtolum omne genu flectitur ad nomen huius infantuli, ſi multi adhuc in terra Iudæi, & gentiles non illum agnoſcunt, non venerantur; imò irrident, & aſpernantur? Quid ergo ſibi vult: *Omne genu flectatur?* Vera quidem & infallibilis ſententia. Famulantur enim omnes in terra Bethlehemitico infanti: omnium mortalium genua ad illius nomen humiliantur. Dices hoc ſolum à Chriſtianis hominibus præſtari, non verò ab infidelibus, non à Iudæis. Ita planè. Sed nec illi nec iſti vel nomen habent, vel numerum

ad Philip. 2. *Admirabilis humiliatio, & altitudo pueri IESV in præſepi.*

Infideles & Iudæi nec nomen habent, nec in numero ſunt apud Deum.

efficiunt apud Deum, qui ſolus eſt rerum omnium verus æſtimator & iudex. Et quidem gentiles in terra iam non eſſe cenſentur, ſed inter eos, qui apud inferos computantur, iuxta illud Domini: *Qui non credit, iam iudicatus eſt.* Ioan.3. Vtique & damnatus in inferno computatur. Iudæi non credunt, non genu flectunt in terra. Sed quinam illi, de quibus dicit Dominus ad Prophetam? *Voca nomen eius, non populus meus: Vos non populus meus.* Oſeæ 1. Illi ſunt, de quibus in Pſalmo: *Nomen eorum deleſti in æternum.* Pſalm.9. Abſque nomine, prorſus nihil ſunt in terra, qui in Chriſtum Dominum non credunt: *Nam omnes gentes ſeruient ei.* Pſalm.71. Omnes gentes, Chriſtiani ſcilicet homines, qui ſoli & gentium nomine cenſentur in terra, & ſolus hic eſt populus Dei. Atque ſi omnes Deum hominem in ſumma paupertate, in pannis, in cunabulis, in ſtabulo natum agnoſcunt, & genu flexo venerantur. Omne genu cœleſtium, & infernorum. De cœleſtibus abſolutè dictum eſt: *Et adorent eum omnes Angeli Dei.* Pſalm.96. ad Hebr.1. Quid tandem de infernis? Vniuerſi quidem tam Iudæi, quàm gentiles, malique Chriſtiani ad ſempiterna denique incendia damnati; ſimúlque omnes maligni & carnifices ſpiritus licèt inuiti genu flectunt Domino IESV. *Nam & dæmones credunt, & contremiſcunt:* ait Apoſtolus Iacobus cap.2. Vides quàm certum illud ſit: *Qui ſe humiliat, exaltabitur.*

Ioan.3.
Oſeæ 1.
Nihil ſunt qui non credunt in Chriſtum.
Pſal.9.
Pſal.71.
Soli Chriſtiani, & gentes & populi ſunt.
Pſal.96. ad Hebr.1.
Iacobi 2.
Luc.14.

19. Idem quoque in Virgine matre nunc videmus, & admiramur. Quis illa poſt filium humilior? Et quid in vnaquaque familia abiectior, & contemptibilior, quàm ancilla? Huc tandem virgo modeſtiſſima ſeſe deiecit per humilitatem, cùm dixit: *Ecce ancilla Domini.* Luc.1. Et quidem vti ancilla peperit; nec enim erat ei locus in diuerſorio, coactáque reiectò vti ancillula ſe in ſtabulum cum pecudibus recipere; atque in extrema rerum omnium inopia filium Dei ac ſuum parere, cœli terræque regnatorem. Hinc illud S. Bernard. *Meritò facta eſt omnium Domina, quæ ſe omnium exhibebat ancillam. Obſecro vos filioli, æmulamini hanc virtutem, ſi Mariam diligitis, ſi contenditis ei placere, æmulamini modeſtiam eius.* ſerm. in ſign. magn. Conſtruxit filio ſuo in mundum venturo dignam tanto habitatore ciuitatem æternus Pater; & quæ mortalibus ſimul eſſet ciuitas refugij: de qua cecinit Propheta: *Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.* Pſalm.86. *Et quam aliam* (occurrit S.Ioan. Damaſc.) *Dei incircumſcripti, & pugillo omnia continentis ciuitatem intelligimus, quàm eam, quæ verè ac modo naturam ſuperante Deum ſuſcepit?* orat.1. de dormit. Virg. De qua glorioſa dicta ſunt. Nihil tum (inquit German. Patriarcha Cõſtantin.) *Omnia in Virgine ſunt admirabilia, & vires naturæ excedentia, in qua ſuam Deus exeruit potentiam. Fecit enim* (inquit) *in me magna qui potens eſt,* Luc.1. Hæc German. Bellè dictum: *In qua ſuam Deus exeruit potentiam.* Nec enim Deus omnipotens maius aliquid, & excellentius aliud in creaturis efficere poteſt quàm ſit Virgo Dei mater. Pulchrè ciuitas Dei, & ancilla Dei dicitur, quippe quæ nullum alium poſſeſſorem, habitatorem dominúmque agnouit niſi Deum, cùm ſcilicet abſque originali peccato concepta ſimúlque ſanctificata, & gratiâ plena extiterit. Eſt itê ciuitas refugij, quæ omnes peccatores quibuſcunque ſceleribus obſtrictos, ad ipſam confugientes, accipit, admittit, amplexatur; iiſque veniam delictorum à Deo impetrat. *Aue igitur* (dicamus cum S.Ephrem) *peccatorum refugium, & hoſpitium.* ſerm. de laud. Deiparæ. *Aue* (cum Andrea Cretenſ.) *Arca vitæ,* in ſalut. Angel. *Aue Arca ſalutis,* cum Heſychio ſerm.2. de Deipara. *Aue ô Arca* ſpei, fiduciæ, miſericordiæ! Porrò vt illam iactis in profundum humilitatis fundamentis firmam & inuictam conſtrueret omnipotens neceſſe fuit. Quare ſcripſit optimè S. Ildephonſus: *Fundata erat Dei genitrix in profunda humilitate, & dilatata in caritate: propter eà hodie eſt tam ſublimiter exaltata. Ergo theſauros eius humilitatis perſcrutemur, vt deinceps eius interuenientibus meritis ad gloriam donorum peruenire valeamus: nam humilitas caſtos reliquarum virtutum eſt.* ſerm.3. de aſſumpt. Certè cùm Virgo mater omnibus excelleret virtutibus, præcipuè tamen humilitatem ita obſeruauit, vt illius virtus propria fuiſſe humilitas credatur. Sic enim de Virgine beatiſſima legimus in Reuelat. B. Mechtildis. *Prima virtus, in qua Virgo nata & infans ſe ſingulariter exercuit, fuit humilitas, quia ita modeſtè de ſe ſentiebat, vt cùm tot gratias haberet, nulli creaturæ ſe prætulerit.* lib.1.

Mira B. Mariæ humilitas & ſublimitas.
Luc.1.
S.Bern.
B. Maria ciuitas Dei, & refugij.
Pſal.86.
S.Damaſc.
Omnia ſunt admirabilia in B. Maria.
S.Germ.
Luc.1.
Suam Deus in B. Maria exeruit potentiam.
B. Maria concepta ſine labe originali.
B. Maria refugiũ peccatorum.
S.Ephrem.
Andr.Cret.
Heſych.
Salutatur B. Maria.
Fundamentum ſublimitatis B. Mariæ humilitas.
Ildephon.
Reuel. Mechtil.
Prima & ſumma virtus in qua B.Maria ab ortu ſuo ſe exercuit, fuit humilitas.

20. Sed hanc multò illuſtriorem habuit Virgo humilitatem, cùm Dei mater effecta humilitatis magiſtro dignum in ſe habitaculum præparauit: de quo S. Bern. inuitans animam iuſtam ſic effatur: *Adorna thalamum tuum Sion, ſed humilitate, ſed paupertate. In his enim pannis complacet ſibi infans, & Maria teſtimonium perhibente his ſericis delectatur inuolui.* ſerm.1. in vigil. nat. Virgo mater humilis, filius Dei & Virginis humilis planè hominum damnat ſuperbiam; homines non inuitat modò, ſed quaſi cogit ad humilitatem. *Quid enim magis indignum* (ait S. Bernard.) *quid deteſtandum amplius, quid grauius puniendum, quam vt videns Deum cœli paruulum factum, vltrà apponat homo magnificare ſe ſuper terram? Intolerabilis impudentia eſt, vt vbi ſe exinaniuit maieſtas, vermiculus infletur, & intumeſcat.* ſerm.1. de Natiuit. Pudeat ergo virum Eccleſiaſticum, ſi quis eſt (nam de laicis qui de foris ſunt, non tam iuſta eſt querimonia) tantâ etiam nunc ambitione dignitatibus inhiare, cùm videat Deum maieſtatis in ſtabulo pannis inuolutum iacere, & vagire! Profectò Chriſti nunc vſque ad præſepe, ac deinde vſque ad Crucem exinaniti exemplum pleriſque iuſtorum venerati aut oblatas Eccleſiæ dignitates acceptare noluerunt; aut per vim quaſi intruſas tandem repudiarunt, eligentes potiùs in humili & ſecura vita Chriſtum humilem imitari; quàm in ſublimi dignitatis culmine periculum incurrere: ne per ſuperbiam ſeculi à Chriſto in ſempiternum fortè abalienentur. Enimverò præclarè ſcripſit ad Nicolaum II. Pontificem S.Petrus Damianus, cùm ſe ſponte ab Epiſcopatu, quem coactus aliquandiu tenuit, abdicaret: *Dico quod ſentio, quia plerique Pontificatus iura non deſerunt, & de ſiniſtris ſunt: quotquot autem legimus rectà intentione dimiſiſſe, certa ſpes eſt eos de æterna cum Chriſto ſocietate gaudere.* epiſt.9. lib.1.

Fuit humilitas.
D Bern.
Paupertas & humilitas panniculi infantis IESV.
S.Bernard.
Hominis ſuperbiam confundit humilitas B. Mariæ & filij IESV.
Eccleſiaſticos præcipuè cogit humilitas pueri IESV.
Plerique aut non acceptarunt, aut dimiſerunt dignitates affectu humilitatis Chriſti.
S.Petr. Dam.
Plerique in Epiſcopatu perierunt, qui ſe ab illo abdicarunt cenſentur ſalui omnes fuiſſe.

21. Eſt quidem Eccleſiæ (dices) Epiſcopi munus valde neceſſarium, & viro ipſi ſanctè gubernanti valde quæſtuoſum, feráxque meritorum. Sic planè habet. Cæterùm quia homini ipſi mirum in modum eſt periculoſum, ideò fugiens in eremum, ne ad Epiſcopatum violenter abriperetur, dixit egregiè S. Gregor. Nazianz. *Alius mercaturæ cauſa nauiget. Mihi verò melius atque optabilius eſt in terra quietem habenti, atque exiguum aruum & dulce ſulcanti, & lucra & mare procul ſalutanti, exiguo ac rigido pane victura vt potero*

D.Greg. Naz.
Epiſcopatus lucro & periculo plenus.

tere ſuſtentare; eámque tutam ac tranquillam ducere: quàm ob ingentes quæſtus graue diuturnúmque periculum ſubire. apolog. 1. Scilicet Epiſcopum ſimilem eſſe dicit inſtitori per maria conquirendis mercibus nauiganti, qui quotidie cum fluctibus, cum procellis, inter vada, ſaxaque cum naufragiis, cum morte ipſa colluctatur. Eſt quidem ea vitæ conditio ad lucrum, ad opes breui coaceruandas quàm aptiſſima: ſed etiam grauiſſimis ſic expoſita periculis; vt cùm plurimæ naues è portu ſoluát paucul æ redeant incolumes, raræ admodùm cum lucro ſe recipiant: plures aut pelago hauſtæ, aut ſyrtibus impactæ, aut fractæ ſaltem conuulſæque ad portum, ex quo abierant, reuertantur. Sic habet hominum in dignitatibus præſertim Eccleſiaſticis conditio: in qua certum periculum, incertum lucrum, quotidianum exitium. Quod verò ſanctiſſimi doctores de Epiſcopatu ſcripſerunt, de quacunque alia ſeculi dignitate præſertim Eccleſiaſtica dictum pariter cenſeri debet. Prudenter enim vir ſanctiſſimus iuxta & ſapientiſſimus idem Nazianz. aiebat: *Præſentia omnia tempeſtatis inſtar exiſtimabam.* apolog. 2. Quis ergo ſi ſapiat, portum non amet potiùs, quàm mare; ad vmbram in terra quieſcere, quàm in ſalo crudelli fluctibus non malit?

Vita epiſcopi, vita in ſalo nauigantis.

Securior vita priuati, quàm in dignitate conſtituti. S. Greg. Nazianz.

SECTIO VI.

Catulus leonis Iuda. Ad prædam fili mi aſcendiſti.

1. CAtulus leonis.] Seu *catulus leo es ô Iuda.* hæc ſcilicet vis Hebraiſmi. Et ſenſus eſt: *Sicut leo fortiſſimus animalium ad nullius pauet occurſum.* Prou. 30. ita Iudas fratrum ſuorum fortiſſimus in bellis exiſtet impauidus. Quod quidem de Iuda, déque tota ipſius tribu dictum conſtat ex 1. Paral. 1. Vbi hæc verba ſcribuntur. *Iudas erat fortiſſimus inter fratres, de ſtirpe eius principes generati ſunt.* Deinde multò illuſtriùs de Dauide intelligitur, qui etiam puer, aut certè adoleſcentulus leones, vrſos, lupos ſtrangulaſſe, gigantes iugulaſſe ſcribitur: ac vir ſubinde prœliis aſſuetus de plurimis gentibus victor triumphauit. Porrò catulus leonis ſignificanter ponitur ad exprimendam ferocitatem, quam in grandiuſcula illa ætate catulus leonis, ſeu leo iuuenculus habet ob famem maximè ſtimulatus ad prędandum: vel (quod alij volunt) catulus leonis non ætatem reſpicit, ſed pro filio vſurpatur. Atque vt optimè S. Ambroſ. expendit. *Leonem & catulum appellat, leonem quaſi perfecta plenaque virtutis, catulum quaſi filium.* de bened. cap. 4. Quòd leo, vt eſt animalium fortiſſimus, ſymbolum ſit fortitudinis, luce clarius eſt: & quòd ſubinde terroris ſignum, nemo eſt qui dubitet. Iccircò Rex Agamemnon in clypeo leonem inſculptum geſtaſſe perhibetur adſcripto carmine.

Prou. 30.

1. Paral. 1. *Fortitudo Dauid.*

D. Ambr.

Agamemnonis ſuperbia & infamia.

Terror hic eſt hominum: quique hunc gerit eſt Agamemnon.

Et hic tamen Græcorum & Troianorum (vt ſe iactabat) terror à muliercula vxore ſua Helena, & ab effœminato imbellíque paſtore Paride fuit illuſus, & infamia per omnes gentes, ætatéſque conſpurcatus. Sic hominum ſuperbia deprimitur: ſic arrogantium ferocitas ludificatur: & qui terrori gentibus eſſe gloriabatur, perfidæ mulierculæ, adulteróque paſtori fuit probro ac dedecori.

2. Leo quidem inſigne, typúſque eſt Regis, qui plerúmque timeri mauult, quàm amari: cuius quidem ferocitatem, ſi quando iraſcitur, & iratus perſequitur hominem nemo facilè poſſit effugere. Dauid cùm odio capitali à Rege Saule impetitus ad necem per agros, montes, ſaltus, antráque ſolitudinum quæreretur, diuinæ potentiæ acceptum refert quòd effugeret: *Ipſe* (inquiẽs) *liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero.* Pſalm. 90. Egregia profectò ſimilitudine acerbitatem illius perſecutionis exprimit. Vadit ergo in agros ad venandum princeps, inſequitur armata venatorum turba: canes, moloſsíque ſimul trahuntur ad prædam: denique ceruus in apricis vallibus, aut inter ſyluas aper inſpicitur. Quid ſubinde? exclamat princeps: Eia incurre, ſectare, cape, tene, occide. Hoc appellat Propheta verbum aſperum: ad quod illicò expediuntur canes, dimittuntur; volant, latratu montes, & ſyluas complent, feruntur ocius euro, pandunt ora, diſtringunt linguas, dentes exerunt. At interim venatorum turba beſtiam vndique circundañt, clamoribus fatigant prædam, venabula intentant, vulnera, necem. Quid miſero ceruo, aut apro fiet? Hoc illud fuit extremum vitæ diſcrimen, quod Dauid pertulit, cùm à Saule, illiúſque miniſtris peteretur. Planè qui Regem habet iratum, contra ſe regnum armauit vniuerſum. Ad verbum Regis irati totus in prædam, in ſanguinem, in vitam miſeri hominis, qui Regem vel tantulum offenderat, populus veluti venatorum turba coniurat. An non ſanctiſſimus Martyr, cuius hodie memoriam celebrat Dei Eccleſia, Thomas Cantuarienſis hoc ipſum expertus fuit? ſcilicet vbi pro Dei obſequio, & immunitate Eccleſiæ Anglicanæ gratiam iniquiſſimi Regis amiſit, totius Angliæ ſibi conflauit inuidiam? An non verbum aſperum fuit illud Regis: Maledictus omnis, qui meo pane veſcitur, & me de vno clerico mei regni non vlciſcitur? Via enim Rex hanc protulit vocem, cùm ſicarij armatâ manu, etiam inconſulto Rege, in templum Cantuariæ maximum irrumpunt: ac Pontificem diuinis precibus vacantem ante altaria Domini diſtrictis gladiis obtruncant. O te miſerum, qui Regis in te odium concitaſti? ſolus ipſe regnator cœli te liberabit à laqueo venantium, & à verbo aſpero, vti Dauidem liberauit.

Leo typus Regis.

Regis perſecutio formidabilis. Pſal. 90.

Regis venatio. Pſal. 90.

Qui Regem offendit, regnum contra ſe armat.

Anglia contra S. Thomam Cantuarienſem armata.

3. Sed quid hoc eſt? An hæc benedictio Iudæ, vt eius regnum leonis adumbretur ſymbolo, leoniſque præferat crudelitatem, in filij gloriam à patre Iacob prænunciari cenſeatur? O regnum & Regi & populo infauſtum! Arbitror quidem leonis typo non tam ferocitatem, quàm generoſitatem Iudæ in regia dignitate ſignificari. Nam quod in regno Iudæ clementiam & beneficentiam populi experti fuerint, videtur ſubtiliter erui poſſe ex verbis Oſeæ Prophetæ: *Ephraim vitula docta diligere trituram, & ego tranſiui ſuper pulchritudinem colli eius. Arabit Iudas, confringet ſibi ſulcos Iacob.* Oſeæ 10. Per Ephraim ſignificat regnum Ieroboam Regis Samariæ, qui fuit impiiſſimus inuentor & fundator idolorum: per Iudam Ezechiæ ſancti & optimi Regis in Hieruſalem: ſub his enim Regibus prophetauit Oſeas. Deinde triturare idem hoc loco eſt, atque imperare: tritura regnum: hinc illud: *Surge, tritura filia Sion.* Malach. 4. Surge nimirum à captiuitate, poteſtatem & imperium reſumito, regna, debelláque hoſtes tuos, ac debellatos ferreis plauſtris, vt in area triticum, comminue. *Et triturabitur*

Oſeæ 10.

Malach 4.

Moab

Iſai.25.

Moab ſub eo. Iſai.25. *Videlicet cùm regnauerit Dominus in monte Sion, contereur.* ibid.

Oſee 10. *Malum regũ trituræ.* S.Cyrill.

4. Præterea Dominus dicit ſe tranſiturum ſuper pulchritudinem colli Ephraim. *Præcipuam* (declarat S.Cyrill.) *& ſelectam partem in Iſrael excutiet, hæc autem erat quæ regnabat apud ipſos, ſubiectóſque populos ad deſerendum Deum prouocabat.* in cap. 10. Oſeæ. Itaque impiis Samariæ Regibus attribuit trituram: mali ſiquidem principes populum comminuunt, pellúmque grano exuunt, granum colligunt; & ſolam in area paleam relinquunt. O immanitatem! ô tyrannidem! ſed hanc trituram in idololatris Deum neſcientibus inueniri mirum non eſt: nam qui hoſtis Dei eſt, omnium ſubinde hoſtis eſſe conuincitur. Contra verò Iudas arabit: quo planè ſignificatur optimum illud & pulcherrimum imperium Ezechiæ, ac ſimilium Regum Iuda. *Duæ ſiquidem* (explicat S. Cyrill.) *quæ erant Hieroſolymis tribus Iuda & Beniamin ſæpius habuerunt Reges probos & pios, qui populum ad vitam benè moratam & legibus conſentaneam impellerent, quales fuerunt Amaſias, & Ezechias.* Hi verò Reges, vt iuſti & ſancti erant, non triturabant, ſed arabant; non premebant impetio populum, non granum auferebant: ſed illud potiùs ſeminabant; aut illi ſerendo impigram nauabant operam. *Confringet ſulcos* (inquit) *Iacob.* Labor quippe omnis ad Reges attinebat in vtilitatem populi; cuius victus, ſalus, pax, iuſtitia, tranquillitas, felicitas optimorum Regum, veréque patrum patriæ induſtriâ, ſudoréque parabatur. Atque idcircò dicuntur ſulcos confringere; hoc eſt, de ſubditorum cordibus omnem duritiem, ac maleuolentiam ipſa illa regali beneficentia prorſus auferre. Nec enim vlla alia ratione principes Deum veriùs imitantur, quàm quod erga ſubditos clementiam, & beneficentiam regij planè faſtigij pulcherrima ornamenta exerceant. Quòd ſi pauperes foueant, aláńtque propiùs iam ad Deum accedunt. *Eſt enim* (inquit S.Greg.Nazianz.) *compendiaria hæc ad cœlum via, faciliſque in cœlum aſcenſus.* orat. de S. Baſil. Quaſi abſque miſericordia erga pauperes longo circuitu variíſque ambagibus & mæandris tortuoſum ſit ac difficile in cœlum iter: arduúſque eòdem aſcenſus.

Oſeæ 10.

Inimicus Dei omniũ inimicus.

S.Cyrill. *Quodnã ſit pulchrũ felixque regnum.*

Oſee 10. *Optimi regis ingeniũ.*

Clementia & beneficentia Regis ornamenta.

S.Gregor. Nazianz. *Facilis in cœlum via per eleemoſynam.*

5. *Ad prædam fili mi aſcendiſti.*] Hebr. *De præda.* quo ſignificatur victoriarum continuatio, ſcilicet de præda in prædam; de victoria in victoriam. Quod quidem in Dauide impletum eſt: quippe ab vrſi & leonis diſcerptione ad necem gigantis, & opima de barbaro ſpolia; indéque gradatim per victorias de Philiſtæis reportatas, demúmque ad regni Iudaici ſceptrum euectus multas ſubinde gentes à ſe debellatas ſuo adiunxit imperio. Et hoc quidem in Dauide impletum ad Chriſtum Dominum refertur, cui potiùs & clariùs hæc prophetia conuenit. Enimuerò S. Bernard. hæc omnia de Chriſto tantum intelligi arbitratur, ſic effatus. *Iuda* (ait Iacob) *te laudabunt fratres tui. Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum; & cætera, quæ de Iuda illo nuſquam legimus; ſed in Chriſto videmus impleta. Ipſe eſt enim leo de tribu Iuda.* Apoc.5. *de quo & additur: Catulus leonis Iuda. Ad prædam fili mi aſcendiſti.* ſerm. 1. in vigil. natiu. Pulchrè à præda in prædam aſcendit. Simulátque enim natus eſt, prædari cæpit, Angelos à cœlo, paſtores à paſcuis, Reges à ſuis in oriente regnis excitos traxit omnes ad ſua cunabula in ſtabulo. Exclamat ergo S. Bern. *Magnus prædator Chriſtus, qui priuſquam ſciat vocare patrem & matrem, Samariæ ſpolia diripit.* Iſai.8. *Magnus*

Chriſtus vbi natus eſt capit eſſe prædator.

S.Bernard.

Apoc.5.

S.Bern.

A *prædator Chriſtus, qui aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem.*

6. A præda in prædam aſcendit: à magnis ad maiores prædas, donec tandem corda hominum deprædaretur; gentium ritus auferret, idola contereret, mores immutaret: tota ipſemet Dominus de carne, de mundo, de diabolo, de peccato, de inimicis victor aſcendit in patibulum triumphaturus: atque adeò *regnauit à ligno Deus.* Nimirum eques eſt ille, *qui coronatus exiuit vincens vt vinceret.* Apocal. 6. Vbi vides iugem victoriarum curſum noſtri imperatoris, qui ſuo exemplo milites ſuos docet infatigabiles eſſe hoſtes; continuum, quod nobis bellum ingerunt: victóſque ſemel iterum reſumptis viribus inſurgere; támque idcircò
B à nobis geri cum illis difficile ac periculoſum bellum, vt pauci noſtrûm victores euadant; raróque vllus ſine vulnere hoſtium tela, ictúſque declinet. Hinc illa S. Auguſtini ſententia. *In hoc tam magno prælio, in quo viuit homo ſub gratia, & cùm benè pugnat; non deſunt tamen etiam ſtrenuis bellatoribus aliqua vulnera peccatorum, propter quæ ſananda quotidie veraciter dicam: Dimitte nobis debita noſtra.* lib. de continent. cap. 5. Et quidem ſi de vna carnis tentatione (vt cæteras omittamos) quæ ſolet eſſe frequentior atque importunior, loqui velimus, ô quotus quiſque eſt, qui ſæpiùs à concupiſcentia pertentatus, ſi non illius flammâ comburitur, at certè illius æſtu non incaleſcat; aut illius fuligine non decoloretur? qui videlicet
C ſi non lethaliter, ſaltem venialiter non peccet? quo in ſenſu loquitur S.Auguſt.

Inſignis prædator Chriſtus in cruce.

Apoc.6. *Iugis victoriarum curſus Chriſti.*

D.Auguſt. *Difficile bellum cum hoſtibus anima.*

Carnis tentatio ſine peccato ſaltem veniali raro vincitur.

7. Accedit ad prælij difficultatem vis illa penè inſuperabilis, quam habet aduerſarius, à quo infirmi luteíque homines impugnamur: quod Propheta vehementer doluit ita conqueſtus cum Deo: *Nunquid non tu à principio Domine Deus meus, ſancte meus, & non moriemur? Domine in iudicium poſuiſti eum, & fortem vt corriperes fundaſti eum.* Abachub 1. Ad literam intelligitur de Nabuchodonoſor; ſed figuratè tamen de diabolo: cuius loci hæc eſt egregia paraphraſis S. Hieron. *Ergóne tu à principio es Domine Deus meus? quódque non morimur, nec capimur à tanto hoſte, tua clementia eſt. Tu enim Domine conſtituiſti eum quaſi carnificem, &*
D *fortem feciſti eum; ita vt aut nullus, aut rarus eius poſſit reſiſtere voluntati.* Dolentem Prophetam, ac de Diaboli contra homines potentia conquerentem ſolatur Dominus, *Scribe viſum. Adhuc viſus procul, & apparebit in finem, non mentietur: ſi moram fecerit, expecta eum; quia veniens veniet, & non tardabit.* Abachob 2. Illuſtriſſima eſt prophetia de aduentu Regis Meſſiæ, cuius virtute poteſtas aduerſarij labefactata, viréſque debilitatæ fuerunt: & qui totum genus humanum grauiſſimâ tenebat oppreſſum ſeruitute, iam nunc riſui eſt & ludibrio, paſsímque à pueris etiam, & puellis conculcatur: nec vincit hominem vi, ſed fraude; illúmque proſternit, qui ſe vltrò proiicit in ruinam. Quàm verò iam nunc deſpicabilis homini
E propter Chriſti virtutem, qua homo armatur, ſit diabolus, pulchrâ quadam ſimilitudine vſus oſtendit Propheta: *Et quomodo* (inquiens) *vinum potantem decipit: ſic erit ſuperbus, & non decorabitur.* Abac. 2. Primò quidem de Nabuchodonoſor, deinde iuxta S. Hieron. *de diabolo intelligitur qui verè arrogans & ſuperbus. Et quomodo vinum contra potantem facit, & poſtquam ſurrexerit, neque pes, neque mens ſuum officium tenet, omniſque lætitia & mentis exhilaratio vertitur in ruinam: ſic ſuperbus non decorabitur.* Hæc S.Hieron. alij: *Erit in penuria.*

Abach.1.

D.Hier. *Fortitudo penè inſuperabilis diaboli.*

Abach.2. *Diaboli fracta vires poſt Chriſtũ.*

Abac.2. *Deſpicabilis homini per Chriſti virtutem diabolus.*

8. Planè

A 8. Planè ſpectat hic locus ad ludibrium diaboli, quem Chriſtus Dominus à ſe victum exponit fidelibus contemptui, ac riſui; velut ebrium in publico fluctuantem, quo nihil deſpicabilius, & cachinnantium illuſionibus magis expoſitum.

Dedecus intolerandum temulentia.

Enimverò debilitatis temulentiâ neruis, ſoporatíſque acri humore ſpiritibus, corporis tota vis amittitur; facultatum omnium virtus labaſcit: atque adeò infelix homo dum ſtare non poteſt; fallente greſſu, nutat capite, toto corpore fluitans oberrat, & aliquando (proh pudor!) ſeminudus fœtulentam ſpurco ex ore crapulam euomens in cœno voluatur: ô dedecus! ô infamiam! Quis verò tunc puerorum concurſus, quis omnium riſus, quæ ſibilatio, quæ cachinnatio? Quid

Diabolus vti ebrius in ludibriū.

B precor ebrio illo contumelioſius? Hic planè hic eſt diaboli ſtatus, hoc dedecus, hæc ignominia; poſtquam victus à Chriſto Domino poſitus eſt hominibus Chriſti virtute munitis in contumeliam, in ludibrium, in opprobrium. Quam ob rem cùm talem habeamus ducem, cùm tali muniamur auxilio, non eſt quod timeamus aduerſarij non tam vires, quàm dolos. Inſultando igitur

Abac. 2.

adiungit Propheta: *Nunquid non repentè conſurgent qui mordeant te: & ſuſcitabuntur lacerantes te: & eris in rapinam eis?* ibid. *Hoc* (declarat S. Cyril.) *ex-*

D. Cyrill.

Prædicatores corpus diaboli dilanians.

pertum Satanam certum eſt. Ad ſe quippe gentes omnes multorum Deorum falſo cultu, ceu rete expanſo, & laqueis peccati conſertim poſitis congregarat. Veruntamen mordentes eum inſurrexerunt; ſcilicet Euangelicorum

C *oraculorum prædicatores, quaſi dentibus dilaniantes corpus eius.* Corpus diaboli gentilitas vniuerſa totum per orbem diffuſa; ergo Apoſtoli diuino acti ſpiritu ruunt in beſtiæ corpus, dentes infigunt, morſibus membra dilacerant. O qualem Romæ laniatum in monſtro illo idololatriæ edidit Petrus! ô quàm multas Doctor gentium Paulus è diabolo carnes, gentes, inquam, decerpſit! Pulchrè in hoc argumento Abdias etiam inſultando dixit: *Omnes viri fœderis tui illuſerunt tibi: inualuerunt aduerſum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum ponent inſidias*

Abdias.

Virtute Chriſti facilè vincitur diabolus.

ſubter te. Abd. ad prædictum locum Abachuc 2. ita S. Hieron. legit explicátque Abdiam. *Viri pacifici tui poſuerunt inſidias tibi.* ſequitur: *Exigilabunt inſidiatores tui, id eſt, quos ante conſopieras,*

D *quos inebriaueras, illorum inſidiis ſubiacebis, vaſtantium regnum tuum, eos qui captiui fuerunt in Chriſti turmas redigentium.* hæc ille ad cap. 2. Abac.

D. Hier.

9. Victus Domini I E S V hæc in mundo operatus eſt: *Exiit ille vincens vt vinceret*: quia nunquam deerit bellum, icircò nunquam deerunt

Apoc. 6.

Eccleſiæ felicitas in perſecutionibus.

victoriæ. Nec felicitas Eccleſiæ in eo conſiſtit; quòd nullis pertentetur periculis, quòd plena in omnibus pace perfruatur: ſed in eo, quòd frequenter grauitérque impugnata viriliter tamen obſiſtat, victríxque euadat. Ideò Dominus per Hieremiam loquitur: *Bellabunt aduerſum te, & non præualebunt.* cap. 1. vbi ſic Theodoret. *Pollicetur ei non pacem & quietem: ſed certamina & victoriam. Quam pollicitationem fecit etiam Eccleſiæ: Portæ*

S. Hier.

Theodor.

E *inferi non præualebunt aduerſus eam.* Matth. 16. *Non dixit, non pugnabunt, ſed pugnando non præualebunt.* Sic ille in cap. 1. Hierem. Neque verò tantùm in tentationibus Chriſtus Dominus ſuos milites confirmat, accendítque ad vincendum: ſed etiam afflictatos ab hoſte mitis perfundit cœleſtium voluptatum conſolationibus. Quod quidem experta illa ſancta Domini ſponſa conteſtatur? *Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi.* Cant. 1. videbat ſe poſitam in vineis Engaddi, hoc eſt, in tentationibus. Engaddi enim eſt oculus

Matth. 16.

Suos in tentationibus conſolatur Chriſtus.

Cant. 1.

A lus tentationis. *Quare* (vti explicat Theodoret.) *in tentationibus etia conſtituta, & a multis expugnata inquit illa: Tuam ſentio ſuauitatem.* Nimirum in ipſiſmet tentationibus præſtò adeſt Dominus I E S V S ſuum militem cœleſti dulcedine perfundens: Botrus quidem ad aſpectum iucundus, ad guſtum ſuauis. Vbi tentamur ab hoſte ibi lætificamur à Chriſto: vbi tentatio, ibi diuina conſolatio. Et pulchrè botrus nunc apparet dilectus in his, quas in natalitio Domini ferias celebramus, cùm cœli diſtillauerunt dulcedine, colléſque fluxerunt lacte & melle. Benè Theodoret. adiungit: *Si botrus dum floret, tam eſt iucundus qualiſnam fore putandus eſt cùm ad maturitatem accederet? quòd ſi matureſcens eſt dulcior, qualiſnam erit,*

Theod.

Vbi tentatio, ibi Dei conſolatio.

Theodor.

B *cùm planè iam maturus & tortus torcularibus ſubiicietur.*

10. Botrus adhuc eſt puer I E S V S in vineis Engaddi, ſiue in tentationibus, in cœtibus fidelium, aduerſus quos armati hoſtes, mundus, caro, diabolus, illiúſque miniſtri iugiter deprælіantur. Sed quænam illa vitis, in qua botros dependet? ſcilicet quæ paulò antè dixerat: *Dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Cant. 1. *Seipſam* (inquit Pſellus) *vitem fructiferam agnoſcit.* Vitis nimirum Virgo mater, de cuius collo pendet infantulus I E S V S, atque in primis matri ſuæ botrus dulciſſimus. Nec enim quis vnquam aut mente complecti aut linguâ explicare poterit quàm ſuæ matri Virgini filius I E S V S

Puer IESVS botrus devotæ matris de collo pendēs.

Cant. 1.

Pſell.

C fuerit amabilis; & quia vnicus; & quia diu multúmque ab humano genere atque ab ipſa Virgine deſideratus; atque omnium iuſtorum, maximè Virginis ſanctiſſimæ precibus enixè à Deo Patre impetratus: & quia multorum bonorum hæres, æterni regni ſucceſſor; & quia ingenio ſuauiſſimus, ſpecie formoſiſſimus; & quia matris ſuæ amantiſſimus: denique quia Deus conditor, redemptor matris ipſe ſuæ. Certè omnes iſtæ maternum erga filium vehementiſſimè accendunt amorem rationes. Quòd ſi de diuina ſapientia (eſt nimirum Deus homo) ſcribitur: *Non habet amaritudinem conuerſatio illius, nec tædium conuictus illius; ſed lætitiam & gaudium.* Sap. 8. Quàm obſecro iucunda, quàm ſupra omnem dulcedi-

Multis rationibus puer IESVS ſummè amabilis B. Mariæ.

Ibid. 8.

Inexplicabilis voluptas ex conuictu B. Mariæ & filij IESV.

D nis voluptatem grata eſſet illa inter matrem Virginem & filium Deum conſuetudo tot per annos roborata quis dignè poterit explicare? ibid. etiam dicitur: *Generoſitatem eius glorificat contubernium habens Dei.* Sap. 8. Contubernium, conuictus, Græcè *συμβίωσις*. Senſus verò eſt: ipſa (nimirum virgo, cui accommodatur dictum Sapientiæ) celebrat tanquam magnificum, generoſum, & præclarum inter omnia donum; quòd enim Deo filio ſuo tam intimum ac familiarem in eadem domo, in eadem menſa, in ſuauiſſimis continuíſque colloquiis tot per annos conuictum haberet. Meritò in hac ipſa iam amabili mutuæ dilectionis conſuetudine, conuictúque ſuauiſſimo defixus erumpit in hæc verba S. Anſelmus: *Quo, vel quali gau-*

Ibid.

E *dio replebatur tota ſubſtantia Virginis, quando eum, quem tantopere diligebat, quem creatorem & Dominatorem omnium rerum eſſe ſciebat, ſecum agentem, ſecum edentem, ſe quæcunque noſſe volebat, dulci affatu docentem haberet, quis aperiet?* lib. de excell. virg. cap 4.

S. Anſelm.

Suauiſſima B. Mariæ cū filio I E S V conuerſatio.

11. Quid plura? vno verbo inexplicabile huius conſuetudinis, conuictus, mutuíque amoris myſterium virgo ipſa mater inſinuat: *Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius.* Cant. 7. Quaſi vnica, vel certè potiſſima filij, matríſque in eadem domo, ſub eodem tecto, in eodem conuictu non

eſſet

A eſſet alia occupatio, quàm mutuus conſpectus, quo inter ſeſe filius ac mater & conuerterentur, & admirarentur; atque inexplicabili quadam amoris dulcedine perfunderent. Igitur ô Domina mundi, mater vitæ, genitrix miſericordiæ, torrens voluptatis, tuum illum noſtri iudicem, tuum filium noſtris propitiatum redde ſceleribus mitem, placatum, amicum, beneuolum efficito: & quem noſtra fecerant amarum delicta, in ſuauiſſimam dulcedinem conuertito. Te ſcilicet fontem ipſemet conſtruxit, de quo ſcripſit Propheta: *In die illa erit fons patens domus Dauid in ablutionem peccatorum.* Zach. 13. Tu ergo fons, filius in te aqua vitæ ſalientis in vitam æternam, patens etiam peccatoribus; vt per te vitam accipiant, filium tuum; infantulum ipſo ſacroſancto IESV nomine ſalutem ac vitam accedentibus per pœnitentiam, téque ſuppliciter ac piè implorantibus miſericordiſſimè condonandam. Tu ſcilicet es ab Æterno Patre conſtructus, atque in mundo poſitus Regiæ maieſtatis thronus, in quo Deus homo cœli terræque regnator indictis gentium comitiis ab omnibus etiam Regibus recognoſceretur, atque adoraretur. Præco igitur Rex ipſe eoorentá voce proclamat: *Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. Apprehendite diſciplinam.* Pſal. 2. Alta verſio: *Oſculamini filium.* Oſculum videlicet manuum in Palæſtina erat argumentum ſubiectionis, vt & apud nos. Senſus igitur eſt: oſculo manuum teſtatomini vos filium Dei habere pro veſtro omnium Rege. Seu amplectimini filium Dei toto mentis affectu, ſubditi eſtote, ſeruite Domino, Regi Regum obedite. Præſtamus quidē hæc omnia, virgo mater, tuo quem inter vbera dilectum habes, infantulo: ſed amplius per te ô Domina liceat, amplectamur, deoſculemur; in ore, in corde, in viſceribus geſtemus: vt totam illi vitam offeramus, vt cum illo dulciter ſanctéque moriamur. Vide quàm propriè catulus leonis de præda in prædam aſcendat, quàm habeat iugem victoriarum, ac triumphorum curſum? vincens nimirum exiuit vt vinceret.

Mira dulcedo B. Mariæ & filij IESV ſeſe mutuò contuentium.

Zach. 13.

B. Maria fons ſalutis & vitæ peccatoribus.

B. Maria Dei thronus.

Pſal. 2.

B. Mariæ filio IESV mundus ſe ſubiicit.

Viuendū & moriendum cum IESV.

Apoc. 6.

12. *Ad prædam aſcendiſti.*] Hebr. *Tereph* propriè ſignificat partem diſcerptam ab animali. טֶרֶף à radice *taraph* טָרַף *rapere.* Senſus igitur eſt: à diſcerptione, id eſt, à parte diſcerpta animalis veluti leo aſcendiſti; videlicet ad nouas prædas ſubinde faciendas? in quo figuratur regnum Dauid, qui primò partem abſtulit à regno familiáque Saulis, nempe tribum Iuda, deinde paulatim cæteras regni partes, totúmque Iſraëlem ſibi adiunxit. Et quidem typicè Chriſti regnum ſignificatur: nam primò Dominus partem diſcerpſit, cùm Apoſtolos, ac diſcipulos plurimámque Iudæorum multitudinem per ſe ac per illos conuerſam abſtulit à lege Moſaica: deinde per orbem vniuerſum diſſeminato Euangelio gentes omnes ad ſuam fidem & obſequium attraxit. Et benè aſcendiſſe dicitur, ſummam apud homines gloriam adeptus, cùm ille ipſe, qui à Iudæis inter duos latrones crucifixus fuerat, per Apoſtolorum prædicationem à gentibus verus mundi conditor Deus, hominúmque Redemptor habitus, & adoratus eſt: regiáque eleuatus ſuprà omnes cœlos: *vt omnis lingua confiteatur, quià Dominus IESVS eſt in gloria Dei Patris.* ad Philipp. 2. Ipſe dum viueret, dum ageret in terra cum hominibus, fuit à paucissimis & cognitus & receptus: imò mundus eum non cognouit, ſed patibulo ſuffixum peremit: at vbi aſcendit in altum repleuit omnem terram maieſtate ſuâ. Iccircò dixit ipſemet Dominus. *Singulariter, vel ſingularis ſum ego, donec tranſeam.* Pſal. 140 vbi S. Auguſtin. *Singularis eras Domine IESV donec tranſires. Cum tranſires ab occaſu in ortum, ortus es, ſplenduiſti, in cælum aſcendiſti: & repleta eſt terra creaturâ tuâ, ſeu poſſeſſione tuâ.* in Pſalm. 103.

Chriſti regnum in Iudæa cœptum per gentes propagatū.

ad Philip. 2.

Ioan. 1.

Chriſti inter homines gloria per crucem.

Pſal. 140.

S. Aug.

Pſalm. 103.

13. Quæ maior gloria, quis admirabilior & glorioſior aſcenſus Chriſti, quàm quòd per Apoſtolos prædicatus Romanos rerum dominos ſuæ fidei ſubiugauit? meritò Paulus Deo gratias agebat ſcribens ad Romanos: *Quia fides veſtra annunciatur in vniuerſo mundo.* cap. 1. In vniuerſo mundo; quia vbi recepta fuit à Romanis totum ſubinde peragrauit orbem. *Nuſquam enim* (occurrit B S. Chryſoſt.) *Euangelij prædicatio conſtiterat, ſed igne vehementiùs in omnem terrarum orbem inuaſerat.* Planè obſtupuit orbis, admiratæ ſunt gentes, vbi fama percrebuit Chriſti fidem Romæ prædicatam, & à Romanis acceptam fuiſſe. *Etenim multa erant* (expendit idem Chryſoſt.) *Quæ obſtare poterant, ne Euangelium reciperetur. Romani quippe orbis principatum adepti faſtu multo turgebant in diuitijs, in delicijs vitam agentes. Euangelium autem ipſum piſcatores Iudæi prædicabant: quem & crucifixum, cúmque in Iudæa natum adorari iubebant.* Et hæc quidem ex parte intellectus humani obſtabant prædicationi Euangelicæ. Qui enim poterat tam glorioſæ in mundo gentis intelligentia doctrinæ tam nouæ, tam peregrinæ, vt homo na- C tione Iudæus, à præſide Romano damnatus & crucifixus crederetur Deus, vltrò ſe ipſam ſubiugaret? ſed adhuc ex parte voluntatis ad nouitatem vitæ morúmque reuocandæ maior erat difficultas. Subiicit enim idem Chryſoſt. *Iam & vna cum ipſo dogmate duram vitam agendam præſcribebant magiſtri hominibus, quibus ſemper curæ fuerant deliciæ, quique rerum vitæ præſentis adoratione attoniti eſſent. Et qui hæc denunciabant, pauperes erant & priuati, & ignobiles. Sed tamen nihil horum ſermonis Euangelici curſum impediuit.* Certè qui hæc ſedulò ſerióque expendet, in ſummam rapietur admirationem; admirabundúſque exclamabit cum eodem Chryſoſt. qui rem ita concludit: *Tanta erat Crucifixi potentia!*

Miratus orbis Chriſti fidem à Romanis receptam.

ad Rom. 1.

S. Chryſ.

Mira difficultas Romanis recipiendi Chriſti fidem.

Summum miraculum Apoſtolis Euangelium prædicantium recipi.

S. Chryſoſt.

Chriſti crucifixi potentia demonſtratur in conuerſione gentium.

D 14. Denique ad prædam aſcendit Dominus IESVS, cùm illud impleuit Prophetæ vaticinium: *Memoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors & miſerator Dominus. Eſcam dedit timentibus ſe.* Pſal. 110. Quem verſum de diuina Euchariſtia decantatum à Regio vate, vt tota Dei Eccleſia concelebrat, iam in priore, ac ſecundo tomo admonuimus. Notandum verò hîc eſt vocem Hebr. טֶרֶף *tereph*, quæ hoc loco ponitur à Iacob eandem à Dauide poſitam eſſe. Vulgata vertit *eſcam*, alij *prædam*, & *rapinam*. Et optimè in ſacroſanctam Euchariſtiam, Dei eſcam, panem Angelorum, cibum animarum, vitæ pomum, ſalutis alimentum, immortalitatis medicamentum, beatitudinis epu- E lum, Chriſti conuiuium quadrat hæc prædæ, rapinæque denominatio. Eſt quidem memoria, ſeu memoriale, ſeu ſumma deſcripta ratio omnium Dei mirabilium operum, & miraculorum, quæ Dei omnipotentia, ſapientia, bonitas vnquam in creaturis operata eſt. Sed cur præda, rapináque? nimirum quia vti faſciculus ex varijs contextus floribus perbellè dici poteſt præda rapináque pratorum, quippe cùm ad contexendum faſciculum totâ ſuâ quodammodo amœnitate gratiáque ſpoliatur ager iuxta illud Poëtæ: *Pratorum ſpoliatur honor.* Sic tam operoſa, tam pretioſa, tam pulchra

Pſalm. 110.

Euchariſtia dicitur præda, & rapina.

Collectio omnium bonorum Euchariſtia.

Claud.

A pulchra eſt Chriſti Euchariſtia, vt ad illam inſtituendam ex omnibus creaturis, ex omnibus Dei operibus ac miraculis, ea omnibus diuinæ miſericordiæ gratiis pulcherrimi quique flores Dei manu decerpti eſſe videantur: omnium præda bonorum, omnium diuitiarum Dei, deliciarum, & gratiarum; totius theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei rapina, faſciculus, collectio denique omnium munerum ac beneficiorum Dei eſt auguſtiſſima ipſa, quâ fideles perfruimur, Euchariſtia.

15. Ad hanc itaque prædam aſcendit Dei filius: in qua ſcilicet inſtituenda totam ſuam potentiam, ſapientiam, & bonitatem videtur quodammodo (liceat dicere) exhauſiſſe. Nec enim maius aliud hominibus donum aut efficere, aut ſcire, aut velle communicaréque potuit, quàm ſe B Ipſum Deum hominem ſub ſpeciebus panis & vini verè ac realiter poſitum. O donum! ô gratiam! ô amorem! ô beneficentiam! ô diuitias bonitatis! ô viſcera miſericordiæ! ô Deum (fas ſit dicere) prodigum ſui! Ad hanc inexplicabilem ſuæ maieſtatis oſtentationem aſcendit Dei filius. A præda etiam, vt in Hebr. habetur מטרף *miterepb* à præda aſcẽdit. Videlicet ab ipſamet Euchariſtia Chriſti Domini honor aſcendit, gloria reſplenduit, maieſtas innotuit; noménque inter homines & celebrari, & adorari, & amari cœptum eſt: vt ipſemet teſtatur: *Ab ortu ſolis vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus. Et in omni loca ſacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.* Malach. 1. *Et*, cauſalis eſt, quia in omni loco. Sed de C hac prophetia fusè admodum diſſeruimus priori tomo, cap. 14. ſect. 8. num. 2. Totam igitur (quod quidem ad hunc locum attinet) ſui nominis celebritatem à diuina Euchariſtia profectam Dominus confitetur: qui nimirum in ea tam glorioſus eſt, vt ſic vel maximè vniuerſam ſuâ maieſtate terram dicatur repleuiſſe. Audi clamantem Zachariam: *Onus verbi Domini in terra Hadrach, & Damaſci requies eius.* cap. 9. legunt L X X. *In terra Damaſci ſacrificium eius.* Nec enim illud in ſynagoga, in Iudæorum gente, legéque ſuſcepit: ſed in gentibus à ſe conuerſis. Chald habet, *Dominus maieſtatis eius.* Eſt enim Catholica Eccleſia Chriſti quoddam quaſi templum, ſacellum, & ſacrarium, in quo auguſtiſſimum Miſſæ ſacrificium D peragitur, vel ſacroſancta Euchariſtia in ſacro altari aſſeruatur, domus maieſtatis eius: ibi ſuam Deus maieſtatem demonſtrat. *Ad hanc enim menſam* (inquit S. Chryſoſt.) *aſſiſtunt Cherubim, deſcendunt Seraphim, qui vultus demittunt.* homil. de ſacra menſa. Huc ipſum teſtatur S. Petrus illis verbis de Chriſto Domino: *In quem deſiderant Angeli praſpicere.* 1. Petr. ſic intelligit S. Thom. opuſc. de ſacram. cap. 15. Et quidem illud: *Proſpicere* idem eſt Græcè, atque *inclinare ſe ad videndum*, vt ea cap. 20 Ioan. colligitur: *Cùm ſe inclinaſſet* (ſcilicet) *in ſepulcbrum, vidit linteamina.*

16. Cæterùm (quod magis mirandum eſt) Rabbi Nehemias multis ante Chriſti aduentum E annis ſcripſit ſacrificium Regis Meſſiæ futurum ex pane conuerſo in carnem, & ex vino in ſanguinem ipſius: Angelóſque ad prædictum ſacrificium Meſſiæ debere aſſiſtere, laudes ipſius admirabili quodam concentu perceſebrantes, addítque: *Quòd ſi quis mortalium poſſet audire atque percipere cantum illum adeò ſuauem ac melliſluum, quem Angeli concinent in immolatione huius ſacrificij, anima eius ſeparabitur à potentiis corporis, & cum illa cantus dulcedine ſimul egredietur.* hæc ille teſtatur ſe ex reuelationibus S. Heliæ, ac traditio-

Ben. Farnand. in Geneſ. tom. 3.

Diuinæ maieſtatis oſtẽtatio in Euchariſtia.

Per Euchariſtiam conſecutus eſt Chriſtus gloriam, & famam in terris.

Malach. 1.

Zach. 9.

Euchariſtia requies, maieſtas Dei.

D. Chryſ.

Templũ domus maieſtatis Dei.

Ad Miſſam aſſiſtunt Angeli.

1. Petr.

S. Thom.

Ioan. 2.

Hebræorum traditio de Euchariſtia, de Angelorum cætu ad Miſſam.

Rabb. Neh.

A nibus ſapientum & doctorum populi Iudaici collegiſſe. Refert Galat. lib. 10. cap. vltim. quod quidem Dauid multò ante in Pſalm. 110. qui totus eſt, vt ſæpè monuimus, de diuina Euchariſtia, videtur prædixiſſe illis verbis. *Confeſſio & magnificentia opus eius.* Pſalm. 110. Hebr. *gloria & decor opus eius.* Et quidem illud quod ea Zachar. præmiſimus: *Onus verbi Domini in terra Hadrach.* cap. 9. hunc eundem ſenſum patit. Hadar quippe ſignificat decorem, & dignitatem regiam: quæ omnia egregiè conueniunt in venerabilem Euchariſtiam, dignam vtique confeſſione, hoc eſt, laude, celebratione hominum, Angelorúmque. Ipſamet eſt Dei magnificentia, decor, gloria; & per antonomaſiam Dei opus, regia digni- B tas. Nec enim alibi tam pulchrum, tam glorioſum, tam magnificum, tam verè Regem ac Dominum ab Angelis & hominibus adoratum ſeſe Chriſtus Iesvs Dei & Virginis filius exhibet atque oſtentat, quàm in ſui corporis & ſanguinis Euchariſtiæ ſacramento, & ſacrificio.

17. Benè igitur vaticinatur Iacob: *Ad prædam*, vel, *à præda fili mi aſcendiſti.* Prædámque vocauit Dominici corporis Sacramentum. Præda eſt ſcilicet ab effectu, quia prædatur amorem fidelium, corda illigat, ſenſúſque interdum alienat. Certè vnius è Societate noſtra iuuenis adhuc, cùm die dominica inter ſuos fratres publicè (vt moris eſt) in templo ſacrum de manu ſacer- C dotis hoſtiam acciperet, ſubitò inſolitum quoddam paſſus deliquium ſoporatis ſenſibus penéque amiſſo anhelitu à templo ſublatus mortuo ſimilis in lectum proiicitur. Ergo medicus noſtrâ ætate celeberrimus primarius in Academia Conimbricenſi profeſſor Thomas à Vega confeſtim accerſitur: attrectat, venam, pertentat diligenter; atque vt erat & peritiſſimus & perſpicaciſſimus morborum indagator hunc etiam apprimè collegit: O me (inquiens) beatum, ſi morbo huiuſmodi correptus & ſenſum & vitam corporis amitterem! Eſt quidem iſte amoris languor. Ac certiſſimè quidem morbi cauſam attigit: quo morbi genere complures vbique poſt acceptam ſacroſanctam Euchariſtiam elanguiſſe paſſim & D hiſtoriæ memorant, & fama concelebrat. Prædatur corda, prædatur ſenſus, vtique velut pulcherrimum amuletum cordium, potentiſſimum amatorium animarum.

18. An non prædatur animas, quæ velut oues de grege, cauliſque Dei per deuia præruptáque raptæ ab aduerſario aberrauerant; eas verò per pœnitentiam inuentas ac reſtitutas ad ſuũ amorem, ad ſuam gratiam, vel ſuam menſam, epulum, ac delicias pertrahit, humero ſuæ caritatis ſublatas? In cuius myſterij argumentum primoribus Eccleſiæ ſæculis in ſacro calice dominici ſanguinis, quem ſacerdos in Miſſa eleuat, à fidelibus adorandum, depingi ſolitus erat paſtor ouem hume- E ris reportans? vti ex Tertull. conſtat. Sic enim ſcribit: *Cui patrocinabitur paſtor, quem in calice depingis, de qua nihil libentiùs bibas, quam ouem pœnitentia ſecunda* lib. de pudicit. cap. 10. Idem paulò antè dixerat: *A parabolis licebit incipias, vbi eſt ouis perdita à Domino requiſita, & humeris eius reuecta. Procedant ipſa pictura calicum noſtrorum, ſi vel in illis perlucebit interpretatio pecudis illius, vtrùmne Chriſtiano peccatori de reſtitutione collineet.* cap. 3. Quod ſtatim dilucidiùs declarat iis verbis: *Ouis propriè Chriſtianus, & grex Domini Eccleſia populus, & Paſtor bonus Chriſtus; & ideò Chriſtianus, in oue*

Galat.

Pſal. 110.

Euchariſtia Dei opus, decor, magnificentia, regia dignitas.

Zach. 9.

In Euchariſtia veriùs quàm alibi, Regem ſe Chriſtus oſtentat.

Dulcia poſt ſumptã Euchariſtiam amoris deliquia.

Cordiũ præda, amuletũ, & amatorium animarum Euchariſtia.

In calice ſanguinis Domini erat antiquitùs inſculptus paſtor ouem humeris portans.

Tertull.

Typus pœnitentiæ in ſacro calice inſculptus. Chriſtianus ouis paſtoris Chriſti in Euchariſtia

Tertull.

 intelligen

intelligendus, qui ab Eccleſia grege erraverit. Itaque vbi corpus & ſanguis Domini in ſacramento; ibi paſtor videtur, ibi paſtoris humero ſubuecta ouis, ibi Dei miſericordia, & peccatoris pœnitentia; videlicet cum præda quæ fuerat eſca Diaboli Dominus aſcendit ad nouitatem vitæ, ad ſaniorem ſtatum, qui fructus eſt Chriſtianæ pœnitentiæ.

Neceſſaria eſt pœnitenti perſeuerantia in gratia.

19. Nec enim ſatis eſt, quòd de faucibus lupi ouis extracta paſtori, & gregi, & caulis reducatur: ſed amplius neceſſe eſt, vt cum Paſtore aſcendat & cum illo in recepta gratia & caritate perſeueret. Quid enim prodeſt receptam ouem in caulas induci; ſi rurſus contingat miſeram ex humeris paſtoris vltrò delabi, atque ex caulis in deuios ſubindè ſaltus transfugere, iterúmque fieri prædam dentibus, & eſcam faucibus luporum? Quid tam execrandum, quid æquè deplorandum, quàm redire peccatorẽ ad vomitum, caſſamque reddere pœnitentiam regreſſu ad priſtinæ vitæ turpitudinem? Enimverò Ioannes ille regni cœleſtis præco non ſimplicem mortalibus pœnitentiam, ſed quæ tandem in melioris vitæ fructum exuberaret, prædicauit. *Facite fructus dignos pœnitẽtiæ.* Matth. 3. vbi Tertull. *Quid ex pœnitentia matureſcit, quàm emendationis effectus?* ibid. Maturus itaque fructus pœnitentiæ dicitur emendatio prioris vitæ, atque in meliorem digna renouatio. Præda etiam eſt animarum auguſtiſſima Euchariſtia: quippe quæ tum à flagitiis ad pœnitentiam, gratiámque & meliorem ſubindè vitam prædatur ac pertrahit animas: tum quia in his ipſis, in quibus viuimus, mortalitatis tam ærumnoſæ miſeriis per obitum corporis ad immortalitatis beatitudinem illas ſecum aſcẽdens in altum Chriſtus ipſe qui in ſacramento ſumitur, ſubuectat: *Aſcendens enim in cœlum captiuam duxit captiuitatem.* ad Epheſ. 4

Tertull. *Maturus pœnitentiæ fructus emẽdatio vitæ.* *ad Epheſ. 4.*

Roboratur moribundus Euchariſtia præſidio.

20 Ac in extremis quidem colluctanti iam cũ morte homini nullum contra hoſtium tũc maximè inſidiantium atque impugnantiũ inſidias, incurſúſque potentius præſidium à Deo datum eſt, quàm ipſamet diuina Euchariſtia, quam moribũdus cum piè ritéque ſuſcipit, mirũ in modum roboratur. Quodnã quæſo aliud eſt *robur panis* quod ab Hieruſalem minatur Dominus auferendum, Iſai. 3. niſi ſacroſancta Euchariſtia, panis vitæ, pignus immortalitatis, quo per ſummum ſupplicium priuatur aliquando diuinitùs peccator, cum ex hac vita ſine viatico recedit. Pulchrè dicitur robur panis, quo armatus fidelis in extremos ipſos dolores mortis, & inferni pericula irrumpit ſecurus. Legunt alij, *Baculum panis.* O egregium! ô validum! ô firmum! ô fidum baculum, quo anima de corpore abſcedens illam ſatis periculoſam & longam æternitatis viam aggreditur! Planè ſecurus ac lætus ſuſcepto Chriſti Domini corpore in extremum illud mortis diſcrimẽ, velut in maris pelagus feliciter tranſnatandum ſeſe proiicit fidelis, vt de fratre ſuo Satyro nauigante aliquãdo refert S. Ambr. his verbis: *In naufragio conſtitutus cùm, qua veheretur nauis ſcopuloſo illiſa vado vrgẽtibus hinc inde fluctibus ſolueretur, non mortem metuẽs, ſed ne vacuus myſterij è vita exiret, ab initiatis diuinũ illud fidelium popoſcit ſacramentum, vt fides ſua conſequeretur auxilium.* in orat. Satyri. Moris videlicet illis ætatibus erat in parua pixide vel in pectore, vel à collo ſuſpenſa geſtari ſacram Euchariſtiam à nauigantibus, aut longum arduúmque iter facientibus: iuxta hunc igitur ritum cùm Satyrus recèns baptizatos mare tranſmitteret, in eadem naui ſacra hoſtia in quadam pretioſa theca geſtabatur à ſacerdotibus. Conuulſa ergo procellis nauicula dolens Satyrus quòd nõdum dominico paſtus corpore moreretur, plenus quidem fidei hoc ſibi remediũ ſalutis excogitauit. *Etenim* (adiungit idem Ambr.) *ligari fecit* (*ſacram ſcilicet hoſtiam in thecula*) *in orario, & orarium inuoluit in collo, atque ita ſe deiecit in mare non requirens de nauis compage reſolutam tabulam, cui ſupernatans ſe tueretur, quia fidei ſolius arma quæſierat. Denique primus ſeruatus ex vndis in portum terrenæ ſtationis euectus.*

Iſai. 3. *Grande Dei ſupplicium, in morte priuari Euchariſtiâ.*

Baculus, quo anima in æternitatem vadit, Euchariſtia.

Sumpta Euchariſtia lætus & ſecurus in mortis pelagus ſe proiicit fidelis. *D. Ambr.*

Euchariſtiã antiqui in via, & in mari geſtabant.

Satyrus S. Ambroſij frater per Euchariſtiã à naufragio euaſit.

D. Ambr.

Moritur viatico Euchariſtia ſecurus.

21. Ita planè moriens geſtans in pectore ſacroſanctam, quam ſuſceperat pro viatico hoſtiam ſecurus in mortis pelagus deiicitur, ac ſupernatans in placidiſſimam beatitudinis intrat ſtationem. An non hoc eſt etiam prædari auferréque à faucibus mortis, ab vndarum furiis, à ſalo, à naufragio viuum, & incolumem, atque in æternitate ſaluum hominem? Nimirũ ſacra hoſtia prædatur, aufert, tuetur, ſeruátque iuxta illod: *Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* Ioan. 6. Hæc tua eſt, ô Domine IESV immenſa benignitas: hæc vis, hæc potentia tui corporis in ſacramento Euchariſtico. Illo quidem ſub mortem poſt ſacramentalem pœnitentiam ſumpto ſecuri de tua præſentia & miſericordia in mortis pelagus, in vitæ naufragium, fractá corporis naue proiicimur, pleni ſanè fiducia, quòd per illud tandem è ſalo emergentes in placidiſſimam cœleſtis portus ſtationem ſubintremus. Vide quàm pulchris nominibus S. Ambr. ſacram Euchariſtiam appellarit: nempe myſteriũ, diuinum ſacramentum, fidei auxilium, fidei arma. I tu modò hæretice, & cum S. Ambr. at quonam viro? inter ſanctos quidem ſapientiſſimo, & inter ſapientes ſanctiſſimo confer, ſi non pudet, tuos iſtos ridiculos, vanóſque magiſtros; quorum maiórne ſit morum turpitudo, an dogmatum ineptitudo, haud facilè quis prudens diiudicet. Illi ergo myſterium fidei abnegantes, te viuum, te morientem diuino exarmant præſidio: miſerúmque te prædæ ſubiiciunt dæmonum, & voracibus deinde incendiis gehennæ tradunt comburendum. Quid ſi etiam Propheta ſacram Euchariſtiam ouibus eſcam, & Chriſto prædam eſſe intelligat? Profectò tria ſunt in vita Dei hominis myſteria, in quibus potiſſimum ſe Dei maieſtas humiliauit, ac verè Deus abſconditus ſeſe exinaniuit; videlicet natus in ſtabulo, & infantulus poſitus in præſepio: deinde pendens in patibulo crucis inter latrones: denique in ſacramẽto Euchariſtiæ ſub ſpeciebus panis & vini occultatus. Cæterùm ſacra Euchariſtia per antonomaſiam dicitur myſterium fidei. Cùm enim infantuli reclinati in præſepio maieſtatem Angeli, paſtores, Regéſque recognouerint: & Crucifixi tota mundi machina diuinitatem conteſtata fuerit: in ſacramento tamen altaris ſola fides, vbi nulla exteriùs adſtipulantur ſigna, præſentem Dominum IESVM Dei filium agnoſcit, veneratur, prædicat, adorat. Vſque adeò exinaniuit ſe Dei filius in ſacramento vt ſoli fidei pateret: vt à ſe (liceat dicere) velut alienatus, abſorptus, raptúſque eſſe videatur? ſiccine Domine Deus tuam deprimis maieſtatem, vt propter nimiam caritatem, quâ diligis homines, eóſque tuo corpore ſanguinéque vis paſcere, ſub ſpeciebus panis & vini te abſcondas; atque idcircò apud ſapientes huius ſeculi tuã periclitari ſapientiã patiaris? Indignantur illi, quòd Deum omnipotentẽ ſub illis accidentibus hoſtiæ conſecratæ Catholica noſtra fides doceat cõtineri. At tu Domine IESV nihil penſi habens ſtultorũ hominum iudicia, feciſti quod dixeras: *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus.*

Ioan. 6.

D. Ambr. *Egregiis declaratur nominibus Euchariſtia.*

Hæretici orbati Euchariſtia inferiter moriuntur.

Tria ſunt, in quibus maximè ſe Deus exinaniuit.

Potiſſimùm in Euchariſtia Chriſtus ſe exinaniuit.

Potior apud Chriſtum ratio ſuæ ſuorum caritatis, quàm exiſtimationis. *Ioan. 6.*

Pluris

Pluris enim valuit apud Deum hominem Chriſtum IESV amoris erga nos demonſtratio, quàm prudentiæ exiſtimatio. Quam regulam in omnibus vitæ ſuæ actionibus Chriſtus Dominus noluit obſeruare; vt vno verbo dixit egregiè S. Ambroſ. *Periclitari apud nos iudicium ſuum, quàm affectum maluit.* in 6. Loc. Dixerint ergo potiùs (etſi ſtulti ac vani homines) Deum in iis, quæ pro ſalute hominum operatus eſt, inopem iudicij, quàm indigum miſericordiæ, & auarum caritatis.

In Euchariſtia ſuum potius amorem, quàm iudicium voluit Chriſtus oſtendere.
D.Ambr.

SECTIO VII.

Requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi leæna quis ſuſcitabit eum?

1. R*Equieſcens accubuiſti.*] Legunt quidam: *Incuruans accubuiſti.* alij: *Claudicans conſediſti.* LXX. verſiont: *Dormiſti.* Sed eòdem recidunt omnia. Senſus hic eſt. Quemadmodum leo iam prædâ potitus conſidet, quieſcit, inclinat ſe, ac veluti claudus recumbit, vt eam deuoret: at verò comedentem nemo auſit interturbare, timens videlicet ne ſubitò reſurgens bellua interturbantem prehendat, excarnificet, deuoret: ita Dauid è tribu Iudæ poſt aggregatas ſuo ſceptro regnóque cæteras tribus iam tranquillâ pace fruens Hieroſolymis ſecurus, felixque dominator conſiſtet, tam cæteris gentium nationibus formidandos, vt nulli mortales illum bello audeant ampliùs laceſſere: quòd ſi vllus erit tam projectæ audaciæ, vt temerè Dauidi arma moueat; leænam proculdubiò catulos lactantem, cùm ſcilicet eſt ferociſſima, demens vltrò irritatam in ſua ipſe viſcera diſcerpenda, mortémque concitabit. Erit igitur Iudas ſcilicet in Dauide ſicut leæna catulos ſuos lactans; dormienti ſimilis leoni in ſtrato ſuæ regiæ vrbis & ſedis Hieroſolymitanæ conquieſcet, vbi & bonus paſtor populum ſuum paſcet ac fouebit. Pulchrè Dauid leo ſubditos ſuos paſcit leonculos. Nec enim imbellem progenerat aquila columbam: nec timidam leæna damam parit, nec fugacem leo procreat ceruum. Nihil vſque adeò quotidiana experientia magis conteſtatum, quàm quòd ad principum ingenia moréſque ſe populus accommodat; illúmque ſubditi tam in virtute, quàm in ſocordia æmulantur. Mallem (dixit quidam ex antiquis) exercitum ceruorum ſub duce leone, quàm ſub duce ceruo exercitũ leonũ.

Dauid leoni, & leænæ ſimilis.

Suis ad ſuũ ingenium ſubditos Rex informat.

2. Verè quidem Dauid quaſi leæna requieſcẽs Hieroſolymis leunculos illos ſuos lactabat & fouebat, quorum nomina deſcribuntur 2. Reg 23. *Hæc ſunt nomina fortium Dauid.* Atque in primis qualis ipſe Dauid fuerit, ita deſcribitur: *Dauid ſedens in cathedra ſapientiſſimus princeps inter tres. Ipſe eſt quaſi teneriſſimus ligni vermiculus, qui octingẽtos interfecit impetu vno.* Sunt qui hæc intelligant de Ieſboam de quo 1. lib. Paralip. cap. 11. ab illis verbis exordium ſumentes: *Sedens in cathedra.* ſic Abulenſ. & alij. Cæterùm Rabban. & ex Hebræis nonnulli de Dauide interpretantur, cui explicationi potiùs inclinat Lyranus. Sedebat igitur Dauid in cathedra non ſolùm quia Rex ſapientiſſimè regnum adminiſtrabat, ſed quia veluti magiſter poſt diuturnam bellandi peritiam apprimè inſtruebat milites, duces creabat, fortes viros, veluti leæna leones, pariebat. Quanta verò Dauid bellica virtus extiterit, egregio illo typo teneriſſimi vermiculi exprimitur: vti his verbis adnotauit Rabban. *Virtus viri bellica & modeſtia ſignificatur: quia ſicut vermiculus ligni tener quidem & fragilis, & modicus apparet: fortiſſimum tamen lignum terebrat & conſumit: ſic Dauid omnibus domi affabilis, quietus, & humilis: in certamine publico robuſtum ſe & intolerabilem hoſtibus exhibebat. Octingentos interfecit.* Hebr. *honorabat ſe in lancea ſuper octingentos vulneratos.* Qui quidem, ſeu ille Dauid fuerit, ſeu Ieſboam, præcipuam meretur laudem: vir quippe generoſi, excelſique animi honorabat ſe non in grandi examine famulantium, non in veſtiũ pretioſarum, elegantiúmque ornatu, non in ſumptuoſis ædibus, lectíſque ebore atque auro fulgentibus; ſed in lancea, in armis, in præliis, in ſtupenda quadam hoſtium facta cominùs internecione. Hęc

2. Reg. 23. Rex fortis fortes efficit ſubditos.

1. Parap. 21.

Rex erga ſuos affabilis, contra hoſtes terribilis.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

Rabban.

B Dauidis gloria potior in armis, quàm in aliarum artium ſtudiis: quod etiam Poëta de ſuæ vrbis conditore Romulo decantauit, 1. Faſt.

> *Scilicet arma magis, quàm ſydera, Romule noras,*
> *Curáque finitimos vincere maior erat.*

Enimuerò autor eſt Plutarchus Romulum acrem, bellicoſum, ac penè bellãdi libidine inſanũ fuiſſe; quem Feſtus dixit Romulum à robore nominatũ. Etſi autem bonæ aliæ diſciplinarum artes per ſe moliùm laudabiles habeantur, omniũ tamen bellica reddit virum in ſua Repub. atque inter cæteras gentes glorioſum. Fuerit quidem ſumma Gręcorũ laus in dicendo, at Romanorũ in armis gloria orbem ſubegit. Meritóque idem Poëta cecinit.

> *Nondum tradiderat victas victoribus artis*
> C *Græcia; facundum, ſed malè forte genus.*
> *Qui benè pugnabat Romanam nouerat artem:*
> *Mittere qui poterat tela, diſertus erat.*

3. At quamuis Dauid benè intelligitur iuxta hanc prophetiam leo & leæna ſuo exẽplo ſuáque peritia militari leunculos pariens; fortiſſimos, ac bellicoſiſſimos efficiens heroas: aptiùs tamen hoc ipſum Chriſto Domino conuenit; qui paſſione ſuâ diabolum vicit, totum debellauit infernum, mortem ipſam moriendo deſtruxit: ideóque victor in cruce requieſcens infinitos peperit, fouit, lactauítque leunculos. An non ſancti martyres ab hac leæna in cruce, atque in morte quieſcente nati leunculi cum tyrannis, cum ſatellitibus, cum tormentis pro Chriſto conſtantiſſimè depugnarunt?
D Vnus quidem Domini IESV crucifixi triumphus plurimos fecit natura imbecilles de morte ipſa triumphare. Præclarè ſiquidem dixit S. Ambroſ. *Vnus Dei triumphus fecit omnes propè iam homines triumphatores.* in 23. Luc. Vnde illa tam ſtupenda etiam ipſis tyrannis, & carnificibus ſanctorum martyrum in ſuis cruciatibus patientia; niſi à paſſione Domini, quem patiendo aduerſa omnia ouantes, impudentéſque quærebant, & imitabantur? Illorum ſiquidem perſonam induens aiebat ſponſa: *Inuenerunt me cuſtodes, percuſſerunt, vulnerauerunt, tulerunt pallium meum.* Cant. 5. Sponſa (declarat Theodoret.) *magiſtratus, principes, & tyrannos appellat cuſtodes, qui martyres victoria illuſtres, ſuppliciis excruciatos, animam ipſorum nudantes, &*
E *corpus ab illis vt pallium auferentes necauerunt.* Illi ſiquidem martyres non domi ſe continebant, non in latebris abſconditi fidem Euangelicam ſibi tãtummodò cognitam aſſeruabant: ſed eam cunctis per orbem mortalibus perſonantes peccati diabolique regnum contra ſe ipſos concitarunt. *Martyres enim* (adiungit) *ardentes deſiderio ſponſi, & vbique geminum illum in ciuitatibus, & regnis ad extremos vſque terrarum terminos prædicantes has ærumnas omnes pertulerunt.* A Chriſti ſcilicet paſſione virtus & caritas prodiens arden-

Viri generoſi laus præcipua in armis.

Faſt. 1. Ouid.

Maior ex armis, quàm artibus gloria.

Ouid. 1. Faſt.

Chriſtus leo fecit exemplo ſuo leones.

D. Ambr.

Martyrum fortitudo ex Chriſti paſſione.

Cant. 5. Theod.

Theod.

Pro fide & pro euangelio Chriſti prædicando aduerſa omnia martyres pertulerunt.

Tr a tes

tes caritate, fortes virtute ad patiendum fecit viros, fœminas, pueros, puellos in admirabilem ſanè gloriam Eccleſiæ Chriſtianæ, ad quam quia nondum ſol iuſtitiæ apparuerat, accedere nequaquam potuit ſynagoga.

Martyres fructus paſſionis Chriſti.

4. Nam quid eſt, quòd ſponſus in ſuis illis vineis tantummodo flores, odoréſque laudauit: *vineæ florentes dederunt odorem ſuum.* Cant. 2. at ſubinde ille ipſe habet torcularia, de quibus frequēs mentio eſt in Pſalmis, vbi ſolerē botris exprimi vinum: niſi quia vinearum racemi, qui poſtea maturuerunt ſolis oriente luce decocti, ad maturitatem peruenire non potuerunt? Benè S. Hieronym. *Pendentes* (inquit) *botros colorabit ſol iuſtitia, vt miſſi in torcularia octaui & trigeſimi tertij Pſalmi qui pro torcularibus inſcribantur, Domini calcentur pede, qui aſcendit de Boſra, vt fundat vinum, quod lætificat cor hominis.* in cap. 8. Zachar. Pendebant quidem in equuleis excarnificandi martyres tanquam botri, quos ipſe ſol iuſtitiæ de cruce ſua pendens ardore ſuæ nimiæ caritatis decoxerat, vt maturi pretioſum, Deóque gratiſſimum ſanguinis liquorem effunderent. Sed ad triumphos Chriſti in cruce, martyrúmque in tormentis reuertamur, quibus maximè leæna requieſcēs in morte, ac leunculi cum morte luctantes mundo apparuerunt. Quo in argumento illud valde memorandum appoſuit Apoſtulus de Chriſto Domino loquens: *Spolians principatus & poteſtates traduxit confidenter, palàm triumphans illos in ſemetipſo.* 2. ad Coloſſ. Fuit enim crux dominica veluti ferculum, seu quadriga triomphalis, in qua Dominus IESVS deuictos à ſe hoſtes palam traduxit, atque circumtulit in ludibrium carcinatos.

Cant. 2.
Racemi vineæ ſynagoga non maturuerunt.
S Hieron.
Martyres botri in vinea Chriſti maturi, & preſſi tormentis.
Triumphus Chriſti & martyrum.
2. ad Coloſſ.
Crux quadriga triumphalis.

5. *Spolians principatus*, hoc eſt, omni poteſtate priuatos, omni exutus honore, ab omni dignitate, quam apud homines habebant, deiectos in ſummam præcipitauit ignominiam. Quod quidem non de peccato, de diabolo, de carne, mundóque animarum aduerſariis ſolùm intelligi debet: ſed etiam de ipſiſmet dignitatibus & honoribus ſeculi, quibus omnem Deus homo, cùm ſe humiliauit & exinaniuit vſque ad mortem crucis, autoritatem, exiſtimationem, ſplendorémque abſtulit. Hinc illa planè aurea S. Hilarij ſententia; *Paſſus eſt in homine Deus, vt poteſtates dehoneſtaret.* lib. 1. de Trinit. Quænam quæſo maior ignominia magiſtratuum, poteſtatum, Iudæorum Pontificum, Præſidum Romanorum; quàm quòd ab illis ipſis illoſus & flagellatus, atque adeò crucifixus fuerit ipſemet Deus homo, rerum conditor? Quis maior deinde honorum huius ſeculi contemptus, quorum cupidine atque ambitione miſeri homines exardeſcunt, quàm quòd Dominus ipſe mundi rector & princeps honores abiecerit, & in ſummis ignominiis inter latrones mortem elegerit abiectiſſimam? O ſeculi dignitatū ô ambitionis honorum amatores quē quæſo habetis veſtri ſtudij patronum, veſtri affectus exemplar vobis propoſitum ad imitandum? Profectò non Deum hominem; quem creditis natum in ſtabulo; vixiſſe humilem ac pauperem, in patibulo damnatum ab hominibus obiiſſe: qui traduxit poteſtates palàm triumphans in ſemetipſo, iuſtis quidem & prudentibus viris, cœli Deique amatoribus in ludibrium ſempiternum.

Chriſtus ſua vita & paſſione mundi principes & dignitates confudit.
S. Hilar.
Chriſtus crucifixus ambitionem honoris confundit, damnátque.
Ambitioſi non habent exemplar in Chriſto.

6. Porrò autem ad ſuæ crucis ſimilitudinem ſellas complures triumphatorias, in quibus de mundo, de diabolo, de morte, ſæpiùs triumpharet, Dominus ipſe IESVS conſtruxit. Hinc illud Tertull. de ſanctiſſimo Iob: *Quale in illo viro phaeretrum Deus de diabolo extraxit.* lib. de patientia. Quales etiam propemodum infinitas triumphorum quadrigas, ſanctiſſimos nimirum martyres Dominus IESVS ſuâ manu fabricauit! Quot quantóſque leæna requieſcens in morte peperit, lactauit, armauitque leunculos! Nam quales extiterint in ſuis cruciatibus, quàm fortiter patiendo depugnauerint, quàm glorioſè occubuerint: & quanto ipſum orbem honore affecerint, præclarè his verbis complectitur S. Gregor. Nazianz. *Sancti martyres velut commanes quidam nodi vniuerſum terrarum orbem complexi ſunt. Mortem atque extrema omnia prompto & alacri animo tanquam in alienis corporibus dimicaates ſuſtinuerunt.* orat. 9. Certè non illuſtriùs explicari, & ſublimiùs efferri poſſent contemptus dolorum, & magnitudo tolerantiæ in martyribus; quàm quòd dicantur ſancti martyres ita omnia ſuſtinuiſſe aduerſa, ita grauiſſimis defuncti fuiſſe cruciatibus & doloribus: niſi illa ipſa, quæ lacerabantur, aliena eſſe viderentur corpora, non propria ipſorum martyrum.

Tertull.
Ad exemplū Chriſti crucifixi martyres triumpharunt.
S Gregor. Nazianz.
Paſſi videntur martyres, quaſi nō in ſuis ſed alienis corporibus.

7. Verum enim verò S. Ambr. totam hanc prophetiam Iacob de Iuda pronunciatam nō de alio, quàm de Chriſto Domino contendens intelligi debere, Domini & incarnationem, & paſſionem, & reſurrectionem à Iacob prædici aſſirmatur. Et quidem incarnationem illis verbis: *Ex germine fili mi aſcendiſti.* ſic enim eum LXX legit *Myſtice* (inquit) *incarnationem eius expreſſit dicens: Ex germine fili mi aſcendiſti, eò quòd tanquam frutex terra in aluo Virginis germinauit; & vt flos boni odoris ad redemptionem mundi totius maternis viſceribus in ſplendore noua lucis emiſſus aſcendit.* cap. 4. de bened. Innuitur ergo hic ſenius: Ex germine, ſiue ex virga flos aſcendit ſine vlla cultura, ſiue inciſione; in typum ſcilicet virginei partus; cùm Chriſtus Dominus Dei Patris filius ex Virgine matre homo natus ab Iſaia prædicitur: *Exiet virga de radice Ieſſe: & flos de radice eius aſcendet.* cap. 11. *Nimirum* (vti declarat idem S. Ambroſ.) *radix familia Iudæorum, virga Maria, flos Mariæ Chriſtus. Rectè virga, quæ regalis eſt generis de domo & patria Dauid; cuius flos Chriſtus eſt. habes ergo incarnationem.* ibid. Vide quàm pulchrè atque eleganter Virgineum partum floris typo expreſſit Iſaias. Nullius quidem matris flos eſt filius, ſed fructus eſt, flos enim emarcuit, vt fructus ſuccederet. Solus inter filios hominum Chriſtus IESVS eſt matris ſuæ flos fructúſque ſimul, quem mater Virgo edidit: nec enim deciduum florē ſecutus eſt fructus: ſed cum flore ſimul fructus prodiit: ſimul & virga floruit, & fructus in ea maturuit.

Prædicitur incarnatio Verbi ex Virgine.
D. Ambr.
Iſai 11.
Virginalis partus B. Mariæ adſtruitur.
D. Ambr.
Solus Chriſtus eſt flos matris ſuæ.
In B. Maria flos ſimul & fructus.

8. *Voluit enim* (inquit S. Bernard.) *Dominus matrem ſuam eſſe Virginem, de qua immaculata immaculatus procederet, omnium maculas purgaturus.* homil. 2. ſup. miſſ. quod etiam in flore S. Ambr. ſignificatum intelligit: *Flos* (inquiens) *Mariæ Chriſtus eſt, qui fœtorem mundanæ colluuionis aboleuit, odorem vitæ æternæ infudit.* ibid. Igitur ô virga Ieſſe, ô germen vitæ prætende nobis obſecro tuum illum pulcherrimum ac ſuauiſſimum florem, ne cœlū, cœliqoe incolas, ac mundi conditorem & hominum iudicem noſtrorum ſcelerum graueolentiū execranda mephytis afflet, offendat, atque irritet: ſed teterrimus hic halitus fragrantiſſimo tui floris, tui filij, tui IESV & ſupprimatur, & prorſus impediatur odore. Quòd ſi gratus ad aſpectū, tā ſuauis ad odorē nobis eſt flos Virginis, quid de fructu ipſo dicemus? Fructus ventris, fructus floris, fructus Virginitatis Mariæ IESVS eſt Deus homo, de quo

S. Bern.
S. Ambr.
Chriſti ex Virgine nati odor fœtorem ſcelerū noſtrorū aboleuit.

Cant. 2. *Fructus incarnationis Verbi Euchariſtia.*

de quo ſponſa: *Fructus eius dulcis gutturi meo.* Cant. 2. Vtique, cùm de gutture ſermo ſit, de ſacroſancta Euchariſtia intelligi optimè poteſt. Hunc ſcilicet fructum ex partu Virginis percipimus fideles, vt illius filium Deum hominem in ſacroſancto myſterio percipiamus. Fructus Virginis eſt etiam illius gratia, ob quam à Deo exaudimur, veniam ab illo ſcelerum noſtrorum impetramus; quippe quam nobis Deus clementiſſimus mediatricem dedit. Vnde S. Bernardin. ex Alex. Alenſi grauiter & appoſitè ſcribit: *Virgo Dei mater media inter peccatores & filium ſtatuitur, vt ex vna parte iram eius mitiget, ex alia peccatum exterminet* tom. 3. ſerm. 1. art. 3. cap. 2. Eſt enim & miſericordiæ mater, ſimul & interemptrix peccati.

S. Bernard. *Mediatrix Dei & hominum B. Maria.*

D. Ambr.

Pſal. 49.

9. *Accipe nunc paſſionem:* (inquit S. Ambroſ. *Requieſcens accubuiſti vt leo; quando iacuit in ſepulchro, velut quodam corporis ſui ſomno quietus, ſicut ipſe ait: Ego dormiui, & requieui, & ſurrexi; & Dominus ſuſcepit me.* Pſalm 49. Sic Ambr. Pulchrè Procop. *Accubuit* (inquit) *ſignificatur voluntaria mors Chriſti: vt leo fortis poterat vincere: nec à morte detentus eſt. Leo etiam in cruce terribilia magna edidit miracula.* Non quidem deiectus, non proſtratus violenter, ſed volens accubuit vbi, quando, & quomodo voluit leo noſter, vti quiſque prout libet in lectum ſe infert. Mortuus quidem eſt Dei filius non ex infirmitate, ſed ex voluntate: accubuit vt leo, etiam in morte ipſa leo fortis, inuictus, triumphator. *De impietate* ſiquidem (ait S. Cyprian.) *& malitia Iudæorum ſuauitas pietáſque Chriſti triumphat.* tract. de paſſ. Quis enim glorioſior pietatis triumphus, quàm illa Deum Patrem obſecrantis in cruce vox patientis IESV! *Pater dimitte illis, non enim ſciunt, quid faciunt.* Luc. 23. Meritò exclamat ad hanc tam piam, tam dulcem Domini crucifixi vocem S. Bernard. *O Iudæi lapides eſtis, ſed lapidem percutitis molliorem: de quo reſonat tinnitus pietatis, & ebullit oleum caritatis.* Inuehitur in Iudæorum duritiem. Sed hinc etiam nobis magnam ſpem ingerit miſericordiæ. *Quomodo* (adiungit) *potabis Domine deſiderantes te torrente voluptatis tuæ, qui ſic perfundis crucifigentes te oleo miſericordiæ tuæ.* ſerm. in 4. fer. de paſſ.

Procop. *Chriſti mors voluntaria.*

S. Cypr. *Pietas Chriſti de impietate Iudæorum triumphauit.*

Luc. 23.
S. Bern. *In paſſione Domini mira pietas & caritas effulſit.*

10. Quæ ſubinde maior fortitudo, quàm quòd moriens, cùm vires omninò deficiunt, & vox ſtrangulata euaneſcit, clamore tamen valido vniuerſam mundi machinam pertertefecit? Planè ſic leo rugit, & tota rerum vniuerſitas concuſſa exhorruit. Quid tantæ virtutis, quàm vt ad pendentem in cruce ſol obſcuretur, medióque die inuſitatam, & horrendam efficiat noctem? Benè S. Hieron. *Occubuit ſol*, inquit Hieronym. *cùm adhuc media eſſet dies.* cap. 15. *videtúrque clariſſimum lumen mundi, hoc eſt, luminare maius retraxiſſe radios ſuos, ne aut pendentem videret Dominum, aut impij blaſphemantes ſuâ luce fruerentur.* in cap. 27. Matth. Sol quidem inanime corpus ſui tamen conditoris, & ignominiam dolens ſuos, ne illum in patibulo morientem cerneret, radios occuluit; vt hominem ratione præditum doceret quàm ſit indignum ſiccis oculis, animo doloribus non concuſſo videre Deum pro ſe terræ vermiculo morientem. Similiter S. Chryſoſt. ad hunc eundem locum: *Non poterat* (inquit) *ferre creatura iniuriam creatoris, vnde ſol retraxit radios ſuos, ne videret impiorum facinora.* Serm. de paſſ. Quaſi non tam doleret ignominiam conditoris, quàm mortalium impietatem. Tam verò clarum, validúm-

Infinita Chriſti potentia in cruce & in morte.

Hierem 15.
D. Hier. *Quare ſol in morte Chriſti obſcuratus.*

Indignū eſt ſiccis oculis & animo nō dolenti videre Deum cruci affixū.

D. Chryſ. *Clarū Chriſti diuinitatis teſtimonium nouæ cæli ecclypſis in morte Chriſti.*

que fuit teſtimonium diuinitatis, & innocentiæ Chriſti hæc ipſa præter omnem naturæ curſum ecclypſis, ac nunquam antè nec poſt audita, viſáque rerum cœleſtium immutatio; vt ob hanc vnam rationem conuicti Iudæi IESVM verum Meſſiam agnoſcere potuerint ac debuerint; ſed noluerunt tamen. Vnde inexcuſabilis eſt illorum perfidia; quod quidem expendens S. Ambroſ. ita diſſerit: *Iudæi non tanquam ignoti peribunt, ſed tanquam ſacrilegi punientur. Etenim Atheinienſibus ignotus Deus, in Iudæa notus, ſed non receptus.* in cap. 18. Luc. Ac meritò colligit grauius hoc ſupplicium Iudæorum ex eo, quod ſubdit: *Tolerabilius tamen eſt fidem non detuliſſe Chriſto, quàm manus intuliſſe.* ibid. Gentiles quidem fidem non habent: ſed Iudæi ſummam impietatem, cùm Deum hominem occiderunt, extremúmque ſupra omne, quod patrari poteſt, ſacrilegium admiſerunt.

Inexcuſabilis Iudæorū perfidia.

D. Ambr.

Grauius Iudæorū, quàm gentilium peccatum.

11. Denique reſurrectionem Domini prædicit adiungens Iacob: *Quis ſuſcitabit eum? Niſi ipſe* (occurrit S. Ambroſ.) *ſe ſua Patriſque reſuſcitet poteſtate.* cap. 4. bened. Omnia ſiquidem vti erat Deus homo, circa ſuam humanitatem non coactè fecit, paſſúſve fuit; ſed ſponte; non ad alienum, ſed ſuum arbitrium. Quare adiungit idem Ambr. *Video natum auctoritate propriâ, video mortuum propriâ voluntate, video dormientem poteſtate propriâ: qui omnia ſuo fecit arbitrio, cuius alterius vt reſurgat egebit auxilio? Ipſe igitur reſurrectionis ſuæ auctor eſt, qui mortis eſt arbiter.* Audiant ergo perfidi leonem de tribu Iuda non tam in cruce mortuum, quàm dormientem vt reſurgat: etſi verè mortuus fuerit, tamen inter mortuos liberum, ex ipſa deuicta morte in vitam immortalem refloruiſſe. Pſalm. 87. ita cecinit Dauid. Non negauit Iacob ſuſcitandum leonem, id planè vt certum ſuppoſuit: ſed quanam virtute futurum hoc miraculum, id quidem admirabundus quærit: *Quis ſuſcitabit eum?* At Iudæorum illius nepotum à Iacob auo degenerantium cœcitas, atque ſtoliditas credere maluit corruptis à ſe pecuniâ militibus, qui dixerunt mortuum è ſepulchro ſublatum furto à diſcipulis. *Congregati enim ſacerdotes* (vt legimus) *pecuniam copioſam dederunt militibus dicentes: Dicite quia diſcipuli eius venerunt nocte, & furati ſunt eum nobis dormientibus. Et ſi hoc auditum fuerit à præſide, nos ſuadebimus ei, & ſecuros vos faciemus.* Matth. 28. ô intolerandam Iudæorum nequitiam! *Cuſtodes* (inquit S. Hieronym.) *miraculum confitentur, nunciant principibus quæ facta conſpexerint: illi, qui debuerunt conuerti ad pœnitentiam, & IESVM quærere reſurgentem perſeuerant in malitia, & pecuniam, quæ ad vſus templi data fuerat, vertunt in redemptionem mendacij.* Nouerint Eccleſiaſtici, qui pecunia è redditibus Eccleſiæ, & patrimonio Chriſti abutuntur vel ad vanitatem, vel ad luxuriam, quales habeant ſui ſacrilegij magiſtros & inuentores. Sed & ô impiam pecuniam malorum ſacerdotum, quæ de templo ſublata Iudam, vt Chriſtum proderet, & milites vt Chriſti reſurrectionem occultarent, negarêntque, in ſummam perniciem Iudaicæ gentis corrupit! Hæc eſt pecunia, quam homines inhianter appetunt, Chriſti ſanguini, vitæ, ac reſurrectioni prorſus inimica.

D. Ambr. *Aſtruitur Chriſti reſurrectio.*

D. Ambr.

Pſal. 87. 3. & 27.

Milites cuſtodes ſepulchri Chriſti reſurrexiſſe teſtantur.
Matth. 28.

S. Hieron.

Intoleranda Iudæorum nequitia.

Pecunia Iudam, & milites armauit contra Chriſtum.

12. At quàm illud ſtolidè, quàm inaniter dictum! *Nos ſuadebimus ei*, ſcilicet Pilato præſidi: arbitrantur miſeri poſſe mendaciis & fraudibus perſuadere ſe Pilato, illúmque ſine

A dubio crediturum non reſurrexiſſe de ſepulchro quem occiderant. *Nos ſuadebimus ei. Sed orbi non perſuaſiſtis* occurrit egregie S. Cyrill. Hieroſol. catech. 14. Crediderit ergo Iudæorũ mendacio præſes. Quis ille tandem ad omnes gentes, quæ crediderunt? Pendebat in cruce Dominus IESVS, *& Iudæi* (vt ſcribitur) *ſedentes ſeruabant eum.* Matth. 27. ô verba ſacra myſteriis! Pulchrè, ſiquidem S. Ambr. *Iſti ſeruabant IESVM, & hodie ſeruant, ne cui de paſſione deſcendat.* in cap. 23. Luc. Nolunt Iudæi vt Chriſtus de paſſione, de cruce, de morte, de ſepulchro, de ignominia exeat: ac fruſtrà prohibere conantur exituin illos, qui viuus, qui immortalis, qui cognitus, qui adoratus à gentibus regnat in mundo, Chriſtianus honorat; Iudæos humiliat, flagellat, plenos ignominiâ tradit gentibus exſibilandos. ô ſtulti! ô ſtupidi, mortuum adhuc dicitis, viuum negatis! quomodo igitur mortuus veſtrum abſtulit regnum, templum ſuccendit, Hieroſolymam euertit; vóſque ipſos multis atrocis calamitatibus, patriâ exortes, infamiâ notatos, in ludibrium per omnes terrarum oras, gentéſque diſperſit? Quod Propheta contra Niniuē Chaldæorum, cuius typo ſacrilega Ieroſolyma exprimitur, indignabundus dixit, ſimiliter aduerſus illam intelligitur dictum: *Vbi eſt habitaculum leonum, & paſcua catulorum leonum; ad quam iuit leo vt ingrederetur illuc: Catulus leonis, & non eſt qui exterreat; leo cepit ſufficienter catulis ſuis, & necauit leænis ſuis, & impleuit ſpeluncas ſuas prædâ & cubile ſuum rapinâ.* Nahum cap. 2. Sylua

S. Cyrill. Hieroſol.

Iudæi reſurrectionem Chriſti occultare uſquedo non potuerunt.

Matth. 27.

D. Ambr.

Fruſtrà Iudæi reſurrectionẽ Chriſti occultare contendunt.

Iudæi à Chriſto euerſi & diſperſi.

Nahum 2.

C quidem Hieruſalem, vti etiam vocat Hieremias cap. 12. leones & leunculi principes & populus Iudæorum; pugnarunt illi cum agno illo mitiſſimo, qui obmutuit etiam cùm exoſſaretur: at ſimul erat leo, qui Iudæos non quidem fortitudine, ſed feritate leones intercepit: eóſque poſt vaſtatam & ſuccenſam illam ſyluam ferè cunctis in prædam gentibus diſtribuit: meritò igitur inſultant Prophetæ: *vbi eſt habitaculum leonum?* vbi eſt illa Hieruſalem, quæ contra Dominum IESVM inſurrexit, cúmque verberibus conciſum ſuſpendit in ligno? Annon obſeſſa, expugnata, ſolóque æquata fuit? Nimirum Dei iuſtitiam contra ſeipſam incitauit, cuius illa eſt horribilis

Hierem. 12.

Chriſtus agnus pariter & leo.

D admodum indignatio: *Facta eſt mihi hæreditas mea, quaſi leo in ſylua: dedit contra me vocem: ideo odiui eam.* Hierem. 12.

Odio eſt Deo Iudæorum gens terráque.

Hierem. 12.

13. *Quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt inania aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius?* Pſalm. 2. Vani quidem omnes Iudæorum, & gentilium, qui Dominum IESVM crucifixerunt, conatus; inania illorum conſilia: victi ſunt tandem omnes ab ipſo, quem occiderunt. Viuus regnat, quem inter latrones morti turpiſſimæ addixerunt: *Ego autem* (inquit ipſe) *conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion prædicans præceptum eius.* Pſalm. 2. Legunt alij: *Recenſebo decretum.* Quòd ſcilicet Æternus Pater conſtituerat, filióque ſuo indixerat. Sed quodnam illud?

Pſal. 2.

Iudæorũ & gentilium cõtra Chriſtum vani conatus.

Pſal. 2.

Extrema Iudæorum ſubuerſio per Chriſtũ.

E *Reges* (adiungit) *eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* ibid. O admirabilem Chriſti Domini clementiam! ô agnum manſuetiſſimum! Nec licèt flagellatus, irriſus, deſpectus, occiſus à Iudæis contra illos tamen vllam animo concepit iracundiam: ab omni prorſus erat alienus vindicta: neceſſéque proinde fuit vt Æternus Pater, ne tam execranda impietas maneret impunita, præceptum filio imponeret, vt ſuos illos interfectores ferreâ virgâ percuteret; debitáque ſeueritate correptos omni-

A no diſperderet; nec aliquid amplius de tam perfida, & ſacrilega gente ſupereſſet; niſi quæ de fictili vaſe, cùm perfringitur, manent fragmenta, & quæ portando igni deſeruiant, vel quæ proiiciantur in cœnum.

14. Heu vos infelices! Quid ergo vobis fiet? Armatum contra vos habens Deum Patrem, cuius vnigenitum filium occidiſtis? Et qua ratione Deum iratum effugere poteritis? Audite veſtrũ illum Prophetam: *Ruit Hieruſalem, & Iudas concidit, vt prouocarent oculos maieſtatis eius.* Iſai. 3. Hebr. *ſtudia eorum contra Iehouah ad lædendos oculos ſplendoris eius.* Chriſtum ſcilicet Dominum vocat Propheta oculos ſplendoris, ſeu oculos ſplendentes, ſeu oculos maieſtatis Æterni Patris:

Iſai 3.

Chriſtus oculi Patris.

B quos nimirum Iudæi vehementiſſimè offenderunt, ignominiæ mortíſque tenebris obſcurarunt: atque (vt legitur) *velauerunt faciem eius.* Luc. 22. vt riſui contemptuíque habentes Dominum in domo principis faciliùs alapis & pugnis cæderent: & ſubindè detectam faciem, oculóſque turpiſſimis ſputis dehoneſtarunt. Quid mirum igitur, ſi Deus omnipotens tot tantaſque inſulitas filio ſuo illatas iniurias vindicaturus extremo atque irreparabili exitio infamem illam, vbi tam nefarium execrandúmque illud flagitium patratum eſt, vrbem æternis traditam flammis, punitam redegerit in cineres: Iudæóſque ipſos tanti facinoris autores irrenocabili damnatos exilio per orbem vniuerſum trahat in ludibrium, riſúm-

Luc. 22.

Opprobria paſſus eſt Dominus in domo Caiphæ.

Æternus Pater muni filij vlciſcitur in Iudæos.

C que mortalium? Oculos ipſos Dei læſiſtis ô Iudæi, cùm IESVM Nazarenum Dei filium interemiſtis! veſtra igitur veſtríque regni, Reip. nominis, famæ, gloriæ in finem perſeuerabit deſolatio. Dan. 9.

Dan. 9.

15. *Dormiemus in confuſione noſtra, & operiet nos ignominia noſtra, quoniam Domino Deo noſtro peccauimus.* Hierem. 3. Verè id quidem dicitis ô Iudæi; quia Meſſiam ipſum Dominum Deum veſtrum vobis promiſſum de veſtro ſanguine, inter vos natum, habitantem, miracula facientem, innumeras in veſtram ſalutem & gloriam virtutes operantem, denique vobis datum abnegaſtis, & peremiſtis: idcircò perfidiæ veterno conſopiti iacetis in veſtra impietate; vobiſcũ dormit veſtra

Hierem. 3.

Ignominia continua & indelebilis Iudæorum.

D ignominia, quã nullus vnquam à vobis excutiet, nunquã illa excitata recedet à Iudaica gente, nũquam vlla ætas illam conſumet, nulla vnquam delebit obliuio: vel in ipſo per gentes exilio. Iudaici nominis viua in ſempiternũ quieſcet infamia. *Operiet*, (inquiunt) eò quòd miſeri quocunque ſe vertant, infami hoc pallio amicti ab omnibus dignoſcuntur, notantúrque, tanquam deſpecti, ignaui, ad riſum, in ſibilum (vt à Prophetis prædictum fuerat) omnium terrarum nationibus expoſiti. Profectò ne pereatis in æternum, atque vt in præſenti veſtram iſtam infamiam apud homines exuere poſſitis, Chriſtum ipſum IESVM, quem interfeciſtis, recognoſcite veſtræ gentis Meſſiam, veneramini Deum hominem; ſequimini,

E diligite Redemptorem: *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite diſciplinam:* veram ſcilicet illius fidem, *ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via iuſta.* Pſalm. 2. Leo ſiquidem eſt; catulus leonis eſt, qui modò peccatorum, & hoſtium ſuorum iniurias aliquandiu diſſimulans accubuiſſe dormiſséque videtur. Sed exurget tandem: *Leo rugiet; quis non timebit?* Amos 3. *Dominus de cœlo rugiet, rugiens rugiet ſuper decorem ſuum.* Hierem. 25. Super filium ſuum, quem ſuſpenderunt Iudæi, quem peccatores offendunt, illi

Vnum in Chriſto ipſo remedium habent Iudæi.

Pſal. 2.

Amos 3.

Hier. 25.

ſcilicet

ſcilicet illatas iniurias vindicaturus. At quanto ſibi peccatores melius conſulent, ſi Chriſtum IESVM Dei filium, verum Meſſiam, mundi Redemptorem conſiteantur, diligant, venerentur: ſi patrem illum miſericordem, propitium, mitémque audiant, accipiant, amplectantur: quàm ſi iudicem iratum, ſupplicia comminantem & intentantem, telo ſuæ iuſtitiæ ſuos hoſtes ferientem: ſi denique agnum, non leonem experiantur.

Satius Chriſtum agnū, quàm leonē experiri volimus.

SECTIO VIII.

Non auferetur ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius.

1. NObiliſſima ſanè Prophetia de Chriſto IESV Dei Virginiſque filio, quæ Iudæorum perfidiam vehementiſſimè perſtringit, cœcitatem reddit inexcuſabilem. Tempore ſiquidem circumſcripto negare, ſi lapides non ſunt, haud poſſunt, quod iam factum & completum demonſtratur. Hebr. *xebet* שֵׁבֶט virga ſcilicet dominationis, vti Pſalm. 44 *Virga directionis, virga regni.* Vertunt LXX. *Princeps.* Chald. *Habens principatum.* Aquila, vt & nuller interpres, *Sceptrum.* Senſus eſt: Non deficiet regnum, non deficiet Rex de genere Iudæorum, ex quo ſemel ex tribu Iuda gens regnúmque Iudæorum habere cœperit Reges. Nunquam exinde Rex regnúmque C deficiet; nunquam Iudaicum regnum decidet in poteſtatem Regum, qui alienigenæ ſint & non Iudæi, quouſque promiſſus à Deo Meſſias in mundum aduenier. Seu clariùs: Vbi primùm Rex alienigena tranſlatum à Iudæis regnum Iudææ tenuerit, orietur in mundo patribus à Deo Meſſias promiſſus. His poſitis dubius mihi multum animus pendet; num oporteat de præſenti argumento diſſerere contra Iudæos. Enimverò fruſtra ſuſceptus videbitur labor cum cœcis, quibus ſol veritatis occubuit, & qui cimmeriis conſepulti ſunt tenebris, de luce ipſa per vniuerſum orbem intermicante diſputationem inſtituere. Quid quæſo aliud ſignificant tenebræ illæ, quæ factæ ſunt, cùm IESVS Nazarenus in patibulo D Crucis a Iudæis irrideretur, & torqueretur? Nimirum (quod S. Ambr. optimè animaduertit) *ſol occidit ſacrilegis; vel refugit, vt funeſti ſpectaculum ſceleris obumbraret: tenebræ offuſæ ſunt oculis perfidorum, vt fides lumen refulgeret.* in cap. 23. Luc. Pattaſe tam execrandum illud ſacrilegium veriti non ſunt Iudæi; quod ſol ipſe, ne videretur à creaturis, ſubtractis à mondo luminibus cenſuit occultandum: & quibus perfidiæ tenebris Iudæorum mentes eſſent conſepultæ, inductâ in orbem inſolitâ caligine ſignificauit. Benè S. Chryſoſt. adnotauit: *Iram Dei propter facta Iudæorum commotam eſſe tenebræ illæ ſignificabant.* homil. 89. in Matth. qui ſcribit: *A ſexta hora tenebræ factæ ſunt per vniuerſam* E *terram.* 27. Subtiliùs adhuc Origen. de huiuſmodi tenebris diſſerit ad hunc modum: *Sicut Moyſe manus extendente in cælum factæ ſunt tenebræ ſuper Ægyptios tenentes in ſeruitute ſeruos Dei.* Exod. 10. *Extendit Moyſes manum in cælum, & factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Ægypti. Vbicunque autem habitabant filij Iſrael, lux erat. Similiter & Chriſto in ſexta hora manus extendente in cruce ad cælum ſuper populum, qui clamauerat, Crucifige eum, factæ ſunt tenebræ, & ab omni lumine ſunt priuati Iudæi, in ſignum tenebrarum futurarum, quæ comprehen-*

Pſal. 44.

Inexcuſabilis Iudæorū cæcitas.

S. Ambr. *Sol diem abſtulit, perdē-ti in Cruce Conditore.*

S. Chryſ. *Cæcitas Iudæorum tenebris in morte Chriſti ſignificata* Matth. 26. Exod. 10. Orig.

A *ſura erant gentem Iudæam. At lumen illuminat vbique omnem Eccleſiam Dei in Chriſto.* hæc Origen. tract. 35. in Matth.

Solis Chriſtianis dies eſt.

2. Tempus erit, cùm miſeri ſuam iſtam cœcitatem confeſſi ſerò tamen deplorabunt: ſcilicet cùm videbunt filium hominis hunc ipſum Chriſtum IESVM Nazarænum, quem crucifixerunt, *Venientem in nubibus cæli cum poteſtate magna & maieſtate.* Matth. 24. clamabunt perfidi: *Ergo errauimus a via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis.* Sap. 5. Omnibus quidem ortus eſt ſol, ſed Iudæi ſuis iacere in tenebris, quàm meridiano ſolis fulgore perfrui maluerunt. At habent libros Moyſis & Prophetarum: Cur ergo in illis veritatem non inquirunt, B fulgentem non vident? Portant quidem codices ab aliis benè oculatis perlegendos, quos ipſi portatores non perlegunt. Hinc illud egregiè ſcripſit S. Auguſt. *Reproba gens Iudæorum per infidelitatem, à ſedibus extirpata per mundum vſquequoque diſpergitur, vt vbique portet codices ſanctos; ac ſic Prophetiæ teſtimonium, quo Chriſtus & Eccleſia prænunciata eſt, ne ad tempus à nobis fictum exiſtimaretur ab aduerſariis proferatur: vbi etiam ipſos prædictum eſt non fuiſſe credituros.* epiſtol. 3. Habent igitur Iudæi manus, quibus ſacra volumina portent; non tamen oculos, quibus illa poſſint legere: baiuli librorum Iudæi; at Chriſtiani librorum ipſorum lectores, interpretes, ac magiſtri. At nobis tandem clamantibus; & ipſimet veritati, quæ iam totum repleuit C orbem, perſonanti aures fortè accommodabunt? Ne id quidem facient. Ad aures ſcilicet loquemur, ad cautes clamabimus; quod & ipſi Deo contigit: *Audite* (inquit) *vocem meam; & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam.* Hierem. 7. Ac diſperſio quidem iſta Iudæorum per orbem pœna fuit auctum illarum, quæ Deum hominem ad illos clamantem non audierunt: id enim conteſtatur Oſeas: *Percuſſus eſt Ephraim: radix eorum exſiccata eſt: fructum nequaquam facient. Abiiciet eos Deus meus; quia non audierunt eum. Et erunt vagi in nationibus.* cap. 9. Quid clarius? vti prædixit Oſeas, ſic videmus completum in populo vniuerſo Iſraëlitarum, quem Propheta ſub illius tribus impiiſſimæ D nomine comprehenſum ſignificauit.

Serò tandem Iudæi ſuam deplorabunt cæcitatem. Matth. 24. Sap. 5. *Iudæi tenebras, quàm lucem malunt.*

S. Auguſt. *Iudæi portant nobis codices ſcripturarū, ſed non legunt.*

Iudæi baiuli ſcripturarū, Chriſtiani lectores.

Iudæi cæci & ſurdi.

Hierem 7.

Diſperſio per gentes Iudæorum. Oſeæ 9.

3. Annon omnes vbique terrarum gentes hanc Iudæorum pœnalem diſperſionem ſuis oculis contemplantur? Annon omnibus conteſtata eſt Iudæorum infelicitas, quam ſubinde Tertull. ſuo tempore notam gentibus hoc pacto deſcripſit? *Iudæi diſperſi; palabundi; & cæli & ſoli ſui extorres vagantur per orbem ſine homine, ſine Deo Rege: quibus nec aduenarum iure terram patriam ſaltem veſtigio ſalutare conceditur.* Apolog. ad gent cap. 21. Et quidem hæc ipſa diſperſio longè adhuc infelicior eſſe ex vaticinio Zachariæ videtur. Vidit ille amphoram, & in medio eius plumbeum talentum: *egrediebatur amphora, & duæ mulieres leuauerunt amphoram inter cælum & terram, hæc eſt oculus vniuerſæ* E *terræ.* cap. 5. Admirabilis profectò ſupplicij Iudæorum deſcriptio. Duæ mulieres Iuſtitia & Ira Dei amphoram illam, hoc eſt, ſynagogam, menſuram vtique omnium flagitiorum, quorum erat extremum illud talentum plumbi, quo ſignificatur obſtinata impietas, odiúmque implacabile Iudæorum aduerſus Deum, & aduerſus Chriſtum eius. Illam ergo amphoram, ſeu ſynagogam, nationémque Iudaicam leuauerunt, &c. *Videmus ſiquidem* (declarat Rupertus) *Iudæos leuatos inter cælum, & terram; quia nec terra ſua capit eos, nec*

Tertull. *Iudæorum à patria expulſio, exilium, diſperſio.*

Zachar 5. *Obſtinatio Iudæorum.*

Rupert.

Iudæos nec cœlum, nec terra admittit.

Iudæorum ſignifer Iudas.

Zach.5.

Iudæorum peccata gẽtibus nota.

S.Hieron.

A *cœlum admittit. Et quemadmodum ſignifer eorum Iudas perijt ſuſpenſus inter cœlum & terram: & vt ait quidam, cœlo terraque peroſus. Sic & iſte populus a terrena Hieruſalem excluſus, & cœleſti factus indignus quaſi pendet inter cœlum, & terram.* Et ne putaretur hoc factum in angulo, vel in tenebris, dixit Angelus Prophetæ: *Hæc eſt oculus vniuerſæ terræ.* ibid. *Oculus*, (exponit S.Hieron.) *id eſt, oſtenſio peccatorum omnium, vt quorum vitia diſperſa latitabant, in vnum coacervata oculis omnium panderentur: & egrederetur de loco ſuo Iſrael, & cunctis gentibus qualis in terra ſua fuerit, monſtraretur.*

Completa menſura impietatũ Iudaicæ gentis Chriſti cæde.

Matth.23.

Dei auerſio, & Iudæorũ obſtinatio pariter perſeuerant.

4. Sedens in amphora mulier dicitur ab Angelo Impietas: videlicet illa ſacrilega & barbara inhumanitas, quam truculentiſſimi Iudæi exercuerunt in Dei filium ipſorum Meſſiam Regem, B quem in patibulo crucis necauerunt; quo tandem facinore impleuerunt menſuram & patrum ſuorum, & ſuam. Matth. 23. Ac propter illud in exilium ſempiternum ab ipſo Deo expulſi ſunt. Ac illo quidem plumbi talento ſignificatur ſimul & Dei auerſio, & illorum obſtinatio. Deus enim inexpiabili odio proſequitur Iudæos, quandiu in ſua illa plumbea perſeuerant obſtinatione; cœlo terræque, Deo, Angelis, hominibúſque inuiſi & exoſi. De hoc ſcilicet populo cecinit Propheta: *Dilexit maledictionem, & veniet ei: noluit benedictionem, & elongabitur ab eo: Et induit maledictionem ſicut veſtimentum; & intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſſibus eius. Fiet ei ſicut veſtimentum, quo operitur; & ſicut zona quâ ſemper præcingitur.* C

Pſal.108.

Pſal.108. Et quidem in hoc Pſalmo æquè de Iuda proditore, atque de populo Iudaico agitur, vt benè oſtendit S.Hieron. Elegerunt itaque Iudæi Cæſarem: *Nos non habemus Regem, niſi Cæſarem.* Ioann.19. *Petierunt Barabbam latronem & homicidam, auctorem verò vitæ interfecerunt.* Act. 3. Illam ergò Dei ad Patres promiſſam benedictionem Meſſiam Dei filium incarnatum recipere noluerunt.

Ioann.19.

Maledictionibus repleta gens Iudæorum.

Act.3.

Quid mirum igitur ſi omnium gentium maledictis feriantur; ſi omnibus à Deo & hominibus inceſſantur maledictionibus? Elongata eſt ab illis omnis Dei benedictio: ipſe Meſſias eiúſque ſalus & gratia procul ab illis expulſa conſedit, quieuitque in gentibus ad Meſſiæ fidem conuerſis. Intùs & exteriùs maledictione repleti, D vti aquam bibunt odium, & impietatem aduerſus Chriſtum IESVM Dei filium. Exteriùs iſta ipſa impietate, ſimul cum ſua pertinacia, ſicut oleo peruncti cunctis gentibus feſtiui, ſcandalo, execrationíque habentur. Sicut oleum dicit Propheta: quia Iudæi quocunque ſe vertant, teterrimum ſui ſacrilegij. (ô ſpurcum oleum!) atque in Chriſtum IESVM, ipſiúſque fideles exhalant odorem. Nec Iudæos, etſi vim feceris, etſi argumenta quanuis inſolubilia, rationéſque ex ipſa diuina ſcriptura potentiſſimas adhibeas, facilè tamen apprehendes, & conuinces: oleo ſiquidem peruncti leuiter ſe expediunt, fugiunt, elabuntur: delibuta illorum impietas prehendi neſcit, teneri difficilè poteſt. Sexcentos quidem prius gentiles, quàm vnum conuertas Iudæum. E

Nota vbique impietas Iudæorum.

Summa difficultas vel vnum conuertendi Iudæum.

5. At præteriri non debent omnia, quæ in hoc eodem Pſalmo euidenter admodum in Iudæorum tam perfidiam, quàm infelicitatem conueniunt; paucula delibabo. *Fiant filij eius orphani.* Pſal.108. *ex Iuda Iſcariote proditore carnales filij Iudæi*; declarat S.Hieron. ô mali filij ex tam nefario parente! Quid quæſo boni, quid ſancti, quid felicis de Iudæis expectari poteſt, cùm infeliciſſi-

Pſal.108.

S.Hieron.

Iudas proditor Iudæorum pater.

A mum, ac ſceleſtiſſimum, & qui ſuſpenſus à ſe ipſo crepuit medius, patrem habeant? *Et vxor eius vidua.* Pſal.108. *Synagoga*, (ait Hieron.) *quæ prima facta eſt vxor Dei, deinde repudium accepit à ſaluatore, & facta eſt vxor Iudæ proditoris.* O funeſtum coniugium adulteræ, repudiatæ à Deo, cum proditore mortalium omnium ſceleſtiſſimo! His ergo parentibus nati hodie Iudæi quid ni omnibus flagitiis cooperti contra Deum & contra Chriſtum filium eius inſurgant? *Nutantes transferantur filij eius, & mendicent, & eiiciantur de habitationibus ſuis.* Pſal. *Ex illo tempore* (inquit S.Hieron.) *ex quo Dominus crucifixus eſt, ex tunc ſemper mouentur Iudæi, non ſtant in ſuo loco: ſed in toto diuiſi orbe ſunt. Et mendicent.* Pſal. *Mendicitatem dicit diuitiarum* B *ſpiritualium. Non enim habent Prophetas, non legem, non ſacerdotium, non ſacrificium; ſed verè mendici facti ſunt.* ſic Hieron. Habent etiam extremam temporalium bonorum indigentiam, & verè mendicitatem: Vbique enim gentium profeſſi Iudaiſmum abiecti ſine vllo inter homines bonore, deſpecti, infaméſque nec miſeris permittitur quicquam de terrenis prædiis ac patrimoniis poſſidere: vitámque proinde cerdones, ferrarij & cũſimilium ſeruilium officiorum operatores ac miniſtri tam ignobilem, quàm anguſtam trahunt vitam. Soli autem qui de natione Iudaicâ inter Chriſtianos fidem exteriùs ſaltem profitentur, gaudent honoribus, diuitiis abundant, felici vitâ in terris perfruuntur. Quod quidem illorum per C ſonam induens prædixit Hierem. *Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris: Cui diximus: In vmbra tua viuemus in gentibus.* Thren.4. Viuunt iſti quidem in vmbra Chriſti inter gentes: cæterùm qui ſolâ vmbrâ contenti Chriſtianæ fidei adhuc tamen Iudaiſmum obſeruant, aliquando tandem euaneſcente vmbrâ, quâ regnarut, deprehenſi in ſuis flagitiis, perfidiæ ſuæ meritas luunt pœnas publico incendio abſumpti.

Pſal.108.

Iuda ſynagoga repudiata à Chriſto nupſit adultera.

Deſpecti, vendiſque Iudæi ſunt profeſſi ſuperſtitione.

Iudæi Chriſtianam fidem profeſſi viuunt diuites & honorati.

Thren.4.

Apoſtatæ à Chriſto Iudæi contremantur publicitùs.

6. *Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius.* Pſal.108. *Fœnerator Dominus* (declarat S.Hieron.) *manifeſtè exigit, quid factum eſt? Diripiant alieni labores eius, quia vaſtati ſunt a Romanis. Non ſit illi adiutor, nec ſit qui miſereatur pupillis eius.* Pſalm.108. D *In illo tempore* (inquit S.Hieron.) *non habuit populus Iudæorum adiutorem. Reſpondete mihi ô Iudæi. Fuiſtis in Babylonia, habuiſtis ibi Prophetas, Daniel, & Ezechiel; & tamen idololatræ eratis. Septuaginta annis fuiſtis in captiuitate; & poſteâ veniſtis in propria. Ecce nunc quadringenti anni, quare non eſt miſſus ad vos Propheta? In illo tempore idola colebatis, & miſerebatur veſtri Deus. Nunc autem non colitis idola, quare dereliquit vos Dominus? Ecce nunc quadringenti anni ſunt. Sed tunc dereliquiſtis Dominum & idola colebatis. Nunc autem Dominum crucifixiſtis, & interfeciſtis: & ideò non erit vobis adiutor.* hæc S.Hieronym. Præualidum ſanè argumentum, quo tenetur conſtricta & conuicta Iudæorum perfidia. Sed quotidie fit validius, atque inſolubilius; quippe nunc E iam ſunt, vltra mille ſexcentos, anni, ex quo nec Prophetam, nec adiutorem habent: illos quidem habuerunt in exilio damnati propter idololatriã, ergo ſi nunc illis præſidiis poſt mille ſexcentos annos priuati extra patrium cœlum, ſolúmque vagantur, cauſa eſt grauius aliud flagitium, quod admiſerint, quam ſit idololatria. Et quodnam obſecro illud eſt, niſi iniuſtiſſima & impiiſſima abnegatio ſimul & interfectio Dei hominis Chriſti IESV Nazareni ab illis crucifixi? *In generatione vna deleatur nomen eius.* Pſal. vbi S.Hier.

Pſal.108.

D.Hieron.

Pſal.108.

D.Hier.

Iudæi etiam cùm idololatræ, habuerunt Prophetas.

Iudæi poſt Chriſti mortem Prophetas & Prophetiam nõ habent.

Iudæorum euerſio in pœnã grauioris peccati, quàm ſit idololatria.

Grauiſſimũ Iudæorum delictũ mors Chriſti.

Pſal.108.

O Pro

S. Hieron. *Euerſio Hieruſalem poſt paſſionem Domini 40. anno.*

O Prophetiæ! ô ſacramentum Prophetiæ! Poſt paſſionem Domini quadraginta duo anni tranſierunt, & in quadrageſimo ſecundo anno deleta eſt Hieruſalem. Siquidem perfecta ætas quadrageſimo anno venit.

7. Sed in hoc ipſo vaticinio adhuc quæro amplius. Cur non ſtatim à paſſione Domini, ſed poſt quadraginta annos Iudæi euerſi ſunt, & illorum Ieroſolyma incenſa & deleta fuit? *In hoc* (reſpondet S. Hieron.) *clementia eſt Domini. Crucifixerunt eum: & quadraginta duos annos dedit eis ad pœnitentiam. Ego ſimpliciter dico: Propterea interfecit eos poſt quadraginta duos annos: quia ex illis, qui crucifixerunt Dominum, nemo remanſerat.* Sic intelligo Chriſti Domini orationem illam: *Pater dimitte illis: non enim ſciunt quid faciunt.* Luc. 23. Etenim Iudæorum, qui tunc Dominum crucifigi curarunt & petierunt à Pilato, partim conuerſi crediderunt in Chriſtum, partim dilato ad pœnitentiam ſupplicio poſt quadraginta duos annos deleti omninò ſunt, cùm iam de illis ſpes nulla pœnitentiæ ſupereſſet. Atque in his ipſum in tam longum annorum ſpacium dilatum ſupplicium culpæ dimiſſio quodammodo videtur eſſe: ac Dominus ipſe clementiſſimus IESVS poſt tot annos Iudæis irrogare pœnas iam pridem meritas non tam pro vindicanda ſuâ morte, quàm pro caſtiganda illorum impœnitentia viſus eſt. At qui ex illa ſubuerſione Iudæi diuino conſilio relicti per gentes vagantur: *Viui ſunt* (inquit S. Bern.) *characteres paſſionis Chriſti.* epiſt. ad Colonienſes. Scilicet omnes (quocunque accedunt Iudæi) etiam rudes & illiterati legunt, hoc eſt, clarè intelligunt huiuſmodi gentem eſſe illam, quæ quòd peremerit Agnum Dei, hoc tam miſerabili exilio mulctata, propriis expulſa ſedibus per alienas toto orbe prouincias in opprobrium humani generis diuagari coacta ſit. Cæterùm ex verbis S. Hieron. aliud videtur poſſe colligi: nimirum intra illos quadraginta annos ante Iudaicæ gentis euerſionem de crucifixoribus Domini, neminem ſupereſſe viuum, in quem extrema illa pœna deſæuiret: ſed omnes fuiſſe extinctos: vt ſic per orationem Domini dimiſſa quodammodò videretur eorum impietas, cùm ſcilicet illi ad extremam ſuæ gentis & patriæ ſubuerſionem reſeruati non fuiſſent.

Luc. 23. *De crucifixoribus Domini nullus remanſit.*

Chriſti clementia in euerſione Iudæorum.

S. Bern.

Oſeæ 1.

S. Hieron.

8. *Vitis frondoſa Iſraël:* dicebat Oſeas cap. 1. ſeu vti vertit Symmach. *quæ tota in frondibus creuerit. Scilicet* (declarat S. Hieronym.) *vites quæ non putatæ à vinitore, in flagella frondéſque luxuriant, & humorem, quem debuerant in vina mutare, vana frondium, & folıorum ambitione deſperdunt.* Profectò ſi ante aduentum Chriſti vites erant frondoſæ Iudæi, nunc vel maximè ſic appellari debent. Nullus quidem hodie in illis fructus veræ fidei, ac diuinæ gratiæ; nullum in virtutibus ſtudium; quod eſt legis prouentus. Sola verò contenti foliorum & frondium inanitate de ritibus, de cæremoniis Moſaicis, in quibus nihil iam eſt maturum, ſolidum, purum, ſanctum, agunt miſeri: Moyſen loquuntur, Moyſen etſi peruersè intellectum auſcultant; ſui potiùs auſcultare ſe arbitrantur: Deum verò neſciunt; Deum nec ſcire, nec audire volunt. Quod quidem iam tunc ad radices montis Sinai, cùm Deus de cœlo legem illis promulgare vellet, ſignificarunt dicentes ad Moyſen: *Loquere tu nobis, & audiemus: Non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur.* Exod. 20. Moyſen hodie miſeri audiunt, Deum audire nolunt: videlicet vmbras illas Moſaicæ legis amplectuntur; veritatem, quæ illis adumbrata fuit, oderunt: folia,

Exod. 20.

A frondéſque amant; de fructu arboris Iſraëliticæ, quem Chriſtiani homines edunt, non curant. At veriùs dixerim: iam Iſraël non eſt frondoſa vitis, licèt talis fuerit Oſeæ tempore: quippe quæ nec folia, nec frondes habet. Exſiccata eſt vitis, emarcuit truncus, exaruerunt folia, & frondes; ſolæ ſtipulæ remanſerunt. *Radix enim eorum* (dicit Oſeas) *exſiccata eſt.* cap. 9. Dei ſcilicet prouidentia, in qua Iudæorum Reſp. & felicitas fundata tot per annos ſteterat, ablata illis eſt: prorſuſque gens illa exaruit; cùm ſine Rege, ſine regno, ſine Rep. ſine ſacerdotio, ſine templo, ſine ſacrificio, ſine Propheta, ſine Meſſia, ſine Deo, *diſperſi* (inquit S. Cyprian.) *& palabundi vagantur; ſoli & cœli ſui profugi per aliena hoſpitia iactantur.* lib. de idolol.

Oſeæ 9. *Exſiccata omninò Iudæorũ Reſp. gens, & memoria.*

S. Cypr.

B At quid iſti peccarunt, vt inexpiabili pœnâ diuexentur? *Ipſimet* (reſpondet idem Cyprian.) *teſtantur, qui etſi voce taceant, exitu confitentur.* Portant nimirum Iudæi ſecum ſanguinem innocentis illius IESV Nazaræni, quem ipſorum patres occidentes dixerunt: *Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Matth. 27. Non illo quidem ſanguine, quem fuderunt, ablui volunt, ſed ob illum Dei vindictam vltrò poſtulant.

Matth. 27.

9. Secum Dei portant iram; gratiam Dei non habent, quæ tota in gentes tranſlata eſt; quod ſuo illi Gedeoni præmonſtratum aliquando fuit. *Rore quidem in primis totum maduit vellus, & in omni terra fuit ſiccitas: deinde fuit ſiccitas in ſolo vellere, & ros in omni terra.* Iudic. 6. *Quæ verba* (declarat Theodoret.) *innuunt Iſraëlitas quondam Dei gratiâ potitos eſſe, ſicut vellus rore: at poſtea vniuerſam hominum naturam adeptam eſſe ſpiritualia dona, quibus, tanquam rore vellus, priuatus eſt Iſraël.* q. 14. in Iud. Quid ergo adhuc ſicco vellere perfidiam veſtram operire, atque humectare contenditis? Siccatum eſt vellus, exaruiſtis miſeri. Iam Ionas arefactâ ſuâ illâ hederâ, cuius ad vmbram quieſcebat, ob ſolis ortum exæſtuat. Ion. 4. Nimirum (explicat S. Hieron.) *hedera ſub vna nocte nata eſt, & ſub vna nocte periit. Nocte nata ſignificat tempus ante aduentum Chriſti, qui mundi lumen fuit. Nox præceſſit, dies autem appropinquauit.* ad Roman. 13. *Vna nocte periit, quando occubuit Iudæis ſol iuſtitiæ, & Dei perdiderc ſermonem.* Gerebat ſiquidem Ionas Hebræus Iudaicæ gentis figuram. At duo illic maximè acciderunt digna, quæ expendamus. *Aſcendit vermis, & corroſit hederam, & cùm ortus fuiſſet ſol, præcepit Dominus vento calido & vrenti, & percuſſit ſol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat.* Ion. 4.

Iudæis ſons gratiæ exſiccatus. Iud 6.

C Theod.

Ion. 4.

S. Hieron.

D

Ion. 4.

10. Quis ille vermis, qui tam citò, tam fortiter vmbraculum Ionæ arefecit? Profectò ille, qui dicit: *Ego ſum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.* Pſalm. 21. Vox quidem ipſius Meſſiæ. Quare vermis? *Quia* (inquit S. Auguſt.) *mortalis, quia ſine concubitu natus; vermis enim de carne ſine concubitu naſcitur.* Simul ergo cum humilitate virginalis etiam ortus Chriſti per vermem ſignificatur. *Qui ſcilicet exinaniuit ſemetipſum habitu inuentus vt homo.* ad Philipp. 2. qui & de E ſeipſo dicit: *Perſecutus eſt hominem inopem & mendicum.* Pſal. 108. vbi S. Hieron. *Dominus inopem ſe dicit & mendicum: & quis in diuitiis ſuis gloriatur? Habetis conſolationem pauperes, & Dominus vobiſcum pauper eſt.* Nihil eſſe potentius ad confundendam diuitum ſuperbiam; & ad conſolandam, honorandámque pauperum & mendiculorum humilitatem poterat. *Excuſſus ſum ſicut locuſta.* Pſalm. 108. *Perſecuti ſunt me Iudæi & ſic me habebant quaſi locuſtas.* ita S. Hieron. Vbi vides Dominum appellare ſeipſum locuſtas propter multitudinem perſecutio

Pſal. 21.

S. Auguſt. *Chriſti humilitas humilium, & mendiculorum conſolatio.*

ad Phil. 2.

Pſal. 108. S. Hieron.

Pſal. 108.

A ſecutionem: vbicunque enim Iudæi Dominum videbant, ibi dolis, iniuriis, maledictis illum inſectabantur. S. Auguſt. intelligit hanc perſecutionem in membris Chriſti, ac propterea poni locuſtas non locuſtam. Itaque vermis apud Ionam, locuſta verò in Pſalmo dicitur Chriſtus, vt illius admiranda pariter atque imitanda commendetur humilitas. Vermis etiam typo ſignificatur admirabile illud ſupra omnem naturam miraculum, quo natus eſt homo ex matre Virgine.

S. Auguſt. Chriſtus ex matre Virgine prædit.

11. Vtramque ſignificationem vermis adducit de Chriſto Domino S. Ambr. *Cur totius Dominus creaturæ vermiculo ſe voluerit comparari? poſſumus hoc quidem humilitati primum aſſignare, quæ ſanctorum virtus eſt maxima. Sed magis illud accipiendum puto, quoniam vermis nullâ extrinſecus admixtione alienis corporis, ſed de ſola & pura terra procreatur: ideò illum comparatum Domino, quoniam & ipſe ſaluator de ſola & pura Maria generatur.* in Pſal. 21. Optimè quidem iuxta maieſtatem Dei venientis in mundum; vt non niſi de immaculata immaculatam carnem, quæ ſuæ Diuinitati perſonaliter vniret, puriſſimus Deus & puritatis amator aſſumeret. *Viderunt ingreſſus tuos Deus, ingreſſus Dei mei, Regis mei, qui eſt in ſancto.* Pſalm. 67. cecinit Propheta Chriſti maieſtatem admiratus. Ingreſſus Verbi in vterum Virginis, & ex illo ingreſſus in mundum, bis enim ponitur ingreſſus: quia conceptus & natus ex Virgine Diuinitatis & Regiæ maieſtatis argumentum fuit. Hic igitur ſecundum humilitatem, quam Deus homo ſuſcepit, à Iudæis vermis eſt habitus, vilis, abiectus, atque (vti S. Baſil. declarat) *ridiculus*. Crucifixum enim deridebant. Nullâ etiam commiſeratione ad illius dolores & cruciatus mouebantur inhumani hoſtes; ideòque vermis: quis enim doleat, ſi vermiculus vel proteratur, vel diſcerpatur? At hoc vermiculo, vti eſca contecta Diuinitas Verbi tanquam hamo diabolus interceptus, mórſque ipſa præfixa & lacerata periit. Hic vermis hederam Ionæ, hoc eſt, legem Moſaicam prorſus exeſam ſic areſecit, vt nihil ex ea vegetum, ſolidum, floridúmque reliquerit. Cùm tamen Niniue per pœnitentiam ſalua & incolumis ad conſpectum æſtuantis Ionæ ob areſactam hederam remanſerit in typum Eccleſiæ Chriſtianæ de gentibus congregatæ, quam diuinarum plenitudo gratiarum replenit. *Ciuitas verò* (adiungit S. Hieron.) *Niniue magna & pulcherrima præſignat Eccleſiam, in qua maior eſt numerus, quàm decem tribus Iſraël: quod & fragmenta in ſolitudine duodecim cophinorum ſignificant.* Matth. 14.

B

S. Ambr. Maxima ſanctorum virtus humilitas.

Pſal. 67. Conceptio & natiuitas ex Virgine matre argumentum diuinæ maieſtatis.

C

D. Baſil. Barbara crudelitas Iudæorum contra Chriſtum.

Chriſtus ſynagogam euertit, Eccleſiam glorificauit.

D

S. Hieron.

Matth. 14.

12. Cæterùm quia mentio hami fortè incidit, quo Diuinitas Verbi præfiguratur vti Patres Auguſt. Greg. Chryſoſt. aliíque accipiunt; pulchrè illud ex Epiphanio adiungam, qui ſimiliter Chriſti Diuinitatem hami ſymbolo ſignificatam intelligens; hæc adiungit. *Aue gratia plena, hami eſca ſpiritualis: in te ſiquidem hamus Diuinitas* ſerm. de Deipara. Mortalium ſcilicet animas, cordáque Deus omnipotens per Virginem matrem. hæc eſt eſca, illicitúmque hami diuinitatis, allicit, inuitat, expiſcatur. Profectò pietas erga Virginem Deiparam hominibus eſt ad Chriſtum certiſſima via, & in cœlum ſemita quædam compendiaria. *Quia tu es* (inquit S. Auguſt. Virginem alloquens) *ſpes vnica peccatorum, per te ſperamus delictorum veniam; & in te beatiſſima noſtrorum eſt expectatio præmiorum.* ſerm. 18. de ſanctis. Sed quis ille ventus vrens, quo afflatu exaruit hedera? Ille ſcilicet, de quo etiam Oſeas: *Adducet Dominus ventum de deſerto*

E

S. Epiphan. Per B. Mariam Deus animas ad ſe pertrahit.

S. Auguſt. Pietas erga B. Mariam compendiaria ad cœlum via

Oſeæ 13.

A *aſcendentem, & ſiccabit venas eius, & deſolabit fontem eius.* cap. 13. Aſcendentem de deſerto, declarat S. Hieron. *Intelligimus ventum illum, de quo in Abachuc legimus: Deus ab Auſtro veniet* cap. 3. *aſcendentem de deſerto. Deſertum intelligimus ſanctæ Mariæ vterum Virginalem, eò quòd abſque ſemine humano nullo frutice pullulauerit: ſed virga ſimplex atque puriſſima, & vnione fœcunda ediderit florem illum, qui dicit: Ego flos campi, & lilium conuallium.* Cant. 2. Hæc ille ad locum Oſeæ. Itaque Chriſtus Dominus & verme, & vento, & ſole ipſo torrente ſignificatur in deſtructionem Iudaicæ Reip. *Sunt etiam* (inquit idem) *qui vermem & vrentem ventum Romanos intelligant duces, qui poſt reſurrectionem Domini Iudaicam gentem funditus deleuerunt.* ad cap. 4. Ionæ. Mihi placet, vt per vermem intelligamus Chriſtum Dominum, qui talem ſe appellauit, vt vidimus: per ventum verò vrentem Romanos, qui iam per mortem Chriſti abrogatâ, & (vt loquuntur Theologi) mortuâ lege Moyſis, regnum ſubinde ipſum, patriam, gentémque Iudæorum omninò perdiderunt: ac deinceps poſt quadraginta duos annos à morte Chriſti (vti præmiſimus) lex illa eſt, eritque in ſempiternum mortifera.

S. Hieron. Abach. 3. Virginalis fœcunditas B. Mariæ aſtruitur

Cant. 2.

D. Hier. Extrema per Romanos euerſ. Iudæorum

B

Lex Moyſis poſt paſſionem primo mortua, deinde mortifera.

13. Quòd ſi iam mortua, imò & mortifera poſt tot annos eſt, quid ni videatur completum illud Iſaiæ, cùm Iudaici populi miſerandam prædiceret vaſtitatem: *Et erit pro ſuaui odore fœtor.* cap. 3. Cadauer eſt antiquata per Chriſtum Dei filium lex Moſaica. Quid igitur miſeri hodie in cadauere vitam, ſenſum, robur, bonúmque odorem requirunt? Quid quæſo cunctis terrarum gentibus graueolentius olet, quàm ridiculæ ſuperſtitiones & nomen ipſum Iudæorum? verè nunc ſanctus Iacob dicet ſuis nepotibus, quod olim filiis exprobrauit: *Odioſum me feciſtis Chananæis, & Pherezæis.* Geneſ. 34. Hebr. *Fœtere me feciſtis.* Quem locum iam ſuprà explicauimus. Scilicet & fœtidam & odioſam Iacobi poſteritatem apud gentes fecit perfidia Iudæorum, qui etiam nunc cadauerofæ legi, ac demum iam mortiferæ in odium Chriſti IESV veri Meſſiæ incubant cæci, ſtolidi, furioſi. Etiam Deo homini (quod magis mirandum eſt) cui quatriduanus ille in ſepulchro Lazarus non malè oluit, graueolentes ſunt Iudæi, quos tamen clementiſſimus Dominus de cruce, in quam ab illis fuit ſublatus, expanſis manibus ad ſuauem fidei odorem, ad vitam ſempiternam inuitat per Iſaiam: *Expandi manus meas tota die ad populum non credentem.* cap. 65. legunt LXX. *ad populum fœtentem.* At fœtorem Iudæi non moribus, animiſque tantùm, ſed etiam in corporibus habent, & exhalant, vti probat Baron. ann. 72. Nil mirum: ſcilicet mortuam, mortiferam, cadauerofam, iam ab hinc mille ſexcentos annos conſepultam, saniéque fluentem amplectuntur legem: putridos, tetrámque mephytim exhalantes cæremonias, ritúſque è ſepulchris eruunt, tractant, exoſculantur. Fœtere igitur faciunt Iſraëlem apud gentes perfidi qui nunc viuunt Iudæi.

Iſai. 3.

C

Lex Moyſis nunc eſt cadauer

Fœtent nunc Iudæorum ritus.

Gen. 34.

Fœtida & odioſa gentibus gens Iudæorum.

D

Iſai. 65.

Baron. Animis & corporibus fœtent Iudæi.

E

14. Quid ergo miſeri adhuc obſeruatis legem, quæ quia mortua viuis non prodeſt: & quia mortifera, viuos enecat? Veſtra illa gratia, illa ſpes, illa fiducia, illa conſolatio; bona illa, quæ legem cuſtodientibus Moſaicam promiſſa reddebantur; planè iam omnia euanuerunt. Illud manna, quo cibo vos ipſum ſuſtentabat cœlum, iam putruit; iam ſcatet vermibus. Quorſum enim Moyſes Dei monitu prohibebat: *Nullus relinquat*

Putuerunt antiqua omnia bona Iudæorum.

ex

Exod. 16. S. Ambr. Manna post ortum ſolis ſeruatum putrius.

ex eo in mane. Exod. 16. *Niſi quia* (vt egregiè notat S. Ambr.) *ſeruatum Manna vſque ad ſolis exortum, eſui iam eſſe non poſſet: id eſt, vſque ad Chriſti aduentum habere gratiam?* enarrat. 1. in Exod. Oriente quidem ſole ſeruatum ab infidelis Manna edi non poterat; adiicitur enim: *Qui non audierunt eum: ſed dimiſerunt quidam ex eo vſque mane.* ibid. Ergo poſt ortum ſolis nec edere licet Manna illud collectum, nec illud eſui aptum eſt. Sequitur enim: *Et ſcatere cœpit vermibus, atque computruit.* ibid. Audite nunc perfidi, qui adhuc Moſaicam legem obſeruatis! iam nox præceſſit, dies illuxit, ſol iuſtitiæ Chriſtus Dei & Virginis filius (*Oriens eſt nomen eius.* Zach. 6.) mundum ſuâ luce compleuit: veſtrúmque Manna iam computruit, ſcatet vermibus, Moſaica lex, antiqui ritus, cæremoniæ veluti ſepolchrales exuuiæ non putorem modò exhalant cuſtodientibus, ſed veneno etiam inficiunt obſeruantes. Et hæc ſatis fuerint contra perfidiam Iudæorum. Fortè non ſurdis dicta fuerunt. Nam & multos huius gentis Chriſtus habet verè, multúmque ſibi fideles, quorum pietas ex noſtro hoc labore nonnihil confirmabitur.

Ibid. Lex Moyſis poſt Chriſtũ putrida.

Zach. 6. In lege Moyſi nunc & putor, & venenum.

Ex gente Iudaica multi egregiè Chriſtiani.

15. *Non auferetur ſceptrum de Iuda.*] Mirum eſt quot & quàm futilia & ridicula, vt detorqueant à vero ſenſu Prophetiam, Rabbini hoc loco confingant. Nam in primis ſunt, qui Virgam transferant, eámque non dominationis, ſed tribulationis intelligant: cuiuſmodi erat illa, de qua Iſaias: *Aſſur virga furoris mei.* cap. 10. Pſal. 2. *Reges eos in virga ferrea:* qua ſcilicet Dei filius ſuis hoſtibus dominatur, eóſque violenter coërcet, peccantéſque flagellat. Et illud Iſaiæ: *A voce Domini pauebit Aſſur virgâ percuſſus.* cap. 30. Dæmon videlicet percuſſus virgâ illâ Ieſſe, nimirum Virgine Deipara, vt interpretatur S. Antonin. *Ipſa eſt virga virtutis.* Pſal. 109. nempe, vt declarat S. Bonau. *contra inimicos infernales, quibus virgo Dei mater magna virtute dominatur.* in ſpeculo Virg. cap. 3. Tremont ſcilicet fugiúntque dæmones, vti canes virgâ percuſſi; ad vocem Domini, ad nomen IESV, & Mariæ, vbi à fidelibus piè ſanctéque inuocatur. Quantum enim ſacroſancta hæc nomina IESV, & Mariæ ſimul pronunciata fidelibus dulcia & ſalutaria, tantum malignis ſpiritibus amara ſunt ac terribilia. Ideircò morituris ad fugandos & terrificandos animarum hoſtes identidem Inclamamus: IESVS Maria. Dicunt itaque Rabbini virgam hic intelligi Nabuchodonoſor, qui à Deo miſſus dicitur in euerſionem Iudaici regni. Verùm hac interpretatione nihil ineptius. Nam quod Patriarcha loquatur de principatu & poteſtate regia filij, & tribus Iudæ, manifeſtum eſt ex eo quod adiungit: *Ipſe erit expectatio gentium:* ſcilicet Meſſias ex tribu Iudæ. At Nabuchodnoſor fuit terror gentium, exitium, ſubuerſio mortalium: qui proinde illius infelicitatem, cùm tandem è culmine deiectus eſt, fauſtis acclamationibus celebraſſe dicuntur: *Quomodo ceſſauit exactor?* &c. Iſai. 14. Et cùm Iacob læta omnia, fauſta & glorioſa prænuncians de dominatu Iudæ, importunè admodum atque ineptè inſeruiſſet Iudaici regni, gentiſque euerſionem: Deinde falſum omninò eſt non receſſuram afflictionis virgam à tribu Iuda vſque ad Meſſiæ aduentum: cùm ea tribus regnantibus Dauide & Salomone fuerit florentiſſima. Conſtat itaque virgam hîc regiam, ſceptrum, inſigne dominatus, regalem poteſtatem prænunciari à Patriarcha: quod etiam amplius declaratur iis, quæ ſequuntur, verbis.

Iſai. 10. Pſal. 2.

Iſai. 30. B. Maria Dei virga, qua dæmon percutitur. S. Antonin. Pſal. 109. D. Bonau.

IESV & Mariæ nomina fidelibus dulcia, dæmonibus horribilia.

Iſai. 14.

16. *Et dux de femore eius.*] Hebr. מְחֹקֵק *Mechoqq*, Legiſlator, Dux, Rex etiam, vt Pſalm. 49. *Iuda Rex meus.* Chald. *Tribus Iuda mihi Regem ſuppeditabit. De femore eius.* Hebr. *de inter pedes eius.* Quo Hebraiſmo ſignificantur partes genitales. Senſus eſt: De ſemine eius, nimirum Iudaici populi, qui à Iuda nomen ita ſortitus eſt, vt poſt reditum è captiuitate Babylonica non iam communiter Hebræi, Iſraëlitæ, Iſraël, Iacob; ſed frequentiùs Iudæi, populus Iudaicus, gens & regnum Iudæorum dicerentur; quod etiam Ioſephus ipſe teſtatur lib. 11. antiq. cap. 1. & 5. & paſſim alibi. Verúmque eſt, quo tempore Iudaicum & Iudæ nomen vſurpari ſolebat pro tota illa natione, ſceptrum, & ducem perduraſſe vſque ad Meſſiæ aduentum; ſeu non defeciſſe ad peregrinos, vſque ad Herodem Aſcalonitem, quo regnante natus eſt IESVS Chriſtus Dominus noſter. Cæterùm quia in *ſcebeth* regiam poteſtatem, Regéſque: at in *mechoq* dominatum, ducéſque intelligimus: aduertendum eſt ſceptrum Iudææ penes tribum Iudæ diutiſſimè, ſcilicet circiter quingentos & viginti annos gloriâ, diuitiis, & robore viguiſſe, Regéſque propriè dictos extitiſſe: at poſt captiuitatem duces, qui videlicet ſine regia dignitate ac nomine, regnum illud & Remp. adminiſtrarunt tanquam principes, fuiſſe: qui quidem gentis ſuæ dominatum & imperium circa aduentum Meſſiæ, ſcilicet paulò ante Chriſti Domini natiuitatem, cùm Herodes Rex factus eſt, funditùs amiſerunt.

Ioſeph. Iudaicum regnũ quingentos viginti annos perdurauit.

Poſt captiuitatẽ principes ſine titulo regio extiterunt in Iudæa.

17. Dixi, *funditùs*; quia illis ante iſtum Herodem temporibus regnum Iudæorum non omninò defecit: ſed aliquando decreuit, aliquando refloruit; ſicut vnius anni dies quidam ſunt nubes, alij nebuloſi; quidam ſereni, ſiccíque; alij pluuij ac procelloſi. Atque adeò ante captiuitatem fuerunt Reges, captiuitatis tempore partim Reges, partim duces: ſtatim quoque poſt captiuitatem Zorobabel, aliíque duces vſque ad Machabæos, ac deinde pontifices cum imperio Iudæis præfuerunt vſque ad Herodem aliùs gentis hominem videlicet Idumæum. Verùm enim verò ſunt quidam Rabbinorum vſque adeò inuerecundi ac dementes, vt miſellam Iudaici ſanguinis plebeculam auſint decipere quodam figmento ſic vano, ſic ſtolido, ſic ridiculo, vt illius falſitas omnium gentium iudicio, ſenſúque apertiſſimè conuincatur. Fingunt ſiquidem huius Prophetiæ tam illuſtribus conſtricti verbis, nihilominùs vſque ad Meſſiæ aduentum, quem adhuc ſperant, Iudæ imperium duraturum: Reges, principes, duces nunquam ea de tribu defuiſſe, ſed adhuc extare, florereque. Ex iſte dictis, florere contenditis imperium Iudæ, illius tribus dominari Reges? Vbinam gentium, vbi terrarum? In Syria, inquiunt, in Babylone, in aliis barbarorum prouinciis. O ſtultitiam! ô inanitatem! ô inſaniam! Quid quæſo in omnibus terrarum oris & notius & conteſtatum magis eſt, quàm quod infelix Iudæorum gens toto orbe vaga, extorris, ſine Rege; ſine principe, ſine regno, ſine Rep. in ludibrium & opprobrium circunferatur? Quis quæſo aut Chriſtianorum, aut etiam infidelium vidit oculis, percepit auribus, vel ſcripſit, vel nouit ſcriptum à graui vnquam autore, ſi Iudæus impoſtor non ſit, in Syria, in Babylone, vtique inter Turcas, Mauróſque Iudaici principatus vel vmbram, vel nomen haberi?

Rabbinorũ figmentũ de regno Iudaico in Syria.

Nihil notius, quàm nullibi extare vel vmbram regni Iudaici.

18. Profectò Iudæorum euerſio vt à Prophetis futura, & in ſempiternum duratura deſcribitur, talis eſt, vt non modò bonis omnibus, ſed

etiam

etiam patrio ſolo, cœlóque, & templo, regno, Rep. A omníque principatu & honore ſpoliandi à Deo vindice miſeri Iudæi fore dicantur. Ex vno Zachâria (plures poſſem adducere) vaticinium profero. Sic autem inſit: *Aperi Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Vlulate quoniam magnifici vaſtati ſunt: vox vlulatus paſtorum, quia vaſtata eſt magnificentia eorum. Vox rugitus leonum, quoniam vaſtata eſt ſuperbia Iordanis. Ego non pariam, & non eruam.* cap. 11. Quid quæſo euidentius, quàm hæc ipſa, de qua loquimur, extrema & irreparabilis ſic deſcripta euerſio Iudæorum? Per Libanum hîc & alibì ſæpiùs intelligitur Hieruſalem cum ſuis illis cedris proceræ quidem altitudinis, ſed infructuoſis tamen arboribus, hoc eſt, magnatibus, Pontificibus, cæteróque populo per ſuperbiam B ſeſe contra Deum, Deíque legem, mandata, ſeruóſque extollentibus; nulláque interim virtutum, bonarúmque actionum fœcunditate opulentis. Igitur iſtius vrbis terræque incolas vendidit Dominus Deus, vti pecora occiſionis; ſcilicet ad macellum. Sic enim bellum illud, quo tandem victi & contrucidati numero penè infiniti vtriuſque ſexus, omnium ætatum, ordinúmque mortales perierunt, vocatur à Propheta. Qui leones, niſi Veſpaſianus Titúſque eius filius belli duces, ac reliquæ Romanorum legiones? *Non eruam*, (inquit Dominus) *eò quòd* (vt benè declarat S. Hier.) *æterna ſit futura captiuitas. Et paſcam pecus occiſionis, vt ſemper Iudæi nutriantur ad mortem.* Legunt L X X. *Paſcam oues occiſionis in terra Chanaan, quod populum* (explicat idem) *Iudæorum, qui deſtinatus eſt morti, in toto orbe diſperſum, hoc eſt, in terra Chanaan atque gentilium paſcat Dominus, & enutriat ad immolandum.* Oues dicit Iudæos, qui hodie viuunt C & ſeruantur ad macellum, ad ignem, ad interitum, tam infirmi, meticuloſi, abiectíque ſunt, quos ante occiſionem agni Dei, quem ſuſpenderunt è ligno, vel ipſæ gentium florentiſſimæ copiæ leones experiebantur in prælijs: ſic enim de illis tempore Machabæorum ſcribitur: *Leonum more impetu irruentes in hoſtes proſtrauerunt.* 2. Mach 11. Vide nunc quàm malè conueniant cum hac Prophetia ridiculi illi, vanéque conficti principes Iudæorum, qui nunc ab illis ſomniatoribus dicuntur imperare inter Syros & Babylonios. Vbi D nam ergo regnum eſt iſtud leonum, quos Dominus ipſe vocat oues, nutriátque ad internecionem? Certè videmus quotidie ab vno miniſtro ſanctæ Inquiſitionis (Familiarem dicimus) plures ſimul & viros, & fœminas comprehendi, vinciri, pertrahíque longo itinerum ſpacio ad carcerem; quin nuſeri vel reſiſtere, vel etiam mutire audeant. O miſellæ oues! ô triſte pecus! Cur ita? quia dereliquerunt Dominum Deum ſuum: inſurrexerunt aduerſus Deum, & Chriſtum Dei filium, qui ſcutum, & fortitudo illis erat. *Igitur foris vaſtabit eos gladius, & intus pauor.* Deuteron. 32.

Zachar 11.
Extrema & irreparabilis euerſio Iudæorum.
Iudæi nutriuntur ad macellum, ignémque.
S. Hieron.
Iudæi quondam leones, nunc oues.
2. Mach 11.
Vnus miniſter Inquiſitionis plures pertrahit vinctos Iudæos.
Deut. 32.

19. Fauſta quidem hæc Iudæ benedictio, quòd ex ſuo ſemine habiturus ſit Reges ac principes; quòd ſceptrum, imperium, regalem virgam ipſius tribus ſupra omnes alias ſit habitura: quo quidem inter mortales (ea ſcilicet eſt humanæ mentis ambitio) nihil felicius & glorioſius aut optari, aut prædici, aut tandem obtineri conſueuit. Itaque benedictus vti à patre Iacob, ſic ab ipſo Deo cenſetur Iudas inter fratres, autor videlicet & genitor Regum, ducum, & principum. Sed quid quæſo eſt hoc ad illam de Iudæ ſemine ortam Virginem, quæ benedicta inter mulieres ab An- A gelo dicta eſt, & ab ipſo Deo in matrem electa? o incomparabilem benedictionem! ó gloriam Virginis inæſtimabilem! *Ecce concipies, & paries filium, & vocabis nomen eius I E S V M: hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur: & dabit illi Dominus Deus ſedem Dauid patris eius; & regnabit in domo Iacob in æternum; & regni eius non erit finis.* Luc. 1. En Virgo mater Regis, cuius regnum nec temporum, nec locorum, nec magnitudinis, nec opulentiæ, gloriæque vllis terminis circunſcribetur. O felicitatem inexplicabilem! Mater eſt virgo eius filij, cuius Deus pater eſt. Mater Verbi, mater Dei; mater & Virgo qua ſcilicet nulla Virgo purior, nulla mater fœcundior. O donum ſupra omne donum! ô miraculum omnium mira- B culorum maximè nouum! ô dignum Dei maieſtate opus! Illud quidem grauiter expendens ita effatur S. Cyrill. Alex. *Verbum Dei ex ſancta Virgine, nouo & mirabili modo, & vltra naturæ leges vnitum ſibi formauit corpus. Oportebat enim talem eius fieri partum ſecundum carnem, & ex muliere, vt habeat diuinum quiddam ingreſſus eius in mundum, & oſtenſio.* lib. 8. contra Iulianum Noluit Deus omnipotens carnem humanam aſſumpturus vſitato & communi omnibus Adæ filiis conceptu, partúque naſci. Nec enim decebat, vt eadem, quâ cæteri mortales terræ vermiculi, in mundum ianuâ introiret. Ipſo igitur primo in vitam, in auram, in orbem ingreſſu ſeſe Dominus Deus verum Dominum, verum Regem Regum, verum Deum om- C nipotentem naſcens de Virgine hominibus & Angelis eſſe demonſtrauit.

Incomparabilis dignitas matris Dei.
Luc. 1.
Miraculum miraculorũ Virgo mater Dei.
D. Cyril. Alex.
Oſtēſus Dei mundi ingreſſus, naſci de matre Virgine.

SECTIO IX.

Donec veniat, qui mittendus eſt.

1. NVlla ferè in tota Scriptura ſacra Hebræarum vocum difficilior explicatio, quàm præſens viſa eſt: ideóque plures eruendi ſenſus nulla maior occaſio fuit, ob hanc vocem Hebr. שילה *xiloh*, quæ hîc ponitur. Omiſſis ergo interpretum inter ſe de hac voce diſceptantium longiſſimis & eruditiſſimis explicationibus, innitendum ſoli eſt noſtræ verſioni receptæ in Eccleſia D Chriſtiana. Silo igitur eſt à radice שלח *xalach.* Variè ſiquidem inter ſe commutantur hæ duæ literæ ה *he*, & ח *chet*, vt apud Grammaticos perſpicuum eſt. Significat autem ea vox mittere. Habet verò hæc interpretatio ex verbo *xalach* irrefragabile ſuffragium B. Ioannis Euangeliſtæ, Ioann. 9. qui ſic ſcribit: *Vade in natatoria Siloe, quod interpretatur Miſſus.* cap. 9. de quo etiam loquitur Iſaias: Iſai 9. *Abiecit populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio.* cap. 9. vbi *xiloch* ſcribitur per *chet*. ex quo apparet etiam à B. Ioanne accipi *chet* ח pro ה *he*. Ad hoc nomen videtur Moyſes reſpexiſſe, cùm reſpondit: *Obſecro Domine mitte quem miſſurus es.* Exod. 4. Sunt etiam qui duas diſtinguant voces Exod. 4. E שיל *xil*, & הו *ho*. Sed quia hæc vox *xil*, quâ iſti dicunt ſignificari filium, nuſquam reperitur in Scriptura, ſuſpectum id videtur & commentitium: quare qui interpretantur filium mulieris putantes ה *he*, quia ſit articulus fœmineus, ſignificari mulierem, non ſequuntur Grammaticam, in qua conſtat iſtud ה *he* non articulum, ſed tertiam eſſe radicalem literam. Et huiuſmodi ſunt *Imperitia linguæ Hebrææ cauſa errorum.* alia commenta, quæ propter imperitiam linguæ Hebrææ venditant audientibus incautè pro myſterijs aliqui concionatores. Melius alij ducunt à radice

radice שלה *ſalah, reddere, eſſe quietum, pacificum, ſecurum, boniſque omnibus refertum.* Vnde שילה *Silob, autor pacis, tranquillator, ſeruator,* quæ omnia propria ſunt nomina Chriſti. Chald. tranſtulit: *Donec veniat Meſſias.* L X X. legunt, *Donec veniat cui repoſita ſunt,* vel *cui repoſitum eſt.* Quam lectionem Patres communiter ſequuntur. Videntur enim L X X. duas diſtinxiſſe voces שֶׁ *xi, qui, quæ, quod,* & לו *lo, ei;* addiderunt autem explicationis ergo *repoſita,* vel *repoſitum.* Conſtat igitur hîc intelligi Meſſiam, cuius (vti Chald. adiungit) eſt regnum, de qua lectione dicemus ſect. ſeq. num. 6.

2. Probari verò Meſſiam iam veniſſe; ipſumque eſſe IESVM Chriſtũ Nazaræum in Bethlehem natum de Maria Virgine, eundémque Hieroſolymis in monte Caluariæ crucifixum à Iudæis: ſuperuacaneum duco. Fuit hoc opus eruditiſſimorum virorum, qui tum priſcis, tum noſtris ſeculis hac de argumento ſcripſerunt. Videantur nunc præ cæteris Franciſcus Soarius tom. 1. de incarnat. Barrad. tom. 1. Concord. Salmeron noſtræ Societatis clariſſimi doctores, quorum eruditiſſimis commentariis addere nihil poſſumus. Nos etiam tum in hoc, tum in aliis tomis multa in hanc ſententiam diximus. Cæterùm quia præſens locus aliqualem exigit commentationem: quod tantummodò inſeruiat huic loco, adnotabimus à tempore nimirum ducentes argumentum. Suum cuique rei tempus eſt vel ab ipſa natura, vel à mortalium recepta conſuetudine præfinitum; ante vel vltra quòd rem illam nec inuenias, nec expectes. *Omnes* (ſiquidem dixit ſapiens) *tempus habent.* Eccleſ. 3. Appetit ver, placidæque incunte Martio ſpirant auræ. Ergo nihil aliud Oliſipone (in qua ſcribimus) aut ſperamus fieri, aut etiam fit, quàm vt demum Indicæ naues omnibus ad expeditionem tum mercibus, tum armis, tum militibus, tum nautis admodum inſtructæ ſoluantur è portu. At eiuſdem ab oriente ad nos reditum claſſis Iulio, Auguſtóque menſibus expectamus. Videre igitur eſt, quanta ſit noſtri omnium expectatio per hoſce menſes dies numeramus; quocunque aduentantem, atque in portum ſubituram claſſem non ſperamus tantùm, ſed ſere oculis e præaltis collibus, è ſummis ædium faſtigiis proſpectamus. Quàm multi diſperguntur rumores; quàm frequentes etiam nuncij de aduentu nauium, de acceſſu propediem huius vel illius nauis, vel omnium tandem ciuitatem ipſam excitant, in ſpem erigunt, mitúmque in modum conſolantur! Scilicet hoc ipſum eſt tempus regreſſui ab oriente nauium certò præfinitum: At elapſo huiuſmodi tempore ſummum deinde ſilentium de nauibus: nec iam expectantur amplius, quæ in portu quieſcunt naues; regnúmque ac totam prope ipſam Europam ſuis de Oriente mercibus replent, & opibus fœcundant. Profectò ſic res habuit in aduentu Meſſiæ.

Eccleſ. 3.
Argumentũ à tempore de aduentu Meſſia.

3. Vnum erat à Deo præfinitum tempus, in quod tandem figuræ, Prophetiæ, oracula dirigebantur; vti facta & promiſſa fuerant diuinitùs, ita prorſus & infallibiliter complenda. Et hoc tempus fuit, cùm Iudaicæ gentis principatus ad Herodem Idumæum tranſlatus veluti quoddam ſubrectum in collibus vexillum toti orbi aduentum Meſſiæ proclamauit. Hoc ipſum fuit tempus, vti fuerat præfinitum, in quo tandem Meſſias aduenit: ob cuius mortem à Iudæis iniquiſſimè illatam tota erat vt iam videtur, illa Iudæorum natio diſperdenda; illa Reſp. diſſoluenda, illa prouincia funditùs euertenda: vti Dauid Pſal. 58. & Iſai. cap. 1. & cap. 50. Dan. cap. 9. & paſſim reliqui vates prædixerunt. Quid igitur Iudæe nunc ſperas futurum, quod ſuo iam tempore factum eſt? Venturum adhuc ſperas Meſſiam? Perituram ergo ſimul ſpera tuam & gentem & patriam. Pulchrè ſiquidem argumentatur Tertull. *Si nondum venit Chriſtus, propter quem hæc paſſuri Iudæi prædicebantur; cùm venerit ergo patientur. Et vbi tunc filia Sion relinquenda, quæ nulla hodie eſt? Vbi ciuitates exurendæ, quæ iam in tumulis exuſtæ ſunt? Vbi diſperſio gentis, quæ iam extorris?* At de huiuſmodi diſperſione quid clarius, quàm quod Chriſtus ipſe per Dauidem dicit? *Deus oſtendet mihi ſuper inimicos meos: Ne occidas eos, ne quando obliuiſcantur populi mei. Diſperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine.* Pſalm. 58. Quod quidem vaticinium iam tom. 1. ad cap. 4. explicauimus. Rectè igitur concludit Tertull. *Redde ſtatum Iudææ, quem Chriſtus inueniat; & alium contende venire.* lib. contra Iud. cap. 13.

Præfinitum tempus aduentui Meſſiæ iam eſt elapſum.

Pſal. 58.
Iſai. 1. & 50.
Dan. 9.
Tertull.
Pſal. 58.
Tertull.

4. An non hoc ipſum eſt illud Aggæi Prophetæ teſtimonium, quo nullum de Chriſto Domino clarius vaticinium? *Hæc dicit Dominus exercituum. Adhuc modicum eſt; & ego commouebo cælum & terram, & mare, & aridam: & mouebo omnes gentes. Et veniet deſideratus cunctis gentibus, & implebo domum iſtam gloriâ: dicit Dominus exercituum.* cap. 2. Celeberrima quidem Prophetia de aduentu Meſſiæ in templum illud, quod tunc inſtaurabatur à Zorobabel. Cùm enim Iudæi templum reædificantes dolerent maximè, quòd minùs illud ſplendidum & glorioſum haud dubiè futurum eſſet, quàm olim fuerit templum Salomonis; Propheta vt deiectos animos Iudæorum erigeret, mœſtóſque ſolaretur, prædixit propè inſtare aduentum Meſſiæ, cuius præſentia, glorioſiùs multò foret templum illud Zorobabelis, quod tunc ædificabatur, quàm fuiſſet primum illud Salomonis, quod gloriâ Domini dicitur impletum, cùm inſolita quædam nebula intra ipſum templum apparuit. 3. Reg. 8. At templum à Zorobabel reædificatum ſubinde præſentiâ ipſius Meſſiæ Dei hominis ſæpe nobilitatum planè habuit gloriam incomparabilem. Ipſe igitur Dominus dicet: *Et implebo domum iſtam gloriâ.* Aggæi 2. Ipſemet ego implebo meâ ſcilicet præſentiâ, præſentatus primò infans in templo, deinde inuentus poſt tres dies in eodem inter doctores: ſæpiúſque poſteà in templo prædicans, edénſque miracula.

Aggæi 2.
Aduentus Meſſiæ in templũ Hieroſolyma.
Templum Zorobabelis glorioſius, quàm fuerit Salomonis.
3. Reg. 8.
Præſentia Meſſiæ glorioſius fecit templũ Zorobabelis.
Agg. 2.

5. Hoc etiam confirmatur vaticinio Malachiæ: *Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum Dominator, quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti, quem vos vultis.* cap. 3. Venturum itaque prædicunt vates Meſſiam in templum Zorobabelis, cuius præſentiâ nobilius & glorioſius erat illud futurum, quàm templum Salomonis, in quod Meſſias non eſt ingreſſus. Neque verò noſtrum hoc de Chriſto teſtimonium illuditur ab iis, qui dicunt templum Zorobabelis ab Herode deſtructum, nouúmque aliud & lapidum ſtructurâ, & aliis ornamentis, ac diuitiis multò magnificentius extructum: vti ſcribit Ioſephus lib. 15. antiq. c. 11. & lib. 6. de bello Iudaico. c. 8. Etenim cùm templum illud non fuerit prorſus deſtructum, ſed multis adhuc ipſius integris partibus, noua ſubinde conſtructa ædificia prioribus adnexa conſtiterint; idē proculdubiò cenſetur templum communi vſu loquendi; iuxta quem ipſimet Iudæi dicebant: *Quadraginta ſex annis ſuis ædificatum templũ hoc.* Ioan. 2.

Malach. 3.
Ioſeph.
Templum Salomonis inſtauratum.
Ioann. 2.

nimirum à Salomone; nam Herodis conſtructio tantùm octo annis fuit abſoluta. Quin & ipſa templi potiùs Salomonis vocari ſemper conſueuit, vt ex Euangeliſtis conſtat, Ioann. 10. Act. 5.

6. Quod verò aduerſarij reſpondent templum iſtud ob ſtructuram lapidum & alia ornamenta prædici glorioſius, quàm fuerit templum Salomonis; ineptè dicitur. Nam gloria illius templi erat ipſamet Arca fœderis; de qua proptereà cùm à Philiſtæis capta fuit, diuina Scriptura teſtatur: *Tranſlata eſt gloria ab Iſraël, eò quòd capta eſſet Arca Dei.* 1. Reg. 4. Hæc autem fuit in priore templo, non in poſteriore, vt ab Hieremia prædictum fuerat cap. 3. iis verbis: *Cùm multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus: non dicent vltrà, Arca teſtamenti Domini, neque aſcendet ſuper cor, neque recordabuntur illius, nec viſitabitur, nec fiet vltrà.* cap. 3. Non dicent vltrà: *Quia* (declarat Lyran.) *in templo ab eis readificato non fuit Arca, vt dicunt etiam Iudæi & habetur* 2. Machab. 2. *Non recordabuntur vltrà ampliùs de Arca, quam fecit Moyſes. Nec fiet vltrà: ſcilicet alia noua. Per dicta etiam patet falſitas Iudæorum dicentium, quòd in aduentu Meſsia reddetur eis Arca teſtamenti, & altaria holocauſtorum, & incenſi, & cætera ad cultum legis veteris pertinentia.* Diuina quoque oracula & reſponſa, quæ in propitiatorio prioris templi dabantur, deerant in ſecundo, vti & ipſum propitiatorium, vt Galatin. oſtendit lib. 4 cap. 17. Quare non potuit eſſe maior gloria templi poſterioris, quàm prioris, niſi propter aduentum Meſſiæ, qui ab Aggæo, & Malachia Prophetis venturus in poſterius illud templum prædicitur. At hoc ipſum templum à Romanis ſuccenſum, funditúſque euerſum eſt, vt tradit Ioſephus; & Chriſtus Dominus aliquando oſtendentibus ædificationes templi denunciauerat: *Videtis hæc omnia? Amen dico vobis: Non relinquetur hic lapis ſuper lapidem qui non deſtruatur.* Matth. 24. Quod & factum eſt poſt quadraginta annos, vt ſole ipſo manifeſtius eſt.

Arca Dei gloria tépli Salomonis.

1. Reg. 4.
Ierem. 3.
Arca teſtamenti poſt captiuitaté Babylonis ampliùs non apparuit.

Lyran.
2. Macha. 2.

Galatin.
Poſt captiuitaté Babylonis non fuit ampliùs in templo propitiatorium.

Templum Hieroſolymæ deſtructum omninò à Romanis.

Matth. 24.

7. Qua ratione igitur ad templum illud Zorobabelis venturus prædicitur Meſſias, quem perfidi, cæcíque expectant adhuc Iudæi, cùm de illo ne lapis quidem ſuper lapidem relictus fuerit in extrema illa euerſione? Efficaciter ergo Tertull. Iudæos vrget: *Non poteſt futurum contendere, quod videt fieri. Hæc autem prophetata nega cùm coram videntur; aut adimpleta cùm leguntur: aut ſi non vtrumque, in eo erunt adimpleta, in quem ſunt prophetata.* cap. 13. contra Iudæos. Vbinam quæſo apparet illa Sion, ad quam Deus homo venturus prædicitur à Prophetis. *Et tu turris nebuloſa filia Sion: vſque ad te veniet Poteſtas prima.* Mich. 4. Symmach. vertit: *vſque ad te veniet Deus:* Venit profectò Deus homo Chriſtus IESVS ad Hieruſalem frequentibus obductam nebulis, hæc eſt filia Sion. At illa ipſa, ad quam Micheas locutus eſt, prorsùs fuit euerſa: in pœnam ſuæ proditionis, quia Deum ſuum recipere noluit, imò & ſuſpenſum in patibulo interfecit. Quod ſanè ſupplicium, vt vidimus ex Matthæo, Chriſtus Dominus denunciauit, ad quem locum ita S. Chryſoſt. *Si ciuitas aliqua Regi ſuo terreno fuerit facta rebellis, nonne tollit ab ea ſua ciuitatis, & milites ſuos tranſmittit vt fiat deſerta; vt qua poteſtatem Regis ſui non cognouit in bono, cognoſcat in malo: & ipſa deſertio teſtetur, quòd ei profuerit anteà propitiatio Regis!* Egregiam huiuſmodi ſimilitudinem à Chriſto Domino poſitam affingit, deinde adiungit argumentationem: *Hæc autem gens mihi Regi cæleſti rebellis effecta eſt, legem meam corrupit, præcepta mea contempſit, miniſtros meos occidit, ſuper me ipſum manus impias erexit. Ideò tollam ex ea pignora veritatis meæ; id eſt, ſpiritum ſanctum. Tollam exercitum meum, id eſt, Angelos qui cuſtodiebant eam, vt non ſtet hic lapis ſuper lapidem.* homil. 47. in Matth. Quid ergo tandem fiet huic genti, huic ciuitati, huic regno, huic prouinciæ, quam ita Deus ipſe à ſe prorſus repellit? *Cùm ergo* (concludit S. Chryſoſt.) *ſalus ab ea receſſerit, neceſſe eſt vt perditio dominetur.* ibid.

Tertull.
Vagientū ad Hieruſalem & ad templum, quæ iam pridem ſunt euerſo, Meſſiam votes prædixerūt.
Mich. 4.

S. Chryſ.
Hieruſalem proditionis in Chriſtum damnata, & euerſa.

S. Chryſoſt.

8. At ſunt vſque adeò ſtolidi ex illis quidam pſeudomagiſtri; quos, cùm prædicto teſtimonio ex Prophetis conuincantur, non pudeat dicere Alexandrum Magnum veniſſe in poſterius illud templum, hoſtiáſque in eo immolaſſe: atque iccircò ex tanti Imperatoris ingreſſu maiorem poſteriori templo, quàm priori, gloriam acceſſiſſe. Quid quæſo ineptius, quid abſurdius, quid magis ridiculum, quid vero tandem impudentius? Nam (vt egregiè animaduertit S. Auguſtin. his verbis) *Aduenıente Alexandro ſubiugata eſt Iudæorum gens quando etſi nulla facta eſt vaſtatio quoniam non ſunt auſi reſiſtere, & ideò placatum faciliimè ſubditi receperunt: non erat tamen tanta gloria domus illius, quanta fuit in ſuorum Regum libera poteſtate. Hoſtias ſanè Alexander immolauit in Dei templo non ad eius cultum verâ pietate conuerſus, ſed impiâ vanitate cum Diis eum falſis colendum putans.* lib. de Ciuit. 18. cap. 45. Quid igitur inſaniunt iſti? Nunquid ex ingreſſu Alexandri ethnici temulenti, turpis, damnandíque ad inferos hominis, etſi principis, vlla templo acceſſit gloria: vel ipſis, quos ſub captiuitatem redegerat, Iudæis, vlla felicitas?

Alexander templum Hieroſolymæ ingreſſus vti gentilis & barbarus.

S. Auguſt.

Nulla inde gloria, nulla Iudæis felicitas ex ingreſſu Alexandri.

9. Quid ſi alius adhuc ita inſaniat, vt glorioſius dicat templum ex ingreſſu Romanorum ducum? Audiat ergo S. Auguſtinum, qui ſic proſequitur. *Pompeius populi Romani præclariſſimus princeps Iudæam cum exercitu ingreſſus ciuitatem cæpit, templum reſerat non deuotione ſupplicis, ſed iure victoris: & ad ſancta ſanctorum, quò niſi ſummum ſacerdotem non licebat intrare, non vt venerator, ſed vt profanator accedit.* ibidem. Quænam igitur (ô perfidi!) gloria illa maior veſtri templi, cùm adhuc ſtaret, niſi quam habuit ex aduentu, ingreſſúque Chriſti IESV, quem Prophetæ, quem ſcripturæ verum eſſe Meſſiam conteſtantur? An glorioſum Dei templum dicitis ex ingreſſu principum, qui ethnici, turpéſque illud profanarunt, aut depopulati ſunt? Nam & poſteà (inquit S. Auguſtin.) *Caſſius etiam templum expoliauit.* ibidem, Quid ergo de templo adhuc cogitatis, quod ſolo æquatum, quod flammis incenſum eſt, nec vſquam apparet; imò nec ampliùs vnquam inſtaurandum eſt? *Nam vſque in finem perſeuerabit deſolatio.* Daniel. 9. Expectari non poteſt illius inſtauratio templi Deo ſcilicet irato & prohibente. Cum enim ſæpè tentauerint Iudæi templum illud inſtaurare, Romano etiam Imperatore Iuliano in odium Chriſti, & Chriſtianæ fidei ac gentis interdum adiuuante; nihil vnquam proficere potuerunt, ipſo etiam Deo prodigiis & ſignis apertiſſimis reſiſtente; vti referunt S. Chryſoſtom. oration. 2. contra Iudæos. Euſeb. lib. 4. hiſtor. cap. 6. Ruffin. lib. 1. cap. 37. Socrates lib. 3. cap. 17.

S. Auguſt.
Pompeius templū Hieroſolymæ profanauit.

D. Auguſt.
Caſſius templum Hieroſolymæ expoliauit.

Dan. 9.
Templum Hieroſolymæ inſtaurari cœptū diuinitùs deſtructum.

D. Chryſ.
Euſeb.
Ruffin.
Socrat.

10. Gloriam, quæ templo ſuo maxima ex aduentu & ingreſſu veri Meſſiæ Chriſti IESV acceſſerat,

A ceſſerat, admittere noluerunt Iudæi; ſicut & ipſum Dominum cœleſtis gloriæ Regem à ſe, & à templo, & à ſua Ieruſalem repellentes ſpretum, irriſum, exſibilatum, flagris conciſum, infami patibulo affixum peremerunt. Iure igitur optimo Dominus ipſe iam ſuper omnes cœlos regnans Romanorum ferro & igni tradidit illos conſumendos. Quod quidem in figura contigit pueris Bethel: quos, quia Prophetam Eliſæum irriſerant, duo vrſi deuorauerunt, 4. Reg. 2. Hinc illud S. Hieron. *Circundata eſt Hieruſalem, & à duobus vrſis Veſpaſiano & Tito irridentium puerorum turba conſumpta eſt.* in cap. 1. Sophon. Vbi Propheta illam extremam Iudaicæ gentis euerſionem prænuncians ita proclamat: *Vlulate habitatores pilæ.* Sophon. 1. Pilam vocat Hieruſalem. *Eſt autem pila* (inquit S. Hieron.) *in qua frumenta tunduntur, vas concauum, in quo propriè ptiſana fieri ſolent.* Luſitanè *gral.* En in quam figuram miſera ciuitas redacta eſt! Fuerunt quidem Iudæi, vbi à Romanis facta irruptio in vrbem, conculcati, conciſi, comminuti, atque in puluiſculos quodammodo redacti. Legunt L X X. *Plangite qui habitas conciſam.* Lacerata quidem à Romanis & ciuitas illa fuit, vt vix tantæ molis remanſerint parietinæ, ac rudera: & gens ipſa Iudæorum, cui ferrum, flammáque pepercit, per omnes terrarum oras diſcerpta velut in fruſta ad prædam & ludibrium gentium vſque hodie videtur. Sic enim propter aliquod inſigne flagitium reus aliquis publicitùs in fruſta conciditur: illiúſque membra in teſti- C monium facinoris dignè caſtigati variis in locis ſpectanda mortalibus ſuſpenduntur.

4. Reg. 2.
S. Hieron.
Duo vrſi Veſpaſianus & Titus Iudæam lacerarunt.
Sophon. 1.
D. Hier.
Iudaica gēs diſcerpta membratim orbi vniuerſo ſpectaculo fuit.

11. Porrò autem, cùm tanti ſit momenti explicatio temporis aduentus Meſſiæ, quo prorſus conſtricti tenentur hoſtes; operæ pretium erit illud etiam adiungere teſtimonium Angeli, qui Danieli, cum quo loquebatur, prædixit futurum aduentum Meſſiæ poſt ſeptuaginta hebdomadas, Dan. 9. Has verò hebdomadas eſſe annorum, vt vnaquæque ſeptem contineat annos, communis eſt doctorum ſententia; quam etiam doctores Rabbini conteſtantur. Nam hebdomadas menſium in ſcriptura non inuenimus: dierum hebdomadæ intelligi non poſſunt; nun enim tam breui ſpacio, vt luce clarius eſt, Prophetia denuncia- D batur complenda. Quod ſubinde annorum ſimplicium hebdomadæ inueniantur in ſcriptura perſpicuum eſt. Sic enim Geneſ. 29. dicitur Iacob impleuiſſe hebdomadam pro Rachel; & hebdomadâ tranſactâ ſcilicet ſeptem annorum illam ſuſcepiſſe. Et Leuit. 25. ſcribitur; *Numerabis tibi ſeptem hebdomadas annorum.* Annus verò eſt apud Hebræos, qui & apud nos, duodecim menſium, ſolaris qui continet trecentos ſexaginta quinque dies cum quadrante. Numerari autem debent huiuſmodi hebdomadæ, vt præfiniuit Angelus: *Ab exitu ſermonis, vt iterum ædificetur Hieruſalem.* Dan. 9. hoc eſt, à vigeſimo anno Artaxerxis, cùm Iudæis libera & publica facultas data eſt à Rege poſt captiuitatem Babylonicam reædificandi ciuitatem. hæc eſt communior & ſanior ſententia.

Dan 9.
Hebdomada annorum ſeptem continet annos.
Gen. 25.
Leuit. 25.
Dan. 9.

12. Hoc tempus: *Vſque* (dicit Angelus) *ad Chriſtum ducem ſexaginta nouem hebdomadæ,* quæ ſcilicet numerantur vſque ad tempus, in quo Chriſtus Dominus cœpit prædicare, & miracula edere, quibus ſe demonſtrabat verum Meſſiam, facit verò hic numerus ſexaginta nouem hebdomadum, vti præſcribitur ab Angelo, quingentos quinquaginta tres annos. Poſt tres ſubindè

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A annos, totidémque menſes, quod tempus pertinebat ad ſeptuageſimam hebdomadam occiſus eſt Chriſtus iuxta Prophetiam Angeli. Itaque à ſermone Angeli vſque ad manifeſtationem Chriſti per prædicationem & miracula numerantur quadringenti octoginta tres anni. At poſt Chriſtum occiſum ſequitur altera Prophetia de excidio gentis regníque Iudæorum, quod poſt quadraginta annos in pœnam Iudaicæ impietatis, Chriſtíque occiſi factum fuit. Itaque ab edicto reædificandi Hieruſalem promulgato ab Artaxerxe vſque ad Chriſti Domini manifeſtationem fluxerunt ſexaginta nouem hebdomadæ, videlicet vti diximus quadringenti octoginta tres anni; vti doctores numerando inueniunt. Vide hac de re admodum B eruditam noſtri Soarij diſputationem 1. tom. diſp. 1. ſect. 2. Dicuntur hebdomadæ abbreuiatæ, ſiue conciſæ: quo loquendi modo ſignificat Angelus diuturnam illam Meſſiæ expectationem ad breue illud tempus reducendam: erat enim perbreue illud tempus cum ſuperioribus ſeculis iam inde à peccato primorum parentum, comparatum. Et quidem vox illa Hebræa ſignificat præciſas, ſeu definitas. Nam in aliis Prophetiis aduentus Meſſiæ indefinitè prædicebatur, ab Angelo autem ad Danielem loquente definitur & limitatur: quod quidem illâ voce Hebr. ſignificatum eſt.

Ab edicto regio reædificandi Hieruſalem vſque ad Chriſti manifeſtationem 483. anni.
Soar.

13. Porrò autem hoc tempus præfinitum à Iacob & ab Angelo aduentus Meſſiæ ita notum, C celebréque erat apud Iudæos, vt illo adueniante ipſimet inquirere de Meſſia non dubitauerint. Enimverò cùm Magi ab oriente ingreſſi Hieruſalem publicè quærerent: *Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum.* Matth. 2. turbata fuit vniuerſa ciuitas; conſultíque doctores ab Herode Rege Idumæi generis non de tempore (quod quidem iam præſens tenebant) aduentus Meſſiæ; ſed de loco, in quo naſceretur: & inter ſe diſputarunt, ac demum reſponderunt aſſignantes, Bethlehem naſcituro Meſſiæ à Prophetis prædictam eſſe. Quin etiam ablato regno & principatu à Iudæis, cùm ſceptrum iam acciperet Herodes, à multis Iudæorum creditus eſt Meſſias: atque ideircò hæreſis temporibus regnantis Herodis eſt exorta Hero- D dianorum, qui dicebant illum eſſe Meſſiam Chriſtum à Deo promiſſum. Tanta fuit hominum dementia! Nimirum occidebant ſecundùm diuinum oraculum: Cùm defeciſſet ſceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius apparere illum principem, nec alium videri qui foret Meſſias, & iuxta vaticinium qui mittendus eſſet: quippe qui ex Senatus conſulto Rex Iudæorum fuiſſet declaratus, quod quidem adnotauit Baron. in appar. ad annales. Itaque certi Iudæi de tempore ipſo, quod in manibus & oculis habebant, aduentus Meſſiæ, tantummodò ſoliciti erant quis tandem ille, aut vbi eſſet.

Matth. 2.
Magis de Meſſia quærentibus Iudæi non de tempore dubij, locum aſſignarunt.
Herodes à Iudæis creditus Meſſias.
Baron.
Iudæi de tempore aduentus Meſſiæ omninò certi, quis ille quærebant.

14. Doctor erat in lege Moſaica, & ſcripturarum periſſimus Nathanaël; & tamen cùm à E Philippo accepiſſet: *Inuenimus Meſſiam,* non de tempore aduentus illius aut dubitauit, aut quæſiuit; ſed de loco & patria Meſſiæ ſolicitus cùm audiſſet quòd eſſet à Nazareth, prorſus negauit ibi Meſſiam naſciturum. Scribitur hoc à Ioanne cap. 1. Quòd autem ea fuerit peritia Nathanaëlis, ita ſubnotauit S. Auguſtin. *Intelligere debemus Nathanaëlem eruditum & peritum legis fuiſſe: propterea noluit illum Dominus ponere inter diſcipulos, quia idiotas elegit, vnde confunderet mundum.* & infrà: *Nathanael ſcru-*

Ioann. 1.
Nathanael doctor in lege non tempus, ſed patriā Meſſiæ negauit.
D. Auguſt.

 tatus

tatus erat ſcripturas, & ſciebat quia inde erat expectandus ſaluator, quod non facile alij ſcribæ & Phariſæi nouerant. Iſte ergo doctiſſimus legis cùm audiſſet à Nazareth, nomine Nazareth audito erectus eſt in ſpem, &c. ibid. tract. 7. in Ioann. Pulchrè quidem & percommodè huius loci explicatio cecidit in ſacroſanctam ſolennitatem Purificationis beatiſſimæ Virginis Deiparæ, in qua legitur in Euangelio: *Erat homo in Ieruſalem cui nomen Simeon, & homo iſte iuſtus, & timoratus expectans conſolationem Iſrael.* Luc. 2. Vtique Meſſiam expectabat, qui venturus erat ad redimendum & conſolandum populum Iudæorum; expectabat quaſi adimpleto aduentus tempore, iam iam aduentantem, ac propè in ianuis. Cùm enim Sacerdus & doctor eſſet, ex ipſis, quas ſcrutabatur, ſcripturis, tranſlato ad Herodem Idumæum regno Iudaico iam proximum Meſſiæ aduentum nouerat. Conſolationem Iſraël vocat Euangeliſta Meſſiam, quo nomine ſapientiores Iudæi ſanctioréſque illum vocare conſueuerant.

Simeon Sacerdos & in lege doctor certus de tempore aduentus Meſſiæ. Luc. 2.

Meſſias conſolatio Iſrael.

15. Nec dubito, quin Meſſiam ipſum ſic appellitaret Simeon ſuam conſolationem & populi Iudaici, & gentium. Legerat enim Meſſiam ſuo aduentu conſolaturum Iſraël apud Iſaiam his verbis: *Conſolamini, conſolamini popule meus, dicit Deus veſter.* Iſai. 40. Pulchrè Deus veſter, Meſſias veſter, quem expectatis, qui vobis à Deo Patre promiſſus, qui de veſtro ſanguine carnem aſſumpturus; qui nobis maximè illud, quod ſuis contribulibus dicebat Dauid, poterit dicere: *Fratres mei vos; os meum, & caro mea vos.* 2. Reg. 19. *Conſolabitur Dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas eius.* Iſai. 51. Et infrà. *Attendite ad me popule meus, & tribus mea me audite.* ibid. L X X. *& Reges.* Theodotio, *& gens.* O mira quidem felicitas & gloria Iudæorum! Tribum ſuam, populum ſuum, Reges ſuos, genua ſuum vocat Deus ipſe homo: ſed miſeri tantum ſibi honorem inuidentes Regem Cæſarem, Barabbam, quàm Deum ſuum Meſſiam Chriſtum IESVM recipere atque amplecti maluerunt: & qui Reges ab ipſo mundi Rege appellabantur, ſerui omnium gentium facti ſunt. Item. *Ad annunciandum manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde, vt conſolarer omnes lugentes.* Iſai. 61. Legunt L X X. *Sanare contritos corde.* Theodotio: *Ad alliganda vulnera peccatorum.* Plenæ ſunt ſcripturæ hac ipſa conſolatione, gloriâ & felicitate, quam Iudæis, gentibúſque ſuo aduentu Meſſias erat allaturus, veréque iam attulit.

Iſai. 40. Meſſias Deus noſter.

2. Reg. 19.

Iſai. 51. Meſſias vocat Iudæos Reges ſuos.

Iudæi Meſſiam occidentes gentium ſerui facti ſunt. Iſai. 61.

16. Simeon igitur tempus aduentus Meſſiæ videns impletum; ac vehementi deſiderio illum videndi exæſtuans à Deo inceſſanter expoſcebat, vt ante ſuum obitum contueri Meſſiam diuinitùs obtineret. Nec fruſtrà deſiderauit, aut orauit. Ei ſiquidem diuino oraculo reuelatum promiſſumque fuit, illum non antè moriturum, quàm corporeis oculis præſentem Meſſiam intueretur. Quomodo autem ab Spiritu ſancto id Simeoni & reuelatum & promiſſum fuerit, certò neſcitur. Nihiluminùs ſcribit S. Auguſtin. *In hoc deſiderio erat Simeon, & ſine dubio dicebat: Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.* Pſalm. 84. *In hoc deſiderio, in talibus precibus reſponſum accepit.* ſerm. 3. de verbis Apoſtoli. cap. 4. Quod quidem magnopere commendat orationem, cui cum humilis & continua eſt, Dei ſine dubio reſpondet oraculum, & redditur conſolatio. Dein Nicephorus lib. hiſt. cap. 12. narrat legenti Simeoni Prophetiam Iſaiæ:

Deſideria precéſque Simeonis ad videndum Meſſiam.

S. Auguſt.

Pſal. 84.

Simeoni ſit reuelatio de ortu Meſſiæ.

Ecce virgo concipiet, & pariet filium. cap. 7. nimiùm ſolicito quî fieri poſſet, vt Virgo conciperet & pareret? Angelum à Deo miſſum nunciaſſe non priùs moriturum, quàm ſuis ipſemet oculis videret Meſſiam illum in vlnis Virginis matris. Eſt tamen vir doctus, qui ad cap. 2. Luc. ſcribat hanc hiſtoriam nullo niti fundamento: ſed minori fortaſsè ille fundamento refellit, quòd iam grauis, antiquus, & diligens autor aut per traditionem antiquam, aut à veteribus, qui modò non extent, ac tempore perierunt, ſcriptoribus acceperat, iam seriò conſtantérque monumentis conſecrare non dubitauit.

Iſai. 7.

17. Vtcunque reuelatum illud fuerit: certum eſt, Simeonem ab Spiritu ſancto impulſum; aut etiam externâ voce admonitum diluculo veniſſe in templum, vt ſuis videret oculis, quem tantopere deſiderabat. Hoc enim ſignificatur illis verbis: *Et venit in ſpiritu in templum.* Expectabat igitur ſummè intentus in occurſum & aſpectum fœminarum, quæ mulieres, quæ puerperæ ſuos in templum inferebant infantulos. Ecce tibi conſpicit ſubintrare adoleſcentulam cum infantulo eâ grauitate venerandam, eâ maieſtate conſpicuam, eâ pulchritudine radiantem, qualem ſcilicet nunquam anteà vidiſſet, nec viſam vſquam putaſſet. Nouo enim & ſupra omne quod ſub cœlo eſt, ſplendore facies adoleſcentulæ radiabat, illiúſque pulchritudo inſolita diuinum quid intuentium oculis referebat. Benè ſiquidem Virginem Dei matrem alloquens S. Epiphanius hæc adiungit: *Quæ ſolo Deo excepto cunctis ſuperior extitiſti. Formoſior & ipſis Cherubim, & Seraphim, & omni exercitu Angelico.* ſerm. de laud. Virg. Similiter eam contemplans Grego. Nicomed. exclamat: *O pulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinum! ô Dei genitrix pulchrorum omnium ſummum ornamentum!* orat. de oblat.

Luc. 2. Simeon in templo Virginem cum infantulo contemplatur.

Pulchritudo & maieſtas B. Mariæ.

S. Epiphan.

Grego. Nicom.

18. Quin etiam corpus ipſum beatiſſimæ Virginis diuinum quendam ſpirabat odorem: atque tam ex ſplendore vultus, quàm ex corporis odore ſanctiſſimus ſenex deprehendit illam eſſe Virginem, quam Meſſiæ matrem Prophetæ, atque Scripturæ prædixerant. Nam ſi fructum Virginis, hoc eſt, Chriſtum verum Meſſiam meritò appellat S. Bonau. *Delicioſum odore, & delicioſiorem ſpecie ac decore.* in ſpeculo. cap. 14. quid ni arbor, quæ talem protulit fructum, & delicioſa odore, & delicioſior decore ſuo ſe perhibeatur? Et quidem de odore ſic loquitur Dionyſ. Carthuſ. *Cur non putetur credibile quòd Virginea eius caro dulcem ſit ſortita odorem?* lib. 1. de laud. Virg. Quod multò verius ac purius de Virgine Dei matre dicendum erit, quàm de Venere illa fabuloſa Troiani ducis genitrice Poëta cecinerit, cùm ſe videndam præbuit.

D. Bonau. B. Maria corpus diuinum ſpirabat odorem.

Dionyſ. Carthuſ.

Dixit, & auertens roſeâ ceruice refulſit:
Ambroſiæque comæ diuinum vertice odorem
Spirauere, pedes veſtis defluxit ad imos;
Et vera inceſſu patuit Dea.

19. Profectò vel ipſo tantùm inceſſu diuinum quid gerebat Virgo mater; vt Simeoni ſpectanti facilè pateret Dei mater. *Virgo enim* (addit idem Carthuſ.) *quò abundantioribus diuinorum chariſmatum infuſionibus fuit præuenta, eo hæc ipſa exuberantia magis in eius refulſit vultu, ac viſu.* artic. 36. Vidit igitur Simeon oculis, quod corde tandiu exoptauerat, Dei ſcilicet incarnatum filium à ſua ipſa Virgine matre geſtari in brachiis præſentandum in templo, deſideratum cunctis gentibus, totum deſiderabilem, deſideria collium æternorum, in quem deſiderant

Carthuſ. B. Maria vultu, geſtu, inceſſuque diuinũ quid referebat.

Angeli

Angeli inſpicere, quem vel ipſi dæmones ſciunt & confitentur: ſed tamen omni ſtudio à Iudæorum cordibus expungere conantur. Vnde liceat mihi contra iſtos, etſi vulgare, tamen validum depromere argumentum. Hoſtis eſt humani generis diabolus: nihil planè manifeſtius. Quid maligno ſpiritui & antiquius & potius, quàm vt homines à ſtudio virtutis auertat, & ad omne facinus patrandum impellat: atque adeò contra ipsũ Deum armet, & faciat proditores? Iſtud eſt diaboli ſtudium, iſtud ingenium. Dic iam tu mihi Iudæe quis vnquam aut vidit, aut audiuit vel Iudæum relictâ ſuâ ſuperſtitione, vel Saracenum ſuâ infami ſectâ renunciatâ, vel gentilem abnegatâ idololatriâ Chriſtianam amplecti fidem ex perſuaſione diaboli? Cui mortalium ſuaſit vnquam diabolus vt Chriſtum adoraret, vt Chriſtianus fieret, vt Catholicam Petri fidem & cathedram ſequeretur? Imò quid magis, quàm hæc ipſa odit, & de cordibus hominum vel auertere, vel extirpare ſtudioſiùs contendit? Igitur quiſquis es, vel Iudæe, vel hæretice, vel infidelis, reſipiſce tandem, renuncia diabolo & operibus eius; Chriſtum IESVM verum Meſſiam, Deum & hominem recognoſce, adora, ſequere: Catholicam illius fidem amplectere: vitam fide, cœlo, Deóque dignam viue; cui felicitas redditur ſempiterna.

Nunquam homini diabolus ſuaſit vt Chriſtianus aut catholicus fieret.

Ex odio diaboli contra Chriſtum fit bonum argumentũ pro fide Chriſti.

SECTIO X.

Et ipſe erit expectatio gentium.

1\. VErtunt alij: *Obedientia gentium*: vel, *Ipſi obedient gentes*: vel, *ſeruient vniuerſa regna terra*: vel, *Congregatio ad ipſum*, ſcilicet confluet. Quæ omnia ſoli Chriſto IESV conueniunt. Ille dicit: *Populus, quem non cognoui, ſeruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi*. Pſalm. 17. *Adorabunt eum omnes Reges terra: omnes gentes ſeruient ei*. Pſal. eod. Ad eius ſuaue iugum & Eccleſiam omnes confluent. Mich. 4. Iſai. 2. Quid de ſpe? Chriſtus IESVS Dominus eſt ipſum deſiderium, ſpes, expectatio, vt vertunt LXX. *In eo gentes ſperabunt*. Iſai. 11. Quomodo autem Chriſtus Dominus dicatur expectatio gentium, duplici ratione ſolet exponi. In primis vti res etiam inanimatæ naturali quodam impetu concitatæ feruntur ad appetendum ea, quibus maximè indigent, eáque dicuntur, quandiu non habent, deſiderare. Sic gentes Meſſiæ, quo maximè indigebant, aduentum deſiderare & expectare perhibentur: ad eum ſcilicet modum, quo tellus arida de cœlo pluuias deſiderare, & expectare dicitur, Deut. 11. Quia ſcilicet ſi tellus foret animata, proculdubiò cœleſtem expectaret imbrem, illúmque deſideraret: idcircò pluuia eſt deſiderium, & expectatio terræ. Quare licèt gentes (vti optimè animaduertit noſter Soar. diſp. 1. contra Iudæos. ſect. 3. ad 1. tom.) quæ Chriſtum ignorabant, non illum deſiderarent appetitu elicito, tamen quia maximè indigebant aduentu eius, ideò maximè illis erat deſiderabilis: & quod huiuſmodi eſt, ſolet etiam deſideratum appellari, velut ipſo pondere naturæ. Deinde, ac fortè accommodatius: Erit Meſſias expectatio gentium, vt de facto nunc eſt, in quem ſcilicet gentes ab idololatria conuerſæ, illiúſque fidem amplexatæ totum ſuum affectum, ſpem, amorem, deſideriáque ſua dirigerent, & collocarent. Et hæc ſunt illa, quæ LXX. vertunt, *Electa*; Ipſi Meſſiæ repoſita, & reſeruata; quem ſenſum exprimens S. Cyrill. Alexandr. ita hoc teſtimonium euoluit. *Tunc vbi defecerunt de tribu Iuda, qui principatum gererent, natus eſt Chriſtus, qui & gentium fuit expectatio; quia & ipſa per fidem vocata ſunt. Et hoc erat, quod de illis dictum eſt per vocem Saluatoris: Et alias oues habeo, qua non ſunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere: & fiet vnum ouile & vnus paſtor*. Ioann. 10. S. Cyrill.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

Pſal. 17.
Ibid.
Mich. 4.
Iſai. 2.
Meſſias gentium expectatio.
Iſai. 11.
Deut. 11.
Vt pluuia terra, ita Meſſias deſiderium gentium.
Soar.
Gentes ad Chriſtum conuerſa in eo ſpem, deſideriúmque habent collocatum.
D. Cyrill. Alex.
Ioann. 10.

2\. Natus eſt igitur Dominus IESVS, cùm iam defeciſſent Reges ex tribu Iudæ; & factus eſt expectatio gentium. Hoc enim illi repoſitum. S. Cyrill. lib. 6. contra Iulian. Subtiliter S. Ambr. eadem verba expendens hæc adnotauit. *Et ipſe eſt expectatio gentium; plus dixit, quàm ſi dixiſſet: Ipſum expectant gentes: eò quòd omnis ſpes Eccleſia in ipſo recumbat*. lib. de bened. cap. 4. Scilicet iam ab ipſo mundi exordio, vbi poſt peccatum Adæ genus humanum egere cœpit Redemptore, ſimul etiam deſiderare cœpit & expectare venturum. Hæc vna ſpes mortalium, hæc in omnibus mundi huius tempeſtatibus, peccatorúmque in dies magis ac magis inundantium fluctibus vna iuſtorum erat anchora, cui mentes cordáque illigantes è ſalo in portum ſalutis tandem incolumes euadebant. Ad omnes quippe dictum eſt à Propheta: *Conuertimini ad munitionem vincti ſpei*. Zach. 9. Hæc illis venturi Meſſiæ ſpes anchora ſic fortis, & inconcuſſa; vt meritò diceretur munitio, turris, propugnaculum, ipſamet fortitudo. Hac iuſti omnes ſpe, veluti aurea catena conſtricti viuebant: quam quia auream, decoram, velut inſigne quoddam nobilitatis ornamentum geſtabat in pectore, fouebat in ſinu admirandus ille gentilium Patriarcha, vatéſque ſanctiſſimus Iob, aiebat: *Scio quòd Redemptor meus viuit: quem viſurus ſum ego ipſe. In carne mea videbo Deum ſaluatorem meum. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo*. Iob. 19. Vinctus nimirum erat, ſpei catenam ferebat expectationis ſanctiſſimus ille ſenex, quem paulò ante reliquimus in templo intuentem dum & Virginem matrem, & infantulum Meſſiam ſuis, vti exoptauerat, oculis inſatiabiliter contemplaretur. Cæterùm cùm Deus miſericors largiùs dare ſoleat, quàm promittat: Simeoni conceſſit non modò vti oculis videret Dei filium incarnatum, verùm Patribus Meſſiam promiſſum: ſed eundem quoque ſuis teneret manibus, complexu adſtringeret, milliéſque demum ſuauiſſimè deoſcularetur. Complexus itaque ſanctiſſimus ſenex infantem Deum mirificè exultat, moriturum ſe iam in pace ſecurum ac lætum, quòd mundi deſiderium, Deum incarnatum, nunc tandem ipſe videret, & amplexaretur; dulcéque illud ſuum Canticum (*Nunc dimittis*) emodulatur. *Nunc dimittitur* (occurrit S. Ambroſ.) *vt non videat mortem, qui viderat vitam*. Nec enim mors appellanda illa eſt, in qua cantando moritur homo cycni more, de quo Poëta.

Cantator cycnus funeris ipſe ſui.

O feliciſſimum obitum! ô ſummè inuidendum! ô votis omnibus expetendum ab hac vita diſceſſum! Quid quæſo & dulcius & pulchrius, quàm vt hmno puerum Deum amplexatus imminentem expectet mortem!

Zachar. 9.
Iuſti omnes viuebant de ſpe Meſſia.
S. Cyrill.
S. Ambr.
Meſſias hominum ſpes.
Ornamentũ Iob ſpes Meſſia.
Iob. 19.
S. Simeon infantem IESVM amplexatur.
Luc. 2.
D. Ambroſ.
Ouid.
Felix mors cum IESV.

3\. Memini hoc loco quid olim in India orientali contigerit; quo egregiè Simeonis hæc felicitas explicatur. E Malaca videlicet Goam reuertens Magnus ille Alphonſus Albuquerquius mi-

Albuquerquius cum infante ſaluus è naufragio.

A ſetandum fecit naufragium. Enimverò noctu fœda tempeſtas oborta Albuquerquij nauem ſaxis alliſam infregit. Itaque Prætor per tenebras à nautis magno labore in ſcapham acceptus, cùm ipſe periclitantem puerum inter manus properè ſuſtuliſſet, illúdque intentis in cœlum oculis identidem repetiſſet: Cum hoc innocente Deus me ſaluet: in littus tandem emerſit incolumis. Referunt hanc hiſtoriam noſtri ſcriptores. Quid quæſo ad noſtrum Simeonem aptius? Quid ad huiuſmodi lætiſſimum è vita diſceſſum explicandum accommodatius? Noſtra eſt, ſimul atque concipimur, vita in æternitatem nauigatio. Igitur exorta demum grauioris morbi tempeſtas miſeram corporis nauem vehementer concutit;

Vita enim terrenis bonis, & corporis naufragium.

B quaſſatámque morti allidit, & confringit. O triſte! ô deplorandum naufragium! Fractâ naui, pereunte corpore, vitâ extinctâ, bonorum omnium naturalium, & temporalium irreparabilis fit iactura, fit naufragium. Sola reſtat ex fracta corporis naue, quæ illam in ſalo dirigebat, anima. O quàm feliciſſima, ſi (quod Simeoni datum à Deo eſt) complexa puerum innocentem, IESVM, ipſum Dei & Virginis filium, ipſam ſcilicet innocentiam, ipſam vitam & ſalutem ſinu & corde geſtans proclamare poſſit: Cum hoc innocente, cum hac ipſamet innocentia; cum Dei filio, cum ſuauiſſimo IESV meo Deus me ſaluet incolumem, atque in portum inuehat immortalitatis.

Secura mors cum puero IESV.

C 4. Porrò hæc ipſa Simeonis felicitas mihi felicitatem piæ ſanctæque mortis iuſtorum, maximè illorum, qui beatiſſimam Virginem Dei matrem in vita ſtudioſiùs ac piùs coluerunt, videtur adumbraſſe. Fortunatiſſimus igitur, qui cum Virgine Dei matre, & filio dulciſſimo IESV imminentem expectat mortem! IESVM in corde, Mariam in oculis præfert: IESVM in ſacra Euchariſtia (ô dulce! ô fortis! ô ſecurum viaticum in æternitatem!) ſumptum geſtat in pectore: Mariam habet præſentem, & opitulantem; Mariæ patrocinio munitur. Eſt quidem Virgo per virgam Moyſis adumbrata, per quam mortis pelagus aperitur, Ægyptiorum quadrigæ abſorbentur, Dæmones fugantur, & per ipſas dolorum anguſtias ſecuros & expeditos ſibi tranſitus ad

Secura, felixque mors cum IESV & Maria.

B. Maria virga Moyſis.

D cœleſtem patriam lacte, melléque manantem electis repromiſſam. Libet ô bone IESV, illud identidem mihi repetere: *Virga tua & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt.* Pſal. 22. Nimirum (vti explicat P. Damian.) *in Virgine virga, & baculo Cruce miſerorum ſpes & conſolatio continetur. Eſt enim Virgo Dei mater virga illa, qua retunduntur impetus aduerſantium dæmonum: Virga, per quam fiunt ſigna & mirabilia. Baculum crucis intellige, quo non ſolùm verberatus eſt, ſed occiſus ille inſatiabilis homicida, qui mortibus hominum paſcitur & nutritur.* ſerm. de Aſſumpt. Certè cùm ſemper in vita patrocinium Virginis beatiſſimæ vir erga illam ſtudioſus & pius experiatur, tum vel maximè in

Pſal. 22.
P. Damaſc.
B. Maria & Crux Chriſti ſolatium & præſidiũ fidelium.

E hora mortis, vbi grauius periculum, præſentius & abundantius Virginis, in cuius obſequio vixit, in cuius tutela moritur, ſolet experiri ſubſidium. Igitur ad ſuauiſſimam & beatiſſimam Dei Matrem, Virginem Mariam corde ſimul & voce quiſque noſtrûm; dum viuit, ſe conuertens inclamet.

Suos ſeruos B. Maria in morte ſolatur, & tuetur.

Maria mater gratiæ,
Mater miſericordiæ,
Tu nos ab hoſte protege,
Et hora mortis ſuſcipe.

A 5. *Et ipſe erit* (prophetat Iacob) *expectatio gentium.* Cui rectè concordat Simeonis canticum: *Quod paraſti ante faciem omnium populorum: lumen ad reuelationem gentium.* Luc. 2. Vberior ſiquidem Meſſiæ gratia, & Redemptoris fructus in gentibus, quam in Iudæis fieri, viderique debebat. Hinc arbitror illud à Paulo gentium Apoſtolo attributum Chriſto nomen: *Deus autem ſpei repleat vos omni gaudio.* ad Rom. 15. Deus ſpei noſtræ Chriſtus Dominus, in cuius ſanguine veniam peccatores, in cuius reſurrectione noſtrorum corporum reſurrectionem etiam iam conuerſi, iam iuſtificati ſperamus. Deus ſpei; in quem qui verè fidelis eſt, *totis viribus* (vt loquitur S. Cyprianus) *ac toto corde ſuſpenſus eſt.* epiſt. 2. Pulchrè ſuſpenſus

Luc. 2.
ad Rom. 15. Chriſtus Deus noſtræ ſpei.
S. Cypr.

B in Chriſtum, in Deum ſpei, ſicut infantulus à matris vberibus. Hic eſt Deus ſpei, qui replet nos omni gaudio. Nam quod maius peccatoribus gaudium, quàm quòd iuſtificati per ſanguinem Redemptoris ab illo portentur in ſinu, illius vberibus, diuinis videlicet conſolationibus repleantur? Quin etiam (quod omnem excedit admirationem) ipſemet Deus homo in capite velut honoris coronam geſtet, quos à turpitudine vitiorum ad puritatem ſanctioris vitæ conuertit? Hoc enim illud eſt ſpineæ coronæ, qua Dominus IESVS in paſſione redimitus eſt, Ioann. 19. ſacramentum, vt his verbis explicat S. Ambr. *Corona de ſpinis capiti Domini annexa oſtendit, quòd de peccatoribus mundi tanquam ſeculi pœnis triumphalis*

Peccatores pœnitentes geſtat Chriſtus in capite.
Ioann. 19.
S. Ambr.
Spinea coronæ myſterium.

C *Deo gloria quæreretur.* in 23. Luc.

6. O magnum! ô dulcem Redemptorem! ô admirabilem! ô cœlitibus ipſis inuidendam pœnitentium hominum felicitatem! Spinæ de ſylua mundi ſunt peccatores, quæ ſcilicet in coronam conſertæ Dominicum cerebrum lancinarũt. Margaritæ verò ſunt pœnitentes, quibus aureum ornatur diadema, quod capiti ſuo impoſitum Redemptor mundi geſtat in triumpho. Hæc Meſſiæ gloria repoſita, gentium videlicet conuerſio. *Non enim* (S. Cyrill. inquit) *per vnum ſanctorum Prophetarum accerſitæ ſunt gentes: ſed ipſi potius Meſſiæ repoſitum eſt vt imperaret non iam ſolis Iudæis, ſed etiam omnibus gentibus. Dixit enim Zacharias de illo: Et erit Dominus vnus, & nomen eius circumiens vni-*

Peccatores ſpinæ, pœnitentes margaritæ capitis Chriſti.
S. Cyrill.
Zach. 14.

D *uerſam terram.* cap. 14. *Pſallit autem Dauid: Dominus regnauit, exultet terra.* Pſalm. 96. lib. 6. contra Iulian. Conuerſio itaque gentium à ſimulachris idolorum ad Deum verum, vtpote opus admirabile, immenſi honoris & gloriæ, ſoli ipſi Deo homini ſeruata fuit; tanquam theſaurus illi repoſitus. Hæc ſunt electa vel ornamenta & decora, vel ſummæ dignitatis inſignia; vel victoriarum ac triumphorum monumenta; vel denique fercula, dapes, epulum, quæ humano captu altiora ſoli Deo homini debebantur: *Cui repoſitum eſt* (declarat S. Ambr.) *vt Eccleſiam Dei congreget ex conuentu nationum omnium, & gentilium deuotione populorum: hoc eſt, ipſum manet, ipſi debitum ſeruatur, ipſi tanta gratiæ prærogatiua defertur.* lib. de

Pſal. 96.
Conuerſio gentium ſoli Meſſiæ reſeruata.
D. Ambr.

E bened. cap. 4. loquimur ſecundùm LXX. & Patrum lectionem, de qua præced. ſect. num. 1. dictum eſt.

7. Repoſita erat cœleſti ſponſo in mundum venturo ſponſa illa de gentibus Eccleſia, quam nullus Prophetarum ſibi aſciſcere meruerat. Hoc etiam typo arcana huius Prophetiæ diſertè admodum explicat idem Ambr. *Ideo* (inquiens) *dicitur Moyſi: Solue calceamentum pedum tuorum.* Exod. 3. *Ne ipſe ſponſus Eccleſiæ crederetur, qui dux plebis eligebatur.* ibidem. Nimirum, vt conſtat ex

S. Ambr.

Ruth

Ruth 4. Eccleſia de gentibus ſoli Deo homini reſeruata.

Ruth cap.4. qui cedebat alteri iure ſuo docendi certam vxorem ſoluebat homo calceamentum ſuum, & dabat proximo ſuo, vt ille illam duceret. Iccircò iuſſus eſt Moyſes ſuum ſoluere calceamentum, quaſi non auſus, vel dignus attingere, quod Chriſto venturo ſtabat repoſitum; vt eſſet & diceretur ſponſus Eccleſiæ de gentibus congregandæ. Quod etiam Ioſue facere imperatum eſt, vt ſtatim adiungit idem Ambroſ.

D.Ambr. Ioſue 5. *Conuerſio gentium nō niſi per Apoſtolos facta.*

Ideò ſoluit calceamentum ſuum IESVS Naue, Ioſue 5. *vt venturo tanti muneris gratiam & ipſe ſeruaret. Chriſtus igitur ſolus eſt vir Eccleſiæ & expectatio gentium, cui deferentes copulæ gratiam nuptialis calceamentum ſuum ſoluerunt Prophetæ.* Tantæ molis erat Chriſtianam condere gentem: tantæ dignitatis erat

B

gentium ad Chriſti fidem conuerſio; vt eam Prophetis & Patriarchis, & viris iuſtis priorum temporum tradere dignatus non fuerit Dei filius; ſed eam ſibi in mundum venturo reſeruarit: quam per ſuos Apoſtolos tam diuini ſpiritus virtute indutos, & in gratia confirmatus ipſemet in cœlo regnans poſt aſcenſionem ſuam molitetur. Quare eũ adhuc in terris ageret, mitteretque diſcipulos ad prædicandum Euangelium cauit omninò: *In viam gentium ne abieritis.* Matth.10. *Ideò ſcilicet* (inquit S.Chryſoſtom.) *primò ad Iudæos miſit, vt quaſi in quadam palæſtra in Iudæa exercitati ad agones orbis terrarum intrarent; & velut quoſdam pullos debiles ad volandum eos inducens.*

Matth. 10. *Prædicatio Apoſtolorũ in Iudæa ad gentium conuerſionem palæſtra.*

S.Chryſoſt. *Apoſtoli à Iudæa tanquã è nidulo egreſſi per orbẽ volitarunt.*

8. Apoſtolorum itaque per Iudæam prædicatio fuit quoddam veluti fictitium ſtadium, & vmbratilis pugna, in qua ſeſe exercebant tyrones, vt

C

verè deinceps ac ſeriò cum gentibus per omnes terræ prouincias prædicando & patiendo præliarentur. Iudæa fuit illis veluti nidulus, in quo auiculæ recèns natæ, atque implumes paulatim adoleſcerent, vt firmatis ſubinde viribus, plumiſque indutæ per vniuerſum orbem ad animarum ſalutem peruolarent. De Chriſto enim Apoſtolos mittente, atque per illos prædicante dictum eſt: *Orietur vobis ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius.*

Malach. 4. *Apoſtoli pennæ, & alæ Chriſti.*

Malach.4. Sunt Chriſti alæ, ſunt pennæ ipſimet Apoſtoli, quibus Chriſtus, eiúſque Euangelium per gentes toto orbe volitauit. Quòd ſi locum de Chriſto Domino tantùm intelligas, hunc ſenſum

D.Hier.

D

erues cum S.Hieron. *Sanitas erit in pennis eius; vt ſanatos per pœnitentiam portet in humeris ſuis*, iuxta illud Deut.32. *Expandens alas ſuas ſuſcepit eos, & in humeris ſuis portauit illos.*

Deut.32. *Peccator pœnitẽs dulcis & pretioſa ſarcina humeris Chriſti.*

O admirandam pariter ac venerandam amandámque ſaluatoris clemẽtiam! ô incomparabilem quoque hominis verè pœnitentis felicitatem! Ab ipſomet Deo ſaluatore portatur in humeris, vtpote Domino dulcis & pretioſa ſarcina peccator, qui de ſuis delictis debitam egit pœnitentiam. Ab ipſamet creaturarum omnium prouidentiſſimo paſtore geſtatur in ceruicibus ouicula, quæ poſteaquàm à grege cauliſque aberrauit, rurſus ad vocem paſtoris accurrens libenter voluit reuocari. Luc.15.

Luc.15.

9. Cæterùm in priore ſenſu per alas & pennas

E

Chriſti Apoſtolos intelligens, quos Dominus in prædicationem Euangelij, & conuerſionem gentium deſtinauit, nunteris illos, cùm adhuc in terris ageret à Domino prohibitos prædicare gentibus: *In viam gentium ne abieritis.* Matth.10. quippe cùm illarum conuerſionem non niſi poſt paſſionem & reſurrectionem ſuam, veluti fructum ſuæ mortis, procurandam decreuerit. Et quoddam veluti præmium ſuæ paſſionis ab æterno ſuo Patre accepit gentium conuerſionem, iuxta illud: *Dabo tibi gentes hæreditatem tuam.* Pſalm.2. Iccircò

Matth. 10. *Conuerſio gentiũ fructus & præmiũ paſſionis Chriſti.*

Pſal.2.

A

dum vixit prædicari noluit gentibus euangeliũ, nec earum conuerſioni animum, laborémque impendit, quaſi hanc ipſam tanti honoris excellentiam proprijs laboribus ac doloribus vellet emereri. Repoſita eſt hæc gloria ipſi Deo homini venturo, vti promiſſus fuerat, & expectabatur, in mundum, Meſſiæ: vt ſcilicet per ſuos Apoſtolos ad ſuam legem fidémque deuictas & ſubiugatas traheret gentes. De Apoſtolis enim prædixit Iſaias: *Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia.* cap.9. Fuerunt ſiquidem, de quibus loquitur Iſaias, & meſſores, quos Dominus miſit ad metendum, quod ipſemet ſeminauerat. Nam Chriſtus & agricola eſt, & granũ quoque ipſum,

Iſai 9.

Ioan.4.

B

quod mortuum cecidit in terram, multumque fructum attulit. Ioan.12. Nimirum conuerſio gẽtium, veri Dei fides, virtutes, & quicquid boni ac doni cœleſtis in mundo fuit; éſtque hodie, atque vnquam erit, proculdubiò fructus eſt paſſionis Domini. Fructum iſtum collegerunt, ſegetem iſtam meſſuerunt, grana in horreum Eccleſiæ ſancti Apoſtoli congregarunt tanto cum gaudio, quantum nullus mortalium explicabit. Iidem quoque victores de idololatria, de falſis Diis, de nefandis idolorum ritibus; non ſuo tantùm, ſed ipſarum etiam debellatarum gentium gaudio triumpharunt.

Ioan.12. *Apoſtoli meſſores, Chriſtus agricola, & granum.*

10. Hoc quidem nonquam retroactis ætatibus anteà viſum, ſoli Meſſiæ reſeruatum erat miracu-

C

lum. Sic enim exorditur Propheta: *Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis: quoniam Dominus excelſus, terribilis, Rex magnus ſuper omnem terram, ſubiecit populos nobis, & gentes ſub pedibus noſtris.* Pſalm.46. Declarat optimè S. Hieronym. *Ille, qui quondam irritabatur à Iudæis, obtentis gentibus excelſus cœlos aſcendens, terribilis factus eſt reſidens ad dexteram Patris. Rex magnus ſuper omnes nationes terræ ſubiectas ſibi.* Inuitat ergo Dauid gentes ad laudandum Deum, à quo fuerũt conuerſæ ad veram illius fidem, in voce exultationis. Et quidem *vox exultationis*, (vti exponit idem Hieronym.) *eſt quòd nec verbis, nec literis, nec ſyllabis poteſt homo comprehendere quantum Deum laudare debeat.* Nam quæ laus, quæ gratiarum actio

Pſal 46. *Magnum Meſſiæ miraculũ conuerſio gentium.*

D.Hier.

D

digna reddi à gentibus Deo poteſt, quòd relictis Iudæis gentes in Eccleſiam ſuam elegerit? *Quoniam Dominus excelſus.* vbi exclamat iure optimo S. Baſil. *Vbi ſunt igitur qui gloriam vnigeniti demoliuntur? Ecce Rex magnus Dominus vocatur. Quando igitur paſſionem eius audis, ne concidas animo. Natura ſiquidem excelſus eſt. Quod autem naturâ excelſum eſt ſublimitatem ſuam nunquam amittet.* IESVM Nazaræum, ô Iudæi, etenim affixum occidiſtis: ſed ne reſurgeret in vitam immortalem, impedire non potuiſtis! vitam illi ad triduum eripuiſtis: at illius ſuper omnes gentes regnum, honorem, gloriam non ſuſtuliſtis! *Subiecit populos nobis.* Pſalm. *O rem admirandam* (inquit S.Baſil.) *eos, qui ſe crucifixerunt, ad hoc induxit, vt ſe adorarent: &*

S.Baſil. *Laudandus voce, & opere Chriſtus à gentibus propter conuerſionem.*

S.Baſil. *Chriſtus crucifixus à Iudæis, & adoratus à gentibus Deus*

E

eos qui lapidibus adhæſerunt, docuit. Et hoc opus non fuit Apoſtolorum, ſed eius qui viam illorum direxit, & animos iſtorum permouit. Igitur omnes gentes plaudite manibus (occurrit S.Auguſt.) *perueniſſe ad vos gratiam Dei. Plaudite, gaudete manibus, quia bonis operibus. Ne gaudeatis ore, & ceſſetis manibus. Manus gentium videat, qui gaudia donare dignatus eſt. Manus gentium, facta operantium.* Verius quidem operando, quàm loquendo noſtram fidem commendamus. Chriſtianus Deum magis vitâ quàm linguâ honorat. *Rex magnus ſuper omnem terram.*

S.Auguſt.

Fides potiùs opere, quàm voce commendatur.

Pſal.46. Præmium vulneris in latere Chriſti conuerſio gentium.

Pſal.46. *Non enim* (pulchrè animaduertit S.Aug.) A *illi ſufficit vnam gentem habere ſub ſe: ideò pretium ex latere dedit, vt emeret orbem terrarum.* ibid. Tanto Regi, Deo ſcilicet homini anguſtum erat Iudææ regnum, pauculi ſubditi ipſi tantùm Iudæi: repoſita illi erant electiſſima quæque, totos ſcilicet terrarum orbis in imperium: gentes omnes in famulatum. O mira laus! ô pretium inæſtimabile Chriſtianorum è gentibus: etſi illorum conuerſio, fides, Eccleſia debebatur Deo homini propter vnionem diuinitatis, ad maiorem tamen Chriſtianæ gentis commendationem ſuo ipſe ſanguine de aperto latere, de corde demum profuſo nos excelſus Dominus, Rex cœli terræque emptos maluit poſſidere.

Inæſtimabilis gloria gentiū apud Chriſtum.

SECTIO XI.

Ligans ad vineam pullum ſuum, & ad vitem, ô fili mi, aſinam ſuam.

1. L*igans ad vineam pullum ſuum.*] Loquitur Iacob cum filio ſuo Iuda, ſed tamen de Meſſia illo, quem anteà dixit venturum, & fore gentium expectationem. Iccircò affatus filium appoſuit: ô fili mi, quaſi dicat: ô fili Iuda, ille ipſe Meſſias, qui de tuo ſemine naſciturus, cùm venerit, ligabit pullum ſuum ad vineam. Quænā iſthæc vinea? Vtique Dei Eccleſia, quæ in ſcripturis hoc nomine ſæpiùs nuncupatur, qualis ante aduentum Meſſiæ ſola erat ſynagoga, populus Iudæorum, apud quos tantùm veri Dei fides & religio vigebat. Nam totum ſubinde genus humanum nihil erat aliud, quàm infidelium & perditarum gentium colluuies. Veniens igitur in mundum Meſſias gentium populum, qui iugum diuinæ legis nondum tolerat, primis illis de populo Iudaico conuerſis in vnam Eccleſiam aggregabit. Sic Apoſtoli, cùm plurimos iam Iudæorum ad Chriſti fidem conuertiſſent, iuſſi à Deo per gentilium prouincias Chriſtum euangelizando ex vtroque populo latiſſimam & glorioſiſſimam Eccleſiam Chriſto ædificauerunt quæ iccircò ſe ipſam intuens atque admirans dixit: *Eduxit me in latitudinem.* Pſal.17. *Eduxit me* (declarat S.Auguſt. de ipſa Eccleſia) *in ſpiritualem latitudinem fidei.* Cæterùm illa latitudo latiùs etiam extendi debet ad omnem ſcilicet latitudinem temporis: quia in ſempiternum perdurabit; nec alia iam Dei Eccleſiæ, quam Chriſtus fundauit, Eccleſia vel lex alia Chriſtianæ legi nullo tempore, quę diuina ſit, per omnem æternitatem ſuccedet. Deinde ad omnem latitudinem myſteriorum; cùm in lege atque Eccleſia Chriſti omnia fidei myſteria, omnia quæ ad hominum ſalutem pertinent Dei arcana, præcepta, conſilia pateſcant; auxilia concedantur: bonitatis & miſericordiæ diuinæ inexhauſtus theſaurus in Eccleſia communicandus fidelibus poſſideatur.

Eccleſia Dei vinea.

Mira temporis, loci, myſteriorū gratiarum latitudo in Eccleſia Chriſti. Pſal.17. D.Auguſt.

2. In latitudinem denique populorum, qui fidem Chriſti ſuſceperunt, ac profitentur: & ex omnibus, quæ ſub cœlo ſunt, nationibus fidelium, qui ad hanc Chriſti Eccleſiam ſeſe aggregarunt. Anguſtum quidem illud ædificium Eccleſiæ ex Iudæis à Chriſto Domino dilatatum vſque adeò fuit, vt omnium modò gentium capax eſſe videatur. O bone IESV cùm te Iudæi abiecerunt, cùm ſynagoga te foràs expulit, cùm Iſraël Barabbam, quàm te verum Meſſiam, maluit viuum, cùm perfida illa Hieruſalem tota ſuccla̅mauit: *Tolle, tolle, crucifige. Non habemus Regem, niſi Cæſarem.* Ioan.19. Quòd (inquam) te iſti noluerint, haud grandem feciſti iacturam. Quidnam obſecro Iudæorum amiſſio ad gentium conuerſionem? Quod ſynagogæ diſpendium ad Eccleſiæ Chriſtianæ compendium? Quid ille tantillus Iudææ angulus ad vniuerſum terrarum orbem? Quid illud? *Notus in Iudea Deus: in Iſraël magnum nomen eius.* Pſalm.75. ad hoc: *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Pſal.18. Vtique prædicantium Chriſti fidem, quæ per omnes terrarum portiones peruagata eſt, quam omnes gentes aliquandiu ſaltem amplexatæ; nunc verò ſelectiſſimæ atque illuſtriſſimæ in mundo profi- B tentur? Quid illa quatuor Iudæorum (liceat dicere) ædicula ad latiſſimam omnium ex gentibus fidelium Eccleſiam? Notus in Iudæa Deus, inſultando repetunt Iudæi. Sed quænam iſthæc Iudæa? An quæ olim à Romanis euerſa? An quæ nunc à Turcis, maledictæque ſectæ cultoribus habitatur? Nec Iudæa, vbi notus, vbi adoratus Deus, vſquam apparet: nec veri illi à Iuda benedicto filio Iacob vllibi terrarum videntur Iudæi. Verè ſiquidem & validè argumentatur D. Aug. *O Iudæi qui vocamini, & non eſtis? Si non habetis Regem niſi Cæſarem; vt clamando dixiſtis: Non habemus Regem, niſi Cæſarem,* Ioann. 19. *Defecit iam princeps de Iuda. Venit ergo ille, cui repromiſſum eſt. Illi ergo veriùs Iudæi, qui Chriſtiani ſunt: qui in Chri-* C *ſtum non credunt, etiam nomen ipſum perdere digni fuerunt.* ibid.

Ioan.19.

Pſal.75.

Pſal.18.

Deſtructa prorſus antiqua Iudæa.

Ioan.19.

à Deo bene... nuſquam modò apparet. S.Auguſt.

3. Illa igitur Iudæorum ædicula omninò deſtructa eſt, *vt non remaneret lapis ſuper lapidem.* Matth.24. Eò quòd domus ob vitia inhabitantium leproſa facta eſt: quam Dominus propter lepram tenaciter ibi perſeuerantem iubebat deſtrui: & lapides eius ac ligna, atque vniuerſum puluerem proiici extra oppidum. Leuit.14. Quo quidem egregiè deſcribitur Reſp. Iudæorum, vti ſic adnotauit Theodoret. *Domus leproſæ ſimilis eſt domus Iſrael, de qua qui peccauerint tanquam lapides infecti leprâ ſublati ſunt quandoque per Aſſyrios, aliquando per Babylonios, interdum Macedonum operâ.* Cæterùm quia lepra illa tempore vtcunque, mul- D tóque Prophetarum labore mundabatur; ſublati propter illam lapides ad ſtructuram domus reducebantur: cùm ſcilicet poſt illas ſtrages, captiuitates, exilia reducti ad patriam Iudæi ſuum templum, & Remp. inſtaurarunt.

Matth.24.

Iudæa domus leproſa.

Leuit.14.

Theod.

4. At vbi lepra illa perſeuerans, & pertinaciter adhærens viſa eſt, cum Iudaica perfidia nec ipſius Meſſiæ conſpectu curari, nec illius doctrinâ expiari, nec illius miraculis ac beneficiis abſtergi paſſa eſt: funditùs deinde ſubuerti debuit domus, vt nec lapis ſuper lapidem remaneret: ſed & lapides & ligna ſecum adhuc inhærentem lepram geſtantes procul inde abiecti ſunt: vt factū videmus. adiungit namque Theodoret. *Et quia adhærenti lepra laborabant, illorum domum per Ro-* E *manos dirui funditùs iuſſit legiſlator. Impuri ſunt, qui introeunt in caſas illorum, quaſi leproſam in domum ingrediantur.* quæſt.18. in Leuit. Egregium hinc poteſt exordium deduci ad celebrem apud nos concionem in actu publico ſanctæ inquiſitionis, Luſitanè *Cadafalſo.* Planè ſic habet quotidiana experientia, vt conſuetudine Iudaicæ gentis impuriſſimam lepram contrahant qui familiariùs illâ vtuntur. Mirum etiam eſt quàm citò, quàm facilè motinam perfidiæ atque apoſtaſiæ lepram inter ſe alij aliis communicent. Vidimus nuper, & mihi commiſſum,

Theod.

Cū Iudæis, vti cū leproſis, impura & pernicioſa conſuetudo.

Vulgatur vti lepra, Iudæorum ſuperſtitio.

commiſſum, vt inſtrueret, vt iuuaret, vt ad rogum vſque, cui tandem addictus fuit, comitaret verolum, cæcum, ſpecie ridiculum, illiteratum, qui tamen magiſtrum ſe fecit ac Rabbinum huiuſce gentis; magnámque animarum edidit in Lositania, in Braſilia, in Flandria ſtragem. O dedecus! Vbi ergo in theatro publico huius vrbis, hoc eſt, totius regni, quin & totius orbis apparuit, vniuerſa planè concio exſibilauit. En qualem perfidi Iudæi habent doctorem! Ridicola nunc ſuperſtitio Iudæorum: ridicoli magiſtri: ridiculi diſcipuli. Omnia in illis vanitas, & riſus.

Ridiculi doctores ſuperſtitionis Iudaicæ.

5. Hanc Meſſias illorum & noſter gentem amiſit; & ſubinde omnes terrarum gentes electurus eſt: quod Hebræis olim comminatus exprobrauit; cùm enim in deſerto malè de ſuo ab Ægypto loquerentur exitu, déque reditu cogitarent; Dei legem, Deúmque ipſum pertæſis, parum abfuit, quin ab irato Deo prorſus delerentur. Verùm à Moyſe tandem propitiatus Dominus infidæ genti pepercit adiungens tamen: *viuo ego, & implebitur gloria Domini vniuerſa terra.* Numer. 14. *Prænuncient* (animaduertit Theodoret.) *repulſionem Iudæorum, & orbis ſalutem: & iureiurando vaticinium confirmat.* q. 27. in Num. Quaſi dixerit Dominus more principis irati. Cur me fatigo, cur crucior Iudiulos iſtos tam infidos, ingratos, moroſos, inurbanos & inciuiles tandiu ſuſtinendo? Nunquid illis ad gloriam mei nominis indigeo? Pereant igitur omnes quotquot ſunt? atque alterum mihi populum vel de ipſis lapidibus ſuſcitabo, qui per vniuerſam terram longè, latéque diffuſus, meam obſeruet legem, meum celebret nomen, mihi purè ſanctéque deſeruiat. Eia tandem Iudæorum ædicula deſtructa nouam mihi amplam quidem & interminatam, eámque fidelem & ſanctam ædificabo; ad quam ex omnibus terræ portionibus innumeræ gentes intrabunt.

Deus Iudæos pertæſus Chriſtianos ſibi elegit.
Num. 14.
Theod.

6. Sic planè res habuit: iuſſúque Dei conclamauit Iſaias: *Aperite portas, & ingrediatur gens iuſta, cuſtodiens veritatem.* cap. 26. verùm LXX. *Cuſtodiens iuſtitiam* S. Hieron. legit ex Hebr. *fidem. Aperiuntur* (inquit) *portæ ab Angelis, vt ingrediatur non populus Iudæorum, qui abiectus eſt, ſed gens iuſta, quæ ex fide fidelium nomen accepit.* Quorſum gens iſta ex multis gentibus collecta intrabit in Eccleſiam? ſcilicet ad recipiendum, venerandúmque illum ipſum, quem Iudæi abnegarunt, Meſſiam: dicit enim Iſaias. *In die illa radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum: Ipſum gentes deprecabuntur.* cap. 11. legunt clarius LXX. *Qui conſurget, vt princeps ſit gentium: in ipſo gentes ſperabunt.* Qui locus (vt hic benè animaduertit S. Hieron.) omninò conſonat prophetiæ Iacob, quam modò commentamur. Itaque vnius populi diſpendium abundè compenſauit Chriſtus Dominus omnium terræ gentium compendio: quo quidem exultans ſuis ipſis hoſtibus, à quibus repulſus fuit, felicitatem & gloriam ſuæ de gentibus Eccleſiæ exprobrat. *Ipſi me prouocauerunt in eo, qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus ſuis: & ego prouocabo eos in eo, qui non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo illos.* Deut. 32. cuius loci egregia hæc eſt paraphraſis Theodoret. *Quemadmodum vos vno Deo relicto plures falſos Deos induxiſtis: ſic ego relicto vno populo conferam omnibus gentibus ſalutem. Illi coluerunt eos, qui non erant Dij, nec tamen Deos efficere potuerunt: at ergo gentes inſipientes implebo ſpiritu diuino. Vos autem videntes contabeſcetis inuidia.* q. 41. in Deut.

Iſai. 26.
S. Hieron.
Relicto populo Iudaico Deus gentes omnes ſibi adſciuit.
Iſai. 11.
Deut. 32.
Iudæi ad felicitatem Chriſtianorum inuidia torquentur.
Theod.
Iudæ inuitinum gentilis non inuidia.

7. Fuit quidem Hebrææ genti velut ingenitum peccatum inuidia: qua primi illi autores &

A parentes iſtius nationis, vti ſuprà vidimus, aduerſus fratrem innocentem Ioſeph immaniter, ac barbarè pereini deſæuierunt. Quid quod etiam aduerſus gentiles maximè ſemper Iſraëlitæ exarſerunt inuidia, eò quòd illos ſibi tandem à Deo præferendus ex ipſiſmet diuinis oraculis præſciebant? Certè ob hanc quoque rationem Ionas licèt alioqui ſeruus Dei & Propheta cùm mitteretur ad prædicandum vni gentilium ciuitati, detrectauit imperium Domini, alióque nauigans aufugit: *Surrexit* (ſcribitur) *Ionas, vt fugeret in Tharſis à facie Domini.* cap. 1. Quòd autem hæc fuerit mens fugientis, ita declarat ex hoc loco S. Hieron. *Scit Propheta ſancto Spiritu ſuggerente, quòd pœnitentia gentium ruina ſit Iudæorum, idcircò amator*
B *patriæ ſuæ non tam ſaluti inuidet Niniue, quàm non vult perire populum ſuum.* At quid tu bone Propheta: ſi non inuides gentium ſaluti, certè nimius amator patriæ infallibilem Dei prouidentiam fugiendo poſſe impediri arbitraris? Certò quidem ſcit euenturum quod de abiectione Iudaici populi & gentilis adlectione diuinitùs eſt conſtitutum: ſed tamen dolet ſe vnum à Deo electum velut huiuſce communicationis adminiſtrum quod S. Hieron. vlteriùs ita exponit. *Videt Ionas comprophetas ſuos mitti ad oues perditas domus Iſrael, vt ad pœnitentiam populum prouocarent: etiam Balaam gentilem de ſalute populi Iſraëlitici prophetaſſe; docet ergo ſe ſolum electum, qui mitteretur ad gentes.*

Gentiles ſemper odio habiti à Iudæis.
Ioan. 1.
D Hieron.
Antiquus Iudæorũ dolor de futura gentium felicitate.
S Hier.

C 8. At quid mali tandem ex conuerſione gentium, ſi prædicando eam perficeret, ſuæ nationi timere potuit Ionas? Nimirum (vti concludit) *timebat, ne per occaſionem prædicationis ſuæ illis conuerſis ad pœnitentiam, Iſrael penitus relinqueretur. Nouerat enim, quod quando nationes crediſſent, tunc periret domus Iſrael. Et quod aliquando futurum erat, hoc ne in ſuo fieret tempore verebatur.* At quia Dominus Deus iam decreuerat, vt abiectu Iſraële gentium populus in ſuam fidem, & obſequium aſſumeretur, ipſimet Prophetæ tam de ſuis Iudæis ſolicito voluit apertè oſtendere quantò magis gentili populo, quàm Iudaico fidendum eſſet; vt in quo plura virtutis, fideíque ſigna iam tunc conſpicerentur, quorum ipſemet Propheta
D Hebræus fuit teſtis locupletiſſimus. Enimuerò cùm iam nauis vela feciſſet, ſubitò fœda exorta procella ventorum, pelagique mirandum in modum intumeſcentis; extremum naufragium minitabatur: tempeſtatis cauſam aperuit Ionas, ſe reũ confeſſus, cuius perfugæ infidelitatem pro irato Numine creaturæ ipſæ vindicabant. *Tollite* (inquit) *me, & mittite me in mare; & ceſſabit mare à vobis: ſcio enim quoniam propter me tempeſtas hæc grãdis venit ſuper vos.* Ion. 1. Quid ergo fecerint nautæ, atque vectores, quid ſcilicet gentiles verum Deum ignorantes? Nihil planè aliud, quàm vt illum hominem natione, habitu, religione peregrinum, Deo inuiſum, contra quem venti & flu-
E ctus, cœli ac maria coniurauiſſent, qui cæteris eſſet periculi, exitiíque occaſio; certatim omnes in pelagos præcipitarent? At hominem illum ſaluum, & incolumem cupientes nihil non moliebantur vt ſecum retinerent.

S Hier.
Fideliores Deo gentes, quã Iudæi.
Ioan. 1.
Ioan 1.
Mitius gentilium, quã Iudæorum ingenium.

9. *Et remigabant* (ſcribitur) *viri vt reuerterentur in aridam.* ibid. Videlicet vt ſaluum exponerent in litore, poſſéntque illo ibi expoſito iterum nauigare. *Et non valebant, quia mare ibat, & intumeſcebat ſuper eos.* ibid. Igitur penè ſubmerſi ad orationis aſylum confugerunt. *Et clamauerunt* (addit) *ad Dominum: quæſumus Domine ne pereamus*

Ioan. 1.

mus in anima viri iſtius, & ne des ſuper nos ſanguinem innocentem, quia tu Domine ſicut voluiſti, feciſti. ibid. O admirandam hominum alioqui gentilium caritatem! optimè hîc S. Hieron. occurrit: *Grandis vectorum fides! Periclitantur ipſi, & pro alterius anima deprecantur. Sciunt enim peiorem mortem eſſe peccati quàm vitæ.* Et tamen iſti erant idololatræ, vt conſtat ex ipſomet cap. primo vbi dicitur: *Et clamauerunt viri ad Deum ſuum.* Ion. 1. *Ignorantes* (inquit S. Hieron.) *veritatem non ignorant prouidentiam; & ſub errore religionis ſciunt aliquid eſſe venerandum.* id ipſum colligitur ex ſortibus, quas mittebant. Videbant itaque ſe iam penè à pelago abſorberi propter Hebræum hominem, nec illum tamen minacibus & vindicibus pelagi fluctibus tradebant. Nimirum (vt S. Hieron. aduertit) *magis volentes perire, quàm perdere.* Meritò igitur exclamat ſanctiſſimus Pater: *O rerum quanta mutatio! Populus, qui ſeruierat Deo dicit: Crucifige: iſtis imperatur, vt occidant; mare furit, tempeſtas iubet: & proprium periculum negligentes, de aliena ſalute ſolliciti ſunt. Quam ob rem iuxta L X X. vim cupiebant facere, & naturam rerum vincere, ne violarent Prophetam Dei.* Norit igitur Ionas quanta ſit gentilis populi humanitas, quanta ſit etiam in peregrinus & ignotos caritas, & quantum propterea valere debeant apud Deum, qui pro ſalute proximorum perire malint quàm perdere: quanti Deus illos faciat, è quibus tandem ſuam eſt Eccleſiam congregaturus.

S. Hier. — *Admiranda gentilium caritas.*

Ioan. 1.

D. Hier.

D. Hier. — *Sancti zeli eſt perire malle, quã perdere.*

10. Certè hic locus alterum paſſionis Domini mirificè illuſtrat myſterium: adiungit enim S. Hieron. *Nónne nobis videtur, nautarum vox, Pilati eſſe confeſſio: Mundus ego ſum à ſanguine iuſti huius?* Matth. 27. *nolunt Chriſtum perire gentes, innocentem ſanguinem proteſtantur, & Iudæi dicunt: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Et ideò ſi leuauerint manus, non exaudientur, quia plenæ ſunt ſanguine.* Iam tunc Dominus occulta quædam virtutum ſemina introſpiciebat in gentibus, quæ tandem Dei accedente gratiâ velut cœleſti rore irrigata in veram & Catholicam Chriſti fidem, & admirabilem Eccleſiæ Chriſtianæ gloriam pullularēt. Cùm tamen Iudæorum corda, in quæ cœleſtes pluuiæ ſæpiùs inundarent, in dies quotidie magis infœcunda, duriorâque ſaxis redderentur. Meritò igitur relictis Iudæis ſuum ad gentes curſum diuertit diuinæ miſericordiæ fluuius, qui irrigat & lætificat ciuitatem Dei. Quod ſubtiliter vno illo verſiculo ſignificauit Propheta: *Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi.* Pſalm. 84. Nimirum (vt explicat S. Auguſt.) *Veritas in terra Iudæorum; miſericordia in terra gentium: Veritas, vbi erant eloquia Dei: miſericordia in illis, qui dimiſerunt Deum ſuum, & conuerterunt ſe ad dæmonia.* Erat quidem in Iudæis diuina lex, fides, cognitio, religio, erant ſacrorum vatum volumina: hæc erat veritas, de qua ibidem Propheta: *Veritas de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo proſpexit.* Pſalm. 84. Orta quidem in ſynagoga, & in terra Iudaica: malè tamen accepta eſt veritas, vti deplorat Iſaias: *Veritas non potuit ingredi.* cap. 59. Pulſata videlicet ac debilitata iniuriis Iudæorum inter illos ambulare non potuit: aliò igitur, vbi & ſanaretur & benè acciperetur, abducta cœlitùs eſt. *Corruit* (adiungit) *in platea veritas: facta eſt veritas in obliuionem.* ibid. En qualis apud Iudæos veritas. Cæterùm illi obuiam fit miſericordia. Quænam quæſo? Et iuſtitia de cœlo proſpexit, pſaltes apponit: Iuſtitia Dei, gratia & miſericordia Dei gentilitatem reſpexit: ad illam deſcenderat; ex illa Eccleſiam

D. Hier. — *Gentiles Chriſtum amplectuntur, Iudæi cruci affigunt.*

Matth. 27.

Admirabilia ſemina virtutũ in gentibus introſpexit Deus.

Pſal. 84.

S. Auguſt. — *Veritas inter Iudæos, miſericordia cũ gentibus.*

Pſal. 84. — *Veritas malè accepta à Iudæis tranſlata eſt ad gentes.*

Iſai. 59.

Pſal. 48.

ædificauit: atque ita inuentam in plateis laceratam veritatem à Iudæis tranſtulit ſecum deferens ad gentes: inter quas regnat veritas, Dei fides, veri Meſſiæ religio cum ipſa ſua duce ac ſorore miſericordia dominatur.

Miſericordia & veritas regnãt inter Chriſtianos.

11. Clariùs adhuc ibidem Propheta myſterium idem concinit: *Dominus dabit benignitatem, & terra noſtra dabit fructum ſuum.* Pſal. 84. Quis terræ Iudaicæ fructus, niſi Meſſias? Illum Iudæa protulit: natus ille in Bethlehem Iudæ, crucifixus in Hieruſalem: ſed Dei benignitas collata eſt gentibus, quæ illum ipſum Meſſiam receperunt, venerantur, adorant, amant, profitentur, amplexãtur. O admirandam gentium felicitatem! Fruuntur gentes, locupletantur fructu, quem Iudæa protulit; ſine quo infelix in ſempiternam redacta eſt ſterilitatem. Ingenuè confiteamur ex pura & ſola Dei miſericordia gentes à Deo electas veritati, quæ à Iudæis aufugerat, adhæſiſſe: quicquid boni, denique poſſidemus Chriſtiani, a Deo gratia & benignitate deſcendiſſe. Quid enim aliud nox ante aduentum Meſſiæ, quam tellus infœcunda, ſaltus ferarum, ſyluáque ſerpentium? At (quæ Dei miſericordia) inde ſuam Chriſtus eduxit Eccleſiam iuxta illud Prophetæ: *Inuenimus eam in campis ſyluæ.* Pſalm. 131. Vbi egregiè S. Auguſt. *Vnde ſyluoſus locus? ſimulachra colebant homines; non mirum, quia porcos paſcebant. Hic eſt ille filius prodigus: paſcebat porcos, id eſt, colebat dæmonia, & ipſa ſuperſtitione gentilium ſylua facta eſt omnis terra.* in Pſalm. 95. Itaque Meſſias à terra Iudaica repulſus, aut verò etiam fugiens in ſyluam gentilitatis, feras deinde in oues, ſerpentes in agnos, porcos in homines, dæmones in Angelos, ſyluas in hortos, ſaltus in paradiſum conuertit, cùm ex gentibus Chriſtianam Eccleſiam fabricauit.

Pſal. 84. — *Fructus Iudææ Meſſias.*

A Dei gratia Chriſtiani habemus quod ſumus.

Pſal. 131.

D. Auguſt. — *Gentilitas [illegible]*

Admiranda per Chriſtũ commutatio in gentibus.

12. *Ligans pullum ſuum.*] Gentilem vtique populum ad vineam ſuam, ad Eccleſiam, quæ de gentibus maximè congregata eſt. Profectò fide in Meſſiam aliquando venturum illuſtratus Iacob vidit Chriſtum Dominum ex monte oliueti ſedentem aſello, ingredi Hieroſolymam more triumphantis, vt ſignificaret ſe in gentibus ad fidem conuerſis de peccato, de inferno, triumphaturum. Quid verò Apoſtolorum veſtimenta ſignificant quibus ille aſellus Domino ſeſſuro conſtratus & ornatus fuit? *Veſtimenta* (reſpondet S. Ambroſ.) *virtutes ſunt, quæ gentium duritiam aliquantulum propriâ virtute mollirent, vt inoffenſæ vecturæ felicis obſequia ſedulis affectibus exhiberent.* in 21. Luc. Duri fuerant atque obſtinati gentiles, ſed Chriſti gratiâ tandem emolliti iugo Domini libenter colla ſubdiderunt: illiúſque dulcem ſarcinam humeris impoſitam hucuſque important. Stratam quidem & Apoſtolorum, & ſanctiſſimorum hominum, qui ex gentibus crediderunt, & perfectione ſanctitatis floruerunt, viam habent omni virtutum genere, admirabiliſque exemplo ſanctitatis. Planè diuino compulſi ſpiritu Apoſtoli ſua ſternebãt veſtimenta vtique gentibus, quàm præuidebant mox ad Chriſti fidem venturis tutiorem ac faciliorem viam munientes. Quod etiam idem Ambroſio hunc modum adnotauit. *Nunque vt tutior venturis gentibus eſſet inceſſus, propriis indumentis vſque ad Dei templum, qui præbuit IESVM ſemitam muniuerunt.* Stratam itaque, facilem, planámque viam inuenerunt ad Chriſtum venientes per Apoſtolorum doctrinam, virtutéſque, & ſanctorum martyrum exempla: non eſt vbi offendant, vbi reſpirent, vbi cœcutiant, vbi labantur: ſicut idololatræ in abominationibus ſuorum Deorum;

Matth. 21. — *Aſello, ediſſerat Dominus in ſtrumentum triumphatorem*

S. Ambr.

Duritia gẽtiũ à Chriſto emollita.

Via ad Chriſtum Apoſtolorum conſtrata virtutibus.

D. Ambr.

Facilis Chriſtiana fidei ſecuráque via.

ſicut

ſicut Iudæi in rapacitate, auaritia, ſupcibia ſuorum Scribarum, & Phariſæorum; ſicut hæretici in deliramentis iuanium ſuorum dogmatum; & in turpitudine, perdiiíſque moribus ſuorum pſeudoprophetarum iugiter offendentes hallucinantur; præcipitique cum illis pariter lapſu ruunt in barathrum inferorum.

Extra fidē Chriſti error, nox, barathrum.

13. Proh quantum ſynagogæ noſtra Eccleſia; Chriſtiani ex gentibus Iudaico populo ab ipſo Deo præferuntur. Adiungit enim S. Ambroſ. *Si quis tamen ita vult accipere, non renitimur, quòd pullus iſte tam ſupra Iudæorum veſtimenta graderetur.* Exuitur Iudæus, vt induatur Chriſtianus, imò & ſupra illius veſtimenta iſte ad Chriſtum pergens, Chriſto deſeruiens gradiatur. Seruilis conditio Iudæi; atque icircò abſque pallio miſer in-

D. Ambr. Seruilis cōditio Iudæi, regia Chriſtiani.

B cedit: nobilis, regiáque conditio Chriſtiani: quid mirum ſi pallio, ſi togâ Chriſti reſplendeat indutus? Sed quid exciſi arborum rami, quibus via conſternebatur eunti Domino, ſignificarunt? *Quia videlicet* (inquit S. Ambroſ.) *iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt, quæ ſub aduentu Domini ſaluatoris infœcunda ſuccidat, & infructuoſarum inanem gloriam gentium ſolo ſternat, fidelium pedibus proterendam.* in Luc. 19. Enimverò vbi Chriſti Euangelium à gentibus receptum eſt, videre erat totam illam nefandorum rituum & profanæ vanitatis ſyluam excindi; atque ingentes, annoſáſque ſecularis ſuperbiæ ornos & quercus adacto malleo diuini Verbi proſciſſas à fidelibus conculcari; quibus quæcunque in mundo ſpectabilia

D. Ambr. Ritus & mores gentilitiū Chriſti fides excidit.

C tanquam ſtercus reputabantur. Quid mirum igitur, quòd Iudæis à Domino gentes præferantur; quòd ſynagogam Dominus vt infidam repulerit; & fidelem, obſequio deuotam, Chriſto cuncta poſthabentem, de gentibus Eccleſiam receperit? *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud*: Matth. 11. dixit ipſemet Dei filius, vbi deſcendit in terras. Sed quinam ſunt iſti violenti? quâ ratione cœlum rapitur? *Rapuit* (inquit S. Ambroſ.) *Eccleſia a ſynagoga regnum: regnum meum Chriſtus eſt: rapio illum Iudæis miſſum ſub lege, natum ſub lege, nutritum iuxta legem; vt me, qui eram ſine lege, ſaluaret. Rapitur Chriſtus, cùm aliis naſcitur, aliis ſuffragatur.* in cap. 7. Luc. En violenti, en

Meritò Chriſtus ſynagogā repulit, Eccleſiā recepit.

Matth. 11.

D. Ambr. Eccleſia rapuit ſynagogæ Meſſiam & regnum.

D raptores e gentibus Chriſtiani, qui Iudæis Meſſiam abripuerunt; & cum eo ſimul theſauros omnes bonitatis, ſapientiæ, & ſcientiæ Dei quàm fortiter tam feliciter depopulati ſunt.

Chriſtiani raptores cæli & Meſſiæ.

14. Huiuſce raptus cauſam ipſimet Iudæi conteſtantur ſuam fuiſſe cæcitatem: cùm ſublatam in reſurrectione Chriſtum, quem occiderant, à diſcipulis commenti ſunt. Subtiliter hoc ipſum S. Ambroſ. adnotauit ſic adiungens: *Rapitur Chriſtus ab inſidiantibus, rapitur dormientibus: ipſi confeſſi ſunt nos rapuiſſe, ſe dormiſſe. Dicite quia diſcipuli eius nocte venerunt, & furati ſunt vobis dormientibus.* Matth. 28. At malè actum (dices) à gentibus

D. Ambr. Cæci & ſomnolenti Iudæi Meſſiam ſuum abripi.

Matth. 28.

E fuit, cùm Iudæos ſuo Meſſia, ſuóque regno ſpoliarunt. Huic etiam obiectioni ſic idem Ambroſ. ſatisfacit: *Non inuidemus aliis, ſed nobis prouidemus. Non enim mortui poterant ſeruare viuentem. Rapitur ergo regnum cælorum, cùm Chriſtus à domeſticis denegatur, à gentibus adoratur.* At ſi dormierant, cùm tolleretur, ſi vltrò ipſi denegarunt; quomodo & rapuimus, & violenti dicimur? Planè ſic exiſtimo: cùm Dominus ipſe dixerit: *Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael.* Matth. 15. hæc violentia non tam Iudæis, quàm ipſi eorum Meſſiæ Chriſto Domino facta eſt; & pia quidem, ideóque fortior: hanc enim ipſe ſen-

Gentiū pietas Chriſto intulit vim.

Matth. 15.

A tiens exclamauit: *O mulier, magna eſt fides tua! fiat tibi ſicut vis.* Matth. 15. Erat autem mulier gentilis, vti adnotauit Marc. 7. Vtrique figura Eccleſiæ de gentibus congregatæ. Meritò igitur exaudiuit Dominus mulierem iſtam gentilem Eccleſiæ typum. *Nam* (vti animaduertit S. Ambr.) *verè hæc regnum cælorum coegit, pertinax in precibus, ſapiens in reſponſis, fidelis in verbis: prætereuntem Dominum reuocat, tacentem rogat, excuſantem adorat, negantem inclinat.* in 7. Luc. Hæc Domino IESV præſtat obſequia gentilis mulier Chriſtianam Eccleſiam repræſentans; quem ſynagoga negauit, expulit, morti turpiſſimæ condemnauit, Eccleſia de gentibus recepit, adorat, ac per grauiſſima quæque tormenta, mortémque acerbiſſimam li-

Matth. 15. Marc. 7.

D. Ambr. Chananæa typus Eccleſiæ Chriſto vim intulit precando.

B benti animo confitetur.

15. Quid quod huius argumenti aliud etiam non minus memorabile ſcribitur exemplum: cùm ſcilicet Dominus IESVS ab Archiſynagogo rogatus ad filiam duodecim annorum puellam iam defunctam reſuſcitandam, in via inter ipſas comitantium turbas mulierem, quæ fluxu ſanguinis iam ab annis duodecim laborabat, ſolo veſtis ſuæ attactu curauit? Ad quem locum ita S. Ambr. *Quid ſibi vult, quòd principis filia annorum duodecim moriebatur, & mulier iſta fluxu ſanguinis ab annis duodecim laborabat: niſi vt intelligatur, quia quandiu ſynagoga viguit, laborauit Eccleſia?* Nimirum quo tempore notus in *Iudæa Deus, & in Iſraël magnum nomen eius.* Pſal. 75. totum per orbem ſparſa gen-

Luc. 8.

Gentilitas ægra, cùm ſana eſſet ſynagoga.

D. Ambr.

Pſal. 75.

C tilitas nefandis idolorum ritibus tenebatur. Ergo vt mortua puella Iudaici principis filia deplorari à ſuis cœpta eſt; mulier illa ſanitatem à Domino recepit: ſicut bene adiungit idem Ambroſ. *Defectus illius, huius eſt virtus; quia illorum delicto ſalus gentibus: & conſummatio illius, huius exordium eſt. Sancta Eccleſia ex gentibus congregata paratam aliis fide præripit ſanitatem.* in Luc. 8. Sana eſt mulier, & adhuc integra & vegeta floret, & in æternum vigebit Eccleſia Chriſti: at mortua iacet adhuc puella, ſynagoga nimirum Iudaica, necdum ad illam ſuſcitandam peruenit Dominus, qui tandem ſub finem mundi poſt infeliciſſimum interitum Antichriſti nationem Iudaicam ab inueterata ſua perfidia curatam ad veri Meſſiæ IESV

Mortua ſynagoga ſurrexit ſana gentiū Eccleſia.

D. Ambr.

Sub finem mundi Iudaicus populus ad Chriſtum IESVM cōuertetur.

D Nazareni fidem & diuinæ gratiæ vitam reuocabit: cùm (vti ab Angelo præuunciatum eſt Danieli) *Saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit ſcriptus in libro.* Dan. 12. &, *Reliquiæ ſaluæ fient.* Iſai. 10. & ad Rom. 9.

Dan. 12. Iſai. 10. ad Rom. 9.

16. Quæ tanta igitur (ô qui adhuc ſperatis Dei regnum quod vobis gentilitas præripuit) veſtra hæc eſt cæcitas, atque ſtoliditas! Iam pridem totus vidit & adhuc videt orbis quod Iſaias prædixit exitium: *Terra veſtra deſerta, ciuitates veſtræ ſuccenſæ igni: regionem veſtram coram vobis alieni deuorant: derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea.* cap. 1. *Vniuerſam ſcilicet* (declarat S. Hieron.) *Iudæam Romanus vaſtauit exercitus, ciuitatéſque ſuccenſæ ſunt, & regionem eorum in præſentiarum alieni*

Vniuerſale, & irreparabile exitiū Iudææ.

Iſai. 1.

D. Hier.

E *deuorant, & vſque ad finem mundi perſeuerabit vaſtitas Iudæorum. Ergo omnipotens Deus dereliquit templum, & vrbem fecit eſſe deſertam. Quod non neceſſe eſt ſermonibus approbare nobis, qui videmus deſertam Sion, & euerſam Hieruſalem, templúmque vſque ad ſolum dirutum.* hæc S. Hieron. qui ſcripſit in Bethlehem duabus ab Hieruſalem leucis: videbátque oculis factam, quam Iudaicæ gentis ac regionis, & Hieruſalem Iſaias tanto tempore anteà prædixerat vaſtitatem. Illuſtrior adhuc prophetia eiuſdē Iſaiæ legitur de Iudæorum internecione atque exitio,

exitio, cuius erit teſtimonium quàm pauci ex ea A gente, ratique appareant ſubinde in tota illa regione. Sic enim Propheta. *Attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius marceſcet. Et erit ſicut congregans in meſſe quod reſtiterit, & brachium eius ſpicas leget: & erit ſicut quærens ſpicas in valle Raphaim. Et relinquetur in eo ſicut racemus, & ſicut excuſſio oleæ duarum vel trium oliuarum in ſummitate rami; ſiue quatuor aut quinque in cacuminibus eius fructus eius; dicit Dominus Deus Iſrael.* Iſai. 17. Quid clarius ad explicandam paucitatem Iudæorum qui poſt generalem euerſionem remanſerunt in tota illa terra promiſſionis, vel quia effugerant victorum immanitatem, vel quia illorum diſſimulatione habitare inibi permiſſi ſunt? *Futurum ſcilicet* (vti declarat S. Cyrillus) *eſſe reſiduum puſillum denotauit manifeſtè his verbis Propheta. Nam qui metendi ſpicas habent peritiam, frumentum quidem colligunt, ſemper autem poſt ſe ſtipulam velut inutilem relinquunt: Et qui vindemiant oleas, partim quidem eas baculo decutiunt, partim manibus colligunt, at tres vel quatuor vel quinque in ſummis frondibus remanere veriſimile eſt, & vindemiantium oculos latere. Sic euenturum Iudæis affirmat: pauci enim ignobiliores relinquentur, vt grana oleæ quæ racemantium oculos fugiunt.* Quàm euidenter hæc omnia completa iam pridem ſunt, teſtis eſt orbis terrarum. Nullæ ſiquidem in eo gentes ignorant talem fuiſſe nationis regníque Iudaici euerſionem, vt dirutis, exciſis, abſumptíſque vrbibus, & oppidis, illorum incolis partim bello extinctis, partim ad arbitrium victorum in alias terræ prouincias abductis; ſic deinde terram promiſſionis orbatam ſuis remanſiſſe cultoribus, vt de Iudæis; qui fortè ſupereſſent, dici poſſit verè illud Poëticum.

Rari poſt generalem euerſionē in patria Iudæi.

Iſai. 17.

S. Cyril. Alex.

Apparent rari nantes in gurgite vaſto.

57. Certè Iudæi negare non poſſunt, quod hac de re teſtimonium habent quàm locupletiſſimum Beniamini Tudenſis Iudæi natione ac profeſſione, qui totum ferè orbem peragrauit, totámque Palæſtinam, ac terræ promiſſionis ſingulas vrbes, oppidáque diligentiſſimè perluſtrauit; atque adeò quæ ſuis ipſe vidiſſet oculis ſcripto itinerario conteſtatur, anno ſcilicet nongenteſimo trigeſimo tertio. Igitur (paucula ſubiiciam de libello, quem de Hebræo Arias Montanus in D Latinum tranſtulit) *de Sebaſte vrbe, olim Samaria ſcribit: Samaria nullum Iudæum habitantem habet: de Sichem, nunc Nebila: Ibi nulli Iudæi. de Gabaon: ibi nulli Iudæi. de Ieroſolyma: Parua vrbs, in qua multa hominum genera ſunt ex omnibus linguis gentium: ſuntque Iudæi habitantes in angulo ciuitatis infectores lanarum. domum inficiendis lanis comparatam ſingulis annis à Rege conducunt eo pacto, vt ipſi ſoli eam exercere artem valeant.* ſic ille. O ſummam infelicitatem! In ſua illa metropoli Iudæi ſic pauci, vt in paruæ vrbis angulo habitent: ſic abiecti, vt lanarum ſint infectores: ſic miſeri, vt & abiectam illam artem, & officinam illius exercitio deſtinatam ſingulis annis pretio conducant. Quid de E monte illo Sion, in quo Regum palatia, & arx munitiſſima? *E regione* (inquit) *Ieroſolymæ huius nouæ mons Sion eſt, in quo nullum integrum ædificium viſitur, præter vnum templum Chriſtianorum.* Quid de *Bethlehem* patria Dauidis? *In Bethlehem ſunt Iudæi duodecim lanarum infectores.* Quid de Hebron Patriarcharum ſepulchris perceleberri ac religioſa? *Hebron antiqua in monte deſtructa: modò in plano ſita Hebron noua Iudæo cuipiam accedenti & mercedem porrigenti ianitoribus, ſpelunca oſtenditur ſepulchrorum:* Scilicet nullum ibi Iudæum habitantem nec

Tudenſ. Teſtimoniū Rabbini de raritate Iudæorum in terra promiſſionis.

A illò accedere ſine pretio licebat. *Denique in Mareſſa ſiue Betgebarin tres tantum Iudæi erant: in Silo* antiqua ſede religionis Arcæque Moſaicæ *nullus Iudæus. in patria Saulis Gibgha nulli Iudæi ſunt. In Nob* vrbe ſacerdotali, *duo Iudæi lanæ infectores. In Rama olim maxima vrbe tantum tres Iudæi: In Ioppe maritima vnus tantùm Iudæus inficienda lana artifex. In Iebna* vbi antiquæ doctrinarum ſcholæ floruerunt, *nullus eſt Iudæus.* Denique in reliquis vrbibus & oppidis, ſi quæ adhuc apparebant, eodem modo res habebat. At extra terram promiſſionis inter gentiles, & Saracenos hic trecentos, illic quingentos & paſſim alibi multos Iudæos habitare deprehendit. Vt ſcilicet completa videatur Iſaiæ Prophetia de Iudaicæ B nationis regníque euerſione tam ſtupenda, vt rari deinceps eſſent, qui potius laterent, quàm habitarent in patrio ſolo, vnde propter Meſſiæ indignam cædem à Deo in ſempiternum expulſi ſunt.

Extra terrā promiſſionis multi paſſim Iudæi.

18. Porrò vbi (vt vidimus) Iſaias irreparabilem Iudaicæ Reip. prædixit euerſionem, ſimul etiam Dominus ſacrificia, oblationes, ritúſque Iudæorum reiicere ſcribitur, eáque omnia odiſſe. *Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum? dicit Dominus: Plenus ſum holocauſtis & adipem pinguium, & ſanguinem nolui. Ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra: incenſum abominatio eſt mihi. Solemnitates veſtras odiuit anima mea.* Iſai. 1. *Reſpuit omnino* (declarat S. Hieron.) *veteris legis ceremonias, & ſacri- C ficia victimarum, & tranſit ad Euangelicam puritatem, atque Euangelij obedientiam docet eſſe ſuper ſacrificia.* Sed cur Iudaica ſacrificia, & ceremonias & preces inſuper (vt etiam nominatim apponit) vſque adeò Deus alioqui benigniſſimus odit & execratur? Reſpondet: *Non exaudiam vos: manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Cauſam* (exponit idem Hieron.) *manifeſtat cur Deus auertat ab eis oculos ſuos, & multiplicatam orationem non exaudiat: quia effuderint ſanguinem Iuſti, & peſſimi coloni heredem ad ſe miſſum interfecerint.* Matth. 21. Hæc ſcilicet ratio eſt, nec alias exquirant perfidi, quare Deus omnipotens Iudæos omninò ſubuerſos & regno, & templo, & ſacrificiis, & religione ſpoliauerit: eò quòd verum Meſſiam IESVM Nazarenum ad D ipſos miſſum abiecerint, & patibulo ſuſpenſum occiderint: Videt illos Æternus Pater ſanguine filij ſui, quem effuderunt, intinctos adhuc rubeſcere: quid ni ergo ſacrilegos, homicidas oderit, execretur, & perſequatur. Sic etiam Dauid conteſtatur: *ſacrificium, & oblationem noluiſti.* Pſal. 39. *Holocauſtis non delectaberis.* Pſalm. 50. Quod quidem Chriſtus Dominus facto ipſo demonſtrauit, cùm ingreſſus in templum flagello ex funiculis compoſito Iudæos omnes *eiecit de templo, oues quoque & boues, & columbas & menſas, ſubuertit.* Ioan. 2. Expende obſecro: flagellatos reiicit à ſe atque ab Eccleſia ſua, altari, religione Iudæos Dominus IESVS omnémque illorum ad ſacrificia, E oblationes, ac legis Moſaicæ ritus apparatum euertit. Sed cur flagellum de funiculis contexuit? Et quidem de funiculis, quibus & agros, & prædia, ſortéſque ſuas Iudæi metiri ac definire conſueuerant: quo in ſenſu illud dicitur: *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* Pſal. 15. Arcanum igitur ita referat S. Ambroſ. *Tanquam bonus agrimenſor ſynagogæ terminos diſtinguebat, & Eccleſiæ ſacrilegos de templo iubebat exire. Non extentis funibus modus alicuius poſſeſſionis includitur, ſed flagello in immenſum libero fines Eccleſiæ porriguntur. Eliminantur Iudæi non in præſcripto aliquo exilio, ſed in terminum,*

Sacrificia & ceremonias Iudæorum reiecit Euangelicā puritatem Deus elegit.

Iſai. 1.

S. Hier.

Iſai. 1.

Matth. 21.

Excidium Iudæorum in pœnam mortis Chriſti IESV.

Pſal. 39.

Pſal. 50.

Ioan. 2.

Chriſtus flagellat, & repellit Iudæos.

Pſal. 15.

D. Ambr.

Nullus Eccleſiæ Chriſti terminus.

vt

vt nuſquam ſynagogæ locus in orbe remaneat. in cap. 19. Luc. Flagellantur Iudæi menſoriis funibus, quibus illorum ſortes diſtinguebantur: eiiciuntur è templo, è religione, è conſpectu fauoréque Dei, in exilium nec loco, nec tempore, nec miſerabili ærumnâ circunſcriptum.

Interminatum prorſus exilium Iudæorum.

19. Deſolata ergo funditùs iacet illa, quæ contra verum Iuſue pertinaciter aliquandiu ſtetit clauſitque ſe Hiericho, quæ perfidiam ac rebellē Ieroſolymam figurabat. At conteſtatur Ioſue: *Sola Rahab viuat cum vniuerſis, qui cum ea in domo ſunt.* Ioſue cap. 6. Quis quæſo Ioſue, niſi quem ille nomine ipſo præferebat, IESVS Chriſtus? quæ mulier illa, niſi gentilitas? *Huic enim* (vt expendit S. Auguſt.) *dictum eſt, vt per feneſtram mitteret coccum, id eſt, vt in fronte habeat ſignum ſanguinis Chriſti. Saluata eſt ibi Rahab quæ Eccleſiam gentium ſignificauit.* in Pſal. 86. O ſacroſancta Chriſti Eccleſia! ô verum & vnicum veri Meſſiæ templum! ô ciuitas, quam per Apoſtolos Deus ipſe ad terras deſcendens, è gentibus ædificauit! Illa eſt, quā regius vates celebrat: *Fundamenta eius in montibus ſanctis: diligit Dominus portas Sion ſupra omnia tabernacula Iacob.* Pſal. 86. Non vtique intelligitur vetus illa Hieruſalem, quæ vnum erat ex ipſis tabernaculis Iacob, hoc eſt, Iudææ ciuitatibus: ſed noua alia Hieruſalem, Chriſti ſcilicet de gentibus Eccleſia, quam Dominus ſuper omnia tabernacula Iacob diligit, & quam genti & templo, ac ſacrificiis & legi prætulit Iudæorum, adiungit: *Glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei. Memor ero Rahab, & Babylonis ſcientium me. Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum hi fuerunt illic.* Pſal. 86. Ciuitas glorioſa; ſed non Iudæorum: tota quidem eſt ex gentibus ab ipſo Chriſto Domino ædificata Eccleſia. Hi fuerunt illic. Qui nam quæſo? *Alienigenæ,* (declarat S. Hieron.) *nos fuimus, apertè loquitur de vocatione gentium.* Vbi fuerunt? Vbi glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. At nihilominùs Iudæi inſurgunt. Vnde iſta ſciſtis? reſpondet S. Auguſt. *Cantabimus hæc omnes. vnde iſta ſcimus? Dominus narrabit in ſcripturis populorum, & principum horū qui fuerunt in ea.* Pſal. 86. *In ſcripturis ſanctis* (explicat S. Hier.) *quæ ſcriptura omnibus populis leguntur, vt omnes intelligant. Sicut ſcripſerunt Apoſtoli, ſic & ipſe Dominus per Euangelia ſua locutus eſt, vt omnes intelligerent.* Nimirum iuxta illud Domini: *Prædicate Euangelium omni creaturæ* Marc. 16.

Rahab typus Eccleſiæ de gentibus.

Eccleſia Dei ciuitas glorioſa.

Prædicatio Euangelij cunctis innotuit gentibus.

Ioſue 6. — S. Auguſt. — 4 Pſal 86. — Pſal. 86. — D. Hier. — D. Auguſt. — Pſal. 86. — S. Hier. — Marc. 16.

20. Scripturæ populorum, ſcripturæ principum, hoc eſt, Apoſtolorum, qui iam fuerunt in ea; in Eccleſia, vt S. Auguſt. & S. Hieronym. interpretantur. addit Hieronym. *Iſti verò, hoc eſt, principes Eccleſiæ, & principes Chriſti non ſcripſerunt paucis, ſed vniuerſo populo. Principes, hoc eſt, Apoſtoli, & Euangeliſtæ.* Ex Hebr. legit Caietan. *Dominus numerabit in ſcribendo populos: iſte natus eſt*: declaratque egregiè. *Magna dignitas naſcentium in ciuitate Dei, quando Dominus deſcribitur & numerans & ſcribens populus, ita quod ſingulorum computum habet. Vnumquémque ſigillatim ſcribit ex quocunque ſit populo: iſte natus eſt ibi, in ciuitate Dei.* Itaque Chriſtus Dominus habet catalogum omnium, qui ad ciuitatem Dei; ſcilicet Eccleſiam pertinent: in eo igitur, vbi primùm quiſque hominum baptizatur, ſcribit per ſe, non per Angelum. Hoc modo Petrus v.g. natus mihi eſt hodie in ciuitate Dei. Optimè igitur adiungit Caiet. *Et intendit Propheta per hoc declarare, quod magni facit Deus ſingulos ſiue Iudæos, ſiue gentiles, qui baptizantur: vt intelligas quòd natiuitas per baptiſmum non eſt adinuentio hominum, ex hoc quod Deus numerat & ſcribit ſingulos natos ibi.* Benè quidē habent iſtæ interpretationes: ſed ea tamen haud contēnenda, quæ principes cū populis coniungit. Numerat ſcilicet Dominus omnes, qui naſcuntur in ciuitate Dei, hoc eſt, qui baptizantur, populos per appoſitionē principes, populos quidē propter multitudinem; principes verò propter dignitatē.

D. Auguſt. — S. Hier. — *Chriſtus ipſe ſua manu refert in album baptizatos.* — Caiet. — Caiet.

21. Infiniti propè numero ſunt ex omnibus terrarum populis ac gentibus Chriſtiani: & omnes illi ſunt & habentur, vocantúrque principes apud Deum. An nō principes qui domeſtici Dei, hæredes Dei, cohæredes Chriſti, filij Dei, fratres Chriſti, genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, quibus quidem encomiis honorantur à Deo in diuinis literis? An non principes faſtu & apparatu, qui non hominum obſequiis vtuntur, ſed Angelos ipſos habent famulos; imò & baiulos: iuxta illud: *Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis: in manibus portabunt te.* Pſal. 90. & illud Apoſtoli: *Omnes adminiſtratorij ſpiritus ſunt in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem capient ſalutis.* ad Hebr. 1. *Quaſi dicat* (exponit S. Chryſoſt.) *quid timetis? Angeli nobis miniſtrant, propter nos laborant, circà nos curſitant, nobis ſeruiunt.* homil. 3. Quænam igitur maior gloria, quæ præclarior dignitas! quod maius prodigium, quam quod cœli ciues, beati ſpiritus miniſtros ſe præbeant ac ſeruos vermiculorum terræ? An non principes elegantiâ pretióque veſtiū, qui nouam quotidie, pretioſam, puram, decoram, nuptialem, ſanctificantis gratiæ ſtolam à Deo per ſacramentum pœnitentiæ, ac per ipſam delictorū contritionem accipiant, induántque? An non principes, qui (ait Apoſtolus) *communicauerunt carni & ſanguini* cum Deo ſcilicet homine facto: eiuſdem naturæ cum Chriſto, veri fratres illius, qui eſt Rex Regum, & Dominus Dominantium? An non principes, qui cum Deo ipſo ad vnam eādémque menſam accumbunt, & de Deo homines epulantur? O admirabilem! ô planè inexplicabilem Chriſtiani nominis, Chriſtianæ dignitatis excellentiam, & maieſtatem! ô ſplendorem! ô magnificentiam Eccleſiæ Chriſtianæ! *Diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Iacob.* Pſalm. 86. Et ad finem Pſalmi: *ſicut lætantium omnium habitatio eſt in te.* Hebr. *Omnes fontes mei in te.* alloquitur Dominus ſuam ciuitatem, ſuam Catholicam Eccleſiam: ac ſi dicat, explicat Caiet. *Nullus quærat extra te meum fontem, ſi omnes fontes mei tam ad potum, quàm ad ablutionem, irrigationem, &c. ſunt in te: ô ciuitas mea! vbi aduerte quòd quas ſuperius dixit portas, modò vocat fontes! Quoniam & ipſi fontes tam doctrinæ, quàm ſacramentorum ſunt portæ, per quas ingredimur cæleſtem patriam. Amen.* hæc Caiet. quibus nihil ad explicationem addi poteſt.

Chriſtiani verè ſunt & dicuntur principes.

Pſal 90. — *Angeli hominum miniſtri.* — ad Hebr. 1. — D. Chryſ.

Admirabilis Chriſtianorum excellentia.

Pſal. 86. — *Extra Eccleſiā Chriſti nec fontes Dei, nec porta cæli.* — Caiet.

22. Porrò autē hic Pſalmus perbellè poteſt, ac ſolet explicari de beatiſſima Virgine Dei matre, cuius primæ illa fundamenta, conceptio immaculata, natiuitas ſāctiſſima, educatio, inſtitutio, puellaris ætas, virtutes, dona, gratiæ, merita, in quibus tandem à Deo fundata eſt incarnatio Verbi diuini, Virginalis fœcunditas, & incomparabilis dignitas matris Dei, iacta ſunt in montibus ſanctis, in altiſſimis, quò neque oculi, neque mentes hominum poſſunt pertingere, culminibus ſanctitatum, & ipſis editiſſimis diuinæ miſericordiæ, atque omnipotentiæ priuilegiis. Hæc eſt ciuitas Dei, in qua natus eſt, qui eandem fundauit altiſſimus. O miraculum miraculorum maximum! *Homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam Altiſſimus.* Pſalm. 86. *Sic fundauit* (declarat S. Auguſt.)

Nec cōmunicari, imò nec explicari poſſunt B. Mariæ priuilegia.

Pſal. 86. — D. Auguſt.

quid eſt, ſubire cogeremur, quid nos, quid ciuitates, quid regna, quid omninò Chriſtianorũ cœtus, vitaque eſſe poſſet? Felix, & nimiũ felix, cui Dominus tantã gratiam donauit, tam præclarũ cótulit beneficium, vt illum vineæ ſuæ alligauerit, vt illi pium quendam & filialem affectum impreſſerit erga Virginem Dei matrem! Etſi pullus, etſi luxuriosè perditéque vixerit, ſi tamen ablutis vitiorum ſordibus ad Virginem Deiparam confugiat; gratiam Dei, quam offenderat & amiſerat, inueniet & ſempiternam denique hauriet ſalutem à Domino. Solari quidem poteſt ac debet, excitaréque plurimum quoſcunque peccatores, qui tandem priorem vitam pertæſi per Virginem beatiſſimam cum Deo ſtudent reconciliari; quod Deus Pater Catharinæ Senenſi dixiſſe ſcribitur apud Bloſium his verbis: *Maria vnigeniti filij mei glorioſa genitrici à bonitate mea conceſſum eſt propter incarnati Verbi reuerentiam, vt quicunque etiam peccator ad eam cum deuota veneratione recurrit: nullo modo diripiatur à dæmone infernali. Hæc enim eſt a me electa, parata, & poſita tanquam eſca dulciſſima ad capiendos homines, & præcipuè animas peccatorum.* Hæc ille in monili ſpirit.

Bloſius. Certũ habet remedium peccator pœnitẽs per B. Mariam. B. Maria velut eſca peccatores capiuntur.

26. O dulce verbum! dulciſſima eſca animarum ab ipſo Deo Patre dicitur beatiſſima Virgo Dei mater. Hac ſcilicet eſcâ delinitos intercipit & venatur Deus ipſe peccatores. Hic eſt ille mellis fauus, quo illectæ apiculæ diuagari amplius per mundi malè vernantia prata deſiſtunt, & in eo dulciter conquieſcunt. Etenim per ſtudium, pietatémque erga Virginem Dei matrem (vt quotidie videmus) famoſi etiam peccatores ad ſacrã pœnitentiam, ad meliorem vitæ ſtatum ſuſcipiendum, ad Dei gratiam recuperandam paulatim illecti & excitati pertrahuntur, indéque tandẽ Virginis beatiſſimæ auxiliis & fauoribus adiuti æternam animæ ſalutem conſequuntur. Fortè alicui noſtra hæc contra Iudæos diſputatio & longa & ſuperflua videri poterit: ſurdis quippe loquimur, cœcis ſcribimus, auras verberamus, mortuis prædicamus. Dicam quod ſentio. Noui equidem quàm ſit pertinax perfidia, quàm & edomari peruicacia, & emolliri duritia ſit neſcia Iudæorum. At mihi vel maximè illud propoſitum fuit tam multis, quæ adduxi, argumentis Catholicam fidem confirmare; ac me cæteróſque Chriſti fideles tum conſolari ex bono quod poſſidemus, tum excitare pariter ad habendas Deo noſtro gratias à quo accepimus, vt in fide dilecti filij ſui, & in patrimonio Virginis Dei matris ſecuri viuamus, & ſancti moriamur.

Famoſi etiã peccatores per Mariã conuerſi & ſalui.

SECTIO XII.

Lauabit in vino ſtolam ſuam: & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.

1. TOtam hanc prophetiam, vt & illam, quæ præcedenti ſect. diſcuſſa eſt, Rabbini vanitatis & perfidiæ Iudaicæ fautores interpretantur de vineis, de vitibus ipſis materialibus, quarum tam mira prædicitur fore in ſorte Iudæ fertilitas, vt aſelli & aſinæ ligati poſſint ad fuſculum vitis. De vini etiam abundantia, quo lauari poſſint veſtes; de vini præſtantia, de potantium hilaritate: quæ omnia quàm ineptè, quàm ridiculè, quàm etiam indecenter dicantur, nemo non

Ben. Fernand, in Geneſ. tom. 3.

A vider. Siccine tantus ille Patriarcha ſub mortem prophetando tam depreſſos in humum oculos, tam abiectam mentis illuſtrationem habuit, vt qui tam perſpicuè Meſſiam venturum annonciauerat, tempúſque illius aduentus præfinierat, ſtatim ineptè, importunéque ad vineas, ad vites telluris, ad vini commendationem, ad potantium tam intempeſtiuam, quàm abſurdam hilaritatem abijceretur? Quid quæſo aliud de Ennio, de Horatio vini tam potatoribus, quàm laudatoribus: quid tandem de patre ipſo Bromio ſperari poſſet; quàm quod Rabbini de ſanctiſſimo Patriarcha, & grauiſſimo Propheta, déque illius ſpiritu quàm temerè, tam fœdè auſi ſunt prædicare? ſunt quidem graues alioqui autores, qui

Rabbinorũ inepta & ridicula interpretatio.

B etſi per tranſlationem hæc ipſa verba: *Ligans ad vineam*, &c. de Chriſto Domino accipiant ſenſu allegorico, literalem tamen cum Rabbinis amplectuntur. Quorum mihi ſententia non poteſt non diſplicere; vt quæ ſit contra communem grauiſſimorum Patrum, doctorum, & interpretum expoſitionem. Illis ergo ſcilicet Lippomano, Oleaſtro, Vatablo, Pererio lætus ego & opponam, & anteponam S. Auguſt. S. Ambr. S. Hieronym. ſummos in Eccleſia Patres: dein conſimiles S. Iuſtin. Irenæum, Chryſoſt. Theodoret. Origen. Procop. Alcuin. Tertull. Clem. Alexand. Anaſtaſ. Nicen. S. Cypr. pluréſque alios, qui totum hunc locum in ſenſu literali de Chriſto Domino interpretantur. Quin etiam Hebræo-

Malè quidã Catholici adhærent Rabbinis.

C rum doctiſſimi Onchelos, & Ionathas in ſuo Thargum exponunt de Meſſia; etſi ad prælia; & ad victorias Regis Meſſiæ prophetiam ridiculè detorqueant. Statuendum igitur vt certum eſt (quod noſter Delrio eruditiſſimè oſtendit) hanc eſſe prophetiam de Meſſia Christo IESV in ſenſu quidem hiſtorico & literali per quaſdam elegantes tranſlationes: vt etiam Abulenſ. Burgenſ. Carth. Hunceala cũ antiquis Patribus conteſtãtur.

2. *Lauabit in vino ſtolam ſuam.*] Quid ineptius, quàm quod ex interpretatione Rabbinorum, vini copia demõſtratur ex veſtium lotione, aut tinctione? Quis enim dicat vino lauari aut fucari veſtes, & non fœdari, ac diſperdi? Igitur vino aut ſanguine vuæ (eſt enim repetitio per ſynonyma valde

D familiaris Hebræis) metaphoricè ſanguis exprimitur non quidem hoſtium, quos debellaret, cõtrucidarétque Meſſias, vt Hebræi garriunt; ſed quem ipſemet effundet ſuum pro redemptione humani generis. Lauabit igitur Meſſias ſuam carnem, hæc eſt ſtola, quâ ille ſuam diuinitatem induet, quâ indutus apparebit in terris, & cum hominibus Deus homo conuerſabitur: lauabit itaque ſuam carnem proprio ſanguine, quem ex flagrantiſſima caritate pro hominibus effundet vſque adeò copiosè, vt à capite ad pedes vſque totus vulneribus conciſus, fluentibus riuis pretioſiſſimi cruoris madeat, & rubeat, quantus eſt. Quænam igitur noſtri Meſſiæ ſtola? reſpondet S. Ambroſ. *Bona ſtola eſt caro*

Totum ſe Meſſias ſuo proluit ſanguine.

E *Chriſti, quæ omnium errores texit. Bona ſtola quæ vniuerſos induit veſte iucunditatis.* lib. de benedict. cap. 4. Genus quidem humanum vitiis omnibus & ſceleribus adeò fœdatum, ac purulentum, vt etiam puriſſimos & benigniſſimus diuinæ maieſtatis oculos offenderet, atque ad extremã vindictã pronocaret, clementiſſimus Dei filius homo factus candidiſſimâ & puriſſimâ ſuâ humanitate operuit & protexit. Quæ vocatur à Iacob ſtola Meſſiæ, dein ab ipſomet Chriſto dicitur amictus, quo adulteræ illius aut ſynagogæ, aut humanæ

D. Ambr. Stola & amictus Dei caro Chriſti.

naturæ, aut etiam cuiuſuis animæ peccatricis ignominiam operiret. Sic enim per Prophetam loquitur. *Proiecta es ſuper faciem terræ in abiectione animæ tuæ. Tranſiens vidi te conculcatam in ſanguine tuo. Eras nuda, & confuſionis plena. Et expandi amictum meum ſuper te; & operui ignominiam tuam.* Ezech. 16. *Hæc* (inquit S. Hieron.) *referamus ad animam noſtram conculcatam in ſanguine, id eſt, ream mortalium criminum.* Roges vnde miſera hæc peccatrix in tantam ignominiam deuenerit? Nimirum quia (vti dixit Dominus) *Proiecta eſt ſuper faciem terræ.* Ezech. ibid. LXX. legunt: *Proiecta es ſuper faciem campi.* Scilicet (vti animaduertit idem Hieronym.) *in quo lata & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad mortem; in quo Chaldæorum debacchatur equitatus.*

Ezech. 16. Caro Chriſti noſtram operit ignominiam. D. Hier. D. Hier.

3. Hinc priſma mali labes peccatori eſt. Vbi cœpit arctiorem viuendi rationem iuxta Dei legem relinquere; & latam illam, ſine pœnitentia, ſine Dei timore, conſtratam deliciis viam ingredi: ſpatiatur igitur infelix, malè ſui ſecurus in campo, in quo & Cain inſurrexit contra Abel; & innocentia perit, & impietas exulat, & dæmones equitant: & in falſa ſecuritate ſibi blandientem intercipiunt animam, atque ſecum in æternam detrudunt perditionem. In hac infelicitate protectam Deus clementiſſimus inuenit animam peccatoris, cui miſeretur, eámque expanſo amictu, ſuæ nimirum carnis velamine aperit, opertámque ab omnibus tuetur iniuriis. Hoc illud eſt pallium laudis, quod venturus in mundum Meſſias verè pœnitentibus, ſanctè mœrentibus, ſalubriter deſolatis pollicetur: *vt ponerem pallium laudis pro ſpiritu mœroris.* Iſai. 61. legunt LXX. *habitum* ſiue *ſtolam gloriæ.* Quam quæſo aliam, niſi mundiſſimam Chriſti Domini carnem, quâ indutus Dei filius in terris apparuit homo nobis ſimilis: Hanc ille ſtolam, hunc amictum expandit ſuper peccatores, quo obuelati à diuinæ iuſtitiæ telis protegantur. Hæc eſt illa nubes, quæ Dei populum ab Ægypto fugientem operiebat, de qua ſic Clem. Alex. *Humanitatis gratiâ Hebræos ancillæ inſtar ſequebatur nubes.* lib. ad gent. O egregium hominibus à diuina iuſtitia operimentum Chriſti Domini caro, quæ tota quanta eſt, amor eſt hominum! Quippe quam ipſemet perſonalis amor in diuinis Spiritus ſanctus de virgineis viſceribus efformarit.

Via perditionis lata & delicioſa. Iſai. 61. Caro Chriſti nos operit & tuetur à diuina iuſtitia. Exod. 14. Clem. Alex.

4. Conceptus eſt (prædicat de Chriſto IESV noſtra fides) de Spiritu ſancto. Quid quæſo frigidius ferro? Et tamen illud, ſi in fornacem ſuccenſam immittatur, vndique flammis abſorptum, ſic ipſius ignis vim, ardorémque concipit, vt prorſus ignis eſſe videatur. Ita planè habet illa de Spiritu ſancto cõcepta caro in vtero Virginali, quæ hypoſtaticè vnita diuinitati Verbi ſic omninò fuit immenſo illo diuini amoris incendio (Deus enim caritas & ignis conſumens eſt, ad Hebr. 12.) immerſa & quodammodo hauſta; vt tota per ſenſus, per verba, per inceſſum, motum omnem atque actionem, amoris flammas exhalet, atque adeò diuinus ipſe ignis, diuinus ipſe amor eſſe cenſeatur. O admirabilem humanæ carnis dignitatem, quam Deus ſibi perſonaliter induit, quæ ſcilicet, (vt ex Prophetia vidimus) proiecta erat ſuper faciem terræ, ſpreta, conculcata, & quam ſic in tam infelici ſtatu poſitam miſericors Dominus ſuo illo expanſo amictu, hypoſtaticâ (liceat etiam hunc ſenſum ſtolæ reddere) nimirum vnione mundauit, nobilitauit, deificauit. Pulchrè igitur Apoſtolus dixit: *Deus filium ſuum mittens in ſimilitudine carnis peccati de peccato damnauit peccatum:* ad Rom. 8. Enimuerò ſi princeps aliquis fortè pertranſiens videret in platea fœminam plebeiã ab ſcurris & nebulonibus male tractari, conuiciis lacerari, alapis miſellam & pugnis deformari; at (qui Regius eſt animus) ad commiſerationem compulſus conclamaret: Heus tu recede hinc turba infamis, dimitte fœminam; Hanc ſcilicet ego in ſponſam aſſumo. Dein in oculis omnium regio illam diademate ornaret, traditóque manibus ſceptro, vt ſe ab aduerſariis vindicaret, Reginam conſtitueret, Res mira, ſtupenda omnibus videretur: hoc planè miraculum diuina bonitas in carnis humanæ incomparabilem dignitatem ex incarnatione Verbi operata eſt. *Ita enim* (inquit S. Chryſoſt.) *& Chriſtus Dominus homo factus patrocinium carnis attulit. quare caro priùs à peccato verberata peccatum vincit ac punit; terribilem peccato carnem efficit, quæ priùs deſpicabilis erat. Hoc igitur eſt: De peccato damnauit peccatum. Videlicet caro damnauit peccatum tanquam quod peccauiſſet. Conuicit illud magno de peccato, quòd iniuriam attuliſſet; at tum demum illud condemnauit.* hæc S. Chryſoſt. homil. 13. in epiſt. ad Roman.

Chriſti caro diuinũ exhalat amorem. ad Hebr. 12. Admiranda dignitas carnis perſonaliter vnita verbo. ad Rom. 8. Caro humana peccato ſeruiens per incarnationem Verbi victrix peccati. D. Chryſ.

5. Hæc eſt illa carnis ſtola, quam Dei filius ſic ſemel induit, vt nunquam per totam æternitatem exuere illam debeat: quod enim (vt eſt axioma Theologorũ) ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſit. Sed inde tam pulchram, tam puram, tam pretioſam Deus ſibi ſtolam texuit? Nimirum (vt loquitur S. Athanaſius) *Ex carne Virginis, & ex oſſibus eius Dei filius ſuam incarnationem finxit, eámque ſemel indutam perpetuò geſtat.* ſerm. de Deip. Similiter antiqui patres ſanctiſſimam Chriſti humanitatem verbo hypoſtaticè vnitã appoſitiſſimè vocarunt verbi ſtolam, indumentúmque, vti S. Method. in Hypopanti orat. S. Ephrem orat. de Deipara. Elegantiùs verò eandem veſtis metaphoram ita explicat S. Ambroſ. agens de vellere iuxta illud Prophetæ: *Deſcendet ſicut pluuia in vellus.* Pſalm. 71. *Rectè* (inquit) *Maria vellere comparatur, de cuius fructu ſalutaria populis veſtimenta texuntur. Vellus planè Maria eſt; ſiquidem de molli ſinu eius agnus egreſſus eſt, qui & ipſe matris laniceum, hoc eſt, carnem geſtans, molli vellere cunctorum operit vulnera peccatorum.* ſerm. 13. de Natali. Eſt igitur Chriſti Domini caro & ſtola, quâ Virgo mater Deum filium ſuum Regem Regum veſtiuit: & vellus, quo amictus apparuit in mundo agnus Dei ex candidiſſima, puriſſima, & innocentiſſima oue Virgine matre. Eadem quoque vſus metaphorâ S. Epiphan. ſic de Virgine loquitur: *Maria dictum eſt à Deo, vt pareret nobis agnum & ouem & ex gloria ipſius agni & ouis factum eſt nobis velut a vellere in ſapientia per virtutem ipſius indumentum incorruptibilitatis.* hær. 78. Significant ergo ſancti Patres Chriſti Domini corpus eſſe velut indumentum Verbi hypoſtaticè quidem ei vnitum; & ex vellere matris contextum. O pulchrum! ô plus quàm ſit nix eburque candidum! ô ſupra omne quod æſtimari poſſit pretioſum, Virginis beatiſſimæ vterum, carnem, & ſanguinem! vnde Spiritus ſanctus ſuis manibus dignum, quod diuinitatem Verbi indueret, contexuit indumentum!

S. Athanaſ. Candidiſſimã ex carne B. Mariæ ſtolã Deus induit. D. Ambr. Pſal. 71. Agnus Dei de vellere matris virginis induit amictum. S. Epiphan.

6. Hanc igitur ſtolam, amictum, indumentum, carnem videlicet ſuam vino, hoc eſt, ſanguine ſuo peremptus à Iudæis lanis Rex Meſſias. Nam quòd violenter atque iniuſtè perimendus eſſet Meſſias, omnes paſſim ſcripturæ cõteſtantur. Audi Danielẽ: *Poſt hebdomadas ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non*

Dan. 9. Prophetia de morte Meſſiæ.

& non erit populus eius, qui eum negaturus eſt. Dan. 9. A
D. Chryſ. Quid quæſo manifeſtius? *Vide* (inquit S. Chryſoſt.) *quomodo nobis totum ſacramentum inſinuauit. Stolam puto corpus dici, quod ferre dignatus eſt. Vide quomodo ſanguinis nomine crucem nobis & irriſionem ſignificet*. homil. 67. in Geneſ. Clarius interpretatur
Procop. Procop. *Quod autem* (ait) *cruentaturus eſſet proprio ſanguine carnem transfixus haſtâ, ſiue lanceâ, ſatis declaratur per ſequentia verba: Lauabit in vino ſtolam ſuam.* Quin & Iſaias videtur inſinuare Chriſti Domini corpus fuiſſe vellus agni immaculati, quo diuinitas Verbi induta, ſed, quod tamē etiam in paſſione ac morte non exuit. *Quaſi agnus
Iſai. 58. coram tondente ſe obmuteſcet*. Iſai. 58. ſubtiliter S. Amb.
D. Ambr. expendens illud *tondente*: occurrit. *Bene ait: Coram*
Deus Verbū animam & corpus etſi per mortem ſeiuncta nō dimiſit.
tondente, qui corpus exuit, non diuinitatem amiſit epiſt. B
82. Chriſtus quidem homo mortuus eſt, per veram animæ à corpore ſeparationem: cæterùm Deus Verbum nec ipſam etiam ſeiunctam animam, nec ipſum corpus etſi lacerum mortuúmque exoit à ſe, ac reliquit. *Coram tondente*: ſonuit aſſl gentia violentiam. *Obmuteſcet*: Patientis manſuetudinem ſignificat: Et quidem Ionas in mare proiectus, balenæque ventre hauſtus præfigurauit Domini paſſionem: ſed erga illum hominem exterum atque ignotum nautæ ipſi gentiles ac barbari multò tamen mitiores, quàm Iudæi erga Chriſtum ſuum extiterunt.

7. Quin verò ſcribitur: *Et tulerunt Ionam, &*
Ion. 1. *miſerunt eum in mare*. Ion. cap. 1. In vtroque verbo exprimitur nautarum humanitas vt benè animad- C
D. Hier. uertit S. Hieron. ita explicans. *Non dixit: Arripuerunt: non ait: Inuaſerunt, ſed Tulerunt, quaſi cum obſequio & honore portantes. Miſerunt in mare non repugnantem, ſed præbentem manus ipſorum voluntati.*
Ionas voluntariā Chriſti paſſionē præfigurauit.
An non hæc patientia, hæc manſuetudo A-
Iſai. 53. gnum coram tondente ſe obmuteſcentem, & morti oblatum quia ipſe voluit, & non aperientem os ſuum cùm ad irriſionem duceretur, propriis ac viuis coloribus adumbrauit? O ſtupor! ò prodigium! Exteri, barbari, gentiles Ionam etſi à Deo perfugam, irâ Dei impetitum perhumaniter tamen tractant, at Chriſtum I E S V M Dei filium verum Hebrææ gentis Meſſiam, à quibus & honorati, & infinitis affecti beneficiis fuerant,
Barbara Iudæorum inhumanitas contra Chriſtum.
Iudæi crudeliſſimè occiderunt! O bone I E S V aduerſus te omnia humana, diuináque iura violantur ab iis, qui cùm tibi officioſiſſimi & obſequentiſſimi famuli eſſe debuiſſent, in tuum contemptum & ignominiam, in tuos cruciatus, mortémque acerbiſſimam ſeſe carnifices immaniſſimos præbuerunt.

8. Lauari porrò, vti à Iacob prædictum fuerat, volens carnem ſuam lauacro ſui ſanguinis, reputauit Dominus ſibi lauacrum illud amoris & lætitiæ: vino ſiquidem & amor & lætitia ſignificatur. Lauit ſuo cruore ſordes omnes noſtrorum ſcelerum: lauit etiam atque abluit omnem ſui corporis mortalitatē. Hinc enim immortale glorioſúmque reſurrexit; atque ideò huic ſanguini rotam Chriſti Domini in cœlum aſcendentis pulchritudinem & gloriam attribuentes admirabantur Angeli apud Iſaiam: *Quis eſt iſte, qui venit de Edom tinctis veſtibus de Boſra? Iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ*: Iſai. 63.
Chriſtus proprij corporis immortalitatē ſuo ſanguine comparauit.
Iſai 63. Totum hunc locum Iſaiæ coniungit S. Hieron.
D. Hieron. cum hac ipſa prophetia Iacob de Iuda, hoc eſt, de Chriſto Domino: *Quem* (inquit) *Angelica poteſtates videntes ad Patrem aſcendere cruentum, imperant Angelis: leuate portas principes veſtras & introibit Rex gloriæ*. Pſal. 23. & in Cant. dicitur: *Fra-*
Pulchritudo Domini ex paſſione.
Pſal. 23.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

tricelis meus rubicundus & candidus. Cant. 5. *rubi-* Cant. 5.
cundus in paſſione, candidus in reſurrectione. In eodem ſenſu vtrumque ſimul explicat Procop. *Aſcendere* Procop.
dicitur de Boſra, hoc eſt, firma atque munita, ſiue Hieruſalem, qua firmiſſimis fuit antea muris circundata, in qua paſſus eſt Dominus: vel de inferno, in quo clauſa erant animæ, & circundata firmiſſimis cuſtodiis. De Edom, de terra cruentus venit. Hæc omnia S. Hieron. Res mira! Vident Angeli Dei filium exutā mortalitate impaſſibilem, pulcherrimis gloriæ ſuæ dotibus ex ſua planè mirabili reſurrectione ſpecioſiſſimum: & tamen illius paſſionem celebrant: illius ſanguinis decorem admirantur: formoſum dicunt, quia cruentum, quia ſanguine paſſionis purpuratum; cùm ſcilicet Iudæi deformem, & proprio cruore turpatum execrarentur:
B *Tolle, tolle*. Eſt quidem Dominus I E S V S hoſtium
ſuorum oculis animíſque deſpectus, ac defor-
mis: at oculis verò animíſque ſuorum fidelium,
qualis in cruce atque in morte apparet, *ſpecioſus formâ præ filiis hominum*. Pſal. 44. Cæci illi ſunt, Pſal. 44.
Iudæi talpæ, Chriſtiani lynces.
nos oculati. Hoſtes illi ſunt, nos ſerui, nos amici, nos filij. Illi ſunt talpæ, & noctuæ, quarum oculi ſolari ſplendore feriuntur, nos lynces, nos aquilæ; ſolémque proinde vel meridianum fixis oculorum obtutibus contemplamur.

9. Meritò igitur è noſtris vnus Crucifixi pulchritudinem illam verè dominatricem ſuſpiciens exclamauit: *Quàm mihi decorus es Domine in ipſa poſitione decoris! Etenim vbi te exinaniſti, vbi naturalibus radiis lumen indeficiens exuiſti: ibi pietas magis emicuit, ibi caritas plus effulſit, ibi amplius gratia radiauit*. Sanctus Bernardus ſermon. 45. in
Chriſtianis nihil pretioſius & amabilius quàm paſſio Domini.
C
S. Bern. Cantic. Profectò nihil Chriſtianis glorioſius & pulchrius eſt, quàm ipſa Domini paſſio: hac vincimur, & vincimus; hanc veneramur, hanc diligimus, hanc præ omnibus celebramus: de hac noctes atque dies ſuauiſſimè contemplando meditamur. Hoc illud eſt Apoſtolicæ prædicationis exordium; hoc primum & maximum ſolum, quo gentes percuſſæ Chriſtum I E S V M Deum agnouerunt, illiúſque fidei libentiſſimè manus, colláque ſubdiderunt. Vicit, domuítque orbem non ferro, ſed ligno Chriſtus I E S V S à Iudæis
Dominatrix gentiū paſſio Domini.
crucifixus. Iccircò clamauerat Iſaias ad finem
D cap. præced. *Præparate viam populo, planum facite iter, & eligite lapides, eleuate ſignum ad populos. Ecce Dominus auditū facit in extremis terræ*. c. 62. legunt L X X. *Viam facite populo meo, & lapides de via proiicite & leuate ſignum in gentes. Ecce enim Dominus fecit auditum vſque ad extremum terræ.*
Iſai. 62.
Prophetia de conuerſione Domini.
S. Hier. Vbi egregiè S. Hieronym. commentatur: *Proiicit de via lapides, qui infideles à credentibus ſeparat: quod ne putarent Iudæi de ſe dici, iungitur: Leuate ſignum in gentes & ad populos nationum, vt nequaquam terra Iudæ ad ſalutem prouocentur anguſtia, ſed auditum fiat in extremis terræ, vt paſſionem omnium Creatoris totus mundus exaudiat*. Lapides de via ſuſtulerunt Apoſtoli, cùm planam iis gentibus Euangelium prædicabant, nimirum ſignis,
E & prodigiis, diuinorum oraculorum teſtimoniis, atque adeò (quod ſummam habet vim perſuadendi) admirabili vitæ exemplo, & nunquam antea in terris viſa ſuorum ſanctitate ſuam prædicationē confirmātes, I E S V M Nazaræum qui à Iudæis factus crucifixus, verum eſſe Deum cunctis tam gentibus penè omnibus perſuaſerunt.
Apoſtoli exemplo, ſignis, & prædicatione mundum Chriſto ſubdiderunt.

10. Sed quodnam illud ſignū, quod leuatur ad gentes; niſi Deus homo Saluator mundi, à Iudæis crucifixus, quem prædicator gentium Paulus ſuâ illâ voce, & cœleſti tubâ, prædicando eleuabat?

 Præ

1.Cor.2. *Chriſtianorum gloria Chriſti paſſio.*

Prædicamus Chriſtum, & hunc crucifixum? 1.Cor.2. Ad hoc ſignum à Paulo eleuatum, videlicet ad Chriſtum IESVM crucifixum, quem Apoſtoli prædicabant, gentes conuerſæ, nationes ſubiectæ, regna terræ proſtrata confluxerunt. Hæc igitur eſt gentium, nationum, regnorũ gloria Chriſtus IESVS crucifixus: de nulla re alia magis Chriſtiani, quàm de Chriſto IESV crucifixo gloriamur: qui noſtræ fidei Chriſtum IESVM auferret, fidem ipſam, totámque religionis Chriſtianæ gloriã deſtrueret. Quod quidem eleganter contra Marcionem hæreſiarcham ita proſequitur Tertull.

Tertull. *Chriſtiana fidei decus paſſio Chriſti.*

Parce vnica ſpes totius orbis, qui deſtruis neceſſarium decus fidei. Quodcunque Deo indignũ eſt, mihi expedit. Saluus ſum, ſi non confundar de Domino meo: alias non inuenio materias confuſionis, quæ me per contemptum ruboris probent benè impudentem, & feliciter ſtultum. lib. de carne Chriſti. cap.5. ſcilicet hæc magnitudo, hæc excellentia amoris in Chriſto eſt, vt nihil ſuâ maieſtate diuinâ reputet indignum, quod hominum ſaluti conducat: nec aliter Deus homo efficaciùs conuinceret hominum ſuperbiã, quàm ſi deſpectus, & exinanitus vſque ad mortem crucis oſtenderetur: nec homuncionem terræ vermiculum ſuæ ambitionis, & vanitatis potiore alia ratione puderet, quàm ſi humiliatum, flagellatũ, irriſum, crucifixum Deum ipſum hominem conueretur: nec ad amplectendum læto vultu, animóque mundi contemptum, imò vt etiam ab omnibus illudi, irrideri, conculcaríque libenter vellet, vi aliâ humo potentiore inuitaretur, quàm ipſa Dei hominis crucifixi contemplatione.

Summũ ad omnia ſumma exemplũ paſſio Domini.

Grauiter ergo concludit Tertull. *Natus eſt Dei filius: non pudet, quia pudendum eſt. Mortuus eſt Dei filius: prorſus credibile eſt, quia ineptum eſt. Et ſepultus reſurrexit; certum eſt, quia impoſſibile eſt.* ibid. Sic nimirum ſe habet nimia (vti Apoſtolus vocat) caritas Chriſti, quæ humano iudicio nec definiri, nec explicari poterat: vt quæ ſtulta mundo, & impoſſibilia videbantur, pro ſalute hominum operaretur.

Tertull. *Nimia Chriſti caritas in paſſione.*

11. *Et in ſanguine vuæ pallium ſuum.*] Idem hic eſt ſanguis vuæ, atque vinum, quod ante poſitum eſt: idémque vtrobique ſignificatum. Lauit Chriſtus Dominus ſecundùm hanc prophetiam Iacob ſanguine ſuo ſtolam & pallium: ſtolã (vti diximus) ſignificatam Domini carnem: pallio ſignificatam Eccleſiam; ſeu fideles ſuos, ac prædeſtinatos. Nam licèt propter vniuerſum genus mortalium ſanguis Domini fuerit effuſus, illius tamen pretium & meritum quoad effectum ſalutis æternæ in ſolis prædeſtinatis integrè completum eſt. Porrò ſtolam carnis neuerat Chriſto Domino Dei filio mulier illa fortis, de qua Salomon multa ſcribit adiungens: *Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.* Prou.31. Carnem Domini vocat ſindonem, quo quidem velamẽto niueo ac puro tota eſt verbi diuinitas operta mortalium ſenſibus: cingulum dicit, quia per carnem hypoſtaticè aſſumptam immenſa Dei maieſtas quodammodò circumſcripta, & verbum Domini abbreuiatum apparuit. At quænam fortis hæc mulier? reſpondet Salomon: *Procul, & de vltimis finibus pretium eius.* Prou.31. Nimirum (vti declarat S.Bernard.) *non vile, non paruum, non mediocre, non denique de terra, ſed de cælo: nec de cælo proximo terris pretium fortis huius mulieris: ſed à ſummo cælo egreſſio eius.* homil.2. ſup. Miſſus. Dignitas enim matris Dei tam eſt inæſtimabilis, vt à ſola dignitate ipſius Dei pendeat illius pretium, & illius explicatio. Quanti ſcilicet valeat, quanto ſit in pretio habenda mater Dei; nec æſtimari, nec explicari poteſt, quin ſimul æſtimetur & explicetur quantus nam ſit Deus, cuius illa mater eſt. Rectè igitur dicit: *Procul & de vltimis finibus pretium eius.* A ſummo cœlo, ſeu potiùs ab ipſomet Altiſſimo ſacroſanctæ Trinitatis myſterio, ab ipſáque diuini Verbi maieſtate pretium, explicatióque Deiparæ Virginis deſumatur neceſſe eſt.

Mulier fortis à Salomone celebrata B. Maria. Prou.31.

Prou.31. S.Bern. *Dignitas matris Dei explicari nõ poteſt quin ſimul explicetur dignitas filij.*

12. Intingens ergo Chriſtus Dominus beatiſſimam carnem ſuam cruore paſſionis ſimul etiam lauit pallium ſuum; videlicet Eccleſiam vniuerſam induit velut poderem illum, quo dilectus ille diſcipulus IESV vidiſſe ſe aliquando filium hominis amictum conteſtatur his verbis: *Vidi ſimilem filio hominis veſtitum podere, & præcinctum ad mamillas zonâ aureâ.* Apoc.1. Poteſt quidem optimè intelligi per zonam auream, quâ Dominus apparuit præcinctus, illius paſſio, & mors: quemadmodum Petro Dominus ipſe mortem crucis cingulo præſignificauit. *Cùm ſenueris, alius cinget te.* Ioan.21. appoſuítque Euangeliſta: *Significans quâ morte clarificaturus eſſet Deum.* Ioan.21. Paſſionem ſuam, crucem, & mortem clementiſſimus Dominus pro nobis ſuſceptam æſtimauit vti zonam auream, qua ſe præcinctum ad oſtentationem ſuæ pulchritudinis, cùm iam glorioſus in cœlo regnaret, hominibus demonſtrauit. Cingulum dicit aureum, quo pectus & cor præcinxit, eò quòd in ſua paſſione acerbiores multò & grauiores intùs in anima, quàm foris in corpore pertulit cruciatus. Poderem verò ac veſtem illam purpuream ac talarem, quâ Rex Meſſias apparuit, ſuam videlicet Eccleſiam ipſemet botrus cypri, de quo in Cant. in crucis torculari expreſſus abluit mundans illam lauacro aquæ & ſanguinis in verbo vitæ Conſidero equidem genus humanum infinitis & fœdiſſimis ſcatens vulneribus, ſaniéque totum putridarum vomicarum execranda purulentum iacere ante crucem Domini IESV è ſublimi pendentis, & pretioſiſſimi cruoris fluento ſubiecta quæque irrigantis, & abluentis, & ſanantis; non ſecus atque S. Cyprian. in hunc modum expendit. *Vulnera ſanè tam putrida, & antiquarum cicatricum fœtori non inueniebatur medicamentum conueniens, niſi vnguento ſanguinis huius plaga vetus liniretur.* lib. de paſſ. Chriſt. Ad omnes quidem filios Adam peruenit hæc quoad virtutem, & efficaciam dominici ſanguinis inundatio, vt per illum omnes, ſi diuino gratiæ cooperari vellent, ſaluarentur: at quoad effectum fidei ſolam ex fidelibus Eccleſiam; & quoad effectum gratiæ ſalutíſque æternæ, vniuerſam electorum congregationem pertingit. *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo:* dixit ille dilectus Domini, Apoc.1. Proh quanta peccatoribus in ſanguine IESV crucifixi ſpes, fiduciáque ad veniam & miſericordiam repoſita eſt.

Eccleſia pallium Chriſti.

Apoc.1. *Zona aurea paſſio Chriſti.*

Ioan.21. *Grauiùs doluit Chriſtus in anima, quàm in corpore.*

Cant.1.

S.Cypr. *Mundus æger, & putridus excipit fluentem à cruce ſanguinẽ Chriſti.*

Sanguis Chriſti non omnibus efficax quoad effectum ſalutis. Apoc.

13. Adiungit ergo S. Cypr. *Iam ſanguis tuus, Domine, non quærit vltionem: ſanguis tuus lauat crimina, peccata condonat. Tu olim vltionum Deus modò miſereris & parcis his, qui offenderunt, ſanas contritos corde, & alligas vulneratos.* ibid. Huiuſce pietatis ſacramentum ſanctiore & dulciore quadam ratione in ſanguine lateris dominici conſideratur ab eodem Cypr. in hunc modum. *De latere tuo fons egreditur in vitam æternam proſiliens, & de eadem, conſubſtantialique origine diuiſis limitibus aqua, & ſanguis emanant: & fontis illius vbertas perẽni lapſu vniuerſam Eccleſiã irrigat, & fœcundat.* ibid. En pallium Meſſiæ ablutum ſanguine vuæ, qui ex vulnere lateris dominici ſimul cũ aqua proſiluit;

D.Cypr. *Peccatorum ablutio in ſanguine Chriſti.*

S.Cypr. *Sanguinis de latere Chriſti myſterium.*

A luit: vt nos etiam doceamur ex corde humiliato & contrito vberes pro delictis lacrymas effundere, quibus miſericordiam Domini, quam offeudimus, & præterni amoris ſuauitatem, & cœleſtium voluptatũ dulcedinem impetremus. Quod quidem eleganter idem Cypr. ita euoluit. *Ex hoc fonte non tantùm ablutionis prima, quâ initiamur accedentes ad Chriſtum, vndas haurimus: ſed & compunctionum, & lacrymarum perennes effluunt riui, miſericordiarum ſuauitas, & totius pietatis effectus emanat.* ibid. Sic dominico abluta & emundata ſanguine fidelium Eccleſia fit tam elegans, pulchrúmque indumentum, vt eo ſeſe ornatum ac decorum verè ſponſum Deus homo ſuis cœlitibus oſtendat. Quin etiam ipſemet Æternus Pa-B ter vnigenito filio ſuo huius tam elegantem veſtis ornatum commendat per Iſaiam: *Omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi: viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento veſtieris; & circundabis eos tibi quaſi ſponſa.* cap. 49. Legunt LXX. *Circundabis tibi eos, quaſi monile ſponſa.* O inæſtimabile pretium Eccleſiæ per Chriſti ſanguinem emundatæ! exiſtimaſi verum eſt hunc ornatum, hanc pulchritudinem videri maximè in iis, qui non ſolâ fide contenti morum inſuper elegantiâ nitent, vitæque exemplo irradiant, vſque adeò, vt & Chriſti dicantur ornamentum, & Eccleſiæ monilia. Benè igitur ad hunc locum S. Hieron. *Felix,* (inquit) *qui tantis meritis eſt, tantaque virtutis, vt ornamentum dicatur Eccleſia.* Econtrario infe-C lix eſt, qui fœdo turpioris vitæ exemplo pallium Chriſti contaminare non veretur; & qui in Eccleſiæ debuit eſſe monile, fecit ſe vitiorum & cacodæmonum volutabrum.

Compunctio, pia lacryma, Dei pietas ex fonte lateris Chriſti.
S. Cypr.
Eccleſia pulchrum ornamentũ Chriſti.
Iſai. 49.
Iuſti monile Eccleſia.
S. Hieron.
Fœdant Chriſti Eccleſiam homines malè morati.

14. Pallium etiam Chriſti dicitur Eccleſia, ſeu fidelium congregatio; vt nouerimus commendari nobis fraternæ concordiæ vnitatem, quæ ex multis benè conſentientibus, & inuicem amantibus Eccleſiæ filiis vnũ egregium Chriſti ornamentum reſultat; quemadmodum ex variis filis apprimè contextis conficitur veſtis. Quod quidem in veſte myſterium ita explicat S. Cypr. *Hoc vnitatis ſacramentum, hoc vinculum concordiæ inſeparabiliter cohærentis oſtenditur, quia in Euangelio tunica Domini IESV Chriſti non diuiditur omninò, neque ſcinditur: ſed ſortientibus de veſte Chriſti quis ipſam potius indueret, integra veſtis accipitur, incorrupta, atque indiuiſa tunica poſſidetur.* lib. de vnit. Eccl. Itaque ſacramento veſtis, vnitas Eccleſiæ, ac fidelium concordia ſignificatur. Hanc Domini veſtem, hoc Meſſiæ ſanguine purpuratum pallium diſcindunt hæretici, hoc diuinæ ſponſæ perſtringunt monile, ipſam ſuis erroribus, & impiâ contra Eccleſiam immanitate Chriſti tunicam dilacerant pſeudo-Prophetæ, veri hoc noſtro ſæculo Antichriſti. Siccine iſtos hæreſum magiſtros non pudet noua quædam deliramenta confingere; quibus antiquam tot per ſæcula receptam in Eccleſia doctrinam eludere; totámque ab Apoſtolis vſque ad nos Catholicam fidelium congregationem errorum vanita-E túmque arguere moliuntur. Itáne verò vt vniuerſa fidelium Eccleſia iam inde à ſuo exordio vſque ad hæc tempora Deo ſic permittente, Deo ſic conniuente, Deo (liceat dicere) Chriſti fidelibus malè prouidente, prorſus in fide conuincatur erraſſe: at apoſtatæ, deſertores religionis, Veneri & Baccho mancipati homines ad nouam Chriſti fidem ſtatuendam ab Spiritu ſancto miſſi credantur? O vanitas! ô ſtoliditas! ô impudentia!

Commendatur caritas Chriſtiana.
S. Cypr.
Hæretici hoſtes Chriſti & Eccleſia.
Hæreſum magiſtri Baccho & Veneri mancipati.

A 15. Pulchrè Vincentius Lirin. contra huiuſmodi monſtra ſic inſurgit. *Si iſta nouitates dogmatum, quæ ſunt antiquitati contraria, recipiantur; neceſſe eſt vt fides beatorum Patrum aut tota, aut certè magna ex parte violetur. Neceſſe eſt, vt omnes omnium ætatum fideles, omnes ſancti, omnes caſti, continentes, virgines, omnes clerici, Leuita, & Sacerdotes, tanta Confeſſorum millia, tanti Martyrum exercitus, tanta vrbium, tanta populorum celebritas & multitudo, tot inſulæ, prouinciæ, Reges, gentes, regna, nationes; totus poſtremò iam penè terrarum orbis per Catholicam fidem Chriſto incorporatus tanto ſæculorum tractu ignoraſſe, erraſſe, blaſphemaſſe, neſciſſe quod crederet, pronuncietur.* hæc Lirin. cap. 33. Profectò tam validum hoc eſt, atque inſolubile argumentum, vt ſi gentes B alioqui graues & ſeriæ vellent illud expendere: proculdubiò ſuorum magiſtrorum impudentiam riderent, & inſaniam veréque cæcitatem execrarentur. Meritò S. Chryſoſt. vno vel altero verbo hæreticorum iſtud quicquid eſt complexus ait: *Dogma ſatanicum: vita diabolica.* homil. 4. ad Rom. Conice nunc quæſo oculos in ipſas hæreſum peſte infectas prouincias; & tam in magiſtris ipſis, quàm in magnatibus, & in plebe ipſa cum Satanicis opinionibus diabolicam quoque vitam inuenies: porcinam libidinem, rabiem caninam, ferinam immanitatem. Sed quid hoc eſt, quòd à Iudæis, contra quos inſtituimus diſputationem, in hæreticos tandem incidimus? Scilicet, vt ſubtiliter quidam ex antiquis dixit: *Chri-C ſtus inter duos latrones, nempè inter Iudæum, & hæreticum crucifixus eſt.* Adde magiſtrum illum, iſtum eſſe diſcipulum: à Iudæo cæco cæcum duci hæreticum: ac proindè ambo in foueam cadere, in tartarum ſimul deuolui: denique vtrúmque ſi minùs auditorem in doctrina, certè in vita Mahometis imitatorem; & Antichriſti legatum ac præconem videri. Ac de cæcitate quidem illud egregiè dictum eſt à Tertull. *Cæcus à cæco, hæreticus à Iudæo ducatum mutuatur. Deſinat nunc hæreticus à Iudæo, aſpis (quod aiunt) à vipera mutuari venenum.* lib. 5. contra Marc. cap. 7. & 8.

Vincent. Lirin.
Validiſſimũ contra hæreticos argumentum.
D. Chryſ.
Hæretici vitâ & doctrinâ diaboli.
Vbi hæreſis, ibi & perdita vita.
Hæreticus Iudæi diſcipulus, ambo Mahometis.
Tertull.

16. *Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes lacte candidiores.*] Hebr. *rubicundus oculis præ vino.* radix eſt חָכַל *Chachlal, rubeſcere.* Quàm ineptè D Iudæi oculi commendentur à rubedine iuxta Rabbinorum explicatum quis non videt? Nec enim alio vehementiùs morbo, quàm ſuffuſo rubore læduntur & vitiantur oculi, & quid fœdius quàm oculus vinoſus temulenti? Quare ad metaphoram neceſſariò confugiendum eſt. Loquitur ergo (vt ſupra oſtendimus) de Meſſia, cuius commendantur oculi à viuacitate & hilaritate, quæ per vinum optimè ſignificantur. S. Ambr. & plerique alij ex Græcis transferunt, *Hilariores.* Certè dicuntur oculi Meſſiæ tranſlatione ſumptâ ex vino ſplendidi, clari, micantes, ardentes, pellucidi: quod interpres apprimè vno verbo expreſſit, *Pulchriores.* Nimirum vaticinatur Iacob admirabilem fore, atque in terris nunquam anteà viſam pulchritudinem Regis Meſſiæ, qui poſteà E dictus eſt in epithalamio à Regio vate *Speciosus formâ præ filiis hominum.* Pſalm. 44. At de oculorum tantùm egit pulchritudine, quia nihil in pulchro corpore pulchrius oculis, quorum eſt violenta & dominatrix animorum pulchritudo. Verùm hæc in oculis Chriſti Domini per comparationem vini explicata mirabilior multò eſt elegantia, quàm quæ ſolet in corpore humano commendari. Dicuntur enim Chriſti Domini oculi vino pulchriores, non quidẽ in aſpectu ſenſúque:

Pſal. 44.
Dominatrix oculorũ pulchritudo.

patet enim nullum eſſe quantumuis generoſum laudatúmque etiam a Lyrico Poëta vinum, quod cum ſplendore, gratiáque formoſorum oculorum vllo modo conferri poſſit. Solùm igitur ſit comparatio inter efficaciam vini, effectuſque, ac inter virtutem oculorum Chriſti, qui vino longè antecellunt. Liceat hoc ipſum paucis euoluere.

Vires vini magis in Chriſti oculis exprimuntur.

Vinum lætificat cor, pectus inflammat, ſenſus adſtringit, mentem abſorbet; hominem ſui neſcium, immemorémque reddit. Facit hæc omnia multò vehementiùs in hominibus Chriſti oculus, cùm eos ſuo quàm violenti, tam ſuaui ferit aſpectu. Nam quæ maior cordi lætitia infunditur; quæ acrior amoris flamma pectus, animúmque ſuccendit; quæ vis ita ſenſus illigat, & violenter totum corripit, prædatúrque hominem, quàm illa, quæ ab oculis Domini IESV gratia hominibus dulciter, benignéque imprimitur? An non beatiſſima illa, omniúmque creaturarum feliciſſima Virgo ſuam illam matris Dei dignitatem incomparabilem aſpectui oculorum Domini acceptam attribuit? *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* Luc. 1.

Mira virtus oculorum Chriſti.

Luc. 1.

17. Videas hominem vino ſuccenſum, & conſequentes ſui prorſus oblitum confictas eructare opes, ſibi quòd Crœſus, quod princeps ſit, ablandiri, nihil ſibi aut lætius, aut felicius. Contrà verò alium videas oppreſſum vino, quo nihil miſerius; triſtem illum, vultu demiſſo, lacrymantibus vbertim oculis, greſſu tandem infirmo ruere præcipitem, proſtratum humi: hæc eſt vini vis. Sed multò pulchriores vino tui ſunt oculi, Domine IESV: potentior tuus ad immutandos homines aſpectus. Reſpexiſti humilem ancillam; & non fictè, ſed verè Dei matrem, mundi Dominam, cœli Reginam effeciſti. Aſpexiſti publicanos, piſcatores, pauperes, abiectos in mundo; eóſque terrarum dominos, cœlorum principes, tecum in thronis humanum genus iudicaturos feciſti. Mira quidem iſtorum felicitas! Reſpexiſti peccatorem illum, qui ter auſus eſt ſuum Magiſtrum & Dominum negare? ſubitóque tuis vulneratus oculis, *egreſſus foràs fleuit amarè.* Luc. 22. Reſpicis tu Domine quotidiè grauiſſimis peccatores flagitiis inquinatos; tuoque aſpectu perculſi, denique ad pedes Confeſſarij, quàm humiliter tam feliciter proſtrati ſe ſuaque delicta dolent, produnt, lamentantur. O magna hominum mutatio! ô immenſa oculorum Chriſti virtus! ô verè aſpectus Domini omnipotentia! Non eſt adeò pulchrum, vt ſic me alliciat, me lætificet, ſuletur, beétque vinum. Non eſt ita efficax, poténſque vinum, vt me ipſum immutet, conuertat, vinciat; ſic à me abalienatum aliò corripiat; atque illa gratia, illa pulchritudo, illa virtus, amor ille oculorum, aſpectúſque Domini mei IESV. *Exaudi ergo me Domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua. Secundùm multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me. Et ne auertas faciem tuam à puero tuo.* Pſal. 68. Nihil aliud prudens Propheta petit à Domino, quàm vt ab illius oculis videatur, in quibus miſericordias Domini omnes nouit conſidere; indéque non ad interitum peccatoris, ſed ad conuerſionem, ad gratiam, ad ſalutem ſempiternam velut è pharetra, & arcu miſerationum iacula quibrari.

Vis oculorũ Chriſti ad immutãdos homines.

Luc. 22.

Mira per pœnitentiã immutatio.

Pſal. 68.

In oculis Chriſti miſericordia.

18. Quia verò hæc Prophetia de Meſſia venturo multis & grauibus rerum futurarum inuolucris, maiorúmque tranſlationibus conſtat; per oculos, dentéſque metaphoricè aliqua ad Meſſiam ſpectantia ſignificari credendum eſt. Et quidem per oculos Chriſti S. Aug. S. Ambr. Eucher. Rupert. arbitrantur intelligi Prophetas, qui Chriſtum præuiderunt; & Apoſtolos, qui Chriſtum & viderunt, & prædicarunt. Mihi placet adiungere omnes fideles etiam, qui acutiſſimo fidei oculo Chriſtum confitemur, veniſſe credimus, præſentem adoramus: *Beati oculi, qui vident quæ vos videtis?* Infelices Iudæorum, & infidelium oculi, qui quæ nos videmus, non vident, aut potiùs videre nolunt! Nam quæ maior cæcitas, aut quæ maior mentis obſtinatio, quàm Iudaica: quippe cùm duo maxima ex alto coruſcantia luminaria non videat, aut irradiare neget? Enimverò ſi Rex aliquis diu à quadam Ciuitate multúmque expectatus, tandem ſui aduentus duo illa ſigna conſtitueret; videlicet duas, quæ anteà ſuccenſæ lucebant faces, prorſus extingui; iiſque extinctis duas ſubinde alias edito ex colle accendi; profectò vbi primum extinguerentur illæ, arderéntque iſtæ; certò ſcirent omnes Regem aduenisse. En veſtra, ô Iudæi, & cæcitas deprehenditur, & pertinacia conuincitur! Venturum è cœlo in terras Deum hominem, Meſſiam veſtris promiſſum patribus, à veſtris prænunciatum Prophetis; in veſtris expreſſum, & viuis adumbratum coloribus, qualis omnino & venturus, & futurus erat; legis & ſcripturarum oraculis, diu multúmque mundus expectabat. Sui ergo aduentus duo maxima in ſublimi conſtituit lumina; duo ſigna præfixit. Primò quidem Iudaici regni lumen extinguendum; accendendum verò deinde nouum Meſſiæ regnum ex omnibus terræ gentibus: deinde Romanum imperium prorſus periturum fore; illique ſucceſſuram Eccleſiæ Romanæ Catholicæ monarchiam. Primum conteſtatur ſignum pater ipſe Iacob: *Non auferetur ſceptrum de Iuda donec veniat qui mittendus eſt*: alterum ſic deſcribitur à Daniele: *In diebus regnorum illorum ſuſcitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur. Comminuet autem & conſumet vniuerſa regna, & ipſum ſtabit in æternum.* cap. 2. Hæc nos videmus, & quidem ſole ipſo illuſtriora ſigna, micantia in mundo duo lumina, duo Chriſti & Eccleſiæ Romanæ regna; quorum non erit finis: quibus tamen Romanorum Cæſarum arma ceſſerunt, omniſque violentia tyrannorum perſequentium ſubacta demum & compreſſa conquieuit. Extincto ſcilicet regno, Rep. & ſacerdotio Iudæorum, Chriſti IESV, quem illi occiderunt, regnat fides, religio dominatur, nomen adoratur. Deſtructo Romanorum Cæſarum imperio Catholica Romana Petri Sedes latiùs multò & glorioſiùs per terras, per gentes ſuum imperium non armis, non aquilis, ſed baculo, ſed clauibus propagauit. Vocat Propheta duo hæc imperia vnum regnum quia Chriſti & eius Eccleſiæ ſub Chriſti vicario. At ſunt hodie Iudæi, qui quæ ſolis inſtar irradiant non vident ſigna: aut illa ipſa quæ ſuo ſplendore clariſſimum toto orbe diem efficiunt; negant pertinaciter collucere.

Oculi Chriſti omnes fideles.

Luc. 10.

Cæcitas, & obſtinatio Iudæorum.

Aduentus Meſſiæ duo maxima ſigna.

Dan. 2.

Extinctis regnis Iudæorum, & Romanorũ Chriſti & Eccleſiæ imperia ſucceſſerunt.

19. *Dentes eius lacte candidiores.*] Communior Patrum Latinorum explicatio eſt de concionatoribus ac doctoribus Eccleſiæ Catholicæ, quorum doctrina candidior ac purior eſt, quàm fuerit legis veteris doctrina, planè vti à Paulo dicitur carnalia, quæ maiori ex parte in ritibus, & ſacrificiis pecudum verſabatur. Erat illa lac, ſcilicet cibus paruulorum, & imperfectorum ſynagogæ alimentum. Nam ſeipſum paruulum, & infantem vocat Apoſtolus, quandiu ceremoniis ac ritibus

Iudæorum doctrina lac infantium.

ritibus Moſaicæ legis tenebatur: *Cùm eſſem paruulus, ſapiebam vt paruulus.* 1. Cor. 13. At deinde qui à Iudaiſmo ad fidem Chriſti conuertebantur, cum Paulo ipſo ablactati, & Chriſti albo inſcripti perfectiorum ſolidiore cibo paſci cœperunt. Dentes dicuntur qui cibum aliis conficiunt, ad fidem Chriſti, ad ſalutem animæ alios erudiunt. S. Ambr. præcipuè intelligit Apoſtolos ita inquiens: *Apoſtoli, quos Dominus à peccatorum labe mundauit, ſuper lac candidiores facti ſunt, quos macula nulla poſtea fuſcauit.* de bened. cap. 4. Candidiores lacte Apoſtoli meritò etiam dicuntur; eò quòd vniuerſam Synagogæ doctrinam atque iuſtitiam, quæ in lege Moyſis exigebatur, & exerceri conſueuerat, perfectio Apoſtolica longè ſuperauit. Nam poſt Chriſtum Deum hominem, Deique matrem Virginem Apoſtoli primitias Spiritus habentes incomparabilem cæteris ſanctorum (vno tamen Baptiſta excepto) perfectionem obtinuerunt. Iccircò ſæpiùs à Prophetis appellantur cœli, vt Auguſt. adnotauit in Pſalmos. Hos ipſemet Dominus ex tota Iudaica Rep. & Eccleſia perfectiſſimos fructus collegit: quod Michæas ita vaticinatur: *Et ponam claudicantem in reliquias, & eam quæ laborauerat, in gentem robuſtam.* cap. 4. E Synagoga nimirum, quæ vitio patris Iacob vitiolius ſemper claudicans laborauit, Meſſias ipſe veniens in mundum extulit Apoſtolos veluti reliquias; cùm ferè tota ſubinde Synagoga in cineres & fauillas abierit, paucis nimirum ex tam numeroſo populo ad Chriſtum conuerſis. Pauculi ſunt, duodecim tantùm Apoſtoli: iccircò *Reliquiæ* dicuntur: rarum eſt enim, quod pretioſum: gens robuſta, in qua nulla infirmitas, nec vitioſitas: ſed diuino ſpiritu purificati & corroborati ad paſſiones, & martyria duces reliquis fidelibus Apoſtoli præierunt.

1. Cor. 13. Dētes Chriſti qui alios in fide, bonisque moribus erudiunt.

S. Ambr. Dētes Chriſti Apoſtoli.

Mich. 4.

20. De illis canit Propheta: *Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham; quoniam Dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt.* Pſal. 46. Scilicet inter omnes Chriſti fideles ex omnibus populis congregatos primarium locum tenent, principes in ſublimi conſident Apoſtoli: ſunt fortes, ſunt duces exercitus Chriſtiani; vſque adeò eminent, vt nihil ſuprà ſe habeant niſi Chriſtum, & Chriſti matrem; vtique Regem ac Reginam mundi. S. Hieron. vertit ex Hebr. *Dij ſcuta terræ:* videlicet defenſores, tutoréſque Eccleſiæ, alteri velut Dij ſunt Apoſtoli; mundum vniuerſum debellarunt, ſubiecerúntque Deo, quem coluit Abraham. *Illi ergo candidiores lacte, qui nobis* (inquit S. Ambr.) *ſpiritualia illa atque cœleſtia conficientes alimenta, mentis interna viſcera ſaginarunt.* ibid. Dentes enim ſunt Chriſti, qui nobis diuinæ legis præcepta puriora & candidiora lacte legis Moſaicæ nobis veluti præmanſa indiderunt animis deguſtanda & deuoranda. *Sunt autem* (adiungit S. Ambr.) *mandata Domini lucida, quæ diuino ore deprompta ſicut lac nobis facta ſunt, quibus nutriti ad panis cœleſtis peruenimus alimoniam. Vnde & Paulus ait: Lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis.* 1. Cor. 3. *Corinthios in principio fidei potu lactis imbuit. Sancti illi, quorum fides annunciatur in vniuerſo mundo, tanquam ablactati eſca ſolidiore firmantur.* ibid. Videtur agere de ſacroſancto Euchariſtiæ alimento, (vti vocat) panis cœleſtis alimonia: ad quam ſumendam paulatim myſteriis fidei tanquam lacte nutriuntur fideles; donec fide pietatéque ſolidiùs firmati dignè poſſint accedere ad frumentum electorum, panem grandium, cibum fortium, robur panis, panem Angelorum,

Pſal. 46. Supereminentia Apoſtolorum.

S. Hieron.

S. Ambr.

1. Cor. 3. Myſteriis fidei nutrimur, vt ſubinde accedamus ad Euchariſtiam.

A eſcam vitæ, Dei conuiuium, immortalitatis ambroſiam, nectar gloriæ, epulum diuinitatis.

21. Procopius in neutro loco huius Prophetiæ, ſcilicet nec in oculis, nec in dentibus agnoſcit comparationem cum vino & lacte: ſed ab his deſumit & pulchritudinem oculorum, & candorem dentium, ſic diſſerit. *Grati oculi à vino: indicatur quidem lætitia, quæ capitur ex myſtico vino, quod propinans ſuis diſcipulis profatur Dominus: Accipite, bibite: Hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Matth. 26. *Albi dentes à lacte. Lac demonſtrat ſinceritatem & puritatem myſtici alimenti. Dedit enim ſuum corpus diſcipulis, non amplius admittens legis cruenta ſacrificia. Puritatem ergo myſtici panis, quo alimur, per candorem dentium*
B *ſignificauit.* Hæc tandem eſt ſumma omnium benedictionum Regis Meſſiæ. *Nam quid bonum eius eſt; & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans Virgines?* Zach. 9. Hæc ſcilicet tota eſt Regis Meſſiæ & bonitas, & pulchritudo. Ab hoc fonte corporis & ſanguinis Regis Meſſiæ in ſacramento Euchariſtiæ tota, quæ in Eccleſia, eiúſque filiis eſt bonitas morum, & pulchritudo animarum perenniter emanat. Ad potum igitur vt ſalutarem, ita ſuauem huius vini, & lactis myſtici, hoc eſt, ſanguinis & corporis Domini IESV Sacramento altaris inuitamur ab Iſaia: *Venite, emite abſque argento, & abſque vlla commutatione vinum & lac.* Iſaias cap. 55. Vbi S. Hieron. *Spretis igitur pecuniis pergamus ad eum, qui tenens calicem*
C *ſacramenti diſcipulis loquebatur: Accipite, & bibite; hic eſt ſanguis meus, qui pro vobis effundetur in remiſſionem peccatorum.* Matth. 26. *Quod vinum miſcuit & ſapientia in cratere ſuo: omnes ſtultos ſeculi, mundique ſapientiam non habentes prouocans ad bibendum: & vt non ſolum vinum emamus, ſed & lac quod ſignificat innocentiam paruulorum.* Scilicet in hoc admirabili ſacramento cum corpore & ſanguine Domini ſimul comedimus & bibimus innocentiam vitæ, morúmque puritatem. Emitur quidem à nobis diuinum iſtud animarum epulum non argento; ſed emitur tamen, nummo ſcilicet veræ confeſſionis, & ardentioris cuiuſdam pietatis. Hucuſque actum eſt de benedictione Iacob, ſiue Prophetia de Iuda. Nunc videamus quænam à Moyſe
D ſuper eundem Iudam & benedictio & Prophetia prænunciata eſt.

Procop.

Eccleſia cādor & puritas ab Euchariſtia.

Matth. 26.

Summa benedictionū Meſſia Euchariſtia.

Zachar. 9.

Ab Euchariſtia omnis pulchritudo animarum.

Iſai. 55.

S. Hieron.

Matth. 26.

In Euchariſtia vita innocentia bibitur.

Confeſſio & pietas ad Euchariſtiam.

22. *Hæc eſt Iudæ benedictio. Audi Domine vocem Iudæ: & ad populum ſuum introduc eum. Manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduerſarios eius erit.* Deuter. 33.] Lyra intelligit de Iuda, cui diuinum auxilium prædicit Moyſes ſemper adfuturum: cuius preces poſtulat exaudiri à Deo, vt tandem ad limbum, in quo ſanctorum Patrum animæ detinebantur expectantes aduentum Meſſiæ, illum introducat. Hic eſt enim populus illius, & iuſtorum cœtus: vt etiam intelligitur Geneſ. 35. & hoc eodem cap. infrà. Verùm Abulenſis explicat de tribu Iudæ, quam petit Moyſes introduci in terram Chananæorum ſibi deſtinatam.
E Chald. ita interpretatur: *Suſcipe Domine orationem Iudæ, cùm egreſſus fuerit ad bellum; & ad populum eius reduces eum in pace.* Mihi verò ſola Caietani placet explicatio, quæ ſuperioribus de Meſſiæ vaticiniis apprimè conſonat, ſic habet: *Audi Domine vocem Iudæ, id eſt, tribus Iudæ; deſiderium Meſſiæ audi, qui ex tribu Iudæ orietur: introduc ipſum Iudam, id eſt, Meſſiam ex Iuda ad populum ſuum.* Hebr. *Venire fac eum.* ſic ex Caiet. Hoc erat Hebræorum, & præcipuè tribus Iuda votum deſiderium, aduentus Meſſiæ. Precatur igitur Moyſes Deum ſuum, vt

Deut. 33.

Lyra.

Abulenſ.

Caiet.

Aduentus Meſſiæ præcipuum deſiderium tribus Iudæ.

tandem

A tandem compleat deſiderium Iſraëlitici populi; votáque & preces exaudiat tribus Iuda ſuum Meſſiam efflagitantis. Videbatur ſanctiſſimo Prophetæ multum iam, diúque differri (ſpectatis quidem & ſuis & ſanctorum votis, & mundi neceſſitate) aduentum Meſſiæ: petitque proinde vt quàm poſſit fieri citiſſimè compleatur. At multas deinde poſt annorum ſeries res tanta diuinitùs erat peragenda. *Primò enim* (vti expendit S.

S. Auguſt.
Meſſia maieſtas debuit diu multúmque differri & expectari.

Auguſt.) *per multam ſeriem temporum & annorum prædicendus fuit Meſſias. Non enim aliquid paruum venturum fuit. Diu fuerat prædicendus, ſemper tenendus. Quanto maior iudex veniebat, tantò præconum longior ſeries præcedebat.* tract. 31. in Ioann. Plures alias huius moræ cauſas aſſignant Patres & Doctores. Conſule noſtrum Soar. tom. 1. diſput. 6. ſect. 2.

Soar.

B 23. Poteſt etiam hoc deſiderium ipſius Verbi, Regiſque Meſſiæ intelligi; quia ſcilicet ſuam incarnationem compleri deſiderabat. Meſſiam ergo compellabat Dauid: *Qui ſedes ſuper Cherubim manifeſtare coram Ephraim, Benjamin & Manaſſe: excita potentiam tuam, & veni.* Pſal. 79. Chald. vertit: *O tu, cuius maieſtas quieſcit inter Cherubim, manifeſtare.* Quaſi viderentur Prophetæ otiari & obdurmire Dei potentia, & maieſtas; quandiu ſolis cognita & adorata ab Angelis non deſcendebat in terras per incarnationem, per quam diuina omnipotentia & maieſtas hominibus innoteſceret, & creaturis omnibus panderetur. Sollicitabant precibus, votiſque ſancti Patres diuinum Verbum, vti ſuum accelerarent aduentum: *Exurge, quare obdormis Domine.* Pſal. 43. Et velut è ſomno excitatus Dei filius reſpondit: *Exurgam diluculo.* Pſal. 107. Feſtinauit itaque, multóque citiùs, quàm mundus mereretur etiam de congruo; vt qui plus aduentum ſuum, quàm mundus ipſe, compleri deſideraret. Surrexit demum; Exultauit vt gigas tantâ celeritate, vt non plenis paſſibus, pomposóque & graui (ſicut Regem decebat) gradu procederet; ſed rapido curſu vel ipſas peruolans aquilas ſuperaret. Exclamat ergo triumphans gaudio ſponſa: *Vox dilecti mei. Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles.* Cant. 2. Mira quidem alacritas venientis, qui non tardo grauíque inceſſu graditur, ſed ſaltibus integros montes tranſilit. *Saliens* (declarat Theodoret.) *ſuper montes; ſuper excelſa videlicet decreta diuinitatis ſuæ.* Quaſi velit ipſa quoque æterni conſilij ſtatuta præterire, atque ante præfinitum ab æterno tempus ſuæ incarnationi, myſterium iſtud complere. Quibus quidem ſponſæ dictis exprimitur grande illud deſiderium, quo Dei filius tenebatur deſcendendi in terras, humanitatem noſtram hypoſtaticè aſſumendi. Quid ſi etiam hoc ſenſu cecinit Propheta in illo ſuo de Rege Meſſia triomphali carmine: *Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud. In medio annorum notum facies.* Abachub 3. Videlicet ad trigeſimum tertium (quæ ſolet eſſe communiter dimidiata hominis ætas) annum Chriſtus Dominus ſua paſſione redemptionem mundi operatus eſt, & vitam ſuâ morte hominibus comparauit. Deinde (liceat dicere) viſus eſt Dominus quodammodò anteuertere præfinitum ſuæ paſſioni, & humanæ redemptioni tempus, quod fortè longius adhuc diſtaret niſi & vota Prophetarum, & anxium illud eiuſdem Redemptoris deſiderium multos præcidiſſet annos, vt laboranti mundo ſuccurreret, atque deſiderijs æſtuanti ſuæ voluntati pro ſalutis humanæ exequendo tandem opere ſatisfaceret. Dixi (*aſtuanti*)

Pſal. 79.
Suam incarnationem Meſſias deſiderabat.
C
Pſal. 43.
Pſal. 107.
Cant. 2.
Mira alacritas Meſſiæ veniendi in mundum.
D
Theod.
Abac. 3.
E
Quaſi præ deſiderio videtur Meſſias anteuertere tempus ſui aduentus.

A iuxta illa Domini verba: *Baptiſmo habeo baptizari: & quomodo coarctor, vſque dum perficiatur!* Luc. 12. *Baptiſmum* (declarat Theophylact.) *vocat paſſionem & mortem ſuam. Hanc autem valde deſiderans inquit: Et quomodo coarctor, hoc eſt, quàm ſolicitus & anxius ſum ac premor, donec perficiatur? ſuio enim mortem pro omnium ſalute.* Eadem eſt etſi fuſior explicatio Gloſſ. Ord. his verbis: *Tanta eſt dignatio Domini, vt infundenda nobis deuotionis, & conſummanda perfectionis in nobis, & maturanda pro nobis ſtudium paſſionis ſibi ineſſe teſtetur: qui cùm in ſe nihil haberet vnde doleret, noſtris tamen angebatur ærumnis: & tempore mortis mœſtitiam prætendebat, quam non ex metu mortis ſuæ, ſed mora redemptionis noſtræ aſſumpſerat.* Sic in Gloſſa. Verùm negari non poteſt Chriſtum in horto paſſionem ſuam ante oculos habentem verè timuiſſe, vtique ad manifeſtandum quòd verus homo eſſet: *Cœpit enim pauere, & tædere.* Marc. 14. Sed & illa cauſa mœſtitiæ, quam aſſignat de mora redemptionis, cum alijs, quæ ſolent aſſignari, potuit adiungi.

Luc. 12.
Theophyl.
Gloſſ. Ord.
Alacritas Meſſiæ moriendi pro nobis.
B
Marc. 14.

24. Quòd ſi Dei filius iam homo factus tanto ardebat deſiderio moriendi in cruce pro hominibus; eodem vtique veniendi in terras, allumendíque humanitatem ad operandam redemptionem tenebatur. Quare licèt perennia & vehementia ſanctorum Patrum prioribus ſæculis eſſent deſideria videndi Meſſiam: frequentiora multò tamen ardentioráque debent exiſtimari, quæ ipſemet Dei filius habebat, vt tandem homo factus ſe hominibus Meſſiam, & Redemptorem & ſaluatorem oſtenderet. Atque adeò eùm ab ſponſa dicitur: *Totus deſiderabilis.* Cant. 5. & in Hebr. *Totus deſideria*, etſi hoc nomen paſſiuè accipi ſoleat, arbitror tamen maiorem illius vim in acceptione actiua conſiſtere. Omnium quidem ſanctorum Patrum deſideria in Meſſiam venturum dirigebantur: maximè verò ipſius Meſſiæ deſideria carnem aſſumendi, & cum hominibus in terra conuerſandi, atque pro iiſdem moriendi, exarſiſſe credendum eſt. Adiungit Moyſes: *Manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduerſarios eius erit.* Videlicet (vt explicat Caiet.) *manus Chriſti Domini pugnarunt pro eo miraculis, quæ illum Meſſiam eſſe comprobabant. Illum idcircò Propheta excitabat: Accingere gladio tuo. Et deducet te mirabiliter dextera tua.* Pſal. 44. Hebr. *Docebit te terribilia dextera tua.* Sic autem conſtituitur oratio. Dextera tua docebit terribilia te. Senſus eſt: Dextera tua decertando non quidem telis, ſed miraculis, & virtutibus contra perſecutores Iudæos, & contra malignos Spiritus, (hæc ſunt terribilia) ipſos quidem docebit te, ipſis demonſtrabit quantus ſis tu, & quòd verus Meſſias, à Deo promiſſus.

Vehementiora deſideria incarnationis in Chriſto quàm in Prophetis.
C
Cant. 5.
Caiet.
Pugnauit Chriſtus miraculis & virtutibus contra infideles, & dæmonia.
D
Pſal. 44.

25. Tanta vis eſt in miraculis Chriſti ad diuinitatem illius comprobandam; vt proptereà inexcuſabiles habeantur Iudæi, quòd cùm infinita & nullis anteà ſæculis audita, eáque clariſſima & veriſſima, & ab omni fuco dolóque aliena à Chriſto IESV, in ſuæ diuinitatis conteſtationem edita miracula vidiſſent: nihilo tamen minùs illum abiecerint, & occiderint. Impoſſibile autem eſt, quòd quis vera poſſit edere miracula in comprobationem mendacij: & quòd Deus ipſe, cuius virtute illa fiunt, tam inaudita, tam admiranda, tam prodigioſa operaretur ad confirmandam falſitatem, & blaſphemiam vnius hominis, qui ſe Meſſiam, verúmque Dei filium aſtruebat. Idcircò Dominus IESVS vti verus Dei filius ac Meſſias virtutum maximarum, & miracu

Miraculis Chriſti diuinitas eius probata.
E
Edi non poſſunt miracula in confirmationem mendacij.

A miraculorum patrator, aiebat: *Si opera non feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent: nunc autem & viderunt, & oderunt me.* Ioann. 15. Quæ opera nunquam ab alio effecta? *Vt eſt* (inquit Theophyl.) *miraculum de cæco, miraculum de Lazaro, & alia ſimiliter.* Quæ nemo alius fecit: *Et ipſi horum* (adiungit S. Chryſoſt.) *teſtes ſunt, cùm dicerent: Nunquam ſic apparuit in Iſrael.* Ioann. 9. *Neque auditum eſt à ſeculo, quod quis aperuit oculos cæci nati, & Lazari reſurrectio, & modus ipſe miraculorum nouus, & admirabilis.* hæc S. Chryſ. At S. Auguſt. inquirens quænam iſta propria ſint miracula Chriſti, quæ nemo alius ferit? reſpondet: *Naſci de Virgine, à mortuis reſurgere, in cœlum aſcendere: hoc Deo qui parum putat, quid plus expectet, ignoro.* epiſt. 3.

Ioann. 15.

Theophyl.

S. Chryſ. Fecit Chriſtus nunquàm anteà miracula facta.

D. Auguſt. Tria ſumma Chriſti miracula.

B 26. Cæterùm & reliqua omnia miracula Chriſti, quia infinita, quia cum imperio, ſoláque voluntate, vno verbo, ipſo nutu, & in teſtimonium ſuæ diuinitatis Dominus edebat; apertè illum eſſe Meſſiam Dei filium confirmabant. At contra Iudaicam perfidiam non alia nunc adducam ex miraculis argumenta; quàm quòd in hac Prophetia Iacob de conuerſione gentium per Meſſiam adiungit Zacharias: *Hæc dicit Dominus exercituum: In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes: Ibimus vobiſcum: audiuimus enim quoniam Deus vobiſcum eſt.* Zach. 8. vbi egregiè S. Hieron. *Manifeſtiſſima Prophetia eſt: & de Chriſti atque Apoſtolorum eius prædicatur aduentu, & fide vniuerſarum gentium: Nihil amplius requiramus.* Gentes audito Chriſti euangelio apprehendent fimbriam, ad pedes ſe proſternent viri Iudæi, Meſſiæ videlicet ea tribu Iuda, aut cuiuſcunque Apoſtoli, à quo inſtructæ dicent: Ibimus vobiſcum: Vobis aſſentimur, veſtram prædicationem ſuſcipimus; in veſtram, quam mundo annunciatis, fidem iuramus. Verè quidem credimus, quòd in vobis Deus homo verus Meſſias mundo promiſſus, & non alibi reperitur. Similis explicatio Theodoreti, ſed de Apoſtolis, quos ſub viri Iudæi nomine intelligit. *Sacros* (inquit) *Apoſtolos ex Iudæis genus ducentes ſummo ſtudio requirebant qui ex gentibus erant vocati, credentes per eos ſe ſalutem eſſe conſequuturos.* At Rabbini retorquent Prophetiam ad reditum Iudæorum è Babylone, quibus quidam ea gentibus inaudiram illam liberationem admirati adhæſerunt. Sed vt iſta ſic habeant. *Noſtrorum* (occurrit idem) *typus ſunt illa vetera.* Cæterùm quod hic non ſit verus Prophetiæ ſenſus, apertè conuincitur ex illis verbis: *Homines ex omnibus linguis gentium:* in quibus clariſſimè prædicitur vniuerſalis omnium gentium conuerſio facta per Apoſtolos, quibus imperatum: *Euntes docete omnes gentes.* Matth. 28. Et à regio vate prædictum fuerat: *In omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines terræ verba eorum.* Pſal. 18. Scitè admodum S. Cyrill. Alex. verbum illud, *Apprehendent fimbriam:* in hunc ſenſum explicat: *Parui pueri nonnunquam patrem ſequi geſtientes, comprehenſa ora veſtis eius, illis tactibus velut adiuti, & à veſte pendentes, extra errorem periculúmque gradiuntur. Eodem modo ex gentibus adhærentes Apoſtolis per concordiam illis colligati ſequuntur eos infantes adhuc indiciis, & ſimili viâ incedunt.* Concludit Moyſes: *Adiutor illius contra aduerſarios eius erit.* Deus enim Pater filium ſuum hominem factum, quem Meſſiam miſit in mundum, in illo reddidit glorioſum: ac ſubindè Iudæos illius hoſtes & peremptores vſque ad finem mundi prorſus implacabili

Zachar. 8.

S. Hieron. Gentium conuerſio grãde Chriſti teſtimonium.

Theod. Gentes Apoſtolis libenter crediderunt.

Theod.

Matth. 28.

Pſal. 18.

S. Cyrill. Alex. Fideles vti infantes patribus adhæſerunt Apoſtolis.

A vindictâ perſequetur: quod Dauid ante cecinerat. *Dixit Dominus Domino meo; ſede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Pſal. 109. *Hoc eſt, ſub pedibus tuis,* declarat S. Auguſt. *Inimicus* (adiungit) *eras Chriſti? Eris ſub pedibus eius, aut adoptatus, aut victus. Igitur ô Domine* (addit Auguſt.) *occidit te Iudæorum cæcitas: occiſus reſurrexiſti, ſanguine tuo peccata gentium diluiſti, ad dexteram Patris ſedens vndique ad te confugientes collegiſti. Et omnes inimici tui ſunt ſcabellum pedum tuorum.* Sub pedibus Domini IESV, qui regnat in cœlis, proſtrati conculcatíque iacent Iudæi perfidi: ad illius verò dexteram conſident, in ſinu illius fouentur Chriſtiani.

Chriſtus de Iudæis triũphat.

Pſal. 109.

S. Auguſt. Iudæi ſub pedibus Chriſti, Chriſtiani in brachiis.

B

Prophetia Iacob de Zabulon.

Zabulon in littore maris habitabit, & in ſtatione nauium pertingens vſque ad Sidonem.

Benedictio Moyſis ſuper Zabulon, & Iſſachar. *Deut. 33.*

Lætare Zabulon in exitu tuo. Et Iſſachar in tabernaculis tuis. Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iuſtitiæ. Qui inundationem maris quaſi lac ſugent, & theſauros abſconditos arenarum. C

Ex cantico Debboræ ſuper Zabulon. *Iud. 5.*

Zabulon verò, & Nephthali obtulerunt animas ſuas morti in regione Merome.

SECTIO XIII.

1. Z*Abulon in littore maris habitabit.*] Non ſeruat Iacob ordinem ætatis. Nam Zabulon D fuit ſextus eorum, quos Lia peperit: & omnium filiorum Iacob nonus. Sed quare prophetans ordinem mutauit, hæc ratio eſt: quia proximè de Meſſia prædixerat; qui quidem in Nazareth conceptus, & nutritus poſtmodò fuit, atque illuſtriſſima quadam transfiguratione ſe glorioſum oſtẽdit in monte Thabor: frequentiùs habitauit Capharnaum: quæ quidem loca fuerunt in ſorte ac tribu Zabulon. Maritima hæc ſors, atque adeò felix ob commercia, & ea illis affluentem opulentiam: Sed multò feliciſſima ob prædicationem Euangelij, & gentium vocationem. LXX. legunt: *Zabulon iuxta mare habitabit; & ipſe ſecus acceſſus nauium, & pertendet vſque ad Sidonem.* Chald. ſic: *Zabulon in littore maris habitabit, & ipſe ſubiugabit regiones nauibus, bonúmque maris comedet;* E *& terminus eius pertinget vſque ad Zedon.* Cæterùm inter ſortem Zabulon, & Sidon interiacet ſors Iſſachar, quæ tamen vicinior eſt Sidoni. Quare licèt Sidon non fuerit terminus Zabulon, prædicuntur tamen poſteri Zabulon verſaturi frequenter in portubus, & naualibus, atque mercaturam facturi apud Sidonios, & cum Sidoniis illam ipſam maris oram tenentibus, ac mercatoribus toto orbe celeberrimis: ex quo futura erat Zabulon tribus rerum omnium affluentia inter

Meſſias nutritus & habitator in ſorte Zabulon.

cæteras

A cæteras commendatiſſima. Zabulon igitur in littore maris habitabit; ſcilicet Genezareth,& mediterranei. Et in ſtatione nauium;quibus ſignificatur ſortem Zabulun ſecuros habituram portus,quales ſunt Genezareth,Caphatnaum, Bethſaida, Tiberiades, Traiohcam, & duo alij ad mediterraneum. Etſi autem commendetur hæc prouincia ex nauibus, ex portubus, ex negotiatoribus mercium terrenarum; certiùs tamen & multò excellentiùs laudatur à prædicatione Euangelij, cuius mercium nulla in orbe nauigatio & mercatura pretium poteſt adæquare. Nam & Deus homo verus Meſſias ex Capharnaum prædicando progreſſus vſque ad Sidoniorum fines peruenit,vt conſtat ex Marc.7.& Luc.6. Apoſtoli B ſubinde ex Capharnaum pleríque oriundi Euangelicæ negotiationis initium auſpicati leguntur. Et hæc ſunt, quæ Iacob ſignificare voluit hoc Prophetico maris, nauium, portuum, nauigationum inuolucro. Nunc ſingula euoluamus myſteria.

a. *Zabulon iuxta mare habitabit.*] Atque in

S.Ambr.

Felix,qui ſe à periculis mundi lõgè proripit.

primis illa S. Ambr. explicatu commendari debet. *Ipſa* (nimirum) *nominis interpretatio meliora promittit, eò quòd Latina expreſſio liberationem ſignificet à nocturnis, quod eſt utique bonum, & eius qui ſperat in pennis Domini, quem circundat veritas eius, ne timeat à timore nocturno, & à negotio perambulante in tenebris.* Pſal. 90. Pulcherrima quidem &

Pſal.90.

fortunatiſſima ſors, benedictióque hominis per C Deum à nocturnis iniuriis liberari: qui habitat in littore maris, non verò in mari fluctuat: qui viuit quidem in mundo, ſed cum periculis tamen haud colluctatur. Hoc ipſum S.Ambr.eruit

D.Ambr.

ex hac benedictione Zabulon: *Qui* (inquit) *iuxta mare habitabit, vt videat aliorum naufragia, ipſe immunis periculi, & ſpectet alios fluctuantes in freto iſtius mundi.* Plena ſunt omnia periculis; quandiu viuimus, aut in ſalo iactamur, aut certè ad oram maris conſtituti ſpirantibus è mari ventis afflamur; deſpumantibus è pelago fluctibus ſi non obruimur, ſaltem inſpergimur. Quid ergo? Felix, qui quàm poteſt maximè recedit à mari, diſtat à periculis,longè eſt à naufragiis. An non venit *in altitudinem maris, vbi etiam Dauidem tempeſtas demerſit.* Pſalm. 68. Qui ambitione dementatus in- D hiat ad honores, & in ſæculi dignitates lætus tripudiánſque eleuatur? Felix (inquies) eſt nauigatio, nauigantem reddit opulentum.Benè quidem. Sed paucorum eſt ea felicitas: pauculi euadunt incolumes,& fiunt diuites:plures in ſalo pereunt; plurium eſt iactura, naufragium, ſubmerſio. Sapienter ſibi conſulens ea mercium lucra renuntiabat S. Greg. Nazianz. cùm epiſcopatum fugiens in eremum ſeſe abdidit. *Vitam* (inquiens) *vt potero mihi ſufficiat inſtituere, & veluti tenui rate paruum quoddam pelagus tranſitare; ac paupere hac meâ & anguſtâ vita functione paruam in altero ſæculo manſionem mihi comparare.* orat. 2. Grauis quidem prælatorum ſarcina, quam iuſti timent,ſub qua prudentes gemunt,quam ſtulti non ſentiunt, E qua vani eleuantur. Omnes pro honore adipiſcendo morimur; ferè omnes in honore ipſo aut in æternum moriuntur: aut certè periclitantur: pauci euadunt in portum.

Ambitio mare procelloſum.

Pſal.68.

Dignitas in ſæculo plena periculis.

S.Greg. Nazian.

Secura vita priuata.

Perículoſa vita prælatorum.

5. O graue pondus! ô ſummè formidandum onus prælatorum! An non grauant,premúntque ſubditi? *Iacta ſuper Dominum curam tuam.* Pſal.54. ex Hebr. *Proiice ſuper Dominum onus tuum: & ipſe gubernabit te.* Igitur ſi Deus te gubernet, onus tu illi eris: atque adeò ſubditus Rectori ſuo eſt

Pſal. 54.

A onus. Quo in ſenſu aiebat Hierem. *Vos eſtis onus Domini.* cap. 23. Sentit Deus omnipotens hominum, quos regit,onus: & homunculus ſub onere ſubditorum ridet,lætatur,tripudiat? ô ſtoliditas! ô dementia! At riſui habet mundus illum, qui habitat in littore, qui non audet ſe pelago credere. Stultum illius iudicat conſilium,qui vitam humilem ambitioni dignitatum præfert. Iampridem malorum & vanorum hominum, quos vocat abominabiles, ſtultiſſimam confutauit Propheta opinionem. *Conſilium inopis confudiſtis, quoniam Dominus ſpes eius eſt.* Pſal. 13. Confudiſtis, hoe eſt, illuſiſtis, riſui habuiſtis conſilium viri humilis, qui ſuo tuguriolo contentus latere potiùs elegit,quàm eminere. Miſellum, ab homini- B bus ignoratum, prorſus iam in vita conſepultum irridetis: at ille feliciſſimus, qui ſuam omnem in Deo ſpem collocat,Deo quidem notus,qui mundo ignotus: tam excelſo, generoſóque animo,vt & mundi riſus irrideat; & ſua cupiditate; atque ambitione, quæ tota in Deum eſt, totum ipſum indignum iudicat mundum.

Hier.23.

Pſal 13.

Humilem vitam mũdus irridet.

Humilis ſed ambitioſus indignum cenſet mundum.

4. Felix & ille nimium, qui habitat in littore, è portu proſpicit mare, alioſum videt naufragia, quæ fiunt quotidie in aulis principum; vbi quos illuc iactauit ambitio, non ſubſtantiæ tantùm, ſed & honoris, & vitæ nonnunquam miſelli homines iacturam faciunt: & timoris, mœroriſque fluctibus hauſti abſorbentur. In illa, cuius mentionem Moyſes ſecundo loco inter plagas Ægy- C pti fecit, dignum quid memoratu iudicauit Rex Dauid: *Et dedit terra eorum ranas in penetralibus Regum ipſorum.* Pſal.104. Ebulliebant quidem ranæ, & ciuitates, oppida, prædia, villas, hortos, vineta,olueta: vrbium plateas, vicos,domóſque operiebant. Maximè verò erat videre vt in aulis, ædibus, palatiis, atque in penitioribus cubiculis Regis Pharaonis & principum totius Ægypti ranarum hæc fœda & permoleſta ſcaturiebant & ſubſultabant examina. Quo quidem apprimè ſignificatur illa, quâ nihil frequentius & importunius, infelicitas in principum aulis;turbáve dicam,an colluuies, vnde vnde ad principes & Reges confluentium, pro ambiendis honoribus,petendis dignitatibus, implorandis ad vitam ſubſi- D diis. Pulchrè dicuntur ranæ, fœda quidem viſu animalcula, intolerandæ loquacitatis, querulo boatu importuna, limoſa ſpecie neſcio quid vitide referentia. Quid quæſo aptius mores aulicorum deſcribit? Spe viuent ac viuunt donec aliquando tandem plures deſperati pelago mœroris abſorbentur. Turpis illorum victus, quorum in terra & luto totum eſt deſiderium, totum ſtudium, totum compendium. Nihil illis moleſtius, qui crebrò, importunè,atque inurbanè miniſtrorum Regis ædibus ſeſe intrudunt; clamoribus aulam complent;vna illis vox querimonia,vnum ſtudium de Rege, de aula, de miniſtris detrahere;vera falſáque in infamiam iactare. Quid quæſo iſtud aliud,quàm mare,quàm venti, quàm flu- E ctus,quàm procellæ,quàm naufragia? Quid aulæ principum, quàm reboantium, & quiritantium ranarum paludes?

Felix, qui ab aulis principum remotus viuit.

Pſal.104.

Fœda & importuna plaga ranarum.

Ambitioſi in principũ aulis ranæ importunæ.

Miſera conditio aulicorum.

Aula principum lacuna ranarũ.

5. Porrò quales, tum qui ambiunt, tum qui conſulunt, qui prouident in Romana Pontificum aula ſeſe gerant,deſcribit in hunc modum S.Bernard. *Inuiſi terræ ac cælo; vtrique iniecere manus, impij in Deum, temerarij in ſancta, ſeditioſi in inuicem, æmuli in vicinos, inhumani in extraneos, inuerecundi ad petendum, ad negandum frontoſi, importuni vt accipiant, inquieti donec accipiant; ingrati vbi acceperint.* lib.4.

S. Bern.

Miniſtrorũ & ambientium in prælatio Pontificis conditio deſcribitur.

lib. 4. de conſider. Quid ergo iam de aulis principum, & Regum palatiis dicendum erit, quando vir ſanctiſſimus de pontificio palatio ſic effari non dubitauit? Annon fortunati, qui ſuâ ſorte contenti procul à principum aulis, atque adeò à periculis animæ, corporiſque alicui ſecuram, dulcémque tranſigant vitam? Annon habitant in littore, qui paruo contenti nec conquirendis inhiant lucris, nec ipſa tenentur cupidine diuitiarum, quæ in mari huius ſeculi *mergunt homines* (vt ait Apoſtolus 1. Tim. 6.) *in perditionem?* Denique habitant in littore, quieſcunt in portu, qui corpore animóque ſegregatam à ſeculo, vitam eò ſanctius, quò ſecretiùs; eò dulciùs, quò ſecuriùs ducunt Religioſam. O fortunatos, ſua ſi bona norint! *Nulla vobis hic* (ait S. Bernard.) *nutriendorum liberorum cura, nulla ſolicitudo quomodo placeatis vxoribus: non de nundinis, non de negotiis ſecularibus, non de ipſo victu & veſtitu neceſſe eſt cogitare. Procul à vobis magna quidem ex parte diei malitia & ſolicitudo vitæ. Sic abſcondit vos Deus in abſcondito tabernaculi ſui.* ad fratres ſuos ſerm. de obed. Scilicet hæc eſt ſumma & vera ſapientia de Deo, & cum Deo agere: quod ſanctum eſt otium, & vnum religioſis negotium: cùm interim ſeculares in ſalo, atque in perpetuis animæ corporiſque afflictionibus vitam ducant ærumnoſam.

Felix qui paruo contentus vivit.

1. Tim. 6. Beata conditio religioſorum.

S. Bern.

6. Hoc ipſum S. Gregor. egregiè diſcutit ad illa verba: *Et mare loquitur: Non eſt mecum.* Iob 18. *Quid maris* (inquit) *nomine, niſi ſecularium mentium amara inquietudo ſignatur, quæ dum ſe viciſſim inmitiùs impetunt, quaſi aduerſantes ſe vnda colliduntur? Rectè mare vita ſecularium dicitur, quæ dum procelloſis actionum motibus concitatur, ab interna ſapientiæ quiete, atque ſtabilitate diſiungitur.* lib 8. moral. cap. 25. Ab hoc igitur mari abeſſe, illius procellas è littore ſpectare quantæ quæſo felicitatis ſit, quis dignè valeat explicare? Per mare ſuum læti quantéſque feruntur ſeculares: ſi inter illos nauigant ſcopulos, concupiſcentiam oculorum, concupiſcentiam carnis, ſuperbiam vitæ: inter quos vti neceſſe eſt in ſeculo nauigare, ita frequens eſt in illos incidendi periculum, & crebra ſunt naufragia ſalutis: quæ tamen omnia è portu religionis, in quo qui conſidet, liber intuetur. Eſt quidem vita peccantium infelicitas naufragantium; quos vel dehiſcentis pelagi vorago abſorbet, vel inevitabilis procellæ violentia in ſyrtes, charybdéſque allidit. Felix igitur, qui tabulæ innixus, vel remigio enatantium brachiorum, vel ſaltem furioſo deſpumantium æſtu correptus in litus emerſit. Porrò inde liber à pelago pleróſque adhuc in ſalo cum morte colluctantes proſpicit, quorum proſpectu conterritus non audet iterum, quod iam euitauit, diſcrimen experiri. Hac ſimilitudine vſus aliquando Tertull. pœnitentes exhortatur, ne in pelagus, vnde ſalui per pœnitentiam euaſerant, ſponte reſorbeantur, ſic effatur. *Plerique naufragio liberati exinde repudium & naui & mari dicunt: & Dei beneficium ſalutem ſuam ſcilicet memoriâ periculi honorant.* lib. de pœnitent. cap. 7. Sic igitur ſe habeat pœnitens, ſicut qui è naufragio emerſit: iam in portu, & in litore conſtitutus cum Deo, à quo veniam impetrauit agens oculos in ſalum retorquens dicat: Nunquam amplius mare: nunquam amplius nauis. Valete in æternum fluctus, valete maria. Abite procul à me in perpetuum & peccata, quæ olim me ſubmerſerunt: & peccatorum occaſiones, in quas libenter impactus incidi. Perieram miſer in mari: Sed nunc in litore ſaluus conſiſto. *Miſericordiæ Domini, quia non ſum conſumptus: quia non defecerunt mihi miſerationes eius.* Thren. 3. Mea ſalus Dei beneficium: iſtud perpetuò recolam; dum illam conſeruo, nec in priora pericula reduco.

S. Gregor. Iob. 18. Mundus mare proceloſum.

Inter ſcopulos nauigãt ſeculares.

Religioſi è portu ſpectãt maria, & naufragia.

Vita peccãtium vita naufragantium. Pœnitentia portus.

Tertull. *Pœnitens vitam emẽdat, occaſiones peccandi fugit.*

Gratus Dõ pœnitens è gratia perſeuerat. Thren. 3.

7. Applaudit ergo ſic verè pœnitentibus, ſic prudenter loquentibus Tertullian. *Laudo timorem, diligo verecundiam. Nolunt iterum diuinæ miſericordiæ oneri eſſe: bonâ certè ſolicitudine iterum experiri vitant, quod ſemel didicerunt timere.* ibid. Oneri planè ſumus Deo, cùm illius diuinam experti miſericordiam à peccatis, in quibus iacuimus, excitati cœleſti gratiâ perſtruimur: indéque ingrati, inurbani, ruſtici, dementes ad vomitum regredimur, in cœnum relabimur, in pelagus, in ſcopulos, in naufragia ſcientes volentéſque reiectamur. Eſt quidem grauiſſimum onus Deo peccator, qui ſæpiùs Dei miſericordiam, & experitur, & expertam offendit. Heu me miſerum, quàm timeo, ne miſericordia Dei tantum iſtud meum onus tandem excutiat! quàm timeo, ne defeſſa meipſum toties peccantem ſuſtinendo Dei ſuccumbat patientia! Illius enim audio vocem: *Laborani ſuſtinens.* Iſai. cap. 1. Legit S. Hieronym. *Facti eſtis mihi in ſatietatem:* nequaquam dimittam peccata veſtra. *Quod eſt* (inquit) *defecit miſerans: vt oſtendat ſe nequaquam vltrà miſereri.* Velut qui graue aliquod onus diu exportet, ac deficientibus tandem viribus vel corruat ſub pondere preſſus, vel illud cùm ferre amplius non valeat, ſinat elabi. Sic ſe habet Dei miſericordia peccatorem, vt ſe conuertat, ſuſtinens: at inuerecundè obſtinatum in peccatis perire tandem in æternum permittens. *Facti eſtis* (ait) *mihi in ſatietatem.* Nimirum perſeuerantia hominis in peccatis, aut frequens in eadem relapſus ſic Deo inſuauis, moleſtúſque eſt, vt etiam ipſius miſericordiæ, cuius in ſinu ventréque admirabilis eſt vis ad omnia quantumuis infinita generis humani decoquenda flagitia, nauſeam tamen pariat, vomitúmque excitet; vt iam cuidam Laodicenſi minatus eſt Dominus: *Incipiam te euomere ex ore meo*, Apocal. 3.

Tertull. *Timet prudens in peccatum relabi.*

Oneri Deo eſt, qui recidit in peccatum.

Iſai. 1. S. Hieron. *Fatigatur Dei miſericordia peccantem ſæpiùs ſuſtinendo.*

Apoc. 3.

8. Denique Zabulon iſte iuxta mare conſiſtens & fluctuantes in ſalo, & naufragantes proſpiciens è litore iuxta S. Ambroſ. *Eſt Dei Eccleſia Catholica radicata & fundata in fide ſpectans hæreticorum procellas, & naufragia Iudæorum: quoniam gubernatorem, quem habuerant, abnegarunt. Circa fluctus habitat, non fluctibus commouetur.* cap. 5. de benedict. Ita etiam qui cum Eccleſia conſentit, qui adhæret fidei Catholicæ, *Spectat* (vt dixit idem Ambroſ.) *alios fluctuantes in freto iſtius mundi, qui circunferuntur omni vento doctrinæ: ipſe fidei radice immobilis perſeuerans.* ibid. In ſalo igitur iactantur hæretici: nihil illis ſolidum & firmum: ſumma rerum omnium inconſtantia: Euripo inquietior hominum conditio. Tot inter hæreticos ebulliunt dogmata, tot confinguntur opiniones; quot ex alto in litora exæſtuans fluctus, quot ventorum flatus immugiunt, dum furit tempeſtas, dum maria ſurſum deorſúmque feruntur. Confingunt noctu inter dapes vináque ſuo de cerebro ſic onuſto quæ manè doceant magiſtri: accepta illicò diſtorquent diſcipuli. Vnum (quale illud eſt) à magiſtro Euangelium prædicatur; aliud ſubinde à diſcipulo iam creditur: & aliud mox aliis transfunditur.

S. Ambr. *Chriſti Eccleſia immobilis & inuicta.*

Firmus & ſecurus, qui Romanæ adhæret Eccleſiæ.

Inconſtãtia hæreticorũ in doctrinis.

Noua quotidie apud hæreticos facta.

A Hæc ſemper hæreticis cognata inconſtantia; quam ſuo iam tempore Tertull. perſtringebat; [Tertull.] *Etiam* (inquiens) *a regulis ſuis variant inter ſe, dum vnuſquiſque proinde ſuo arbitrio modulatur quæ accepit: quemadmodum de ſuo arbitrio ea compoſuit ille qui tradidit. Agnoſcit naturam ſuam, & originis ſuæ morem profectus res. Idem licuit Valentinianis quod Valentino; de arbitrio ſuo fidem innouare.* lib. de præſcrip. cap. 42. Egregiè dictum; quod noſtri ſeculi apprimè conuenit hæreticis. Idem licuit Lutheranis, quod Luthero: idem licuit Caluiniſtis, quod Caluino; de arbitrio ſuo fidem innouare. O extrema hominum infelicitas! Non tam diſcipuli à magiſtro hæretico credere, quàm confingere non ſcilicet quid credant, ſed quid poſſint pro libito diſcurrere effingere. B An non *vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma?* dicit Apoſtolus, ad Epheſ. 4. Annon vna Eccleſia Catholica; vna columba, vna ſponſa Chriſti, vt ſcripturæ conteſtantur, & Apoſtoli prædicarunt? Quid igitur ô hæretici diſcinditis Eccleſiam; plura capita vni corpori tam prodigioſè, quàm ineptè, quàm impie affingitis?

[*Hæretici de arbitrio ſuo fidem innouant.*]

[ad Epheſ. 4. *Vna fides, vna ſemper Eccleſia.*]

9. Cur vni Domino, vni Chriſto tot fides, ſuam quiſque pro ſuo cerebro, inducitis? Catholica Chriſti Eccleſia in mundo eſt, quam Apoſtoli à Chriſto ad prædicandum Euangelium miſſi plantarunt. Certum hoc eſt: nullus dubitat. Sed quænam illa nunc eſt? An quæ à Luthero conſtructa primùm, & quotidie paulatim euaneſcit? Num quæ Hugonothos habet? An ea C quam ſibi Caluiniſtæ, aut Puritani, aut aliarum hæreſum fictores & cultores ſibi arrogant? Monſtra ſunt; non vna Eccleſia Catholica, nec illius membra ſunt. Sed cur eam, quæ vna fides Catholica Chriſti eſt, ſolum inter tot, quot quotidie apud nos pullulant, ſectas & (vt confingitis) fides nec prædicari, nec recipi, ne nominari quidem vultis? *Diligitis quidem magis tenebras, quàm lucem. Sunt enim veſtri omnium mala opera. Omnis enim qui malè agit, odit lucem; & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.* Ioann. 3. *Odit* ſcilicet (declarat S. Auguſt.) *admonentem lucem, & fugit eam, vt non arguantur opera eius mala quæ diligit.* Quæ ſunt igitur iſtæ vrbes ac prouinciæ in quibus tenebroſa hæc viſitur Eccleſia, D niſi *lucifugis congeſta cubilia blattis?* Lucem Eccleſiæ Catholicæ cœlitùs irradiantem fugiunt lucifugæ beſtiolæ; diem oderunt noctuæ; è rutilato cæcitatæ furiæ cœlo emicantem ſolem exæcrantur. Audite igitur Apoſtolum illum Chriſti tubam, Euangelij theſaurum, veritatis defenſorem, gentium Doctorem; Romanæ ſedis columnam, Eccleſiæ Catholicæ paranymphum: *Obſecro vos* (inquit) *fratres, vt obſeruetis eos, qui diſſenſiones, & offendicula, præter doctrinam quam vos didiciſtis faciunt: & declinate ab illis! Huiuſcemodi enim Chriſto Domino non ſeruiunt, ſed ſuo ventri,* ad Rom. 16. En quales hæreſum ſeminatores; quales nouorum iſtorum dogmatum inuentores; E quales hæreticæ plebeculæ magiſtri? Qui nimirum ſuo ventri ſeruiunt; *& quorum Deus venter eſt.* ad Philipp. 3.

[*Hæretici plures confingunt fides, plures Eccleſias.*]

[*Hæretici ſolam Eccleſiam Catholicam non recipiunt.*]

[Ioann. 3. S. Auguſt. *Hæretici ex inferno furia lucem oderunt.*]

[ad Rom. 16. *Suo ventri ſeruiunt hæretici.*]

[ad Philipp. 3.]

10. Rectè igitur colligit S. Chryſoſt. *Quamodo itaque te non pudebit, cùm ſeruos ventris pro doctoribus habeas ſi es frater Chriſti?* homil. vlt. ad Rom. Ergò ſi veſtræ ſalutis vobis vlla eſt cura: emergite demum è pelago, procellas fugite, ſempiternum declinate naufragium: ventia & vndis ventoſa iſta & vndoſa; ſine veritate, ſine teſtimonio, ſine Deo renunciate dogmata: enatate ad litus; A ſubintrate portum; vbi ſtatio fidiſſima nantis: in ſinum matris Eccleſiæ Catholicæ Romanæ vos recipite: *Habitat illa iuxta mare* (vti monet S. Ambroſ.) *ad ſubueniendum, vt ſi qui tempeſtatibus acti grauibus confugere ad portum volunt, præſtò ſit Eccleſia tanquam portus ſalutis, quæ expanſis brachiis in gremium tranquillitatis ſuæ vocet periclitantes; locum fidæ ſtationis oſtendens.* cap. 5. de bened. Peropportunè cecidit hic locus, hæc ipſa commentatio in ſacrum tempus quadrageſimæ; cùm peccatores, qui per annum aut negotiorum ſecularium fluctibus oppreſſi, aut (quod eſt calamitoſius) vitiorum & ſcelerum gurgitibus hauſti, & malarum cupiditatum procellis iactati emergunt tandem, confugiúntque B ad Chriſti templa, vbi totam illam impuriſſimam delictorum ſalſuginem, quam in ſalo ebiberunt, in confeſſione ſacramentali euomunt. Etenim *Eccleſia* (inquit S. Ambroſ.) *in hoc ſeculo tanquam portus maritimi per litora diffuſi occurrunt laborantibus, dicentes eſſe credentibus refugium præparatum, quo ventis quaſſata nauigia poſſint ſubduci. In his Eccleſiis ſunt principes Zabulon & Nephthalim clamantes: Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.* ad Rom. 13. hæc S. Ambroſ. loco indicato. Principes iſti ſunt prædicatores, & confeſſarij: illi peccatores ad confeſſionem excitant, inuitant, & diuinæ eloquentiæ vi quodammodo compellunt: quod eſt proprium ſacri, & prudentis Concionatoris C munus. Iſti verò ſcilicet confeſſarij ipſam peccatoribus adminiſtrant, & omni conatu efficere contendunt fructuoſam & ſalutarem confeſſionem.

[*Solùm in Romana Eccleſia fides ſalúſque.*]

[D. Ambr. *Eccleſia Romana portus ſalutis.*]

[D. Ambr. *Templa fidelibus portus.*]

[*Prædicatores & confeſſarius ſalutis miniſtri.*]

11. *In ſtatione nauium pertingens vſque ad Sidonem.*] Securos (vti iam explicauimus) ſignificat prorſus habituram illam Zabulonis tribum; cuius typo adumbrare voluit Patriarcha futurum legis gratiæ ſtatum, prædicens plures in Eccleſia Chriſti portus, ſtationéſque fidiſſimas, quò ſeſe peccatores poſſint, debeántque recipere. Proh quàm ſecura ſtatio; tranquillus, tutúſque portus pœnitentiæ & confeſſionis ſacramentum! hac de re paulò ante diximus. Quàm deinde fida ſtatio, quis portus, quæ ſecuritas orationis! Suum miſeris, D & in hac vita laborantibus Dominus conſtituit refugium adeò certum, & ſecurum in oratione; vt vel ipſa hominis ad petendum diſpoſitio certam iam habere dicatur impetrandi fiduciam, vt Propheta cecinit: *Deſiderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Pſal. 9. Alia verſio habet: *Vota pauperum audiuiſti Domine: tu diriges cor eorum, auris tua illos attendet. Deſiderium,* (explicat S. Auguſt.) *quo pauperes æſtuant, cùm in anguſtiis & tribulationibus huius ſeculi Domini diem concupiſcunt.* Vſque adeò miſer eſt, abiectúſque, ac tribulationibus non obnoxius modò, ſed etiam oppreſſus afflictionibus, qui pauper eſt: vt tribulatum, afflictúmque & contritum pauperis nomine ſignificet, atque apprimè depictum exprimat E Propheta. Ille igitur in mari huius ſeculi tribulationum fluctibus penè ſubmerſos habet tamen portum, quò ſe recipiat, orationem videlicet, per quam exauditus à Deo in tranquillam deducitur ſtationem. Hoc nos etiam ab ipſis incunabulis inſtitui ad flectendam Dei pietatem compoſito habitu oramus; velut è pelago in quo periclitamur, ſublatis in cœlum oculis & manibus, nudíſque capitibus Deum, qui nos è ſalo in portum deducat, obteſtamur.

[*Oratio ſidelibus portus.*]

[Pſal. 9.]

[D. Auguſt. *Pauper totius miſeriæ, & afflictionis exemplar.*]

[*Afflictus in portum orationis ſe recipit.*]

[*Oramus quaſi è pelago in portum ſuccla-mantes.*]

Alia

Tertull. *Habitus Chriſtianorum orandi.*

Alia verò huiuſce orãtium ritus à Tertull. redditur in hunc modum ratio. *Cælum, ſuſpicientes Chriſtiani manibus expanſis, capite nudo, quia non erubeſcimus, precamur.* apolog. cap. 22. Non confundimur, cùm ita oramus: nec enim erubeſcimus profiteri, quod ſumus, videlicet miſeri, pauperes, mendiculi, omni rerum humanarum ſpe deſtituti, ab vnius Dei miſericordia nobis præſidium orando, plorandóque expectantes.

Qualis oratio cælum ingreſſa Deo ſe ſiſtit. S.Chryſ.

12. Sed qualis obſecro, quæ cœlos penetrat, inter Angelos graditur, ad Deum accedit, ac tantæ ſe ſe maieſtati offert: legationem pro miſello & pauperculo homine ſuſceptam Deo exponit oratio? qualis nimirum à S. Chryſoſt. deſcribitur: *Oratio mentium humilis, verecunda placida, iucundo & molli vultu predita: hæc digna cælis oratio.* in Pſal. 4. At quæ talis ab homine fit ad Deum, ſemper vtique impetrat quod implorat; ſemper euincit oratio, maximè ſi crebrò inſtantérque fiat; iuxta illud S.Auguſt. *vbi aſſiduis pulſatur orationibus cælum, potentia ſemper calcatur.* ſerm. 228. to. 10. Celebre eſt apud Climacum illud de oratione: *Oratio tentationum pons, tribulationum interpoſitus paries.* Sunt quidem tẽtationes velut aquarum fluẽta, quæ ſubtus pontem decurrunt: at per pontem gradientibus, nimirum inſtanter orantibus, illa quidem prætérlabentia poſſunt apparere, & quodammodo terrorem eminus incutere: ac nocere tamen, aut inſpergere, fœdare, vel demergere nullo modo poterunt: Vbi ergo oras ibi pontem habes, & per pontem ſecurus incedis: vbi oras, ibi parietem intermedium & quidem fortem ac benè munitum tibi & tribulationibus, ne te deprimant, ne labefactent, interponis. O egregiũ homini refugium! ô ſinus! ô portus! ô ſtatio fidiſſima & lætiſſima homini ad Deum oratio!

D.Auguſt. *Victrix oratio, quæ frequens & inſtans.* Climac. *Oratio pons tentationũ.* *Securum reddit oratio.*

13. In hac eadem ſorte alterum habet Eccleſia portum iis, qui ex pelago in litus euadunt; è fluctibus in arenam confugiunt. Eſt ille portus, beatiſſima Dei mater, ſtatio fidiſſima nautis, placidiſſimus terræ ſinus, quò ſeſe in ſalo iactatæ, quaſſatæque recipiunt naues: Securiſſimum naufragis litus. Vera Dei mater & miſericordiæ mater, quæ naufragos in ſalo enatantes animaduertit, exauditque; & miſericordia miſerorum commota ad ſe illos vbi ſuſtulit, in ſinum ſuæ benignitatis recipi facit & quieſcere. *In ea enim* (inquit S Bernard.) *nihil auſterum, nihil terribile: tota ſuauis eſt, offerens lac & lanam; nemini malum inferens, & omnibus ſinum miſericordiæ aperiens.* ſerm. ſup. ſign. Pulchrè dicitur; *Offerens lac & lanam:* vtique de pelago ſublatis, & feſſis natando & cibo egentibus: lac ſcilicet, vt famem ac ſitim depellant; lanam, vt nuda & vda membra operiant. Sic naufragos benigniſſima virgo fouet & recreat. Profectò poſt incarnationem & paſſionem Redemptoris nullum maius, nec donum, nec beneficium Deus hominibus contulit; quàm cùm illis ſuam ipſe matrem in patronam & mediatricem donauit. Rectè igitur monet S. Bernard. *Age ei gratias qui talem tibi mediatricem benigniſſima miſeratione prouidit.* ibidem. Helias vt diſcipulo Eliſæo aliquod ſui amoris pignus, pro miniſterio præmium, debitúmque meritis beneficium abiturus ex hoc mundo relinqueret; ſui pallij, quod ex alto dimiſit, illum fecit hæredem. 4. Regum 2. per quod Eliſæus duplicem ſpiritum conſecutus, id eſt, magnum & vberem. Sic planè Dominus IESVS in cœlum rediturus homines, quos in finem dilexit, ſuo pallio donatos, duplicis ſpiritus fecit hæredes, copioſam videlicet ſuam gratiam illis relinquens. Sed quodnam iſtud Dei pallium? reſpondet S. Method. Martyr. Virginem Deiparam affatus: *Tu es impollutum illius indumentum, quì luce vti veſtimento circumfunditur.* ſerm. de hypop. Hæc hominibus legata hæreditas, hoc demiſſum è cœlo pallium, quo nos obuoluti & ornati vberem capiamus ſpiritum; Dei, matriſque illius fauorem duplicem in corpore atque in anima; in vita & in morte. Repetamus igitur identidem cum Eccleſia, ſub tuum præſidium confugimus ſancta Dei genitrix: noſtras deprecationes ne deſpicias: ſed à periculis cunctis libera nos ſemper Virgo glorioſa & benedicta. Annon igitur tanquam in portu placidiſſimo tutiſſimam faciunt habéntque ſtationem, qui ad Virginem beatiſſimam Dei matrem confugiunt, eius implorant auxilium, atque ſub vmbra eius & protectione commorantur?

B. Maria portus naufragantiũ. S.Bern. *Pœnitentes fouet & recreat B. Maria.* D.Bern. *Grande Dei donum B. Maria in matrem data hominibus.* 4.Reg 2. *Chriſti pallium, hæreditas B. Mariæ nobis donatur.* S.Method. *Securitas fidelium in B.Maria.*

Portus fideliũ in vulneribus Domini IESV.

14 Quartum denique portum in ſorte Zabulon, in Eccleſia nimirum ſuis fidelibus clementiſſimus Dominus fecit: videlicet ſui corporis ſacroſancti plagas, in quas tanquam in ſecuram portus ſtationem ex mundi procellis, naufragiíſque peccatores confugimus. *Ecce ego calabo ſculpturam eius, dicit Dominus.* Zachar. 3. Loquitur de lapide, *in quo ſeptem oculi ſunt.* Legunt alij: *aperturam eius*: ſcilicet lapidis: at ſecundùm Apoſtoli dictum: *Petra erat Chriſtus.* 1. Cor. 10. Lapis vnus, in Sion lapis ſummus, lapis offenſionis. 1. Petr. 2. & 6. Iſtum igitur lapidem (iuxta S.Hieronym.) *Chriſtum Dominum clauis crucis, & lancea militis faciam, inquit Dominus, vulnerari; & in illius paſſione auferam iniquitatem terræ; quod quidem ſtatim ſubſequitur.* hæc S. Hieron. Ad hanc igitur aperturam, & cælaturam plagarum Domini IESV tanquam ad portum enatamos, è ſalo, è fluctibus, ex ipſis mortis & inferni faucibus; ibíque placidè cum Deo requieſcimus. Quod quidem Iſaias præuidens mirum in modum extollebat: *Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas.* cap. 60. Ad feneſtras, vtique ad plagas Domini accurrunt animæ, quas tartarei milui & accipitres perſequuntur: illuc ſubintrantes aſylum & portum inueniunt ſecuriſſimum. De iiſdem feneſtris & plagis aiebat ſponſa: *En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras.* Cant. 2. Videbat nimirum oculo fidei tectam pariete humanitatis ipſam Verbi diuinitatem, quæ per patentia corporis crucifixi vulnera mirabiliter effulgebat. Ad ea porrò inſpicienda, & per ea introſpiciendã Deitatem inuitabat ſuam ipſe ſponſam Dominus: *Surge columba mea, in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* Hebr. *in rimis rupis*, vel, *in latibulo gradus.* Cant. 2. Videlicet in plagis Domini IESV crucifixi. *In his paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum.* Pſal. 43. *In his*, (inquit S. Bernard.) *ſe columba tutatur circumuolitantem intrepida intuetur accipitrem, ibi nec ventorum formidat iniurias, nec inundationem. Securus ab hoſte & fortis à caſu. Petra refugium herinaceis.* Pſal. 103. *Nam vbi tuta firmáque infirmis ac timidis ſecuritas & requies, niſi in vulneribus Saluatoris? Tantò illic ſecurior habito, quantò ille potentior eſt ad ſaluandum.* ſerm 61. in Cant. Quia verò benedictionem Zabulon cum benedictione Iſſachar Moyſes coniunxit: & Zabulon cum Nephthali Debbora pariter benedixit: vtramque in ſequentibus opportuniùs explicabimus benedictionem.

Zach. 3. 1. Cor. 10. 1. Petr. 2. & 6. S.Hieron. *Apertura & cælatura Petræ vulnera Crucifixi.* Iſai. 60. *Fideles in vulneribus Domini viuunt ſecuri.* Cant. 2. *Tuti à diabolo qui intra Crucifixi vulnera quieſcunt.* Pſal. 43. S. Bern. Pſal. 103.

Prophetia de Iſſachar.

Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem, quòd eſſet bona: & terram, quòd optima. Et ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum; & factus eſt tributis ſeruiens.

SECTIO XIV.

1. *ISſachar aſinus fortis.*] Laborioſa quidem, & vulgi oculis abiecta ſors Iſſachar: ſed nulla (ſi ſpectes vitæ, animæque requiem) tam felix, támque prudentibus inuidenda æſtimari debet: B quam iccircò religioſis viris boni Doctores verè propriam, & naturalem eſſe voluerunt. Sita eſt hæc ſors in regione totius Palæſtinæ amœniſſima & fertiliſſima, vbi latè expatiatur campus Eſdrelon ferè totus vini & frumenti copiâ celebratus. Vocat Iacob filium Iſſachar, cui hæc ſors obueniet, aſinum: quia promptum ad agriculturæ laborem, & deportanda fructuum plurimorum & optimorum, quos ex tellure ſic fœcunda colliget, onera ad loca maritima, quorum venditione ingentes faciet quæſtus, plurimúmque diteſcet. Lectio altera ex Hebr. habet: *Aſinus oſſeus.* vbi noſtra vertit, *Fortis.* Bona igitur ſors laborantium, felix benedictio non in otiando poſita eſt. Fruſtrà quidem in lecto ſponſum quæſiuit ſponſa, qui C greges paſcit, & in agris impigrè operatur. Ducta igitur ingenium ſponſi ſurrexit, circuiuit, laborando denique laborantem inuenit ſponſum; cui ſemper & otium inimicum, & otioſi fuerunt inuiſi. Nec illa iam poterat quieſcere, quam amoris flamma dormire non paſſa excitabat ad laborem. Sic enim ad illa eiuſdem verba: *ſurgam & circuibo.* Cant. 3. animaduertit Theodoret. *Deſiderium enim vrgebat, nec manere domi ſinebat eam amoris flamma.* Nam quis quæſo in pectore flammam ſuccenſam habens dormire poſſit, aut conſiſtere? Pulchrè in hanc ſententiam ita S. Auguſt. *Ipſa dilectio vacare non poteſt. Quid enim de quoquam homine etiam malè operatur, niſi amor? Da mihi vacantem amorem & nihil operantem. Flagitia, adulteria,* D *facinora, luxurias omnes nónne amor operatur?* in Pſal. 31. Otiari nullo modo poteſt, qui vel ſanctè, vel turpiter amat.

Otiũ Christus execratur.

Cant. 3. Theod.

Otium nec nouit, nec patitur amor.

S. Auguſt.

2. Cùm igitur flammeus ſit amor, & non poſſit non operari, neceſſe eſt in ſola materia, cui admouetur iſte ignis, cui applicatur amor, fiat mutatio. Addit enim idem Auguſtin. *Purga ergo amorem tuum: aquam fluentem in cloacam conuerte ad hortum, quales impetus habebas ad mundum, tales habeas ad artificem mundi.* ibid. egregiè dictum. Ex limpido fonte aqua fortè decurrit in cœnum, ibíque fœdata, fœdum & fœtidum reddit omnia lutum. Sic habet amor, qui ab humano corde ſaliens in volutabrum vitiorum, in ipſam carnis ſpurcitiem defertur. Quid igitur inde, niſi lu- E tum, ſordes, flagitia? Deriua quæſo in hortum, in prata, in flores ſalientem è corde amorem. Ama ſuper omnia Deum tuum conditorem, & redemptorem: deinde proximum dilige ſicut te ipſum: ama tuos honeſtè, purè, Chriſtianè. Quid tum quæſo? virtutum plané, gratiæ, gloriæque cœleſtis pullulabunt, legentúrque fructus. *Eſt itaque operarius amor;* vti concludit S. Auguſtin. *Num vobis dicitur: Nihil ametis? abſit. Pigri, mortui, deteſtandi, miſeri eritis ſi nihil ametis. Amate, ſed*

Amor igneus non poteſt non operari.

S. Auguſt.

Cor fons amoris.

Fœdus amor omnia fœdat.

Purus amor pura omnia reddit.

D. Auguſt.

A *quid ametis videte.* Benedictus ergò Iſſachar, non quia otiator, & ſocordia elangueſcit: ſed quia operatur, & laborat. Noſtra hæc ſors à Deo data eſt, dum viuimus: vt quemadmodum Apoſtolus docuit: *Bonum facientes deficiamus: tempore enim ſuo metemus. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum, maximè autem ad domeſticos fidei,* ad Galat. 6. Ad hunc locum Apoſtoli S. Hieronym. refert illud de Tito Veſpaſiani filio, *qui tanta dicitur fuiſſe bonitatis vt cùm quadam nocte ſerò recordaretur in cœna quòd nihil boni die illa feciſſet, dixerit amicis: Hodie diem perdidi. Nos putamus non perire nobis horam, diem, momenta, tempus, ætates; cùm otioſum verbum loquimur:* hæc S. Hieronym.

Non damnatur amor, ſed ordinatio oportet.

ad Galat. 6.

S. Hieron.

Perit tempus, in quo bonum opus non fit.

B 3. Indicitur omnibus in hac vita vt operemur, vt laboremus. Benedictíque à Domino ſunt, qui cum Iſſachar fortes & oſſei ſunt; non verò carnei, molles, elanguidi. *Eſt enim homo natus ad laborem.* Iob 5. At quod tantum homini ſuapte natura fragili robur eſſe poteſt; tanta virium animíque conſtantia; vt tam multis grauibúſque huius vitæ laboribus par ſit tolerandis? Huic infirmitatis excuſationi reſpondet Apoſtolus: *Omnia poſſum in eo qui me confortat.* ad Philipp. 4. Similitérque omnes adhortatur: *Viriliter agite, & confortamini.* 1. Cor. 16. Nihil quidem homine (ſi naturam maximè corruptam conſideres) imbecillius: ſed nihil illo ipſo, quem gratia Dei confortat, robuſtius, & potentius: Quia verò facienti homini, quod in ſe C eſt, nunquam Dei gratia coadiuuans & cooperans (vt loquuntur Theologi) & confortans deeſt: iccircò falſa eſt & ſubdola carnis excuſatio: Non poſſum. Certum ergo & indubitatum cuique noſtrum eſſe debet: Plus poſſumus, quàm putamus. Plus cum Dei gratia poſſumus, quam quòd maléſuada caro obmurmurat. Preſſus aliquando Moyſes onere tantum illum, maximéque tam querulum, moroſum, inciuilem, ac rebellem populum regendi ac tolerandi, cœpit indignari vehementer. Sic enim ſcribitur: *Moyſi intoleranda res viſa eſt: & ait ad Dominum: Cur afflixiſti ſeruum tuum? quare non inuenio gratiam coram te? Et cur impoſuiſti pondus vni-* D *uerſi populi huius ſuper me? Non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum; quia grauis eſt mihi.* Numer. 11. Nota obſecro qui alios regere deſideras: aut qui de prælatura tibi, quam obtines, libenter vanéque blandiris: Moyſes tantus ille vir, tam Deo plenus putat ſe affligi, queritur Deum ſibi prorſus iratum, nec ſe coram Deo gratiam inueniſſe, quòd nimirum prælatus, & rector illius populi fuiſſet à Deo conſtitutus. At tu quiſquis es diſtorto planè mentis iudicio iratum tibi arbitraris Deum, qu[illegible] te non Epiſcopum, non prælatum, non vllà dignitate inter alios conſpicuum & eminentem fecerit. Sed ad Moyſem redeo: ſe infirmiorem, quàm par ſit ſuſtinendo tantu oneri, agnoſcens dicit: ſe non poſſe E quod tamen poteſt, vt Dominus eidem apertè conteſtatur, quod optimè animaduertit Theodoret. in hunc modum: *Quæ verba ſunt indignantis animi docetur à Deo, quod non humanâ virtute, ſed gratiâ diuinâ populum gubernet.* Hoc ipſum comprobat ex eo, quòd ſtatim Dominus electis ab ipſo Moyſe ſeptuaginta viris de ſpiritu Moyſis communicauit, vt cum illo pariter ſuſtinerent, & regerent populum. *Auferam* (inquit) *de ſpiritu tuo, tradámque eis: vt ſuſtentent tecum onus populi, & non tu ſolus graueris.* Num. 11.

Iob 5.

Infirmus homo, ſed gratia Dei fortis.

ad Philipp. 4

1. Cor. 16.

Vana hominis excuſatio. Non poſſum.

Vir iuſtus queritur, doletque ſibi Deum iratum, quòd aliorum rector ſit.

Num. 11.

Imprudens dolet ſe non fieri prælatum.

Theod.

Moyſes tanta virtutis homo imparem ſe tamen regendis aliis fatetur.

Num. 11. Theod.

Num. 11. *Ex quibus verbis* (occurrit Theodoret.) *didicit Moyſes ſe gratiam adminiſtrationis ſufficientem accepiſſe. Auferam* (dixit) *de ſpiritu tuo. Non quod aliena virtute, vel gratiâ indigeret, hoc dixit; ſed vt doceret illum, quod accepiſſet gratiam ad vſum ſufficientem.* ibid.

4. Itaque Moyſes adhuc retinuit totum ſuum ſpiritum regendi; nec ex eo quicquam eſt detractum; ſed ex illo, vti ex lucerna accenſa mille aliæ ſine prioris diminutione accenduntur; ſic ad regendum ſpiritus ſeptuaginta viris communicari viſus eſt. Nouit igitur Moyſes, cùm non plus ſpiritus in aliis eſſet, quàm ipſemet habebat, potuiſſe quidem antea, & poſſe nunc ſuo illo ſpiritu tantum pondus regendi populum ſuſtinere; quod ſeptuaginta viri cum æquali ſpiritu poterant. Nam in vtriſque diuinæ gratiæ, quàm humanæ induſtriæ, roboriſque, maius erat opus.

In regendo potior eſt Dei gratia, quàm humana vis.

Cæterùm quia valde laborioſa eſt iſthæc benedictio, fórſque Iſſachar, vt fortem ſe ac veluti iumentum offerat exantlandis vitæ laboribus, ac ſudoribus Iſſachar præbeat exportandis; factus nimirum agricola, cuius in tellure colenda nullum tota vita à laborando & ſudando vacuum eſt momentum: ſuo illum Deus homo voluit exemplo adhortari, & conſolari. *Homo* (inquit) *ego ſum agricola: quoniam Adam exemplum meum ab adoleſcentia mea* Zach. 13. Ac ſi dicat: Quid indignatis homo, quòd natus ſis ad laborem, quod ærumnoſam in ſudoribus vitam ducas? Homo es Adamo patre genitus, quem diuina ſententia percuſſit: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo.* Gen. 4. Hæreditaria ergò homini eſt exercita laboribus vita.

Tolerandi labores ad exemplum Chriſti.

Zach. 13.

Gen. 4.

Laborioſa vita hominibus hæreditaria.

Sed altiùs mentem eleua: intuere Deum tuum pro te hominem factum vltrò ſuſtinentem omnia laborum diſcrimina. Vbi enim primùm in virginis matris vtero conceptus carnem ſibi vnitam Deus habuit, ſtatim ſe profeſſus agricolam, vtpote Adami filium; ſpinoſæ, ſteriliſque atque ingratæ colendæ animum applicuit telluri; ſarculo terram ſubegit; ſudandóque & laborando totam deinde vitam ad mortem vſque patibulo confixus traduxit. Scio tamen hunc locum Zach. ab antiquis non de Chriſto intelligi: ſed cùm ſtatim apertè Chriſti paſſionem Propheta ipſe deſcripſerit, noſtra non erit, quæ aliis etiam placet, abſurda explicatio.

Chriſti vita laborioſa, & ærumnoſa.

5. *Accubans inter terminos.*] Sorte ſuâ contentus Iſſachar iuxta hanc Prophetiam intra limites in diuiſione terrarum conquieſcet; & quidem ſecurus à bellis, quæ non exercebit; & à periculis nauigationum, quibus non intendet animum, nec ſe audacter committet. Cohabit ergo intra limites ſuæ ſortis contentus copiis ſuis, quas ſuo labore colliget ex agricultura: nec vicina metuens vel concupiſcens: nec vllis proinde aut iniuriis, aut periculis agitabitur. Elegit ſcilicet Iſſacharitarum tribus vitam omnium maximè quietam; idcóque fortunatiſſimam; qualis eſt agricolarum, vacuam ſcilicet ab omni periculo, & moleſtiâ tam bellandi, quàm nauigandi. Hæc illa nimirum primææ hominum ætatis vita multa per annos feliciſſimè traducta eſt in terris, quarum colendarum ſtudio priores illi mortales dediti & feliciùs & ſecuriùs vixerunt. Ibi maior puritas morum, & fallere neſcia conſuetudo, frequentior cum gregibus, cum alitibus, cum ſegetibus, quàm cum hominibus; inter quos plura victori diſpendia, quàm compendia ſolent aduenire. Certè (vt optimè cecinit nobilis Poëta de agris)

Felix agricolarum conditio.

Primæui hominum agricolæ iuſti & puri.

Virg. 2. Georg.

Extrema per illos
Iuſtitia excedens terris veſtigia fecit.

2. Georg. Neque tamen proinde in agris molles & ignaui ad bella naſcuntur. Nam (vt Plinius teſtatur) *Fortiſſimi viri, & milites ſtrenuiſſimi ex agricolis gignuntur, minimèque malè cogitantes:* lib. 18. cap. 5. At pauperculorum (inquies) hæc vita eſt: & vbi ſumma paupertas, ibi plurimum eſt malorum & inuentio, & illicium. Quotidie ſiquidem experimur, quàm verè Lyricus concinuit.

Fortiſſimi ad bella ex agris.

Plin. lib. 18. c. 5.

Paupertas malorum occaſio.

Magnum pauperies opprobrium, iubet
Quiduis & facere, & pati:
Virtutiſque viam deſerit arduæ.

Hor. lib. 3. ode 24.

6. Alio iam loco hanc ipſam paupertatis calumniam diluimus: nunc tantùm refert ab hac ipſa immunem oſtendere agricolarum vitam:

Quibus ipſa procul diſcordibus armis
Fundit humo facilem victum iuſtiſſima tellus.

2. Georg. Nemo quidem, (ne Crœſus quidem) ditior agricolis; quibus ad victum quod neceſſe eſt, libenter terra parens elargitur: & qui paruo contenti accubant inter terminos quos cupiditati neceſſitas præſcribit: nec vltra vel cupiunt vel quærunt, quo vita non indiget. At quis diuitum quæſo accubat inter terminos, & ſuam cohibet cupiditatem; nec quò plus habet, eò plus ſitit? Et quis pauperior diuite, cui nihil eſt ſatis? In agris pueri laboribus enutriuntur: nihil illis minus à parentibus indulgetur, quàm aut deliciis affluere, aut otio elangueſcere: quod vno carmine Poëta expreſſit.

2. Georg.

Commendatur agricolarum vita.

Agricolâ ditior nullus.

Agricola paruo contentus, diuiti nihil eſt ſatis.

Et patiens operum, paruóque aſſueta iuuentus.

2. Georg.

Hac parſimoniâ inſtituti iuuenes totâ ſubindè vitâ eandem obſeruant temperantiam: ſitque vt maturiore iam ætate agricolæ breues inter ſuorum iugerum terminos, ſuam cupiditatem contineant. Hæc vitæ, morúmque ſanctimonia, hæc cupiditatis moderatio prioribus illis ætatis aureæ Romanorum ſeculis floruiſſe dicitur: cùm (vt ſcribit Plin.) *Manij quidem Curij poſt triumphos, immenſúmque terrarum adiectum imperio nota concio eſt: Perniocioſum intelligi ciuem, cui ſeptem iugera non eſſent ſatis.* lib. 18. cap. 5. Quod verò laudetur etiam agricolarum vita ob fortitudinem, quæ in laboribus nutritur, & adoleſcit, teſtatur idem, cùm ſtatim ſubiicit quærens cur aureâ illâ ſuorum ætate fertilior eſſet agrorum ſeges? *Ipſorum* (inquit) *tunc manibus Imperatorum colebantur agri (vt fas eſt credere) gaudente terrâ vomere laureato, & triumphali aratore: ſiue illi eadem curâ ſemina tractabant, quâ bella; eadémque diligentiâ arua diſponebant, quâ caſtra: ſiue honeſtis manibus omnia lætiùs proueniunt, quoniam & curioſius fiunt.* lib. 18. cap. 7. Plenæ ſunt bonis huius argumenti exemplis hiſtoriæ Romanæ. Hæc verò idem ſubiicit: *Serentem inuenerunt dati honores Serranum. Aranti quatuor iugera Cincinnato viator attulit dictaturam, & quidem, vt traditur, nudo plenéque pulueris etiam num ore.* lib. 18. c. 17.

Iuuentus in agris multò modeſtior.

Plin. lib. 18. c. 5.

Moderatior agricolarũ cupiditas.

Plin.

Priſcis ſeculis fœcunditas maior ſegetum.

Plin.

Ab agris ad triumphos Romani veteres.

7. *Vidit requiem, quòd eſſet bona.*] Vitam ruſticam vocat requiem tum animæ ſcilicet, tum corporis; quam ſemper in omni ætate viri prudentes ob eam laudem valde commendarunt. Satíſque pro antiquis laudatoribus vitæ agricolarum ille ſit, qui ad lyram hæc ipſa concinuit.

Beatus ille, qui procul negotiis,
Vt priſca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet ſuis;
Solutus omni fœnore.
Nec excitatur claſſico miles trux,
Nec horret iratum mare;

Horat. epod. od. 2.

Quieta vita agricolarum.

A *Forúmque vitat, & ſuperba ciuium*
Potentiorum limina.

Hor. epod. ode 2.

Fortunatus planè, qui vitam amplexus ruſticam quàm procul abeſt ab vrbe, tam longè alienus viuit à litibus, controuerſiis, curis, & difficultatibus vrbanis. Et quidem iuxta ætatem illam priſcorum hominum auream, qui omnes in agris

Vrbana vita ſummè inquieta.

ſecuram admodum felicémque vitam agebant, procul ab vrbanis tumultibus viuebant agricolæ. Nunc verò etiam ruri agens colit exercétque frequens tellurem, atque imperat aruis, liber nimirum à debitis & fœnore, quo quidem onere

Georg. 1.

preſſi grauatíque ærumnoſam trahunt vitam vrbani. Non illum bellicus terror excitat, non illis ſomnos abrumpunt curæ; non ferrea iura, inſanúmque forum, aut populi tabularia vidit. B Iſſachar igitur vidit requiem quòd eſſet bona. Nimirum vti prudens intellexit, longè vtilius ſibi eſſe per agriculturam domi, mercíumque diſtra-

Quot quantiſque mala careat agricolarũ vita.

ctionem, quàm per maris & viarum pericula quærere diuitias: melius etiam pacis artibus florere, telluri colendæ, ſerendis, metendis, legendíſque frugibus; ac paſcendis gregibus dare operam: quàm bellicis caput obiectare periculis, aut curis forenſibus, aulicíſque diſcerpi.

Illum ergo non populi faſces (canit Poëta) *non purpura Regum*
Flexit, & infidos agitans diſcordia fratres:
Non res Romana, perituráque regna: neque ille

Georg. 2.

C *Aut doluit miſerans inopem, aut inuidit habenti.*

2. Georg. Meritò igitur Poëtarum princeps hanc ruris vitam poſt contemplandæ ſapientiæ ſtudium ſibi vnam eligendam iudicauit.

Ex negotiis vrbanis ad rura prudentes ſe ſe interdum colligunt.

Rura mihi, & rigui placeant in vallibus amnes,
Flumina amem, ſyluáſque inglorius.

8. Profectò ſemper vſitatum ac familiare fuit prudentibus viris: vt ex forenſium negotiorum ſtrepitu, & ex moleſtioribus vrbanæ vitæ curis ſeſe in villas, prædia, ruráque colligerent; vbi ad omnem animi remiſſionem, ludúmque honeſtè placidéque deſcendentes ad conſueta deinceps ſtudia, maiorúmque rerum curas reſumptis iam viribus, alacrioréque animo redirent.

1. Paral. 12. *Studium ſapientiæ ſeceſſum requirit.*

D Porrò autem Hebræi tradunt hanc tribum Iſſachar ſtudiis ſapientiæ deditam fuiſſe, ídque ex 1. Paral. 12. colligunt, vbi hæc ipſa ſcribuntur: *De filiis quoque Iſſachar viri eruditi, qui nouerant ſingula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Iſrael,* &c. Requiem itaque amant Iſſacharitæ, ſeceſſum petunt, vt ſapientiæ vacent ſtudiis: pace nimirum florent artes, bello fugantur Muſæ: atque inter arma ſilent ſtudia doctrinarum:

Carmina ſeceſſum ſcribentis, & otia quærunt.

Deſideraui ego, quæſiui etiam ad hæc qualiacunque noſtri operis commentaria vel tantulum corporis ſeceſſum, vel tantillum ab occupationi-

Autori ad ſcribendum nec ſeceſſus, nec otium.

bus otium: at diſponente ſic ipſomet Deo nunquam aut impetraui, aut inueni: ſcilicet vt totum hoe opus trium voluminum incredibili ſuſce- E ptum & perfectum labore potiùs Dei, matríſque Virginis, præſidio & fauori, quàm & meæ induſtriæ, quæ ſatis eſſe non poterat, & alienis, quæ nulla fuerunt, adiumentis attribueretur. Iſſacharitæ amatores ſapientiæ forenſibus aulicíſque negotiis nuncium remittentes quietem, vbi ſapien-

Clem. Alex. *Sapientia in quiete theſauros aperit.*

tia & comparari & florere conſueuit, amplexantur. *Sapientia quippe* (animaduertit Clem. Alex.) *emi non poteſt terreno numiſmate; nec in foro, ſed in cœlo venditur.* 2. Pædag. cap. 3. Sic amans quietis

A ſapientia odit ſtrepitum, atque in ſeceſſu placidum ſuis ſtudioſis vultum oſtendit, theſauróſque aperit; vt cœli, quod eſt penitius, adytum illi Clem. Alex. ſoli exiſtimet reſerandum.

9. At quî fieri poteſt, vt quietem ipſam intelligas eſſe ſtudium ſapientiæ; cùm & ſapientis animus quò peritior, eò videatur eſſe inquietior iuxta illud: *Qui addit ſcientiam, addit & laborem.* Eccleſ. 1. Sic tamen explica dictum: non quòd ſcien-

Eccleſ. 1. *Studium inſatiabile ſapientiæ.*

tia iam comparata dolorem ingerat, cùm nihil magis animum oblectet, nec ille vehementius aliud appetat, quàm ſcire: ſed quia tantus eſt ardor animi ad ſciendum, vt cùm Dei rerúmque omnium infinita ſit contemplatio, quò plus eam aſſequitur animus, eò plus aſſequi, atque vlte- B rius tendere ſtudeat: Hoc enim ſenſu verba Salomonis ita exponit S. Greg. Nazianz. *Vt qui non plus voluptatis ex eo, quod inuenit, accipiat; quam mœroris ex eo quod aſſequi non potuit: quemadmodum iis euenit, qui adhuc ſiti affecti ab aquis auelluntur; aut qui id quod ſe habere exiſtimant manibus tenere nequeant; aut qui ſplendore colluſtrati ſtatim ab eo deſerantur.* apolog. 1. Quieſcit quidem animus,

S. Gregor. Nazianz.

Beatitudo ſatietas ſine faſtidio, fames ſine anxietate.

cùm ſcientiam adipiſcitur, ſed licèt eò quòd eſt adeptus, adhuc tamen amplius acquirere deſiderat ad inſtar æternæ illius in cœlo felicitatis: in qua eſt ſatietas ſine faſtidio, fames ſine anxietate. Scio tamen eſſe aliquos, & quidem ruſticæ

Sapientiam ſugillat ruſticus & ſtipes.

mentis, tantùm non ſtipites, qui ſtudium ſapientiæ ſugillare non vereantur: at quid illa tandem C præſtet hominibus, audiant ex S. Cypr. his ver-

S. Cypr. *Salutaris ſapientia Chriſtiana.*

bis: *Diſciplina cuſtos ſpei, retinaculum fidei, dux itineris ſalutaris, fomes ac nutrimentum bonæ indolis, magiſtra virtutis.* lib. de diſcipl. & habit. Virg. Hæc ſcilicet eſt Chriſtiana Philoſophia, quæ animum informat, inducítque ad virtutem: non illa verò gentilica & mundana, quæ inflat ad arrogantiam.

10. Enimverò quantum conferat fidei Chriſtianæ ipſa, quæ in ſcholis docetur & addiſci-

Philoſophia fidem Chriſtianam & theologiam defendit.

tur Philoſophia, quali ſuam Theologi ſapientiam communiunt, nemo ſanæ mentis addubitet. Certum eſt enim illud omnibus, notúmque, quod ſcribit Clem. Alexandr. *Philoſophia non veritatem facit potentiorem: ſed debilem aduerſus eam*

Clem. Alex.

D *efficit ſophiſticam argumentationem: & propulſans aduerſus veritatem inſidias doloſas, dicta eſt vineæ apta ſepes & vallus.* 1. Stromat. Egregiè dictum. Chriſtianam fidem, Catholicam veritatem doctorum hominum ſcientia, ſapientúmque eruditio inſtar propugnaculi defendit. Eſt quidem cognitio fidei Catholicæ nutrimentum animæ, quo illa viuit: ſed ſcientia eſt optimum condimentum, quo anima dulciter oblectata ſuauiùs & ſalubriùs & fide ipſa paſcitur & radicatur. Quod etiam Clemens adiungit: *Veritas* (inquiens)

Clem. Alex. *Fides animæ cibus, ſcientia condimentum.*

fidei tanquam panis neceſſaria eſt ad viuendum: at diſciplina eſt obſonio ſimilis & bellariis. ibid. O ſuauiſſimas animæ cupedias! ô veras animæ delicias, Philoſophiam, rerúmque contemplatricem ſa- E pientiam! Eſt quidem (liceat dicere) velut ex ipſo cœleſtis voluptatis torrente irrigans mentem liquor delibatus. Quod etiã Clem. ipſe ani-

Clem. Alex. *Philoſophia liquor ex diuina ſapientia delibatus.*

maduertit in hũc modum: *Philoſophia æternæ veritatis auulſam quãdam particulã ex verbi quod ſemper eſt, Theologia decerpſit.* 1. Str. Et quid quæſo aliud eſt Scholaſtica Theologia, præſtantiſſimum quidem Chriſtianæ Eccleſiæ ornamentum, niſi ex Philoſophia & fide cõſtans ſapientia? Itaque Iſſacharitæ tribus ſtudium ſapientiæ antepoſuit gloriæ militari, aulicæ vitæ ſplendori, lucríſque nauigãtium.

Vidit

Vidit enim requiem, quòd eſſet bona. *Eleganter ſiquidem* (occurrit Procop.) *nominat doctrinam, quietem.* Hanc meritò præ omnibus aliis vitam ſibi eligendam & diligendam, quæ in rerum contemplatione ſita eſt, aiebat Poëta.

Procop. *Scientia rectè dicitur requies.*

2. Georg.

Me vero primùm dulces ante omnia Muſæ,
Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore,
Accipiant cœlique vias, & ſydera monſtrent,
Defectus ſolis varios, lunæque labores.

11. *Vidit requiem, quòd eſſet bona*; illámque relictis omnibus elegit, qui à foro, ab aula, ab vrbe, à ſeculo in aſylum religionis, veram animæ quietem, placidum vitæ portum ſe recepit. Quod quidem iam ſuo tempore S. Gregor. Nazianz. ita commendabat. *Hac tempeſtate præclarè cum eo agitur, qui alios ſurſum deorſumque iactari ac perturbari conſpiciens, effuſiſſimo curſu de medio fugiat: ac ſub locum aliquem à periculo tutum ſecedens inuperi ſpiritus turbinem & caliginem fallat.* apolog. 1. Illi ſiquidem, qui viuunt in ſeculo, & caducarum rerum affectu, ſtudióque tenentur, à vento ſuperbiæ, ab aura vanitatis, à turbine auaritiæ, à tempeſtate libidinis correpti circumuoluuntur. Iccircò Dominus ab hoc ſeculo, vbi tot laquei, tot pericula, tot procellæ, tot carybdes, ſyrtéſque, tot naufragia; per vicinam paſſionem diſceſſurus homines in ſublime vult efferri. *Vbi enim volatus, ibi requies.* dixit S. Ambroſ. ad illa verba: *Quis mihi dabit pennas ſicut columbæ? & volabo, & requieſcam.* Pſalm. 54. Igitur Dominus IESVS ſurgens à cœna iturus in hortum, atque inde ſuam ingreſſurus paſſionem dixit: *Surgite: eamus hinc.* Ioann. 14. *Nimirum his verbis* (explicat S. Gregor. Nazianz.) *non ſolùm diſcipulos, quos tunc habebat, à Iudææ loco abducebat Dominus; ſed etiam omnes, qui poſteà ipſius diſcipuli futuri erant, hinc abſtrahebat, & ad ſe ipſum in altum euectum pertrahebat.* orat. ad Iulian. amicum. Hîc planè cum Chriſto, quò ille vocat, vera requies: illic verò extra Chriſtum, vnde ille auocat, omnis inconſtantia, fluctuatio, tempeſtas. Quid igitur faciendum? Scilicet quod idem Greg. ſuadet ſtatim ſubiiciens: *Quocirca bonum Dominum ſequamur, terrenas cupiditates fugiamus, impoſtorem mundum & mundi principem: Creatori nos totos addicamus, imaginem honore proſequamur, nomen noſtrum reuereamur, vitam in melius commutemus.* Sic planè res habet: quietè viuit, qui benè viuit: & placidè moritur, quem ſanctè viuentem mors occupat.

S. Greg. Nazianz. *Religio animæ requies.*

Secularium vita inquieta & periculoſa.

D. Ambr. *A ſeculo ad Chriſtū aduolandum.* Pſal. 54. Ioan. 14. S. Gregor. Nazian.

B

C

Greg. Naz. *Viuit quietè, qui ſanctè viuit.*

D

12. *Et terram, quòd optima*] Indicauit quidem bonam eſſe requiem, vitámque rustica & agriculturam præ cæteris mundi ſtudiis, ac negotiis appetendam: quia videlicet terra pinguis, & fertilia frugum optimarum. Nam illud, *Et*, non copulæ, ſed cauſæ vim habet. Ex eo igitur, quòd ſortitus eſt terram optimam prudenter indicauit illius culturam reliquis omnibus mortalium curſia, etſi glorioſis ob militiam, decoris ob aulam principum, opulentis ob mercaturam, iure optimo præferendam. Nam ſi macrum ſolum, infœcundam terram, ſterilem portionem ſuſcepiſſet, & operam profectò & oleum perderet in illius cultura: nec requiem, ſed anxietatem animæ appellaret. Altius quidem (vti decebat tantum Patriarcham & Prophetam è vita proximè diſceſſurum, & futuram legis gratiæ felicitatem acutiſſima mentis acie prævidentem) quàm depreſſi ad terram Iudæorum oculi cernunt, ſub Iſſacharis nomine ac typo Chriſtum Dei Virginiſque filium annunciat Iacob. Clamat ſiquidem Chriſtus Dominus: *Venite ad me omnes, qui laboratis &*

E

A

onerati eſtis: & ego reficiam vos. Matth. 11. *Pinguem* (explicat Procop.) *terram nuncupat Chriſti carnem. Hæc enim eſt, quæ melle & lacte manat. Hanc cernentes Apoſtoli, & accipientes virtutem à Deo parauerunt ſe ad laborandum, colonique facti ſunt Domini, colentes terram, id eſt, humanitatem Chriſti prædicando in vniuerſum orbem diffundentes.* Quid in pinguiſſima terra dicatur illa ſacroſáncta Chriſti Domini humanitas, quæ perſonaliter diuino Verbo vnita omnibus diuinitatis ſuæ diuitiis locupletata eſt. Ipſius quidem illa vox eſt: *Conſerua me Domine: Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei.* Pſalm. 15. Loquitur nimirum ipſa humanitas (de Chriſto enim explicat S. Petr. Act. 2.) de ſua vnione cum Verbo gloriabunda: mea hæreditas, mea ſuſtentaculo, meæ diuitiæ, meæ deliciæ, meum patrimonium, mea voluptas, Deus ipſe Verbum eſt. *Hæreditas mea præclara eſt mihi: funes ceciderunt mihi in præclaris.*

Matth. 11. *Humanitas Chriſti terra optima & pinguiſſima.* Procop.

Pſal. 15. *Humanitas Chriſti de vnione gloriatur.*

Pſal. 15.

13. *Vox Chriſti ad Patrem,* (inquit hoc loco S. Hieron.) *loquens de Eccleſia.* Sed non minùs aptè vox intelligitur humanitatis de diuinitate, ac perſona Verbi, vt placet S. Baſilio. Sic enim ac priora verba Pſal. *Conſerua me Domine,* effatur: *Dictus eſt hic Pſalmus in perſona Saluatoris: dictus eſt autem ſecundùm humanam illius naturam. Petit itaque & hoc pſalmo, vt conſeruetur: verùm etiam à ſe ipſo ſeruatur. Petit quidem vt homo, dat verò vt Deus Patre conſentiente.* Certus quidem erat Chriſtus Dominus, vti homo erat & infallibili veritate ſciebat ſuam ipſius ſacroſanctam humanitatem ab vnione hypoſtatica Verbi nunquam diſſoluendam fore; & hoc ipſum tamen precator, ne vnquam fiat, ſed vt Deus vnionem illam ſui cum humanitate conſeruet. Quid igitur petit, quod in æternum poſſidet? Quia ſcilicet tam grata Deo eſt hominis oratio, vt etiam rogari velit ad donandum quod iam donauit, & ad conſeruandum quod certiſſimè conſeruat: & ipſum quoque diuinitatis decretum infallibile de ſempiterna humanitatis vnione, fructus aliquo modo eſſe poſſit orationis. O egregiam orationis commendationem. Loquitur igitur ſacroſancta Chriſti humanitas: *Hæreditas mea præclara eſt mihi. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei.* Pſalm. 15. Scilicet, comedo, epulor, bibo Deum ipſum; de Deo, cum Deo, in Deo viuo: nec mihi alia hypoſtaſis perſonáque in qua ſuſtentet, niſi Dei perſona, niſi Deus eſt. Hanc ergo humanitatem filius Dei, verus Iſſachar, elegit ſibi; fœcundauit vti omnibus benedictionibus tellurem plenam, quam deinde ſuis primùm quidem Apoſtolis, deinceps fidelibus omnibus colendam tradidit: quemadmodum Patriarcha Iſſachar datam ſibi ſortem ſuæ tribui excolendam reliquit.

S. Hier.

S. Baſil.

Etiam ad quæ poſſidemus, orandus nobis Deus.

Mira laus orationis.

Pſal. 15.

14. Colitur autem benedicta hæc terra Chriſti Domini humanitas piis fidelium obſequiis & officiis, debita veneratione, affectu, amore, reuerentia, obſeruantia, iugi gratiarum actione, memorique mente omnium meritorum, donorum, atque virtutum, & excellentiarum ſacroſanctæ illius humanitatis. Nec enim (vt ſanctus quidam vir apud nos dictitabat) in omnibus quæ paſſim exercemus, officiis Chriſtianæ pietatis, ſanctíſque de Deo contemplationibus ſeparanda eſt Chriſti Domini humanitas ab ipſius diuinitate. Contemplandus ſcilicet, implorandus, amandus, obſequio proſequendus, veneratione colendus à nobis eſſe debet Deus homo. *Quod enim* (aiebat ille) *Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Matth. 19. Meritò igitur diximus per ſortem Iſſachar præ-

Deus homo à nobis colendus omnibus pietatis officiis.

Matth. 19.

A

claram, terram optimam, & fœcundiſſimam ſignificari Chriſti Domini humanitatem; cuius infinita ſunt merita, cuius opera, motus, actiones, verba, cogitationes, vita, mórſque inæſtimabilem habent valorem. Terra quoque eſt amœniſſima pariter & fœcundiſſima, in qua omnes virtutes, gratiæ, donáque cœleſtia efflorescunt, ipſa Domini humanitas: cuius videlicet vernantem pulchritudinem admirata ſic effatur ſponſa. *Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus: lectulus noſter floridus.* Cant. 1. de incarnatione Verbi locum ita Græci Patres explicant. *Sic tu pulcher ad lectulum noſtrum vmbroſus acceſſiſti, in natura noſtra nimirum, in qua tanquam in lecto quieſcens in Dei & Patris lucidiſſimus & ſine vmbra radius per vmbram aſpiceris, tanquam in imagine exemplar.* Eſt itaque

Cant. 1.
Chriſti humanitas lectus diuinitatis.
Græci Patres.

B

Chriſti humanitas lectus, in quo diuinitas Verbi quieſcit, omnium virtutum, gratiarum, donorum vernanti amœnitate diſtinctus: quod quidem illa voce (*Floridus*, ſiue *vmbroſus*) ſponſa voluit ſignificare. Quid ſi etiam ſponſa ſuum contemplans dilectum in ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento velut in lecto quieſcentem, veréque Deum abſconditum, Iſai. 45. incredibili exultans gaudio dicat: *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.* Cant. 1. nec enim alibi ſponſæ amanti formoſior ille apparet; quàm vbi præ amore ipſius ſponſæ vſque adeò ſeſe exinaniuit, vt etiam in cibo ab illa manducaretur, & in potu ſumeretur. Pulchritudo enim Domini IESV eſt ipſius dilectio: vbi plus amari videtur, ibi formoſior habetur. Sed

Iſai. 45.
Cant. 1.
Euchariſtia Dei lectus floridus.

C

cur floridus dicitur lectus? Nimirum ſpecies illæ ſacramentales, ſub quibus latet caro & ſanguis Domini meritò appellantur flores, ipſúmque ſacramentum eſt quidam velut papilio, aut vmbraculum, ſub quo Deus homo animarum ſponſus delitescit: ibi detegitur, apprehenditur, tenetur à fide: inde tam dulces, quàm ſalutares & inſidias tendit, & ſagittas emittit ad capiendas, ad ſauciandas in amorem ſuum animas fidelium.

15. Non minùs appoſitè dixerim intelligi etiã beatiſſimam Virginem Dei matrem. Verè illa ſponſi & ſponſæ, Chriſti & Eccleſiæ lectus: in cuius videlicet virginali vtero Deus carnem induit, deſponſauitque ſibi Eccleſiam. Vmbroſus & floridus dicitur lectus: nimirum (vti explicat

Cant. 1.

D

Theodoret.) *& ab ſpiritus gratia protectum, & ab ardore peccati defenſum vocat lectum.* Conſonè quidẽ ad illud Angeli ad Virginem: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te: & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* Luc. 1. Enimuerò beatiſſimæ Virginis vterus pulcherrimis & odoratiſſimis Virginei pudoris floribus & ante, & in ipſa, & poſt conceptionem Dei hominis fuit ſemper ornatiſſimus. O Virgo digniſſima Dei mater, Virginum dux, ipſiuſmet Virginitatis ornamentum: dignare obſecro ex ipſo tui pudoris viridiſſimo prato; ex ipſo tuæ Virginitatis vmbraculo, ſub quo Dei filius ac tuus requieuit, ex ipſo tui vteri lectulo florido, in quo cœleſtis ſponſus nouem menſibus delituit,

B. Maria Dei lectus floridus.
Theod.
Luc. 1.
B. Maria vterus floribus ornatus.

E

dignare, inquam, ó Domina tuis, qui tuum nomen dulciſſimum identidem imploramus, qui te veram Dei matrem debita pietate venerari deſideramus, ſeruis licèt indigniſſimis aliquos vel ſaltem floſculos inſpergere, quorum fragrantia benè olentes, quorum pulchritudine ſpecioſi ante oculos dilecti filij tui eſſe videamur. S. Ambroſ. in hoc eodem myſterio perſiſtens ſic prophetiam euoluit. *Iſſachar merces dicitur, & ideò refertur ad Chriſtum, qui eſt merces noſtra: quòd eum nobis ad ſpem ſalutis æternæ non auro & argento, ſed fide & deuotione mercamur. Vnde & de ipſo dicitur: Ecce hereditas Domini filij, merces fructus ventris.* Pſalm. 126. de bened. cap. 6. iuxta hanc interpretationem S. Ambroſ. ſic debet conſtrui verſus: Ecce hæreditas Domini filij: ecce hæreditas, quam Dominus ſibi acquiſiuit in terra, ſunt ipſi filij, quos generauit, ipſi nimirum fideles Chriſtiani: at illorum merces præmiúmque eſt ipſemet filius Virginis, Deus homo, fructus ventris dicitur, quia non aliunde ſcilicet ex viro (vt cæteri filij Adam) ſatus: ſed in ipſo Virgineo conceptus vtero ad Virgineum ſimiliter ortum maturuit.

A B. Maria flores pudoris petuntur.
D. Ambr.
Pſal. 126.
Ipſimet fideles hæreditas Chriſti vocantur.
Chriſtus fructus ventris.

16. *Suppoſuit humerum ſuum ad portandum.*] Quia vocauerat aſinum fortem ſiue oſſeum, quo ſignificauit infatigabilem ad laborandum in agricultura: nunc in eadem metaphora perſiſtens fortem, robuſtúmque dicit ad portanda onera frugum ad loca mari vicina, quorum commutatione victum quærat, ſubſtantiam augeat, atque adeò diteſcat. S. Ambroſ. vtpote qui prophetiam de Chriſto Domino intelligit, ita dictum exponit: *Vt ad reſurrectionis ſuæ gratiam vocaret gentes (ipſa eſt enim pinguis & fertilis terra, quæ fructus generat æternos) ſubiecit humerum ſuum ad laborandum ſubiiciens ſe cruci, vt noſtra peccata portaret.* Iſſachar igitur iuxta S. Ambroſ. præfigurauit Chriſtum Dominum, qui verè ſuppoſuit humerum ſuum ad portandum, *tùm baiulans ſibi crucem exiuit in eum, qui dicitur Caluariæ, locum: vbi crucifixerunt eum.* Ioan. 19. Crux eſt pondus, ſarcina, onus, cui portando ſponte ſuum humerum, factus pro nobis maledictum Dei filius ſuppoſuit. *Cuius imperium ſuper humerum eius*, vel *cuius principatus ſuper humerum eius.* ait Iſai. 8. *Hoc eſt* (declarat S. Ambroſ.) *ſuper corporis paſſionem diuinitatis poteſtas; vel Crux ſupereminens corpori.* ibid. Dixi ſponte; quod Apoſtolus dixit: *Propoſito gaudio ſuſtinuit crucem.* ad Hebr. 12. Quia nimirum, vt de Iſſachar dicitur: vidit requiem, quòd eſſet bona, typum videlicet crucis. Idcircò enim Propheta cecinit: *Adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.* Pſalm. 131. ad quæ verba ſic B. Damaſc. *Crucem ibi intelligi argumentum eſt id, quod ſequitur: Surge Domine in requiem tuam.* ibid. *Comes enim crucis eſt reſurrectio.* lib. 4. Orthod. cap. 12.

D. Ambr.
Chriſtus ſponte crucem portauit.
Ioan. 19.
ad Galat. 3.
Iſai. 8.
D. Ambr.
ad Hebr.
Crux Domini requies bona.
Pſal. 131.
S. Ioan. Damaſc.
Comes crucis reſurrectio.

D

17. Adoramus igitur fideles debita Deo adoratione ipſam crucem, cui pedes manúſque Dei hominis pro nobis affixi ſunt. Dicitur illa requies Domini, tum quia in ea pendens ſomno mortis quieuit, tum quia per eam intrauit in reſurrectionem, atque adeò ab omnibus vitæ miſeriis, hoſtiúmque iniuriis quietem immortalitatis ſempiternam. Hæc eſt illa clauis, qua cœlum reſeratum patuit hominibus, qua domus Dei aperitur: de qua ſic Dominus per Iſaiam. *In die illa vocabo ſeruum meum Eliacim: & dabo clauem domus Dauid ſuper humerum eius, & aperiet.* cap. 22. *Eliacim* (inquit S. Hieron.) *interpretatur Deus reſurgens. Sed quis alius, niſi Chriſtus IESVS Dei & Virginis filius*, qui paſſus & mortuus reſurrexit?

Crux requies Domini.
Iſai. 22.
Crux clauis Domini.
D. Hieron.

E

Crucem ſuam, clauem ſuam ſuper humerum portauit. Res mira! Quis enim vnquam humero portauit, quæ cingulo appenſa ſolet geſtari, clauem? Crux ſcilicet eſt illa magni ponderis, quam Dominus IESVS humeris ſibi baiulauit; clauis eſt etiam, qua ianuam vitæ moriens ipſe mortalibus reſerauit. Porrò quia de agricultura, de terra optima & fœcundiſſima vaticinium appoſitè S. Ambroſ. ad Chriſtum refert verè quidem agricolam, qui exiit ſeminare ſemen ſuum; conſequenter illius crucem agnoſcit aratrum his verbis:

Chriſtus agricola.
Crux aratrum.

D. Ambr.

verbis : *Suppoſuit ergo humerū incumbens aratro, omnibus ſubeundis contumelijs patiens ita ſubiectus labori: vt vulneraretur propter iniquitates noſtras, vt infirmaretur propter peccata noſtra. Et factus eſt agricola ſciēs terram ſuam bono ſeminare frumento.* ibid. Quia verò ſæpiùs in his propheticis Iacob, plurimiſque alijs diuinæ ſcripturæ locis tum vaticinijs, tum figuræ inueniuntur paſſionis Chriſti Domini : nec aliud de Meſſia, quàm ipſius paſſio & prædici & repræſentari crebriùs videtur : operæ pretium erit huius rei à Tertull. poſitam adnotare his verbis rationem. *Sacramentum paſſionis Domini figurari in prædictionibus oportuerat : quantòque incredibile, tantò magis ſcandalum futurum, ſi nudè prædicaretur : quantòque magnificum, tanto magis obumbrandum, vt difficultas intellectus gratiam Dei quæreret.* lib. contra Iudæos, cap. 10. Futura quidem paſſionis Domini quodammodo durior ac difficilior fides per multas grauéſque rerum ſignificantium figuras, & per frequentiſſima & illuſtriſſima Prophetarum oracula emolliri, ac velut complanari debuit, vt ab humano intellectu, accedente tamen diuina gratia reciperetur.

Paſſio Domini multis & figuris, & prophetijs ſignificata.
Tertull.

18. *Factúſque eſt tributis ſeruiens.*] Hoc vnum inter moleſtiſſima onera agricolarum cenſetur, vt multorum vectigalium pondere opprimantur : à quorū tamen immunitate milites aulicique perfruuntur. *Quid quod* (vti conqueritur S. Saluianus) *indictiones tributarias ipſi interdum diuites faciunt, pro quibus pauperes ſoluunt?* lib. 5. de prouid. At in bonum (inquiunt diuites) commune cedunt huiuſmodi tributa, quæ tandem poſtquam publicæ neceſſitati ſubuentum eſt, iterum vitiinis diſtribuuntur : aut etiam ex publico ærario, cum nimis auctum videtur, ſubſidia omnibus diſpertiri conſuetudo eſt. Proh facinus! ô ditiorum, & potentiorum ferinam prorſus immanitatem! Sed ô pauperum, & puſillorum calamitatem vehementer deplorandam! *Remedium* (inquit idem Saluian) *cunctis datum ſoli inter ſe diuites partiūtur. Quis tunc pauperum meminit? Quis ad communionem beneficij humiles & egeſtuoſos vocat? Quis eum, qui primus eſt ſemper in ſarcina, vel vltimo eſſe loco patitur in medela? Tributarij omninò pauperes non putantur, niſi cum his tributi cumulus imponitur : extra numerum autem tributariorum ſunt, cùm remedia diuiduntur.* Non eſt apud nos hæc pauperum vexatio, quia deeſt occaſio ; hæc ſi occurreret, procul dubiò illi ſimiliter opprimentur : talis eſt enim vbique potentiorum inmanitas, talis miſerorum calamitas. Agricolæ (quid quæſo indignius?) munifices omnium, ſoli vel certè potiſſimum tributis & vectigalibus prægrauantur. Iacob tamen prædicit hoc onus ſponte ſubiturus Iſſacharitas, vt à militia, & aula ſe redimant, in quibus moleſtiùs viuunt homines, atque infeliciùs moriuntur.

Graue onus agricolarū ex tributis.
D. Saluia.
Tributa pauperes, nō diuites opprimunt.
S. Saluian.
Potentiorū humanitas, miſerorum calamitas.
In militia & in aula mors & vita infelicior.

19. Deinde cùm Iacob præmiſerit Iſſacharitis terram optimam & fœcundiſſimam ſorte obuenturam, mirari non debent, quòd vectigalibus onerentur. *Morale ſiquidem apparet* (inquit hoc loco Caiet.) *hoc eſſe principibus, vt cultores feracis regionis plus fructuum terra percipientes plus grauent.* Quod autem hoc ſit licitum iuſtúmque teſtatur Apoſtolus, cùm fideles admonet vti principibus obediant, illíſque debita pēdant tributa. *Ideò enim* (inquit) *& tributa præſtatis, miniſtri enim ſunt Dei in hoc ipſum ſeruientes.* ad Rom. 13. Seruiunt ſcilicet principes etiam ſuis ſubditis in eo, quòd illis ius dicant, iuſtitiam adminiſtrent ; illos in pace conſeruent, ab iniurijs tueantur, ab hoſtibus defendant. *Quaſi dicat* (exponit S. Chryſoſt.) *quod tibi magiſtratus bene faciat, tu ipſe teſtaris mercedem illi perſoluens.* homil. 33. in epiſt. ad Rom. Et quidem optimè occurrit ad illa verba : *Miniſtri enim Dei ſunt,* S. Hieron. *miniſtros Dei illos appellat, vt vel ſic eis redderent, quod eis debebant, ne videretur Chriſtus ſuperbiam docuiſſe.* Iuſtitiam prædicat Dominus : *Reddite quæ ſunt Cæſaris, Cæſari : & quæ ſunt Dei, Deo.* Matth. 22. Quibus verbis iuſta & licita principum tributa non commendat modò, ſed omninò præcipit. Nihilominùs etſi hæc vera ſint, tributa tamen graue quoddam ſunt onus. *Quibus nimirum* (dixit S. Greg. Naz.) *in diuina condemnatione nihil grauius eſt & acerbius.* orat. 9. Eſt quidem tributorum penſio vnum & ſanè grauiſſimum malorum pœnæ, in quæ filij Adam ob peccatum primorum parentum à ſupremo iudice condemnati inciderunt.

Caiet.
Tributa iuſta ſunt & licita.
ad Rom. 13.
Principes ſeruiunt ſubditis.
D. Chryſ.
D. Hier.
Matth. 22.
S. Gregor. Nazian.
Moleſtiſſima pœna tributorum.

20. Quid quòd hanc eandem humani generis ærumnam Deus homo factus voluit etiam perpeti per omnia ſimilis nobis abſque peccato? Enimverò natus eſt cùm deſcriberetur orbis, Romanóque principi gentes omnes tributum pendere cogerentur : ipſéque cum matre Virgine, patréque putatiuo Ioſeph tributum ſoluit. In quo & pendentes conſolari, & exigentes tributa commonere voluit, vt egregiè S. Gregor. Nazianz. expendit in hunc modum. *Eos ſanè, quibus huiuſmodi munera commiſſa ſunt, admonet Deum ſemper maximis rerum adminiſtrationibus interiſſe. Et quidem vt deſcriptores pudore quodam afficiat, tum demum commoueat, carnem aſſumit, & cum hominibus verſatur : & vt ſeruituti noſtræ ſolatium afferat, animique æquitatem veluti legem ſanciat : dixit Petro: vade ad mare, & mitte hamum : & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle ; & aperto ore eius inuenies ſtaterem : illum ſumens da eis pro me & te.* Matth. 17. Da eis, ſcilicet exactoribus qui Cæſaris vectigalia colligebant Capharnaum. Cæterùm malitia & inhumanitas exactorum eam, quæ verè principum ſuorum eſt, iuſtitiam facit eſſe, aut certè videri, & incuſari tyrannidem. Profectò cùm nihil in rebus humanis calamitoſius & amarius morte ipſa neceſſariò ab omnibus exigenda ſit ; vnum tamen eſt, quod ex illa Sanctus Iob celebrat emolumentum, quo quidem in ſuis ſepulchris mortui perfruuntur : *Et quondam* (inquit) *vincti ſine moleſtia non audierunt vocem exactoris.* Iob 3. exigentis crudeliter à miſeris, quos etiam in ergaſtula conijcit, tributa. *Satis ſupérque* (ait S. Greg. Nazianz.) *hæc hominibus moleſta ſunt. Nequid quæſo huic iugo ponderis addatur : nequid pœna illi, quâ primum noſtrum peccatum multatum eſt, acerbitatis accedat.* orat. 9. quod quidem ex nimia ſeueritate atque inhumanitate tributa exigentium prouenire ſolet.

S. Greg. Nazianz.
Chriſtus tributa ſoluit ad ſolatium pendentium, & documentū exigentium.
Matth. 17.
Malitia, & inhumanitas exactorum.
Iob 3.
S. Greg. Nazian.
Solatium mortuis carere tributorum exactionibus.

21. Pudeat ergo exactores ſeueriùs & inhumaniùs, quàm par ſit, pro colligendis tributis in miſellam plebem deſæuire: ſciant inter huiuſmodi pauperculos Deum hominem, imò adhuc infantulum cum matre Virgine inueniri : atque ad illorum conſpectum commiſeratione aduerſus pauperes moueantur. Ipſi verò pauperes onus iſtud quoque ſuum exemplo Dei hominis idem pariter onus portantis libenter ſuſtinere ac portare ſtudeant. Verum LXX. ita vertunt : *Et factus eſt vir agricola* : pro eo quod legimus : *tributis ſeruiens.* Ac ſi omninò idem ſit eſſe agricolam & tributis ſeruire. Quod quidem Chriſto Domino egregiè conuenit, qui diuinæ iuſtitiæ grauiſſimum ſoluit tributum ortus, vitæ, paſſionis, mortiſque

Exactores blandius agant.
Chriſtus diuinæ iuſtitiæ grauia ſoluit tributa.

moriſſque ad capienda hominum peccata. Quapropter dixit Iſaias: *Poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrum.* cap. 53. ô graue onus, cui clementiſſimus IESVS humeros ſuppoſuit! Clem. Alex. legit: *Dominus tradidit ipſum peccatis noſtris.* 1. pædag. 7. Peccatorum ſcilicet correctorem, & directorem. Vertunt alij: *Irruere fecit in eum iniquitates omnium noſtrûm.* Igitur quia filius Dei ſponte redemptorem ſe hominum exhibuit, ſéque obtulit pro ſolutione omnium ſcelerum, quibus homines Dei iuſtitiam offenderant, atque irritarant: pactum ſuſcipiens Æternus Pater peccata omnia humani generis fecit impetum vt conuerterent in filium Deum hominem, velut in agnum lupi: atque adeò illum dilacerarent: cuius etiam morte irati, quia læſi ab hominibus Dei vindicta ſatiaretur; homines redimerentur; peccatáque ipſa ſimul emortua prorſus abolerentur.

Iſaiæ 53.
Clem. Alex.
Chriſtus pro peccatis in mortē traditus.

22. Porrò Moyſis benedictio ſiue prophetia de Zabulon, & Iſſachar, quam ad hunc locum conſultò diſtulimus explicandam, ſic habet. *Lætare Zabulon in exitu tuo: & Iſſachar in tabernaculis tuis. Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iuſtitiæ. Qui inundationem maris quaſi lac ſugent, & theſauros abſconditos arenarum.* Deut. 33. Lætare (inquit.) ô Zabulon in exitu tuo per mare ad cæteras gentes, quarum commercio ditaberis. Tu verò Iſſachar lætare in tabernaculis tuis agriculturæ ſcilicet deditus; tranquillam & beatam ab ſtrepitu armorum, ab inquietudine ambitionis, à pelagi periculis procul alienus vitam ducito. Dicit Iſſacharitas diuinarum rerum contemplationi ſtudentes; atque (vt ſupra iam adnotauimus) in lege præ cæteris eruditos hoc ſibi à Deo commiſſum munus obituros, vt Iſraëliticum populum ad Hieruſalem, atque adeò ad templum in monte illius ſitum conuocent, ibíque ſacris de lege Dei concionibus inſtituant: atque ad offerenda Deo ſacrificia in templo adhortentur. Eſt hæc non quidem Moyſis, ſed Chriſti Domini benedictio ſuper ſuos prædicatores, qui fideles ad Deum conuocant, ad victimas & ſacrificia, nimirum ad ſacram confeſſionem & ſacroſanctam Euchariſtiam adhortantur: atque adeò ſuis exhortationibus Dei Eccleſiam nunc reprehendendo, nunc conſulendo, interim docendo, deinde cóquerendo illuſtrant, & exornant. Quod ipſamet experta cùm dixiſſet: *Nigra ſum, ſed formoſa.* ſtatim adiungit: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Cant. 1. *Docet nimirum* (inquit Theodoret.) *quomodo nigra cùm eſſet ac deformis, pulchra repentè facta ſit. Filij enim* (inquit) *matris meæ pugnauerunt contra me. Filios vocat ſacroſanctos Apoſtolos.* Quorum ſcilicet prædicatione à flagitiis ſuis conuerſa Chriſtianæ pietatis gratiam & nitorem conſecuta eſt. Denique propter mercimonia, quæ per vndas maris deportantur, ingentem auri argentíque & gemmarum copiam tam facilè quidem coacervabunt; ac ſi diſtenta lacte vbera exſugerent. Sunt autem hæc omnia & dicuntur theſauri arenarum: quia de terræ fodinis eruuntur, vel (quòd potiùs videtur) abundantes, quæ de agricultura fruges collectæ ad portus aſportantur, perbellè vocat theſauros arenarum, quos nimirum agricolarum induſtria, continuúſque labor ex ipſamet proſciſſa, ſata, occatáque tellure conſueuit extrahere.

Deut. 33.
Prædicatores ad Deū gentes conuocant.
Cant. 1.
Theod.
Prædicatores Eccleſiā Dei exornant.
E terra eruunt theſauros agricolæ.

23. Porrò Debbora in ſuo cantico de Zabulon ſic effatur: *Zabulon & Nephthali obtulerunt animas ſuas morti in regione Merome.* at de Iſſacharitis: *Duces Iſſachar fuere cum Debbora, & Barac veſtigia ſunt ſecuti.* Iudic. 5. Iure quidem optimo vtrique laudantur, eò quòd Zabulonitæ ſua ex commercio nauigandi lucra & quidem maxima: Iſſacharitæ ſuam in agricultura requiem, & quod maius eſt) ſuam ex diuinæ legis ſtudio voluptatem communi fratrum ſuorum vtilitati, & Iſraëliticæ Reipublicæ ſaluti poſthabentes ex naualibus, & ex agris ad ſacrū bellum pro Dei honore contra Chananæos idololatras ſuſceptum expediti alacréſque abierunt. Eſt quidem proximorum ſalus noſtro & commodo & quieti, vbi ſcilicet illa vel periclitatur, vel conſeruari aut etiam reſtitui debet, præferenda. Hoc enim ſenſu dicebat Apoſtolus: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* 1. Cor. 11. Sed quænam iſthæc eſt aut Pauli, aut Chriſti etiam imitatio? declarat optime S. Chryſ. *Hæc perfecta Chriſtianæ religionis regula eſt, hic certiſſimus terminus, hoc ſupremum cacumen quærere quæ communem omnium comprehendant vtilitatem; quod ſignificans ait: ſicut & ego Chriſti. Nihil enim adeò poteſt nos Chriſti efficere imitatores, vt erga proximum cura.* homil. 25. in 1. Cor. Idipſum extulit Clem. Alex. *Maximum eſt* (inquiens) *& perfectiſſimum bonum: quando à malè faciendo, & à re malè geſta ad virtutem & bonam actionem poſſit quis aliquem traducere.* 1. Stromat. Turbantur Zabulonitæ, turbantur Iſſacharitæ, turbatíſque animis arma capiunt, inſtruunt aciem contra Siſaram, & nongēros falcatos currus cum ingenti Chananæorum exercitu: pulchrum ducentes & glorioſum pro Deo ſuo, & fratribus ſuis periclitari, vinci, occumbere. Hæc eſt illa fortitudo, illa caritas, zelus ille ſanctiſſimæ cuiuſque animæ, quæ dicebat: *Anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.* Cant. 6. Quænam iſtæ quadrigæ, propter quas vſque adeò turbatur, claſſicque & bellicum ſonat? *Qui ſcilicet* (declarat Theodoret.) *parent imperio diaboli, & tanquam currus illius fiunt, atque ab eo gubernantur.* Quieſcere non poteſt anima viri iuſti, quam zelus domus Domini comedit, vbi peccatores parere diabolo, & peccatoribus imperare diabolum, Deúmque ſuum offendi conſpicatur.

Iud. 5.
1. Cor. 11.
Proximorū ſaluti, bonóque incumbere.
D. Chryſ.
Clem. Alex.
Iud. 4.
Cant. 6.
Zelus contra diabolū, & peccatores.
Theod.

Prophetia Iacob de Dan.

Dan iudicabit populum ſuum, ſicut & alia tribus in Iſraël. Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò. Salutare tuum expectabo Domine.

Benedictio Moyſis ſuper Dan.

Dan catulus leonis, fluet largiter de Baſan. Deut. 33.

SECTIO XV.

1. DAn iudicabit.] Eſt nominis Dan alluſio ad Iadin Hebr. quod eſt iudicare. Iudicabit Dan vt ſuo præfert nomine iudicium. Iudex eſt, ac per Sanſonem, qui à Dan ortum habuit, totam illius turbam partim commendat, partim obiurgat. Fuerunt ſiquidem in Sanſone multa, quæ ſummam laudem mereantur: & non

defuerunt

deſuerunt etiam in illo, quibus cenſura & obiurgatio meritò adhiberi debeat: atque adeò Danitarum tribui Sanſonis nequitia dedecori: bonitas decori fuit atque ornamento. Quòd verò vnius culpa plures infamet; vnius dedecus plurimos dedecoret, multis poſſet exemplis comprobari. *Enimverò recumbentibus vndecim diſcipulis apparuit illis IESVS, & exprobrauit incredulitatem eorum, qui ſcilicet reſurrectionem ſuam non crediderunt*, vti ſcribit Marc. 22. Cùm tamen Petrus & Ioannes, qui concito gradu, alacríque ſtudio ierant ad monumentum, haud dubiè crediderint. *Sed ob vnius Thomæ* (vti noſter Maldonatus egregiè adnotauit) *incredulitate reliquos Apoſtolos quaſi incredulos Dominus obiurgauit*. Simile quid accidit diſcipulis, quos ſcribit Matth.26. indignatos fuiſſe, quòd mulier vnguentum *fracto alabaſtro effudit ſuper caput Domini*; cùm tamen conſtet ex Ioan. 12. ſolum Iudam indignatum fuiſſe, vti animaduertunt S. Chryſoſt. S. Hieron. & alij. Scilicet vnius Iudæ indignatio reliquis omnibus diſcipulis huiuſmodi contumeliam inuſſit. Prætereà Matth.27. ſcribit latrones, qui crucifixi erant cum Domino, contra illum blaſphemaſſe: at certò colligitur ex Luc.23. vnum tantummodò è latronibus malè fuiſſe locutum. Igitur vnius culpa multos dedecorat ad ignominiam: (& quod peius eſt) ad ſimilem nequitiam alios pertrahit. Quod ſubinde oſtendetur.

Vnius culpa multos infamat.
Marc. 22.
Maldon.
Matth.26.
Ioan.12.
Matth.27.
Luc.23.
Vnius culpa cæteris dedecori eſt & ſcandalo.

2. Et quidem de hoc ipſo argumento agens S. Gregor. Nazianz. ita vim mali exempli deſcribit. *Nam & exiguum abſynthium mellis amaritatem ſuam celerrimè impertit: mel contra ne duplo quidem maius dulcedinem ſuam abſynthio infundit: ac paruo quidem lapide ſubmoto flumen totum in pronum trahitur; eiuſdem autē impetus firmiſſimo etiam aggere cohiberi vix poteſt*. apolog. 1. Tantam vim habet vnius nequitia tum ad ignominiam, tum ad ruinam plurimorum. *Et modicum fermentum* (inquit Apoſtolus) *totam maſſam corrumpit*. 1. Cor.5. Quod apertè in Danitarum tribu cernitur; cuius ad infamiam plus valuit Sanſonis aliqua labes, quàm ad commendationem eiuſdem præclarè geſta valuerunt. Nihilò tamen minùs aliquando euenit, vt vnius virtus multis alioqui malè merentibus, & ad honorem, & ad vtilitatem patrocinari videatur: quod quidem in Moabitis viſum eſt. Enimuerò in eorum extremam vltionem non ita Dei iuſtitia deſæuiit, quemadmodum in Madianitarum, aliarúmque gentium Palæſtinæ deſæuire viſa eſt: cùm tamen Moabitæ minoribus, quàm cæteræ infidelium nationes flagitiis haud eſſent coopertæ: imò de illis ſcribitur: *Præuaricatus eſt populus cum filiabus Moab*. Num.31. Et ratio illa eſt optima Lyrani. *Quia Ruth, ſancta vtique fœmina ex Moabitis erat originem habitura: illius nimirum virtus omnibus etſi infidelibus atque impuriſſimis ad vitam, ſalutémque opitulata eſt*. O egregiam Moabitæ fœminæ virtutem, quam etiam poſt multa ſecula futuram præuidens Deus, illius contribulibus etſi idololatris, & omni vitiorum turpitudine contaminatis, ne funditùs delerentur, miſericordiſſimè pepercit.

Greg. Naz.
Summa vis mali exempli.
1. Cor.5.
Plus valet vna labes ad infamiā, quàm præclara opera ad famam.
Interdum vnius virtus plurimis prodeſt.
Num.31.
Lyran.
Multū valuit apud Deū Ruth.

3. Quid ergo dicam de illa inter mulieres benedicta, quæ non modò ex nobis nata totum ſuâ virtute humanum genus nobilitauit, ſed etiam Deum ipſum è ſuis puriſſimis viſceribus natum in ſalutem gentium peperit? Profectò non tam Ruth Moabiten, quàm ex illa oriundam Dauidis filiam & Dei Verbi matrem Virginem Æternus Pater reſpexit, acceptauítque in patrocinium primò quidem Moabitarum, ne perirent; deinde verò peccatorum omnium, quibus mater gratiæ apud Deum iudicem ac vindicem, quem offenderant, vt propitiaret, opitulatur. Nec enim vllius omninò ſanctorum aut Angelorum vel gratia, vel interpellatio pro hominibus tam potens eſt atque efficax apud Deum, quàm gratia ipſius Deiparæ apud filium atque imploratio. Etenim (vti optimè diſſerit S. Anſelm.) *Quia filius eius Dominus eſt & iudex omnium diſcernens omnia ſingulorum merita, dum ipſe à quouis ſuo nomine inuocatus non ſtatim exaudit, profectò id iuſtè facit: inuocato autem nomine matris, etſi merita inuocantis non mereantur vt exaudiatur, merita tamen intercedunt, vt exaudiatur*. de excell. Virg. cap.6. Veretur quidem Dominus ſanctorum preces, ſed matris ſuæ dilectiſſimæ precibus quodammodo cogitur nihil quod illa petat (liceat loqui) auſus denegare. Quod quidem valde confirmatur ex illa reuelatione S. Brigitæ. Dicit enim ſanctos apparuiſſe & dixiſſe Virgini Dei matri: *ô Domina benedicta, tu portaſti Dominum in te, & tu Domina omnium es. Quid eſt quod non poteris? quod enim tu vis, hoc factum eſt*. lib.4. reuel. cap.74. Delectatur planè filius, cùm à matre dulciſſima inuocatur; gaudet vocem in precibus matris audire. Idcircò enim dixit: *Sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis*. Cant.2.

Mira vis in patrocinio & gradus B. Mariæ.
Valet apud Deū B. Maria plus quàm omnes Angeli, ſanctíque.
D. Anſelm.
Inuocatio nominis B. Mariæ Deū, ferè cogit.
S. Brigit.
B. Maria quicquid vult, poteſt, facítque.
Cant. 2.

4. *Dan iudicabit, ſicut & alia tribus.*] Non quidem ex omnibus tribubus iudices fuerunt, ſed ex aliquibus tantùm, inter quas numeratur tribu Dan, quæ vt Iacob vaticinatur, non minùs quàm quæuis illarum quæ habuerunt Iudices, & ipſa ſuum dabit nempe Sanſonem. Igitur de Sanſone Iſraëlitas iudicaturo adiungit: *Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita*. Qui locus aliquantulum eſt obſcurus ex eo, quòd cùm Dan ſit nomen indeclinabile, haud facilè conſtat num in nominatiuo, num in datiuo ſit accipiendum. Et quidem Gennad. & Euſeb. in datiuo expl cant: Fiat coluber, ſeu ſerpens ipſi Dano. quare prædici arbitrantur Dalilam Philiſthæam, quæ ſerpentino aſtu Sanſonem decipiet. Verùm cùm & coluber & ceraſtes ponantur, conijcere poſſumus duas illas Philiſtæas, quas duxit Sanſon vxores ſignificati. Enimuerò deſcendens primò in terram Philiſtinorum priorem duxit magnâ quidem fide, amoréque & per extrema illam pericula cū ſummo capitis diſcrimine comparatam. Scilicèt ad nuptias iturus obuiam habuit in ipſo itinere leonem, ſæuum illum & rugientem, vt ſcribitur Iud.14 Quid quæſo periculoſius? Sat carò ſtabat vxor Sanſoni: támque arduum eſt negotium, tantis emitur periculis matrimonium. Heus tu, quiſquis es, cùm ad celebrandum coniugium procedis; ſcias cum leone, qui te manet in via, tibi colluctandum; quem ſoli ſtrangulant, quos Domini ſpiritus dirigit; vti de Sanſone legimus: *Benedixit eum Dominus, & cœpit ſpiritus Domini comitari cum eo*. Iud.13. Solus ille, qui fortis eſt, perrumpet connubij difficultates: illúmque ſtrenuè ſuperabit; quam vocat Apoſtolus coniugatis ſubeundam *tribulationem carnis*. 1. Cor.7. Sæuum ac rugientem in via, hoc eſt, in vita, leonem dilacerabit, qui denique Sanſon erit. *Meritò ſcilicet* (inquit S. Ambroſ.) *fortior cæteris, quia eum ſpiritus Domini dirigebat*. in prolog. lib.2. de Spiritu ſancto, non autem ſpiritus concupiſcentiæ, quo plerique in nuptias feruntur.

Gennad.
Euſeb.
Iud.14.
Arduū negotium, coniugium.
Iud.13.
Vincit connubij difficultates, qui ſpiritu Dei ductus illud ſuſcipit.
1. Cor.7.
D. Ambr.

5. Sanctus quidem matrimonij ſtatus, veréque ab ipſomet Deo inſtitutus; cui omnes debemus quòd

quòd nati ſumus : ſed tamen periculis plenus, A propriè dicta carnis tribulatio : vbi occurrunt paſſim torui ferarum aſpectus, terrirant inamabiles leonum rugitus. At quem Dominus ſuo ſpiritu dirigit, qui rectâ ſcilicet, ſanâ, ſanctâque intentione (vti decet Chriſtianum hominem) ad ſeruiendum Deo, non verò ad indulgendum carni in laſciuiam, ſuſcipit matrimonium; Deo duce omnibus fortiter & conſtanter ſuperatis difficultatibus, ac periculis, etiam in ore ipſo faucibúſque leonum mellis fauos inueniet : præque ac placidæ vitæ ſuauiſſimam exſuget dulcedinem. Memini fauum mellis; quia (vt ſcribitur) *Poſt aliquot dies reuertens Sanſon, vt acciperet coniugem, declinauit vt videret cadauer leonis; & ecce examen apum in ore leonis erat, & fauus mellis.* Iud. 14. B Quid? Num occiſo leone vir fortis pellem detraxit, eóque tam inſigni ad oſtentationem fortitudinis paludamento adornatus inuiſit ſponſam, nuptias celebrauit? Non planè. *Itaque* (inquit S. Ambroſ.) *apud dilectam ſibi ſponſam exuuias ferre credidit ſine momento futuras; cùm talium rerum tempora non terribilibus ſpoliis, ſed mitibus gaudiis & feſtâ fronde fiant venuſtiora.* lib. 9. epiſt. 70. Diſcant mariti feritatem, metus, terriculamenta, & quicquid toruum eſt, longè à coniugio, & vxorum contubernio alienum eſſe debere. *Denique* (adiungit) *poſt cladem regrediens fauum in ore leonis offendit atque abſtulit donum parentibus ac puellæ futurum, Talia enim ſponſam munera decent.* Hoc ipſum profectò eſt, quod maritis erga vxores Apoſtolus C commendat : *Viri diligite vxores veſtras, & nolite amari eſſe ad illas.* ad Coloſſ. 3. Dulcedo quidem, non amaritudo: mel, non autem fel in coniugio locum habere debet : dedecent fidelium nuptias leonum exuuiæ. Venis domum? refer vxori fauos : filij quoque nihil toruum oſtentent, nihil aſperum inſonent : mel, non fel ſuis inſtillent parentibus. *Filij* (clamat Apoſtolus) *obedite parentibus per omnia : Hoc enim placitum eſt in Domino.* ibid.

Feliciter in matrimonio, qui cũ Deo illud ſuſcepit, viuit.

Iud. 14.

S. Ambr. *In coniugio non feroci- ter ſed blandè agendũ.*

S. Ambr. *Non cum ſæuitia tractandæ vxores.*

ad Coloſſ. 3.

Cum parentibus manſuetè agendum.

ad Coloſſ. 3.

6. Vides tot ac tanta in Philiſtæam coniugem Sanſonis merita; Vide nunc illam ipſam de vxore factam adulteram, de fideli inimicam, denique colubrum & ſerpentem. Dolis maritum fefellit, ſimulatis infregit lacrymis, vt incautus homo D reuelaret ænigma : quæ cauſa fuit multarum deinde diſcordiarum : denique ſuaſu parentum relicto proprio viro alteri Philiſtæo infida nupſit. An non huc eſt, quod vaticinatur Iacob : *Fiat et coluber in via?* Certè vſque adeò indignum facinus, atque execrandum hoc vel ipſis etiam Philiſtæis viſum eſt, vt ipſi de ſocero atque vxore Sanſonis grauiſſimam ſumpſerint vindictam. Scribitur enim : *Aſcenderunt Philiſtæi & combuſſerunt tam mulierem, quàm patrem eius.* Iud. 15. Sed cur quæſo contra Sanſonem armati cùm vidiſſent, quòd ſegetes incendiſſet, trigintáque viros occidiſſet, de illo tamen vindictam non expetierunt? *Nimirum quòd mulier* (reſpondet S. E Ambroſ.) *cauſa ſuæ vaſtitatis & iniuria foret; nec oportuiſſet lædi virum pronunciantes, qui poſſet malo ſe publico vlciſci.* epiſt. cit. Tam grauis eſt támque iuſtus dolor mariti ab adultera vxore ſpreti ac derelicti, vt publico etiam populi ſupplicio poſſe vindicari iuſtè vel infidelium ſuffragio videatur. Pereat populus, in quo maritum pro adultero adultera vxor reliquit. Hæc quidem ex mente Philiſtæorum, ſed tamen ad exprimendam aliquo modo adulteræ vxoris omni ſupplicio dignam infidelitatem. Tam graue vbique gentium

Infida vxor fit ſerpens marito.

Iud. 15.

S. Ambr. *In pœnam adulterij tota etiam res publica punitur.*

A atque æratum, atque execrandum habitum ſemper fuit adulterium vxoris! *Nec tamen* (adiungit) *Sanſon populi Philiſtinorum delicti gratiam fecit, atque eo vindictâ fine contentus fuit : ſed concidit eos ſtrage maximâ.* Toti ergo ſuæ ciuitati, imò etiam Reip. regnóque proditor eſt, exitium molitur, vaſtitatis cauſa eſt adulter. Quid ſi non vnus, ſed plures ſunt adulteri : non vna tantùm Philiſtæa, ſed plures, quæ Dei fidem habent, & maritis tamen infidæ, támque execrandò etiam apud barbaras gentes flagitio infames? Ita licuit contra colubrum in via ſcribendo expatiari.

S. Ambr. Vnius adulteræ culpa toti Reip. nocet.

7. *Ceraſtes in ſemita.*] Haud dubiè ſignificatur altera Philiſtæa, quæ multò ſubiodè nocentior fuit, quàm prima. Eſt autem ceraſtes genus ſer- B pentis præferens quadrigemina cornicula, quorum oſtentatione vel ad eſcam illectas aues attrahit, & perimit : nam reliqua corporis regens arenis, nullum ſui præbet indicium, niſi ex ea parte, quâ inuitatis ad paſtum auibus necem affert. hæc Solinus, cap. 30. conſonè ad ea, quæ ſcribit Plin. lib. 8. cap. 23. Pro ceraſte legit S. Hieron. *Baſiliſcus ſeu Regulus.* quo quidem ad viuum exprimitur & malignitas, & virulentia, & aſtutia, & inhumanitas Dalilæ; cui tandem ſe impenſiùs & inconſideratiùs tradidit velut in mancipium amoris, non ſine aliqua apud poſteros nota, ſcilicet in exemplum mortalium. Nam (vti Plinius animaduertit) *Optimum eſt alienâ inſaniâ frui.* lib. 18. cap. 5. At nulla maior, quàm quæ in ama- C toribus carnis, turpiúmque mancipiis libidinum cernitur. Nemo eſt enim in amore cordatus. Quare optimè ſcripſit S. Ambroſ. *Validiſſimus omnium Sanſon legitur, qui leonem etiam ſuis manibus ſtrangulauit : ſed vtinam amorem ſuum ſuffocare potuiſſet.* apolog. Dauid. c. 4. Imò excœcatus animo priùs ob amorem mulierculæ, poſtmodùm etiam corpore per illam fuit à Philiſtæis : vt videas quàm certum ſit illud : *Extrema gaudij luctus occupat.* Prou. 14. plúſque fellis, quàm mellis voluptas ſuis propinat amatoribus. Rectè ceraſtes dicitur hæc mulier, quæ tam inſidiosè blandita eſt Sanſoni, eúmque blanditiis illectum ad mortem vſque perduxit.

Solinus. *Infida mulier baſiliſcus.* Plin. S Hier.

Plin. *Miſeri amatores mancipia mulierum.*

S. Ambr.

Prou. 14. *Carnis voluptas amariſſima.*

8. Nihil quidem mala fœmina inſidioſius, ni- D hil nocentius, nihil virulentius. Quod ſi fœmina & compta, elaboratum inſidioſi corporis præferat ornatum : duplex quidem periculum, duplex malum; duplicatum virus ſpectantium animis intentatur. Mortua planè iam eſt mala mulier, quæ cœleſti gratiâ, per quam viuit anima, caret infelix. At ſi hæc ipſa inſuper ornata incedat : vtique ceraſtes venenum oculis inſtillat, animis infigit aculeum, mortem infert. Quid quòd etiam nullo euidentiùs indicetur ſigno animæ ipſa per peccatum mors, quàm quòd elaboratiùs compta & curioſiùs ornata mulier in publicum procedat? Id ſcilicet S. Cypr. ad fœminam huiuſce vanitatis cultricem deterioriſque E vitæ notatam infamiâ ſcribit his verbis : *Animam tuam miſera perdidiſti ſpiritualiter mortua ſuperuiuere hic tibi, & ipſa ambulans funus tuum portare cepiſti. Et non acriter plangis, non iugiter ingemiſcis?* lib. de lapſis. Nimirum vti cùm pheretrum apud nos (vt quotidie videmus) capularij publici & portitores baiulant ſepulchrale ſerico licèt ac pretioſo contectum velamine; ſignum euidens eſt, illic mortuum deportari ad ſepulturam : ita cùm vana & impudica mulier curioſiùs ac delicioſiùs ornata incedit, indicium eſt ibi mortuam deferri animam, quæ in corpore illo ſic ornato velut

Duplex venenum mulier mala & compta.

S. Cypr. *Anima peccatis mortua in pheretro corporis ornati & compti.*

A velut in pheretro ſub ferali ornamento ad ſempiternum inferni ſepulchrum baiulatur. Quid igitur? Quādo animæ mortuæ defertur funus; (quod fieri ſolet) lugendum, deplorandum, dolendum, ingemiſcendum. Benè ſiquidem animaduertit in mulierem S. Cyprianus. *Funus tuum portare cœpiſti, & non acriter plangis, non iugiter ingemiſcis? Si quem de tuis caris mortalitatis exitu perdidiſſes, ingemiſceres dolenter & fleres, facie inculta, veſte mutatâ, neglecto capillo, vultu nubilo, ore deiecto indicia mœroris oſtenderes.* ibid. Sic alios dolemus & lamentamur mortuos: at animam quiſque ſuam peccatis emortuam, & iam pheretro ad infernum portandam non luctu, non dolore proſequimur! Diſcant hinc etiam fœminæ cùm ad confeſſionem B ſacramentalem accedunt, non fucato ore, compto capite, ornato corpore incedere. Habitus iſte nubendi eſt, non pœnitendi: corporis habitu pœnitentis animæ dolorem oportet conteſtentur.

Anima in corpore ornato ad ſepulchrum inferni mortua deferetur.

S. Cypr.

Mortua peccatis anima lacrymis proſequenda.

Mulier ad confeſſionem accedat ſine ornatu.

9. *Mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro.*] Robuſtus quidem & glorioſus eques, triumphanti ſimilis poſt inauditas gentibus de Philiſtæis partas victorias incedebat fortiſſimus ille mortalium Sanſon. At maxima interdum à minimis læduntur & pereunt. Pupugit ceraſtes, beſtiola equum, equo turbato præceps ruit eques, ruentem ſparſo veneno equitem beſtiola peremit. O facinus planè ſtupendum? Itane verò vt Sanſon ille mortalium ſtrenuiſſimus (qui manu ſtrāgulabat leones, vnius mulierculæ amore deceptus, ligatus, excæcatúſque perierit? At periit C non vi, ſed fraude ſuperatus: iſtud enim eſt, quod ſignificatur illis verbis; *Mordens vngulas equi.* Benè S. Ambroſ. *Vtinam Sanſon tam cautus ad ſeruandam gratiam, quàm fortis ad ſuperandam beſtiam.* in prol. lib. 2. de Spir. ſanct. Vi quidē leonem, vi quoque agentem diſcerpſit Sanſon: at blanditiis mulierculæ, tam forti quidem quàm blando illicio ceraſtæ circumuentus interiit. *Ceraſtes* (vti ſcribūt rerū naturaliū ſcriptores) *pollet inter reliquos ſerpētes hoc aſtu; vt cū equitē nequeat vulnerare calcaneū equi morſu ſauciet, ita vt equus ruat, vel vi doloris efferatus armo ſeſſorē excutiat, denique ita delapſum hominē ſerpens inuadat & perimat.* Sic planè ſe habuit Dalila ſerpēs inſidiatrix: calcaneū pupugit equi, ſcilicet D affectū carnis, quâ tāti illius bellatoris anima vehebatur; vulnerauit grauiter cū in ſui amorē pellexit; ſibi deuinxit, ante pedes equitē proſtrauit.

Grauis calamitas interdum ex leui caſu.

S. Ambr.

Blanditiis fœmineis etiam fortes vincuntur.

Fraus fœmina fortiſſimos proſternit.

10. Hac maximè noſtri corporis & animi parte nos inuadit, mordet, ſauciat diabulus; affectui amorique tendit inſidias cùm innectit blanditias: cordi ergo aculeum infigit. Hinc enim caſus, ruinæ, interitus. Igitur vigilandum diligenter, ne affectu ſauciemur, ne per amorem mors irrepat, ne morſui beſtiæ, veneno ſerpentis, ictuíque ceraſtæ pateat calcaneus: indéque tandem occæcata irreparabile malum ſibi anima conſciſcat. Non ſuæ tantùm vigilantiæ fidens, ſed Dei potiùs legi ad vitandum ſerpentis aſtum dicebat Propheta: *Lu-E cerna pedibus meis verbum tuum.* Pſalm. 118. Quid ais Propheta? *Lucerna pedibus?* Cur non oculis potiùs, quos Dei lumen ducat & regat? In pedibus ſcilicet defixos habebat oculos, vbi periclitandi potior ratio, & cadendi maior occaſio. Pedes quidem animæ, vt iam alibi ex D. Aug. poſuimus, ſunt affectus animæ, affectu & amore incedit, currit, mouetur anima. Precatur igitur Dauid: Illumina ô Domine Deus ſplendore tuæ legis, aut luce tuarum, quas animæ imprimis, illuſtrationum & inſpirationum, pedes animæ meæ, affectus meos, amorem meum; vt clarè diſpiciam nunquid illic vitioſum lateat, aut illam gehenna-

Per affectū carnis ſauciamur, & perimus.

Pſalm. 118.

S. Auguſt.

Vigilandum circa affectū animæ.

A lis ſerpens technam ſtruat; atque illac tandem mihi ruinam & interitum moliatur. Ibi ergo S. Hieron. animaduertit egregiè: *Si in huius ſeculi noctibus in nobis verbi Dei luceat lumen, non incident pedes noſtri in laqueos funium ac præcipitia fouearum: quæ manus artis diabolicæ in noſtros offendiculis præparant.* S. Ambroſ. Chriſtum in lucerna intelligit, quem præeuntem ſequamur: *Multæ* (inquit) *foueæ, multi ſcopuli in iſtius ſeculi caligine non videntur. Bonus mihi magiſter præit, vt lumen ſequi diſcam, & illius pedibus ambulem. Præfert ille tibi lucernam, vide quò debeas transferre veſtigium: contuere vbi podem ponere mentis interna per ſingulos cura ſit greſſus, nulli credas tuum niſi præeunte lucerna iſtius luce proceſſum. Nam vbi putas quòd luceat; ibi gurges eſt: vi-B detur lucere, ſed polluit: & vbi putas ſolidum eſſe vel ſiccum, ibi lubricum eſt.* Certè non illuſtriùs deſcribi poterant pericula, quæ quotidie occurrunt in commercio humano, maximè verò in conſuetudine fœminarum: ibi gurgites, ibi voragines, ibi lutum, ibi cœnum, ibi inferorum hiatus, vbi ſcilicet incautè, fidenter, ac temerè ingredientibus plana omnia, pura, ſolida, tutáque videbantur.

S. Hier.

D. Ambr.

Multa, varia, & ſumma pericula in via huius vita.

Plena periculis conſuetudo cum fœminis.

11. Nuſquā profectò aut frequentiùs, aut fœdius, quā per turpē affectū, inhoneſtúmque amorē caſus, interitúſque contingunt animarū. Nulla nobis nocētiùt beſtia, nullus & inſidioſior, & crudelior ſerpens, quā blanda carnis voluptas. *Et* (vt loquitur S. Leo Papa) *anima graui morbo vrgetur, ſi carnis voluptate mollitur.* ſer. 9. quadr. Correpta ſe-C mel hoc lethali morbo anima rarò vnquā aut sūma cū difficultate, ac nō ſine grandi diuinæ gratiæ auxilio & ſanari, & excitari, & in ſe redire cōſneuit. Sed cur quæſo ceraſtē illā Ægyptiā adoleſcētulus Ioſeph, vt ſupra vidimus, tā fortiter & glorioſè ſuperauit: at verò à ſua iſta Philiſtæa tā facilè turpitérque bellator iſte fortiſſimus Sāſon proſtratus corruit? Ratio quidē in prōptu eſt: *Enimverò Ioſeph* (vt optimè adnotauit Zeno Veronēſis) *in repugnatione veſtē ſibi violenter extortā relinquens, ex impudicitiæ fouea nudus aufugit. Ac proindè ſplendore veſtitus poſt calūnioſum damnationē & liberatus à Deo eſt, & honoratus: demum; Rex iure ſecundus factus eſt regni qui inſignis Rex erat ante pudoris.* ſer. de pud. Fugit itaque Ioſeph & fugiendo ceraſtem vicit. D Hoc enim genus hoſtium non luctâ, ſed fugâ vincitur: fugiendo non premendo hæc ipſa calcatur ceraſtes. At Sāſō, etſi bellator eques ceraſtē ipſe quæſiuit, ceraſtæ ſe tradidit. Quid mirū igitur, ſi cū ſerpente habitans, ſerpentis morſu, & veneno periit? *Fugite fornicationē*, clamat Apoſtolus, 1. Cor. 6. Colluctantes hæc beſtia vt plurimū proſternit: fugiētes autē nō aſſequitur, aut etiā nō perſequitur.

S. Leo.

Nocentiſſima ſerpens carnis voluptas.

S. Zeno.

Difficilè vincitur carnis voluptas.

Ioſeph fugiēdo vicit.

Carnis voluptas fugiendo vincitur, in lucta vincit.

1. Cor. 6.

12. Hoc ipſum argumentū validè cōfirmatur ex admirabili illa viſione beatiſſimi Ioānis Euāgeliſtæ. Vidit quidem Apoſtolus *draconem, qui caudâ trahebat tertiam partem ſtellarum cœli, & miſit eas in terrā.* Apoc. 12. O ſtuporē! Sed ô terrorē! Quis etſi per merita, vitámque in magnis exercitam virtu-E tibus tanquam cœlo affixus; & velut in Eccleſia Chriſti aſtrum luciďiſſimum non timebit à cauda draconis & euelli è cœlo, & in terrā præcipitari? Vbi ſecuritas à dracone, ſi cœlū ipſum beſtia pertupit, aſtráque euulſit? Sed illud tamen longè admirabilius, quod ſubinde ſcribitur: *Draco ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura; vt cùm peperiſſet, deuoraret filium eius.* ibid. Ac fruſtrà tamen. Vnde hoc? Annon auſus eſt draco, & potuit tandem ipſas in cœlo fixas euellere ſtellas; & in terram deiicere? Cur ergo fœminæ parienti, natóque infantulo nocere non potuit? *Nimirum* (ſubiicitur) *raptus eſt filius eius ad Deū, & mulier fugit in ſolitudinē.* & infrà:

Apoc. 12.

Diabolus ſtantem cominus vincit, fugientē no inſequitur quidē.

Apoc. 12.

Data ſunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in A *deſertum.* Apoc. 12. Optima quidem ratio. Draco ſtellas euulſit, quia fixas in cœlo: fruſtrà inſecutus puerperam & infantulum, illis obeſſe non potuit, quia mulier cum filio aufugit: imò alis à Deo datis auolauit. Ergo diabolus, quem cominùs ſtantem deprehendit etſi fixum in cœlo, magnis videlicet conſpicuum meritis, Deíque donis illuſtrem; importunâ tamen colluctatione debilitatum à virtutis ſtatu, & à diuinæ gratiæ firmamento auulſum in ſordes vitiorum, cœnúmque libidinis proſternit: contra verò fugientem, auolantem, alatum, in ſolitudinem abditum, extra pericula occaſionéſque vitiorum procul amotum nõ apprehendit, imò ne perſequitur quidem. Tam purus ergo quiſque à concupiſcentiæ ſordibus vi- B uit; quàm procul abeſt ab irritamentis libidinum; & quàm paucas aut nullas habet peccandi occaſiones: in quibus nunquam, aut rarò admodum quis diu fortis & illæſus colluctatur.

Apoc. 12. Fugiendo vincimus hoſtem.

Tam purus quis viuit quàm nullas habet occaſiones.

13. Quid ſi etiam hæc verba: *vt cadat aſcenſor retro*, innuãt neſcio quid humanæ infirmitatis & vanitatis, quod in Sanſone fuit cauſa cur argueretur, imò & puniretur? Occidit quidem vnâ maxillâ, quam fortè inuenit, aſini mille Philiſtæos Sanſon, Iud. 15. cuiuſmodi facinus nulla hominum memoria editum ab alio celebrauit. *Sed vtinam* (animaduertit S. Ambr.) *quàm fortis in hoſtes, tam moderatus in victoria fuiſſet. Verùm inſolens rerum ſecundarum animus, qui debuit euentum pugnæ diuino fauori & præſidio deferre, ſibi arrogauit.* epiſt. C 70. At vnde colligitur hæc inſolentis animi arrogantia? *Dicens*; (adiungit S. Ambr.) *In maxilla aſini deleui mille viros.* Iud. 15. *nec tranſtulit Deo, nec hoſtiam immolauit: ſed negligens ſacrificij, aſſumptor gloriæ, vt triumphum ſuum perpetuo conſecraret nomine, vocauit locum, Maxillæ eleuationem.* Homo erat Sanſon, & humanum quid paſſus: ſuæ videlicet virtuti victoriam illam videtur adſcripſiſſe, qui Deo acceptum non retulit, nec debitas Deo autori tam ſtupendi facinoris gratias egit. En quale Deo ſubſtruxit altare? quale monumentum Deo triumphatori erexit! En quali proinde caſu percuſſus à ceraſte vanæ gloriæ proſtratus eſt eques! Retrò dicitur cecidiſſe; eo quòd in eo vanitatis oſtentatione curſum ſuarum laudum repreſſit: ibi Sanſonis virtus & gloria retroacta quodammodo D videtur euanuiſſe. Hæc ſcilicet eſt illa tinea, quæ ingẽtes cedros Libani paulatim corroſas turpem præcipitat in ruinam. Magnos ſæpè viros vna popularis gloriæ cupiditas deprimit ac deturpat. Simile quid in illo fortiſſimo inter Machabæos bellatore demonſtratũ fuiſſe ita oſtendit S. Greg. *Eleazar in prælio elephantem feriens ſtrauit, ſed ſub ipſo, quem extinxit, occubuit.* 1. Machab. 6. *Quos ergo iſte ſignificat, quem ſuâ victoriâ oppreſſit, niſi eos, qui vitia ſuperant, ſed ſub ipſis, quæ ſubijciunt, ſuperbiendo ſuccumbunt? Quaſi enim ſub hoſte, quem proſternit, moritur; qui de culpa quam ſuperat, eleuatur.* 19. Moral. cap. 12. & 13.

Iud. 15. Vana gloria deſtruit bona opera. S. Ambr.

Iud. 15. Sanſonem vana gloria proſtrauit. S. Ambr.

S. Gregor. Vana gloria magnos deprimit viros. 1. Machab. 6.

14. Quid ergo fiet homine, qui ſuo brachio adſcribit, quod diuinæ gratiæ beneficium eſt: E niſi vt ab illa deſtitutus retrò cadat in lutum ſuæ imbecillitatis? Quare optimè animaduertit alicubi ſanctus Leo Papa: *Hæc ſanctis cauſa eſt metuendi & tremendi ne ipſis pietatis operibus elati deſerantur ope gratiæ, & remaneãt in infirmitate naturæ.* Accidit hoc ipſum Sanſoni, vt S. Ambroſ. ſic expendit. *Et mox ſiti grauiter cœpit inardeſcere, & potus deerat. Vnde intelligens quòd nihil tam facile eſſet humanæ opis, quod ſine diuino adiumento non difficile fo-* A *ret, exclamauit, atque obſecrauit ne ſibi Deus omnipotens in offenſam verteret, quod imprudenter incauto ſermone ſibi aliquid aſſignauiſſet.* Optimè quidem reſpiciens ad verba ſcripturæ; quæ habent: *Ait* (ſcilicet Sanſon poſt victoriam) *In maxilla aſini deleui mille viros.* Iud. 15. nullam interim faciens mentionem Dei, diuinæque virtutis, cui prodigioſa illa victoria meritò adſcribenda erat. Additur ergo: *Sitiénſque valde clamauit ad Dominum, & ait: Tu dediſti in manu ſerui tui ſalutem hanc magnam atque victoriam. En ſiti morior, incidámque in manus incircumciſorum.* Vexatio quidem dedit homini intellectum: depoſitáque omni arrogantiâ & vanâ ſuæ virtutis confidentiâ Deo totum acceptum retulit: tandémque ſuo malo edoctus B intellexit ſe ante ad victoriam diuino auxilio eguiſſe, nunc etiam ad vitam eodem indigere. Igitur clementiſſimus Dominus hanc hominis ſubmiſſionem reſpiciens oranti & ſitienti opitulatus eſt. *Aperuit itaque* (ſcribitur) *Dominus molarem dentem in maxilla aſini; & egreſſæ ſunt ex eo aquæ: Quibus hauſtis refocillauit ſpiritum, & vires recepit, idcircò appellatum eſt nomen loci illius: Fons inuocantis de maxilla.* Iud. 15. *Eò quòd* (rectè occurrit S. Ambroſ.) *victoriæ iactantiam inuocationis precibus emendaſſet.* Arrogantiam hominis ſiti Deus caſtigauit, humilitati deprecantis miraculo aquam præbuit, qua viueret. O vim admirabilem orationis cum humilitate hominis in periculis ad Deum clamantis.

S. Ambr. Humiliatio in pœnam vanæ gloriæ.

Iudi 15. Deo adſcribendum quicquid boni facimus. Iud. 15.

Potentiſſima oratio cum humilitate.

Iud 15. S. Ambr.

C 15. Potiùs autem plures alij & grauiores legũt vocem Dan in recto caſu ad hunc modum: *Ipſe Dan fiet coluber in via*, &c. Sic Ambroſ. & cæteri Patres accipiunt. Conſonat Chald. & LXX. interpretes. Et quæ de Dan in hoc ſenſu prædicuntur, optimè conueniunt Sanſoni: fuit enim aduerſus Philiſthæos velut ſerpẽs formidabilis quidẽ & exitialis: quod frequentes ac fœdæ illorum clades, ſtragéſque editæ à Sanſone conteſtantur: & aſtutus inſuper callidúſque vſque adeò, vt dolis in hoſtes graſſatus vera & multiplex illis malorum Ilias extiterit. Quare tota Sanſonis hiſtoria & robore ac viribus, & technis contra Philiſtæos, vt legenti patebit, referta eſſe videtur. Verùm quia (vti exorditur Iacob vaticinium) Dan iudicabit: & iudiciaria poteſtas inſtar regalis D illo verbo indicatur; intelligere haud perperàm poſſumus gubernãdi felicitatem illius tribus per Sanſonem ſignificari. In eo quippe omniũ mortalium robuſtiſſimo extitit debita quædam ſeueritas ad ſontes puniendos, quibus & terrori fuit, vti coluber; & pœnæ pro delictis, vti ceraſtes, & erga ſuos admirabilis quædã in eo viſebatur mãſuetudo, quæ fauo illo mellis, de quo ſupra dictũ eſt, ſignificata fuit. Paris ſiquidem laudis eſt & ſeueritas, & humanitas in principe, vbi vtrámque exerceri poſtulat ratio. Contra Philiſtæos nihil aſperius, nihil violentius: erga cognatos nihil blandius, nihil dulcius Sanſone. Ab Iſraëlitis ſui generis ligari, tradíque ſe vinctum permiſit; nec in illos vnquam ſtupendas illas exeruit vires: E & parentibus fauos detulit in ſui amoris argumentum. Prudens ſanè iudex, rectórque ſæuire in loco & blandiri opportunè nouerat: nec furiis actus, ſed ſpiritu Domini impulſus, vel in ipſos quoque hoſtium cuneos prudenter irruebat. Pulchrè in hanc ſententiam illud adnotauit Procopius: *Spiritus ſanctus, cùm feritatem Sanſonis priùs quoque habuerit cognitam, à vino ac vinetis ipſum iuſſit abſtinere: ne ad naturalem furorem vinolento adſcito contra propinquos & cognatos indigna patraret.*

Princeps in hoſtes ſeuerus, in ſubditos agens.

Debita in principe ſeueritas, & humanitas.

Potentiam ipſa mentis ratio moderetur.

vet. in lib. Iud. Potentiam videlicet moderetur neceſſe eſt ipſa mentis ratio, regat ipſa prudentia, quæ ſi abſit, nec ſit quo inhibeatur poteſtas; imò hæc furiis acta, paſſionéque aliquâ inſtar vini prorſus ebria, nullo diſcrimine per fas nefaſque inhumanam feritatem exercebit. Iuſſus igitur eſt Sanſon abſtinere à vino, ne, ſi quando immoderatiùs biberet, temulentus ageretur in furias, atque in obuios quoſque ſine delectu irruens deſæuiret.

Poteſtas cũ paſſione furis & inſanit.

16. Iudicabit Dan, ac populum gubernabit. Grandis quidem honor, ſed grandius haud dubiè onus. Aſcenſor erit equi; ſed tamen erit in via coluber, qui venenum ſpargat, cerastes, quæ pedem feriat equi, & equitem proſternat, proſtratum perimat. Quod Procop. egregiè ſic euoluit. *Dan gubernabit: nec tamen miſeria vacabunt qui imperij gubernacula tenebunt. Populus enim, qui ipſos perſequetur, erit vt ſerpens viam obſidens, & morſus infigens vngula equina, id eſt, graues & laborioſos dans morſus.* Optimè quidem. Sic enim à natura comparatum eſt, aut a Deo ſic humanam clationem comprimente ſapienter diſpoſitum; vt qui præeſt, qui imperat, ab ipſis quoque ſubditis grauia interdum patiatur; tótque habeat hoſtes, quot ſubditos, qui aut illius vitam petant inſidiis, aut famam virulentis proſcindant linguis, aut adulando miſerum decipiant, aut criminando alios rectorem è recto iuſtitiæ, rationiſque ſtatu deiiciant, dum illum commouent aduerſus innocentem: atque adeò illius præfecturam reddant iniquam; hominis nomen omnibus odioſum, & execrandum efficiant. Caueat igitur qui regit ſibi à ſubditis, illorum obſerueri inſidias; aculeos, venenum, morſus, dolóſque deuitet, ſi tamen poſſit. Multos enim timere debet, quem multi timent. Et cùm hæc ita habeant; amant cuncti hæc ipſa pericola, rident colubros, cerastes nihili penſitant, modò emineant, regant, vel ſaltem (ô & cæcitas, & infirmitas mortalium!) triennalem, aut etiam annuam vel in paucolos gerant præfecturam.

Procop. Magnas et in ſeculo ſuas habent miſerias.

Subditi hoſtes ſui rectoris.

Cauent ſibi qui regit à ſubditis ab hoſtibus.

Immoderata gubernãdi cupiditas.

17. *Salutare tuum expectabo Domine.*] Legunt L X X. *ſalutem tuam.* Chal. *redemptionem, ſaluationem.* Poteſt reddi optimè: *I E S V M tuum expectabo.* Sed quorſum in hunc tam nouum, tam admirabilem, tam dulcem Iacob prorupit affectum? Planè prophetico illuſtratus ſpiritu, cùm de Sanſone futuro ſuæ gentis liberatore tam multa prædixiſſet, ſubitò conturbatus & perculſus occurrente reuelatione de Antichriſto ex eadem tribu naſcituro, cuius ferітas colubros & cerastes eſſet ſuperatura, totus exhorruit Patriarcha. Quare in Meſſiam, cuius paulò antè in prophetia de Iuda meminerat, tanquam in liberatorem totius humani generis, debellatorem Antichriſti, vnicum viuorum atque mortuorum perfugium, ſpem, ſolatium, ſalutémque animo & cogitatione ſe conuertens exclamauit. Hæc etiam potuit eſſe cauſa iſtius exclamationis. Præuidens ſcilicet Iacob ſub finem mundi Iudæos pro vero Meſſia Chriſto I E S V de tribu Iuda recepturos Antichriſtum filium perditionis, mortalium omnium nequiſſimum, ipſam prorſus abominationem deſolationis; naſciturum quidem hoc monſtrum ex tribu Dan, tam execrandum vir ſanctus flagitium abominatus clamauit. Abſit hoc à me: non ego tale monſtrum recipiam. Sed tamen cùm homo ille peccati apparuerit, & ſederit in loco ſancto;

Ben. Bernard. in Geneſ. tom. 3.

A mundúmque & ſubiugarit & peruerterit; tunc ego expectabo ſaluatorem: aduentus enim Antichriſti erit prænuncius Chriſti appropinquantis ad iudicium, cuius ſpe ac deſiderio iuſti omnes mirandum in modum exultabunt, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei.

Aduentus Antichriſti prænuncius Chriſti aduentantis ad iudicium.

18. Triſtiſſimum & acerbiſſimum propter vniuerſalem Eccleſiæ Chriſtianæ perſecutionem erit tempus & regnum Antichriſti: ſed incredibilem tamen gaudij voluptatem ſeruis & fidelibus Chriſti afferet: quòd ſcilicet in proximo eſſe aduentũ Domini certiſſimis ſignis intelligẽt: iis enim Dominus ipſe prædixit: *Cum videritis hæc omnia, ſcitote quia propè eſt in ianuis.* ſcilicet
B aduentus filij hominis. Matth. 24. item: *His fieri incipientibus reſpicite, & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra.* Luc. 21. & infra: *Cum videritis hæc omnia, ſcitote quia propè eſt regnum Dei.* ibid. Hoc illud eſt, quod Chriſti fideles & optare & poſtulare profitemur edocti ſcilicet ab ipſo Chriſto Domino precari: *Adueniat regnum tuum.* Matth. 6. *Cùm verò regnum Dei* (animaduertit Tertull.) *quod vt adueniat oramus, ad conſummationem ſeculi tendat, optamus maturiùs regnare, & non diutiùs ſeruire. Veniat Domine regnum tuum, votum Chriſtianorum, confuſio nationum, exultatio Angelorum; propter quod conflictamur, imò potiùs propter quod oramus.* lib. de orat. Itaque licèt tempore Antichriſti futura
C *ſit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, neque fiet.* Luc. 21. tamen optabile, ſanctumque iuſtis illud erit tempus: quia ſignum illud certiſſimum & præſentiſſimum ſecundi in mundum aduentus Domini I E S V: qui mox in iudicio vniuerſali dicet ſuis electis. *Venite benedicti Patris mei, poſſidete regnum, quod vobis paratum eſt à conſtitutione mundi.* Matth. 24. Sunt tamen duo, & boni quidem doctores Abulenſ. & Oleaſter, qui negant de tribu Dan Antichriſtum fore naſciturum. Sed illorum pace dixerim, hæc ſemper fuit recepta quædam traditio in Eccleſia, communiſque Patrum & Doctorum ſententia, vt egregiè demonſtrat eruditiſſimus noſter Delrio ad hunc locum.

Matt. 24. Optabilis felixque iuſtis aduentus Antichriſti. Luc 21.

Matth 6. Tertull.

Luc. 21. Iuſti diem iudicij cum gaudio expectant.

Matth. 24.

D 19. Porrò Moyſis benedictio ſuper tribum Dan ſic habet: *Dan catulus leonis fluet largiter de Baſan.* Deut. 33. Legunt L X X. *Catulus leonis & ſaltabit ex Baſan.* Chald. *Dan fortis ſicut catulus leonum, terra eius irrigatur à torrentibus, qui fluunt de Mathnan, hoc eſt, Baſan.* Caiet. & Lyran. exiſtimant deſcribi ſitum fortis Dan; & in ea ciuitatem Lachis, quam Danitæ de tribu ſua vocarunt Dan, vt proditum eſt, Iud. 18. Aiunt enim ibi eſſe fontem principium Iordanis, qui fons ſubterraneo meatu fluit ex quodam alio fonte, qui eſt in terra Baſan, & proptereà dicitur: Dan ſaltabit, vel fluet, vel egredietur de Baſan. hæc illi. Conſonat paraphr. Chald. *Terra eius irrigatur*, &c. Dan poſteà nominata eſt Paneas, ſed Philippus Te-
E trarcha tempore Chriſti Domini inſtauratam vrbem de Cæſaris & ſuo nomine Cæſaream Philippi appellauit. Altera interpretatio eſt: In regione Baſan robuſtiſſimos & rapaciſſimos fuiſſe leones, qui ex improuiſo in homines & iumenta inſiliebãt: iis igitur cõparari Danitas: quo ſignificatur eos fore audaces, robuſtos, bellicoſos, callidóſque: cuiuſmodi planè fuerunt ſexcenti illi viri de tribu Dan, qui vrbẽ Lais derepentè ceperunt, de qua paulò ante. Quòd ſi hæc benedictio data Dan à Moyſe intelligatur propter Sanſonem, qui ex

Deut 33.

Caiet. Lyra.

Danitæ fortiſſimi.

tribu Dan leones ipſos à fortitudine & audacia & calliditate contra Philiſtæos longè ſuperauit, illud hinc optimè colliges quantæ ſit excellentiæ virtus, vt etiam in vno viro effloreſcens totam illius tribum nobilitarit; ac denominarit. Nam cùm vnus tantummodò fuerit Sanſon ipſis leonibus fortior atque audacior; totam illius tribum fœtam leonibus ſyluam appellandam fore meritò diuinus Autor iudicauit. Infamat vnius malitia totam illius tribum: nobilitat vnius virtus & glorioſam reddit vniuerſam nationem.

Vnius virtus totam nationē nobilitat, vitium infamat.

Prophetia Iacob de Gad.

Gad accinctus præliabitur ante eum, & ipſe accingetur retrorſum.

Benedictio Moyſis ſuper Gad.

Benedictus in latitudine Gad: quaſi leo requieuit, cepítque brachium & verticem. Et vidit principatum ſuum, quod in parte ſua doctor eſſet repoſitus: qui fuit cum principibus populi, & fecit iuſtitias Domini, & iudicium ſuum cum Iſraël. Deut. 33.

SECTIO XVI.

1. G*Ad accinctus præliabitur.*] Gaditę petierunt à Moyſe vrbes & oppida Amorrhęorum, quæ iam deletis ad vnum habitatoribus ceperant citra Iordanem, impetrarúntque eâ conditione, vt armati ante alias tribus tranſirent Iordanem, iuuaréntque fratres in expeditione terræ promiſſionis, quæ per alias tribus erat diuidenda, quod ſcribitur Numer. 32. Id quidem impigrè ac fideliter Gaditæ præſtiterunt; & ſubactâ tam terra promiſſionis, diuiſáque per tribus Iſraël reuerſi ſunt in terram Galaad, quam à Moyſe acceperant, vt conſtat ex cap. 22. Ioſue. Totum hoc comprehendit ipſa paraphr. Chald. quæ ſic habet: *De domo Gad caſtra armata erunt, quando tranſibunt Iordanem, ante fratres ſuos ibunt ad bellum, & cum multa ſubſtantia reuertentur in terram ſuam.* L X X. ita. *Gad tentatio tentabit eum, & ipſe tentabit eum iuxta pedes.* S. Hieron. aliter etiam transfert. *Gad latrunculus latrocinabitur eum, & ipſe latrocinabitur plantam.* Pagnin. ita vertit. *Gad exercitum ſuccidet, & ipſe ſuccidet calcaneum.* Montanus ita: *Exercitus ſuperabit eum, & ipſe ſuperabit.* Oleaſter ſic. *Gad exercitus exercitabit eum, & ipſe exercitabitur in fine, ſeu à tergo.* Tam multiplex eſt variáque ex fonte Hebræo tranſlatio: ſed tamen vnus idémque ſenſus. Videlicet, quamuis magnam difficultatem experturi ſint Gaditæ in debellandis trans Iordanem Chananæis, cùm fratres ſuos in bello præibunt armati; ad extremum tamen illas debellabunt & eiicient de terra diuinitùs promiſſa Hebræis. Portò Gad ſignificat cōgregare exercitum: Accinctus ſignificat armatum, vel expeditum, & ab omnibus impedimentis vacuum: reliquerunt ſiquidem citra Iordanem in regione à Moyſe illi tribui aſſignata, vxores, liberos, pecora, & omnem, quam habebant ſubſtantiam. Accingetur retrorſum. Senſus eſt ex Hebr. Ipſe ducet exercitum in veſtigio, ſeu per veſtigia, vel retrò ſiue à tergo. Videlicet poſtquam Gaditæ vicerint Chananæos, tum ipſi per eadem veſtigia, ſeu per eandem viam reducent exercitum ſuum redeuntes in ſuam hæreditatem. hæc eſt litera.

2. Mira profectò virtus Gaditarum, & quæ per omnes gentes ætatéſque debeat celebrari. Cùm enim iam ſortem ac poſſeſſionem ſuam citra Iordanem pacificè haberent: nihilò tamen minùs quietem ſuam vtilitati fratrum ſuorum poſthabentes, relictis vxoribus, & liberis, ac latibus, armati omnibus belli periculis atque itinerum incommodis ſe obtulerunt non ſua quærentes, ſed quæ ſuorum fratrum. Summâ quidem ſemper commendatione digni extiterunt, qui ſuæ vel voluptatis, vel vtilitatis, obliti proximorum rebus conſulere conati ſunt. Hanc ipſam & quidem eminentem in Moyſe virtutem Dominus agnoſcens, hominem legauit in Ægyptum, Hebræi populi ducem conſtituit, cùm tamen eſſet tardioris linguæ: atque ad illud munus obeundum habilior Aaron, quia eloquens, aut Ioſue quia ſtrenuiſſimus, eſſe videretur. Quorſum igitur electus à Deo Moyſes? *Moyſes* (reſpondet S. Ambroſ.) *hanc priùs orſus eſt tentamenta bellica fortitudinis, cùm vidiſſet Hebræum ab Ægyptio iniuriam accipientem defendit ita, vt Ægyptium occideret. Non enim in viribus corporis & lacertis tantummodo fortitudinis gloria eſt, ſed magis in virtute animi, neque in inferenda, ſed in depellenda iniuria lex virtutis eſt.* lib. 1. offic. cap. 36. O mirum viri virtutem, qui cùm in Ægypto ſummâ rerum affluentiâ potiretur, tamen propriæ commoditatis oblitus miſero, qui vexabatur, potiùs, quàm tranquillo rerum ſuarum ſtatui cenſuit conſulendum! Dignus planè vir, quem gentis Hebrææ ducem ac principem Deus elegerit. Eandem quoque Moyſis virtutem admiratus Raguel, hominem licèt ignotum, peregrinum, exulem elegit, cui filiam locaret. Nimirum (vti expendit. S. Gregor. Nyſſ.) *tanta fuit ſacerdos ad prænoſcendum bonorum ingenium prudentia, vt vnicâ re geſtâ, quam aduerſus paſtorum vim magno animo fecerat, adoleſcentis virtutem conſpexerit, quòd non proprio lucro aut laude, pro iuſtitia commotus pugnauerit: ſed iuſtum ipſum per ſe ac naturâ ſuâ honeſtum iudicans paſtores, qui nihil in ſe ipſum peccauerant, caſtigauit, alienámque iniuriam repulit.* lib. de vita Moyſis. Scilicet ex Ægypto fugiens Moyſes cùm veniret in terram Madian, Raguelis filias à paſtorum iniuriis iuxta puteum adaquationis ergo vindicauit: vt ſcribitur Exod. 2. Quod quidem Moyſes præſtitit ſuo cum periculo, cui tamen ſe libens obiecit pro vindicandis ab iniuria fœminis.

Magna virtus propria commoda vtilitati proximorū poſthabere.

S. Ambr.

Moyſes à Deo electus ob zelum proximorū.

S Greg. Nyſſ.

3. Optimè Gad accinctus fratres ſuos ad bellum præcedit. Verbo ſcilicet & exemplo armatus præit contra hoſtes animæ primò quidem Prælatus. *Boni ſiquidem* (ait S. Bernard.) *paſtores non ceſſant impinguare pecus boniſque & lætis exemplis, & ſuis magis, quàm alienis.* ſer. 76. in Cant. forte quò ſubditi ſic exilem, ſic macram habent in ſtudio virtutis vitam cauſa eſt carere pinguibus & affluentibus paſcuis, nimirum ſanctit in prælato exemplis vitæ. Deinde Religioſus; qui verè Gad accinctus & expeditus ab impedimentis ſeculi præit omnibus ad cœlum rapiendum religioſæ ſanctæque vitæ, vti ab illo ſperant, exigúntque laici, exemplo; compoſitóque ad

S Bernard. Efficax exemplum prælati.

Pinguia paſcua boni prælati exempla.

ad omnem virtutem totius corporis habitu; quo quidem ab illis magis, quàm veſte diſcerni debet. Religioſorum igitur exercitus (ó verè Angelorum choris acies æmula!) præit fratribus, pro illis pugnat, illos armis ſuis tuetur. Quibuſnam quæſo? audi S. Gregor. Nazian. *Religioſorum lacrymæ peccati diluuium: eorúmque extenſæ manus inter precandum extinguunt flammas.* orat. 3. Præcedunt quoque fratres ad bellum diuini verbi prædicatores, qui doctrinâ inſtruunt, & exemplo mouent. Pulchrè à Clem. Alexand. dicuntur *noſtra vitæ auriga* lib. ad gent. Hi ſunt, qui iuxta S. Hieronym. *in hoc mare ſagenam Euangelij mittunt, quæ teſtimoniis texta eſt ſcripturarum, vt piſces obrutos mundi huius gurgitibus in auram extrahat liberam.* in cap. 10. Zachar. Hac ſagenâ expiſcator prudens & doctus concionator: at ridiculos, & vanus tabula telas aranearum expandit, vt muſcas & culices ſcilicet rudem plebeculam in vanam admirationem, venetur.

Religioſus cæteris ad cœlum exēplo præit.
S. Gregor. Nazian.
Lacrymis & precibus pugnat religioſus.
Clem. Alex.
Prædicator noſtra vitæ auriga.
D. Hier.
Prædicator animarum piſcator.
Vanus prædicator muſcas & culices venatur.

4. *Et ipſe accingetur retrorſum.*] Significat (quod non vulgaris eſt commendationis) Gaditas dum bellis confectis, ſubiugatáque Chananitide reuerterentur ad ſuam ſortem citra Iordanem, cautè ac prudenter inceſſiſſe; neque militaribus ſpoliis onuſtos militaris diſciplinæ oblitos nouis hoſtium incurſionibus patuiſſe: quod victores interdum malè cautos proſternit: dum enim auidiùs inhiant ſpoliis, vel illis nimium grauati & impediti gradiuntur, ac proinde militari excidunt ordine; ſubitò ingruentibus hoſtibus opprimuntur: & ſuâ ſæpè vincuntur victoria, ſuo ſepeliuntur triumpho. Quòd ſi prudentis eſt poſt victoriam cautè ſe gerere, vt hîc fecerunt Gaditæ: multò magis prudentem ſe cautúmque ſe gerat neceſſe eſt, qui victor eſt in tentationibus diaboli, & periculis animæ. Nec enim vllus in hac vita eſt animæ ſtatus, in quo libera illa omninò ſit & ſecura à tentationibus. Quid quæſo ſicut dulcius, ita ſecurius animæ iuſtæ poterat eſſe, quàm cum Deo ſuo in eodem, ad quem ipſum inuitauerat, lecto quieſcere? at ibi tamen eum Deo quieſcenti tot erant adhuc pertimeſcendi hoſtes, formidanda cauendaque pericula; vt grandi armatorum cuſtodiâ indigeret ad ſui ſecuritatem. Iccircò aiebat: *En lectulum Salomonis*; hoc eſt, ſponſi & Regis pacifici; Dei ſcilicet hominis, *ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi.* Cant. 3. adiungit ad maiorem adhuc quieſcentis in lecto cuſtodiam: *Vnuſquiſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.* ibid. Explicat verò Theodoret. *Lectulum ambiunt ſponſam ab hoſtium incurſionibus cuſtodientes.* ibid. Imò tunc acriùs vrget hoſtis, cùm ſe victum, & hominem cernit victorem: vti admonet S. Cyprian. *Nunc eſt* (inquiens) *vt magis inſidiantem aduerſarium metuas, qui fortiorem quemque magis aggreditur; & acrior factus hoc ipſo, quòd victus eſt, ſuperantem ſuperare conatur.* epiſt. 6. Quid? An non victor homo ex Dei gratia, aut Deus per hominem præcidit caput ſerpentis; iuxta illud: *Percuſſiſti caput de domo impij.* Abachuh 3. Quid ergo timendum vlteriùs ab hoſte truncato? At vno (ó rem ſtupendam!) præciſo mille confeſtim repullulant: iccircò dictum: *Confregiſti capita draconis.* Pſalm. 73. Quorum tamen capitum confractio ſolius eſt diuinæ virtutis. De Deo ſcilicet eam celebrat victoriam Prophetia.

Incauti victores interdū à victis opprimuntur.
Numquā in hac vita nobis eſt ſecuritas ab hoſtibus animæ.
Cant. 3.
Diabolus ab homine victus cōtra victorem acrius inſurgit.
Theod.
S. Cypr.
Abac. 3.
Vno abſciſſo capite plura in diabolo repullulant.
Pſal. 73.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A 5. Ad literam ſermo eſt de Pharaone, quem Hebr. vocat hîc *Leuiathan*, vulgata *Draconem*, cuius capita ſunt illius principes, ac duces, qui dum perſequuntur Hebræos, medio ipſo diſrupto aquarum pelago, recurrentibus ſubinde hauſti ſunt à vorticibus. Sed quâ ratione maris aquæ ſunt diuiſæ, ac ſubitò etiam coniunctæ Pharaonem & Ægyptiorum currus & equites ſubmerſerunt? Extenſa nimirum virga Moyſis diuiſit mare, vt tutò ingreſſi Hebræi ſicco veſtigio in vlteriorem euaderent arenam illæſi, atque ouantes: & Ægyptij à refluentibus per eandem iterum extenſam virgam vndarum gurgitibus intercepti, atque ſuppreſſi perierunt, vti conſtat ex cap. 14. Exod. At quænam alia tandem
B hæc virga virtutis, quam celebrat vates, Pſalm. 109. niſi quæ ob multitudinem & magnitudinem miraculorum appellatur equitatus Dei, iuxta illud: *Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilaui te amica mea.* Cant. 1. Nimirum Virgo eſt beatiſſima & digniſſima Dei mater, tantæ ſcilicet virtutis, vt meritò ipſa dicatur equitatus Dei. Sic enim locum interpretantur Rup. & Honor. ibid. Hæc diaboli vires confregit, inferni debilitauit potentiam: hæc ſuâ ope, ac patrocinio fidelibus viam per maria huius mundi expedit, eóſque ſicco veſtigio per amarum mortis pelagos ducit illæſos; tandémque in vlteriore ripa æternæ immortalitatis ſiſtit de diabolo triumphantes, illúdque cum Moyſe ac Maria
C concinentes: *Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt. Equum & aſcenſorem proiecit in mare.* Exod. 15. Eſt illa quidem (vt loquitur Damaſc.) *officina medicinæ ægrotantibus, fons perennis curationum, remedium contra dæmones, ciuitas refugij omnibus ad illam confugientibus.* orat. 2. de dormit.

Hebræorum trāſitus per mare rubrum.
Exod. 14.
Sancti Ægyptij in mari rubro.
Cant. 1.
B. Maria equitatus Dei, virga Moyſis.
Suos B. Maria ducit ad cœlum ſecuros.
Exod. 15.
B. Maria fons perennis curationum.
S. Damaſc.

6. Porrò autem Moyſis benedictio ſuper tribum Gad ſic habet: *Benedictus in latitudine Gad: quaſi leo requieuit, cepítque brachium & verticem: & vidit principatum ſuum, quod in parte ſua doctor eſſet repoſitus, qui fuit cum principibus populi, & fecit iuſtitias Domini, & iudicium ſuum cum Iſraël.* Deut. 33. Quibus verbis Moyſes tribum Gad commendat ex latitudine terræ, quam ſatis amplam & ſpatioſam, ac fertilem ſortiti ſunt Gadi-
D tæ. Deinde ex fortitudine ac robore virium: nam Gaditæ inſtar leonum irruebant in hoſtes, prælianteſque vno ictu caput aduerſarij cum brachio & pectore ſecabant. Ita exponit Abulenſ. quæſt. 8. in 2. Numer. quod quidem etſi prodigioſum planè habeatur, non tamen incredibile videri debet; cùm ſimilia bellici roboris portenta de noſtris Luſitanis celebrentur. Enimverò Laurentius Almeida filius Franciſci primi In India Proregis, cum à Centurione Saraceno peteretur, elatam vtraque manu machæram in hoſtem demiſit iis viribus, vt barbari caput ad ipſum vſque pectus horrendo prorſus hiatu diffiderit. Ita ſcribit Maffeius lib. Indic. hiſt. 3. Deinde poſt aliquot annos Malacæ, cùm à Saracenis
E obſeſſa teneretur, Ægidius Fernandius Caruahus adoleſcens elatam quoque vtraque manu machæram (Montante dicimus) iis demiſit in Saracenum viribus vt hominem à capite ad crura vſque diſciderit: ac ſubinde alterum è barbaris vmbilico cæſum duo in fruſta diuiſerit. Hæc teſtis oculatus & locuples ſcripſit ex noſtris ſacerdotibus Franciſcus Perez natione Hiſpanus. Sunt apud nos ipſius literæ.

Deut. 33.
Eximium robur Gaditarum.
Abulenſ.
Duo prodigia roboris virium in duobus Luſitanis.
Maffeius.

7. Denique felicior habetur ſors Gaditarum, A quòd apud eos dux, doctórque Hebræorum in valle iuxta montem Nebo ſepultus à Deo ſit Moyſes, vir planè omnibus titulis admirandus. Magnáque proinde aſſurgit commendatio Gaditarum ex Moyſis corpore apud ipſos ſepulto; non minùs quidem, quàm ſi viuus ibi Moyſes cum Gaditis moraretur. Summo enim in pretio ſemper habitę ſunt reliquiæ ſanctorum hominum. Sic Moyſes ipſe cùm ab Ægypto Hebræos extraheret ad terram promiſſionis, *Tulit* (vt ſcribitur) *oſſa Ioſeph ſecum.* Exod. 13. vbi hæc optimè Procop. effatur. *Hebræi, quia carnalia ſectabantur, iuſſi ſunt mutuo accipere aurea & argentea vaſa: Moyſes autem elegit viri iuſti oſſa, quæ præferebat immenſis Ægyptiorum theſauris.* ibid. Scientes quidem artifices magno in pretio habent margaritas, etſi vt B primò à terra extrahuntur, impolitæ, nulliúſque pretij ab imperitis eſſe iudicentur. Quid ſi etiam gemmas porcus offendet: nónne roſtro fœdabit; & pede conculcabit, lutum potiùs ac ſordes eligens? O ſtoliditatem! ô cœnum! ô verè porcinam turpitudinem hæreticorum, qui ſanctorum reliquias tanto in pretio à fidelibus ſcientiſſimis rerum æſtimatoribus, imò & ab Angelis, atque ab ipſo Deo habitas fœtido proſcindunt ore, atque deſpuunt!

Deut. 34.
Pretioſa ſanctorum reliquiæ.
Exod. 13. Procop.
Hæretici ſuos reliquias ſanctorum deturpant.

8. Certè ad conſeruandam, roborandámque fidelium pietatem, ſimulque ad propulſandos cacodæmonum incurſus, debilitanda vitiorum tentamenta valent plurimum ſanctorum reli- C quiæ. *Cur quæſo* (vt ſcribitur) *Moyſes ſeruus Domini mortuus eſt in terra Moab iubente Domino, & ſepeliuit eum in valle terræ Moab contra Phogor.* Deuter. 34. Scilicet è regione fani, in quo idolum omnium turpiſſimum, (à Latinis dicitur Priapus) ſepultus à Domino eſt Moyſes. En quod cœmeterium ſepulturæ ab ipſo Deo tanti Prophetæ deſtinatum eſt! Quorſum ita? *Vt cùm propè eſſet* (reſpondet Procopius) *impoſturam eius dæmonis diſſolueret. Et vt Iſraëlis accolæ legiſlatorem inſpiciendo ad pietatem inſtruerentur.* ibid. Addiderim ego non minùs verè propriéque, ſepultum iccircò apud Gaditas primus & cultores & debellatores terræ promiſſionis Moyſen; vt illius præſidio ſeruarentur, illiúſque ſanctitate, quæ in memoria mor- D talium viueret, fruerentur. Sed (proh Deum clementiſſimum!) habentur à Moyſe in pretio ſuper omnes Ægyptiorum theſauros oſſa mortui Ioſeph: & in ipſius Moyſis ſepulchro tantam vim eſſe voluit Dominus contra dæmones, contra vitiorum ſordes, contra dæmonis turpiſſimi illius impoſturam, & contra barbarorum incurſus! Quid obſecro dicendum eſt de tuo ipſo (ô Domine Deus!) ſacroſancto corpore, quod in tua Eccleſia Catholica non mortuum, ſed viuum, ſed glorioſum reliquiſti in ſacro Euchariſtiæ myſterio: ex quo planè tanquam ex fonte bona omnia in Eccleſiam ipſam Catholicam, atque in ſingulas fidelium rite accedentium animas perenniter emanant! Aperiam hoc loco (vti iubes) Do- E mine Deus, & attraham ſpiritum: *impinguabitur Deo anima.* Amplius quid dicam nec ſcio, nec poſſum. Deo ſcilicet in tam venerabili, amabilíque ſacramento ſilentium laus. (Denique Debbora ſuo illo in Cantico nihil aliud commemorat de Gaditis, quàm iſtud: *Galaad trans Iordanem quieſcebat.* Iud. 5. Quare vel non inuitati, vel nolentes, ad ſacrum illud cum fratribus bellum iere. Planè à primis illis maioribus ſuis Gaditis & zelo boni communis, & caritate in

Deut. 34.
Ex ſepulchris & reliquiis ſanctorum multa hominibus bona.
Procop.
Dæmones & vitia fugantur à reliquiis ſanctorum.
Perennis bonorum fons in Euchariſtia.
Pſal. 118.
Pſal. 64.
Iud. 5.
Ab auorum gloria nepotes degenerant.

A fratres, & fortitudine animi multum degenerarunt: quod quidem omnibus mundi prouinciis, nationibus, & gentibus commune vſitatúmque ſemper fuit, vt auorum gloria cum ipſis nata ſimúlque ſepulta, nec ad poſteros eadem & illæſa tranſiſſe videatur.

Prophetia Iacob de Aſer.

Aſer: pinguis panis eius: & præbebit delicias Regibus.

Benedictio Moyſis ſuper Aſer.

B *Benedictus in filiis Aſer, ſit placens fratribus ſuis; & tingat in oleo pedem ſuum: ferrum & æs calceamentum eius. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & ſenectus tua.* Deut. 33.

De Cantico Debboræ.

Aſer habitabat in litore maris, & in portubus morabatur. Iud. 5.

SECTIO XVII.

C

1. A*Ser: pinguis panis eius.*] Prædicit Iacob ſummam fore vbertatem ſortis Aſer. Nomine *panis* intelligit omnia, quæ ad victum ſunt necellaria, qui hebraiſmus ſatis eſt frequens in ſcriptura quo etiam Luſitani vtimur. Iuuat hanc terræ iſtius fœcunditatem vicinitas Ptolemaidis, & Phœniciæ, ac negotiationum maritimarum. Quare ſorti Aſer & quæ tellus profert, & quæ maris commercium importat, largiter admodum obueniunt. *Et præbebit delicias Regibus.* Senſus eſt: huius terræ Aſeritarum adeò ſuaues & delicatos fore fructus, vt vel ipſis Regibus futuri ſint in deliciis: atque ad eorum menſas auidiſſimè conquirantur. Sic habet prophetia Iacob: at bene- D dictio Aſeritis data per Moyſen hæc eſt.

2. *Benedictus in filiis Aſer.*] Porrò Aſer nomine ipſo felicitatem ſignificat ſeu beatitudinem. Quòd nomen illi à matre impoſitum legimus. Cùm enim filium hunc peperiſſet Lia, incredibili gaudio exultans dixit: *Hoc pro beatitudine mea, beatam me dicent mulieres: propterea vocauit eum Aſer.* Geneſ. 30. Igitur quam nomine ſuo præferebat, eandem in ſorte accepit felicitatem regionis amœniſſimæ & pinguiſſimæ; vbi tanta olei abundantia, vt poſſint etiam Aſeritæ pedes oleo tingere: & inde conficiant pretioſiſſima vnguenta, quibus Orientales populi, maximè Reges vtuntur: vti ex Pſalm. 14. colligitur: *Oleum peccatoris non impinguet caput meum.* Et illo E ex loco Euangelij: *Mulier caput Domini vnguento perunxit.* quod factum Dominus Phariſæo obiecit: *oleo caput meum non vnxiſti.* Luc. 7. Abundantem quoque ſignificat & prædiuitem fore ſortem Aſer venis ferri & æris: tótque illi fodinas; vt de huiuſmodi metallis calceos conficere, & ad viliora etiam obſequia vti poſſint. Ita ſcribunt, qui loca illa peragrarunt: regionem illam Aſeritarum frumenti, olei, aliarúmque ibi deliciarum eſſe feraciſſimam: videríque in ea valle, cuius eſt incredibilis amœnitas, omníſque generis fructuum,

Felicitas bonorum terreſtrium.
Pſal. 14.
Luc. 7.

ctuum, frugúmque fœcunditas. Fauet verſio A Pagnini,& aliorum: *Et ipſe fruetur delicijs Regum.* Chald. vertit: *Fructus bonus terra ſua optimus*, nimirum talibus, vt vel ipſis Regibus deliciarum loco futura ſint. In his itaque felix Aſeritarum ſors conſiſtit: ob eam fortunati habebantur, quibus ea ſors obueniſſet. Sic Luſitani (vt vulgaris celebrat parœmia) felicem ac beatam illis datam à Deo ſortem cenſent ac celebrant, quibus donatum eſt aliquid poſſidere ad ripas Tagi ab Oliſipone per quatuordecim leucas vſque ad Scalabim, dicimus Sautarem: & longè adhuc feliciorem ac beatiorem illorum haberi ſortem, qui ab Oliſipone per duas leucas ad Europum Tagi, vocatur Sacauem, quicquam poſſident. Hos quidem ex vtroque Tagi latere ita fœcundos, B amœnos, lætóſque, vti nunc experimur, & cernimus, iam quondam Strabo, aliíque ſcriptores celebrarunt.

Pagnin.

Felix regio Oliſiponis ad ripas Tagi.

3. Porrò autem ex iam celebri amœnitate vbertatéque regionis in ſortem Aſeritis datæ benè ſequitur pulcherrima illa eorundem commendatio à Moyſe prædicta. *Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & ſenectus tua.* Deut. 33. Significat enim Aſeritas fore decorus ac robuſtos non ſolùm in iuuentute, ſed etiam in ſenectute: quod quidem ipſemet Moyſes in primis præmiſerat: *Benedictus Aſer: Et ſic placent fratribus ſuis.* Tulit enim illa tergo iuuenes formoſiſſimos, virginéſque pulcherrimas: vnde à cæteris tribubus hæc Aſeritarum laudabatur ob pulchritudinem, & decorem fi- C liorum: quod quidem inter mortales ſummo in pretio & gloria ſemper habitum eſt. Id verò ex amœnitate ſalubritatéque ſoli, atque ex temperie cœli prouenire ſolet. Hinc experientia compertum eſt in huiuſmodi regionibus enaſci maximè homines ſanguineæ complexionis: quo ex temperamento & maior viuacitas, & venuſtior facies efflureſcit. Quod Oliſipone, ac præcipuè in amœnioribus locis Luſitaniæ, & plures naſcuntur, & diutius viuunt, & pulchriorem præferunt ore maturitatem coloris: quemadmodum in ſiccis, & ina mœnis multo minor, hominibus ſole petitis, & naſcentium vbertas, & vitæ longæuitas, & oris elegantia.

Deut. 33.

In locis amœnis plures & formoſiores naſcuntur, ac diuturnius viuunt.

4. Verum enim verò tota hæc Prophetia, D itémque benedictio, ſi vlla maximè, refertur ad Chriſtum Dominum, qui eſt finis omnis Prophetiæ ac figuræ in diuinis ſcripturis. Quare optime S.Ambr. ſcribit: *Aſer ſignificat diuitias. Quis igitur diues, niſi vbi altitudo diuitiarum eſt ſapientia & ſcientia Dei? Quis diues, niſi Dominus IESVS, qui abundat ſemper, & non deficit?* cap.9. de bened. Eadem eſt interpretatio Procopij. Sed quomodo diues eſt, qui omnium hominum pauperrimus in ortu, in vita, in morte extitit? Scilicet & natus eſt in ſtabulo, & reclinatus à matre Virgine in præſepi, *Quia non erat ei locus in diuerſorio.* Luc.2. & in vita nec *habuit quidem vbi caput ſuum reclinaret* Luc.9 ac denique ſine lecto, in quo iaceret; ſine veſte, quâ tegeretur in cruce; abſque ſyndo- E ne, quâ inuolutus ſepeliretur; mortuus eſt inter cœlum terramque ſuſpenſus: *Pauper venit* (necurrit S.Ambr.) *in hunc mundum* (adde, & vixit, obiítque) *ſed omnibus abundauit, vniuerſos repleuit.* ibid. Verùm adhuc addubites: qui potuit alios ditare, qui ſibi ſemper egenus fuit? Iſtud planè diuinæ potentiæ ac ſapientiæ miraculum eſt. Meritóque exclamat idem Ambr. *Quantus eſt in diuitijs, qui paupertate ſuâ omnes diuites fecit! Sed pauper pro nobis, diues cum Patre. Pauper ille, vt nos ab inopia*

S.Ambr.
Chriſtus verè, ac ſummè diues.

Procop.

Luc.2.

Luc.9.
Chriſtus in ortu, in vita, in morte pauperrimus.

S.Ambr.

Chriſti paupertas diuites facit.

A *vindicaret iuxta illud Apoſtoli: Propter vos pauper factus eſt, cùm diues eſſet, vt illius inopia vos diuites eſſetis.* 2.Cor.8. ibid. O mira paupertatis Domini IESV opulentia! o ditiſſimum illum pauperem! *Cuius nimirum* (adiungit Ambr.) *inopia ditat, ſanabat fimbria, fames ſatiat, mors viuificat, ſepultura reſuſcitat. Hic ergo diues eſt theſaurus: bonus pinguis panis.* ibid.

2.Cor.8.

D.Ambroſ.

5. Nullus quidem aut natus eſt, aut vixit, aut obiit in terris pauperior; quàm Dei filius Chriſtus IESVS: at nullus verò ſua illa in paupertate ditior & magnificentior ad alios ſumma opum copia locupletandos. Naſcens ille pauperrimus in ſtabulo matrem ſuam Virginem ſupra omnes Angelos locupletauit. In illam ſic filius B Deus omnes ſuarum gratiarum, & cœleſtium donorum theſauros effudit, vt iam ipſemet Omnipotens vllam creaturam magis exaltare, ditaréque non poſſit: cùm certum omninò ſit nihil poſt Deum ſublimius & pretioſius, quàm ipſius Dei matrem aut eſſe, aut cogitari poſſit. *Verè enim* (inquit S. Ioann. Damaſc.) *rerum omnium conditarum Domina effecta eſt, cùm Creatoris mater extitit.* lib.4. de fide. cap.15. Illa ipſa Virgo cecinit: *Fecit mihi magna qui potens eſt.* Luc. 1. *Sciebat nimirum* (ait S.Anſelm.) *Virgo decurſo labentis vitæ ſpatio in latitudinem regni cœleſtis aſcenſuram, ſeque poſt filium omnis creaturæ cœleſtium, terreſtrium, & infernorum perenni iure dominaturam.* lib. de excell. virg. cap. 7. Regina eſt, quæ & Dei filij ſui re- C gnum poſſidet, theſauris potitur, illóſque magnificè ad libitum diſpenſat. Quin etiam ipſammet Virginem Dei magnificentiam meritò appellare poſſumus; vti eam appellauit S. Bernardin. illis verbis: *Vnde* (inquit Propheta) *eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos Deus.* Pſalm.8. *Magnificentia enim Dei dicta eſt Virgo Maria.* tom. 1. conc.61. art.6. cap.4. & alibi eundem verſiculum explicans; adiungit: *Singularis magnificentia Dei fuit B.Virgo: quia in eius exaltatione plus magnificatur; & in eius etiam humiliatione, deuotione, gratiarum actione, & omnium bonorum Dei fruitione plus magnificat Dominum; quàm omnis creatura alia ſimul ſumpta: vnde meritò eleuata dicitur ſuper cœlos, id eſt, ſuper Angelos.* tom.3. ſerm.12. art.1. cap.2. D Eia ergo Domina mundi, cœleſtium theſaurorum & cuſtos & diſpenſatrix, ex iſta precor abyſſo gratiarum in eos, qui tuum dulciſſimum nomen imploramus, illud infunde, quo nos tandem per te locupletati dignè tui filij oculis præſentari, & ſemper aſſiſtere mereamur. Egenus deinde Dei filius factus, qui eſt ipſamet omnium bonorum opulentia; pauperes, piſcatores, Galilæos homines atque illiteratos ita ſuis diuitiis repleuit, vt facti ſuper omnem terram principes poſt Virginem Dei matrem cœleſtibus donis, & gratiis inter omnes creaturas locupletiſſimi & ornatiſſimi habeantur.

B. Mariam omnium creaturarum ditiſſimam & eminentiſſimam Deus fecit.

S.Damaſc.

S.Anſel.
B.Maria omnium creaturarum Regina.

S. Bern.
B.Maria Dei magnificentia.
Pſal.8.

S.Bern.
Deus in B. Maria.

6. Sed illud vti excellens, nouum, ac rarum haberi, & æſtimari debet in benedictione Moy- E ſis: *Benedictus Aſer, placens fratribus ſuis.* Aſer ergo diues, & felix, & nihilo minùs placens fratribus. O mira felicitas! ô noua benedictio! Diuitem & felicem fratrem etiam à fratribus non inuideri: quid quæſo magis aut expetendum, aut ſuſpiciendum? Inuidia primò omnium inter fratres nata fratrem in fratrem armauit; non niſi fraterno atque innocente ſanguine ſaturari potuit: vt ſuo iam loco vidimus. Nihil æquè inimicum & periculoſum homini, atque ſua propria felicitas: hæc malorum inuidiam conflat, animos ſuccendit,

Mira felicitas gloriosum fratrem à fratribus nõ inuideri.

Inuidia nata inter fratres.

Inimica homini ſua felicitas.

ora in prælium acuit. Apparuit inter gentes Iſraël A mirà quadam felicitate conſpicuus: ergo vbi oculos nouo ſuo ſplendore præſtrinxit, ibi ſuam in perniciem gentes armauit. *Nunquid* (clamat Hieremias) *auis diſcolor hereditas mea mihi? Nunquid auis tincta per totum?* cap. 12. En decor, en ſplendor, en felicitas Hebræi populi. Quid deinde? *Venite, congregamini omnes beſtiæ terræ, properate ad deuorandum.* ibid. O infelix illa felicitas! ô ſplendor exitialis! ô quanto illa felicior auis; ſi diſcolor, ſi tincta per totum non fuiſſet! Nihil tam homini aduerſum, quàm ſuper alios eminere. Proh quàm multæ eui bratæ cominùs haſtæ: quot perſecutiones, exilia, funera, timores, pericula; mórſque ipſa oculis animóque iugiter obiecta Dauidi enata ſunt ex illa victoria, ex illo præciſo B gigantis capite, ex illo triumpho, atque ex illo cantu puellarum: *Saul vicit mille, & Dauid decem millia*; 1. Reg. 18. Nec fratribus parcit inuidiæ peſtis, qua domus ipſa Iacob, vt in Ioſeph vidimus, conflagrauit.

Hier. 12.

1. Reg. 18.

7. An ideò placens fratribus, quia diues, quia honoratus, quia felix? Quippe cùm ſæpè contingat, vt etiam maleuuli compreſſa vel diſſimulata inuidia diuitem comitentur, honorato aſſententur, felici ablandiantur, quo aliquod lucrum inde poſſint expiſcari? Grandis quidem ſolet diuitem vmbra comitari: ad diuitis focum ſtudent omnes calefieri. Hoc ipſum aliquando expertus Iob cùm regno floreret, mutata ſubinde fortuna poſitus in ſterquilinio infidam ſuorum amicitiam conqueſtus deplorabat. *Fratres mei præterierunt me, ſicut torrens qui raptim tranſit in conuallibus.* Iob 6. Explicat S. Thom. *Conſanguinei mei dereliquerunt me. Loquitur enim ad ſimilitudinem ſimul in via incedentium; ac ſi vno cadente in foueam, alij nihilominùs procedant.* Mecum (inquit) conſanguinei mei in bona amicitia, fraternáque caritate perſeuerabant; (Luſitanè *corriam comigo*) at vbi cecidi, inopem miſerúmque videntes deſeruerunt, vltrà non tam incedentes, quàm fugientes. O miſeram! ô inuiſam omnibus filiis huius ſeculi paupertatem! inſtar torrentis, qui ex alto præcipitans in ſubiectam vallem, illam interim luto, vliginéque inficiens, cœco vlterius impetu ad flumen, indéque ad mare defertur. Euidens D planè argumentum illos non meam, cùm felix eram, amicitiam, niſi propter ſuam vtilitatem quæſiiſſe. Non me illi, ſed mea, imò & ſeipſos amabant. *Omnes quærunt quæ ſua ſunt.* ad Philipp. 2. *Inuoluta* (adiungit) *ſunt ſemitæ greſſuum eorum.* ibid. *Quod inuoluitur* (declarat S. Thom.) *in ſeipſum quadam tortuoſitate redit. Illorum quidem ſemitæ inuolutæ ſunt, qui in conſanguineis & amicis nihil, niſi propriam vtilitatem quærunt.* ſic S. Tho. Infidi, mendaces; non amici, veri hoſtes amicorum & fratrum: ſui tantùm ipſorum amatores. *Confuſi ſunt* (concludit Iob) *quia ſperaui. Confuſi ſunt, ſcilicet venire ad me, quia tempus erat, in quo ab eis auxilium ſperare debebam.* ita S. Thom. Sic habet perfidia malorum amicorum: importunè ſe ingerunt E amico, quem diuitem ſentiunt, & in honore conſpiciunt: at vbi verſa fortuna miſerum excidiſſe vident, & amicorum egere ſubſidio ſuſpicantur; velis remiſque inde aufugiunt.

Diuitem omnes honorant.

Iob 6.

S. Thom.

Falſa erga diuites amicitia.

ad Phil. 2.

Iob. 6.

S. Thom.

Perfidia amicorum qua ſe, non amicos amant.

Iob. 6.

S. Thom.

Falſi amici aufugiunt à miſeris.

8. *Benedictus Aſer, placens fratribus ſuis.* Bono, ſcilicet vitæ exemplo gratus omnibus, ad virtutem ductor præiens cæteris. *Lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius.* Zach. 9. Sic appellat iuſtos, qui exemplo cæteros in viam virtutis dirigunt. Vt enim ſurrecti ad biuia, vnde plures aliò A aliæ panduntur viæ, lapides viſuntur, qui proptereà ex Hebræo fonte vocantur hic lapides ſeparationis, ſeu lapides ſeparati: ſic planè habent qui probitatis exemplo conſpicui, & è reliquo populo eminentes ac ſeparati viam virtutis demonſtrant: & per ſemitam mandatorum Dei rectò incedere, alacriter currere, ad Deum peruenire docent. Verè lapides ſancti: quippe cùm in ſeipſis habeant, & aliis imprimant ſanctitatem: quod quidem ſummum eſt argumentum ſanctitatis. Vertunt alij: *Lapides diadematis.* His enim & Eccleſia Dei, & ipſemet Chriſtus tanquam pretioſiſſimis & pulcherrimis margaritis ad maiorem lætitiæ voluptatem, & ſuæ maieſtatis demonſtrationem coronatur.

Zach 9.

Viri iuſti ſuo exemplo aliis præeūt & monſtrāt viam ad cœlum.

Erecti lapides in via virtutis.

Margaritæ ſunt in corona Chriſti & Eccleſiæ qui bonum præbent exemplum.

9. At licèt hæc omnia egregiè conteſtentur B præſtantiſſimam & ornatiſſimam eſſe benedictionem Iacob & Moyſis datam Aſer, Aſeritarúmque tribui: illud tamen: *Pinguis panis eius, & præbebit delicias Regibus:* vſque adeò excedit, vt nulla poſſit oratione explicari. Nam quis eſt iſte panis pinguis, niſi panis qui de cœlo deſcendit, panis vitæ, corpus Domini IESV in venerabili pariter & amabili Euchariſtiæ ſacramento: quæ ſumma eſt omnium, quas diues & felix Aſer Deus homo è cœlo in terras attulit, felicitas & opulentia? Quis pinguior panis, quàm qui vita ipſa eſt, & animam quæ nullo terreſtri cibo alitur, reficit, viuificat, pinguefacit, roborat, Deo plenam reddit? *Hic panis eſt, in quo* (inquit S. Irenæus) *gratiæ vitæ ſunt.* lib. 4. cap. 34. Quis pinguior panis, C quàm qui etiam corporibus morti obnoxiis, & ſub humo conſepultis immortalem tribuit & glorioſam reſurrectionem? Futura enim, quæ beatis ſpiritibus ſuorum corporum in iudicio finali promiſſa eſt glorioſa reſurrectio, ſacroſancto Euchariſtiæ myſterio debetur. Reſurgent enim in immortalitatem noſtra corpora, quia dum viuerent, paſta hoc cibo, impinguata hoc pane, immortalitatis antidotum ſuis viſceribus hauſerunt, atque in eius fide amoréque de vita demum exceſſerunt. Sic Dominus IESVS ipſemet promiſit: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Ioann. 6.

Euchariſtia pinguis panis Chriſti.

S. Iren.

Corporum reſurrectio effectus Euchariſtiæ.

Ioann. 6.

10. Huius verò felicitatis iam pignus eſt ipſa D Domini IESV caro, quam in Euchariſtia manducamus: imò & quædam admodum viua repræſentatio: vti S. Irenæus obſeruat his verbis: *Quemadmodum panis, qui eſt è terra, percipiens inuocationem Dei, iam non communis panis eſt, ſed Euchariſtia ex duabus rebus conſtans terrena & cœleſti: ſic & corpora noſtra percipientia Euchariſtiam iam non ſunt corruptibilia ſpem reſurrectionis habentia, quomodo enim caro deueniet in corruptionem, & non percipiet vitam, quæ à corpore Domini & ſanguine alitur?* lib. 5. cap. 2. Eodem ſenſu loquitur S. Hilar. *Chriſtus naturam carnis ſuæ ad naturam æternitatis ſub ſacramento nobis communicandæ carnis admiſcuit.* lib. 8. de Trinit. Audi in eandem ſententiam S. Cyrill. Alex. *Non poterat aliter corruptibilis hæc natura corporis ad incorruptibilitatem & vitam traduci,* E *niſi naturalis vitæ corpus ei coniungeretur. Non credis mihi? Chriſto crede dicenti: Qui manducat meam carnem, reſuſcitabo eum in nouiſſimo die,* Ioann. 6. Hæc Cyrill. lib. 10 in Ioann. cap. 13. Sed quinam poteſt pinguis eſſe panis? Quomodo in pane pinguedo, quæ propria carnis eſt? Scilicet panis eſt ante conſecrationem, poſt illam caro Domini IESV ſub ſpeciebus panis: & verè dicitur panis & cibus vitæ, quem Moyſes dixit ſuis Dominum ſeruis miniſtrare, *Et hircos cum medulla tritici.* Deut. 32.

Euchariſtia pignus & repræſentatio noſtræ reſurrectionis.

S. Iren.

S. Hilar.

Ab Euchariſtia noſtris corporibus immortalitas communicanda.

S. Cyrill. Alex.

Ioann 6.

Deut. 32. *Sub ſpeciebus panis caro Chriſti in ſacramento.*

Deut. 32. Medullam carnem deſignat: è tritico fit panis. Eſt igitur caro Domini omnium cœleſtium gratiarum pinguitudine ſub accidentibus panis repleta in Sacramento Euchariſtiæ. Pinguis panis ad Regum delicias. An non Reges & ſunt & dicuntur, qui cum cœleſti Rege ad eandem accumbunt menſam: & Regis ipſius Regum carnem & ſanguinem epulantur.

Cœleſtes animæ ſentit delicias in Euchariſtia. Cant. 1. Theod.

11. At quis dignè explicet quas aliquando ſentiunt Chriſti fideles, cum ardentiore pietate ad venerabilem Euchariſtiam accedunt, ipſas cœleſtium voluptatum delicias? Vno verbo vt potuit, ita explicauit illa Domini dilecta ſponſa, cùm ſuum epithalamium ita exorditur. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Cant. 1. Vbi Theodoret. *Ne quis oſculorum vocabulo perturbetur, conſideret quemadmodum myſtico ſponſi tempore* (Miſſam ſignificat) *ſponſi corpus ſuſcipientes complectimur, & oſculamur; atque oculis cordis imponimus; & animo & cogitatione quaſi complexus quoſdam, & congreſſus nuptiales effingimus: atque ipſum caritate timorem foras eiicientes nos amplexari putamus & ſuauiari.* Sentiunt has in Sacramento corporis Domini IESV delicias animæ, quæ puritatem amorémque ſanatæ ſponſæ ad ſacram communionem, in qua Deo ſuo vniuntur, ritè ſanctéque deferunt. Cæterùm (vt benè animaduertit Doctor Angelicus) *ſuauitatem huius Sacramenti nullus dignè exprimere ſufficit, per quod ſpiritalis dulcedo in ſuo fonte guſtatur.* opuſc. 57. Non poſſum quidem ô Domine IESV has tui conuiuij delicias dignè explicare: at ſatis mihi ſit hîc vnum à tua benignitate & magnificentia expectare, precaríque; vt dignè ad tuam menſam accedam, purè accumbam, ſanctè manducem carnem tuam; illiúſque virtute particeps tecum fiam immortalitatis.

Caſtiſſima & lætiſſima coniunctio animæ cum Deo in Euchariſtia.

S.Thom. *Inexplicabilis dulcedo Euchariſtia.*

Prophetia Iacob de Nephthali.

Nephthali, ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis.

Benedictio Moyſis ſuper Nephthali. *Deuter.* 33.

Nephthali abundantiâ perfruetur; & plenus erit benedictionibus Domini: mare & meridiem poſſidebit.

Ex Cantico Debboræ.

Zabulon verò, & Nephthali obtulerunt animas ſuas morti in regione Merome. Iud. 5.

SECTIO XVIII.

1. HÆc Prophetia Iacob de Nephthali ab Hebræis, quorum oculi in humum deiecti, quorum animi ad terram depreſſi, quorum mentes terrena ſapiunt, deſiderant, quærunt, & amant; altiora verò non curant, non æſtimant: tota temporalis & terrena cenſetur. Illorum igitur explicatio, quæ non tam approbatur, quàm refertur à Lyrano, ſic habet: *Dicitur ceruus emiſſus; quia fructus terræ in eius ſorte prius matureſcebant, & vnde fiebant oblationes primitiuorū: Vnde Sacerdotes & Leuitæ pulchras laudes offerebant.* Itaque arbitrantur Hebræi prædici fructuum præcocitatem in ſorte Nephthali, quæ ſic feſtinatò erumpebat, quali velocitate ceruus è canum dentibus, venatorum indagine, & è mortis quaſi faucibus elapſus, libertatémque adeptus in campos montéſque ac ſyluas non tam exilit, quàm peruolat. Quia verò ex ſorte Nephthali primò quidem ad tabernaculum Silo, dein ad templum Hieroſolymitanum præcocium fructuum primitiæ ferebantur; dicuntur idcircò dare eloquia pulchritudinis. Videlicet acceptis primitiis, quæ offerebantur in templo, Sacerdotes meritas Deo gratias agebant, ſimúlque illius potentiam ſacris cantibus celebrabant, quòd tam pulchros, tam dulces, tam præmaturos fructus illi tribui procreaſſet. Hæc nimirum ſunt eloquia pulchritudinis, ſeu pulchra eloquia. Sunt igitur boni fructus, & pulchra erunt eloquia, quàm dulciter canit qui & oculos dirigit, & vocem ob pingue præmium emodulatur! nec minùs verè quàm lepidè apud nos dixit vir ſapiens importuno tibicinum reboatu fatigatus: Iſti tantùm ſufflant, quantum bibunt.

Lyra.

Præmium oculos oblectat, & cantus elicit. Iud. 3.

2. Cæterùm nec huiuſmodi fructuum præcocitatem in ſorte Nephthali fuiſſe veterum monumenta teſtantur: vnde confictam illam cenſent meritò viri docti: nec planè decet has omnes Prophetias ad fertilitatem terræ reſtringere, quaſi tot tribubus eadem prædicatur vbertas; nec de tanto viro ac Propheta ſtatim è viuis exceſſuro credendum eſt, vt ſolùm in terram, terræque fruges, quaſi in potiſſimam ſuæ gentis gloriam prorſus animum haberet defixum. Vera igitur & propria explicatio huius Prophetiæ haberi debet illa, quam & Lyranus apponit, & docti hodie complectuntur. Ea verò eſt de laudibus tribus Nephthali ob victoriam ſcilicet, quam de Siſara duce Regis Chanaan reportarunt Barach & Debbora, qui ambo erant de tribu Nephthali: & victores cecinerunt: *Barach veſtigia ſunt ſecuti, qui quaſi in præceps in barathrum ſe diſcrimini dedit.* Iud. 5. Quibus verbis explicatur illa ſimilitudo cerui emiſſi: vt enim hic elapſus è periculo foſſas, dumeta & quicquid obſtat, citato curſu tranſmittit; donec ad notum cubile, aut ad fontem, vel ſecura paſcua tandem perueniat: ita Barach ducens ſecum Prophetiſſam Debboram in tyranni armatos cuneos præcipiti fertur impetu, vt poſteà viſum eſt, & conſtat ex Iud. 4. Etſi autem plurimi de aliis tribubus maximè Zabulon & Iſſachar ſimul ad illud ipſum prælium iuerint: laus tamen adſcribitur Nephthali, cujus de tribu erat Barach totius exercitus imperator, Debboráque Prophetiſſa, cuius auſpicio, ductúque bellum illud & fortiter ſuſceptum, & feliciter confectum eſt. Accedit, quia in eadem tribu erat tabernaculum Iahel, quæ occiſo Siſara totum illum Chananæorum exercitum funditùs profligauit. Quare ſicut in Prophetia Dan de Sanſone explicata diximus; ſic in iſta dicimus commendari tribum propter contribules. Laus enim ciuium in patriæ laudem redundat: Cæſarum in Romanos; Nunij Aluari Pereiræ, Albuquerquiíque in Luſitanos: Barach & Debboræ in Nephthalitas.

Iud. 4.

Vnius viri laus in totā nationem redundat.

3. Porrò lætiſſimum illud ac triumphale poſt partam victoriam Prophetiſſæ canticum vocat Iacob eloquia pulchritudinis, ſeu eloquia pulchra: hoc eſt, fama per gentes ætatéſque omnes à mortalibus victuram decantandam. Dat quidem eloquia pulchritudinis, qui debitas pro acceptis beneficiis

Pulchrum eloquium actio gratiarum.

beneficiis Deo gratias agit. Itaque & victoria hominũ vocibus percelebrata; & ipſamet laudatio vocatur eloquium pulchritudinis, eloquium pulchrũ: maximè verò ſic vocari debet ipſa Deo ſuo accepta victoria gratiarũ actio, quæ ab Hebræis compoſito in cantu carmine reddi conſueuerat. Verũ enim verò inter fœminas, quæ in veteri teſtamento præcipuis laudibus conſpicuæ Beatiſſimam Virginem Dei matrem adumbrarunt, Debbora Prophetis fuit vna ex clariſſimis. Cecinit illa poſt victoriam: *Noua bella elegit Dominus, & portas ipſe ſubuertit.* Iud. 5. Sed quæ noua bella niſi quæ auſpiciis fœminæ confecta ſunt? ſcilicet ad conſpectum Debboræ, vbi hinc inde bellatorum phalanges claſſicum inſonuerunt, cœlo pro Hebræis dimicante Chananæorum legiones profugerunt; nungentique illi, quos ambulabant, falcati currus perfracti diſſolutique ſunt. Iud. 4. Quia verò non vnum, ſed plura bella noua celebrat Debbora, quæ Deus elegit; quatuor poſſumus bella intelligere, quæ diuinitùs adiutæ armatæque feliciſſimè confecerunt quatuor admirandæ celebratæque in ſcriptura mulieres. Et prima quidem ipſamet Debbora, cuius auſpicio Barach Iſraëlitas armauit, duxit in prælium contra Chananæos, qui Panico terrore conſternati partim fugerunt, partim ad internecionem deleti ſunt. Iud. 4 Secunda mulier fuit Iahel, quæ è prælio Chananæum ducem Siſaram fugientem doloſè recepit huſpitio, ſoporatùmque lacte interfecit clauo in barbari caput adactu. Iud. 4. Cuius quidem interitu Chananæorum vires debilitatæ omninò fuerunt. Tertia illa; quæ, cùm Abimelech ille fratrum interfector ad oppugnandam arcem Thebes propiùs acceſſiſſet, *Fragmen molæ deſuper iaciens, illiſit capiti Abimelech, & confregit cerebrum eius.* Iud. 9. Quarta extitit illa omni æuo memorabilis Iudith, quæ Aſſyriorum ducem Holofernem abſciſſo capite peremit, atque adeò innumerabilem illum infidelium exercitum profligauit. Iudith cap. 13.

Debbora typus B. Mariæ.
Iud. 5.
Iud. 4.
Quatuor bella feliciter confecta à quatuor fœminis.
Iud. 4.
Iud. 4.
Iud. 9.
Iud. 13.

4. Hæ verò mulieres Virginem beatiſſimam Dei matrem luculentiſſimè præfigurarunt. An non beatiſſima Virgo *Suauis, & decora ſicut Hieruſalem.* Cant. 6. Videlicet fidelibus piè illius nomen inuocantibus, illam officioſè venerantibus? At ſimul etiam *Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.* ibid. nempe inimicis, infidelibus, hæreticis, malignisque ſpiritibus. Vbi optimè Rupert. *Sicut amicis decora, & amabilis: ita hoſtibus pauenda eſt atque terribilis.* Pulcherrimè dicitur a P. Damiano: *Singularis timor malignorum ſpirituum; ſpecialis amor ciuium beatorum.* ſerm. 2. de natiu. Virg. Vera illa eſt Debbora, ad cuius conſpectum conterriti fugantur exercitus inferorum. *Illa* (vt ſcribit Richard. de S. Victore) *tenebrarum principibus terribilis fuit, vt ad eam accedere, eámque tentare non præſumpſerint. Deterrebat enim eos flamma caritatis, incendebant orationes, & feruor deuotionis: ſtupebant immunem à peccatis.* ſup. Cant. cap ſui operis 26. Vera illa Iahel quæ caput Siſaræ, dæmonis videlicet perforauit, obtriuitque; cùm primùm omnium peccatorum originale contriuit vſque adeò, vt ab illo prorſus immunem habuerit conceptionem: iacto ſuæ virtutis pondere caput cacodæmonis illiſit, totámque inferni potentiam preſſit & labefactauit. Vera illa mulier, quæ cerebrum Abimelech mali principis confregit. Vera Iudith quæ ſuperbi Holofernis caput præſcidit. *Quæ ſcilicet* (inquit S. Bernard.) *omnimodam maligni ſpiritus ſuggeſtionem tam de carnis illecebra, quàm de mentis ſuperbia deduxit ad nihilum.* homil. 2. ſup. Miſſ. Verè igitur beatiſſimæ Virginis admirabilem ſuo malo experti potentiam dæmones clamant, quod Aſſyrij de Iudith vociferati leguntur: *Vna mulier Hebræa fecit confuſionem in domo Regis Nabuchodonoſor.* Iudith c. 14. Inferorum enim acies Virgo beatiſſima ſemper perterruit, fugauit, profligauit, fruſtrauit, vitiaque tam vitiorum, & ſcelerum, quàm ipſarum quoque tentationum, ac malarum ſuggeſtionum, denique totius inferni fortiſſima & glorioſiſſima debellatrix.

Cant. 6.
B. Maria ſuauis fidelibus, hoſtibus terribilis.
Rupert.
Cant. 7.
B. Maria terror dæmonũ, amor beatorum.
Richard.
B. Maria immunis ab omni tentatione.
S. Bern.
Iud. 14
B. Maria tentationũ, vitiorum, dæmonum fugatrix & debellatrix.

5. Porrò autem benedictio Nephthali à Moyſe data ſic habet: *Nephthali abundantiâ perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: mare & meridiem poſſidebit.* Deut. 33. Qui Prophetiam Iacob de abundantia frugum intelligunt, idem confirmant hac Moyſis benedictione. Dicunt igitur vtrobique ſignificari Nephthalitas in tuta atque vbere collocatos regione, exultaturos ſuaui libertate & deliciarum copiâ, quibus ſors eorum referta erat futura: ſimiliter vt ceruos, qui in herboſis amœniſque ſaltibus liberè verſantes paſcentéſque ſubſultant, ac laſciuiunt: Nephthalitas ſuâ peramœnâ ſorte potituros. Dein idcircò mare, ac meridiem poſſeſſuros; quia licèt à maritimis & meridianis eſſent diſiti regionibus, tamen per ſocietatem & commercium, & quæ apud omnes gratioſi eſſent, ab aliis tum ſuæ gentis contribulibus, tum exteris nationibus participaturi eſſent, quicquid vbique bonum haberetur. Hæc illorum interpretatio, quam vti Rabbinicam & vanam & à grauitate tanti Patriarchæ, tantíque vaticinij prorſus alienam paulo ante reiecimus, quippe qui maiora de tanto Propheta, & ſublimiora, digna ſcilicet, de tanto vaticinio cogitamus. Ergo Iacob & Moyſes fide quidem in Meſſiam venturum, tam mira de Nephthali ſunt vaticinati non ad terreſtrium frugum caducarúmque rerum breuem admodum & circumſcriptam vbertatem pertinentia: ſed ad illam planè ſummam felicitatem, qua terra Nephthali prima omnium mundi regionum frui viſa eſt; cùm ille ipſe promiſſus à Deo, expectatus à patribus Meſſias Dei & Virginis filius Christus IESVS ſuum exorſus eſt Euangelium prædicare in terra Nephthali: eámque infinitis miraculis & virtutibus omni rerum humanarum affluentiâ pretioſioribus locupletauit.

Deut. 33.

6. Nec iſte ſenſus eſt allegoricus, vt quidam volunt; ſed omnino litteralis, primóque intentus à Iacob & Moyſe Prophetis, qui hanc ipſam Nephthali felicitatem prævidentes, eam ſub illis figurarum inuolucris vaticinati ſunt. Enimverò S. Matth. poſt commemoratum Domini ieiunium in deſerto, ſtatim adiungit: *Seceſſit in Galilæam, & relictâ ciuitate Nazareth venit & habitauit in Capharnaum maritima in finibus Zabulon & Nephthali: vt adimpleretur quod dictum eſt per Iſaiam Prophetam: Terra Zabulon & Nephthali via maris trans Iordanem, Galilæa gentium vidit lucem magnam.* Iſai. 9. *Exinde cœpit IESVS prædicare.* cap. 4. Quid igitur felicius Nephthali tribui poterat euenire, quàm quòd ipſa omnium prima regionum eligeretur à Deo, vt in ea primò ſuum Deus homo Euangelium prædicaret, ex ea diſcipulos cogeret, & Apoſtolos in terræ cœlíque principes eligeret? Hinc ergo egreſſa Christi Domini doctrina quaſi ceruos emiſſus omnem terrarum orbem incredibili celeritate percurrit: Christus ipſe ab ſponſa veloci aſſimilatur ceruo:

Matth. 4.
In tribu Nephthali primò Christus ſe manifeſtauit, & prædicauit.

Ecce

Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles: ſimilis eſt dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorum. Cant. 2. Liberè quidem volabat per terras, gentes peragrabat Euangelium Chriſti: nihil illi obſcurum, inacceſſum, impenetrabile; quippe cùm filio euangelizanti Æternus Pater ſtrata omnia, planáque facere præiens videretur. Sic enim legimus: *Hæc dicit Dominus Chriſto meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt ſubiiciam ante faciem eius gentes, & dorſa Regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur.* Iſai. 45.

Cant. 2.
Æternus Pater filio euangelizanti totum orbem planũ fecit.
Iſai. 45.

7. Regem Cyrum Chriſti Domini typum fuiſſe conſtat ex multis ſcripturæ locis: quare locum iſtum figuratè multi accipiunt. Cæterùm Tertull. autor vetuſtiſſimus diſputans contra Iudæos non vocem illam (*Cyro*) agnoſcit: ſed abſolutè Chriſtum intelligens ita legit. *Sic dicit Dominus Deus Chriſto meo Domino, cuius tenui dexteram, vt exaudiant illum gentes: fortitudines Regum diſrumpam; aperiam antè illum portas, & ciuitates non claudentur illi.* lib. contra Iudæos. cap. 7. Quod ſignum eſt, hanc ipſam lectionem Iudæis, contra quos diſputabat Tertull. tempore illo notam & familiarem fuiſſe. Ita quàm fortiter, tam ſuauiter Euangelium Chriſti prædicatum gentibus vbique vicit, cuncta obtinuit; quod cerui nimirum Apoſtoli ab illo cœleſti ceruo Chriſto emiſſi, ac per omnem terram diſcurrentes perſonuerunt. De quo vno ex illuſtriſſimis Chriſti miraculis cecinit Propheta: *Vox Domini præparantis ceruos: & reuelabit condenſa; & in templo eius omnes dicent gloriam.* Pſalm. 28. Scilicet à Chriſti Domini voce cùm mitterentur: *Euntes in mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Marc. 16. Cerui ſunt effecti Apoſtoli; vt velociſſimè terram vniuerſam circuirent, & ſalutare contra ſerpentium venena (vt S. Auguſt. & S. Hieron. adnotarunt) tanquam cerui geſtarent medicamentum. Hi ſunt illi principes Zabulon & principes Nephthali, quos vates celebrat Pſal. 67. quos ipſe Dominus *conſtituit principes ſuper omnem terram.* Pſalm. 44. quorum gloria mirum in modum Galilæam (fuerunt enim Galilæi) fortes vtique Zabulon & Nephthali, reddidit glorioſam.

Tertull.
Apoſtoli euangelizãdo vt cerui orbem peragrarunt.
Pſal. 28.
Marc. 16.
S. Auguſt.
S. Hieron.
Pſal. 67.
Pſal. 44.

8. Hoc ipſum præuidens Iſaias vaticinatur: *Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon, & terra Nephthali, & nouiſſimè aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galilææ gentium; populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* Iſai 9. Hoc idem vaticinium, vt præmiſimus, completum dicit S. Matth. in ipſo exordio euangelicæ prædicationis. Illius verò ſenſus ſimplicior, & explicatior ſic habet. Primo tempore alleuiata eſt, ſcilicet honora, dignitate, & gloriâ: hoc eſt, regio illa erat deſpicabilis, gens contemptibilis; nota inter Hebræos vilitas & abiectio Galilææ gentis; vti apud nos Gallæci, ſic apud illos Galilæi. Vnde Paulus: *Contemptibilia mundi elegit Deus.* 1. Cor. 1. *Et nouiſſimè aggrauata eſt via maris trans Iordanem Galilææ.* Aggrauata ſcilicet honore & gloriâ: iuxta aliam literam, quæ habet: *Vilis fuit primò, & nouiſſimè honorata fuit.* Hanc ſummam ſupra omnes tribus imò & gentes per aduentum Regis Meſſiæ conſecuta eſt tribus, ſórſque Nephthali, vt non modò exueret omnem, qua inter Hebræos laborabat, ignominiam; ſed incredibili quodam honore, quem ſcilicet abſque Dei præſidio ſuſtinere non poſſet, tam locupletata etiam, quàm ditata videretur: vt nimirum ex illa piſcatores, pauperes, illiteratos, contemptibiles homines Deus ipſe ſibi deligeret in Apoſtolos *primitias ſpiritus habentes.* ad Roman. 8. Doctores gentium, mundi principes.

Iſai. 9.
Galilæa primò deſpicabilis, dein per Chriſtum & Apoſtolos inſigniter glorioſa.
1. Cor. 1.
Apoſtoli ex Galilæa.
ad Rom. 8.

9. Itaque in hac interpretatione procedunt optime cætera, quæ vel in Prophetia Iacob, vel in benedictione Moyſis de Nephthali apponuntur. Igitur, Dans eloquia pulchritudinis, dicitur de Nephthali, hoc eſt, de Galilæis, de Apoſtolis, qui euangelium Domini ad omnem creaturam prædicando detulerunt. Hæc ſunt eloquia pulchritudinis, ſeu eloquia pulchra. Quid enim pulchrius, quid lætius Euangelio. Bonum ſcilicet nuncium vel ipſo etiam nomine importat. O pulchra in ore prædicantium eloquia! Sed ô iucundiſſimum auribus animíſque audientium de aduentu Redemptoris nuncium! Iam facta eſt hominum redemptio, iam confractum eſt iugum, diſiecta miſerorum ſeruitus, abolita cacodæmonis ſuper humanum genus tyrannis. Iam tandem illud videmus completum, quod inſultando prædixit aduerſario ſanctus Propheta: *Væ ei, qui multiplicat non ſua! Vſquequò & aggrauat contra ſe denſum lutum? Nunquid non repentè conſurgent qui mordeant te, & ſuſcitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis?* Abach. 2. Quod ad literam de Nabuchodonoſor dictum, figuratè de diabolo interpretatur S. Hieron. ſcilicet in lege gratiæ poſt deuictum triumphatúmque humani generis aduerſarium à Chriſto Domino redempti homines ex antiquæ ſeruitutis iugo leuantes capita proſtrato per Chriſtum hoſti diabolo inſultabunt: Væ ei, væ diabolo, qui multiplicauit ſibi (ſic declarat S. Hieronym.) non ſua! *Væ perdici, quæ congregauit quæ non peperit.* Hierem. 17. *Vſquequò, vel increpantium eſt vox, vel iudicij diem demonſtrantium. Torquem ſuam, ſcilicet ſuperbiam torques grauiſſima fit, vt curuet quod fuerat erectum: Mordeant eum; qui ab eo tenti fuerant agentes poſteà pœnitentiam, & ad Chriſti vexilla conuerſi mordebunt eum, iuxta illud: viri pacifici tui poſuerunt inſidias tibi,* Hierem. 18. *Euigilabunt inſidiatores tui.* Abac. 2. *ſic LXX. id eſt, Quos ante conſopieras, quos inebriaueras, illorum inſidiis ſubiacebis.* Hæc S Hieron.

Euangelij Chriſti eloquia pulchra.
Victoria Chriſti & fidelium de diabolo.
Abach. 2.
S. Hieron.
D. Hieron.
Hier. 17.
Hier 18.
Abac. 2.

10. Videas ergo quod tandem in barathrum deuenerit potentia & ſuperbia diaboli; vt qui miſerandâ homines oppreſſerit ſeruitute, nunc per Chriſtum debellatus in ſempiternum iaceat mortalibus opprobrium. Atque ipſimet homines iam nunc & auſint, & impunè poſſint proſtrato aduerſario dentes infigere, ac miſeri carnes dilaniare, quod maximè præſtant iuxta Hieronymum agentes pœnitentiam. O prodigium! ô ſtuporem! Sed ô admirabile Chriſtianæ confeſſionis portentum! Diabolo peccator vel in ſeruitute, vel in amicitia pacificus erat: nunc verò inſidiatur aduerſario, cùm ad ſe redit, cùm de vita in melius commutanda cogitat, cùm pœnitentiam ſedulò meditatur, cùm ad emittendam ritè confeſſionem ſe accingit: vtique cùm à diaboli caſtris, & ſeruitio fugam ad Chriſtum parat. At vbi iam pœnitens intra Chriſtiani exercitus munimenta, vallóſque receptus incipit ſua confiteri delicta; tot morſus infigit diabolo, quot ſcelera confitetur: toties diabolum lacerat, quoties ſe accuſat in confeſſione: in qua potiſſimùm diabolus torquem ſuam aggrauat, & ſuperbiam deprimit; dum peccatorem, cui priùs dominabatur, humiliari, deflere, confiteri intuetur. Profectò nulla grauiora patitur aduerſarius tormenta, quàm cùm hæc duo à nobis ſacramenta, Pœnitentiam & Euchariſtiam fontes nimirum diuinæ gratiæ, ſuſcipi dignè, ſanctéque conſpicatur. Percommodè cecidit

Debellata potentia & ſuperbia diaboli.
Pœnitens dum confitetur, diabolũ mordet laceratque.
Confeſſio eſt diabolo tormentum.

cidit hic locus de pœnitentia in benedictionem Nephthali, cuius etiam hoc nomine commendari ſors debeat; quòd in ea primùm Deus homo prædicare incipiens: *Exinde* (vt animaduertit Euangeliſta) *cœpit IESVS prædicare, & dicere: Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum.* Matth. 4. At quænam alia quæſo dedit terra Nephthali, Galilæa ipſa, vti præmiſimus, eloquia pulchritudinis, quàm hæc ipſa Domini IESV verba, quibus & homines ad pœnitentiam inuitabat, pœnitentibus promittebat regnũ cœlorum, (quid pulchrius?) & paratam iam denique in ianuis redemptionem mundi hominibus denunciabat? Eloquia pulchritudinis dedit Nephthali, cùm in eius ſorte ac regione, Galilæa ſcilicet, cœpta eſt aperiri & promulgari doctrina Chriſti; cuius pulchritudo, vbi ſe mortalibus explicauit, tantos in omnium etiam barbarorum gentium animis excitauit & incendit amores: vt quò eam ſuſciperent, ac tuerentur, innumerabiles omnia quæ poſſidebant bona; quin etiam ſanguinem, ac vitam profundere ac perdere non dubitarent.

Matth 4.
Pœnitentia, & redēptio eloquia pulchritudinis.

Mira pulchritudo doctrina Chriſti.

11. Ex Cantico Debboræ hoc habetur: *Zabulon verò & Nephthali obtulerunt animas ſuas morti in regione Merome.* Iud. 5. *Merome, id eſt, Excelſa, quia in monte Thabor fuit congregatus exercitus Barach, vt conſtat ex cap 4. Iud.* ita Lyran. Commendantur in primis hæ duæ tribus: *Quia illæ* (vt in Gloſſa interl. habetur) *cæteris deficientibus obtulerunt animas ſuas morti*; ſcilicet pro Dei populo ſe diſcrimini obtulerunt. Videbatur fortaſſe aliis tribubus procedere in aciem inermes homines, atque adeò inexercitatos, prorſus tyrones contra inſtructiſſimas hoſtium copias; vbi omnia armorum genera, nongenti currus falcati, dux peritiſſimus Siſara, milites ſtrenuiſſimi viſebantur, non tam audacia, quàm dementia, non quidem virtus, ſed planè temeritas. Quòd verò Hebræi proceſſerint inermes, ipſa ſuo in Cantico Debbora conteſtatur *Ceſſauerunt fortes in Iſraël, & quieuerunt donec ſurgeret Debbora. Noua bella elegit Dominus, & portas hoſtium ipſe ſubuertit. Clypeus & haſta ſi apparuerint in quadraginta millibus Iſraël.* Iud. 5. vbi Gloſſ. interl. *Inermes fecit fortes & triumphales. Noua bella: quia nec clypeus, nec haſta inueniri poterat in Iſrael: quia labin Rex Chanaan abſtulerat eis arma.* Notauit optimè Lyran. ea vt Hebr. illud *Si*, valere quod *Non.* Itaque tot millia Hebræorum ſine clypeo, ſine haſta, fortè ſine gladio, aut certè pauciſſimis cum gladiis ſteterunt in acie contra inſtructiſſimas hoſtium legiones. Planè temeritas, planè dementia! Foret ita quidem, ſi Deus per Debboram non inermes & imperitos bellandi in prælium ipſe induceret. Tuta res eſt etiam in ſummis periculis, cùm Deo iubente ac pro Deo in eadem inducimur. Noua faciet bella Dominus vt hic videmus: *Noua bella, eo quòd* (inquit Rupertus) *de inermibus fortes, & victorioſos fecerit.* ibid. Zabulon & Nephthali inermes certo quidem diſcrimini, morti proculdubio ſe obtulerunt. Quæ maior temeritas? Expectandúmne miraculum? ita planè. Vbi enim omnia deſunt humana præſidia, ſi Deus ita iubet, nobis Deo obtemperantibus in manu præſtò ſunt diuinæ potentiæ prodigia: vt hic factum cecinit Debbora: *De cœlo dimicatum eſt contra eos: ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo aduerſus Siſaram pugnauerunt.* Iud. 5. *Quia* (exponit Rupert.) *in quadraginta millibus Iſrael clypeus & haſta inueniri non poterat: ideircò Dominus de cœlo lapidibus grandinis & igni dimicauit pro eis contra hoſtes ſuos: ſtellæ Angeli intelligantur, qui de cœlo contra Siſaram pugnauerunt.* ibid. Quid mirum? Miracula expecta; miracula fient ſi tecum ſit mulier Propheteſſa, Virgo illa Dei mater benedicta inter mulieres. Ad prælium excitat & impellit mulier. *Et ad victoriam* (inquit S. Ambr.) *hortatur mulier; in manu mulieris eſt ſumma victoria. Barach produxit exercitum: Iahel cepit triumphum.* lib. de viduis.

Gentibus gratiſſima doctrina Chriſti.

Lyran.

Inermes duce Deo pugnant & vincunt.

Iud. 5.
Gloſſ.

Securi in periculis quos Deus in ea inducit.

Rupert.
Iuſtis pro Deo laborantibus præſtò eſt auxilium.

Rupert.

Certa miracula vbi præſto adeſt B. Maria.

S. Ambr.
Victrix & triumphatrix B. Maria.

Prophetia Iacob de Ioſeph.

Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens, & decorus aſpectu: filiæ diſcurrerunt ſuper murum

SECTIO XIX.

1. QVia multis verbis Iacob hanc de Ioſeph Prophetiam explicauit, neceſſariò in plures diuidenda erit ſectiones. Et quidem præſtantiſſima & copioſiſſima Prophetia, quam pater Iacob de filio dilectiſſimo, & omnium fortunatiſſimo, mirandum in modum (vt fas eſt credere) exultans gaudio pronunciauit, hæc eſt. Nouerat ſcilicet pater hunc filium caput fore duarum tribuum, multorúmque ducum ac principum Hebrææ gentis parentem: atque adeò multis etiam in rebus (quod longè præclarius eſt) illuſtriſſimam venturi Meſſiæ figuram. Quare ſicut Ioſeph omnium filiorum Iacob extitit feliciſſimus, ſic eum pater maximis cumulauit benedictionibus. Et ea mihi ratio videtur optima, quam apponit S. Ambr. *Quæ cauſa* (inquiens) *eſt quòd ſuper omnes filios Ioſeph vberius proſecutus eſt pater, niſi quia præfigurata in eo iam Chriſti videbat myſteria? Vnde benedicens illum magis qui expectabatur, quàm illum qui videbatur, ait: Filius ampliandus meus Ioſeph. Quis eſt ampliandus, niſi Chriſtus, cuius gratia ſemper augetur, & finem proceſſus non habet?* cap. 11. de bened. Etſi hoc verum ſit; nihilominùs Iacob in filium ipſum Ioſeph defixis animi oculorúmque obtutibus dicit: *Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens*; ſcilicet *virtute & dignitate ſeculi*: vti obſeruat Gloſſa interl. Quod quidem non vulgaris, ſed ſummæ profectò laudis eſt, cùm rarum valde ſit humilitatem cum dignitate, atque honorem cum virtute coniungi. An non vel ipſa dignitatis ambitio prorſus inimica eſt humilitati? Quid quæſo aliud eſt humilitas, quàm cum vilitatis propriæ cognitione omnia deinde honoris, atque excellentiæ coniuncta ex animo contemptio? Quis vnquam in dignitate ſic ſe moderari potuit, aut ſciuit, voluitve vt vltrà etiam aſſurgere, & iuſto altiùs adhuc efferri non contenderet?

S. Ambr.
Illuſtriſſima Meſſiæ figura Ioſeph.

Rara eſt dignitas cum humilitate.

Rarò vnquã in dignitate quieſcit ambitio.

2. Promiſit Dominus Petro regni ſui claues, & ſummam in Eccleſia dignitatem: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. & tibi dabo claues regni cœlorum.* Matth. 16. En Petrus, etſi nondum facto, certè iam pignore ſummam habet in terris dignitatem. Quid inde? *Exinde* (ad iungitur) *cœpit IESVS oſtendere diſcipulis ſuis, quia oporteret eum ire Ieroſolymam, & multa pati, & occidi* ibid. Scilicet futuram diſcipulis paſſionem, de qua redemptio & ſalus mundi pendebat, aperuit. Igitur Petrus (nondum plenus Spiritu ſancto) rem Domino tam indignam ægrè ferens in ipſum audacter inuectus eſt: ſubditur enim: *Et aſſumens eum Petrus cœpit increpare illum dicens:*

Matth. 16.

Matth. 16.

Math. 16.
S.Hieron.
Amor tegit errata.

dicens : Abſit à te Domine. Non erit tibi hoc, ibidem. *Increpaait amantis affectu*, inquit S. Hieronym. Inciuilitas alicui videbitur Petri increpatio : at caritas, quæ increpandi Dominum cauſa fit, operit multitudinem peccatorum. Hîc etiam locum habet illud : *Ama, & dic quid voles*. Et quidem erraſſe hîc Petrum conſtat ex eo, quòd Dominus

Math. 16.

valde indignatus reddidit : *Vade retrò ſatana. ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominum*. ibid. Sed quænam iſta eſt tam repentina rerum immutatio, vt poſt tanta præmia ſatanas appelletur ? Quia ſcilicet nimius ille, atque ab errore natus ignorantis ea quæ Dei ſunt, Petri affectus indignationem Domini, vti iuſtè merebatur, commouit. At ne miremur Petro, qui petra, qui clauiger cœli, Chriſti vicarius, tantum illum errorem ſubrepſiſſe; perperámque inde colligat hæreticus (vti ſolet in plano ceſpitare, atque ex atomis armatos gigantes confingere) poſſe Petri ſucceſſorem, ſummum in Eccleſia Pontificem ex cathedra, in qua reſi-

Errauit Petrus promiſſo quidem, ſed nondum data poteſtate.

det, Petri & cum ipſis, quas manu tenet, clauibus regni cœleſtis circa fidei dogmata, bonóſque mores errare : adiungit egregiè S. Hieron. certè hîc, vel ſemper hæreticorum malleus : *Petro adhuc non datam in præſenti, ſed promiſſam in futuro poteſtatem : Ædificabo; Dabo Omnia* (inquit) *de futuro. Quæ ſi ſtatim dediſſet ei, nunquam in eo prauæ increpationis error inueniſſet locum*. hæc S.Hieron.

S.Hieron.

3. Sed adhuc inquirimus vnde tam audax Petrus, vt Dominum, quem Dei viui filium confeſſus paulò ante fuerat, confeſtim malè increpet? Promiſſa nimirum dignitate fretus licere ſibi

Arduum eſt homini ſe in dignitate cohibere.

exiſtimat in Dominum ipſum inuehi. Vſque adeò homini arduum eſt ſe in honore aut cohibere, aut moderari ! Quod ſi Petrus ex ſola promiſſione dignitatis ſupra ſe altiùs effertur ; quid homuncio quiuis alius in culmine poſitus non efficiet ? Prudenter igitur S.Bernard. ex iſta Do-

S. Bern.
Dignitatis ambitione contra Deum inſurgit.

mini contra Petrum indignatione colligit : *Quoties hominibus præeſſe deſidero, toties Deum meum præire contendo ; nec ſapio quæ Dei ſunt*. homil. 1. ſup. Miſſ. vbi etiam ad contemptum honoris efficaciter impugnandum valet, quod ibidem apponit : *Deus ſe hominibus ſubdit, & tu dominari geſtiens hominibus tuo te præponis Auctori ?* Itaque præeſſe

Præeſſe hominibus deſiderans Chriſto præire contendit.

hominibus deſiderans, Chriſto Domino Deóque ſuo præire contendit : ideóque ſatanas appellatur. Verùm enim verò ſic diabolus paſſionem Domini ſibi reformidabat, eò quòd futuram illam nouerat humani generis redemptionem, vt eam omnibus modis impedire conten-

Matth. 17.
Chriſti paſſionem impedire diabolus contendit.

deret; atque adeò Petri nimio erga Chriſtum affectu (quod poſteà fecit per vxorem Pilati) ad eam tanquam execrandum quidpiam & Chriſto indignum, ab animo etiam Domini amouendam abuteretur. Quam aduerſarij technam Dominus deprehendens contra ipſum ore Petri loquentem indignatus dixit : *Vade retro ſatana, ſcandalum es mihi*. Matth. 16. Hoc ipſum egregiè adno-

Matth. 16.
S.Hilar.

tauit his verbis S. Hilar. *Poſt prædicationem paſſionis accipiens diabolus facultatem, ſumens humanæ infidelitatis occaſionem, opinionis iſtius Petro inſinuauit affectum, paſſionémque verbo illo, Abſit, deteſtatus eſt. Sed ſciens Dominus diabolicæ artis inſtinctum ait : Vade retrò ſatana, ſcandalum es mihi.*

Chriſtus nō contra Petrum, ſed contra diabolum indignatus.

Itaque ſatanam compellari & increpari à Domino non Petrum, ſed diabolum ſuggeſtorem arbitratur. *In eum*, (adiungit) *per quem opinio ſuggerebatur conuerſus dixit*, &c. *Non enim conue-*

A *nit exiſtimare Petro ſatanæ nomen & offenſionem ſcandali deputari : poſt illa indulta & beatitudinis & poteſtatis tanta præconia : Sed quia infidelitas omnis diaboli opus eſt ; Petri reſponſione Dominus offenſus, cum opprobrio nominis, infidelitatis iſtius eſt deteſtatus auctorem.* hæc S.Hilar.

4. Igitur qui præeſſe contendit, præire Domino ſuo vult iuxta Bernard. & vel ſatanas meritò compellatur, vel à ſatana ipſo inſtigatus à Domino reprehenditur. Non Petrus, non Paulus, non quiuis hominum præire Chriſto poteſt, quòd ſi contendat, ſatanas appellabitur. Vna tamen, quæ mater Virgo eſt, iure ipſi præit; ac præeunti Deus filius ſuæ verè matri, vti debet, obedit. O admirabilem Virginis matris & dignitatem & B potentiam ! *In laudibus* (colligit optimè S.Bern.) *Virginum ſingulariter cernitur, quod ſequuntur agnum quocunque ierit*. Apoc. 14. *Quibus ergo laudibus iudicas dignam, quæ etiam præit ?* vbi ſupra. Nimirum, quia vera Dei mater, Deo filio præeſt, præit, præcipit : & Deus homo quia verè filius matrem ſuam præeuntem ſequitur; matri ſuæ præſidenti adſiſtit, præcipienti obedit. O inexplicabilem creaturæ maieſtatem ! Sed ô ſtupendam creatoris humilitatem ! Apponit egregiè idem Bernard. *Vtrimque ſtupor, vtrimque miraculum ! Et quod Deus fœminæ obtemperet, humilitas abſque exemplo : & quod Deo fœmina principetur, ſublimitas ſine ſocio*. homil. indicata. Sed in tam mira ſublimitate nullum in Virgine, quod in Petro etiam atque C in nobis ſemper eſt, vllum fuit elationis periculum. Ad tantam ſcilicet, támque ſublimem ſupra omne quod ſub Deo eſt, dignitatem euecta eſt Dei mater ex ipſa profundiſſima humilitate ancillæ Dei : dixit enim Virgo beatiſſima vultu (vt credere fas eſt) in terram defixo, poſitíſque humi genibus, ac manibus in cœlum ſublatis : *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum*. Luc. 1. Eâdem ſubinde Virgo mater humilitate iam Deum in vtero habens (tantum abfuit ab omni vel tenui elationis ſpecie) ancillam ſeſe identidem repetens cecinit : *Quia reſpexit Deus humilitatem ancillæ ſuæ*.

Nullus Chriſto præit, imperátque.

Soli B. Mariæ Chriſtus obedit.

S.Bern.
Sola B. Maria Chriſto præit.
Apoc. 14.

S. Bern.
Summa Chriſti humilitas dum obedit matri.
Summa B. Maria ſublimitas cum Chriſto filio imperat.

Luc. 1.
Summa B. Mariæ cum dignitate humilitas.
Luc. 1.

5. Accreuit Ioſeph dignitate pariter, & humilitate; cuius quidem egregium præbuit ipſe D in Ægypto teſtimonium. Nam euectus à Pharaone (vt iam cœpimus obſeruare) in regiam penè dignitatem, eáque multos per annos feliciſſimè potitus, cùm noſſet optimè terram Chanaan haud inde procul diſſitam, patrem verò Iacob in ea commorantem dolore filij, quem lugebat extinctum, quotidie magis contabeſcere : noluit tamen, cùm facilè poſſet, miſſis ad patrem de ſua vita & felicitate nuncijs debitum paterno luctui præbere leuamentum. An ne fuit potiùs miſerorum obliuio, quàm mortalibus honor ipſe, vbi obtinetur, ingerere conſueuit ? Non quidem ita barbarum tanti viri extitit ingenium. Humilitas planè fuit, non arrogantis obliuio, & miſerorum contemptus. E Enimverò cùm ſat ſuo malo expertus fuiſſet quantum vel ex ipſo Inſomnio honoris, quòd fratribus incautè narrarat, mali accepiſſet : atque ipſa quoque à patre ſuper alios nimia prælatio in ſui capitis exitium fratres armaſſet : cautè admodum ac prudenter ſe acturum deinceps & in ſuprema illa dignitate moderatiùs ſibi agendum iudicauit. Iccircò noluit etiam patri ſuæ felicitatis gloriam nunciare : memor ſcilicet quantum ſibi nocuerit rerum futurarum inſomnia

Mira Ioſeph in principatu modeſtia.

Honor etiā ſomniatus obeſt.

 fratribus

fratribus narraſſe; timuit ne vera ipſa, quibus iam fruebatur, bonorum ornamenta etiam parenti ſuo referre; maius adhuc ſibi afferret nocumentum. Nunquam propriæ virtutis, gloriæque ſilentium non prodeſt: at vel vnam vel alteram pandere nunquam non obeſt.

Rupert.

6. *Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens.*] *Creuit enim* (inquit Rupert.) *in terra paupertatis ſua, & magnus vehementer eſt effectus, vt ipſimet dixit: Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis mea.*

Gen. 41.

Geneſ. 41. in cuius rei argumentum & recordationem primogenito filio nomen impoſuit obliuionis, cùm vocauit Manaſſem, vt eo in loco vidimus. Seminatur quidem iuſtus, cùm tribulatur, cùm premitur: granum eſt, quod vt in vberem fructum repullulet, neceſſe eſt ſub tellure mortuum ſepeliatur. Quo in ſenſu ſcripſit S. Cypr. ad ſanctos illos Domini Confeſſores, qui poſt varios cruciatus adhuc viui & vincti tenebantur in carcere. *Vos* (inquit) *qui gloriam ſeminaſtis, frugem gloria metitis: atque in Domini area conſtituti exuri paleas inextinguibili igne conſpicitis, ipſi vt tritici grana purgata & frumenta pretioſa, iam purgati & conditi, hoſpitium carceris horreum computatis.* epiſtol. 16. Seminatur itaque gloria in tribulationibus, quæ per patientiam metitur. Eò accreſcit illa glorioſiùs, quò iſta fortiùs increuit. *Etenim benedictionem dabit Legiſlator: ibunt de virtute in virtutem.* Pſal. 83. Hanc ſuis (planior hic ſenſus) Chriſtus fidelibus & magiſter & legis gratiæ conditor ac promulgator benedictionem impertietur, vt de robore in robur eant, atque in dies fiant potentiores, vtique maiora quotidie tolerando, & glorioſiorem quotidie patientiæ fructum colligendo. Sic in ſanctis martyribus viſebatur. *Creuit enim* (dixit S. Cypr.) *pugna, creuit pugnantium gloria.* epiſt. 9. Nimirum (hæc mens ſancti Doctoris) quò magis cruciati, eò fortiores ad noua ſubinde toleranda reddebantur. Gloriam quippe dixit, virtutem, robur, conſtantiam, patientiam.

S. Cypr. Iuſti tribulati, vt granum ſepultum repullulant.

In tribulationibus gloria ſeminatur.

Pſal. 83. *Dei benedictio augmentum patientia.*

S. Cypr. *Martyrum patientia cruciatibus increſcens.*

7. Hoc planè in Ioſeph, dum in Ægypto aduerſitatibus exerceretur, mirabiliter viſum eſt: & ne ſingula percurram: ibat profectò ſanctiſſimus & fortiſſimus adoleſcens de virtute in virtutem; cùm de conſtantia reſpuendo amorum blanditias iuit in nouam inſuper conſtantiam tolerando vinculorum & carceris afflictionem. Nobilis quidem athleta facilè potuit tribulationem tolerare, quòd ſe in ſuperanda carnis tentatione conſtanter exercuerat. Certum eſt enim illud Clem. Alex. *Si quis delicias perpetuò fugerit, labores faciliùs ſuſtinere meditabitur.* 3. Pædag. cap. 8. Optima ſanè ad martyrium exercitatio ipſe voluptatum contemptus: Quod quidem ſic primæuæ illius ætatis fidelium animis infixum habebatur, vt propterea de illis ita ſcripſerit Tertull. *Sunt qui exiſtiment Chriſtianum expeditum mortis genus ad hanc obſtinationem abdicatione voluptatum erudiri, quò faciliùs vitam contemnant amputatis quaſi retinaculis eius, ne deſiderent quam iam ſuperuacuam ſibi fecerint.* lib. de ſpect. cap. 1. Obſtinatio ponitur à Tertull. pro conſtantia in tolerandis cruciatibus, quam infideles per iniuriam vocabant pertinaciam & veſaniam: ad quam pacis tempore ſeſe fideles exercebant in voluptatum renunciatione, carniſque mortificatione, velut in adumbratili martyrio. Pulchrè vocat Chriſtianos expeditum morti genus; quos videlicet, cùm non *ſint ex hoc mundo*, vti Dominus ipſe aiebat, Ioann. 15. nec voluptates carnis, nec mundi deliciæ, diuitiæ, faſtúſque & honores in terra, quominùs vbi ſic Deus decernat, ab exitu in alteram vitam, remorentur. Eleganter etiam vocat mundi bona, maximè carnis blanditias retinacula; quibus ſcilicet animæ, ne recto in cœlum curſu ferantur, ad illúdque ſecundis velis expeditæ demum ſubintrent, atque in eo tandem conquieſcant, illigatæ præpeditæque in pelago huius mundi teneantur. Dicitur denique bis accreſcens Ioſeph, quia fuit pater duarum tribuum: quarum vna Manaſſis duas ſortes obtinuit, & ſic quaſi gemina fuit: altera Ephraim reliquis omnibus etiam ipſa Manaſſis tribu, longè fuit numeroſior: quare non incongruè nomen habuit Ephraim, quaſi fructificans, vt ſuprà viſum eſt.

Carnis blanditiæ vincens facilè cruciatus vincet.

Clem. Alex.

Tertull. *Voluptatum mortificatio eſt preludiũ martyrij.*

Ioann. 15.

Carnis delitiæ, & mũdi bona remorantur, & alligãt animam.

8. *Decorus aſpectu.*] Hebr. עלי עין *ghale ghain, ſuper oculum.* Tanta ſcilicet in Ioſeph eniruit pulchritudo, vt oculos animóſque ſpectantium caperet ac detineret. Vertunt LXX. *Filius deſideratus.* Quem videlicet Ægyptiacæ puellæ, quibus nihil potius, nihil pretioſius ipſa oris ſpecie, quæque in Hebræo iuuene peregrinam quandam pulchritudinem admirabantur, certatim omnes diligebant, inquirebant, ſuſpirabant: atque iccircò de muris, de turribus, è feneſtris euntem proſpectare geſtiebant. Cæterùm adoleſcentulo potior cura pulchritudinis animæ, quæ vera eſt: nec languoribus perit, nec ætate marceſcit. Hinc illud encomium: *Ioſeph Hebræus adoleſcens, clarus genere, clarior pulchritudine, morum clariſſimus probitate, fuit inter filios Iacob ætate minor, ſed ſpiritu maior: quem domini ſui vxor prius amare cœperat, quàm oderant fratres.* hæc S. Zeno ſerm. de pudicit. Hæc eſt maior illa, & inſignior pulchritudo Ioſeph, virtus nimirum tot ac tantis & perſecutionibus fratrum, & tentationibus Ægyptiæ mulieris impugnata quidem, ſed non expugnata. Poterat enim ſanctiſſima illius anima illud ſponſæ in Canticis vſurpare: *Nigra ſum, ſed formoſa.* Cantic. 1. *Nigra* (declarat S. Ambroſ.) *fidelis anima exercitij ſui puluere, id eſt, in medijs laboribus: nigra ergo dum præliatur, formoſa dum victoria ſua inſignibus coronatur.* in Pſalm. 118. Hæc autem probatio maximè in tentationibus carnis videtur, è quibus fortiter ſuperatis tanquam ab igne aurum, illuſtrior eminet pudicitia.

Egregium encomium Ioſeph.

S. Zen. Ver.

Maior anima, quàm corporis pulchritudo Ioſeph.

Cant. 1. D. Ambr. *Caſtitas tentationũ victrix, vti aurum ex igne purius.*

9. Optimè illud in hanc eandem ſententiam ſcripſit S. Zeno Veron. *Chriſtiana virtutis hæc eſt maxima gloria, ipſam calcare naturam: Virtus voluptates ſemper offuſcat.* ſerm. de continent. Vtique ipſis etiam offuſcatis voluptatibus glorioſior ſplendeſcit virtus. Mirantur fœminæ geſtiúntque videre pulchritudinem oris Ioſeph: at Angeli amant, ſuſpiciunt, celebrant in adoleſcente puritatem, quâ nihil elegantius, nihil glorioſius. Bellè quidem exclamat idem Zeno Veronenſis: *O quantum es miranda pudicitia; qua aliter laudari te non vis, quàm vt cuſtodiaris; ſolo bono conſcientia contenta! Tu in virginibus felix, in viduis fortis, in coniugibus fidelis: tu ſacerdotibus pura, in martyribus glorioſa, in Angelis clara, in hominibus Regina. Tu es honor corporum, tu theſaurus animarum.* ſermon. de pudicit. Quàm verò grata Deo ſit pudicitia, quantùm pudici animi valeat apud Deum & gratia & interceſſio, ſic vno verbo idem oſtendit. *Per te allegata priuſquàm fundantur, acceptantur preces. Tu es enim ſacrificium Deo carum, legitimum Dei templum, ſacrarium pudoris.* Zeno ibidem. Maximè verò

S. Zen. Ver. Virtus Chriſtiana victrix naturæ.

Zeno Ver. *Encomia caſtitatis.*

Zeno Ver. *Caſti animi preces Deo gratiſſima.*

laudabi

laudabilis & omnem laudationem ſupergreditur virginitas, quam in adoleſcentulo Hebræo adultera Ægyptia tentauit expugnare: de hac enim in numero ſingulari loquutum Iacob arbitratur Rupert. Nihilominùs ex hoc potiſſimùm capite virginitatis excellentia colligi videtur, quòd ipſemet Deus non niſi ex Virgine matre carnem voluit aſſumere, vti Zeno idem ſic expendit: *Si eſſet aliquid virginitate melius, vtique Dei filius hoc magis potuerat ſua matri præſtare, cui præſtiterit, vt diuina virginitatis honore polleret.* ſerm. de continent.

Zeno Ver. Virginitatē inſigniter commendat quòd ſit in matre Dei.

10. *Decorus ſuper fontem.*] Legunt alij ex Hebr. *Nunquid fontem pro ſumma ipſa amœnitate, atque elegantia ponit?* Quid enim pulchrius, quid gratius ſitienti, ac præſertim viatori ex longo itinere feſſo atque æſtuanti, quàm ſub fraxino, aliáve patulis diffuſa ramis arbore fons è viuo lapide ſcaturiens? Gratior erat igitur, amœnior, dulciórque ſpecies Ioſeph, quàm in ipſis ardoribus cœli ſub vmbra platani fons perenniter ebulliens. Cæterùm quia in illis verbis: Filius accreſcens, ſeu fructificans Ioſeph videtur ſignificari adoleſcentem fuiſſe velut arborem, quæ mirum in modum & flore, & foliis, & ramis, & fructu excreſceret; nunc illius gratiam ex fonte, cui arbor incumbit, maiorem dicit accedere. Decorus ſuper fontem. Eſt quidem illa, quam poſtea deſcripſit Propheta, integra ſcilicet arbor, quæ foliis, flore, fructu oblectat: *Erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo: & folium eius non defluet: & omnia quæcunque faciet proſperabuntur.* Pſalm. 1. Iuſtus quidem deſcribitur iuxta diuini ſpiritus fluenta vt interpretatur S. Baſil. Quid mirum igitur ſi iuſtus iſte tam pulchrâ & amœnâ viriditate pudicitiæ vernauerit, tam gratum, dulcémque patientiæ fructum tulerit: cùm ad fontem diuinæ gratiæ, qua perenniter irrigabatur, plantatus eſſet? Folium iuſti eſt ſpes, fructus ipſum æternæ gloriæ præmium: vti S. Baſil. & S. Hieronym. interpretantur. Neque verò ineptè iuſtus tam mirâ foliorum, fructuúmque amœnitate reuireſcit, cunctáque illi proſpera ſuccedunt; ideò ſcilicet quia plantatus ſecus decurſus aquarum viuentium. Cantic. 4. Vbi à cœleſti ſponſo commendatur. *Fons hortorum, & puteus aquarum viuentium.* ibidem. Qui quidem fons & puteus alius non eſt, quàm ipſa Virgo beatiſſima Dei mater, cuius aquis, nimirum gratiis, fauoribus, præſidiis, interceſſionibus, precibus, beneficiiſque fidelium animæ, quaſi arbores cœleſtis Regis horti, regali cultu manúque conſitæ perenniter irrigantur, ac feliciter fœcundantur. Meritò igitur ipſammet Virginem appellat S. Ephrem. *Fontem gratiæ & totius conſolationis.* orat. de laudib. Deip. Salutemus ergo Dei matrem beatiſſimam cum S. Methodio: *Salue humanitatis filij fons: ſalue humanitatis vmbraculum.* in hyp. & cum S. Epiphan. *Aue gratiâ plena, quæ ſitientes perennis fontis dulcedine ſatias.* orat. de Deipara. Profectò ſuper virum beatiſſimæ Virginis matris ſtudioſum, atque (vt vulgò dicimus) deuotum cadit illa Christi Domini benedictio feliciſſima: Filius accreſcens, filius accreſcens: decorus ſuper fontem: lignum plantatum ſecus decurſus aquarum, fructum dabit, folium eius non defluet, omnia quæcunque faciet proſperabuntur. Benedictus ſis tu Domine IESV, qui tuam dulciſſimam & glorioſiſſimam nobis pariter matrem

Pſal. 1. Iuſtus vt arbor iuxta fontem diuinæ gratiæ. *S. Baſil.* *S. Baſil. S. Hieron.* *Cant. 4. Fons & puteus aquarum B. Maria.* *S. Ephrem.* *S. Method. Salutanda piis vocibus B. Maria.* *S. Epiph.* *Pſal. 1. Benedictio Dei, & mira felicitas eſt, eſſe B. Mariæ deuotum ſeruum.*

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

eſſe voluiſti: & cum illa ſimul nobis omnia bona donaſti.

SECTIO XX.

Sed exaſperauerunt eum, & iurgati ſunt, inuideruntque illi habentes iacula. Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Iacob: inde paſtor egreſſus eſt lapis Iſraël.

1. DEcorus aſpectu, vt vidimus, dicitur Ioſeph, & filiæ diſcucurrerunt ſuper murum, vt tam eleganti ſpecie adoleſcentem contuerentur. Sed exaſperauerunt eum: quaſi dicat (occurrit Lyra) *Quamuis eſſet ita gratioſus etiam alienis gentibus, tamen fratres ſui durè tractauerunt eum.* Scilicet ab exteris honoratus, à ſuis odio habitus, iniuriis vexatus, atque in mancipium barbaris venditus. Sic vbique verum comprobatur illud: *Inimici hominis domeſtici eius.* Mich. 7. & Matth. 10. Vbi ſcilicet pax & amor eſſe debuit, ibi non ſemel ardent odia, igneſcit inuidia, tenduntur inſidiæ. Ideircò monuit Sapiens: *Et à filiis tuis caue, & à domeſticis tuis attende.* Eccleſ. 32. *Sed & nunc* (animaduertit S. Hieron.) *rara fides eſt, cùm aliud labiis, aliud in corde verſatur, venenum animi lingua mella tegunt. Amici diuitum multi: à pauperibus etiam qui videntur eſſe, diſcedunt. Vnde dicitur: ſi habes amicum, in tentatione poſſide eum.* Eccleſ. 6. *Legi in cuiuſdam controuerſia: Amicus diu quæritur, vix inuenitur, difficilè ſeruatur.* hæc S. Hieronym. in 7. Mich. Sed quid illud: *Et à filiis tuis caue.* Eccleſ. 32. Nimirum à filiis cauendum, quia dum pueri ſunt furunculi: ephebi latrones, coniugati pro vxoribus & filiis miſerum parentem inhumaniter ſpoliant, ac depopulantur. Vide quàm infelix rerum ſit in præſentia ſtatus: & quòd *mundus totus in maligno poſitus ſit.* 1. Ioann. 5. Nuſquam tuta fides, & fratrum concordia rara eſt: imo quem Ægyptij regali indutum purpurâ; curruque per vrbes ferè triumphantem genu flexo, demiſſo in terram vultu, ad præconis clamorem venerabantur: illum ipſum fratres eodem patre geniti perſequebantur. Exaſperauerunt; omni quidem abſynthio felléque odiorum & contumeliarum conſperſerunt: atque adeò acerbiſſimis impetitum maledictis, tanquam illitis veneno ſagittis ſauciarunt, ſcribitur enim: *Non poterant ei fratres pacificè loqui.* Geneſis 37.

Lyra. Inter cognatos odiū, inter ignotos amor. Mich. 7. Matth. 10. Eccl. 32. D Hieron. *Rarus & pretioſus amicus.* Eccl. 6. *Cauendum à filiis, & à domeſticis.* 1. Ioann. 5. Gen. 37.

2. Solent autem verborum iniuriæ iuxta phraſim Hebr. appellari *iacula* & *ſagittæ*, quæ à lingua veluti ab arcu emittuntur: & gladius, qui ab illa diſtringitur, & vibratur. *Filij hominum, dentes eorum arma & ſagittæ; & lingua eorum gladius acutus.* Pſalm. 56. Vbi S. Baſil. *Per orationem hæc cruentas eorum inſidias ſignificat. Molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, & ipſi ſunt iacula.* Pſal. 54. At quem iſtud oleum non decipiet dolo perunctum? Et quis ab iſtis illæſus iaculis euadet? *Tale oleum renuentes* (occurrit S. Hier.) *vt in tribulationibus poſiti Dei petamus auxilium, ipſe nos Deus ſuo exemplo docuit dicens: Iacta in Dominum curam tuam.* Pſal. 54. *Vt ab eo educatus inimicis fortis reſiſtas.* Miraculum eſt diuinæ potentiæ à dolis &

Iniuriæ iacula & gladius. Pſal. 56. S. Baſil. Pſal. 54. S. Hieron. *Miraculum Dei à prauis linguis liberari.* Pſal. 54.

D.Baſil.

iniuriis prauarum linguarum liberari. *Verba qui-dem* (declarat S. Baſil.) *lenia oleo ac butyro: cogi-tationes verò hastis & iaculis acutiſſimis erant ſimi-lia.* Sunt planè hodie, ſunt multi Saules, ſunt Iudæ, vtrumque enim Propheta ſignificat. Lin-guam Phenennæ vocauit arcum, vt interpretatur

Lyra. *Lingua fortis arcus.* 1.Reg.2.

Lyra, in ſuo cantico Anna, cùm vidit æmulam in ortu Samuelis ex dolore contabuiſſe. *Arcus fortium ſuperatus eſt.* 1. Reg. 2. Quàm verò gra-uiter feriant verborum iacula, ſuo quiſque ca-pite dolet, & malo experitur. Nec patientiſſi-

Iob 30. *Grauiſſimè ferit lingua maledica.*

mus ipſe mortalium ſub tam acerbas ſenſit, do-luitque plagas vlceroſi corporis, quàm vxoris maledicta, & amicorum contumelias. *Frater* (in-quit) *fui draconum, & ſocius ſtruthionum.* cap. 30. Sic & cognatos & amicos, & vxorem ipſam, B quorum virulentis ſauciabatur linguis, appel-

S. Ambr. *Faciliùs tormenta, quàm maledicta tolerarunt.*

labat. Hinc optimè S. Ambroſ. *Nihil ſic mordet, vt durior ſermo. Multi cùm vicerint adhibita tor-menta, ſermonum duritiam non ſuſtinuerunt.* lib. 2. de interpell. Iob. Itaque iuxta S. Ambroſ. tem-pore perſecutionum fuerunt qui fortiter pro Christo tulerant ſatellitum cruciatus, ad in-iurias tamen ſubinde verborum ignauiter ſuc-cubuerunt.

3. Inſigne quidem clementiæ, ac manſuetudi-nis extulit inter homines Dauid quoddam ve-luti vexillum, quod omnes intuemur quidem, pauci ſequimur, & imitamur: hoc præſertim in ſublime ſuſtulit, cùm Sauli, quem capitalem ho-ſtem & infatigabilem perſecutorem expertus C fuerat, ſub haſta demum poſito ad necem ſæ-piùs pepercit. Hic tamen tantus vir, periliuſtre patientiæ ac lenitatis exemplar, iracundiâ to-tus exarſit, milites armauit, facto proceſſu ag-mine contra Nabal, à quo ſcilicet etſi abſens, verborum iniuriis petulantèr fuerat impetitus.

1 Reg. 25. *Grauiùs ferit lingua, quàm ferrum.*

1. Reg. 25. *Nimirum* (vti expendit Theodoret.) *qui in Saulem tantum oſtendit lenitatem & patien-tiam; Nabalem tamen tentat occidere auditis conui-ciis & contumeliis.* quæſt. 54. in 1.Reg. Certè Da-

Theod.

uidem Nabalis verba, quàm Saulis arma, gra-uiùs multò, atque acerbiùs pupugerunt. Rectè

S. Auguſt.

S. Auguſtin. *Maior eſt machæra lingua, quàm ferri.* tract. 10. in epiſt. 1. Ioann. Maior, quia maior in anima, quàm machæra in corpore, vulnus, ape- D rit lingua. Maior item, quia extenſior; & idcir-cò longiùs ferit, iuxta illud: *Extenderunt lin-guam ſuam, quaſi arcum mendacij; & non veritatis.*

Ierem. 9.

Hierem. 9.

4. Linguas quidem vt arcus extendunt, & vti gladios diſtringunt maledici & conuiciatores. Quid verò nos? quod de ſe ipſo cecinit Propheta. *Poſui ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator ad-uerſum me: obmutui, & ſilui à bonis: & dolor meus*

Pſal 38. *Patienter toleranda conuicia.*

renouatus eſt. Pſalm. 38. O admirabilem in conui-ciis & iniuriis patientiam! Conuicianti ne ver-bum quidem reddebat: ne modeſtè quidem io-ſtéque reſpondere auſus, tacere maluit, quàm ſanctè reſpondens in vltricia ſubinde verba for-tè prolabi. Quid illud: *Et dolor meus renouatus*

Maledicorum iniurias noſtris peccatis debitas pœnas toleremus. S Baſil.

eſt. Recordabar (inquit) mei peccati, quod ſem-per in oculis geſto, ac mente doleo, ideóque aliorum maledicta, conuicia, iniurias, tanquam debitas meo facinori pœnas libenter ſuſtineo; meeum repetens: Plus etiam mereor. Hoc ſenſu verſum iſto explicat S. Baſil. *Cùm probris* (in-quit Dauid) *ab illo impeterer, peccati mei, quod te-merè commiſi, in mentem mihi venit, & hinc verbe-ribus vulnerabar cogitans propter illud me probris ſcindi; peccati recordatus eſt, eò quòd propter illud*

A *corrigebatur.* Obmutui, ſilui, humiliatus ſum, & dolor renouatus eſt. Hac ille ratione ſuorum *Qua ratione accipienda maledicorū iniuria.* hoſtium & nos quoque noſtrorum iniurias, & conuicia perferre debemus muti, humiles, & noſtrorum memores flagitiorum, in quorum promeritam vindictam affligimur, & dehone-ſtamur. *Ideò* (vt ex mente Dauid inquit hoc lo-co S.Hieron.) *patienter fero Domine: quia te ſcio ad probationem me tentationibus reliquiſſe.* Grande feli-*Grande lucrum ex patientia iniuriarum.* cer lucrum ex ipſis inimicorum iniuriis in Chri-ſtiana patientia colligimus.

5. Profectò ſignum eſt infirmi, abiectíque, & (liceat dicere) terreſtris animi conuiciis, & iniuriis verborum facilè commoueri. Enimve-rò Philippenſibus conſulebat Apoſtolus in ſu- *ad Phil 2.* ſtinendis maledicorum iniuriis patientiam, quia *Conuiciantes humi iacent.* nimirum vti adiungit: *In medio nationis prauæ & peruerſæ, inter quos lucetis ſicut luminaria in mundo.* cap. 2. Quaſi dicat: ſuſtinete patienter iniu-rias, quia inter malos boni eſtis: quia in cœlo ſtatis ſydera, quorum fulguribus illuſtratur or-bis. Qui conuiciantur, in terra iacent; vos qui ſuffertis fixa in cœlo ſydera collucetis. Perbellè igitur ad hunc locum S. Auguſtin. pro commen- *S Auguſt.* danda patientia: *Quanta* (inquit) *de ipſis lumi-* *Patienter conuicia tolerantes fixa haris in cœlo ſydera.* *naribus fingunt homines, & patienter ferunt lumi-naria! Conuicia fiunt ſtellis. Quid illæ? nunquid mo-uentur, aut non exercent curſus ſuos? quanta falſa de illis luminaribus quidam dicunt: & ferunt & tole-rant, & non mouentur? quare? quia in cœlo ſunt.* in C Pſalm. 93. Sed hæc eadem explicatiùs tradidi-mus ad cap. 1. Geneſ. ſect. 7. num. 5. Dicit Au-guſtin. multa iactari conuicia nimirum ab A-ſtronomis; qui vt nomina ſyderibus cœli certa imponerent, quibus illa inuicem diſtinguere-rent; ridiculas ſanè, turpéſque, & cœlo indi-gnas commenti ſunt rerum figuras, quarum no- *Ridicula & monſtroſa cœlo affingunt Aſtronomi.* minibus altra cœli dedecorant. Enimverò ab il-lis in cœlo finguntur Aries, Taurus, Leo, Scor-pio, Canis, Cancer, Piſcis, Libra, Vrſæ, Am-phora, & alia huiuſmodi monſtra, quæ lon-gè abſunt ab illa pulcherrima & pretioſiſſima regione. Grauiter igitur doleret, meritóque in-dignaretur cœlum, ſi foret animatum, ab ho-monculis tantam ſibi iniuriam inferri, vt be- D ſtias, monſtráque, & ridiculas rerum viliſſima-rum ſpecies cœlo adſcribi, aſtriſque affingi. Va-let hic locus ad commendandam patientiam iu-ſtorum, qui Deo adhærentes, mentéque & af-fectu cœleſti gloriæ affixi quicquid conuicio-rum & contumeliarum accipiant, nihil omni- *Dauid patientia in conuiciis.* nò curant; nec de ſtatu mentis conuelluntur, nec in verbum aliquod maledicum irritantur. Sic Dauid maledicorum appetitus iniuriis di-cebat: *Et ſilui bonis.* Pſalm. 38. *De bona conſcien-* *Pſal 83.* *tia* (declarat S. Hieronymus) *procedebat mihi ſe-* *S.Hieron.* *curitas: ideò me non iuſtificaui coram hominibus, quia ſcio quòd Pater qui videt in abſcondito reddet mihi.* Matth. 6. *Matth.6.*

6. *Sedit in forti arcus eius.*] In Ioſeph, quod E quidem eſt inter homines rariſſimum, concors ſcilicet erat formæ ac virtutum omnium conne-xio: pulchrior ille animo, quàm corpore; mo-deſtior, quàm venuſtior; purior, quàm elegan-tior; cæterùm in vtroque periclitatus. Forma *Periclitatus Ioſeph in pulchritudine animi & corporis.* periculum attulit in Ægypto, virtutes inuidiam fratrum concitarunt, feceruntque illum domi odioſum. At innocentem Deus ex vtroque malo eripuit. Illius quippe arcus, hoc eſt, robur & præ-*Securus, qui in Deo innititur.* ſidium non elanguit, non ſuccubuit illius conſtan-tia, debilitata non eſt illius virtus, fracta non eſt illius

illius patientia; vtróſque vicit aduerſarios, & formæ inſidiantes, & virtuti inuidentes: quia in Deo confiſus, in Forti ſubnixus, in Deo ſcilicet, *cui in fortibus nullus ſimilis.* Exod. 15. Qui eſt ipſamet fortitudo, qui iuſtis in ipſum ſperantibus turris eſt refugij ſecura, & inexpugnabilis. Quod diuinæ ſapientiæ auxilium, vti Ioſepho datum eſt, graphicè deſcribit ſapiens ad hunc modum. *Hæc* (ſcilicet ſapientia) *venditum iuſtum non dereliquit, ſed à peccatoribus liberauit eum: deſcenditque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum.* Sapient. 10. Non fruſtratur ſuo præſidio Deus hominem ſperantem & confidentem in Deo, ſint licèt diſcrimina, quæ minentur exitium: ſint obſtacula diſrumpi difficilia, imò quæ videantur impoſſibilia: nihil non vincet iuſti poſita in Deo fides. Stet (quid æquè arduum, atque horribile?) vel ipſe diabolus, qui armatus reſiſtat. Victrix omnium in Deo fiducia vel vno tantùm verbo imperitans, diabolum præcipitabit in tartara, vti Dominus ipſe pollicetur: *Si habueritis fidem, ſicut granum ſinapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare, & tranſplantare in mare; & obediet vobis.* Luc. 17. Non paruum quidem in grano illo minutulo ſinapis; ſed acrem, vegetam, viuam, præferuidam fiduciam ſignificat; cuius tanta erit virtus, vt ad illius imperium motus arbor ſua euulſa radicibus in pelagus deuoluatur. Et quidem typo huius arboris expreſſum intelligit diabolum S. Ambroſ. *Nam fructus* (inquit) *eius arboris primùm albet in flore, deinde iam formatus irrutilat, maturitate nigreſcit. Diabolus quoque ex albenti angelica flore natura & poteſtate rutilante, præuaricatione deiectus, tetro inhorruit odore peccati.* O mira virtus fiduciæ in Deo, quæ tantam molem aduerſarij vno verbo radicitùs euulſam præcipitat in abyſſum! Si, quòcunque iret, quo in rerum ſtatu eſſet, quod diſcrimen ſubiret, ſecum Dei præſidium ferebat, quid quæſo timeret; quid non euinceret Deo duce ac ſocio Ioſeph?

Exod. 15.

Sap. 10.
Victrix omnium fiducia in Deo.

Luc. 17.

D. Ambr.
Fiducia in Deo imperiū habet ſuper diabolum.

7. In ipſis etiam ſummis rerum difficultatibus, vbi humana omnia deficiunt, confidentes, & ſperantes in ſe Dominus tuetur, fouet, erigitque. *Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum. Si exurgat aduerſum me prælium; in hoc ego ſperabo.* Pſalm. 26. dixit ille qui vniuerſam laborum & periculorum iliada emenſus fiduciæ in Deo ſuo firmam ſemper anchoram retinuit. In hoc ipſo ſperabo, in hoc ipſo extremo periculo: ibi ſcilicet præſtò mihi eſt Dei mei auxilium, vbi ſummum adeſt periculum. Intrat Ioſue terram promiſſionis belliçoſiſſimis habitatam gentibus: at ibi tamen offendit Angelum fulgentibus ſuccinctum armis bellaturo, vbi eſſet opus, auxiliaturum. Ioſ. 5. Deducitur Iudith pulchra & delicata mulier ab Aſſyriis in tentorium Holophernis. O extremum, ſi non vitæ, at virtutis tamen, animæque periculum! At ibi Deo confiſa mulier pendentem è lecto barbari pugionem inuenit, quo armata nefandum illud caput præcidens totum illum Aſſyriorum profligauit exercitum. Iudith 13. Vbi ſcilicet difficultas, ibi etiam à Deo, quo præſcindatur, ferrum eſt. Pendentem è baltheo gigantis gladium inuenit Dauid, quo illius ceruices præſcidit. Ipſamet videlicet difficultas ſecum ſui geſtat remedium: in ipſomet periculo euadendi ratio, feliſque exitus ineſt. Domi Saulis Ionàtham habuit filium, cuius induſtria periniquas tis innocens Dauid vitauit inſidias, mortémque

Pſal. 26.
Suis Deus præſtò eſt in ſummis periculis.

Ioſ. 5.
Vbi ſumma difficultas ibi remediū præſentiſſimum.

Iud. 13.

1. Reg. 1

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

que effugit. Meritò ipſe poſteà cecinit: *Si conſiſtant aduerſum me caſtra*, &c. vt paulò antè vidimus.

8. Cæterùm hæc in Deo fiducia iuſtum quidem tuetur; at in viro impio vana eſt. Arca Dei, vti legimus, bello à Philiſtæis capta eſt, 1. Reg. 5. Quorſum obſecro ſuam ab infidelibus capi, abduci que Arcam Dominus permiſit? Nimirum (reſpondet Procopius) *hac res duplicem vtilitatem attulit. Hebræos docuit, vt rectè & legitimè viuentes Dei cura & prouidentia confiderent: quando verò iniqui & contra leges agerent; neque ipſi, neque Arca confiderent.* in 1. Reg. Vana profectò, futilis, & ridicula, imò & inuerecunda Hebræorum fiducia, qui Deum grauiſſimis ſceleribus offendentes nihilo minùs illius Arcam contra hoſtes auxiliaturam confidenter, ſeu temerè potiùs adduxerunt. *Cur enim* (colligit optimè idem Procop.) *contra Dei legem facientes, Arcam, in qua lex repoſita erat, in belli auxilium adhibuerunt?* Hoc ipſum ſibi poſteà timens Dauid, cùm fugeret ab Hieruſalem, à ſacerdotibus adſportatam Arcam prudenter atque modeſtè in ciuitatem remiſit, 2. Reg. 15. *Cùm enim eſſet* (expendit Theodoret.) *& pius & Propheta, ſciebat quid accidiſſet Arca accepta ad opem ferendam iniquis: nam & illi quidem fuerunt interfecti: ipſa verò capta bello, dataque eſt alienigenis.* quæſt. 30. in 2. Reg. Prudens itaque, humiliſque Propheta hæc ſecum meditando loquebatur, vti adiungit idem Theodoret. *Non poſſum mecum circumferre accuſatorem. Hinc audio legem dicentem: Non mœchaberis; Non occides. Ego autem venerandam iſtam conculcaui legem.* Sic planè apud nos in lege gratiæ res ſeſe habet. Sumpta indignè à peccatore diuina Euchariſtia fit miſero in condemnationem. Sic & ſacerdotium, vota, lex, religio præuaricantem accuſant. Sic Dei beneficia ingrato fiunt in iudicium. Sic quò eſt erga nos abundantior Dei miſericordia, eò ſeuerius, ſi illâ abutimur, iudicium contra nos exaltabit. Vana profectò eſt in Deo fiducia, quam peccata confidentis infamant. Contrà verò viri iuſti vt Ioſeph, ſolida firmáque in Deum ſpes ac fides arcus eſt & robur: ſedet in Deo forti, qui ſeruos ſuos non deſerit, imò deſcendit cum illis in foueam: præſtò adeſt vt conſoletur, vt ferat opem, vt eripiat laborantes qui in ipſo confidunt. In rubo inter ſpinas olim Deus apparuit Moyſi. Exod. 3. Cur ita? Cur non inter fulgores nubium, aſtrorum lumina? Cur non Angelorum aut choris, aut legionibus circunſeptus? Pulchrè Theodoret. *Vt oſtenderet ſe Hebræis inter laborum ſpinas adfuturum.*

1. Reg. 5.
Vana impij fiducia in Deo.
Procop.

Procop.

2. Reg. 15.
Theod.
Ipſamet in Deo fiducia peccatorem vanè fidentem perdit.

Theod.
Euchariſtia indignè ſumenti fit in condemnationem.

Fiduciam in Deo peccata confidentis infamant.

Exod. 3.
Deus ſuis adeſt laborantibus.
Theod.

9. *Sedit in Forti arcus Ioſeph.*] In Deo ſcilicet poſita noſtra ſpes, fidéſque non fluctuat in ſalo huius mundi: non eò accedit vis tartarea: nec ſedentem in Forti vniuerſus poterit Orcus dimouere. Habuit quidem Ioſeph vnum, in quo totus conſiſteret, Fortem Deum: nos hodie habemus, vt vberior ſit noſtra ſpes (liceat cum Lyrano loqui) duo fortalitia, rectéque Luſitani dicimus Fortes, caſtella ſcilicet, turres, propugnacula, munitiones; nempe Deum hominem Chriſtum IESVM, & ſanctiſſimam ipſius matrem Virginem Mariam. *Quis ſimilis tui in Fortibus Domine?* Exod. 15. quærebat Moyſes. *Et mulierem fortem quis inueniet?* Prouerb. 31. requirebat Salomon. Igitur *cùm venit plenitudo temporis, miſitque Deus filium ſuum factum ex muliere.* ad Galatas 4. Viſum eſt & quod

Duo nobis propugnacula IESVS & Maria.

Exod. 15.
Prou. 31.

ad Gal. 4.

AAa 3 Moyſes

A Moyſes non inuenit, & quod Salomon quæſiuit. *Quis ſimilis tui in Fortibus Domine?* Mulier ſcilicet adiutor ſimilis Deo homini; quid enim tam ſimile, quàm filio mater? Forti filio Fortis mater ſimilis illa, de qua dixit Salomon: *Mulierem fortem quis inueniet?* Diuina quidem ſapientia, Dei verbum, Deus Fortis illam, quam ſibi elegit in matrem, mulierem fortem inuenit. Annon Fortis, quæ virgo tenera & delicata Deum ipſum Omnipotentem vtero ſuo portare potuit, & natum ſubinde brachiis ſuſtinere? Annon Fortis, quæ ſtabili mente, corporéque immoto filium ſuum, quem vnicè diligebat pendentem in patibulo, atque inter ſummos cruciatus morientem ſpectauit; non iuxta crucem filij conſternata iacuit; ſed viriliter conſtitit, quod (vt ſuſpicor) admirabundus expreſſit iis verbis qui ſimul aderat Ioannes: *Stabat iuxta crucem IESV mater eius.* Quod S. Ambr. ſic expendit: *Stabat & ſancta mater iuxta crucem filij, & ſpectabat virgo vnigeniti paſſionem. Stantem illam lego, flentem non lego.* orat. de obitu Valentin. Quis ergo, vel quæ in omnibus vel mortalibus, vel immortalibus tui ſimilis in Fortibus Domina? *Stabat* (inquit idem Ambr.) *ante crucem mater, & fugientibus viris ſtabat intrepida, ſpectabat piis oculis filij vulnera, per quæ ſciebat omnibus futuram redemptionem: Stabat non degeneri mater ſpectaculo, quæ non metueret peremptorem: pendebat in Cruce filius, mater ſe perſequentibus offerebat.* lib. de inſtit. virg. cap. 7. Fortis quidem, nec habuit ſimilem niſi filium, quippe in ſummis doloribus C non ſenſum amiſit, non mente dimota eſt, non vel leuiter debitam ſuæ dignitati minuit patientiam. At quantus illius fuerit dolor, quis dignè aut comprehendet, aut explicabit? *Verùm ipſa virgo* (ſcribit S. Ioann. Damaſc.) *quos in partu dolores effugerat, paſſionis tempore ſuſtinuit; vt quæ pro materno ſuo affectu, viſcera ſibi lacerari ſenſerit: & dum eum, quem Deum gignendo nouerat, vt ſontem ac facinoroſum morte affici conſpiceret, intimis cogitationibus tanquam gladio diſcerperetur: atque ita intelligendum illud eſt: Et tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit.* Luc. 2. orat. de virg.

B. Maria fortis filio forti ſimilis.

Fortitudo B. Mariæ iuxta Crucem IESV.

Ioann. 15. D. Ambroſ.

S. Ambr. *B. Maria ſe offerebat vt crucifigeretur.*

S. Damaſc. *Inexplicabilis dolor B. Mariæ iuxta Crucem filij.*

Iud. 2.

10. Communis quidem Patrum & doctorum ſententia eſt gladium illum, de quo Simeon ad Virginem in templo, intelligi acerbiſſimos ipſos D dolores, quibus virgo mater iuxta crucem filij excruciata eſt intra animam. *Quare, quia mente paſſa eſt, plusquàm martyr fuit,* inquit Sophron. *Nimirum* (addit) *& eius dilectio ampliùs fuit fortis, quàm mors; quia mortem Chriſti ſuam fecit.* ſerm. de aſſumpt. apud S. Hieronym. Tuus ergo filius ô Domina (liceat dicere) ille gladius fuit, quo te olim transfigendam dixit Simeon. Geſtat ſuum Paolus gladium, ſuum Catharina: craticolam Laurentius; ſagittas Sebaſtianus: ſui quiſque martyrum tormenti & martyrij gerit inſtrumentum. Plus omnibus tu virgo martyr, infantulum ipſum, quem brachiis ſuſtines, filium tuum, cruciatus tui inſtrumentum, martyrij tui oſtentas E munimentum. *Non miror* (inquit Dionyſ. Carthuſian.) *ô Domina, ſi ſic fortitudine polles, ſummis etiam Angelis robuſtior; quoniam Dominum virtutum Chriſtum Regem, qui Patris virtus eſt cuncta ſuſtentans, protuliſti.* lib. 3. de laud. Virg. artic. 11. Sed magis profectò enituit Virginis fortitudo non cùm peperit, aut geſtauit in vlnis ipſum Dei filium, ipſam Dei Patris virtutem: ſed cùm eundem ſui Deíque filium cruciari, moríque in patibolo conſpexit. *Quicquid enim* (inquit S. Anſelm.) *crudelitatis inflictum eſt corporibus marty-*

Sophron. *B. Maria plusquàm martyr.*

Inſtrumentum martyrij B. Mariæ IESVS filius.

Dionyſ. Carthuſ.

S. Anſel.

rum, leue fuit aut potius nihil comparatione tuæ paſſionis: ô virgo beatiſſima! de excell. Virg. cap. 5. Quis igitur ſimilis tui in Fortibus Domine IESV? vtique mater filio ſimilis, Maria IESV. Sedit planè (gloriari & exultare libet) in Forti arcus meus (ô Domina mundi, ô vera Dei mater!) Quippe totum meum robur, totam ſpem, ac fiduciam in te poſt filium tuum, feliciter collocatam habeo. Quis iam hoſtem timeat, ſi ad te confugit, ſi tuo ſe præſidio tuetur? *Tu es enim* (vt loquitur S. Bonauent.) *bellatrix egregia, primò eum, qui primus Euam ſupplantauit, expugnare viriliter aggreſſa es.* in ſpec. cap. 9.

Supra omnia martyrum tormenta compaſſio B. Mariæ iuxta crucem.

Securus, quem B. Maria cuſtodit, ac tuetur.

D. Bonau. *B. Maria bellatrix & victrix dæmonum.*

11. *Diſſoluta ſunt vincula brachiorum.*] Hebr. *Extenderunt ſe brachia manuum eius.* Erant qui- B dem antea vinculis conſtricta, dein ſolutis vinculis libera expandi, moueríque potuerunt. Legitur etiam ex Hebr. *Roborata ſunt brachia eius.* Chald. habet: *Quia ſeruauit legem in occulto, poſuitque Fortem fiduciam ſuam, tunc poſitum eſt aurum ſuper brachia eius, poſſeditque regnum, & confirmauit.* Legunt alij: *Aurata ſunt brachia manuum eius.* Significant nimirum annulus aureus, & armillæ, & alia principalia ornamenta, quibus Ioſeph eductus è carcere fuit à Pharaone ornatus & decoratus, vt narratur cap. 41. Caietan. ad hunc modum interpretatur: *Herus & domina ſagittauerunt Ioſeph ſagittis infamiæ, & cruciatus: ſed ipſe fortiter reſtitit in arcu ſuo ita quòd immotus eſt animus eius tendens ad bonum. Huiuſmodi C enim arcu pugnauit cum domina ſua: & inde ſcriptum eſt, quod brachia illius auro ornata ſunt. Nam ex conſtantia virtutis ſuæ meruit exaltari à Pharaone; tunc enim ornatus eſt auro.* Sic Caietan. Reſtitit Ioſeph arcu ſagittariis, hoc eſt, conſtantiâ fidéque in Deum, cuius virtuti adſcribitur & virtus & victoria Ioſeph. Nemo enim ſolo brachio reſiſtit, ſed arcu pugnat: nemo ſuis viribus cum carne luctatur, aut cum aduerſitatibus fortiter ac patienter dimicat: Sed arcu, Dei ſcilicet præſidio armatus & pugnat & vincit.

Caietan. *Victoria homini Deo adſcribitur.*

12. Nota ſit vnicuique ſua Imbecillitas: & de nobis, ſi vanè confidimus, temeréque audemus, dici poteſt illud Prophetæ. *Filij Ephrem D intendentes, & mittentes arcum: conuerſi ſunt in die belli.* Pſalm. 77. Quid quæſo turpius, quàm vt ſuæ virtuti confiſus, ideóque auſus victoriam ſibi polliceri, atque triumphum canere ante congreſſum prælij; ſeſe periculo ipſi tentationis vltro ingerat: at via ingreſſus agonem, abiectis armis exanimatus, victúſque ſuccumbat? *Sic filij Ephrem* (explicat S. Baſil.) *cùm admodum propter bellandi experientiam inſoleſcerent, ad hoſtium apparitionem in fugam conuerſi ſunt. Quid aliud eſt tendere arcus, & mittere; & conuerti in die belli: niſi attendere & promittere in die audiendi, & deſerere in die tentationis: armis quaſi proludere, & ad horam certaminis nolle pugnare?* hæc S. Auguſtin. Luſitanè dicerem, *Tenſarram no alardo: na bata- E lhaconarde.* Sapienter igitur conſulit omnibus S. Hieron. *Licet quidam putent maioris eſſe virtutis præſentem contemnere voluptatem: tamen ego arbitror ſecurioris continentiæ eſſe neſcire quod quæras.* epiſtol. ad Lætam. Facilè quidem prælia carnis fugiendo procul, difficilè cominùs pugnando ſuperantur. Sedeat ergo in Forti arcus noſter, nimirum vt intelligit Caietan. ſit immotus animus tendens ad bonum; ſeu clariùs mentis oculo affectúque firmiter in Deũ defixo: ingruant licèt, inſiſtántque blandientis tentamenta

Pſal. 77. *Vana hominis confidentia, turpiſque imbecillitas.*

D. Baſil. S. Auguſt. *Ante prælium inſolens in prælio timidus.*

S. Hieron. *Prudens à tentatione ſe proripit.*

Caiet.

menta carnis; non mouebitur tamen cor noſtrum, non vincet caro, ſed deuicta carne triumphabit anima. Sedeat in forti, ad Deum homo ſemper reſpiciat; ut velut acus nautica, quæ ſemel magneti illita nunquam aquilonis aſpectum aut omittit vllum, aut violenter amittit. Inflectus licèt pelagus, tumeſcant præferuidè vſque ad cœlum gurgites, fœda tempeſtas ſæuiat; nauiſque compreſſa fluctibus nunc attollatur in æthera, nunc demergatur in tartara; nunc tandem illiſa ropibus naufragium faciat: acus tamen ipſa ſemper obuerſa ſuum reſpicit aquilonem. O ſi aliquando magneti noſtro videlicet Chriſto Domino cruci affixo mens noſtra illita virtutem ab illo in Deum vſque tendendi conſeruaret: nec ſubinde inter omnia huius mundi pericula, aut vitiorum irritamenta vim illam planè cœleſtem, Deique affectum & præſentiam amitteret!

Semper in Deum anima intēdat.

Anima acus nautica, Chriſtus magnes.

13. Sed proh admirabilem rerum commutationem! Brachia manuſque Ioſeph antè vinculis conſtrictæ, acrioréque nexu turgentes, ac fœdatæ; nunc tandem deauratæ, nunc ornatæ annulis, nunc regiis armillis collucentes. Sic ſuos Deus omnipotens honorat ſeruos; ſic vbi pro Deo ipſi patiuntur, ibi demum potioribus præmiis donantur. Sic martyrum vibices & cicatrices in flores, in gemmas, in cœleſtia quædam lumina, conuertuntur. Et quæ priùs fuerant ſtigmata cruciatuum, dolorúmque inſignia, fiunt ſubinde victoriarum argumenta, ac triumphantium ornamenta ſimul & monumenta. Deaurantor tibi manus, ô ſerue Dei, cùm pro illo pateris; cùm ferreis conncctuntur catenis: ferrum illud in aurum tibi vertetur, ferrei nexus in annulos, & armillas. Et quæ ferro liuida tumebant, auro ſubinde gemmiſque ornata irradiabunt brachia: Et qui viuus ab impiis ignominiosè tractabatur, ſi patienter pro Deo toleret, vel iam mortuus ab omnibus honorabitur. An non Herodes Ioannem Baptiſtam, dum viueret, odit, detruſit in carcerem, denique trucidauit in præmium puellæ ſaltatricis amputato capite? At idem Rex miracola Chriſti audiens dixit: *Hic eſt Ioannes Baptiſta ipſe ſurrexit à mortuis; & ideo virtutes operantur in eo.* Matth. 14. Magna profectò vis eſt paſſionis! Qui nullum viuus miraculum fecerat; poſt mortem fortiter pro Dei obſequio toleratam dignus eſt habitus, qui ab ipſomet barbaro Rege, à quo fuit decollatus, miracula facere crederetur. Benè S. Chryſoſt. *Vide* (inquit) *quàm magnum quid eſt virtus: nam & de reſurrectione philoſophatur Herodes, & defunctum Ioannem reformidat.* Obiter hìc contra Iudæos expendit Rabban. *Sed quanta eſt inuidia Iudæorum ex iſto loco docemur: Ioannem à mortuis potuiſſe reſurgere nullo atteſtante Herodes alienigena pronunciauit: Iudæi verò Chriſtum, quem Propheta prædixerant reſurrecturum, non reſurrexiſſe, ſed furtim ablatum eſſe credere noluerunt: in quo inſinuatur quod promptior eſt animus gentium ad credulitatem, quam Iudæorum.*

Certa & magna præmia laboris & paſſionis pro Deo.

Matth 14.
Præclarum eſt pati pro Deo.

D.Chryſ.

Rabban.
Inuidia, excitas, obſtinatio Iudæorum
Faciliùs gentiles, quam Iudæi Chriſto credunt.

14. Magna quidem à Deo promiſſa manent iuſtum pro Deo aduerſa patientem in cœlo præmia: ſed purus tamen perfectiorum hominum amor mercenarios non eſt. Babylonio Regi tam ſanctè, quàm conſtanter tres illi pueri reſponderunt: *Ecce Deus noſter, quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis: quod ſi noluerit, notum tibi ſit Rex quia Deos tuos non colimus.* Dan. 3. Quòd ſi noluerit: quid tunc? Num adorabitis ſtatuam Regis? minimè, inquiunt. Etſi de Regis manibus nos Deus non eripiat; non tamen ſtatuam adorabimus. Ergo moriemini. Moriamur, aiunt. *Sed quitandem ſpe* (occurrit S. Chryſoſt.) *moriemini? Quid expectantes poſt mortem? reſurrectiones nondum erat expectatio. Reſponderent: Hæc eſt maxima remuneratio, mori propter Deum.* in Pſal. 7. Optimè quidem. Nam quis melior & optabilior creaturæ ſinus, quam vt ſeruiat Creatori, & in obſequium atque honorem ſui Creatoris & viuat & moriatur? Vnde Ioſeph meruit, vt tanta cum gloria è ſummis illis miſeriis à Deo eriperetur? Nimirum quia & iniuſtè afflictus, & quia patienter ſuſtinens afflictionem. Idcircò enim Dominus in ſolatium afflictorum illud pronunciat: *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.* Pſalm. 11. Vbi S. Chryſoſt. *Tantam Deus curam gerit eorum, qui afficiuntur contumeliis: maxima defenſionis loco eſt ipſa calamitas & mala pati.* Ipſa nimirum afflictio eſt quidem optima & certiſſima hominis apud Deum gratia, interceſſióque & ratio potiſſima impetrandi ab illo auxilij: modò tamen afflicto ſuffragetur patientia, quod in verbis Prophetæ innuitur. *Quando ſcilicet* (adiungit idem Chryſoſt.) *mala patientes nullum malum verbum proferunt: ſolum autem gemunt & ſua mala deplorant.* Itaque propter miſeriam inopum: ecce ipſamet calamitas & afflictio, videlicet cauſa impetrandi à Deo auxilij. Et gemitum pauperum. Ecce patientia calamitoſi hominis & afflicti, qui non queritur, non vlciſci deſiderat; ſed gemit tantùm, & ſe miſerum (vt homo infirmus eſt) lamentatur. *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.* Pſalm. 11. Exclamat ergo S. Baſil. *Papæ! quanta eſt humilis animi virtus. Quanta eſt illis expectanda retributio, qui malè afficiuntur. Non enim aliquam hic virtutem dicit, ſed afflictionem. Hæc enim potiſſimum Deum excitat; & ad ſumendum ſupplicium mouet. Tanti eſt, ſi qui iniuriis afficitur, fortiter ferat.* Planè ſic habuit innocentiſſimus, & potentiſſimus in ſuis omnibus aduerſitatibus Ioſeph.

Dan 3.
Deo ſeruiēdum, quia Deus eſt.

S.Chryſoſt.
Maximum homini præmium pati, & mori pro Deo.

Pſal. 11.
S.Chryſ.
Afflictio ipſa cum patientia ratio eſt impetrandi auxilij.

D.Chryſ.

Certum Dei auxilium iis, qui patienter ferunt, ac ſilent.
S.Baſil.

15. Et quidem tam mira commutatio de ferro ad aurum, de vinculis ad annulos & armillas, de carcere ad palatium, de ſeruitute ad imperium, de ſupplicio ad ſceptrum & gubernaculum regni Ægyptiorum, facta eſt *Per manus* (inquit Patriarcha, *Potentis Iacob*, hoc eſt, per manus Dei, quem colit Iacob, qui fauet Iacob, cuius in prouidentia, & miſericordia ſemper eſt poſitus Iacob. *Potentes*, Hebr. אביר *Abbir*, vnum eſt ex Dei nominibus idem atque *El* ſignificans *Fortem, Potentem.* Atque vt Hebræi tradunt habet tres literas eſſētiales א *aleph* ב *beth* ר *reſch*, & quarta interſeritur, י *iod.* Quod quidem grande innuit myſterium. Enimuerò tres illæ literæ ſeruato proceſſionis ordine beatiſſimæ Trinitatis nomina inchoant. *Ab ben ruach* אב בן רוח: Patrem, filium, Spiritū ſanctum. Auguſtiſſimum quidem, & omni creatæ intelligentiæ inſcrutabile ſacramentum, ac myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis, Dei in natura vnius & trini in perſonis, ſæpiùs in diuinis literis inuenitur & adombratum, & prædicatum, vt ſuo demum tempore ab ipſo Deo homine in terris reuelaretur hominibus credendum: quod ſoli fidei innoteſcit. *Hoc enim ſolùm ex Trinitate* (inquit S. Ambroſ.) *comprehendimus, quia comprehendi non poteſt.* lib. 3. offic. cap. 2. Pulchrè in hanc eandem ſententiam S. Bernard. *Scrutari hoc, temeritas eſt; credere, pietas eſt; noſſe, vita & vita æterna eſt.* lib. 5. de Conſid. cap. 8. *Potentis*: Hebr. *Abbir*, in quo priores (vti præmiſimus) ſunt

Inſcrutabile myſterium ſanctæ Trinitatis.

D.Ambr.

S.Bernard.

literæ ſacroſanctorum nominum Patris, Filij, A Spiritus ſancti; ponitur à Iacob, vti ſignificet totam Deitatis Trinitatem liberando & honorando Ioſeph inuigilaſſe maximè propter figuram, quam ille gerebat, Meſſiæ venturi, qui tandem aliquando venditus, malè acceptus, imò & à ſuis, & ab alienis peremptus poſt tres dies reſurgens, & in cœlum aſcendens non Ægypti; ſed omnium creaturarum dominator & rector in ſcripturis prædicandus, in mundo gentibus promulgandus erat. Quod quidem ex ſequenti verſu clariùs elucet.

Tota Trinitas fauit Ioſeph, quia figura Chriſti.

16. *Inde paſter egreſſus lapis Iſrael.*] In Hebr. non eſt (*egreſſus*) ſed ad maiorem explicationem ab interprete adijcitur. Eſt igitur in fonte, *Inde paſtor lapis Iſrael.* Inde, videlicet è ſeruitute, è vinculis, è carcere, ex ipſa perſecutione, grauiſſimiſque tot per annos exantlatis laboribus ab ipſo Deo omnipotente Iacob Patriarchæ ereptus eſt filius Ioſeph, regnique ſumpſit gubernaculum, ac paſtor fuit à diriſſima illa fame liberans Ægyptios. Lapis etiam Iſraël, id eſt, firmamentum domus ſuæ. Quippe qui patrem, fratréſque ſuos & abundè aluit, & in optima regione locatos quoad vixit, ſuâ præſentiâ; & mortuus ſui nominis memoriâ multos per annos ſuſtentauit. Inde (inquit) paſtor lapis: hoc eſt, ex ſumma infelicitate mancipij, venditi, vinctíque in ſummam principis felicitatem euectus ab omnipotente Deo eſt. *Et ego* (dicit Dominus) *ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Ioan. 12. *Qui deſcendit, ipſe eſt & qui aſcendit ſuper omnes cœlos, vt impleret omnia.* ad Epheſ. 4. *Nimirum Apoſtolus* (vt expendit S. Chryſoſt.) & ad Philipp 2. *& hic ſuadens humilitatem adducit Chriſtum. Quòd deſcendit, non impedit quominus aſcenderet, imò quò quis ſe humiliorem fecerit, eò magis extollitur. Quemodo enim in aqua quò magis eam infrà detuleris, eo magis in altum effertur: & quò ex maiore ſpatio fuerit iaculatus, eò magis aſſequeris: ita in humilitate.* homil. 21. in epiſt. ad Epheſ. Crucifixus itaque Dominus eſt & ſepultus. Quid quæſo humilius, quid abiectius, quid profundius ad deſcenſum? Sed inde paſtor lapis, non ſolius Hebræi populi, ſed omnium gentium. Chriſtus quidem Dominus verè paſcit ſuos fideles ſui corporis & ſanguinis epulo: ille petra eſt & fundamentum omnium electorum: ille paſſus eſt propter iuſtificationem noſtram, & D reſurrexit propter noſtram glorificationem, vt quò præiuit caput, ſequantur & membra. Pulchrè Tertull. opus illud ſuum de reſurrectione exorditur: *Fiducia Chriſtianorum, reſurrectio mortuorum: illam credentes ſumus, hoc credere veritas cogit: veritatem Deus aperit.* cap. 1. Opportunè quidem noſtra hæc commentatio in Paſchatis ferias cecidit; cùm & reſurrectionem Domini memoriâ celebramus, & noſtrorum corporum certâ fide, immortalitatem ad corporis Dominici expectamus.

Ioan. 12.

Humiliatio via ad ſublimitatē.

ad Epheſ. 4.

S. Chryſ.

Gloria Chriſti in mundo ex paſſione crucis.

Tertull.

Nota Chriſtiani hominis fides reſurrectionis.

17. Hac ſcilicet ſpe reſurrectionis conſolatur Dominus fideles ſuos: *Vade populo meus, intra in cubicula tua, claude oſtia tua ſuper te, abſcondere modicum ad momentum donec pertranſeat indignatio.* Iſai. 26. *Ad ſanctos loquitur* (declarat S. Hieron.) *quia vobis reſurrectio repromiſſa eſt, donec in peccatores & impios Dei ira deſæuiat. Ingredimini in ſepulchra veſtra, & abſcondite vos: breue enim tempus eſt, donec Dei pertranſeat indignatio.* Cubilia vocat defunctorum ſepulchra, in quibus mortua habitant corpora; inde ad diem iudicij tranſmigratura in cœleſtem patriam. Tertull. hunc ipſum locum de reſurrectione ſimiliter intelligens ſic euoluit.

Solatium Chriſtianorum ſpes reſurrectionis.

Iſai. 26.

S. Hier.

Tertull.

A *Legimus; Populo meus introite in cellas promas quantulum, donec ira mea prætereat. Sepulchra erunt cellæ promæ, in quibus paulisper requieſcere habebunt qui in finibus ſeculi ſub vltima ira per Antichriſti vim exceſſerint.* lib. de reſurr. cap. 27. Cellæ promæ dicuntur ſepulchra, & quidem appoſitè: quippe cùm illis edulia vtpote carnea, aliáque obſonia ſeruentur ad menſam principis pro feſtiuo celebríque epulo. Luſitanè diceres, *Deſpenſas, Ocharias.* Cuſtodiuntur videlicet in ſepulchris iuſtorum cadauera, quæ tandem in die iudicij immortalitatem induta iucundiſſimum æternæ gloriæ animabus ſuis cum Deo efficient conuiuium: ſed in ea voce, quam reddit Tertull. egregium adhuc ſcrutatur arcanum hæc adijciens: *Aut cur cellarum promarum potiùs vocabulo vſus eſt, & non alicuius loci receptorij, niſi quia in cellis promis caro ſalita, & vſui repoſita ſeruatur depromenda illinc ſuo tempore?* Non quidem omnia defunctorum ſepulchra vocantur cellæ promæ, penúſque Dei: ſed illa tantùm; in quibus carnes ſalitæ aſſeruantur; hoc eſt, corpora per pœnitentiam mortificationémque exſucta, & per amaritudinem laboris, ac doloris in vita exantlati, ne in ſempiternum corrumpantur, quodammodo ſalita. Nam delitiis vacantium pinguefacta & voluptatibus elanguida corpora ſuis iacent in ſepulchris veluti carnes putridæ ac fœtidæ in pabulum canibus, in ſterquilinio computreſcunt.

Sepulchra cellæ promæ.

Tertull.

In ſepulchris ſeruatur caro ſalita ad conuiuium immortalitatis.

Corpora per pœnitentiâ ſalita ſeruantur ad immortalitatem.

18. Denique Ioſeph iure optimo vocatur à C patre *Paſtor lapis*; quia vt de illo ſcribitur: *Ioſeph princeps fuit fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, ſtabilimentum populi.* Eccleſ. 49. atque adeò fuit optimum boni principis; boniqué prælati exemplar. Atque imprimis rector & princeps vel ab ipſo etiam Homero appellatur paſtor hominum, vti refert ac celebrat Ariſtoteles lib 8. Ethicor. Porrò in ſymbolo paſtoris inſinuatur clementia, lenitáſque regentis & imperantis; quæ quidem multò fortiùs, quàm ſeueritas rigórque ſubditorum animos flectit atque coniicit. De Chriſto Domino Regius vates cecinit, *Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.* Pſal. 24. Quia videlicet Deus homo factus dulcem ſe, ac miſericordem præbuit hominibus, iccircò legem illis caritatis, vt hîc explicat S. Hieron. & gratiæ peccatoribus iniunxit; non ferream, non timoris legem, ſed vt erat dulcis, dulcem; amore plenam, vbi ſuperabundat gratia, conſtituit. *Qua nimirum* (inquit S. Hieron.) *prouocat peccatores ad pœnitentiam.* Addit egregiè Propheta, *Diriget manſuetos in iudicio, docebit mites vias ſuas. Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas.* Pſalm. 24. Dirigit, regítque manſuetos vtique manſueto blandóque iudicio: nec enim ferro coërcet aut terret lupos & leones: ſed poteſt minare greges, & inter oues agnos ludere; & manſuetus Dominus cum manſuetis agere dicitur à Propheta. Benè ad hunc eundem locum Dauidis S. Baſil. *Qui* (inquit) *diuinis enutriti ſunt ſermonibus, per hoc exactè cognoſcunt, quomodo vniuerſæ Dei ſaluatoris noſtri gubernationes miſericordiâ ſint & veritate contemperatæ. Nam illis quidem, quos delictorum pœnitet, miſericordiam & remiſſionem impendit: eos verò, qui in virtute perſtiterunt inuicti, celebres reddit, & coronat.*

Eccleſ. 49.

Homer. Rex hominū paſtor.

Ariſt.

Pſal. 24.

Plus efficit clementia Regis, quàm ſeueritas.

S. Hier.

Pſal. 24.

Dulcis & blāda Chriſti lex & gubernatio.

S. Baſil.

E

19. Quod ſi legem Moſaicam inſinuari à Propheta intelligas, quam dulcis & rectus Dominus inſtituit, verè illum paſtorem ſimúlque lapidem Iſraëlis fuiſſe inuenies; dulcem & rectum, miſericordem & iuſtū, beneficiis Hebræos paſcentem,

& ſeue

& ſeuerioris legis duritiâ eoſdem vel coercentem, vel emollientem. Et quidem videtur conquerentibus de legis duritia reſpondere; non ab amaro ſed à dulci, non ab iniuſto, ſed à recto Legiſlatore illam inſtitutá: quod eleganter Tertull. ita expendit. *Quam legem* (ſcilicet Moſaicam) *non duritia promulgauit Authoris, ſed ratio ſũma benignitatis populi potiùs duritiã edomantis, & rudẽ obſequio fidem operoſis officiis dedolantis.* lib.2. contra Marcion. Durum videlicet ceruice, cordéque populum durioribus mãdatis tanquam ictibus mallei oportuit pulſari, atque emolliri: & illius erga Deum à rudiore profectam ingenio fidem, vtique nodoſam, rudémque aſciâ ſeueræ legis dedolari, multiſque & importunis ritibus ac ceremoniis perpolari. Durior itaque populus duriorem diſciplinam exigebat. Nam quid durius, quid rudius eſſe potuit, quàm vt tam dulcem patrem, tam rectum Dominum, tam largum Regem, tam pium ac miſericordem Deum, tam ingrati, tam impij, tam barbari Hebræi deſpicerent, ac pro idolorum vanitate, ſordibúſque relinquerent: Audi querentem Dominum: *Expandi manus meas totá die ad populum incredulum.* Iſai.65. legunt alij: *Et contradicentem*, vt etiam citat Apoſtolus, ad Rom.10. Sed quid illud ſignificat: *Expandi manus meas?* reſpondet S.Cyrill. Alexand. *Solemus ſemper, cùm refractarios alloquimur, & immorigeros, cum clamore manus extendere; & grauiter in illos inuehi.* Vbinam quæſo Domine IESV ad iſtum infidum & refractarium populum manus extendiſti? In cruce videlicet manus & brachia extendit Dominus, vt ingratum illum ſuâ clementiâ emolliret, ac pudore afficeret, cùm orauit: *Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt.* Luc.23. *Qui cùm* (ait S.Hier.) *beneficiis Domini vincerentur, & vltra hominem ſigna conſpicerent, dicebant, Dæmonium habet.* Luc.13. in 65. Iſaiæ. Significant verò expanſæ manus & largitatem donantis, quod nihil petentibus deneget: & parentis clementiam ſignificant ſuos filios in ſinu recipientis. ex S.Hieron. At Iudæi & largitatem Domini, & clementiam patris contempſerunt prorſúſque abnegarunt.

Tertull. *Dura lex Moyſis ad edomandam duritiã Iudæorum.*

Barbara Iudæorum ingratitudo erga Deum.

Iſai.65.

Queritur Deus de ingratitudine Iudæorum.

Luc.23. D.Hier. *Summa Iudæorum erga Chriſtũ ingratitudo.*

20. Sed ô admirabilem gentilis populi felicitatem! Hoc enim præmiſerat Dominus: *Quæſierunt me qui antè me non interrogabant: inuenerunt qui non quæſierunt me. Dixi: Ecce ego, ecce ego ad gentem, quæ non inuocabat nomen meum.* Iſai.65. *Totius* (inquit S.Hieron.) *mundi prouocat gentes, vnam fecit ſui nominis gentem, Chriſtianorum.* Chriſtianus igitur populus eſt verus iſte Iſraël, cuius paſtor & lapis eſt Chriſtus IESVS Dei ac Virginis filius. *Verè paſter, qui animam ſuam dedit pro ouibus ſuis.* Ioan.10. Verè paſtor, qui in ſacramento corpus ſuum & ſanguinem reliquit, *vt oues, quas redemerat, carnis ſuæ alimento ſatiaret*: inquit S. Gregor. homil. 14. in Euang. Hoc dulce ab ore Domini IESV per verba ipſius confectum epulum dilecta illa ſponſa vocauit oſculum oris, & vbera ſui ſponſi. *Oſculetur me oſculo oris ſui. Quia meliora ſunt vbera tua vino.* Cant.1. Quodnam iſtud vinum, quòd iam ſponſa reiicit? Vtique lex, iuſſaque Moſaici inſtar vini, acriter pungentes ſenſum, ac ſoporantes caput. Quodnam oſculum oris? Ipſemet Deus homo ſub ſpeciebus ſacramenti ſuomet ab ore fidelis, qui ritè ſanctéque ad Euchariſtiam auguſtiſſimam accedit. Quænam vbera? Nunquid ſponſus habet vbera? planè vbera & lac: planè & mater eſt. *Per vbera* (declarat Theodoret.) *iſta admiranda & vino præſtantiora cogita ineffabiles illos altaris fontes, ex quibus omnes nos*

Mira felicitas gẽtilis populi. Iſai.65. D.Hier. *Gentium ad Chriſtũ conuerſio.*

Ioan.10.

S.Gregor.

Cant.1. *Euchariſtia oſculum & vbera ſpõſi.*

Theod.

A *pietatis alumni nutrimur.* Fontes altaris dicit ſacramentum ſub vtraque ſpecie panis & vini, hoc eſt, corpus & ſanguinem Domini. Legunt alij: *Meliores ſunt amores tui.* Non enim vnum tantummodò amorem; ſed infinitos (liceat dicere) amores clementiſſimus Dominus IESVS in ſacroſancto myſterio Euchariſtiæ nobis oſtendit communicá que, & nos experimur. Verè paſtor & lapis nobis eſt benigniſſimus Dominus, à quo & paſcimur, & regimur: in quo firmi ſtamus, ſecuríque ſperamus.

Euchariſtia amores Chriſti.

SECTIO XXI.

B

Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus vberum & vuluæ. Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius: donec veniret deſiderium collium æternorum: fiant in capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos.

1. DIlectiſſimo filio Ioſeph læta fauſtáque bonus pater annunciat: cœleſtem ante omnia influxum, Dei præſidium: *Deus* (inquit)
C *patris tui erit adiutor tuus*: ob tua ſcilicet & maiorum tuorum merita tibi ſemper opitulabitur. Certiſſimè Domini gratiam promeretur, & impetrat, qui ſua cum parentum ſuorum meritis coniuncta obtulit Deo. Quantum enim apud Deum parentum merita valeant pro liberandis, vel promouendis, vel honorandis filiis, quid attinet dicere; cùm multis hoc ipſum in ſacra ſcriptura & teſtimoniis & exemplis comprobetur? Fuerunt quidem in Iudæa ferè omnes, qui poſt Dauidem regnarunt, principes impij atque idololatræ: eos tamen Deus multum, diúque ſuſtinuit propter vnum illum ſui generis & regni cõditorem Dauidem; virum ſcilicet ſanctum, Deóque fidelem. Sic de Abia Rege impiiſſimo ſcri-
D bitur; *Ambulauit in omnibus peccatis patris ſui; ſed propter Dauid dedit ei Dominus ſuus lucernam in Ieruſalem, vt ſuſcitaret filium eius poſt eum.* 3.Reg. 15. Et verò etiam in perſona Salomonis, qui multa contra Deum flagitia commiſit, intelligunt Hebræi illud: *Propter Dauid ſeruum tuum, ne auertas faciem Chriſti tui.* Pſal.131. Quem quidem verſum Rex ipſe Salomon ſibi accommodauit cùm extructo templo Dominum longâ deprecans oratione, ſic eam abſoluit: *Domine Deus ne auertas faciem Chriſti tui: memento miſericordiarum Dauid ſerui tui.* 2.Paral.6. Etſi noſtri doctores magis appoſitè de Chriſto Domino explicent. Sic enim capiunt S.Hieron. *Propter illum, qui ex*
E *ſemine Dauid formam ſeruilem ſuſcepit, non auertatur claritas imaginis tuæ à ſanctis, in quibus habitat Chriſtus, ſed illuminet eos.* ad Pſalm.131. Itaque per Dauid intelligit Chriſtum Dominum, per Chriſtum Chriſtianos, iuſtos tamen. O mira dignitas Chriſtianorum iuſtorum, Chriſtus ipſemet dicuntur!

Multũ filiis valent merita parentum.

Propter Dauid multum diúque Deus ſuſtinuit Iudæos. 3 Reg.15.

Pſal.131.

2.Paral.6.

D.Hier. *Chriſtiani dicuntur ipſemet Chriſtus.*

2. Enimverò ſcitum eſt filios propter impietatẽ parentum diuinitùs flagellari: quod ſanctiſſimus Iob egregiè admodum ita expreſſit: Hæc eſt pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab omnipotente ſuſciperent;

ſi multi

Malorũ parentum filij multis flagellati calamitatibus.
Iob 27.

A *ſi multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt: & nepotes eius non ſaturabuntur pane: qui reliqui fuerint ex eo, ſepelientur in interitu; & viduæ illius non plorabunt.* Iob 27. Summa quidem infelicitas hominum improborum, maximè verò rapacium, & qui rapinis & iniuſtis lucris immodicas coaceruarunt opes. Arbitrantur ſtulti ſuis ſe hæredibus diuitiarum gloriam & felicitatem relinquere, at terram contra illos armatam, coniuratámque ac perpetuis videlicet miſeriis eoſdem damnatos relinquunt. Mortuo ſcilicet Saule viuæ tamen illius iniuſtitiæ contra Gabaonitas patratæ ſic remanſerunt; vt non niſi ſupplicio ſeptem illius nepotum, qui patibulo ſuffixi perierunt, debuerint expiari; vt conſtat ex 2. Reg. cap. 21. Audiant ergo parentes, filiíſque Deum propitium, non B iratum relinquant: minatur enim: *Et oblita es legis Dei tui: obliuiſcar filiorum tuorum & ego.* Oſeæ 4. Quòd ſi Deus ſæuè, ac miſeris filiorum vlciſcitur parentum delicta, cùm ipſemet ad miſerendum, quàm ad puniendum pronior ſit: vtique piorum hominum, & qui pauperes in vita ſuſtentarunt, filios & hæredes tuebitur, fouebitque. Idcircò monet diuites S. Chryſoſt. vti pauperibus largè diſtribuant reddántque in illis Deum ſibi debitorem; qui proinde filiis defunctorum ſedulò prouideat, & cum fœnore patrum miſericordiam pauperibus præſtitam filiis perſoluat: imò illorum ſit prouidentiſſimus curator ac patronus. Inſit igitur: *Si liberis tuis magnas opes relinquere vis, Dei prouidentiam relinque.* homil. 7. C ad Rom. 3. Quod autem cum fœnore filiis reddat, deinde ſic idem oſtendit. *Nam gratiam habet Deus, & cùm nobis debet, & cùm rependit: libentiúſque fœneratores ſuos contuetur, quàm eos, à quibus nihil mutuò accepit: & quibus maximè ille debet, hos & maximè amat. Nec enim perinde ſuis delectatur debitoribus creditor, vti Deus ſuis creditoribus: & quibus nihil debet eos auerſatur; quibus autem debet, ad eos accurrit.* Scilicet contra hominum conſuetudinem; quibus, cùm aliquid debent, nullum grauius tormentum, quàm creditorum occurſus, aſpectúſve. Erit igitur Ioſeph, vti pater vaticinatur, adiutor fautórque omnipotens Deus tum propter patrum & auorum, tum etiam propter ipſius Ioſeph ab illis minimè degenerantibus D merita.

D. Chryſ.
Miſericordes erga pauperes ſuis filiis debitorẽ & curatorem Deum relinquunt.

Deus amat ſuos creditores.

Deus auerſatur eos, quibus nihil debet.

Fertilitas terræ ac proles numeroſa priſtorum benedictio.

3. *Benedicat tibi benedictionibus.*] Prædicit filio pater benedicendo abundantiam inprimis omnium terrâ naſcentium, ad quam neceſſaria duo ſunt, cœleſtis regionis influxus, & bonitas abyſſi, hoc eſt, molis ex elemento aquæ terræque: ex his enim ſimul cõiunctis pinguitudo ac fertilitas terræ, quam colimus, prouenit: atque adeò fœcunditas ſeminum, rerúmque omnium terreſtriũ vbertas & felicitas. Deinde vaticinatur numeroſam prolem, quæ dicitur benedictio vuluæ, cum qua ſimul coniungit benedictionem vberum; optimam ſcilicet nutricationem, atque educationem. Quibus non tantùm fœtura hominum, ſed etiam animantium, & lac quo nata educen- E tur, prædicuntur. Magna hæc quidem illis gentibus, illis ætatibus cenſebatur benedictio, qua multos per annos in magnam excreſcens multitudinem frui viſa eſt tribus Ephraim minoris quidem ætate, ſed à Iacobo prælati (vt ſupra vidimus) filij Ioſeph. Sed eam tamen amiſit aliquando tandem fœcunditatem: reuocata quippe fuit ab Ingratis, & infidelibus ea benedictio vbertatis ob ingentia illorum flagitia, vti conteſtatur Oſeas: *Ephraim quaſi auis auolauit: gloria eorum à*

Oſeæ 9.

partu, & ab vtero, & à conceptu: quòd ſi enutrierint filios ſuos; abſque liberis eos faciam in hominibus. Et mox: *Da eis vuluam ſine liberis, & vbera arentia.* cap. 9. *Habuit quidem* (exponit S. Hieron.) *omnem ſuam gloriam Iſrael in multitudine, & in eo ſe maiorem arbitratus eſt Iuda fratre ſuo, quia ipſe decem tribubus, ille duabus præfuit. Auolauit quaſi auis gloria eorum, quòd Deus ab eis receſſit, & auolauit auxilium.*

S. Hier.
In numero & in ſubſtantia diminuti Iſraelitæ propter flagitia.

4. Sed quare illam benedictionem, quam poſteri tamen amiſerunt, ipſe promeruit Ioſeph? *Hanc* (reſpondet Theodoret.) *prouidentiam conſequutus eſt recipiens mercedem obſequij ſui erga parentes. Hoc enim dicit, propter benedictionem vberum & vuluæ, & benedictionem patris tui & matris tuæ. Studioſus erat curator ſenectutis paternæ: matris etiã prouidentiæ fructum conſecutus eſſet is, ſi non antè è vita mater diſceſſiſſet.* quæſt. 109. in Geneſ. legit enim Theodoret. iuxta L X X. *Auxiliatus eſt tibi Deus meus, & benedixit te benedictione cœli & terræ omnia producentis. Propter benedictionem vberum & vuluæ, & benedictionem patris tui, & matris tuæ præualuiſti,* &c. Itaque iuxta expoſitionem Theodoreti hanc diuinam erga ſe curam & prouidentiam meruit Ioſeph propter egregiam erga parentes ſuos curam ac diligentiam, quam ſanctiſſimus filius ſemper exhibuit. Nam etſi mater Rachel per id tempus iam mortua eſſet: illi tamen puer obediens gratúſque ſemper extitit; & vir, ſi adhuc illa ſupereſſet, eandem cum patre gratiam filius Ioſeph rependiſſet. Quid ſi de matre optimè meritus dicatur filius, quia patri debita pietatis officia præſtitit? Nam cùm ſe inuicem coniuges ſanctè diligunt, nihil vni gratius dulciúſque eſt, quàm quod alteri officiis, & obſequiis à filio rependitur. Sic pater quiſque prudens, cùm emoritur præ cæteris omnibus filio commendat, vt matri obediat, matrem curet, foueat, honoret, viduam conſoletur. Deo autem tum gratus eſt filiorum erga parentes amor, curáque & vigilantia pro illis in ſenio, & inopia ſuſtentandis, vt tam multiplicem, atque ſuperefluentem in liberis, in patrimoniis, in honoribus, in diuitiis proptereà Ioſeph à Deo fuerit benedictionem conſecutus.

Theod.
Ioſeph propter pietatẽ in parentes à Deo auctus & honoratus.

Filij pietas in parentes mortuis à Deo benè rependitur.

De vno parente filius benè meretur, qui alterum honorat.

5. Quin etiam vel ipſum tantummodo animum ſic ſtudioſum, ipſámque mentis propenſionem erga matrem; quæ iampridem obierat, in filio reſpexit omnipotens Deus, magnóque dignam præmio iudicauit: facto ſcilicet comprobans quod poſtmodum iniuncto mandato voluit promulgari. *Honora patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram.* Exod. 20. Amori videlicet filiorum, honori, curæque & ſtudio parentibus exhibendo non modò in æterna vita, ſed & in præſenti cum ætatis longæuitate plurima terræ bona ſimul promittuntur: quibus quidem omnibus ſicut indignus priuatur, qui erga parentes inciuilis, inhumanus, ingratúſque filius habetur. Narrauit fortè pia quædam mulier illa tunc eadem hora occurriſſe ad inhumanum procul dubio ſpectaculum; & quiritanti fœminæ opem tuliſſe, quam filius furioſus adoleſcens matris obiurgationem non ferens diſtricto gladio impetiuit, & niſi fortè reſupina præ metu cecidiſſet, pectore ipſo transfuerberaſſet: heus tu, inquam, bona mulier obſerua obſecro: iſte & citò & ſine confeſſione, & violenter morietur. Hoc enim mihi præſagit animus, & Dei teſtimonia, & quotidiana experientia perſuadent. Quid tum poſtea? eiuſdem diei infauſtâ illâ quidem nocte,

Filij pietas erga parentes Deo gratiſſima.

Exod. 20.
Pij filij erga parẽtes diu & feliciter viuunt.

Filius in matrem inhumanus infeliciter moritur.

nocte, cùm infelix ad meretricem ingredi tentaret, ab altero ſui ſimili gladium diſtrictum ore ipſo accepit, amputatáque linguâ, quâ matrem iniuriis & conuiciis dehoneſtauerat, transfoſſóque vlteriùs occipite procubuit abſque vllo pœnitentiæ ſigno, indéque in tumulum ſublatus, atque in inferno (vt credere par eſt) conſepultus exemplo, atque horrori fuit filiis, ne parentibus ingratos ſe, inurbanos, atque inhumanos, quorum in promptu vindex omnipotens adeſt, vllo modo exhibeant.

6. Aliud verò colligi videtur ex fonte ipſo Hebr. *Veeth Saddai vibaracheha.* Et cum omnipotente (ſubaudi) fuit cor tuum, vt non audires (ſcilicet) verba dominæ tuæ, & benedicet tibi. Sic legit Lippom. iuxta quam lectionem tam largè, támque præclarè benedicitur Ioſeph ob inſignem illam pudicitiam, quam in mediis tentationibus illæſam conſeruauit. Via profectò ad maxima Dei bona conſequenda ſolet eſſe tentatio: atque vt rectè dictum eſt à S.Chryſoſt. *Hæc in vitu quæcunque bona habemus, ea non abſque bello poſſidemus.* hom.5. in epiſt. ad Rom. Nec enim virtutes ſine tentationibus aut acquiruntur, aut conſeruantur: nec pudicitia Ioſeph niſi inter tentationes irradiauit: nec Ioſeph tam admirabilis in Ægypto gloria, niſi poſt deuicta tentationum prælia triumphauit. Qui ſenſus etiam eſt illorum verborum; quæ præced. ſect. explicauimus: *Diſſoluta ſunt vincula brachiorum eius.* & ex Hebr. *Deaurata ſunt brachia manuum eius.* Quod quidem (alium ibid. ſenſum eruimus) præmium fuit caſtitatis, quam ex illo mulierculæ tentatricis incendio illæſam Ioſeph eripuit. Restitit viriliter adoleſcés pertinaciter inſtanti fœminæ, illámque vbi violenter impuras manus iniecit, ſtrenuè manibus caſtus athleta repulit: ac veſtem, quam apprehenderat adultera, prudenter caſtéque excuſſis brachiis reliquit. Illæ igitur manus, illa brachia, quæ tam fortiter pro caſtitate decertarunt, egregiis tandem à Deo condecorantur ornamentis, armillis, annulíſque ex auro & margaritis mirum in modū ſplendeſcunt: vti cicatrices, ſigna & loca vulnerum in Chriſto Domino, & in ſanctis martyribus poſt hanc vitam in ipſo ſtatu immortalitatis præcipuo quodam ſplendore, atque eximiâ quadam pulchritudine collucebunt.

S.Chryſ.
Nullum bonum ſine tentatione poſſidemus.

Magna præmia caſtitatis in bello victricis.

7. Imò verò ipſamet etiam arma, quibus in prælio reſiſtimus tentanti vel carni vel mundo, vel diabolo præclarè admodum reddunt eos, qui decertant, ſplendidos & glorioſos: vti Apoſtolus ſignificat: *Abiiciamus* (inquiens) *opera tenebrarum, & induamur arma lucis, ſicut in die honeſtè ambulemus.* ad Rom.13. Opera tenebrarum vocat ſcelera vitiáque iam nunc tartareis ſuperfuſa tenebris: arma lucis, quibus ſcilicet reſiſtimus, præliamur, ſuperamus. Ergo S. Chryſoſt. *Ad vitem nos* (exponit) *dies & ad pugnam vocat, pugnam audiens & arma, non eſt quod timeas. Lucis quippe ſunt arma: vnde & radiis ſolaribus illuſtriorem te faciunt, multum emittentia fulgorem: atque in tuto etiam optimè munitum conſtituunt; arma ſiquidem ſunt: deinde ſplendidum faciunt: ſunt enim arma lucis.* homil.24. in epiſt. ad Rom. Itaque Dei arma, quibus homo indutus contra vitiorum inſultus dimicat; cùm fortia pariter ſunt & ſplendentia, militantem non muniunt modò, ſed etiam exornant & illuminant. *Et quemadmodum* (adiungit S.Chryſoſt.) *è thalamo ſuo ſponſus progreditur gloriabundus: ita & is, qui armis iſtis munitus eſt: ſimul enim & ſponſus & miles eſt.* Proh quam fortia, quàm ſplendentia Chriſti Domini vulnera, Virginíſque matris vbera Chriſtiano ſunt, qui à tentationibus impugnatus illa implorat, ad iſta confugit! *Relinquite ciuitates* (clamat Propheta) *& habitate in petra habitatores Moab; & eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis.* Hierem.48. Literalis quidem ſenſus longe alius eſt; at certè in myſtico inuitantur vel ipſi peccatores per Moab ſignificati, de quo ibi dicitur: *Moab requieuit in fæcibus ſuis.* Vt nimirum ad Petram Chriſtum IESVM confugiant; & in foraminibus petræ, hoc eſt, in plagis Chriſti penitùs immerſi atque abſconditi columbarum inſtar, quæ accipitrem fugientes ſeſe in penitiores columbarij cellulas recipiunt, non minùs dulciter, quàm ſecurè conquieſcant: ibíque nidificent, hoc eſt, cogitationes animæ, affectus cordia educent, curam omnem ſollicitudinémque defigant. Sed quid columbarum fuga ad præliantium arma, quibus cominùs & fortiter agitur? Sermo ſcilicet eſt de prælio Ioſeph, de carnis tentatione, quam paulò ante, & ſæpiùs alibi, diximus non tam decertando, quàm fugiendo ſolitam ſuperari.

ad Rom.13.

D Chryſ.
Splendida ſunt & ſplendidos reddūt arma, quibus pro Deo certamus.

S.Chryſ.

Chriſti vulnera, & Virginis vbera tētatis perfugium.

Hierem 48.

In vulneribus Chriſti ſanctæ colūbæ quieſcunt.

A tentatore ad Chriſti vulnera cōfugiendum.

8. Tunc igitur maximè ſuam exerunt ab hoc vitio tentati fortitudinem, cùm celerrimè, ac longiſſimè aufugiunt: nec meliora contra concupiſcentiam carnis arma nos muniunt, quàm pedes ipſi, cùm fugiunt, totiúſque animi & corporis conatu tanquam alarum remigio auolamus. En fortitudo! at vbi ſplendor bellantium? Audi Regium vatem: *Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ: & poſteriora dorſi eius in pallore auri.* Pſalm.67. Cùm ſcilicet inter ſortes capitiſque pericula, quaſi lethargo conſopitos vos tenet aduerſarius; illud vobiſcum ſalutis habetis remedium, ſi quam citiſſimè ac fortiſſimè fugam arripiatis: tunc enim quædam veluti ab ſpiritu ſancto efformatæ columbæ pennis inſtar argenti candentibus, collóque aureum emittente fulgorem, ad ſecurum vſque portum eruciа, & ad plagarum Chriſti aſylum ſubuolabitis. Tantum abeſt vt in huiuſmodi fuga ſit vel dedecus vel turpitudo: vbi ſcilicet & nitet argentum, & aurum rutilat. Poſt Domini vulnera nullum habent ſibi aliud præſentius remedium, nullum ſecurius perfugium peccatores, quàm Virginis matris vbera. Mater illa Dei eſt, & hominum ſimul: mater gratiæ, mater ſalutis. Cur magna igitur etiam magni peccatores ad Virginem beatiſſimam fiducia non accedant, quæ a S. Ephrem vocatur *ſpes deſperantium, peccantium adiutrix, mundi ſolatium, porta cœlorum.* orat. de laud. Virgin. & martyrum? Annon illa ipſa eſt per ciuitatem Dei ſignificata, quæ dicit: *Memor ero Rahab, & Babylonis ſcientium me.* Pſalm.86. Quibus impuri, obſcuri, & flagitioſi peccatores ſignificantur: quos illa inuitat ad pœnitentiam, venientes excipit: ad filium illi tandem reconciliandos adducit? Pulchrè quidem lib.3. reuelat. cap.32. S. Brigittæ Virgo Dei mater comparatur magneti ferrum ad ſe attrahenti, eò quòd vel ipſa ferrea facinoroſorum hominum corda virgo Deipara trahit ad ſe primò, deinde ad filium. Multi ſiquidem etiam flagitioſiſſimi peccatores per roſaria (vti vocant) Virginis ad fugiendum è peccato, ad emittendam ritè confeſſionem, ad conſequendam à Deo tam ſuauiter, quàm feliciter gratiam ſeſe diſpoſuerunt. *Mille clypei pendent ex ea.* Cant.4. *Id eſt*, vti exponit S.Thomas, remedia

Fugiendo vincitur carnis tentatio.

Pſal.67.
Decus eſt in tentatione carnis fugere atque auolare.

S.Ephrem.
B. Maria perfugium, fiducia, remediū peccatorum.

Pſal.81.
B. Maria inuitat ad pœnitentiā.

S.Brigit. reuel.
B. Maria peccatores ad Chriſtū, & ad ſe attrahit.

Cant 3.
Remedia contra omnia pericula in B. Maria.
S.Thom.

media contra pericula pendent ex ea: item in omni opere virtutis poſſi eam habere in adiutorium: & ideò dicit ipſa: In me omnis ſpes vitæ & virtutis. Eccleſ. 24. opuſc. 8. de Virgine matre vtrúmque locum explicat.

Eccleſ. 24.

D. Ambr. *Ioſeph typus Dei hominis.*

9. Porrò S. Ambroſ. in iis verbis: *Benedictionibus vberum & vuluæ:* quæ de Chriſto Domino interpretatur, vtramque Domini generationem, diuinam Verbi ex Æterno Patre, humanámque Verbi incarnati ex matre Virgine intelligit: *Patris (inquit) ſpiritalis eſt vulua, interioris arcanum, de quo tanquam ex genitali aluo proceſſit filius. Denique diuersè legimus nunc vuluam patris, nunc cor eius, quo Verbum eructauit: nunc os eius, ex quo iuſtitia proceſſit, ex quo prodiuit ſapientia: ſicut ipſe ait: Ex ore Altiſſimi prodiui.* Eccleſ. 24. cap. 11. de bened. At de benedictione vberum ita diſſerit: *Mariæ dicit vbera, quæ verè benedicta erant, quibus ſancta Virgo populo Domini potum lactis immulſit.* In filio igitur Ioſeph, qui typum gerebat Regis Meſſiæ, duplicem hanc Chriſti Domini excellentiam commendat Iacob: quòd videlicet Deus homo ſit procedens per æternam generationem Deus de Deo; & in tempore natus homo ex Virgine matre: quarum quidem benedictionum excellentia ſupra omne quod magnum & ſublime ant eſt, aut cogitari poteſt, in infinitum tranſcendit. Sic enim legit S. Ambroſ. *Propter benedictionem vberum, & vuluæ benedictiones patris tui, & matris præualuit.*

Eccleſ. 24. *Verbi generatio ex Patre.* D. Ambr. *Verbi incarnati generatio ex matre.* S. Ambr.

10. *Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius, donec veniret deſiderium collium æternorum.*] Vide quàm multus Iacob eſt in congerendo benedictiones ſuper filium cariſſimum Ioſeph: quàm fauſtis prædictiones fauſtis inſuper accumulet precationibus. *Proſint* (ait) *tibi ô fili omnes maiorum meorum benedictiones, quas vnquam ſuis poſteris impertiti ſunt.* Proſint inſuper tibi meæ benedictiones prioribus additæ: vſque dum veniat omnium vltima & maxima benedictionum, ſcilicet aduentus Meſſiæ. Nec illæ tuæ deficient benedictiones, donec veniat ipſe, qui eſt noſtrorum votorum ſcopus, finíſque. Mirum quidem eſt, quàm multæ, variæque huius loci tradantur expoſitiones: viderit plurimas qui volet, apud noſtrum Perer. mihi certè facilior aptiórque hæc videtur. Benedictiones meæ, ô fili, quas nimirum ego à patribus & à Deo accepi, confortatæ ſunt; ſeu (vt in Hebræo eſt) præualuerũt benedictionibus patrum: largiora quippe ac diuiniora diuinitùs mihi, quàm patribus donata ſunt: plures ac illuſtriores ego, quàm illi, viſiones habui; ampliores promiſſiones accepi; magis numeroſam genui prolem; filium (quod nulli è patribus contigit) video meis oculis totius Ægypti ab ipſo Rege ſecundum & principem, & moderatorem: vberiorem prophetiæ gratiam mihi à Deo infuſam in his ipſis, quas impertior, benedictionibus expromo. Confide igitur fili, ſume, inquam, animos, felicitatem agnoſce tuam; quippe cùm illas omnes paterno amore tibi cupiam, velim, gaudeam indulgeri benedictiones. Senſus igitur eſt: Benedictiones, quas tibi, ô mi Ioſeph, impertior, valde quidem excellunt omnibus illis, quas ego à meis maioribus accepi: vnâ tamen exceptâ, quam non tibi, ſed Iudæ fratri tuo Deus voluit donari, ſcilicet aduentum Meſſiæ, qui non de tua, ſed de illius tribu erit. Vſque ad deſiderium collium æternorum excluſiuè, citra benedictionem Meſſiæ, quæ ad te non pertinet, plurimas & maximas patrum,

Maior Ioſeph, quàm fratrũ felicitas excepto aduentu Meſſiæ, qui de tribu Iudæ futurus erat.

A meáſque tibi à me donari effuſáque ſcias benedictiones. Placuit hic ſenſus Caiet. quem iudico germanum ac litteralem. Caiet.

11. Conualuit (legit S. Ambroſ.) ſuper omnes montes & deſideria collium æternorum. Explicat verò: *Super omnes enim illos ſublimis meritis viros Patriarchas, Prophetas, & Apoſtolos: ſed etiam vltra ſolem, lunam, Archangelos tanquam cæli lumen emicuit.* cap. 11. de bened. Eidem ſenſui Procopius inſiſtens: *Quamuis (inquit) eſſet homo, attamẽ diuinũ in morem excellit omnes Patres antiquos licèt illuſtres. Sic enim teſtatur Dauid: Quis in nubibus ſimilis Domino: aut quis aſſimilabitur Domino in filiis Dei?* Pſalm. 88. *Hi ſunt, qui dicuntur montes & colles æterni inſiſtentes omnibus, quæ ſunt ſuper terram.*

S. Ambr. *Chriſtus ſupra omnes ſanctos & Angelos.* Procop. Pſal. 88.

B Per colles etiam intelligi poſſunt Angeli, qui mirum in modum ſibi diuinitùs reuelatam diuini Verbi incarnationem compleri tandem aliquando deſiderabant: vt ipſorum vacuæ ob perditionem malorum Angelorum ſedes addito electorum hominum per Chriſtum numero replerentur. Facilis etiam illa Ruperti explicatio: *Deſiderium collium æternorum, id eſt, Meſſias deſtinatus ab initio mundi, ſiue ex quo ſunt colles & montes ſuper terram: vel deſideratus ab antiquis Patribus, qui propter pietatis & iuſtitiæ ſublimitatem fuerunt inſtar collium & montium. Meſſias enim non à quibuſlibet expreſsè cognitus ac deſideratus eſt; ſed ab inſignioribus virtute & ſapientia viris, vt fuere Patriarchæ & Prophetæ.* Si colles & montes terræ intelli-

Chriſtus à Patriarchis & Angelis deſideratus. Rupert.

C guntur in ipſo mundi primordio à Deo conſtituti, iuuat planè Ruperti expoſitio illorum opinionem, qui aſſerunt Verbi incarnationem non fuiſſe futuram ſi Adamus non peccaſſet: ſuppoſito enim illius peccato deſideratus eſt aduentus Redemptoris. Quamuis etiam optimè reſponderi ſoleat: ſi Adamus non peccaſſet venturum quidem fuiſſe Deum hominem in mundum, Verbi enim incarnatio, primum & maximum Dei opus ad extra etiam ante præuiſionem peccati decreta fuit à Deo: non tamen futurum Redemptorem. Sed hæc ad ſcholas Theologorum.

Ab exordiis mũdi Meſſias deſideratus. *Quæſtio circa Verbi incarnationẽ.*

12. *Fiant in capite Ioſeph, & in vertice Nazaræi.*] Optat Iacob, vt quæ iam fauſta feliciáque dilectiſſimo filio precatus eſt, ſuper caput illius

D fiant, hoc eſt, abundè cumulatéque contingant. Vocat Nazaræum, id eſt, ſeparatum, qui etiam puer ſegregatus vixit ab improbis, & vitioſis fratrum moribus; atque ab omni malarum conſuetudinum labe, quâ puerorum mores infici ſolent. Nazaræum etiam dicit, quia inter fratres ſuos maximè venerandum, omníque reuerentiâ dignum: quò enim quis ſeparatior, eò veneratior. Apoſtoli cum primis, deinde ſacerdotes dicuntur à Prophetis *Lapides ſancti eleuati ſuper terram, ſeu ſeparati.* Zach. 9. Et Chriſtus Dominus à Paulo dicitur Pontifex *Sanctus, impollutus; ſegregatus à peccatoribus, & excelſior cælis factus.* ad Hebr. 7. Ex quibus docemur veram iuſtitiam & ſanctitatem

Quò quis ſeparatior, eò ſanctior. Zach. 9. ad Hebr. 7.

E eſſe non poſſe cum prauorum hominum familiari conſuetudine: imò & ſeparatam eſſe ab ipſo mundo, *qui totus in maligno poſitus eſt.* Ioan. 1. cap. 5. Chriſti quidem ſanctitas inter peccatores, & cum peccatoribus labem vllam contrahere non potuit; nec enim ſol lutum & cœnum ſuo ſplendore illuminans vllâ notâ inficitur: nec Deus homo inter peccatores agens, & cum peccatoribus conuerſatus dehoneſtari potuit, at hominis ſanctitas, vt talis re ac nomine habeatur, procul eſſe non affectu solùm, ſed etiam effectu, & loco, ac videri ſeparata debet: Pulchrè illi antiquitatis

Sanctitas Chriſti inter peccatores illæſa. 1. Ioan. 5. *Sanctus qui & ſeparatus homo ab impiis.*

tatis ſapientes, eùm per Sphingem, ac Sirenes, ſumma quidem ipſa prauæ conſuetudinis diſcrimina, & vitiorum irritamenta ſignificarunt duos tantummodo mortalium ſcilicet Oedipum, & Vlyſſem, qui ſalui atque illæſi ex periculis & illecebris illis euaſerunt, commenti ſunt. Vnde ſubintulit egregiè Clem. Alexand. *Qui nauigando prætervectus eſt Syrenas, vnus ſuffuit: & qui Sphingi reſpondit, vnus alius: atque adeo nullus ſi vultis.* 1. Stromat. Sic difficile, ſic rarum eſt hominem vitioſa improborum conſuetudine non fœdari carniſque blandimentis, quibus irretitur, non emolliri. Vnus vel alter erit, qui euadat illæſus, atque adeò nullus.

Rarò quis inter malos bonus inuenitur.
Clem. Alex.
E periculis carnis illæſus ferè nullus euadit.

13. Lex quidem de Nazaræis ita præſcribit: *Vir, ſiue mulier, cùm fuerit votum vt ſanctificetur.* Numer. 6. Hebr. vt notat Caiet. habet: *vir cùm ſe ſeparauerit.* Sic etiam Pagnin. Quare idem eſt *ſeparari* atque *ſanctificari, ſeparatio* atque *ſanctificatio.* Meritò igitur dixit aliquando Dauid: *Porrò hæc via polluta eſt.* 1. Reg. 21. Via ſcilicet, quæ à multis iiſque improbis, & vitio pollutis teritur: ex qua quis vt ſe ſanctificet, abſcedat neceſſe eſt. Verùm enim verò vox Hebr. *nezer* idem eſt etiã, atque *corona:* ſitque hic ſenſus: Erunt omnes iſtæ benedictiones ſuper verticem eius, qui eſt *nezer* נזר *corona, diadema* נזיר *coronati:* corona ſiue diadema fratrum ſuorum. Non ſolùm quia omnes virtutum ornamento ſuperauit, ſed etiam quia ſolus in tam glorioſum apud Ægyptios principatum à Deo euectus eſt: quod iuxta expoſitionem S. Chryſoſt. in montibus & collibus paulò antè fuerat præſignificatum. Sic enim interpretatur: *Per cumulos æternos gloriam & maieſtatem, & regnum Ægypti; per montes firmos ſublimitatem & fortitudinem deſignat: & in ſummum faſtigium principatus euectum eſſe hîc inſinuat.* homil. 67. in Geneſ. Quid ſi Ioſeph appelletur à patre nezer, corona, diadema fratrum, idque abſolutè, quia fraterni amoris velut magiſter in mundo extitit, & in omnes gentium ætates admirabile poteſt ac debet eſſe fratris erga fratres inimicos, perſecutores, ac parricidas & exemplar, & monumentum? Denique Ioſeph corona & diadema dici poteſt adoleſcentium; item ipſius adoleſcentiæ, atque adeò caſtitatis.

Num. 6.
Caiet.
Idem ſanctificatio, atque ſeparatio.
Pagnin.
4. Reg. 21.
D. Chryſ.
Ioſeph fraterni amoris exemplar, & magiſter.

14. At (dicet aliquis) ſi Ioſeph ante patris ſui aduentum iam princeps erat in Ægypto, quomodo à patre vaticinium, ſimúlque benedictionem principatus, quo potiebatur, accipit? Non quidem filio paret futurum principatum: ſed illius (vt videtur) firmitatem, ſtabilémque durationẽ & prædicit, & benedictione datâ imprecatur. Sic enim legit S. Chryſoſt. *Confortatus es benedictionibus montium firmorum, & deſiderabilibus cumulorum æternorum:* ſic ex LXX. Cùm enim omnia etſi maxima & clariſſima mũdi bona innatum ſibi gerant hoc vitium inconſtantiæ, futiliſque tandem & breui vt plurimum ſortitus: maximéque principatus, Regum fauores, & apud illos miniſtrorum gratia perdiu non conſtent, non permaneant, ſed facilè, crebróque ac miſerandum in modum labefactari, perireque omninò conſueuerint: grandis profectò, felixque benedictio cenſeri debet, huiuſmodi gloriam imperandi ſic fore ſtabilem, vt nullâ vnquam vel inuidorum, vel temporum iniuriâ conuellatur. Sed ô quàm inſtabilis eſt mundi gloria; quæ quidem vmbra, & quidem paruula vmbra meritò à Rege potentiſſimo & ſapientiſſimo dicta fuit. *Ecce* (inquit Deum alloquens) *menſurabiles poſuiſti dies meos,* Pſalm. 38.

D. Chryſ.
Mundi dignitatum inconſtãs, breuis duratio.
Mundi gloria vmbra perſimilis.
Pſal. 38.

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 4.

A Dies pro felicitate accipi frequens eſt hebraiſmus. Vertunt alij: *Ecce vt menſuram quatuor digitorum poſuiſti dies meos.* Sic breuis eſt, & circunſcripta mundi proſperitas, vt tantillæ manus tranſuerſæ menſurâ definiatur: ſic etiam inſtabilis, vana, penéque nulla; vt vmbræ, qua nihil vt inconſtantius, ſic inanius, comparetur. Vbi vulgata habet: *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: & ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te.* Pſalm. 38. Caiet. ex Hebr. legit: *Ecce palmos dediſti dies meos: & tempus meum quaſi nihil coram te: & tantum tota vanitas omnis homo ſtans.* vbi nos legimus: *verumtamen vniuerſa vanitas omnis homo viuens.* Explicat verò Caiet. *Conor ego cognoſcere qualitatem dierum meorum: & video te Domine ordinaſſe quòd* B *dies mei cognoſcantur de palmo in palmum: de hora in horam. Neſcimus enim quid ſuperuentura pariat hora. Ita relinquis tempus vitæ meæ ſubiectum innumeris varietatibus, acſi pro nihilo illud habeas.* Per momenta quidem ipſa temporis & vita & felicitas hominis nutat, labaſcit, deficit, immutatur.

Pſal. 38.
Caiet.
Per momenta & vita & felicitas immutatur.

15. *Dies mei* (dicit idem Rex) *ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum arui.* Pſal. 101. *Vmbra* (declarat S. Baſil.) *declinantis, & deſinentis ſimilis factus ſum. Fœni ariditatem metentium manus prouocans imitor.* Nimirum vti fœnum, cùm ſiccum eſt, ſibi quodammodo ignem accerſit: aut vti calamus, ſeu culmus tritici, vbi tandem maturuit, falcem inuitat: ſic planè mundi gloria, vbi pri- C mùm in aliquo viſa eſt ſplendeſcere, proxima fini ſuo, atque interitui cenſetur. Nam cùm in rebus humanis nihil firmum ſtabiléque ſit; ſed omnia orta occidant & aucta ſeneſcant: profectò vti (quod medici philoſophantur) cùm quis ſe maximè ſanum, præualentémque ſentit, tunc periculoſo alicui morbo proximus eſt: ſic ſumma hominis in mundo felicitas ſuo ipſa pondere nutat in ruinam: quod & Romano imperio accidit. Enimuerò vſque adeò illud creuit ab exiguis quondam profectum initiis, auctum ſcilicet per tribunos, conſuléſque, vt ſuâ tandem laborans magnitudine in Cæſarum dominatum, ſcilicet extremam illius Reipubl. ſeruitutem ſunditùs corruerit labefactatum. Et Iulius quidem D Cæſar imperatorum primus & maximus ea ipſa nocte cui dies cædis illuxit, qua viginti tribus incuria eſt vulneribus confoſſus (quæ ſumma eſt rerum etiam ſecundarum & felicium inconſtantia) & ipſe ſibi viſus eſt per quietem interdum ſupra nubes volitare, vt ſcribit Suetonius: & cùm imminentes ſibi reſciuiſſet inſidias, dixiſſe fertur ſe iam pridem potentiæ, gloriæque abundè adeptum.

Pſal. 101.
S. Baſil.
Felicitas humana, cũ maximè increuit proxima eſt ruinæ.
Romanum imperium in ſummo poſitum, inde tandem corruit.
Iulius Cæſar vbi ſummum faſtigiũ adeptus miſerrimè periit.
Sueton.

16. Hæc eſt ſuprema mundanæ felicitatis infelicitas: ita huc illuc fluctuat, nec vno in ſtatu permanet aut potentia, aut gloria mortalium. Hanc verò inconſtantiam patris Iacob benedictione haud incurrit prin- E cipatus & gloria Ioſeph, qui æquali ſemper eiuſdem felicitatis curſu ad extremum vſque ſpiritum, Ægyptios gubernauit: in quo & Chriſti Domini regnum præfigurauit, cuius non eſſe finem prædixit Angelus beatiſſimæ Virgini matri, Luc. 1. de quo cecinit Regius vates: *Et permanebit cum ſole, & ante lunam in generationem & generationem.* Pſalm. 71. Quandiu ſcilicet ſol & luna extabunt, Chriſti IESV honor, ipſius in orbe religio, fides, Eccleſiáque Catholica permanebunt. Hic ſenſus redditur iuxta S. Aug. *Et perennem ſtatum Chriſtus habebit.* iuxta interp.

Ioſeph principatus idẽ ad mortem vſque permanſit.
Luc. 1.
Pſal. 70.
S. Auguſt.

BBb Theodo

Theod. *Chriſti regnum perpetuũ & immutabile.* Pſal.71. S Baſil. *Catholica Romana Eccleſia in Petro & Paulo fundata inexpugnabilis.*

Theodoret. *Erit firmamentum in terra in ſummis montium.* canit etiam ibid. Propheta. *Ipſe* (declarat S. Baſil.) *fundabit & confirmabit in ſe credentes, & ſublimes reddet, velut in ipſis montium verticibus conſtitutos.* Fruſtrà igitur olim tyranni, & nunc infideles, atque hæretici Chriſtianam Catholicam Eccleſiam & impugnarunt, & impugnant, quam Chriſtus Dominus fundauit, confirmauit, & in ſummis ipſis montium verticibus, in Petro & Paulo Romanæ ſedis autoribus, & ſanctorum principibus conſtitutam habet, & moderatur. Concludit Propheta, vnde Iudæorum perfidiam vehementer coarguit. *Et replebitur maieſtate eius omnis terra. Fiat, Fiat.* Scilicet *in vniuerſa terra* (exponit S.Baſil.) *manifeſtus eſt futurus omnium Dominus, cultúmque recepturus ab omnibus, quos diuinæ ſuæ cognitionis radiis illuſtrauerit. Fiat. Fiat. Optat* (inquit S Baſil.) *vt finem ſuum & effectum hæc prophetia ſortiatur. Fiat, Fiat iuxta Aquilam: Perſuaſi ac certi ſumus: hoc eſt, vera ſunt prædicta, & omninò effectum ſortientur.* Quæ videlicet de Chriſti regno, ac religione vbique terrarum, inter omnes gentes prædixit. Denique ad finem huius Pſalmi 71, ponitur: *Defecerunt laudes Dauid, vel hymni Dauid filij Ieſſi.* Eſt enim hic Pſalmus omnium Dauid extremus. Etenim Propheta, cùm Chriſti regnum & Eccleſiam, cuius non erit finis, ceciniſſet, nihil amplius habuit quod cantu ſuo futurum celebraret: & quaſi fractâ lyrâ, & raucâ voce nec pſallere, nec canere vlterius aut potuit aut voluit, aut etiam debuit in omnium ſcilicet oraculorum, legis, rerúmque fine, qui eſt Chriſtus IESVS Dei & Virginis filius, conquieſcens. Et Iacob etiam prophetia de Ioſeph conticuit.

Pſal.71. *Chriſtus vbique, & ab omnibus gentibus adoratus.* S.Baſil.

Dauid cãtu ſuo regnum Chriſti celebrans tandẽ conticuit.

Benedictio Moyſis ſuper Ioſeph.

De benedictione Domini terra eius, de pomis cœli & rore atque abyſſo ſubiacente. De pomis fructuum ſolis ac lunæ, de vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum, & de frugibus terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illius qui apparuit in rubo veniat ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem Nazaræi inter fratres eius. Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius: cornua Rhinocerotis cornua illius: in ipſis ventilabit gentes vſque ad terminos terræ. Hæ ſunt multitudines Ephraim: & hæc millia Manaſſe. Deut.33.

17. Priori quidem loco vaticinatur Moyſes terram, quæ forte obueniet tribui Ioſeph, ſeu potiùs Ephraim & Manaſſe, futuram. Inſigni quadam fructuum, frugúmque vbertate commendatiſſimam, tum propter cœli temperiem, opportunámque pluuiam; tum propter fluuiorum, riuulorum, ac fontium perennitatem; quibus pinguia ſata irrigabantur. Vocat verò montes æternos, ab omni antiquitate ob amœnitatem, & fœcunditatem celebratos. Et hæc quidem benedictio fertilitatis ſimilis eſt benedictioni Iacob, quam filio Ioſeph, eiúſque tribui, vt ſuprà vidimus, impertiuit. Adiecit Moyſis benedictionem fortitudinis & pulchritudinis, qualis eſt in primogenito tauro, qui ſolet eſſe pulcherrimus, ſimúlque robuſtiſſimus, ac violentiſſimus: qualis demum extitit tribus Ephraim; cuius fortitudo ita excelluit, vt meritò Pſaltes declararit: *Ephraim fortitudo capitis mei.* Pſal.56. Magnos quidem hæc tribus habuit principes ac Reges; & militari gloriâ viros inclytos.

Pſal. 56.

18. Maximè verò ſignificatur Ioſue veluti primogenitus Ioſeph, qui ſcilicet fuit de tribu Ephraim, primúſque & florentiſſimus omnium ducum Hebrææ gentis, qui virtute ſuâ bellicâ gentes de terra promiſſionis abegit, expulítque & veluti cornu interceptas aliò ventilauit. Pulchrè dicitur primogenitus tauri, hoc eſt, Ioſeph, cui patris caſtitas (quæ ſumma eſt pulchritudo) & robur tanquam hæreditas relicta eſt. Fuit enim Ioſue vir fortiſſimus, ita caſtiſſimus. Et quidem optimè Moyſes pulchritudinem Ioſeph vocat pulchritudinem primogeniti tauri: huius enim pulchritudo alia non eſt, quàm fortitudo: & quò fortior, eò pulchrior taurus. At Ioſeph, etſi facie pulcherrimi, illa maxima fuit pulchritudo, quæ & fortitudo, & hæc admirabilis extitit illa caſtitas, quæ tam grauiter oppugnata labefactari tamen haud potuit. Quare tam fortitudo, quâ tentatrici fœminæ conſtanter ſanctéque reſtitit: & quia poſtea iuſtum dolorem vindictæ compreſſit, cùm fratribus ad pedes ſubiectis benignè admodum pepercit, iure optimo vocatur pulchritudo. Ille quidem cenſetur fortiſſimus, qui & caſtiſſimus ſimul & patientiſſimus. Nam quæ illuſtrior victoria, qui triumphus glorioſior, quàm quæ comparatur; & qui agitur de ipſa carnis & vindictæ fortiter edomita, compreſſáque libidine? Notum illud; maxima victoriarum, victa voluptas.

Ioſue fortitudo, & caſtitas.

Summa fortitudo & libidinem, & vindictã coërcere.

19. Denique tota hæc benedictio Ioſeph typicè Chriſto Domino, quem ille in omnibus ferè præfigurauit, accommodatur. Hinc illud S. Ambroſ. *Primogenitus tauri decus eius, habens cornua vnicornis, in quibus gentes ventilauit: Et benè taurus, quaſi hoſtia pro delictis, & totius mundi victima, vt pacificaret omnia.* cap.11. de bened. In tauro itaque animali iuxta legis Moſaicæ præſcriptum aris ad hoſtiam deſtinato Chriſtus Dominus in cruce pro nobis immolatus: at in cornibus tauri potentia reſurgentis repræſentatur: Reſurgens enim dixit: *Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.* Matth.28. Cornibus quidem, hoc eſt, ſuâ virtute Iudaicum populum deſtructum, è patriis exciſum ſedibus expulit: pérque omnes gentes, ſoláque terrarum, vt vbique teſtes eſſent Dominicæ reſurrectionis, Iudaicæque perfidiæ, ventilauit. Deinde omnes in mundo nationes ſui Euangelij cornu, acuminéque doctrinæ percuſſas in Eccleſiam compulit intrare Catholicam. Quid quod perbellè taurus in cruce, *cuius cornua in manibus eius*; vt cecinit Propheta Abacbuc 3. ſuam illam admirabilem virtutem exeruit, cùm inſolito clamore ſpiritum emiſit? Matth.27. optimè S.Ambr. occurrit: *Mugiuit hic taurus, & mors refugit.* in Pſal.43. Incauta ſcilicet mors in illud hominis pendentis è patibulo deuorandum corpus irruit: at grandi illo tauri expirantis mugitu perterrefacta procul aufugit.

S. Ambr.

In tauro Chriſtus cruciatus præfiguratur.

Matth 28. *Diſperſio Iudæorum per gentes.*

Abach.3. *Chriſtus ſub mortem clamauit.* Matth.27. D Ambr. *Mors territa à clamore Chriſti aufugit.*

20. Irruerunt quidem contra pendentem in patibulo cuncta humani generis facto agmine coniurata flagitia; ſed cornua crucis diſtringens hic taurus ea longiùs propulſauit, atque adeò in ipſam diuinæ miſericordiæ abyſſum præcipitata ſubmerſit. Sic enim Propheta:

Chriſtus à cruce peccata hominum demerſit.

Deponet

Mich. 7. Theod. Iſai 43. *Deus peccata ignoſcit, & prorſus obruit obliuione.*

Deponet iniquitates noſtras, & proiiciet in profundum maris omnia peccata noſtra. Mich. 7. ad quem locum ſic Theodoret. *Perſimilia Dominus per Iſaiam clamat: Ego ſum qui deleo iniquitates tuas, & peccatorum tuorum non recordabor.* cap. 43. dein addit: *Hoc certè admirabile, quod non ſolum ignoſcit, ſed etiam memoria ſua pellit peccata, & tanquam in profundum, in obliuionem tradit. Hoc explicans Michæas dicit: Demerget peccata noſtra, & proiiciet in profundum maris omnia delicta noſtra. Quemadmodum id, quod in profundum maris abiicitur, penitus non extat: ſic, inquit, peccata noſtra funditùs obliuione obruet.* Sed quodnam iſtud profundum, quod mare: *niſi copioſa illa apud Deum redemptio?* Pſalm. 129. niſi pretioſiſſimus ſanguis Domini IESV, in quo infinita ſi eſſent hominum flagitia, prorſus abſorberentur, atque in nihilum euaneſcerent? *Grauia peccata noſtra* (explicat S. Hieron.) *ipſe portabit, & demerget in mare, & parere non faciet.* Ergo Domine IESV in profundum iſtud mare, quod nec definiri, nec exhauriri poteſt, tui ſanguinis mea delicta proiice, ac demerge; vbi ad ſempiternam obliuionem conſepulta nec iræ occurrant memoriæ, vt exprobrentur, nec tuæ iuſtitiæ ſeſe offerant, vt vindicentur.

Pſal. 129. *In profundū mare ſanguinis Chriſti peccata ſubmerſa ſunt.* D. Hier. *Oratio ad Dominum IESVM pro peccatis.*

A | B

21. Denique gentes, hoc eſt, reprobos, & peccatores, quorum vita, moréſque iuxta gentilium ritus ab immaculata rectáque Dei lege aberrauerant, in ipſo extremi iudicij die, horrendâ & inexcitabili ſententiâ percuſſos: *Ite maledicti in ignem æternum.* Matth. 25. vſque ad ſempiternam mortis & inferni perditionem ventilabit hic taurus. Quid eſt *ventilabit*, niſi quod ab ore Chriſti Domini in iudicio audient reprobi: *Diſcedite à me: Ite maledicti?* Videlicet in die illo Domini magno; vti vocatur à Propheta Malach. 4. *Erit* (inquit S. Hieron.) *magnus ſanctis, horribilis peccatoribus.* De quo ipſemet Dominus comminatur: *Iudicium meum, vt congregem gentes, & colligam regna, vt effundam ſuper eas indignationem meam, omnem iram effuſionis furoris mei.* Sophon. 3. Non partem dicit, ſed totam effundet iram, totum furorem. Heu nos miſeros, qui peccauimus! *Erit tunc* (ait S. Cypr.) *ſine fructu pœnitentia dolor pœnæ, inanis ploratio, & inefficax deprecatio. In æternam pœnam ſerò credent, qui in vitam æternam credere noluerunt. Securitati igitur, & vitæ, dum licet, prouideto.* epiſt. ad Demetr. Sequamur igitur hunc & imitemur agnum: ne poſteà incidamus in taurum. Vereamur nunc tauri cornua, ne illis poſteà ventilemur. Timeamus hîc iudicem, vt illic patrem inueniamus.

Matth. 25.

Malach. 4. *Horribilis dies extremi iudicij.* S. Hier.

Sophon. 3.

S. Cypr. *Citò & opportunè, ac diligenter prouidendū animæ ſaluti.*

C | D

Ex Cantico Debboræ. *Iud.* 5.

Ex Ephraim deleuit eos in Amalech. De Machir principes deſcenderunt, & de Zabulon, qui exercitum ducerent ad bellandum.

E

22. Tribus Ioſeph (vt vidimus) diuiſa eſt in Ephraim, & Manaſſem. Ioſue quidem, qui erat de tribu Ephraim debellauit Amalechitas, & gentes alias terræ promiſſionis. Exod. 17. Quod ſatis eſt ad æternam commendationem Ephraim, etſi nunc ad prælium contra Siſaram iuiſſe nulli de hac tribu dicantur: niſi velis ex hæreditaria illa fortitudine gloriáque militari à ſuo principe

Ben. Fernand. in Geneſ. tom. 3.

A ad illos vſque deducta rectè ſubinferri debere, cùm ex aliis tribubus coactus ſit exercitus, nequaquam ex Ephraim, cuius erat percelebrata fortitudo, ad prælium illud & duces & milites defuiſſe. Porrò Machir filius fuit Manaſſis, ac ſub illius nomine deſcribitur tribus Manaſſis: de qua non gregarij quidem milites, ſed ipſi principes ac primariæ nobilitatis & potentiæ viri exercitum & coegerunt, & duxerunt, & in hoſtes audaciſſimè immiſerunt. Hæc potiſſima laus nobilium virorum, fortes vt ſint, impigri, ſtrenui primoréſque in acie pro patria, pro Rege, pro fide, pro Deo. De his canit Debbora: *Cor meum diligit principes Iſrael: qui propriâ voluntate obtuliſtis vos diſcrimini: benedicite Domino.* Iud. 5.

Potiſſima laus nobiliū primi vt ſint in bello.

Iud. 5.

B in Gloſſ. interlin. habetur: Deum inducit loquentem. Laudat ſcilicet Deus omnipotens viros ipſos primarios, qui domeſticam ſuam quietem, vitæque delicias poſthabuerunt bono communi, ac ſuarum rerum immemores cum certiſſimo capitis diſcrimine periclitanti Reipubl. opem tulerunt. Hos quidem Dei cor & anima diligit: vſque adeò grati ſunt Deo, & conſequenter omni apud homines digni commendatione. Nec enim illi pro ſtipendiis militant vti gregarij & mercenarij milites: ſed pro ſtatu Reipubl. pro Rege, pro Deo; digníque proinde, quibus Deus ipſe admirabiles in ſinum & in manus (vt aiunt) immittat victorias: quod cecinit Debbora: *Ibi colliſi ſunt currus, & hoſtium ſuffocatus eſt exercitus; ibi narrentur iuſtitiæ Domini.* Iud. 5.

Valet in bello Chriſtiana virtus plus quā virtus militaris.

C Iud. 5.

Non virium robur, non peritia militaris commendatur in principibus Iſraël, cui victoria de hoſtibus adſcribatur accepta: ſed virtus, iuſtitiáque. Quare optimè adnotatur in Gloſſ. ordin. *In aliis gentibus qui corporis robore fortiores ſunt, dicuntur potentes in prælio: In Iſrael verò qui iuſtiores: quia iuſtitia etiam viribus infirma vincit. Iniuſtitia verò etſi multos habeat bellatores validos ſuperatur. Ergo in noſtra gente aut per iuſtitiam ſuperamus; aut per iniuſtitiam vincimur.* ſic in Gloſſa. Quod de ſuis Hebræis cecinit Debbora, hoc ipſum de noſtris Luſitanis ad memoriam poſteritatis & ſcribere, & decantare poſſumus. Cùm enim in his Patriarcharum benedictionibus

Gloſſ. ord. *Chriſtiani per iuſtitiā vincimus, per iniuſtitiam vincimur.*

D commentandis verſaremur, inſtructa eſt & ſoluit tandem florentiſſima claſſis in Braſiliam hæreticorum nauibus infeſtam. In viginti ergo ſex myoparonibus quatuor millia è Luſitanis, inter quos tota ferè nobilitas regni, Comites, maioratus, flos ipſe columénque Luſitaniæ, impoſita ſeſe mari, & belli ac mortis periculis ſponte obtulerunt. Quid ergo ſperandum à Deo maximo, pro cuius fide atque obſequio ſuas noſtri homines tam ſanctè, quàm ſtrenuè animas obtulerunt; quàm quòd Debbora decantauit: *De cœlo dimicatum eſt contra eos, ſtellæ manentes in ordine & curſu contra Siſaram pugnauerunt.* Iud. 5. Amen Domine, ita fiat. Contra tuos & noſtros hoſtes dimica tu de cœlo:

Luſitana claſſis in Braſiliam ſoluit cōtra hæreticos.

Iud. 5.

E ſicut manentes in ordine ſtellæ, Angeli tui contra hæreticos iſtos Eccleſiæ Romanæ capitales aduerſarios, omnium in Chriſtianis gentibus diſcordiarum fomites, bellorúmque furias deprælientur. Quid ſi ſtellæ iſtæ manentes in ordine ſuo intelligantur non Angeli aut virtutes aliæ impreſſionéſque cœleſtes, à quibus & fulminati & diſiecti fuerunt Chananæorum exercitus: ſed ipſimet milites Hebrææ gentis manipulatim coniuncti & ordinati qui pulcherrimâ quadã varietate chlamydum, loricarũ,

armotúmque ipſa intermicantium ſtellarum lumina; & diſtinctis in egregium ordinem manipulis ipſum quoque aſtrorum in cœlo veluti chorum, aut verò aciem imitantur? Quo quidem ſenſu Luſitani milites, quos in claſſem iam tum mitti vidimus, longè aptiùs dici poterunt ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo contra hæreticos Catholicæ Eccleſiæ atque Reipubl. incendiarios pro Chriſti fide, patriæque ſalute dimicaturæ. Planè ſuis ita fauit Dei omnipotentia. Baiam captam ab hoſtibus recepimus, hæreticos nauibus, armis, opibus exuimus, plures cecidimus, ſuperſtites ſub haſta inermes miſimus. Collidantur igitur, ô Domine, impiorum exercitus, & pyraticæ claſſes in profundum demergantur; ibi narrentur iuſtitiæ tuæ Domine. Tua eſt cauſa, tua eſt iuſtitia, pro qua contra hoſtes tuos decertamus, tua ſit quæ nos muniat, tueatur, roboret, reddat inuictos virtus: tua ſit victoria, tuus ſit triumphus.

Prophetia Iacob de Benjamin.

Benjamin lupus rapax: manè comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia.

Benedictio Moyſis ſuper Benjamin.

Amantiſſimus Domini habitabit confidenter in eo: quaſi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requieſcet. Deut. 33.

SECTIO XXII.

1. SVbobſcurior videtur hæc prophetia. Quomodo enim rapacitas lupi, diuiſióque prædæ conueniat Benjamino, illiúſque tribui ambiguum eſt. Miſſis ergo Rabbinorum deliramentis, quæ hîc affinguntur, de templo, de altari, & eruditè admodum à noſtro Delrio diſſoluuntur, ſtatuam quod probabilius habetur. Conuenit inprimis hæc prophetia tribui Benjamin: illius enim mores violenti, ferox ingenium, animi bellicoſi fuere; ius in viribus, & in armis iuſtitia: quod quidem ex illo memorabili facinore, quod ſcribitur Iud. 20. apertè colligunt Euſeb. Diodor. Procop. Theodoret. ſoli quippe Beniamitæ contra decem tribus oppoſiti, ſteterunt æquâ acie, bis virtute victores, dolo vix tandem victi, dein penè deleti, non tamen fractis animis, abiectiſve armis timidi, ſeſe in ſaltus rupéſque ferarum ritu receperunt: non pacem inde poſtularunt; ſed oblatam admiſerunt, vt conſtat ex Iud. 21. Connubia ſibi manè de virginibus Silonitis raptu compararunt; ac veſperi domum reduces prædam illam puellarum in vxores mutuò diuiſerunt. ibid. In hoc igitur ſenſu ita locum interpretatur Procop. *Iacob prædicit audax illud, & temerarium facinus, quod Beniamitæ commiſerunt aduerſus fratres ſuos in Gabaa. Huc refer & raptum virginum: mane comedet, poſitum eſt, pro bellum geret. Diuidet ſpolia ſeu cibum, vbi ſcilicet rapuerunt virgines, raptas inter ſe partientur.*

Fortitudo admirabilis tribus Benjamin.

Iud. 21.

Procop.

2. Illud etiam: *mane & veſpere*, deſignare poteſt celeritatem confecti belli, partæque victoriæ: in præda verò & ſpoliis ſignificatur felicitas, quam in bellis habuerunt Beniamitæ. Legunt LXX. *Veſpere dabit eſcam.* quo ſignificatur illos mane, hoc eſt, primo ac ſecundo prælio victores fore; at veſpere, hoc eſt, ad extremum victos prædam eorum futuros, quos anteà vicerant. Quæ quidem explicatio placuit Theodoreto & Abulenſi. Nemo igitur confidat nimiùm ſecundis. Non vno ſtat fortuna loco: hinc illuc Euro citiùs tranſuolat: & cui nunc arridet, eundem mox irridet. Rerum humanarum proſperitate nihil magis infidum, nihil fugacius. Ah quoties oriente ſole læta mundo illuxit ſerenitas: at illo declinante in veſperum fœda mundum offudit caligo, furioſa quaſſauit tempeſtas! Quam multi etiam ex præſtantiſſimis gentium ducibus mane inſtructam aciem læti & ouantes ſpe victoriæ in hoſtem dato ſigno immiſerunt, qui tamen ſub veſperum victi, vinctíque in prædam, atque in ludibrium hoſti ceſſerunt! Sed quanta hominum ſtultitia, qui ſecundis rebus elati nullam aduerſarum animo admittunt cogitationem! De iis Propheta: *Poſuerunt in cœlum os ſuum: & lingua eorum tranſiuit in terra.* Pſalm. 72. Vel vti legit S. Auguſt. *Tranſiuit ſuper terram.* declarat ſubinde: *Quid eſt terrena omnia tranſire? Non ſe cogitat hominem ſubitò mori poſſe, tum loquitur, quaſi ſemper victurus minatur. Tranſcendit iniquitas cogitationis illius terrenam fragilitatem: neſcit quali vaſe coopertus ſit.* de ſuperbo & felici filio huius ſeculi ſermo eſt; qui ſic loquitur, ſic operatur, ſic viuit, ſic alios opprimit, aliis minitatur; ac ſi ſuper terram, in qua mors dominatur, funera efferuntur quotidie, ſepulchra mortalium cadaueribus obturantur, ſubuectus tranſcendat aëream regionem omnium inconſtantium & malignarum impreſſionum ſedem ac matricem; cœlóque ipſi vicinus immortalem ſibi vitam, ſempiternámque felicitatem auguratur.

Summa rerum inconſtantia in bellis.

Iidem vno die victores & victi.

Pſal. 72. S. Auguſt.

Stultus, qui ſua felicitatis breuitatem non cogitat.

Nihil in terra diuturnum, ac permanens.

3. At miſer homuncio, quiſquis es vel Crœſo ditior, vel Alexandro felicior, vel Cæſare potentior, neſcis quòd in terra viuas, inter morituros ambules, proteras oſſium foueas, ſub aëre iaceas & ventis & imbribus, & procellis, atque omnibus temporum iniuriis ſubiectus! Quodnam vidit ætas vnquam, aut gentium memoria celebrauit humani roboris, inuictæque fortitudinis prodigium aliud par Hebræo Sanſoni? At qui ſola mandibula mortui aſelli mille proſtrauit Philiſtæos, paulò pòſt ab iiſdem captus & exoculatus inſtar aſelli circumagitari cogitur in piſtrino. O verè prodigioſam rerum humanarum commutationem! Neque verò ſolùm in ipſa mundi potentia & gloria hæc cernitur tam frequens diſpárque viciſſitudo, & inconſtantia, quàm in magnis etiam ducibus, ac principibus ſingulæ mortalium ætates admiratæ ſunt: ſed etiam in quibuſcunque Adami filiis vel maximè iuſtis & ſeruis Dei ad ipſorum ſcilicet probationem, aduerſarum pariter & ſecundarum in hac *vita, quæ militia eſt ſuper terram.* Iob 7. rerum perpetua viſitur alternatio. Verùm ad vtrumque fortunæ ſtatum Dei prouidentia, cuius illi opem implorant, iuſtis, patienter moderatéque agentibus, miſericorditer admodum conſulit. Quod quidem in ſe Dauid expertus aiebat: *Miſerere mei Domine, quoniam exaltas me de portis mortis, vt annunciem laudes tuas in portis filiæ Sion.* Pſalm. 9. En Dauid in portis mortis, & in portis filiæ Sion: nunc ſcilicet inter extrema vitæ diſcrimina penè moribundus

Rerum magna commutatio in Sanſone.

Iob 7.

Rerum ſecundarum, & aduerſarum alternatio etiam in ſeruis Dei.

Pſal. 9.

tribundus, ſarcophago inferendus: nunc inter concinentium choros, cùm Arcam Domini ferret in triumpho per vrbem Deo ſuo ad cytharam Pſalmos emodulatus. Cur quæſo Domine ad portas vſque mortis detrudi ſeruum tuum pateris, quem tenere poteras ante ruinam? Reſpondet egregiè S. Chryſoſt. *Cùm poſſit ab initio liberare, rurſus cunctatur & differt tuam augens conſtantiam, tuam ſpem exercens, & tuum erga ipſum amorem reddens vehementiorem. Et neque ſemper permittit opprimi; ne deficiamus: nec ſemper quieſcere, & relaxari; ne collabamur.*

S. Chryſ. *In ſalutem ſeruorū Dei eſt verā viciſſitudo.*

4. Manè ſinit lupum rapere: at veſpere capi, & diſcerpi eundem permittit. Serenitatem primò inducit, dein caliginem nobis obducit. Hæc ſcilicet eſt dum viuit, hominis conditio. *Viſitas eum diluculo, & ſubitò probas illum*, aiebat Iob 7. cum Domino ſuam ipſe miſeriam deplorans. Prudenter igitur colligit S. Chryſoſt. *Semper egemus Dei prouidentiâ, maximè autem dum liberamur à malis: aliud enim bellum excipit priore difficilius, ſocordia ſcilicet & arrogantia; tunc enim vehementius diabolus inſurgit.* ibid. Vicerunt bis Gabaonitæ illi de tribu Benjamin totum Iſraëlem: at quia fortaſſe victoriâ elati euanuerunt, aut certè in ſocordiam defluxerunt, paulò pòſt iterato prælio omnes penè ad vnum conciſi perierunt: ſic poſt tentationem, è qua victores euaſimus, longè periculoſior ſuccedit remiſſio, & quædam malè ſecura ab hoſte, à prælio, ab armis feriatio. *Quare maximè* (animaduertit idem) *poſtquam liberati ſumus à malis, Dei opus habemus auxilio, vt facile res ſecundas feramus.* ibid. Ferre dicit facilè res ſecundas: grauiter enim hominis animum pertentat, premitque ac ferè ſemper proſternit aliquis proſper euentus, nullum ſiquidem homini poſt lapſum primorum parentum æquè vitium cognatum, atque ſuperbia; in quam leui quolibet flatu, ſucceſſúque effertur.

Iob 7.

D. Chryſ. *Maius periculum in proſperitate.*

D. Chryſ. *Poſt victoriam periculoſa ſocordia.*

Proſperitas hominis grauis tentatio.

5. Sunt etiam qui dicant hanc prophetiam pertinere ad Saulem, & Mardochæum & Eſther, qui fuerunt de tribu Benjamin. Et quidem Saul manè comedit prædam, cùm Rex omnium primus à populo Hebræo creatus eſt multáſque infidelium gentes bello profligauit: ſed idem poſteà diuiſit ſpolia, cùm regnum interitu ſuo reliquit diuidendum: Iſbozeth ſcilicet filio Saulis decem tribus ceſſerunt: tribus verò Iudæ Dauidi; ac ſubinde Isbozeth extincto vniuerſis tribubus Dauid imperauit. En rerum humanarum inconſtantia! Ipſo quidem Regij ſtatus in Iſraële diluculo ſceptrum ſubitò Benjaminia tribus rapuit non quidem vi, non iniuriâ; ſed repentè ac præter omnium opinionem illo porrecta eſt. Verùm (quæ rerum eſt magnarum fragilitas) paucorum annorum ſpacio vnus Rex Saul ea illa tribu integram prædam comedit, Hebræum tenuit regnum: mox prælio victus ſe ipſe, ne in manus hoſtium veniret, impiiſſimè occidit: filióque ſubinde à ſicariis trucidato regnum ita tranſlatum eſt à tribu Benjamin, vt ad illam ampliùs nunquam redierit. Hoc ſcilicet in pœnam arrogantiæ, impietatis, crudelitatíſque Saulis, qui ab humo in altum euectus Regiam potentiam non potuit, aut non voluit moderari. Vſque adeò periculoſa eſt homini felicitas! Quod S. Chryſoſtom. eleganti quadam ſimilitudine ita deſcribit. *Quemadmodum alligatam beſtiam non ita timemus vt emiſſam: ita vitium non eſt ita timendum in afflictione; tunc enim alligatum eſt animi ægritudine, & aliis vinculis. Sed poſt quie-*

Regum, & regnorū inconſtantia.

Saulis arrogantia & impietas illi, & illius proli nocuit.

D. Chryſ. *Fera bellua & libera proſperitas.*

Ben. Fernand. in Geneſ. tom.

tem & remiſſionem maximè timendum eſt. Et ideò ſæpi videbis rerum ſucceſſus mala maiora facere, quam res aduerſas. ibid. Hoc ipſum Samuel exprobrauit Sauli: *Nónne cùm paruulus eſſes in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es, vnxítque te Dominus in Regem Iſraël? Quare ergo feciſti malum in oculis Domini.* 1. Reg. 15. *Quaſi dicat: ſicut per humilitatem meruiſti in regnum exaltari: ſic per ſuperbiam & contemptum verbi diuini meruiſti deiici.* ſic Lyra. Intelligi etiam poteſt prophetia, vti præmiſimus, de Mardochæo & Eſther, qui clàm & inopinatò in Aſſueri Regis gratiam euecti, dein contrito, penitúſque deleto Aman, illiúſque ſectatoribus, omnes eorum opes, bonáque liberalitate Regis ad ſe adiudicata tranſtulerunt.

1 Reg. 15. *Afflictione vitia conſtricta tentur.*

Lyra.

6. Porrò autem Moyſis benedictio ſic habet: *Beniamin amantiſſimus Domini*, &c. Dilectus, ſiue amantiſſimus, Hebr. *proiectus*: & eſt ſenſus: Beniamin erit ſicut proiectus Domini, quem ſcilicet vti mater infantulum Dominus proiiciet in cunas ad quieſcendum, Luſitanè diceretur, *Menino de berço*, ſeu proiectus erit ſuper Dominum. Luſitanè *Deos o trara ao collo*, vel proiectus ſuper curam Domini. Quod quidem dicitur propter templum extructum in Hieruſalem, quæ ciuitas erat in ſorte tribus Benjamin: atque adeò propter idem templum protectione Dei, ſanctiſque deliciis, velut in Domini brachiis, aut ſuper illius humeros habitare dicitur Beniamin. Quòd ſi benedictus à Moyſe, ac Deo dilectus dicitur Beniamin, quòd in ſorte ſuæ tribus habeat templum Dei, in quo vitulorum, & arietum, & hircorum carnes immolabantur: quid quæſo de Chriſtiana Eccleſia, quid de Chriſti fidelibus, quid de quócunque illorum aut dici, aut cogitari poteſt; cùm inter nos & templum Dei ſit, in quo Dei hominis corpus & ſanguis offeruntur: & (quod omnem excedit admirationem) ipſemet corpore & ſanguine Domini quotidie paſti recreamur? *In omni loco, in quo fuerit memoria nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi.* Exod. 20. En Domini, non Moyſis benedictio. Super quem illa cadere, & cui donari dicitur? In eum ſcilicet veniunt Dei benedictiones, qui ritè accedit ad ſacroſanctam Chriſti Domini Euchariſtiam: quod ita exponit S. Thom. *Memoria nominis Domini ſacrificium eſt altaris, ſcilicet corpus Chriſti quod fieri iuſſit in commemorationem eius, hoc fit in multis locis: & in hoc venit vnus Dominus ad benedicendum nobis.* opuſc. 58. cap. 13. Et quæ maior Dei benedictio, quàm & venia delictorum, & ſatisfactio pro delictis, & gratia ipſa iuſtificans, quæ omnia dona ſecum defert diuina Euchariſtia, ad quam Dominus ipſe ſponſus animarum ſic inuitat. *Aperi mihi ſoror mea, amica mea, quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.* Cant. 5. *Aperi mihi* (declarat S. Thom.) *id eſt, ſuſcipe me in mentem tuam, in memoriam & dilectionem: quia caput meum: ſcilicet diuinitas, plenum eſt rore, id eſt, miſericordia ad dimittendum peccata: & cincinni mei, id eſt, humanitas, guttis noctium, id eſt effuſione ſudoris lachrymarum, & ſanguinis paſſionum ad redimendum hæreditatem tuam pro ſatisfactione peccatorum impignoratam.* opuſc. 58. cap. 1. Confidenter in Deo habitat Benjamin, quia templum in ſua ſorte habet Deo extructum: quanto ergo confidentiùs viuet fidelis, cùm Dominum ipſum cœli in ſacramento altaris ſumit, in pectus recondit, verè ac realiter habitantem intùs in corde habet: cuius hæc tria ſunt principalia effecta, vti animaduertit S. Thom.

Templū Salomonis in tribu Benjamin.

Exod. 20. *Dei benedictio in Miſſa.*

S. Thom. *Memoria nominis Domini Miſſa.*

Cant. 5. S. Thom. *Inuitat ad Euchariſtiā Chriſtus.*

Tria maxima effecta Euchariſtia.

S. Thom. *peccatorum deſtructio, bonorum ſpiritualium largitio, vel augmentatio; animarum confortatio, vel vitæ æternæ collatio.* cap. 24. Vere igitur amantiſſimus Domini qui ſanctè Domini ſui ſacroſanctum corpus epulatur. Etenim *Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderint eam.* Prou. 3. Scilicet ſapientiam, Verbum quidem incarnatum. Vbi optimè Gloſſa: *Sicut in paradiſo fuit lignum vitæ, ita per ſapientiam Dei, quæ eſt Chriſtus, viuificatur Eccleſia: cuius nunc ſacramento corporis & ſanguinis vitæ accepit pignus. Hinc rectè infertur: ſi corpus Chriſti ſumptum pignus eſt vitæ æternæ, & pignus non dimittitur donec id pro quo impignoratur, accipitur, profectò per hoc ad vitam æternam perducimur.* Vide D. Thom. opuſc. 58. cap. 13. Quantum igitur gaudium, quanta in Domino fiducia eſſe debet viro iuſto, qui aſſumpto Domini ſui corpore imminentem præſtolatur mortem, ſuum ſcilicet in pectore geſtans pignus vitæ ſempiternæ?

Prou. 3. Gloſſa. *Euchariſtia lignũ vitæ.*

D. Thom. *Euchariſtia nos ad vitã æternam perducit. Morienti fiduciam præſtat Euchariſtia.*

7. Et quidem de Apoſtolo Paulo, qui erat de tribu Beniamin, tam illud vaticinium Iacob, quàm Moyſis hanc benedictionem interpretantur S. Auguſt. ſerm. 14. de ſanctis, S. Ambroſ. S. Hier. Chryſoſt. Theod. Ruffin. Beda, Rupert. Patréſque alij: Nam Paulus, cùm adhuc Saulus, fuit quidem lupus rapax, vir ingenio acer & ardens, animo ferox, ore pariter atque opere potens ac vehemens, blaſphemus in Chriſtum, atrox Chriſtianorum inſectator, *ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos Domini:* Act. 9. cuius gregem turbauit, oniculas diſcerpſit. At ipſemet è Saulo Paulus ad Chriſti fidem conuerſus diuiſit ſpolia, id eſt, fortiſſimus Chriſti bellator, acerrimúſque Eccleſiæ propugnator, & plurimarum gentium, quas ad Chriſtum conuerterat, victor ampliſſima retulit ſpolia, de lupo factus Eccleſiæ paſtor, de carnifice factus ductor, doctor, nutórque fidelium. Dilectum à Deo dicit Paulum. *Neque enim* (inquit S. Ambroſ.) *aliter, niſi Domini eſt miſeratione & amore conuerſus. Vnde & ipſe nihil merito tribuens ſuo, ſed totum deferens Chriſto ait: Ego ſum minimus Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quoniam perſecutus ſum Eccleſiam Dei. Gratia Dei ſum id quod ſum.* 1. Cor. 15. cap. 12. de bened. O admirabilem Apoſtoli humilitatem! Sua præ oculis ſemper habebat illa cùm lupus eſſet, cùm perſecutor, flagitia quæ cum Apoſtolorum ſanctitate ad maiorem ſui verecundiam & contemptum conferebat! Vbi egregiè S. Gregor. *Conſiderauit Apoſtolorum innocentiam, & propter præcedentem malitiam vilis in eius oculis facta eſt omnis, quam exhibebat in Eccleſia, ſolicitudo ſua.* homil. 10. in Ezechiel.

S. Paulus primò lupus & hoſtis, deinde doctor, paſtor, pater Eccleſiæ.

Act. 9.

S. Ambr.

1. Cor. 15.

S. Gregor. *Admiranda S. Pauli humilitas.*

8. Illud quidem tempus, quo Dei Eccleſiam perſecutus eſt, Chriſtúmque blaſphemabat, percommodè vocat infantiam, ſéque infantem: *Cùm eſſem paruulus, loquebar vt paruulus; ſapiebam vt paruulus, cogitabam vt paruulus.* 1. Cor. 13. Nimirum (vti exponit Clem. Alex.) *puerilia loquebar blaſphemiis & maledictis Verbum inceſſebat. Paruulus Græcè νήπιον duo ſignificat, infantem videlicet & ſtultum; quam ſub lege vitam egit infans & inſipiens.* 1. pædag. 6. ipſemet, quem infans & ſtultus pro lege pugnans maledictis Saulus inceſſebat, pater clementiſſimus & indulgentiſſimus infantem & ſtultum ſuſtinebat æquo animo Chriſtus IESVS, diligebat vt filium, illius pœnitentiam expectabat. Si aliquando euenit, vt infans colaphos & alapas infligat patri, maledictis patrem proſcindat: at pater tamen infantem & ſtultum τὸ νήπιον ita conuiciantem non modò patienter ſuſtineat, ſed & percutienti & conuicianti arrideat. Minimum illum filium Chriſtus IESVS pater benigniſſimus Saulum amauit, pertuliſque donec tandem & ætate & iudicio exuens puerilia maturus iam patrem agnoſceret filius, amaret, ac præ omnibus honoraret. Iure optimo vocari poteſt Apoſtolus Chriſti filius minimus Beniamin, amoris Chriſti effectus, diuinæ gratiæ partus. Quapropter egregius ſemper extitit diuinæ gratiæ prædicator; atque in amorem Chriſti vſque adeò transformatus, vt Eccleſiam illius, quam lupus lacerauerat, vt mater ſubindè dulciſſima tractaret: & quorum anteà ſitierat ſanguinem, materno deinde lacte fideles enutriret. Cuius rei egregiam ſua etiam in morte, vti conſiderat S. Auguſt. præbuit teſtimonium: *De Pauli ceruice* (inquit) *cùm perſecutor gladio percuſſiſſet, dicitur fluxiſſe lactis vnda magis, quàm ſanguinis: quæ quidem res in S. Paulo ſtupenda non eſt. Quid enim mirum ſi abundat lacte nutritor Eccleſiæ, ſicut ipſe ait: lac vobis potum dedi.* 1. Cor. 3. ſer. de Apoſt. Petr. & Paul. Qui etiam Paulum ipſum perbellè vocat terram promiſſionis lacte & melle manantem. *Quæ enim* (inquit) *Pauli epiſtola iam non melle dulcior, & lacte candidior? quæ epiſtola tanquam vbera Eccleſiarum populos enutriunt ad ſalutem.* ibid.

1. Cor. 13. Clem. Alex. *Paulus primò infans & ſtultus.*

Paulũ Chriſtus vti filiũ ſtultum ferebat patienter.

S. Paulus diuinæ gratiæ partus.

D. Auguſt. *Lac pro ſanguine de ceruicibus Pauli occiſi fluxit.*

Pauli epiſtola lacte melléque manantes.

1. Cor. 3.

9. Deinde cuinam magis, quàm Paulo conuenit illud: *Habitabit confidenter in eo, quaſi in thalamo tota die morabitur; & inter humeros illius requieſcet?* Enimuerò Paulus ſuo etiam in tyrocinio *raptus eſt vſque ad tertium cœlum, & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui.* 2. Cor. 12. qui aiebat etiam: *Viuo ego, iam non ego. Viuit verò in me Chriſtus.* 2. ad Galat. Et qui adhuc in terris agens ſuam conuerſationem in cœlis habebat, ad Philip. 3. ſcilicet cum Angelis, ſcilicet cum Deo. *Adhuc ergo* (colligit S. Auguſt.) *in terris poſitus, in regni cœleſtis ſubſtantiam transfertur.* ibid. *Habitabit etiam* (vti explicat S. Ambroſ.) *fidens in domo, quam antè vaſtabat: habitabit in tabernaculis Chriſti, qui antè ſicut lupus errabat in ſyluis. Et Deus obumbrauit ſuper eum, quando viſus eſt ei Chriſtus.* cap. 11. de bened. Habet enim lectio LXX. *Et Deus obumbrabit ſuper eum:* vbi nos legimus: *Quaſi in thalamo tota die morabitur.* Vbi vides iuxta LXX. intelligi de Deo ipſo, qui morabitur, qui obumbrabit, & requieſcet in Beniamin etſi noſtra verſio ad Beniamin ipſum referat. Profectò hæc Moyſis benedictio ſuper Beniamin facilè aptari poteſt diſcipulo, quem diligebat IESVS, qui minimus ætate Apoſtolorum ſed præ cæteris dilectus à Domino, qui *& recubuit ſuper pectus eius:* & cui Dominus de cruce matrem Virginem Virgini commendauit. Quid ſi etiam, & quidem optimè tota hæc benedictio, vt à Moyſe pronunciatur, & à doctoribus explicatur, ſanctiſſimo Patri Ignatio de Loyóla illiúſque Religioni, quam ſuo auguſtiſſimo nomine IESV Dominus ipſe inſignitam honorare dignatus eſt, dicatur conuenire? Certè quot, quantiſque diuinæ gratiæ donis hæc minima ſocietas (hoc ſibi nomen à cœlo datum arrogauit) vnà cum ſuo parente, conditoréque S. Ignatio locupletata ſit, cùm mundus ipſe totus videat, ad me non attinet dicere.

2. Cor. 12.

ad Galat. 2. *S. Paulus Deo dilectiſſimus.*

D. Auguſt.

D. Ambr.

Ioan. 21. *Beniamin typus S. Ioannis Apoſtoli.*

S. Ignatius & ſocietas IESV in Beniamin præfiguratur.

10. Porrò vaticiniũ (vti animaduertit Procop. & nos iam præmiſimus) *de gloria Hieruſalem intelligitur: in ſortem quippe Beniamin illa cadit. Eſt verè Hieruſalem templũ ac ſedes Dei.* ibid. At vſque adeò gratũ pretioſúmque Deo fuit templũ illud extru-

ctũ à Rege Salomone, vt propter illud & Hieruſalem, in qua templũ erat, Ciuitas Dei, cœleſtiſque gloriæ typos appellari conſueuerit: & Benjamini tribus, cui Ciuitas illa in ſortem obtigerat, tam miris à Moyſe benedictionibus, támque eximiis diuinæ gratiæ fauoribus fuerit exornata. Et hæc omnia in figuris contingebant illis. At quæ Ciuitas Dei, niſi Eccleſia Chriſti? Quod in ea templum à Deo ſibi conſtructum, niſi beatiſſima Virgo Dei mater? Propter templum Hieroſolymæ tria maximè beneficia Dei collata in tribum Benjamin continentur in hac Moyſis benedictione; videlicet habitare confidenter in Deo; quaſi in thalamo morari in Deo: ſuper humeros Dei requieſcere: quibus hæc tria ſignificantur: Fiducia in Deo, deliciæ ſanctæ, ſecuritas vitæ. Fiduciam in Deo certiſſimam, & maximam habere debet quiſquis Deo dilectus vſque adeò eſt, vt de numero illorum ſit, qui pio quodam affectu, & tam ſancto quàm perenni ſtudio Virginem auguſtiſſimam Dei matrem venerantur. Confidenter igitur in Deo habitat, quiſquis piè admodum Dei matrem Virginem colit, illam crebrò, dulciter, ſanctéque ſalutat, illius nomen animo verſat, ſæpenumero, implorat opem. Illa eſt enim maxima fiducia, vnicum aſylum, ſecurum perfugium, tota ratio ſpei ſuorum ſeruorum. *Nam ſi Deus* (vt loquitur S. Leo) *in ſanctis ſuis nobis præſidium conſtituit.* ſerm. de S. Laurent. quanto maius in Virgine beatiſſima, quæ Dei ſimúlque miſericordiæ mater eſt, nobis poſuiſſe exiſtimandus eſt? Dicam igitur cum S. Germano Conſtantinop. *Tu Domina, tu Dei mater, tu meum refugium, vita & defenſio, arma & gloriatio; ſpes & robur meum. Habes concurrentem cum tua voluntate potentiam, vt quæ ſit mater Altiſſimi: & propterea audeo.* orat. de oblat. Deipar.

Hieruſalem Eccleſia Chriſti.

Fiducia in Deo, delicia ſancta, ſecuritas vita dantur deuotis B. Maria.

S. Leo. *Quot & quanta ſint nobis bona in B. Maria.* S. Germ. Conſtant.

11. Satis ſit ad excitandam noſtram ſpem, roborandam noſtram fiduciam, quòd Virgo Deipara inuentrix gratiæ, genitrix vitæ, mater ſalutis, aduocata fidelium ab ipſo Deo nobis fuerit conſtituta. Meritò igitur amantiſſimus Dei eſt quiſquis ab illo tantam accepit gratiam, vt Virginem matrem pio veneretur ſtudio, illiúſque obſequio addictus ſit: habitabit enim vti Benjamin, in Deo confidenter. Deliciæ ſanctæ: Quaſi in thalamo tota die morabitur. Viuit in ſanctarum deliciarum perennitate, hoc eſt, Spiritus conſolationibus & gaudiis, ac cœleſtibus donis gratiiſque affluit, qui moratur in tutela Virginis Deiparæ; illiúſque nomini & obſequio eſt quàm addictiſſimus, illam frequenter piéque ſalutat. Enimverò (vti reuelatum eſt S. Gertrudi Virgini) *ex redundatione cœleſtium gratiarum vena quadam gaudij, delectationis, & æterna ſalutis reſperguntur in illos, qui ſalutationem Angelicam Aue Maria cum deuotione recitant.* lib. 4. reuel. cap. 12. Et quæ maior atque optabilior conſolatio aduenire poteſt, quàm quæ fidelibus ab ipſa matre gratiæ infunditur; cùm ſub horam mortis Virgo dulciſſima ſuccurrit, laborantibúſque opitulatur? Iccircò dum viuunt, illud identidem repetunt.

Felix, cui donatum à Deo, vt ſeruus ſit B. Mariæ.

Maria mater gratiæ,
Mater miſericordiæ,
Tu nos ab hoſte protege;
Et hora mortis ſuſcipe.

S. Gertrud. *Gratiis cœleſtibus inſperguntur, qui B. Mariam deuotè ſalutant.*

Tertio loco Securitas, inter vel ſuper humeros eius requieſcet. O quàm ſecurus viuit, quàm ſecurus moritur, quem Dei mater protegit ac tuetur, atque (vt hic LXX. legunt) *obumbrat!* Poterit quidem meritò dicere: In velamento alarum

Securus viuit & moritur deuotus B. Mariæ.

A tuarum, ô Virgo potentiſſima & benigniſſima exultabo! Pſal. 62. *Sub vmbra tua, ô mater Dei, quam deſiderabam, ſedeo: & fructus tuus dulcis gutturi meo.* Cant. 2. *Tu refugium meum, & ſuſceptrix mea, ô Domina!* Pſal. 3. *In petra exaltaſti me.* Pſal. 60. O Domine IESV, in qua ſecurus viuam, ſecurus moriar; cùm mihi tuam donare matrem dignatus es; cùm meo cordi animæque pium, ac dulcem & filialem erga Virginem matrem tuam miſericorditer affectum impreſſiſti. Hac tu bone IESV de petra ſalientibus gratiarum aquis potas ac recreas: de hac petra melle tuos ſatias fideles. Sic Patriarcharum prophetias & benedictiones melliflua prorſus benedictæ inter mulieres, & benedicti fructus, qui ab illa ſimul cum flore maturuit, B commentatione pariter & commendatione tandem abſoluamus.

Pſal. 62. Cant. 2. Pſal. 3.

Grande Dei beneficium pietas hominis in B. Mariam.

SECTIO XXIII.

Omnes hi in tribubus Iſraël duodecim: hæc locutus eſt eis pater ſuus, benedixítque ſingulis, benedictionibus propriis. Et præcepit eis, dicens: Ego congregor ad populum meum: ſepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici quæ eſt in agro Ephron Hethæi, contra Mambre in terra Chanaan, quam emit A- C *braham cum agro ab Ephron Hethæo in poſſeſſionem ſepulchri. Ibi ſepelierunt eum, & Saram vxorem eius: ibi ſepultus eſt Iſaac cum Rebecca coniuge ſua: ibi & Lia condita iacet. Finitíſque mandatis quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum, & obiit: appoſitúſque eſt ad populum ſuum.*

1. EVidenter conſtat ex hoc loco ſuperiores fuiſſe Prophetias, vt eas appellamus, non verò benedictiones: & quæ pater Iacob dixerat tribus illis filiis Ruben, Simeon & Leui, potiùs reprehenſionem, quàm benedictionem contine- D re. Finitis itaque rerum futurarum vaticiniis, ad extremum ſingulis ſingula bona, fauſtáque precatus eſt: ſimúlque ſalutaribus quemque documentis (vt de tam prudenti ſanctóque patre credere par eſt) ſapienter iuſtéque pro paterno munere inſtruxit. Nullum verò in Prophetiis, atque in benedictionibus diſcrimen fecit filiorum ex liberis, vxoribus, atque ex ancillis, in ſignum illius, quod ait Apoſtolus: *Non eſt perſonarum acceptio apud Deum*, ad Coloſſ. 3. *Non eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum.* ad Rom. 10. Quare hoc optimè ſubintulit: *Dicit enim ſcriptura: Omnis, qui credit in illum, non confundetur.* Iſai. 28. ibid. Porrò apud Prophetam in vulgata ſic legimus: *Qui cre-* E *diderit, non feſtinet.* Enimverò ei, qui feſtinat, præ violenta corporis agitatione facies calore ſanguinem ſurſum eleuante coloratur: at rubeus color verecundiæ naturalis eſt: iccircò legunt LXX. *Confundetur:* effectum pro cauſa ponentes, cùm in fonte ipſo cauſa ponatur pro effectu. Verùm enim verò nihil eſt in lege Chriſti Domini, cuius meritò pudeat credentem: adeò ſancta, rationabilis, immaculata, Deóque digna eſt: cùm tamen in ſuperſtitione Iudaica, in Mahometana ſecta, in paganiſmo, in omnibus hæreticorum

ad Col. 3. ad Rom. 10. Iſai. 28.

In lege Chriſti nihil eſt, cuius nos pudeat.

Extra fidẽ Chriſti ferè omnia vana, ridicula, turpia in ſeculo.

deliramentis plurima, ne dicam omnia, & ridicula, & abſurda, & irrationabilia, & vana, & dictu auditúque turpia videantur. Neque verò quis in fide, atque in Eccleſia Chriſti, etiam ſi Rex ſit, & Imperator in ſeculo, poteſt, debétve meritò erubeſcere ex conſortio miſerorum, egentium, & abiectorum, qui eandem Chriſti fidem profitentur; in eadem Chriſti Eccleſia ſimul commorantur; ad eandem menſam accumbentes idem corpus, eundémque ſanguinem, ac Diuinitatem Chriſti epulantur. *Non eſt perſonarum acceptio apud Deum.* In ſeruitio Chriſti nulla eſt differentia neque ſexuum, neque ſtatuum. Omnes eiuſdem patris filij, eandem a patre benedictionem accipiunt, pro omnibus ſine vllo diſcrimine Deus homo mortuus eſt; eandem omnes regni cœleſtis promiſſam omnibus recipient hæreditatem. Principes, Regéſque & fiunt & dicuntur omnes quotquot in Eccleſia Chriſti habitant. *Dominus enim narrabit in ſcripturis populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea.* Pſalm. 86. Habet quidem conſcripta in albo ſuo fidelium ſuorum nomina Chriſtus Dominus: illi verò ſunt principes in Eccleſia. Nam cur principes non erunt, qui ad regnum cœlorum vocantur: qui Regis ipſius cœleſtis fratres dicuntur: Qui cum eodem Rege cœleſti accumbunt menſæ, & Regis ipſius diuino epulo ſaginantur: Benè ad hunc locum Geneſ. adnotauit Eucher. *Cur Iacob omnes, quos de liberis & ancillis genuit, æquali honore filios & hæredes conſtituit: niſi vt oſtenderet, quòd Chriſtus Dominus omnibus in ſe credentibus æquale donum honorum cœleſtium largiatur, cunctos pari honore habeat?*

ad Rom 2.

In fide, in Eccleſia, in ſacramentis Chriſti non eſt diſtinctio ſanguinis, & ſexus.

B

Pſal. 86.

Chriſtiani apud Deum principes cenſentur.

Eucher.

C

2. *Ego congregor ad populum meum.*] Finitis iis, quæ ad filios pertinebant, agit nunc Iacob de ſuo tandem ab illis diſceſſu, obitúque ac ſepultura. Et quidem Ioſepho, cuius autoritate & liberalitate potiſſimùm erat patris funus exequendum, ac cæteris etiam imperat, ne quid eorum, quæ ad extremum ſibi ſoluenda præcipit, omittatur. Sed quem populum vocat ſuum, ad quem mortuus adiungitur? Dicunt plerique congregari ad ſocietatem iuſtorum, qui iam inde ab innocente Abel ad Iacob vſque obierant, erántque in limbo expectantes aduentum Meſſiæ. Sic Lyran. & alij. Expeditiùs fortaſſe, clariúſque dici poteſt: Congregari, vel apponi ad populum ſuum, dormire cum patribus, ingredi viam vniuerſæ carnis, quæ ſunt phraſes diuinæ ſcripturæ, idem omninò eſſe, atque decedere è commercio viuentium ad ſtatum defunctorum; ſiue pertinere, néque ad mortuos; obire, ſcilicet, morique. Via vniuerſæ carnis, quam ingreditur Iacob cæteris mortuis aſſociandus, mors ipſa eſt, quam ipſe quoque Deus homo haud effugit: etſi tamen ſolus fuerit *Inter mortuos liber.* Pſal. 87. *Tanquam* (declarat Theodoret.) *mortem iniuſtè paſſus ſit.* q. 9. in Numer. Nemo ſcilicet mortem liber tranſiliit, niſi qui nunquam peccati ſeruus vixit. Iniuſtè verò Chriſtum Dei filium ab omni labe peccati alienum, ipſam videlicet innocentiam mors peremit, in quem ius nullum habuit; idcóque iuſtè damnatâ morte ob iniuſtitiam ab ipſa commiſſam contra innocentis vitam liber Agnus Dei è mortuis reſurrexit. Cæteri verò mortales, in quos à peccatu ius illa ſuſcepit, iuſtè moriuntur, & in ſepulchris mortui velut in ergaſtulis iuſtè detinentur: in quos diuina ſententia condemnatos verum ius habet mors, iuſtéque dominatur. At poſtquam Dominus IESVS mortem guſtauit, tolerabilior illa, imò & læta, dulciſque hominibus, qui pleni fide,

Lyra.

D

Vnus Chriſtus inter mortuos liber.

Pſal 82.

Theod.

Chriſtũ ſolũ iniuſtè mors peremit.

E

Iuſtè omnes mortui in ſepulchris ſicut in ergaſtulis detinentur.

A ſpe gaudentes non in limbum, alterum erũ miniorem ſepulchro carcerem; ſed in cœlum tranſmigrant Chriſto IESV capiti ſuo viua membra, Domino ſerui, patri filij aſſociandi. *Videmus enim* (inquit Apoſtolus) *IESVM propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum: vt gratia Dei pro omnibus guſtaret mortem.* ad Hebr. 2. Gratia eſt in ablatiuo χάριτι. Chriſtus igitur gratia mortem guſtauit. Videlicet (declarat S. Chryſoſt.) *ſicut medicus non habens neceſſitatem ex cibis, qui ægroto proponuntur, guſtare, ſed tamen ille conſulens ægroto, primus ex cibo aliquid deguſtat, vt perſuadeat ægroto cibum ſumere: ſic etiam Dominus quoniam homines mortem timebant, vt eis perſuaderet confidenter ad mortem accedere, guſtauit & ipſe mortem cum non* B *egeret.* Talem ſcilicet moriens Deus homo in ipſo mortis calice, quem bibit, hauſitque, gratiam reliquit, vt nihil iam nunc iuſtis & ſanctis hominibus lætius gratiúſque, quàm mors adueniat: Vt etiam infinita virorum, & fœminarum omnis ætatis, ordiniſque multitudo ad mortem pro Deo ſubeundam alacriùs, quàm ad epulas, quàm ad delicias, quàm ad triumphos conuolarit.

Iuſtis poſt Chriſtũ nihil morte lætius.

ad Hebr 2.

D. Chryſ.

Chriſtus moriendo ſuis gratioſam reddidit mortem.

3. *Sepelite me.*] De morte ac ſepultura agenti Iacobo quid ſubinde filij, qui omnes aderant, reſponderint, non ſcribitur. Profectò vt certum eſt vehementer illos indoluiſſe, ita difficile explicatu erit quanta illius doloris in ſanctiſſimi Patris obitu fuerit magnitudo. Dixiſſem equidem de filiis Iacob morientis lectulum patris obſidentibus, quod de Cæſareæ ciuibus S. Baſilio Epiſcopo morienti adſiſtentibus non minùs eleganter, C quàm verè ſcripſit S. Gregor. Nazianzeo. *Circumfuſa erat illi tota Ciuitas, calamitatem hanc ægerrimè ferens, ac diſceſſum perinde ac tyrannidem accuſans; eiuſque animam non ſecus ac ſi vel manibus vel precibus retineri ac cogi poſſet, arripere tentans. Mentis enim errorem ex mœrore contraxerant: nec quiſquam erat qui non aliquam vitæ ſuæ partem, ſi fieri poſſet, illius vitæ addere paratus eſſet.* orat. de S. Baſil. Porrò quid eſt, quod vir iuſtus de ſepulchro ſuo ſit tam ſollicitus? Communis quidem terra ipſa eſt ſepulturæ locus; nec ſapienti viro curandum eſt quàm honorificè ſepeliatur, ſed quàm ſanctè viuat, ſanctéque moriatur. Egregiè quidem ſcripſit S. Am- D broſ. *Lectus quidam noſter communis eſt terra hinius ampliſſimum ſolum, in quo corpora noſtra depoſita tutiſſima ſede requieſcunt. In hoc autem lectulo ille mollius dormit, quiſquis durius in vita ſe geſſerit.* ſerm. 28. O quàm duriter, & quàm turpiter iacebunt oſſa illorum, qui vitam in deliciis, carniſque voluptatibus egerunt! Curant filij huius ſeculi grandes, & magnificas ſepulchrorum moles ſubſtruere, in quibus inanima fœtidáque eorum cadauera inani quadam apud viuos gloriâ perfrui, & quodammodo viuere videantur. En quantum filiis Adam dominatur inanis gloria! *Nihil illa* (inquit S. Chryſoſt.) *peius eſt: mater gehennæ eſt inanis gloria. Videre eſt illam & in mortuis vires obtinere: alia* E *quidem paſſiones morte finiuntur, iſta verò & poſt mortem violenter inſtat, naturámque ſuam etiam in emortuo corpore oſtendere contendit.* hom. 17. in epiſt. ad Rom. Quod verò in emortuis iam corporibus viuat adhuc iſtud vanitatis ſtudium, ſubinde ita probat: *Cùm enim ſplendida ſepulchra morientes ſibi erigi curent, atque vt in ſepultura multus antea luxus adhibeatur, affectent, ſumptuoſam menſam vermibus præbeant, quam quæſo aliam quæres in hoc morbo tyrannidis vehementiam?* Satis graue atque tyrannicum inanis gloriæ vitium, quod etiam

exagitat

S. Greg. Nazian.

Luctus fidelium in obitu S. Baſilij.

Sanior cura vitæ & mortis, quàm ſepulchri.

D Ambr.

Mollius in ſepulchro dormit, qui durius vixit.

Inane ſtudium ſplendidi ſepulchri.

D. Chryſ.

S. Chryſoſt.

Superbia etiam in mortuis dominatur.

exagitar mortuos : aut eum morientibos coniunctum magis reuiuiſeit.

Demens eſt qui de ſepulchro agit animam nō curat.

4. Et quæ tandem iſta eſt hominum dementia vt de animæ ſalute non eorantes pulcherrima ſplendidis fœdere in ſepulchris ad pabulum vermium ſua corpora contendant? Non curat Iacob, vt molliter ac ſplendidè mortuus eſſet, qui totam egit in laboribus, ac doloribus vitam. Sola cura eſt Iacob, vt inter ſepulchra parentum ſuorum conſepeliatur ipſe, qui terram illam promiſſionis, in qua præſciuit Deum hominem patribus Meſſiam promiſſum aliquando victurum & moriturum, pretioſo Dei ſanguine ſanctificandam elegit in ſui corporis quietem. Indicauit deinde locum in Hebron, vbi ius habebat ſepulturæ in ſpelunca, quam emit Abraham, vti narratur Geneſ. 23. Emptio autem agri & ſpeloncæ, & tam diligens monumenti deſcriptio commendat Patriarcharum filiis memoriam priſtinæ illorum paupertatis; qui nihil in hoc mundo viuentes poſſederunt præter vnicum locum ſepulchri, & eum denique coëmptum ab exteris, vti Lippoman. expendit. O miſeram hominum conditionem! Nihil intulimus in hunc mundum: nihil ex illo efferimus præter illam, quâ inuoluimur mortui, ſindonem : & nihil ab illo diſcedentes accipimus præter ipſam, cui tradimur, foueam ſepulchri. Icircò Hebron Patriarcharum ſepulchris ſanctificata, Hebræis deinceps fuit in ſumma veneratione, illóque pietatis ergò & pro ſoluendis votis frequens illius populi multitudo confluebat. O quantum viuis prodeſſet crebrò inuiſere mortuorum ſepulchra! ô quàm ſalutaria ibi ad viuendum dantur documenta! Benè S Auguſtin. *Monumenta dicuntur ſepulchra mortuorum; quia in memoriam reuocant & admonenda faciunt cogitari. Nam monumentum dicitur quòd moneat mentem.* lib. de cura pro mort.

Iacob in terra Dei hominis ſāctificanda ſanguine vult ſepeliri.

Lippom. *Miſerrima hominis conditio in vita, & in morte.*

S Auguſt. *Prodeſt viuis mortuorum ſepulchra inuiſere.*

5. *Collegit pedes*] Sedebat quidem ſenex ſuper lectulum pedibus in humum pendentibus: eóque habitu corporis cum liberis ea, quæ audiuimus, locutus eſt: quo etiam ſignificatur Patriarcham in lectulo ſedentem integro ſenſu, & intellectu, perfectâ fide omnia illa extremo iam ſpiritu filiis commendaſſe. Deinde placidè pedes attollens, & in lectulo procumbens mirâ quadam compoſitione totius corporis & decentiâ ſeſe comparauit ad mortem. S.Chryſ. legit, *ſubleuauit*; quo arbitratur ſignificari miram quandam viri iuſti alacritatem, & voluptatem in morte. Sic enim infit : *Vide mortem iuſti magno miraculo plenam. Subleuauit pedes in lectum ſuum, quaſi cum voluptate rem aggrederetur; pedes ſuſtulit, hoc eſt, planos & rectos fecit & extendit.* homil. 67. in Geneſ. O admirabilem morientis habitum! Pedes ſubleuat, quaſi gaudio exultans, tripudians in morte; ſaltu ſeſe immittit in æternam felicitatem: illius ſiquidem eccum in limbo cum reliquis iuſtis pignus erat habiturus. Ita qui ſemper in terra peregrinus vixit, lætus & ouans ad peregrinandum vſque ad iuſtorum conſortium ſeſe accingit. Cum lætitia quidem moritur, qui vitam patienter ſuſtinens de illa in alteram diſceſſum alacriter comparauit. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?* Cant. 3. Quæ eſt iſta, quærit Salomon, eò quòd rarò inuenitur inter homines dignus, qui ſaltu moriens è terra in cœlum feratur. Sed ille tandem fuerit, qui mortem viuus circumferat: iámque illius vita funeris odorem, myrrhæ, thuríſque ſuffi tum redoleat; tutúſque homo iam illo cōſperſus puluere, de quo dicitur: *Puluis es, & in puluerem reuerteris.* Geneſ. 3. & mortem expectat, & ſepulchro inferri meditetur. Quod ſi hæc in nobis ad moriendum deeſt alacritas : ſaltem illa ſit, quæ non ſine merito erit, patientia. Vtramque vti piam S. Auguſt. his verbis commendat: *Sunt homines, qui cum patientia moriuntur : ſunt autem quidam perfecti, qui cum patientia viuunt. Paulus, qui ait: Cupio diſſolui:* ad Philip 1. *non patienter moritur, ſed patienter viuit : delectabiliter moritur.* in 1. epiſtol. Ioann. tractat. 9. vbi etiam laudat eum, *Qui patienter* (inquit) *tolerat mortem.*

Mira Iacob alacritas morientis.

S. Chryſ. *Iacob exultans ſaltat in æternitatem.*

Cant. 3. *Cum gaudio moritur, qui mortē viuus in ſe circumtulit.*

Gen. 3

S. Auguſt.

ad Phil. 1. *Quidam patienter viuunt, alij patienter moriuntur.*

6. *Et obiit.*] Defecit leni, placidáque morte, *gueuah* גוע expirare non longâ ægritudine, ſed deficere, defectu ſcilicet caloris naturalis, atque humidi radicalis præ longo iam ſenio abſumpti obiit Iacob. Ita longæui ſenes, velut poma vieta decidunt, ſine vi, ſine dolore colliguntur. *Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum.* Pſalm. 126. Somnum appellat mortem, qua dilecti à Domino ex hac vita diſcedunt. *Dilecti* (inquit S. Hieronym.) *ſancti ſunt, qui poſt ſomnum præſentis vitæ hic dormitare videntur, vt in reſurrectione ad vitam æternam mereantur peruenire.* Dormiunt quidam ad affectum & ſtudium rerum huius ſeculi, dum in terra viuunt : in morte autem dormitant, conniuéntque ſic tandem placidè dulcitérque excedunt. Pulchrè hanc dilectorum Domini conſiderans mortem exclamat S. Bernard. *O quàm beati mortui, qui in Domino moriuntur, audientes ab ſpiritu, vt requieſcant à laboribus ſuis!* Apocal. 14. *Non ſolùm autem, ſed & ſuccedit iucunditas de nouitate, ac de æternitate ſecuritas. Bona proindè mors iuſti propter requiem, melior propter nouitatem, optima propter ſecuritatem.* epiſtol. 105. Quòd ſi dilectis ſuis tamen ſeruis placidum hunc mortis ſomnum miſericorditer elargitur; quam quæſo mortem, quam dulcem, quàm tranquillam ſuæ matri vt ſanctiſſimæ ſic dilectiſſimæ Dominus ipſe dederit, quis dignè poterit explicare? Certè Virgo innocentiſſima Dei mater ita obiit, vt tanti filij matrem decebat. *Scilicet* (vti ſcribit Albert. Magnus) *Beata Virgo præ amore, & ſine dolore mortua eſt.* in Mar. Abſentiâ quidem filij mater deſideriis æſtuans paulatim deficere cœpit, amoris vehementiâ vires corporis abſumente; donec tandem ſine dolore ad præſentiam filij, qui matris animam excepturus è cœlo venerat, feliciſſimum illum ſpiritum placidiſſimo ac ſuauiſſimo quodam ſenſuum mentiſque exceſſu in manus filij ſui reddidit.

Pſal 126. *Placida mors ſeniorum.*

S Hieron. *Iuſti in vita dormiūt, in morte dormitant.*

S. Bern.

Apoc 14. *Iucunda, & ſecura mors iuſtorum.*

Alb Magn. *Suauiſſima præ amore filij mors B Mariæ.*

7. Hinc optimè ſcripſit Carthuſ: *Ad intuitum dilecti filij cum incomparabili aſpirauit ardore, diuinarum quoque rerum contemplatione erat profundiſſimè tunc intenta. Ergo præ ſpiritualis ſuauitatis affluentiſſima experientia, & feruentiſſima dilectione ſeparabatur ſine pœna à corpore.* lib. 4. de laud. Virgin. artic. 3. Sed hoc ipſum ex ipſamet Virgine ſanctiſſima præſtat audire. Sic enim reuelaſſe ſcribitur S. Brigittæ. *Parans me ad exitum. Cúmque animus meus ſuſpenſus eſſet in admiratione diuinæ caritatis, tunc anima mea in ipſa contemplatione repleta fuit tantâ exultatione, quòd vix ſe capere poterat : & in ipſa conſideratione anima mea à corpore fuit ſoluta.* lib. 6. reuel. cap. 62. Ergo Virgo Dei mater nullo morbo confecta obiit; ſed ex vi amoris, ac diuinæ contemplationis ardore:

Carthuſ. *Ad intuitū filij lætiſſima obiit B. Maria.*

S Brigit. *B. Maria ſine morbo, ex vi amoris obiit.*

dore: quod mortis genus innocentiæ ac puritati, atque adeò incomparabili poſt Deum Maieſtati Virginis matris Dei congruebat, imò & debebatur. *Cùm rurſus* (inquit Metaphraſtes) *dixiſſet Virgo Deipara: Fiat mihi Domine ſecundùm verbum tuum, emiſit tanquam in ſomno ſpiritum, & eum in amicis depoſuit filij manibus.* orat. de vita Deipar. Sed quanam ratione mors iis ex vi amoris potuerit ſecundùm Philoſophiam ſine morbo vllo accidere, doctè admodum ita oſtendit noſter Soarius. *Fieri poteſt, vt mens tantâ efficaciâ & intenſione in his actibus amoris & ardentiſſimi deſiderij, & altiſſimæ contemplationis occupetur; vt veluti deſtituat corpus, ita vt paulatim eius diſpoſitiones remittantur ac deficiant; ac tandem ob earum defectum non poſſit anima in corpore conſeruari.* tom. 2. in 3. part. diſput. 21. ſection. 1. Fuit hic tuus, ô mater Dei, vt filium & matrem decebat, ex hac vita diſceſſus: ſit obſecro te noſter etiam, quem dilectis tuis a filio tuo impetrare obtentum conſueuiſti: ſit, inquam, placidus, ſit ſecurus, ſit in tua præſentia; & filij tui gratia in cœlum tranſitus.

Metaphr.
B. Maria in manibus filij moriens animam depoſuit.
Soar.
Quomodo ex vi amoris poſſit mors contingere.
Felix mors à B. Maria impetranda.

8. Porrò vt hæc Iacob hiſtoria perfectius abſoluta videatur, operæ pretium erit adiungere illius vitæ chronologiam, qualem ſcilicet doctiores viri ad calculos eruditiſſimè redigunt. Natus eſt igitur Iacob anno poſt diluuium quadringenteſimo quinquageſimo ſecundo: poſt mundum conditum milleſimo centeſimo octauo. Petiit Meſopotamiam agens annum ſeptuageſimum ſeptimum, anno mundi milleſimo centeſimo octogeſimo quinto. Poſt aduentum in Meſopotamiam anno decimo quarto natus fuit ei Ioſeph, anno ætatis nonageſimo primo, mundi milleſimo centeſimo nonageſimo nono: poſteà adhuc ſexennio ſeruiuit Labano. Sic in vniuerſum fuit in Meſopotamia annis viginti: & nonageſimoſeptimo ætatis anno rediit in Chanaan cum ſuis, anno mundi milleſimo duceenteſimo quinto. Poſt decem annos accidit Sichimitarum cædes ætatis eius anno centeſimo ſeptimo: quâ peractâ manſit in Chanaan adhuc viginti tribus annis. Nam ætatis anno centeſimo ingreſſus eſt in Ægyptum, mundi anno milleſimo duceenteſimo trigeſimo octauo. Vixit in Ægypto annis ſeptendecim, & mortuus eſt anno ætatis centeſimo quadrageſimo ſeptimo; mundi milleſimo centeſimo, quinquageſimo quinto. Porrò autem tam diſtinctè diuina ſcriptura prælongam, ac diuturnam vitæ ſeriem illorum inſtorum deſcribit, vt eorundem apud poſteros commendetur virtus; qui tot per annos in fide ac ſanctitate permanere potuerunt. Contra verò illorum improborum hominum, qui tunc multos per annos vixerunt, non accuratè ſeries texitur, ætáſque deſcribitur. Nihil illis fuit apud poſteros dignum commendatione. Numen igitur eorum in æternum pereat. Benè quidem Abbas Guarricus animaduertit: *Non magnum eſt, imò magis malum eſt multis vixiſſe diebus, ſi non ſenueris virtutibus: cùm puer centum annorum moriturus ſit, & peccator centum annorum maledicendus.* ſerm. 3.

Vita Iacob chronologia.
Iuſtorum priùs virtus longæuitate commendatur.
Guarr.
Malum eſt multo malè vixiſſe tempore.

CAPVT

CAPVT QVINQVAGESIMVM.

1. Quod cernens Ioſeph, ruit ſuper A faciem patris flens & deoſculans eum.

2. Præcepitque ſeruis ſuis medicis vt aromatibus condirent patrem.

3. Quibus iuſſa explentibus, tranſierunt quadraginta dies: iſte quippe mos erat cadauerum conditorum, fleuitque eum Ægyptus ſeptuaginta diebus.

4. Et expleto planctus tempore, locutus eſt Ioſeph ad familiam Pharaonis: Si inueni gratiam in conſpectu veſtro, loquimini in auribus Pharaonis: B

5. Eo quòd pater meus adiurauerit me, dicens: En morior, in ſepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, ſepelies me. Aſcendam igitur, & ſepeliam patrem meum, ac reuertar.

6. Dixitque ei Pharao: Aſcende & ſepeli patrem tuum ſicut adiuratus es.

7. Quo aſcendente, ierunt cum eo omnes ſenes domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ Ægypti:

8. Domus Ioſeph cum fratribus ſuis, abſque paruulis & gregibus, atque armentis, quæ dereliquerant in terra Geſſen. C

9. Habuit quoque in comitatu currus & equites: & facta eſt turba non modica.

10. Venerúntque ad Aream Atad, quæ ſita eſt trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt ſeptem dies.

11. Quod cùm vidiſſent habitatores terræ Chanaan, dixerunt: Planctus magnus eſt iſte Ægyptiis: Et idcirco vocatum eſt nomen loci illius, Planctus Ægypti. D

12. Fecerunt ergo filij Iacob ſicut præceperat eis:

13. Et portantes eum in terram Chanaan, ſepelierunt eum in ſpelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Hethæo contra faciem Mambre.

14. Reuerſúſque eſt Ioſeph in Ægyptum cum fratribus ſuis, & omni comitatu, ſepulto patre.

15. Quo mortuo, timentes fratres eius, & mutuò colloquentes: Ne fortè memor ſit iniuriæ quam paſſus eſt, & reddat nobis omne malum quod fecimus,

16. Mandauerunt ei dicentes: Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur,

17. Vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te: nos quoque oramus vt ſeruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioſeph.

18. Venerúntque ad eum fratres ſui: & proni adorantes in terram dixerunt: Serui tui ſumus.

19. Quibus ille reſpondit: Nolite timere: num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?

20. Vos cogitaſtis de me malum: ſed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, ſicut in præſentiarum cernitis, & ſaluos faceret multos populos.

21. Nolite timere: ego paſcam vos & paruulos veſtros, conſolatúſque eſt eos, & blandè ac leniter eſt locutus,

22. Et habitauit in Ægypto cum omni domo patris ſui: vixitque centum decem annis. Et vidit Ephraim filios vſque ad tertiam generationem. Filij quoque Machir filij Manaſſe nati ſunt in genibus Ioſeph.

23. Quibus tranſactis, locutus eſt fratribus ſuis: Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram quam iurauit Abraham, Iſaac, & Iacob.

24. Cúmque adiuraſſet eos atque dixiſſet: Deus viſitabit vos: aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto:

25. Mortuus eſt, expletis centum decem vitæ ſuæ annis. Et conditus aromatibus, repoſitus eſt in loculo in Ægypto.

SECTIO PRIMA.

Quod cernens Ioſeph, ruit ſuper faciem patris flens & deoſculans eum. Præcepítque ſeruis ſuis medicis vt aromatibus condirent patrem.

OBIIT tandem ſanctiſſimus Patriarcha Iacob (quod parentibus admodum eſt optabile) à ſuis vndique circunſeptus liberis, quos ſuperſtites omnes, nec inglorios, nec indigos relinquebat: imò & omnium ſibi dilectiſſimus Ioſeph in ſumma Ægypti regni gloria mortuo patri ſupererat filius: qui (vti ſenex ex diuino acceperat oraculo) defuncto clauſit oculos; iuxta illud: *Ioſeph quoque ponet manus ſuas ſuper oculos tuos.* Geneſ. 46. quod ſine dubio completum eſt, etiamſi hoc cap. 50. non exprimatur.

Gen. 46.

Felix mors iuſtorum quòd liberat è periculis animam.

Felix quidem atque exoptanda iuſtorum mors eo etiam nomine, quòd per eam è peccandi occaſionibus, ſalutis æternæ periculis, vitiorum irritamentis eruuntur. Quod Dei beneficium in Enoch

S.Cypr.

B commendat S. Cypr. nam de illo ſcribitur: *Ambulauit cum Deo, & non apparuit, quia tulit illum Deus.* Geneſ. 5. Legit ergo S.Cypr. *Placuit Enoch Deo, & non eſt inuentus poſtmodum, quia Deus illum tranſtulit.* Videas ambulare cum Deo, & Deo placere idem eſſe. Declarat verò: *Hoc fuit placuiſſe in conſpectu Dei, de hoc contagio ſeculi meruiſſe transferri.* lib. de mortal. Tranſlatus de ſeculo Enoch à Deo fuit, & iuſtus moritur, ne mundi ſordibus inquinetur, ne vitiorum laqueis illigetur, ne tentationum vi oppreſſus in lubricum corruat, & in æternum chaos detrudatur. Moritur iuſtus, quia homo mortalis, vt naturæ debitum ſoluat: & qui

Geneſ. 5.

Mors vniuſcuiuſque demonſtrat hominem.

patientiæ in aduerſis magnitudine, in proſperis prudentiæ, modeſtiæque laude glorioſus extitit, C atque adeò ſupra humanam conditionem eleuatus, morte ipſa conteſtetur ſe hominem eſſe; intandáſque viui virtutes non aliûs, quàm humanæ naturæ enim Dei gratia fuiſſe.

2. Hoc ipſum in morte S. Baſilij eleganter expendit S.Gregor.Nazianz. *Mortuus quidem eſt* (inquit) *oportebat enim eum hominem inueniri, atque conuinci,* orat. de S.Baſil. Quod etiam peregregiè dici poteſt de S. Ioanne Baptiſta, quem pœnitentia ſupra hominem, ſanctitate Angelum, mors tamen ipſa hominem eſſe demonſtrauit. Quare ſi quis quærat cur tam admirandum ſupra omnes iuſtos virum Deus occidi permiſerit? reſponderi poteſt: *Oportebat enim eum hominem inueniri, atque conuinci:* qui nullum fere in vita fragilis & miſeræ mortalitatis ſignum præbuerat. *Venit enim Baptiſta* (vt etiam Dominus ipſe conteſtatur) *neque manducans, neque bibens.* Matth. 11. adde, neque dormiens, neque veſtiens vt cæteri mortales. Certè hoc ipſum de Patriarcha Iacob iure optimo dicendum erit; cuius viri patientia, integritas, pietas, miræque aliæ virtutes in illo tam corrupto ſeculo, vbi tanta iuſtorum penuria, vniuerſis penè gentibus idololatriâ contaminatis illum ſupra hominem oſtendebant: quem tamen mors ipſa tandem adueniens haud alterius, quàm noſtræ naturæ fuiſſe, conteſtatur. Et quidem hæc demonſtratio humanæ, hoc eſt, imbecillis, & abiectæ conditionis non detrahit quidem de ſanctitate iuſtorum, imò & illam magis commendat: quæ ſcilicet tantò laudabilior eſt & admirabilior, quantò in vaſculo infirmiore, ac pluribus obnoxio miſeriis illæſa tamen & ſplendida conſeruatur: iuxta illud Domini ad Apoſtolum: *Virtus in infirmitate perficitur.* 2. Cor. 12. Iccircò enim Diuinus autor inauditam ſeculis patientiam, & incredibilem in aduerſis animi celſitudinem in ſanctiſſimo Iob deſcripturus primò omnium poſuit hominem illum fuiſſe: quod quidem ita expendit S.Chryſoſt. ad illa prima verba

S.Grego. Nazianz.

S.Ioannes Baptiſta moriendo ſe hominem eſſe conteſtatur.

Matth. 11.

Ad laudem iuſtis accedit quòd homines fuit.

2. Cor. 12.

Iob patiëtia eò illuſtrior, quòd hominis tanti fit.

S.Chryſ.

A ſacræ hiſtoriæ: *Vir erat in terra Hus nomine Iob.* cap. 1. *Quoniam* (inquit) *vitam narraturus erat virtutibus plenam, noſtramque vim ſupra modum vincentem: ne quis ad agonis ſublimitatem reſpiciens, putaret non humanam, ſed peregrinam eſſe naturam, deſcribit naturam, vt propoſitionem admireris. Quod homo exiſtens ſupra hominem viuendo conuerſatus ſit: & communem quidem natura omnibus communicans; animam verò in ſublime ſuperiorem adducens.* humil. 2. de pat. Iob. Imbecillitatem ſuam ipſe agnoſcens prædicauit in poſterum mortalibus, ne in illo antiquitatis Iobo vllus vnquam in tot aduerſitatibus inſenſibilitatem potius, quàm veram hominis etſi natura imbecillis patientiam ineſſe arbitraretur. Dicebat enim: *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt.* Iob 6. *Beatus Iob* (occurrit hic S. Gregor.) *& virtute pollet, & vires infirmus habet.* lib. 7. mor. cap. 8. Quo quidem & diuina gratia, quæ noſtram adiuuat infirmitatem, magis commendatur; & hominis à Deo adiuti virtus glorioſior oſtenditur, & fortius cæteris mortalibus atque efficacius præbetur exemplum patientiæ, cui nemo noſtrûm, quo minus imitari aut poſſit, aut debeat, aut velit, iure imbecillitatis humanæ prætendet excuſationem. Mors itaque Patriarcham conteſtata eſt eſſe hominem, ſed illi læta, dulciſque extitit: cùm tamen illa impiis & peccatoribus infauſta & horribilis eſſe conſueuerit. Tolle peccatum, & non eſt quod mortem timeas. *Mori* (ſiquidem dixit S.Cypr.) *timeat, ſed C qui ex aqua & ſpiritu non renatus gehennæ ignibus mancipatur: mori timeat, qui non Chriſti cruce & paſſione cenſetur: mori timeat, qui ad ſecundam mortem de hac morte tranſibit: mori timeat, quem de ſeculo recedentem perennibus pœnis æterna flamma torquebit: mori timeat, cui hoc morâ longiore confertur, vt cruciatus eius & gemitus interim differantur.* lib. de mortalit. Iacob verò, vt quiuis alius maximè cenſetur de numero illorum, de quibus Propheta cecinit: *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* Pſal. 115.

Iob 1.

Iob patiëtia non eſt inſenſibilitas.

Iob 6. S.Gregor.

Nulla ſola excuſatio virtutem ſanctorum imitandi.

S. Cypr. *Soli impiis timenda mors.*

Pſal. 115.

3. *Irruit Ioſeph ſuper faciem.*] In quo elucet vehemens erga patrem affectus filij: fleuit quidem patris obitum ſine planctus tamen impatientia. Vir enim prudens ac iuſtus, qui de ſpe vi- D uit æternitatis, quos ex ſuis videt in Domino expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ Dei, diſcedere ex hac vita, (licèt humani doloris ſenſus damnari non debeat) nimio proſequi luctu & impatienter lamentari non ſolet. Quam in rem piè grauitérque ita ſcripſit D. Auguſt. *Ex hac vita migraturi quoſdam noſtros migrantes non amiſimus, ſed præmiſimus ad eam vitam, vbi nobis erunt quantò notiores, tantò vtique cariores: & ſine timore vllius diſceſſionis amabiles.* epiſt. 6. Non dolendum dicit S.Auguſt. Sed amplius lætandum addit S.Cypr. in obitu iuſtorum, etſi nobis nimiùm aut coniuncti aut cari ſint, quos nimirum ad æternam vitam præmiſimus: probátque teſtimonio Chriſti Domini, qui ſuis dixit diſcipulis: *Si diligeretis me, E gauderetis vtique, quia vado ad Patrem.* Ioann. 14. *Docens ſcilicet* (inquit) *cùm cari, quos diligimus, de ſeculo exeunt, gaudendum potiùs, quàm dolendum.* lib. de mortal. Quod quidem nunc in lege gratiæ, poſtquam hominibus cœlum eſt à Redemptore patefactum, didicérque cœlum (vt loquitur S. Auguſt.) portare hominem; potiùs, quàm in lege naturali, ſcriptáque intelligitur. De noſtra enim lege dictum eſt à Propheta: *Aſcendit pandens iter ante eos: diuident, & tranſibunt portam, & egredientur per eam. Et tranſibit Rex eorũ coram eis: &*

Non eſt nimis luctu proſequendus qui ſanctè moritur.

D.Auguſt.

S Cypr. *Lætandum in morte iuſtorum.*

Ioan. 14. *Suos quiſque in Domino morientes ne doleat.*

D.Auguſt.

Dominus

Mich. 2. *Poſt Chriſti in morte fidelium non plorandum.* Ioan. 10.

Dominus in capite eorum. Mich. 2. legunt LXX. *Dominus autem princeps eorum.* De Chriſto Domino apertiſſimè conſtat Prophetia: vti declarat S. Hieronym. Ipſe enim Dominus & Rex & paſtor, & via eſt, & porta. Ioann. 10. Reſurrectionem itaque Domini, noſtrámque reſpiciens Apoſtolus aiebat: *Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini; ſicut & gentes, quæ ſpem non habent.* 1. Theſſal. 4. Mortuos egregiè vocat dormientes futuram ſcilicet eorum inſinuans reſurrectionem, vti S. Auguſtin. his verbis expendit: *Ideò dormientes eos appellat ſcriptura veraciſſima conſuetudo; vt cùm dormientes audimus, euigilaturos minimè deſperemus. Vnde etiam cantatur in Pſalm. Nunquid qui dormit, non adiiciet vt reſurgat?* Pſalm. 40. hæc S. Auguſt. ſerm. 32. de verbis Domini.

1. Theſſ. 4. *Reſurrectionis ſpes mortuum ſolatur.* S. Auguſt. *Dormiunt in morte iuſti, euigilabunt in reſurrectione.* Pſal. 40.

4. Iam mortem igitur timere non debent Chriſti fideles, qui in Domino moriuntur: egreſſi enim ex vita mortali ingrediuntur in ſempiternam: ad quam Chriſtus Dominus noſter & princeps & Dux introiuit primus; ac portam occludi amplius noluit: ſed illam ſuis ſeruis bipatentem reliquit. Hinc optimè infert S. Cypr. *Eius eſt mortem timere qui ad Chriſtum nolit ire: eius eſt ad Chriſtum nolle ire, qui ſe non credat cum Chriſto incipere regnare.* lib. de mortal. Quod quidem probat exemplo Simeonis, qui lætus de morte iam proxima, & de vicina acceſſitione ſecurus accepit in manus puerum IESVM, & benedicens Deum exclamauit: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace.* Luc. 2. *Probans ſcilicet* (adiungit S. Cypr.) *atque conteſtans tunc eſſe ſeruis Dei pacem, tunc liberam, tunc tranquillam quietem, quando de iſtis mundi turbinibus extracti, ſedis & ſecuritatis æternæ portum petimus: quando expuncta hac morte ad immortalitatem venimus.* ibid. Cur igitur non gaudendum, non præ gaudio exclamandum, cùm vincti è compedibus liberi carcerem relinquunt; cùm captiui è ſeruitute in libertatem ſeduntur; cùm nauigantes proceloſo iactati ſalo in portum iam tutò inuehuntur? Certè qui quæ viuus animæ, corporiſque pericula quotidiana ſubire cogitur, ſedulò expendet; lucrum ſibi, non damnum in morte conſtitutum agnoſcet; & cum Simeone cycnæum carmen decantabit: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace.* Luc. 2. Miratur enim iure optimo idem Cyprianus: *Tot perſecutiones* (inquiens) *animus quotidie patitur, tot periculis pectus vrgetur; & delectat hic inter diaboli gladios diu ſtare?* ibidem.

Fidelis in Domino moriens non habet quid timeat.

S. Cypr. *Cycnæum carmen iuſtus modulatur in morte.*

Luc. 2. S. Cypr. *Felix obitus, qui hominem liberat à periculis.*

Luc. 2. *Imprudens delectatur inter vitæ pericula.* S. Cypr.

5. *Et deoſculans eum*] Moris erat recens mortuos in præteriti amoris ſignum deoſculari; quod & nunc in cariſſimorum obitu fieri videmus: imò etiam morientem filium impatienter amantes, dolentéſque miſellæ matres ſic deoſculantur, quaſi fugientem ore ſpiritum velint excipere: aut mortem illi inter oſcula ſuauiorem reddere conentur. Huius & felicitatem & ſuauitatem mortis clementiſſimus Dominus ſeruo ſuo Moyſi videtur indulſiſſe: ſic enim ſcribitur: *Mortuus eſt Moyſes ſeruus Domini iubente Domino.* Deuter. 34. legunt LXX. *Per verbum Domini.* ex Hebræo legitur: *Super os Domini*; vel *iuxta os Domini*; vel *in oſculis Domini.* O ſublimiorem, quàm quæ aut eſſe aut fingi poteſt, hominis felicitatem! ſuper os Domini, iuxta os Domini, in oſculis Domini moritur ille, quem Dominus ipſe multis grauibúſque exercuit in vita laboribus: cui ad terram promiſſionis ingreſſum negauit: quem, vt acerbiùs doleret, iuſſit aſcendere in montem Nebo, vnde terram illam Patribus promiſſam, ac tandiu quæſitam videret quidem, nec poſſideret tamen; atque in illius proſpectu moreretur. Planè ſic habet vita, ſic mors iuſtorū. Laborant in vita, quieſcunt in morte. Viui aduerſitatibus exercentur, miris perfuſi gaudiis moriuntur. Viuos Dominus premit, affligit, virgâ percutit: morientes amplexatur, recreat, deoſculatur. *Beati qui lugent, quia ridebunt*: lugent in vita, in morte rident. O clementiam, quæ te inclementiam ſimulas! Duriter corripis, quos tenerè diligis: & quibus hæreditatem filiis ſeruas, eos vel ſeruos flagellas: hîc alapas infligis, illic oſcula infigis! Nemo quidem iuſtorum eſt, qui non ſentiat aliquando in vita ſpiritus ariditatem, animæ tædia, cordis deſolationem: ſed nemo iſtorum eſt, qui deſolatus intereat, qui non diuinis perfuſus delectationibus moriatur.

Deut. 34. *Feliciſſima mors Moyſis.*

Iuſtorū vita laborioſa, mors quieta.

Deus benignus ſeuerū ſe ſimulat erga iuſtos.

Nullus iuſtorum niſi conſolatus moritur.

6. *Præcepit ſeruis ſuis medicis.*] Hinc videtur colligi apud Ægyptios in ſeruorum loco haberi ſolitos antiquiſſimâ illâ ætate medicos. Certè apud Romanos non abiecti modò, ſed prorſus odioſi fuerunt medici. Enimverò (vt ſcribit Plinius) *Populus Romanus vltra ſexcenteſimum annum, nec ipſe in accipiendis artibus lentus, medicina verò etiam auidus, donec expertam damnauit.* lib. 29. cap. 1. Quid quòd ſuo etiam tempore multis ab illo, de quo loquitur, ſeculis adhuc abiectam & inuiſam Romanis ſcribit artem medicinæ, hoc ipſum adiungens: *Solam hanc artium Græcarum nondum exercet Romana grauitas, in tanto fructu pauciſſimi Quiritium attigere, & ipſi ſtatim ad Græcos tranſfugæ.* ibid. Vnde ſtupor eſt Romanos in tanto fructu, artem ſcilicet, ex qua in immenſum ditèſcerent, odiſſe tamen vt indecoram, & Romanâ grauitate indignam: atque adeò pauculos, qui lucro illecti medicinam profiteri vellent, cùm pudori opprobrióque eſſent ſuis ciuibus, Româ in Græciam, vbi medicis honor erat, tranſfugiſſe. Ac iſtud quoque dignum admiratione, quòd primò nunc in diuina ſcriptura nominentur medici, ac ſeruis coniuncti: *Præcepit ſeruis ſuis medicis.* Nihilominùs quicquid Ægyptij de medicis iudicarint, quicquid Romani contra medicos & medicinam ſtatuerint, vel ſcripſerint; illorum cauſam diuini ſpiritus defendit autoritas: ſic enim ſcribitur: *Honora medicum propter neceſſitatem: etenim illum creauit Altiſſimus. A Deo eſt enim omnis medela, & à Rege accipiet donationem. Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorum collaudabitur. Altiſſimus creauit de terra medicamenta; & vir prudens non abhorrebit illa.* Eccleſ. 38. Vnde colliges & Deum eſſe principalem autorem artis medicinæ: & honorandum eſſe medicum: imprudentérque agere, qui medicos irridet, & medicinam cauillatur. Mihi quidem & medici ſemper erunt honorandi, & medicina non plurimi tantùm facienda, ſed etiam dignis laudibus commendanda; quibus nimirum poſt Deum debet è lethalibus erui morbis, & ad hoc ipſum Virginis matris tam inchoandum, quàm perficiendū opus potuiſſe de faucibus mortis quodammodò reuiuiſcere. Quanquā & illud verè dici poſſit nihil malo & imperito medico pernicioſius in Reſp. nihil etiam imprudētius, quàm vt cuicunque medicum ſe vendit anti, noſtram credamus, quâ nihil pretioſius, vitam.

Plin. *Apud antiquos medici contempui habebantur.*

Plin. *Medicina Romanis inuiſa & abiecta.*

Medicus & medicina Dei autoritate honorantur, & commendātur.

Eccl 38. *Imprudens irridet medicos, & reſpuit medicinam.*

Poſt Deum & Virginem medicis ſuā debet autor vitam.

7. Certum eſt enim, & quotidianâ experientiâ comprobatum, quod ſcripſit Plinius his verbis: *In hac artium ſola euenit, vt cuicunque medicum ſe profeſſo ſtatim credatur, cùm ſit periculum in nullo mendacio*

Plin. *Imperito medico nihil pernicioſius.*

A *mendacio maius. Non tamen illud inuenitur; adeò blanda, & ſperanda pro ſe cuique dulcedo*. ibid. Ah quàm multos medici, & medicinæ nomen cui temerè creditum eſt, occidit! Et ruſticus ligoni aſſuetus, & vetula quæuis nendi malè perita medicos ſe profiteri, medicinam adhibere, atque adeò (quod ſæpius euenit) perperàm medicando, & quidem impunè, occidere non verentur. Quid, quòd etiam ex ſcholis egreſſi, & quidem optimè medicinæ præceptis inſtructi, priuſquam debitâ experientiâ matureſcant, curando potiùs nocent, quàm proſunt? *Diſcunt iſti* (vt Plinius adiungit) *periculis noſtris, & experimenta per mortes agunt, medicóque tantum hominem occidiſſe, impunitas ſumma eſt*. ibid. Et cùm nullus ſit, qui ſuam fateatur inſcitiam, aut certè iniuriam; nec tamen periiſſe

Non cuicunque medico credendum. Nomen medici & medicina plures occidit.

Plin.

Imperitus, aut nonitius medicus occidit, & tamen impunè.

B hominem aliqua intemperantia ægroti, non verò medicinæ vitio, aut errore medici, iactare in vulgus pudet. Quod etiam Plinius ita perſtringit: *Quinimò tranſit conuitium, & intemperantia culpatur: vltróque qui periere arguuntur*. ibid. O extremam calamitatem! occidunt ægrotos imperitiâ, vel incuriâ medici: & ab illo inſuper arguitur quòd ſponte perea! Porrò & ab ipſis egregiè peritis timeri etiam poteſt, ne ſpe potioris lucri, ſi diutiùs ægrotum inuiſent, curabúntque, præſentiſſimo ipſo medicamento adhibito, ſanare differant. Quod ita Tertull. coarguit. *Quid de tali medico iudicabis, qui nutriat morbum mora præſidij, & periculum extendat dilatione remedij, quò pretioſius, aut famoſius curet?* contra Marc. lib 1. cap. 22. Et hoc

Tertull.

Malè qui lā medici aliquando ſanare differunt ſpe lucri.

C ſatis eſt non contra medicos, ſed contra inſcitiam, vel errorem, vel inclementiam (ſi hæc aliquando ſit) eorum, qui tam præclaro hoc nomine cenſentur indigni.

8. Verum enimuerò placet viris doctis, vt medici vox latè ſumatur pro pollinctoribus iuxta verſionem L X X. quæ habet: *Funeratoribus funerare patrem præcepit, & funerauerunt funeratores Iſrael*. Sed quia Hebr. *Rophim* ſignificat medicos à radice רפא *raphah, ſanare, mederi, curare*, videtur hoc munus pollinctorum; quod exhibetur corpori humando, vel condiendo, vel ſiccando, vel inuoluendo, & alligando; in quo opere maximè Ægyptiorum cura præcellebat, à medicis

D exerceri ſolitum. Hæc ex D. Auguſt. in locut. ſup. Geneſ. Libitinarij verò curam habent ſepeliendi. Quâ ratione Ægyptij defunctorum corpora vnguentis & aromatibus condirent, ſcribunt Herodotus lib. 2. Diodor. lib. 2. Mos cremandi cadauera perdurauit aliquandiù apud Romanos, deinde exoleuit. In populo Hebræo nunquam iſte mos fuit. Certè apud Chriſtianos ſummum eſt opprobrium, quo propter hæreſim, & nefandam libidinem damnati concremantur. Denique diuerſos ſepeliendi corpora defunctorum conſuetudines ac ritus comprehendit Silius Italicus ſuorum carminum lib. 3. At vnus ille apud Chriſtianos curandi corpora mortuorum, ſcilicet mundâ ſindone inuolutum, corpus conditur in ſepul-

D. Auguſt.

Herodot.
Diodor.

Ritus apud Chriſtianos ſepeliendi corpora defunctorum.

E chrum: vnde ad diem iudicij cum Domino reſurgemus. Nulla nobis aromatum & vnguentorum condiendis corporibus cura: vna ſollicitudo bonorum operum, quorum odore mortis ac ſepulturæ fœtor aboleatur, defunctique memoria viuit apud poſteros ob exemplum prioris vitæ ſanctis, & glorioſa: vti ſcribitur de ſancto Rege Ioſia: *Memoria Ioſiæ in compoſitionem odoris facta, opus pigmentarij: in omni ore quaſi mel indulcabitur eius memoria, & muſica in conuiuio vini*. Eccleſ. 49. Nimirum (vti explicat Rabban.) *memoria Ioſiæ Regis*

Bona opera Chriſtianis pro aromatibus.
Eccleſ 49.
Raban.

A *comparatur operi pigmentarij, & melli dulcedine, & organo muſicæ; quia fama virtutis eius, & ſuauitas deuotionis, & ſtudium reſtaurandi cultum Dei omnem odorem, & dulcedinem, & cantilenam ſuperat*. Suauis quidem eſt Ioſiæ defuncti memoria tum ad audiendum, tum ad referendum: tam qui loquuntur, quàm qui audiunt virtutes Ioſiæ, ſuauiſſimum quidem melos & aure percipiunt, & ore modulantur. Complexus omnia vno verbo dixerat Salomon: *Memoria iuſti cum laudibus, & nomen impiorum putreſcet*. Prou. 10. Vbi Gloſſa: *In hac vita bone bonos ſiue viuos, ſiue defunctos laudibus efferunt: impiorum autem & acta deteſtantur, & nomen: & in vita futura iuſti in Dei laudibus viuunt, reproborum autem honor, noménque, & laudes putridæ, gehennæ*

Inſ... memoria ad ... audiendum ... di

Prou 10.
Gloſſ.
Nomen impiorum putreſcet ... da & infamia.

B *ſuppliciis mancipantur, vbi vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*. Iſai. 66.

9. *Putreſcet impiorum nomen, quia* (declarat Lyra) *non recolitur in aliquo honorabili, ſed potiùs in vili facto*. Nam quis memorat Neronem, niſi quia inhumanum, & parricidam; Iulianum, niſi quia Apoſtatam? & ſic de aliis monſtris, quorum tantummodò in flagitioſorum exempla fit recordatio. Sed quid de viro iuſto? *Nomine æterno hæreditabit illum Dominus Deus noſter*. Eccleſ. 15. & illud. *Dabo eis nomen æternum, quod non peribit*. Iſai. 56. Merito iuſtis, qui ſe in vita humiliarunt, latereque ac neſciri voluerunt; æternam famæ, nominiſque celebritatem mortuis habet Dominus reſeruatam.

Lyra.

In ... exempla

Eccleſ. 15.
Iſai 56.

C *Non ſic impij, non ſic; ſed tanquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ*. Pſalm. 1. Quid quæſo vanius, quid leuius ac futilius; quid magis diſparet ab oculis, prorſúſque euaneſcit; quàm puluis ab aura quoquò verſum diſpulſus? ſic habet memoria improborum, vbi vitâ conceſſerint. Caiet. legit ex Hebr. *Sed tanquam gluma*, id eſt, folliculus ille, qui tegit immediate granum, & eſt leuior palea. *Propellet ipſam glumam ventus*. Et vel ſic intelligeres quantum diſtat impius à iuſto, comparato arbori radicata, fructuoſa, proficienti! *Et erit tanquam lignum*, &c. Pſal. 1. & dum impij comparantur rei, quæ pro nihilo habetur, vento commiſſa. At ſi ita res habet: vtique fruſtra in mundo viuunt impij: cur tolerantur? Vtiles quidem etiam cùm impij ſunt

Leuis & vilis palea peccator.
Caietan.

D iccircò appellantur gluma; Quæ (occurrit Caiet.) cùm tegit granum, vtilis eſt: *aſſimilantur impij in hac vita glumæ vtiles quidem, non ſibi, ſed aliis: quia reprobi in hac vita ſunt non propter ſe, ſed propter electos*. Videlicet ad exercendam patientiam iuſtorum: his autem, vti grano in horreum cœli receptis gluma ventilabro excutitur, & impij detruduntur in gehennam. *Vnus exitus hominis, & iumentorum*: dicitur Eccleſiaſt. 3. Planè de impio loquitur, cuius vita ſordida, mores abiecti; impius ſimiliter fœtida, memoria vituperanda. Benè igitur S. Bernard. ad eadem verba. *Quod ni ſimiliter exeat, qui ſimiliter vixit? more beſtiali incubuit terris, morte beſtiali excedet terras*. ſerm. 82. in Cant. Qualis enim homini vita, talis & mors plerumque contingit.

Eccl 3
Impij ... & iumentorum ... des
S. Bern.

E 10. *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius*. Pſal. 115. Hebr. *Cara in oculis Domini mors gratioſis eius*. Cara, magno pretio æſtimata, in magno pretio habita; explicat Caiet. addiſcimus caram dici, quia magno pretio emitur à Deo. Quodnam iſtud? Bona ſcilicet vita homo emitur mors. Deus quidem bonæ mortis venditor, quam ille emit homo. Quo nummo? Bona vitâ. Inſanit ergò qui vitam in flagitiis tranſigens, mortem ſibi tamè pollicetur bonam. Stultus planè vti Balaam, qui aiebat: *Moriatur anima mea morte iuſtorum: & fiant*

Pſal. 115.
Caiet.
Bona mors emitur à Deo bona vitæ pretio.

Num. 23. A *& fiant nouiſſima mea horum ſimilia.* Numer. 23. O ſtultumió delirum! Nihil agit de vita, qualiſcunque ea ſit: de morte curat. *Scilicet* (expendit S. Bernard. egregiè) *optabat ſibi extrema iuſtorum, ſed non itia & principia. Mortem ſpiritualium optant ſibi etiam carnales; quorum tamen vitam abhorrent, ſcientes pretioſam mortem eſſe ſanctorum.* ſerm. 21. in Cant. Hæc mihi videtur illa, quæ infinitum facit numerum ſtultitia, iuxta illud: *Stultorum infinitus eſt numerus.* Eccleſ. 1. Viuere volunt vt dæmones, mori cupiunt vt ſancti, regnare vt Angeli. *Non curant* (adiungit S. Bernard.) *quærere Dominum IESVM, quem tamen deſiderant inuenire, cupientes conſequi, ſed non & ſequi. Non ſic illi, quibus aiebat: vos eſtis, qui permanſiſtis mecum in tentationibus.* Luc. 22. *Ipſi reuera ibant poſt Dominum IESVM* B *& pedibus & affectibus.* Iure optimo iis, qui permanſerunt in tentationibus adiungit Dominus: *Et ego diſpono vobis regnum.* Ibid. Euntibus ſcilicet & perſeuerantibus cum Domino regnum cœleſte promittitur: qui enim iuſti vixerunt, beati in Domino moriuntur. Timeat ergo male mori, qui non timuit malè viuere: mori gaudeat, qui doluit viuere. Pretioſam vitam pretioſa excipit mors iuſtorum.

S. Bern. Inſanitus ſtultorũ numerus, qui malè viuere, & benè mori volũt.

Eccl. 1.

D. Bern.

Luc. 22. Benè viuẽtibus datur benè mori.

11. Sed quid nunc de morte Reginæ ſanctorum omnium, ipſioſque ſanctitatis & gratiæ matre dixerim? Pulchrè Guarric. Abbas Chriſtum ipſum Deum hominem Virgini matri ſuæ loquentem hoc modo introducit: *Nullus mihi plus miniſtrauit in humilitate mea, nulli abundantius* C *miniſtrare volo in gloria mea: nec ſatis glorificatus videor, donec tu glorificeris.* ſerm. de aſſumpt. Non dubito quin grandis gloriæ accidentalis cumulus acceſſerit beatiſſimæ humanitati Chriſti Domini in cœlo ex ingreſſu in gloriam & conſortio Virginis matris auguſtiſſimæ. *Non eſt enim bonum hominem eſſe ſolum.* Geneſ. 2. Quare ſicut ſanctiſſimæ vitæ excellentia, ita & feliciſſimæ mortis priuilegio Dei mater ſanctos omnes longè ſuperauit. Quod argumentum ita euoluit S. Auguſtin. *Si omnium ſanctorum mors eſt pretioſa, Mariæ ſanè eſt pretioſiſſima; quam tanta eſt comitata gratia, vt mater Dei dicatur & ſit. Conſideratis igitur his, & verâ ratione conſitendum cenſeo Mariam in Chriſto, & apud Chriſtum eſſe glorioſe ad æternitatis gaudia* D *aſſumptam, benignitate Chriſti honoratius ſuſceptam cæteris, quam hic gratia donauit præ cæteris.* lib. de aſſumpt. cap. 7. Illa igitur mœſtiſſima, quæ *ſtabat iuxta crucem IESV mater eius.* Ioann. 19. & doloris gladio transfixa pendentem in patibulo filium, exhauſtum ſanguine, cruciatibus concitum, ac morientem videbat: lætiſſima ſubinde ac feliciſſima omnium, quæ vnquam genuerunt, matrum, ſupra omnia infra Deum exaltata *ſui filij* (vt loquitur S. Auguſt.) *claritate fruitur, & glorioſis conſpectibus eum ſemper videre ſitiens, & ſemper conſpiciens, dum inæſtimabiliter paſcitur excellentiore quadam ſpecialique prærogatiuâ à filio honoratur: poſſidens in Chriſto corpus ſuum, quod genuit, clarificatum in dextera Patris.* cap. 6.

Gnarr. B. Maria vita ſanctitate, & mortis felicitate omnes ſuperauit.

Chriſto ex aſſumptione B. Mariæ acceſſit gloria.

Geneſ. 2.

S. Auguſt. Incomparabilis dignitas & gloria B. Mariæ in cœlo cum filio.

Ioan. 19.

D. Auguſt.

12. Sed quid nos homunculi præſumimus de E gratia & gloria matris apud filium dicere, quod etiam beatiſſimo Iob legimus denegatum: ad illum quippe Dominus ait: *Nunquid oſtendiſti Auroræ locum ſuum?* Iob. 38. ſenſus eſt, vti explicat S. Bonauent. *Non ad te pertinet oſtendere Auroræ Mariæ locum ſuum in cœlo; ſed ad me, id eſt, ad Deum, benè dicis locum ſuum, quaſi appropriando & diſcernendo illum ab aliis omnibus omnium ſanctorum locis.* Spec. Virg. capite 9. Quo enim loco filius

Iob 38. Bonauent. Inexplicabilis gloria B. Mariæ in cœlo.

A eſt, eodem ſecum & matrem ſuam eſſe voluit. *Ideò* videlicet, *quia* (vt inquit S. Auguſt.) *cùm gratia vnitate ipſa ſpecialitas naturæ vnum efficit matrem & filium; filium & matrem.* Ibid. Conſide igitur cum filio mater, cum eodem pariter in throno ſuper omnem creaturam regna, & impera. Dulciſſima tui filij facie mater perfruere; oſculare nullies pretioſiſſima vulnerum ſigna, quæ olim mœſtiſſimis lacrymis ſæpiùs irrigaſti. Mundo, Angelis & hominibus dominare ô Virgo beatiſſima, ſuper omne quod Deus non eſt, exaltata, innixa ſuper dilectum tuum. Sed interim tamen tui non immemor, quæ mater gratiæ diceris, tuis ſeruis, qui de te ſcribimus, de te loquimur, te veneramur, te crebrò ſalutamus, cum à B filio tuo gratiam impetra, vt pretioſa meritis vita pretioſiſſimam præmiis mortem comparemus.

D. Auguſt. In carne, in gratia, in gloria, in throno vnũ quid ſunt IESVS & Maria.

Inuocatur B. Maria pro vita & morte ſancta.

SECTIO II.

Quibus iuſſa explentibus, tranſierunt quadraginta dies: iſte quippe mos erat cadauerum conditorum: fleuitque eum Aegyptus ſeptuaginta diebus. Et expleto planctus tempore, locutus eſt Ioſeph ad familiam Pharaonis: Si C *inueni gratiam in conſpectu veſtro, loquimini in auribus Pharaonis: Eò quòd pater meus adiurauerit me, dicens: En morior, in ſepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, ſepelies me: Aſcendam igitur, & ſepeliam patrem meum, ac reuertar. Dixitque ei Pharao: Aſcende & ſepeli patrem tuum ſicut adiuratus es. Quo aſcendente, ierunt cum eo omnes ſenes domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ Aegypti: Domus Ioſeph cum fratribus ſuis, abſque paruulis & gregibus, atque armentis, quæ dereliquerant in terra Geſſen. Habuit quoque in comitatu currus &* D *equites; & facta eſt turba non modica. Veneruntque ad Aream Atad, quæ ſita eſt trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleuerunt ſeptem dies. Quod cùm vidiſſent habitatores terræ Chanaan, dixerunt: Planctus magnus eſt iſte Aegyptiis. Et idcirco vocatum eſt nomen loci illius, Planctus Aegypti. Fecerunt ergo filij Iacob ſicut præceperat eis: Et portantes eum in terram Chanaan, ſepelierunt eum in ſpelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Hethæo contra faciem Mambre.*

E

1. MOrtem Patriarchæ Iacob regio (vt videtur) edicto vniuerſa luxit Ægyptus per ſeptuaginta dies. Nimirum quadraginta vngendo, condiendóque corpori dabantur: & alij ſubinde triginta poſt officium ſepulturæ. Toto igitur hoc tempore lugubrem habitum, cultúmque geſſerunt Ægyptij propter mortem Iacob, quod voce luctus ſignificatur. Luſitanè dicimus, *Trazer doo, andar de luto.* Ritum verò, quem in luctu propinquorum, aut amicorum obſeruabant

Herodot. Diodor. Ritus lugẽdi mortuum apud Ægyptios.

Ægyptij, Herodotus, & Diodorus his verbis tradiderunt. *Defuncto aliquo domeſtico & neceſſario præſertim maioris momenti, omnis muliebris ſexus familia caput ſibi & vultum oblinunt luto. Deinde relicto domi cadauere, ipſæ per vrbem vagantes fœmina ſe plangunt ſuccinctæ nudatiſque mammillis: alteri ex parte viri, & ipſi expectorati ſe verberant, lugentéſque ciuitatem, quoad mortuus ſepeliatur, circumeunt: interim neque lauantur, neque vinum aut cibum, niſi vilem ſumunt; neque veſtibus vtuntur ſplendidis*: hæc illi lib. 2. Non idem ab omnibus gentibus & habitus & cultus lugubris in domeſticorum & propinquorum obitu ſeruatur.

Luctus pro mortuis apud Iapones.

Nos in Europa pulli, atratique luctum pro defunctis exhibemus: at in Iaponia quod nos in lætitiæ ſignum candenti niueáque veſte, ad luctum illi, & ad lætitiam pullâ vtuntur: vti ſcribunt noſtri autores. Vide Lucenam lib. 7. cap. 4. Imò & tempore ipſo huiuſmodi variari habitum inter nos (ne foràs vagemur) conſuetum vidimus. Etenim regnante Ioanne II. cùm Alfonſi principis caſu infelicissimo perempti mortem Luſitania lugeret,

Luſitania luctus in morte principis Alphonſi. Reſend.

Rex ipſe omnium primus capitis cæſariem, & barbam totondit; omnéſque ſubinde ad vnum in toto regno ſimiliter attonſi, amictique ſacco defunctum principem luxerunt: ita Reſend. in Chronog. cap. 131. Qui mos videtur fuiſſe priſcis illis etiam ſeculis, cùm ſanctiſſimus Iob audiens filios periiſſe *ſurrexit* (vti ſcribitur) *& ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruens in terram adorauit.* cap. 1.

Iob 1.

Idem infrà ſuum mœrorem contestatus, & quam diris à Deo plagis fuerit percuſſus oſtendit his verbis: *Spoliauit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo.* cap. 19.

Iob 19. Vatabl. *Parentum corona, & ornamentũ filij.*

Quem locum Vatabl. cum Hebræis refert ad filios ruinâ domus oppreſſos. Coronant ſiquidem parentem filij, cùm illum medium circundant: multóque verius, cùm illum debito afficiunt honore; aut cùm pater in publicum procedit à generoſis & probis filiis circumſeptus. Nec maiorem aliundè, quàm ex talibus liberis ſibi gloriam pater arrogat, nullo pulchriùs ornamento adornatur. Quo in ſenſu dicitur: *Corona ſenum filij filiorum*, Prou. 17.

Prou. 17. D. Auguſt.

Duplici quidem coronâ ſenex redimitur ex filiis & nepotibus. Hinc etiam S. Auguſt. infantes illos, qui ab Herode perempti ſunt innocentes, matrum ſuarum ornamenta, coronáſque aut redimicula intelligens dixit: *Cùm tyrannus mactaret infantes, mater crines capitis diſſipabat, quæ ornamentum capitis amittebat*. ſerm. 1. de innocent.

2. *Fleuitque eum Ægyptus.*] Luxit illo funebri habitu ad dies vſque ſeptuaginta. Nec verò luctus & planctus, qui ſuper mortuos fit, niſi modum rationémque excedat, culpari debet: naturalis eſt enim hic affectus homini; & quem omnes omninò gentes dolendo ac lugendo mortuos ſuos, magiſtra ipſa ducéque natura exprimunt.

Luctus pro mortuis iuſtus debitus, & à Deo commendatus.

Quin etiam Spiritus ſanctus vt rem homine dignam, iuréque ipſo naturæ debitam præſcribit: *Super mortuum plora: defecit enim lux eius.* Et mox: *Fili in mortuum produc lacrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare: & ſecundùm iudicium contege corpus illius, & non deſpicias ſepulturam illius; & fac luctum ſecundùm meritum eius.* Eccl. 22. & 38.

Eccleſ. 22. & 38. S. Ambr. *Commendatur luctus pro mortuis.*

Ad quem locum ita S. Ambr. *Ego (inquit Iob) ſuper omnem infirmum fleui, quis infirmior defuncto? de quo dicit ſcriptura: ſuper mortuum plora, & cor ſapientum in domo luctus.* Eccl. 38. *Nihil hoc officio praſtantius eſt conferre, quod tibi iam non poſſit reddere. Fera hanc humanitatem defunctis corporibus detuliſſe produntur, homines denegabunt?* de Tobia. In cap. 14.

Beſtia in funere ſuorum, & expirarunt.

Certè hiſtoriis traditur & canes, & equos in dominorum funeribus ad conſpectum cadauerum quodammodò, vt poterant, illacrymaſſe; ſubitóque expiraſſe. Quid igitur? beſtiæ mortuis compatiuntur, & homines veri ſtipites, lapidéſque obrigeſcent, ac ſuæ naturæ conſortibus debitam in morte compaſſionem denegabunt? Cæterùm etſi luctus pro mortuis ita iuſtus, debitusque, & ab ipſo Deo commendatus ſit; at nimius tamen & immoderatus eſſe non debet. Sic enim ab Spiritu ſancto definitur. *Propter delaturam*, (id eſt, ſeparationem proximi) *amarè fer luctum illius vno die, & conſolare propter triſtitiam, & fac luctum ſecundùm meritum eius vno die, vel duobus.* Eccleſ. 38. vbi Gloſſa: *Modum plorandi deſcribit: paruo tempore, ne nimia triſtitia auferat meritum.*

Eccleſ. 38. *Modus lugendi mortuos à Deo praſcribitur.* Gloſſ.

3. Hoc quidem in lege gratiæ potiùs intelligendum & obſeruandum eſt. Nunc enim poſt deuictam à Chriſto IESV mortem; hebetatum, imò & confractum mortis aculeum, reſeratumque hominibus cœlum morientibus in Chriſto, id eſt, in gratia diſcedentibus gratulandum & collætandum eſt. Iam hoc ipſum in figura, vt cætera, quibus iam gaudemus & perfruimur fideles, contigiſſe ita explicat S. Hieron. *Neque verò ſatis ſcripturæ laudare myſterium, & diuinum ſenſum in verbis licet ſimplicibus admirari; quod ſibi velit quod Moyſes plangitur, & IESVS Naue vir ſanctus ſepultus refertur, & tamen fletus eſſe non ſcribitur. Nempe illud, quod in Moyſe, id eſt, in lege veteri ſub peccato Adam omnes tenebantur, & ad inferos deſcendentes conſequenter lacrymæ proſequebantur ſecundùm Apoſtolum: Regnauit mors ab Adam vſque ad Moyſen* ad Roman. 5. *In IESV verò, (id eſt, in Euangelio) per quem paradiſus eſt apertus, mortem gaudia proſequuntur.* epiſt. de Bleſillæ obitu. Scilicet *iam nox præceſſit*, hoc eſt, lex Moſaica; *dies autem appropinquauit*. ad Rom. 13. hoc eſt, lex gratiæ, in qua viuimus.

D. Hieron. *Poſt Chriſti mortem, mortem gaudia proſequimur.* ad Rom. 5. ad Rom. 13.

4. De hac die, de hac ipſa lege prædixit Iſaias: *In illa die cantabitur canticum iſtud in terra Iuda: viuent mortui tui, interfecti mei reſurgent. Expergiſcimini, & laudate qui habitatis puluerem, quia ros lucis ros tuus.* Iſai. 26. Eſt quidem longum iſtud canticum de Catholica Chriſti Eccleſia, vt clarè conſtat legentibus: in quo inter alia feſtiuè celebrantur qui in Chriſto fideles moriuntur. LXX. legunt: *Ros enim, qui à te, ſanatio eſt eis.* Chald. *Quia ros luminis, ros tuus operantibus legem.* Cantandum itaque iubilandúmque eſt, cùm fideles Chriſti ex hac vita decedunt in gratia Domini, pleni quidem ſpe reſurrectionis futuræ, quam illis *miſericordia Domini largietur non aliter, quàm ros ille ſolet oculis ſubiectus paulatim cœlo demiſſus commiſſa terræ ſemina nutrire & augere.* Sic Procop.

Iſai. 26. *Iubilandum in morte iuſti propter ſpem beatitudinis & reſurrectionis.*

Similiter explicat S. Hieron. qui rorem dicit pro miſericordia poni. Spes igitur reſurrectionis corporum, multóque magis expectatio beatitudinis, quam certò poſt obitum iuſtorum animis à Deo credunt communicandam, iuſtos in morte mirum in modum recreat, alacréſque ad profectum reddit. Rectè idcircò dicit Propheta: *Expergiſcimini, & euigilate, quia* (vt expendit S. Hieron.) *mors eorum ſomnus eſt.* O mortem feliciſſimam, imò ſomnum dulciſſimum! *Interroga* (inquit S. Chryſoſtom.) *mortem: Vnde periit ſtimulus tuus? Vnde diſſoluta eſt victoria tua? Vnde inciſi ſunt nerui tui? Et pueris & puellis ridicula facta es, quæ & tyrannis, & iuſtis omnibus ante hac eras formidoloſa? Et corpus*

Procop. Hieron. *Somnus iuſtorũ mors.* D. Chryſ.

Domini

Domini bonorum omnium cauſam eſſe profitebitur. homil. 23. in 1. Cor. Satis profectò ridiculam mortem iudicarunt innumerabiles vtriuſque ſexus etiam in tenera ipſa ætate martyres, qui pro Chriſto Domino in carceratus, in dolores, in mortem ipſam acerbiſſimam expediti, alacréſque conuolarunt.

Per Chriſtũ mors iam pueris & puellis ridicula.

5. Cantu igitur iuſtorum in lege gratiæ celebranda potiùs, quàm eiulatu deploranda mors eſt: ſoluſque illam meritò lugeat, qui eorundem hoſtis eſt: vti S. Chryſoſt. grauiter admodùm expendit: *Si in morte iuſtorum quempiam flere oportet: diabolum certè oportet. Ille igitur pectus pugnis cadat.* homil. 32. in Matth. Scilicet mortuo viro iuſto tentandi ampliùs occaſionem amiſit diabolus: ſimúlque ſpem peruertendi vt aliquando tandem victus labatur, & pereat: inuidétque atque vehementer dolet iuſtum è periculis liberum vſque in cœlum euolaſſe, de quo infelix cecidit in gehennam.

S. Chryſ. *In morte iuſtorũ dolet & gemit diabolus.*

6. *Ierunt cum eo omnes ſenes domus Pharaonis.*] *Bonus Ioſeph* (inquit S. Ambr.) *qui neceſſarium pietatis impleuit officium, qui formam pio muneri dedit, pij patris ſoboles bona.* orat. in obitu Theodoſ. Docuit Ioſeph boni erga parentes filij exemplar, lugendum parentis obitum, præſtandum defuncto exequiarum officium, piè atque exactè curandum quicquid funeri videbitur neceſſarium: atque in his omnibus à Chriſtianis eſt imitandus; non ita verò in iam producto tot per dies luctu. Lugendi enim tandiu non ſunt, quos ad Chriſtum ſpe reſurrectionis alacres morte ituros confidimus. Detulit igitur Ioſeph patris ſui Iacob in Ægypto defuncti oſſa in Hebron, vti à Iacob decretum & commendatum fuerat. Nec enim ſanctus Patriarcha in Ægypto, ſed in terra promiſſionis voluit ſepeliri. Illud verò pro commendanda patrum erga liberos pietate obſeruandum hoc loco ſubtiliter expendit S. Ambr. *Iacob propter populum liberandum, quem terra famis graui vrgebat periculo, relictâ domo ſenex ad peregrina contendit; atque ibi defunctus ad ſepulchrum patrium per aliquot dies filio proſequente deductus eſt. Nec derogatum eſt aliquid meritis eius, ſed magis acceſſit ad laudem, quòd pro ſuis carens dedita domus ſorte, quodam ſupremi funeris peregrinatus eſt exilio.* orat. de obitu Theod. Nimirum cùm Iacob eſſet admodum longæuus, atque in ipſa iam extrema vitæ periodo conſtitutus; cui nihil æquè optandum, dulcéque poſſet contingere quàm vt in patria, & in propria domo, ſuo in lectulo, ſeu in nidulo ſuo (vti aiebat Iob 29.) moreretur; maluit tamen cum filiis in Ægyptum proficiſci, vt illos à fame, quam in Chananæa regione ægerrimè tolerabant, liberaret: atque vt optato cariſſimi filij Ioſeph aſpectu recreatus mortem denique dulcius obiret. Itaque pro filiorum ſalute patriam, domúmque reliquit; atque adeò mortuus per longa terrarum ſpatia quodammodò peregrinari voluit, cùm ſcilicet ad ſepulchrum ſuum in Hebron deportaretur. Sic amans exilij; & peregrinationis auidus extitit Patriarcha *non habens hic ciuitatem manentem, ſed futuram inquirens,* ad Hebr. 13. vt qui vitam ſuam apud Pharaonem (vti ſupra vidimus cap. 47.) peregrinationem dixerit: in morte etiam exul, & mortuos pro quærendo in terra ſuæ peregrinationis ſepulchro quodammodò peregrinaretur. Nec enim viri ſancti cœleſtem inquirentes patriam aut viui, aut mortui ſuam in terra capiunt requiem.

D. Ambroſ. *Pietas filij erga parentem demortuum.*

S. Ambr.

Pius pater pro filiis dura patitur.

Iob 29.

ad Hebr. 13. *Iuſti nec viui nec mortui ſuam in terra quietem habere volunt.*

Gen. 47.

7. Gratus ergo Ioſeph patri ſuo beneuolentiſſimo, illius exequias cum ingenti apparatu, pompáque celebrauit. Secum enim totius Ægypti viros principes, ac primarios, cum quibus pariter ingens ſeruorum multitudo, equi, vehicula, currus, quadrigæ viſebantur, detulit ad Hebron: diceres vniuerſam cum Ioſeph Ægyptum ad iuſta Iacob ſoluenda iuiſſe. Non ſunt quidem iſta, quæ in defunctorum exequiis etiam cum ingenti ſumptu pompáque fiunt; quæ quidem grati animi ſignificatio à viuis in mortuorum ptam & glorioſam recordationem exhibetur: Non ſunt (inquam) iſta, quæ mortui à viuis plus exigunt. Certum enim illud eſt nihil iſtam pomparum vanitatem defunctorum animis prodeſſe, vti S. Auguſt. his verbis definit: *Iſta omnia, curatio funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum magis viuorum ſolatia ſunt, quàm ſubſidia mortuorum. Si aliquid prodeſt impio ſepultura pretioſa, oberit pio vilis aut nulla.* lib. de cura pro mort. agend. Vtrumque planè falſum eſt: nec enim peccatoris animæ apud inferos patienti quicquam dolorum & cruciatuum minuitur ex funerum celebritate glorioſa: nec iuſti animam in gratia Dei è corpore decedentem viles aut etiam nullæ apud viuos exequiæ vel inhonorant, vel excruciant. Hoc ipſum exemplis comprobat idem Auguſtin. hæc adiiciens: *Præclaras exequias in conſpectu hominum purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorum: ſed multò clariores in conſpectu Domini vlceroſo illi pauperi miniſterium præbuit Angelorum, qui eum non extulerunt in marmoreum tumulum: ſed in Abrahæ ſinum ſuſtulerunt.* En quid profuit impio diuiti corporis ſui demortui pompa exequiarum, & ſepulchrum ex marmore, aut porphyro, cùm infeliciſſima illius anima eſſet in inferno ſepulta? Quid ſubinde obfuit mendicolo quòd illius corpus vix telluris gleba conſepultum tegeretur, cùm eiuſdem anima ſanctiſſima primò quidem in ſinu Abrahæ quieſceret, demúmque cœleſti beatitudine foueretur?

Animis defunctorũ nec prodeſt, nec obeſt exequiarum pompa.

D. Auguſt.

D. Auguſt. *Diſpar exitus, diſpar ſepultura diuitis, & Lazari.* Luc. 16.

8. *Vbi celebrantes exequias.*] Pium, debitúmque præſtamus officium defunctis, quorum corpora ſepelimus; opus quidem eſt Chriſtianæ pietatis, cuius ergo in diuinis literis egregiam Tobias ille ſenex habet commendationem. At ex ſententia D. Auguſt. laudabilior illa pietas eſt, quæ viuis; quàm quæ mortuis corporibus impenditur. Agens quippe de Tobia ex ſepeliendis corporibus defunctorum commendato ſic infert. *Vbi illud ſalubriter dicitur, quanta poſſit eſſe remuneratio pro eleemoſynis, quas viuentibus & ſentientibus exhibemus, ſi neque hoc apud Deum perit, quod exanimis hominum membris officij, diligentiæque perſoluitur.* lib. de cura pro mort. Porrò nullus ſuum funus felicius prudentiúſque ſibi procurat, quàm qui cùm diues ſit, ſuam dum viuit per eleemoſynas animam ſolatur, honorat, tuetur: atque pauperum, quibus largiter ſua bona diſtribuit, & luctus & pompam, ac preces comparat. Contra verò quid ſtolidius, quid infelicius eo diuite, qui totam ſuam ſubſtantiam hæredibus, quos etiam aliquando extraneos inſtituit, imprudentiſſimè reliquit: nec ſuæ per eleemoſynas neceſſarium parat animæ ſubſidium. Iure optimo aduerſus tam abſurdum hominum genus inuehitur S. Saluian. in hunc modum. *Nulli omninò homines tam ſæui, ac tam crudeles aduerſum inimicos ſuos eſſe poſſunt, quàm ſunt diuites aduerſum ſe. Nulli quippe ſunt tam feri, tam inhumani, qui non vel deſperatos iam atque morientes aduerſarios ſuos perſequi deſinant: iſti ſeipſos etiam in morte poſitos perſequuntur.*

Laudabilis pietas erga defunctos, laudabilior erga viuos. S. Auguſt.

Prudenter viuus ſibi per eleemoſynas parat exequias.

S. Saluian. *Diues ſtultus ſua hæredibus relinquit, & animam nõ curat.*

lib. 2. ad Eccl. Cathol. Mortuo quidem hoſte, tua (quicunque es) ira frigeſcit, furor quieſcit: at tibi tu diues mortuo adhuc inimicus, imò & ſæuior, quàm in vita extitiſti. *An non* (colligit idem) *eſt hoc perſecutio, aut eſſe alia maior poteſt, exhæredare hominem à ſeipſo? Extorrem bonorum animum fieri hæredem, & quaſi in exilium à ſeipſo agi: in quo anima amittitur, & facultatibus ſuis ſpiritus abdicatur?*

S. Saluian. Crudelis, qui ſuam exhæredat animam.

9. Prudens ille, qui ſeipſum moriens bonorum ſuorum, quæ in opera pietatis, & in pauperes delegauit, cùm filiis careret, hæredem inſtituit. Fuit apud nos mediocris conditionis homo, qui ſuo tandem labore admodùm locuples euaſit. Is cùm liberos non haberet, viduus amico prænobili, ac prædiuiti omnia ſponte bona ſua donauit in vita! O infelix iudicium! ô ſtolidam donationem! ô ridiculam amicitiam! ô indignam Chriſtiano largitatem! Certè omnibus riſui & ſibilo extitit. Et cùm obuium fortè hominem haberem (quod ſæpius euenit) neſcio quonam ipſius naturæ impetu commotus, abhorrebam, ac veluti quid inuiſum infauſtúmque mihi nauſeabundus execrabar. O ſtultum! ô miſerum! qui totâ vitâ in diuitiis delicias, non in pauperum ſubſidium, non in tuæ animæ lucrum, non Deo ad æternam miſericordiam laboraſti! Audiant igitur diuites egregium S. Saluiani conſilium: *Humanum eſt* (inquit) *quod à vobis, ô diuites, petitur, ac delicioſum, vt præſtet ſibi ſaltem vnuſquiſque veſtrùm, ne in æternitate mendicet. Qui præſentem inopiam tantùm fugitis, cur in perpetuum non reformidatis? In breuibus meticuloſi, longa & interminabili ſecuritate. Si tenuitatem temporariam grauem ducitis, qualis quæſo erit illa, quæ nunquam deſinet?* lib. 2. ad Eccl. Cathol. Curent igitur de animæ ſalute, quam bonis operibus, maximéque eleemoſynis poſt criminum pœnitentiam à Deo conſequentur: omittant vtpote vanum, inutile, atque ridiculum ſtudium conſtruendi inſanas ſepulchrorum moles, in quibus oſſa pretioſiùs putreſcant, ac fœteant. Ea fuit Ægyptiorum dementia. Et quid etiam animæ confert turba proſequentium funus, & plangentium diuitis obitum, pro quo nullus Deo precem offerat? Quid (quòd apud gentiles factitatum legimus) conducere pretio ad plangendum præficas, eiulandúmque prodeſt? Plangant pauperes pheretrum defuncti longo & pio ordine proſequentes: patrem orphanorum, viduarum tutorem, miſerorum perfugium, ipſum pauperculæ turbæ ſubſidium, ipſam inopum ſuſtentationem periiſſe. O grata etiam mortalibus lamentatio! ô iucundiſſima Deo pauperum non ratam lugentium, quàm miſericordiam & pietatem demortui hominis concinentium harmonia!

Stultus diuitem ſui facit hæredem.

S. Salu. Sibi quiſque in æternitatem prouideat.

Vana ſepulchri extructio ſplendida ad putredinem & fœtorem cadaueris.

Pulleni exequia, vbi pauperes tenerè & patrẽ lamentantur.

10. Verùm enim verò damnari non debet tantus hic apparatus, pompáque, vbi iuxta vulgatam, *Facta eſt turba non modica.* & LXX. vertunt: *Facta ſunt caſtra magna valde; ad celebrandum funus Iacob:* nec enim hoc à vanitate, quæ in filiis huius ſeculi multum ſempérque dominata eſt, ſed à debito veræ pietatis ſtudio profectum eſſe creditur. Erant ſiquidem oſſa Iacob reliquiæ vnius Patriarchæ ſanctiſſimi, quibus magna quædam reuerentia, cultus, veneratióque debebatur; vt & reliquiis Abrahæ, & Iſaac, quorum cœmeterium erat in Hebron. Illud enim ſepulchrum, quod ſibi & Saræ conſtruxerat Abraham, dicit Iacob à ſeipſo extructum, eò quòd latius extenderat, & ſumptuoſiùs ædificauerat. Etſi autem in lege prohibitum à Deo fuerit attrectare mortuorum oſſa, quòd illis viui pollueréntur: id quidem (præterquam quod fuit ante legem Moyſis) Patriarcharum reliquiis ob illorum ſanctitatem non habebat locum; vti egregiè animaduertit Genebr. his verbis: *Non fuit contra legem Moyſis, quâ mortuorum oſſa contaminare declarabantur. Nam illa de ſanctorum oſſibus, cineribus, & reliquiis non intelligebatur: quæ perpetuò apud Iudæos in præcipua veneratione fuere.* lib. 1. Chron. fol. 65. Maximè verò Chriſti Domini Eccleſia ſanctorum reliquias & venerata ſemper eſt, & à ſuis fidelibus coli, honorarique imperauit: quod fidei Chriſtianæ dogma ſancti Patres (quicquid eerberi hæreticorum oblatrare videantur) in omni ſemper ætate agnouerunt & prædicarunt. Pleni ſunt huiuſmodi teſtimoniis Doctorum libri, qui noſtro ſeculo, in quo maximè infernus ſanctorum reliquiis bellum indixit, de controuerſiis aduerſus noſtri temporis hæreſes conſcripti prodierunt.

Commendatur veneratio ſanctarum reliquiarum.

Genebrar.

Semper in omni ætate ſanctas reliquias Dei Eccleſia venerata eſt.

11. Non omittam aurea illa verba S. Ambr. in hanc eandem ſententiam, quæ ſic habent: *Quòd ſi dicas, quid honoras in carne iam reſoluta, atque conſumpta, de qua iam nulla Deo cura eſt? Vbi eſt illud: Mihi autem valde honorificandi ſunt amici tui Deus?* Pſal. 138. *Honorare debemus ſeruos Dei, quantò magis amicos Dei? De quibus dicitur: Dominus cuſtodit omnia oſſa eorum, & vnum ex his non conteretur.* Pſal. 33. *Honoro ergo in carne martyris exceptas pro Chriſti nomine cicatrices. Honoro per confeſſionem Domini ſacratos cineres. Honoro in cineribus ſemina æternitatis.* ſerm. de SS. Nazar. & Celſ. Pulchrè vocat *ſemina æternitatis*: ſata nimirum in reliquiis ſanctorum ipſamet æterna immortalitas, adueniente die iudicij pullulabit, & efflorescet in eorundem corporibus per reſurrectionem glorioſis. Digna ſunt igitur omni veneratione fidelium ea corpora, quæ fuerunt ſeruorum & amicorum Dei, quorum pretioſa in conſpectu Dei mors à Propheta dicitur. Pſal. 115. Quæ quidem oſſa Deus ipſe cuſtodit, nimirum vti ſuas pretioſiſſimas in theſauro gemmas; atque vt à fidelibus honorentur: & in quibus immortalitatis ſpes viua tanquam ſub cineribus ignis deliteſcit in ſplẽdores tandem glorioſæ reſurrectionis eruptura. Et quodnam aliud huius dogmatis teſtimonium requires, quàm ipſum diuinæ potentiæ argumentum, quæ ſcilicet ad præſentiam, ob venerationem, ad contactum, ad inuocationem ſanctarum reliquiarum infinita vbique locorum inter fideles edit miracula? Quis quæſo (vt ſolùm de noſtris loquar) quæ imagines, quæ capilli, quæ fragmenta veſtium, quæ vel ipſa tantùm propria manu inſcriptio nominis Ignatij per totum ferè orbem terrarum etiam inter eas gentes, denique Sinas, atque Iaponios edunt miracula ob venerationem S. Ignatij Patris noſtri: aut quæ per omnes mundi gentes ſanctiſſimi Franciſci Xauerij Patriarchæ noſtri reliquiis, aut nominis imploratione patrantur miracula; poterit numerando percenſere?

S. Ambr. Egregium S. Ambr. teſtimonium de venerandis ſanctorũ reliquiis.

Pſal. 138.

Pſal. 33. *Reliquiæ ... ſemina æternitatis.*

Pſal. 115. *Reliquias ſanctorum Deus cuſtodit, & vult à nobis honorari.*

Miraculis cõprobatur veneratio reliquiarũ.

Multa vbique miracula per SS. Ignatium & Xauerium patrantur.

12. Maximũ profectò Dei beneficium eſt, quòd ſanctorum corpora in terris & cognoſcantur, & patrocinium defenſionémque fidelium, emicante ſcilicet illorum virtute per quotidiana miracula celebrentur. Sic ob eorundem reuerentiam & miſericordiam agit nobiſcum, qui perenniter peccamus, debita diuinæ iuſtitiæ vindicta: & viua ſemper memoria virtutum, quibus ſancti viri Deo in vita fideliter ſeruierunt, in iſtis ipſorum reliquiis diuinam miſericordiam inuitat, imò & quodammodò

Magnũ habemus patrociniũ in ſanctis reliquiis.

modò obligat ad conferenda quotidie mortalibus beneficia. Enimuerò ad finem huius capitis deſcribitur defuncti Ioſeph corpus conditum aromatibus, repoſitúmque fuiſſe in lectulo, hoc eſt, in arcula, vt perhibent, ærea in Ægypto: cùm tamen fratrum omnium ſimul atque moriebantur, in Chanaan ad ſepulchra patrum ſuorum ex Ægypto ſtatim deportarentur. Vnica tantùm Ioſeph oſſa per multa annorum ſecula vſque ad egreſſionem Iſraëlitarum ex Ægypto, ibidem permanſerunt. Quorſum iſtud? *Vt per hoc* (reſpondet Lyra) *quòd corpus Ioſeph remanebat in Ægypto, memoria beneficiorum eius diutiùs remaneret apud Ægyptios: & ſic ſuauius tractarent filios Iſrael inter ipſos manentes.* Hæc ille poſt Ioſephum, qui in eandem ſubſcribit ſententiam.

Reliquiæ Ioſeph ſeruatæ in Ægypto, vt Iſraëlitis mitiùs tractarentur. Lyra.

In hoc eodem argumento illud vnum adiiciã ex Hierem. quod mihi valde luculentum videtur. Cùm Hieruſalem à Chaldæorum exercitu obſeſſa teneretur pronunciata ſubinde diuinæ iuſtitiæ ſententia per Prophetas, vti e veſtigio Rex Sedecias in captiuitatem veniret, ciuitas ferro flammáque excinderetur, denique vniuerſa Iudæa ſub Babylonicum imperium debellata prorſus tranſiret: iuſſit Deus omnipotens ſuo Prophetæ Hieremiæ, qui publicitùs iſtud ipſum enunciabat excidium, & ferè iam patratum lamentabatur; vti prædium ibidem pecuniâ coëmeret. Hoc ille vehementer tanquam loco ac tempori importunum admiratus expoſtulauit cum Domino in hunc modum: *Et tu dicis Domine Deus: Eme agrum argento, & adhibe teſtes, cùm vrbs data ſit in manus Chaldæorum?* Hierem. 32. Quid quæſo (quaſi dicat) videtur alienius, quàm vt ego agam de emendo agro, in ipſo iam perituræ vrbis excidio? Quid ineptius, quàm vt ego prædium argento emam, quod non poſſidebo, ſed hoſtibus prædæ ceſſurum eſt? Ita planè (inquit Dominus) nunc in ipſo vrbis ferè iam incendio prædium eme. Quorſum, inquies? Volo equidem habere in hac ipſa regione, quam barbaris euertendam tradidi, quam hoſtium ferrum, ignísque depopulabitur, vel vnum mei Prophetæ, mei ſerui Hieremiæ, vnius ſancti viri prædiolum, quod oculis videam, quod beneuolo animo reſpiciam, & pro quo tuendo ac vindicando, illiúſque hæredibus reſtituendo totam ſubinde Iudæam & auferam à Chaldæis, & Hebræis poſtliminiò reſtituam.

Imminente Iudææ excidio iubetur Hieremias prædium emere. Hierem. 32.

13. Sic diuinitùs prouiſum eſt, vt inter peccatores iuſti aliqui verſentur, ne illi prorſus pereãt: vt cum prædiis, terreſtribúſque bonis impiorum hominum aliquis etiam vel agellus, vel telluris gleba pertinens ad virum iuſtum admiſceatur: quò ſcilicet, cùm ſe Deus clementiſſimus ad opẽ ferendam amico, illúmque ab iniuria vindicandum aut illi benè faciendum ex ſua miſericordia obligatum ſeoſtendit, pariter etiam vicinis quantumuis improbis benefaciat. O admirabilem Dei benignitatem! ô miram iuſtorum apud Deũ gratiam! Siccine vniuerſam à Chaldæis debellatam, exciſámque Iudæam propter vnum ſancti Hieremiæ agellum Deus benignè reſpiciat potentérque ab hoſtibus vindicatam Iudæis reſtituat? Quid ergo non ſperemus, ô Domine Deus, de tua immenſa bonitate, cùm apud nos habeamus in terra non dico prædia, ſed corpora; non dico agros, ſed ipſamet etſi exſiccata & mortua membra tuorum ſeruorum, tuorum amicorum, qui tibi dignè ſanctéque in vita ſeruierunt, qui pro amore tuo carnis blandimenta, mundi ornamenta, terræ diuitias contempſerunt, ſuámque

Quàm Deo curæ ſit vir iuſtus, & quantulacũque illius ſubſtantia.

Propter vnũ agellum viri ſãcti Deus toti prouinciæ conſulit.

Propter ſãctorum reliquias multa bona à Deo ſperari poſſunt, & donari ſolent.

tuo deuotam obſequio feliciter in tua gratia vitam finierunt? Animabus igitur ſanctorum tam ſempiterno æuo fruentium, dum corporum ſuorum reſurrectionem præſtolantur, dictum illud à Domino arbitror. *Videbitis, & gaudebit cor veſtrum: & oſſa veſtra germinabunt; & cognoſcetur manus Domini ſeruis eius.* (Iſai. 46. *Videbunt* (declarat S. Hieron.) *haud dubium quin Deum: quæ vera læta eſt.* ibid. Fruentur quidem Dei viſione ſanctorum animæ: at interim verò illarum oſſa, & reliquiæ in terra florebunt, vt legit Symmach. virent ſiquidem, florent, germinant ſanctorum reliquiæ, dum per illas à Deo plurimæ virtutes fiunt, & miracula perpetrantur. Quid ſunt enim in hac ipſa domo, in qua ſcribo, ſanctarum reliquiarum ipſa vt verè ſunt, & vocamus ſanctuaria, niſi cœleſtia quædam Dei manu prata conſita, quæ diuinum ab ipſis ſuis in cœlo glorioſis animabus, afflant odorem?

Iſai. 46. S. Hier. Virent, florent, & germinant ſanctorum reliquiæ.

14. Sic planè fit, vt quia Dominus piâ fidelium veneratione coli atque honorari vult ſuorum ſanctorum reliquias, ad illarum præſentiam quotidie (vti iam animaduertimus) plurima & maxima conferat beneficia. Quod cùm fiat in honorem ſeruorum Dei; præſertim fit, maximéque debet fieri ad honorem beatiſſimæ Virginis Deiparæ, vt videre eſt in auguſtiſſima illa & ſacratiſſima domo Lauretana, in qua confluentibus ex vniuerſæ Chriſtianæ gentis orbe fidelibus eõdem religionis & voti ergo illuſtriſſima perenniter à Deo miracula eduntur. Idcircò etiam variis in locis varia viſuntur, & celebrantur Dei matris ſemper Virginis monumenta pariter & ornamenta infinitis nobilitata miraculis, cuiuſmodi ſunt Virgineæ veſtis ſegmenta, capitis velum, ſella ipſa, in qua domi ſuæ virgo ſanctiſſima conſidebat, zona pectoris etiam virginei lactis, quod ſugebat infantulus IESVS inuſta guttulis viſebatur Cõſtantinopoli, ad quam venerandam plurima fidelium multitudo confluebat: de illa extant percelebres S. Germani Archiep. Conſtant. Euthymij, & aliorum Doctorum orationes: de ipſa quoque ſcribit in hunc modum Nicephorus. *Pulcheria Auguſta Arcadij filia tria Dei matri ex ipſis fundamentis templa erexit: quorum vnum eſt in fabrorum foro Conſtantinopoli: in hoc veluti theſaurum Dei genitricis depoſuit Zonam. Hoc in templo, vt quarto quoque die hebdomadæ peruigilium, & ſupplicatio ad lucernas & lampadas fieret, conſtituit; quam ea ipſa pedes frequentare ſolita erat.* lib. 14. cap. 2. & lib. 15 cap. 14. Aſſeruantur etiam aliis in locis vitta, chirotheca, ſoccus, annuli, mantica, faſciæ ſepulchrales, lectus, pecten; fuſus & glomus Virginis Deiparæ; de quibus multa ſcribunt autores, omnium accuratiſſimè noſter Spinellus in ſuo throno, cap. 29. numer. 48. vſque ad numer. 59.

Templum Lauretanũ B. Mariæ celeberrimum.

Plurima reliquia B. Mariæ.

Niceph. *Zona B. Mariæ celebris Conſtãtinopoli.*

Spinell.

15. Eſt quidem in hac ipſa domo Societatis Oliſiponenſi, in qua ſcribo, pretioſiſſimus (vti iam præmiſi) ſanctarum reliquiarum theſaurus, qui in hoc planè auguſtiſſimo D. Rochi templo aſſeruatur, viſitur, & colitur à fidelibus miro concurſo ex tota vrbe, ſeu potiùs ex hoc ipſo vrbium orbe confluentibus. At in cœleſti hoc viridario faſciculus ex capillamento Virginis Deiparæ retinetur in argentea & cryſtallina pixide incluſus, quem publicè propoſitum ſtatis anni celebritatibus, mirâ quadam pietate, tenero corporis affectu, piíſque etiam plurium lacrymis venerabundi exoſculamur. Voluit enim Deus clementiſſimus vt pretioſiſſimus huiuſmodi reliquiarum

Sanctuariũ reliquiarum in templo S. Rochi Oliſipone. Faſciculus ex capillis B. Mariæ in templo S. Rochi ſeruatur.

rum Virginis matris theſaurus in terris & diligentiſſimo fidelium ſtudio conquiſitus, ac reuerenter in templis, in altaribus, in thecculis pretioſis ad noſtrum ſolatium ac præſidium, ad ipſius Virginis Dei matris honorem conſeruatetur. Et quis dubitet his ſacratiſſimis Deiparæ reliquiis armatam munitámque aduerſus hoſtes fidei, tartarique furias, Eccleſiam Chriſti conſiſtere? Profectò illa dicitur *Turris Dauid & mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.* Cant. 4. Clypei ſunt virtutes Virginis; clypei ſunt ab illa nobis collata præſidia; clypei ſunt quæ diuino conſilio, ac beneficio relictæ illius ſi minùs de corpore virgineo, at certè de veſtibus in Eccleſia conſeruantur & honorantur omni veneratione digniſſimæ reliquiæ.

Armata munitaque Dei Eccleſia reliquiis B. Mariæ.
Cant. 4.

Quod ſi hæc, ô Domina, tui corporis, dum viueres in terris, ornamenta ſic animos fidelium ad pietatem excitant, mentes accendunt, corda ſenſúſque oblectant: quid quæſo tandem, ô Virgo parens, tui præſentia? Quid ſi te oculis aſpiciam? Quid ſi tuis pedibus aduoluar? Quid ſi te alloquar? Quid ſi te audiam dicentem: Veni in requiem fili mei? Fiat mihi, ô Domina, fiat huic ſeruo tuo quamuis indigno ſecundùm verbum tuum.

Pia deprecatio ad B. Mariam.

16. Porrò autem quàm inæſtimabile Dei beneficium, quàm admirabile Dei præſidium datum eſt hominibus ex ipſomet Chriſti corpore & ſanguine in ſacroſancto altaris ſacramento, quæ lingua non beatorum hominum modò, ſed & ipſorum Angelorum explicabit? Deſcribit Iſaias viri iuſti innocentiam, ac virtutes, quibus illius anima exornatur, hoc modo: *Qui ambulat in iuſtitiis, & loquitur veritatem; qui proiicit auaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere, qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem, & claudit oculos, ne videat malum.* cap. 33. *Felix* (inquit hoc loco S. Hieron.) *conſcientia, quæ non audit, nec aſpicit malum.* ibid. addo, nec facit malum. Certè vſque adeò in malum procliuis eſt homo, vt ſi malũ aſpiciat, malum quoque vt plurimũ faciat; in quo etiam periculum ac vis ad peruincendũ cernitur occaſionis.

Singulare nobis præſidiũ in Euchariſtia.
Iſai. 33.
D. Hier.
Vehemens occaſio peccati.

En iuſti anima ſuis à Propheta coloribus depicta, qualis ea debet eſſe, quæ nimirum ad ſacroſanctam Euchariſtiam accedit. Ambulat in iuſtitiis, hoc eſt, virtutibus eſt exculta, primóque à vitiis per confeſſionem ſacramentalem mundata; maximè verò à mendaciis, fraudibúſque in ore; in quod ſcilicet ipſamet veritas Deus homo ingreditur: deinde ab omni ſpecie auaritiæ, quæ cum rapinis, & violentiis nunquam non coniuncta eſt. Iccircò vocatur auaritia ex calumnia: *Quæ nimirum* (declarat S. Hieron.) *eſt mater calumniæ: niſi enim cum alterius damno & malo pecunia alteri non coacervantur.* Vide obſecro: vbi auaritia, ibi iniuſtitia, ibi rapinæ: auarus & latro prorſus idem. Videtur ſiquidem S. Hieronymo non poſſe diuitem fieri, niſi per latrocinia: eundémque eſſe diuitem ac latronem.

Qualis animi diſpoſitio ad Euchariſtiam.
S. Hier.
Pecunia eſt alterius dãno coacervatur.
Auarus & latro idem.

Legunt L X X. *Qui odit impietatem & iniquitatem.* Profectò huiuſmodi diues & impius in Deum, & iniquus in hominem dici poteſt. Pagn. vertit: *Reſpicit in auaritiam oppreſſionum.* Hæc enim eſt auari hominis conditio, hoc ingenium, quod in tyranno miſeros opprimente cernitur: eſt igitur auaritia bonorum alienorum tyrannis; ipſamet oppreſſio miſerorum. Quid plura? Nónne Mamonam iniquitatis appellauit Dominus? Luc. 16. Benè S. Hieron. *Omnes diuitiæ, dum alios ſpoliant, iniquitate pariuntur.* in 6. Mich.

Auaritia tyrannis.
Luc. 16.
Diuitiæ iniquitate pariuntur.

17. Deinde Iſaias perſtringit auaritiam iudicum, qui muneribus occæcati peruertunt iudicium: addit enim: *Qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem.* L X X. *iudicium ſanguinis.* vbi ponitur iniuſtitia contra vitam innocentis. Denique *claudit oculos, ne videat malum.* Hebr. *Ragh* malum רע quodlibet: hîc ſumi poteſt pro ipſa oppreſſione, de qua ſermo erat. Non puto alienum à ſenſu prophetico, quod ſignificetur malum libidinis. Malæ quippe mulieres, hoc eſt, libidinoſæ dicuntur Hierem. 2. ab hac voce *Ragboth* & Geneſ. 8. *Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.* vbi Hebr. *Ragh* præcipuè libidinem carnis innuit, pro cuius effuſa, prodigáque in omnem ſpurcitiam libertate diluuium à diuina iuſtitia inductum fuerat, de quo ibi texitur hiſtoria.

Iſai 33.
Libido cum auaritia.
Gen 8.

Quod ſi ita eſt, tria maximè vitia deteſtatur hîc Propheta, auaritiam, crudelitatem, luxuriam, à quibus præcipuè immunis purúſque eſſe debet ille, cui magna quædam & præclara promittuntur: videlicet ablatus per confeſſionem ab omnibus flagitiis, præſertim ab iis tribus vitiis, quæ potiſſimum benignitati, caritati, & puritati Chriſti Domini aduerſantur, eleuatur ad aſſiſtentiam ſimul & participationem ſacroſanctæ Euchariſtiæ. Sequitur enim: *Iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas eius; panis ei datus eſt; aquæ eius fideles ſunt.* Iſai. 33. O ſumma hominis felicitas! Ille ſcilicet purus & iuſtus in admirabili quadam corporis, animæque ſecuritate viuet: ſeu in ipſa Chriſti Eccleſia; vbi *turris Dauid ædificata cum propugnaculis.* Cant. 4. cuius tam mira eſt fortitudo, vt aduerſus eam portæ inferi præualere non poſſint.

Præcipuè ab auaritia, crudelitate, libidine purus accedat ad Euchariſtiam.
Iſai. 33.
Cant. 4.

18. Vnde igitur tanta ſecuritas? *Panis ei datus eſt.* ibid. Quis deinde panis? Panis vitæ, panis Angelorum: ad quem inuitat diuina ſapientia: *Venite, comedite panem meum.* Prou. 9. *Panis qui de cœlo deſcendit.* Ioann. 6. Corpus videlicet Domini Iesv, quod in ſacramento altaris fidelibus manducandum proponitur. Hic ergo panis tota eſt ſecuritas fidelium, ſublimitas ſaxorum, murus, propugnaculum, munimentum, ipſa fortitudo Eccleſiæ Chriſtianæ. Sed quænam fideles aquæ? Illæ vtique lacrymarum imbres, quos anima Deo paſta, diuinis ardens affectibus, inter cœleſtes amplexus puráque oſcula ſui, quem recepit, ſponſi per oculos internæ lætitiæ teſtes emittit.

Matth. 16.
Iſai. 33.
Prou 9.
Ioan 6.
Euchariſtia Chriſtianorum fortitudo, & ſecuritas.
Iſai 33.

Quod S. Cypr. in ſe ipſo, & in aliis etiam fidelibus ſæpenumerò expertus aiebat: *Vide quomodo hi, qui Chriſti commemorant paſſionem intra ſacra officia, quaſi per quoſdam canales de interioribus fontibus egrediantur torrentes, & ſuper omnes delicias lacrymis nectareis anima delectetur: quantam ſuauitatem animæ inquirenti, vbi ſit Deus ſuus, ſuſpiria contemplationis eliciant. Gemitus illos pietas excitat, gratias agit tam vberis beneficij largitori: & ſe ſanatam & ſanctificatam agnoſcens fletibus ſe abluit, & lacrymis ſe baptizat.* tract. de cœna Dom. Nimirum commemorat paſſionem intra ſacra officia, qui carnem Domini in Euchariſtia manducat, iuxta illud Domini: *Hoc facite in meam commemorationem.* 1. Cor. 11. *Quotieſcunque manducabitis panem hunc & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis.* ibid. Illo igitur ſanctiſſimarum voluptatum torrente ſe perfuſum, in ſumptione corporis Domini, ac ſuum populum (ea ſcilicet erat illius auree ætatis pietas fidelium) ſentiebat beatiſſimus Cyprianus ad memoriam vtique paſſionis Domini, quæ in Euchariſtia recolitur. Prudenter ergo admonet fideles S. Laurent. Iuſtin. *Dominicam paſſionem, quæ in ſacramento hoc myſticè celebratur, memori*

S. Cypr.
Pia dulciſque lacryma ſumentiũ Euchariſtiam.
1. Cor. 11.
Recolenda animo Domini paſſio cum ſumitur Euchariſtia.

memori.

memoriter teneant. ſer. de Euch. & mox: *Nempe dolores mediatoris noſtri, irrogata conuicia, excepta flagella, aceti & fellis pocula, clauorum & lanceæ vulnera ex reduuiua ſacrificij huius celebratione memoremur.* ibid.

39. At quænam anima fidelis ritè accedens ad ſacroſanctam Euchariſtiam, ſi memoret præſentem adeſſe illum ipſum Chriſtum IESVM, qui pro nobis captus, irriſus, conſputus, flagellatus, & crucifixus fuit: ſeſéque componat ad excipiendum eundem Dominum, & illius ſanguine, vti è ſacris vulneribus ſtillat, maculas omnes ſuorum ſcelerum ibi expiaturam: non ſe totam tenerrimo pietatis affectu emolliet; pérque dulces lacrymarum imbres exprimet eliquatam? Neque verò quis obiiciat alienum eſſe de ſacra Euchariſtia longam intexere orationem, cùm de morte, de ſepultura Iacob, denique de defunctis, & ſepulchris procederet commentatio. *Eſt enim ſacroſancta Euchariſtia pharmacum immortalitatis, & mortis antidotum*, vti celebre dictum eſt S. Ignatij, epiſt. ad Epheſ. Communis deinde Patrum antiquorum ſententia eſt futuram electorum in die iudicij reſurrectionem vel maximè deberi venerabili Euchariſtiæ. Hinc illud S. Athanaſij ſub perſona Chriſti dicentis: *Corpus meum, quod oſtenditur & datur pro mundo, in cibum dabitur vt ſpiritualiter vnicuique tribuatur, & fiat ſingulis tutamen preſeruatióque ad reſurrectionem vitæ æternæ*, tract. in illud: *quicunque dixerit verbum.* Et Gregor. Nyſſ. *Oſtenſum ſit (inquit) aliter fieri non poſſe, vt noſtrum corpus ſit in immortalitate, niſi per communionem cum immortali factum ſit particeps incorruptionis.* orat. Catech. cap. 37. Et S. Cyrill. Alexand. *Non verbo ſolùm ſemper, verùm etiam tactu Dominus IESVS mortuos excitabat, vt oſtenderet corpus quoque ſuum viuificare poſſe, quod in ſolo tactu ſuo corrupta redintegrantur. Quo modo non viuemus qui carnem illam & guſtamus & manducamus?* in Ioan. c. 14. Et Rupertus: *Dat Dominus vitam mundo, vt comedant homines mortui, & à duplici morte corporis & animæ reſuſcitentur.* lib. 6. in Ioan. Longum eſſet referre omnia Patrum, & Doctorum in hanc ſententiam teſtimonia in expoſitionem verborum Domini: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Ioan. 6.

Dulcis & pia contemplatio in ſumptione Euchariſtiæ.

S. Ignat.

Reſurrectio corporũ effectus Euchariſtiæ.

S. Athan.

Greg. Nyſſ.

S. Cyrill. Alex.

Rupert.

Ioan. 6.

20. Adiungo tamen eleganter vereque dici poſſe omnes particulares multorum, qui poſt reſurrectionem Domini, & inſtitutionem huius admirabilis ſacramenti, reſurrectiones contigerunt, effectus illius eſſe, & quodammodo præludia ad vniuerſalem reſurrectionem, illiúſque pignora. Quo in ſenſu dictum illud S. Cypr. accipio: *Paſcant & reficiant maturatæ reſurrectionis latabunda ſolennia.* tract. de cœna Domini. Quaſi iam nunc in aliquibus fiat quædam anticipatio reſurrectionis vniuerſalis, quæ velut præcox fructus ab ipſa Euchariſtia maturetur. Denique ſi corpora Patriarcharum ad mortem Domini, cùm ſanctiſſima illius anima deſcendit ad inferos, corpúſque illius in ſepulchro conditum eſt, ad æternam immortalitatem nunquam amplius moritura reſurrexerunt, vt multi explicant illa verba: *Multi qui dormierant, reſurrexerunt* (ſcilicet ad reſurrectionem Domini) Matth. 27. profectò credi poteſt hoc fuiſſe in virtute ſacramenti Euchariſtiæ, quod iam inſtitutum in cœna illa Domini ſumptum fuerat ab hominibus: atque adeò iam corpori Domini vitæ pleno hominum corpora fuerant per ſacram communionem vnita: vnde in vniuerſam humanæ carnis maſſam hæc futuræ

Reſurrectiones mortuorũ particulares poſt Chriſtũ effectus ſunt Euchariſtiæ.

S. Cypr.

Matth. 27.

Reſurrectio multorũ in die Paſchatis effectus Euchariſtiæ.

A reſurrectionis & immortalitatis gratia communicata & diffuſa fuit. Cæterùm hoc multò elegantiùs à Ruperto aſſertum ſic habet: *Corpora quoque illorũ in monumentis iacentia, virtute cibi huius non caruerunt, mox vt eodem ventre quo tenebantur & ipſa, receptum eſt corpus eius, ſicut Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus. Nam & virtute huius cibi factum eſt, vt multi ex ipſis reſurgerent in teſtimonium futuræ vniuerſalis reſurrectionis: qui vtique non morituri iterum reſurrexerunt.* lib. 6. in Ioan. de hoc ipſo teſtimonio pleniùs iam alio in loco diſſeruimus. Rupert.

21. Sed quid illud? (vt prædictum Iſaiæ locum abſoluamus) *Regem in decore ſuo videbunt oculi eius: cernent terram de longè.* cap. 33. Quis iſte Rex, niſi Iſai. 33.

B Dei filius, *ſpecioſus formâ præ filiis hominum?* Pſalm. 44. quis decor illius, niſi amor? Pulchritudo eius, dilectio eius, vt iam alibi ex S. Bern. retulimus. Et vbi nam hæc illius viſitur pulchritudo? Vbi decorus ipſe oſtenditur hominibus, niſi in ſacroſancta Euchariſtia? Quod quidem Propheta vt indubitatum ſic definiuit: *Quid enim bonum eius & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinans Virgines?* Zachar. 9. Quod autem intelligatur de ſacra Euchariſtia, ſic D. Hieron. exponit: *De hoc tritico efficitur ille panis, qui de cælo deſcendit; & qui confirmat cor hominis.* Bonum dicit, & pulchrum. *Bonum* (declarat Paſchaſius Abbas) *vt ad vitam æternam proficiamus: pulchrum, dum immortalitatis gloriâ veſtimur.* lib. de corp. & ſang.

Pſal. 44.

D. Bern.

Chriſtus maximè bonus, & pulcher in Euchariſtia.

Zach. 9.

D. Hier.

Paſchaſ.

Sacramentũ amoris Euchariſtia.

C Dom. cap. 21. Bonum, quod voluntatem allicit: pulchrum, quod in ſui cognitionem atque admirationem rapit intellectum, mentem inexplicabili gaudio perfundit. Vno verbo clariùs: Bonum & pulchrum Domini ſacramentum amoris, quo ſibi hominem voluit adunire, ſuæque diuinitatis facere participem, iuxta illud: *Qui manducat meam carnem & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo.* Ioan. 6. *Et qui manducat me, & ipſe viuet propter me.* ibid. *Eſt quidem noſtra anima* (inquit S. Ephrem) *ſponſa ſancta facta immortalis ſponſi: nuptiarum autem copulæ diuina ſunt ſacramenta: per quæ ſancta anima iungitur ſponſo, dum cum timore atque tremore ſumuntur.* tract. de iudicio. Hoc idem ſignificauit ſponſa illa, quæ dixit: *Oſculetur me oſculo oris ſui: quia meliora ſunt vbera tua vino.* Cant. 1. quem locum ex Theodoreto iam alibi explicauimus de ſumptione Euchariſtiæ.

Ioan. 6.

Ephrem.

Sancta nuptia in Euchariſtia anima cum Chriſto.

Cant. 1.

D

22. *Fecerunt filij Iſrael ſicut præceperat eis.*] Emphaticè dictum: innuit enim rem inſuetam, notatúque dignam: præſtari ſcilicet à filiis in integrum poſt parentis obitum quicquid moriens vel dicto commendauit, vel teſtamento legauit. *Obliuioni datus ſum tanquam mortuus à corde.* Pſalm. 30. vel, *Excidi tanquam mortuus à corde. Obliti ſunt me,* (declarat S. Hieron.) *tanquam ſi fuerim iam defunctus.* Facile quidem mortui ex hominum memoria delentur, imò nihil citiùs ex animis euaneſcit. Quin etiam illud magis dolendum, quòd

Pſal. 30.

S. Hier.

Magna viuis mortuorum obliuio.

E etſi mortuus aliquis viuat in memoria hominum, nullus tamen in corde perſeuerat, vti ſubtiliter adnotauit hoc loco Caiet. *Mortui* (inquiens) *etſi ſunt in recordatione noſtra, in lingua, in libris, in laudibus, in ſepulchris; nunquam tamen in corde: vtpote quibus nulla noſtri cordis affectio viuendum apparet.* Et ſunt tamen parentes dum viuunt, dum moriuntur, vſque adeò ſoliciti, vt opulenta filiis patrimonia relinquant, qui de corde ſtatim omnem affectum & amorem expellent erga illos, à quibus & vitam & ingentia vitæ ſubſidia receperunt; nec tamen pro illorum animis è luſtrali in-

Caiet.

Filij pro defunctis parentibus pia ſubſidia deferre non curant.

ccodio

cendio liberandis vllum vel precum, vel ſacrificij vel eleemoſynæ ſubſidium (vti pietatem filiorum decebat) meminerint offerre. Summa itaque obliuio eſt, quam de mortuis habent viui; quæ ſcilicet tanta eſt, vt etiam filij mortuos obliuiſcantur parentes; eóſque vbi ſepulchris condiderunt, æternâ pariter obliuione ſepelire conſueuerint. Rogauerat Iacob filium Ioſeph (quod ſuprà vidimus) & iuramento adduxerat vt ſua poſt mortem oſſa de Ægypto in terram promiſſionis deportaret: promiſit filius & iuſiurando ſe obſtrinxit patris voluntati & mandato ſe obtemperaturum. At cùm filij erga parentes dum moriuntur, maximè ſi ex illis inſtituuntur hæredes, faciles, largiſque ſe promittendo præſtare ſoleant; illis verò ſepultis plerùmque & quid promiſerint, & quid debeant etiam ex teſtamento prorſus obliuiſcantur: ne quis de ſancto Ioſeph huiuſmodi inhumanitatem aut ſtultitiam dicam, ſuſpicetur: perſpicuè diſtinctéque hoc loco apponitur: *Fecerunt ergo filij Iacob ſicut præceperat eis.* A

Filij cum corporibus ſimul & memoriam parentum ſepeliunt.

Ioſeph pietas erga parentem defunctum.

Condendum teſtamentũ integro iudicio, nõ inter mortis anguſtias.

25. Integra quidem ſalute, dum quiſque ſanus, & benè ſui compos eſt, condendum eſt teſtamentum; non verò ad extremum vitæ periculum, vbi totus homo lethalibus opprimitur anguſtiis, differendum. Nec (vt celebratur ex Bartholo) dum poſtremum quis vitæ periculum attendit, nequaquam teſtamentum, ſed deliramentum condat. Idcircò Dominus per Iſaiam mandauit Regi Ezechiæ: *Diſpone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues.* Iſai. 38. Optimum ſanè conſilium, etſi ab omnibus ſit obſeruandum; maximè tamen principibus & Regibus, quorum conſcientiæ grauius onerantur, non ſalutare modò, ſed & prorſus neceſſarium eſt. Benè id quidem. Sed multò etiam prudentiùs aget, qui ſuæ domus diſponit, ſoluit debita, res ſuas ſanctè cõponit, conſcientiæ tenebras expedit, agitque tandem ac perficit in vita ſanus & integer, quæ ab hæredibus poſt mortem fieri vellet. Nam ſi his illa credat complenda, imprudenter aget, dum obliuioſis, extraneis veréque dicam inimicis ſuã animam & ab oneribus ſubleuandam, & ſubſidiis adiuuandam committit. Quæ maior dementia, quàm vt quis ſperet alium ſibi poſt mortem illa, quæ quidem onerofa & moleſta ſunt, præſtiturum, quæ ipſemet dum viueret à ſe vt præſtares, obtinere nunquam potuit? Nullus quidem, ô homo, tibi te ipſo propinquior & coniunctior eſt; nullúſque idcircò tibi fidelior eſſe debet. Ne ſola igitur hæredum, vel etiam filiorum, fiducia; baculo quidem arundineo malè ſubnixus; ſed omnibus à te ipſo in vita confectis & integrè abſolutis egregiè armatus imminentem præſtolare mortem. Quod mihi videtur Apoſtolus ita monuiſſe: *Accipite armaturam Dei: vt poſſitis reſiſtere in die malo: & in omnibus perfecti ſtare.* ad Epheſ. 6. in die malo, hoc eſt, in morte: quam ſæpenumerò diem malum appellari legimus in ſcriptura: tunc in omnibus perfecti ſtemus. Legit Theophylact. *Omnibus confectis ſtare.* S. Hieron. legit. *Et vniuerſa operati ſtare.* locum verò explicat de die iudicij. *Sciat igitur* (inquit) *vnuſquiſque ſe ſtare poſſe, ſi vniuerſa fuerit operatus, vt plenus cunctis virtutibus ſtabilem figat gradum, & non moueatur de acie.* vbi nos legimus arma, eſt in Græco πανοπλία, omnia arma. *Vt igitur poſſit quis in hac die reſiſtere diabolo, aſſumat omnia arma Dei.* idem Hieron. Sic ardons, ita periculoſus eſt ex hac vita in æternitatem tranſitus mortis, vt illum ingredienti neceſſaria omninò ſint omnia Dei omnipotentis arma, B C D E

Iſai. 38.

Prudens animæ ſuæ in vita prouideat, & non credat hæredibus.

Omnibus vitè confectis paret ſe quiſque ad mortem.

ad Epheſ. 6.

Theophyl. & Hier.

Summũ in morte diſcrimen.

A quibus munitos tanto in diſcrimine hoſtibus poſſit obſiſtere. Quam ob rem nullus ita cœcutiat atque inſaniat in vita, vt quæ viuus ſanúſque potuit, ac debuit facere, ſuis poſt mortem hæredibus remittat facienda.

24. Perſpicuum ſanè, quod teritur, exemplum, ad oſtendendam filiorum, hæredúmque erga demortuos parentes inhumanitatẽ, ſic habet. Enimverò mortuus demum quiſquam eſt, qui ſummis in vita laboribus, ac ſudoribus copioſam admodum filio ſubſtantiam reliquit: lætus quidem, ſibíque blandiens, quòd filium relinquebat diuitẽ, qui & patris conſcientiæ onera leuaret, & animæ in purgatorio agenti per eleemoſynas, diuináque ſacrificia opem ferret; atque adeò patris teſtamentum integrè exequeretur. At miſerum ſua fefellit opinio. Filius quippe prorſus immemor patris, nec illius teſtamentum curauit, nec animæ vel vnum ſacrum, aut obolum ſtipis erogauit. O planè ſaxum! ô ſtipitem! ô feram! Vicinus ergo, qui patri mortuo amicus fuerat, adoleſcentem obiurgat, quòd nullam defuncti patris, à quo amplum acceperat patrimonium, haberet curam, nullam omninò recordationem. Quid verò iſte? Non patris (inquit) memini, patris curam non habeo; nec vbi & quomodo agat, mea intereſt. Nam ſi iam cœlo pater donatus Deo fruitur, nullius à me indiget ſubſidij: ſi verò damnatus apud inferos cruciatur, nulla iam eſt redemptio: fruſtrà fient, quæcumque pro illius anima illius efficiam. Denique ſi luſtralibus flammis in purgatorio torquetur, cùm ſit iam ſempiternæ ſalutis omninò ſecurus, patienter ergo ſuſtineat, quoad vſque ſolutus in cœlum euolet. O dedecus! o barbariem! ô inſaniam! ſed tamen ô dignam iam ſtulto homine pœnam, qui ſeipſum viuum negligens ſui demortui curam aliis commendat! B C

Egregium exemplum obliuionis & inhumani filij erga parentis defuncti animã.

SECTIO III.

Reuerſúſque eſt Ioſeph in Aegyptum cum fratribus ſuis, & omni comitatu, ſepulto patre. Quo mortuo, timentes fratres eius, & mutuò colloquentes: Ne fortè memor ſit iniuriæ quam paſſus eſt, & reddat nobis omne malum quod fecimus, Mandauerunt ei dicentes: Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur: Vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te: nos quoque oramus vt ſeruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioſeph. Veneruntque ad eum fratres ſui: & proni adorantes in terram dixerunt: Serui tui ſumus. Quibus ille reſpondit: Nolite timere: num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? Vos cogitaſtis de me malum: ſed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, ſicut in præſentiarum cernitis, & ſaluos faceret multos populos. Nolite timere: ego paſcam vos & paruulos veſtros, conſolatúſque eſt eos, & blandè, ac leniter eſt locutus. Et habitauit in Aegypto cum omni domo patris ſui: vixítque centum decem annis. Et vidit Ephraim filios vſque ad D E

A *tertiam generationem. Filij quoque Machir filij Manaſſe nati ſunt in genibus Ioſeph. Quibus tranſactis, locutus eſt fratribus ſuis: Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram quam iurauit Abraham, Iſaac, & Iacob. Cúmque adiuraſſet eos atque dixiſſet: Deus viſitabit vos: aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto: Mortuus eſt, expletis centum decem vitæ ſuæ annis. Et conditus aromatibus, repoſitus eſt in loculo in Aegypto.*

1. PErſolutis de more patris Iacob exequiis redit cum fratribus, & vniuerſo Ægyptiorum comitatu Ioſeph in Ægyptum. Hoc igitur officium parentandi mortuis parentibus, fideitamque illis poſt mortem præſtandi pietatem addiſcant omnes oportet, quibus multò minus laborioſum erat parentibus ſuis iuſta ſoluere, quàm fuerit Ioſeph ex Ægypto per longa terrarum ſpatia vſque in Chanaan abire ad præſtandum hoc pietatis officium coacto. Igitur vbi primùm in Ægypto conſtiterunt, antiqui parricidij adhuc perculſi conſcientiâ metuere cœperunt filij Iacob, ne forte Ioſeph priſtinæ adhuc iniuriæ latentem animo dolorem expromeret, & fratrum ſanguine ſatiaret: vbi iam nulla eſſet præſentis reuerentia patris, quâ tandiù conceptam frænaſſet iracundiam. Res mira! Etiam poſt tam longum ab illo flagitio elapſum tempus: poſt iam multa, támque euidentia veræ pietatis, fraternique amoris argumenta in Ioſeph, adhuc tamen illius fratres metuunt, etiam nunc memoria præteriti facinoris excruciantur: viuit vel nunc maximè, corroditque vermis conſcientiæ, nec ſinit miſeros quietè agere: Nimirum (vti ſcribitur) *fugit impius nemine perſequente: iuſtus autem quaſi leo confidens abſque terrore erit.* Prou. 28. Ibi enim trepidat malus, vbi non eſt timor: Etiam vbi nulla eſt timendi cauſa, patrati, vel etiam expiati ſceleris conſcientia torquet animum, qui aliquando peccauit: cuius tormentum deſcribit apud Iobum Eliphaz in hunc modum: *Sonitus terroris ſemper in auribus illius, & cùm pax ſit, ille ſemper inſidias ſuſpicatur. Non credit quod reuerti poſſit de tenebris ad lucem, circumſpectans vndique gladium. terrebit eum tribulatio, & anguſtia vallabit eum ſicut Regem qui præparatur ad prælium.* Iob 15. Vſque adeò meticuloſa, inquieta, nunquam ſecura peccatoris conſcientia eſt. Contra verò: *In timore Domini fiducia fortitudinis.* Prou. 14. *At ſecura mens iuge conuiuium.* ibid. Atque (vt optimè animaduertit S. G[illegible]) *nihil ſimplici corde felicius: quia qui innocentiam erga alios exhibet, nihil eſt quod pati ab aliis formidet. Nec ſuſpectus eſt pati, quod ſe feciſſe non meminit.* lib. moral. 12. cap. 21.

Conſcientia peccati inquietat, excruciat.

Prou. 28.

Iob 15.

Prou. 14.

S Greg. *Bona conſcientia malum nec timet, nec ſuſpicatur.*

2. En optima ratio, quare iuſtus, & qui neminem læſit, nihil ſibi timeat. At contrà (idem adiungit) *mens praua ſemper eſt in laboribus: quia aut molitur mala quæ inferat, aut metuit ne ſibi hæc ab aliis inferantur. Et quicquid contra proximos excogitat, hoc contra ſe excogitari à proximis formidat. Fit vndique ſuſpecta, vndique trepida.* ibid. Inhumani, truceſque erga fratrem fuerant filij Iacob: iccircò timent, ne talem erga ſe ipſos habeant nunc eundem Ioſeph, quem oderunt: illius ingenium ex ſuo ipſorum malè metientes. *Ne forte* (inuicem colloquuntur) *memor ſit iniuriæ, quam paſſus eſt, & reddat nobis omne malum, quod fecimus.* Cùm tamen in Ioſeph nihil omninò videant, vnde ſibi timere poſſint, aut [illegible] quid ſuſpicentur. Vndenam igitur hic timor? *Sæpe contingit* (animaduertit idem Gregor.) *vt illi quislibet proximus ſuus ſimpliciter loquatur, nihil aduerſum cogitet. Sed cum pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur: quia qui ſemper dolosè agit, ſimpliciter erga ſe agi non æſtimat.* Verùm enim verò timent filij Iacob ſuorum flagitiorum conſcij. *Peruerſus enim* (inquit idem Gregor.) *etiam ſuperna iudicia attendit, & ſuper ſe hæc euenire metuit.* Peccatum quidem ſubſequitur pœna, dúmque hæc differtur, eiuſdem terror vti ſatelles excruciat. Igitur quod quiſque patitur, ſuo acceptum peccato referat. In hac officina, ſcilicet in peccato, formantur, & ex illa prodeunt fabrefacta ſupplicia. Verè ſiquidem dicimus omnes: *Peccata noſtra reſponderunt nobis, quia ſcelera noſtra nobiſcum.* Iſai. 59. Intra nos ipſos noſtra ſunt flagitia, in nobis illorum officina, ſeminarium, origo, ſentina. Quid ni ſpinas & tribulos terra germinet maledicta? *Peccata noſtra reſponderunt nobis: vt* (occurrit S. Hieron.) *reciperemus quod meruimus.* Vti videlicet ſata, culta que tellus commiſſum ſibi reddit fructum agricolæ; quod vulgo [illegible] reſpondere: ſic habet culpa in nobis, malè ſatum, pejus ſubinde excultum pro fructu producit ſupplicium.

S. Gregor. Doloſus ſemper ſibi dolos ab aliis timet, aut ſuſpicatur.

Pœnā ſemper expectat & timet malus.

Culpa ſuppliciorum officina. Iſai 59.

D Hieron. *Culpa malè ſatum producit ſupplicium.*

3. Eliu (vti legimus) carpit amicum Iob, quòd dixerit: *Violenta ſagitta mea abſque vllo peccato.* Iob 34. Significans ſe innocentem, atque adeò immeritus affectum ſupplicijs. Itaque ſagittam dicit pœnam, ſcopum verò culpam intelligit. Enimuerò vbi in homine apparet peccatum, illuc in illud pœnæ, calamitates, miſeriæque velut ſagittæ in ſcopum collimantur. Fruſtrà igitur queritur ſagittis ſe confligi, qui ſcopum præbuit; pœnis afflictari, qui culpas admiſit. Hoc ipſum in maximis Reip. calamitatibus cernitur; quæ ſcilicet ad peccatum publicum, ſicut ad ſcopum ſagittæ, à diuina iuſtitia meritò collimantur. Quo de argumento multa diuinitùs ſcripſit S. Saluianus: & nos ex illo non pauca retulimus. Illud adiungit: *Nos quantum ad crimina noſtra pertinet, lethalibus ſupplicijs digni ſumus. Sed Deus plus miſericordia, quam ſeueritati tribuens mauult nos clementis cenſuræ temperamento emendare, quàm plagâ iuſta cœrcitionis occidere.* lib. 4. de prouid. Iuſtè quidem Deus noſtra punit flagitia, ſed quia pronior ad miſerandum, quàm ad nocendum, caſtigat ſemper citra condignum, miſeretur verò vltra condignum, vti celebre eſt Theologorum axioma. Quod igitur de ſupplicijs diuinæ vindictæ conqueramur iniuſtè, ſic ab exemplo comprobat. *Ingratum nobis eſt, quòd cadimur. Sed quid miramur, ſi peccantes nos Deus verberat, cùm ipſi peccantes ſeruulos verberemus? Iniuſti iudices ſumus: homunculos nos flagellari à Deo nolumus, cùm ipſi conditionis noſtræ homines flagellemus.* ibid. Rectè id quidem. Non pudet hominem de Deo queri, quòd in illum delinquens flagelletur, cùm ipſe ſeruum flagellet, & flagellatum conqueri non patiatur? Benè igitur concludit. *Tam iniqui in hac re ſumus: natura nobis & nequitia ſeruilis eſt, Volumus delinquere, & nolumus verberari. Ipſi in nobis mores ſunt, qui in ſeruulis noſtris. Omnes volumus impunè peccare.* Hæc S. Saluian. ibid. Igitur qui peccat, pœnam timeat. *Altiſſimus enim* (ſcribitur) *eſt patiens redditor.* Eccleſ. 5. Etſi patiens, tamen & redditor eſt, ſed & iuſtus: Pater quidem, ſed etiam judex. Iam Ioſeph peccatum libens & lætus ex animo condonarat fratribus: at illi tamen etiam nunc trepidi, anxiique de

Iob 34. *Sagitta ſupplicium, culpa ſcopus.*

S Salu. *Minora pœnis timur, quā meremur.*

Deus vltra meritū miſeretur, citra caſtigat.

S. Salu.

Peccare impunè volumus.

Eccleſ. 5. *Deus & pater, & iudex.*

pœna

pœna cogitant. Sic timor peccato ſemel admiſſo A adhæret, vt etiamſi hoc remittatur, ille tamen non abſcedat. Timendum igitur peccatori ſemper eſt, etiam cùm acceptâ veniâ iuſtus efficitur. ſcribitur enim; *De propitiato peccato noli eſſe ſine metu.* Eccleſ. 5. Vel vt alij legunt: *De propitiatu peccatorum. Quia videlicet* (declarat Lyra) *neſcis ſi pœnitentia ſufficiens fuerit: & ſi fuerit ſufficiens ad remotionem culpæ, non tamen ad totalis pœnæ.* O quàm ſalutaris eſt cuicunque homini timor! *Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus.* Prou. 28. Vnde hoc? quia vt vidimus: *Altiſſimus eſt patiens redditor.* Eccleſ. 5. *Patiens redditor dicitur* (inquit S. Gregor.) *quia peccata hominum & patitur, & reddit. Nam quos diu vt conuertantur tolerat, non conuerſos durius damnat.* homil. 13. in Euang.

Eccleſ. 5. *Peccatum etiã remiſſum timor ſemper comitetur.* Lyra. Prou. 28. Eccleſ. 5. S. Gregor. *Dei patientia læſa in iram conuertitur.*

B

4. Timent etiam fortaſſe filij Iacob arbitrantes fratrem ſuum Ioſeph de illorum eſſe numero, qui dolorem acceptæ iniuriæ manentem altâ mẽte, repoſtúmque conſeruant, vt opportunam aliquando nacti occaſionem erumpant in vltionem. Caue tibi (ô quiſquis es,) qui alium læſiſti. Nam qui à te læſus tacet, conceptam fortè pro iniuria nouit iracundiam taciturnus ſub effictâ pace diſſimulare. Ioab nihil de Amaſa curat: ne verbo quidem Amaſam offendit, imò ne nominat quidem. At metuendum eſt tamen, nè aliquando tandem ſubdolus incautum & imparatum ficto amplexu, oſculóque vulneribus conficiat. 2. Reg. 20. Tacet Abſalon ad ignominiam ſororis, inceſtum fratris alto ſub pectore decoquit taciturnus: C Erumpet ergo; trucidatóque fratre paternam domum implebit eiulatibus. 2. Reg. 13. Mirum eſt, quòd Dominus IESVS cùm tot, támque indigna, & grauia perpeſſus nunquam pro ſe tamen reſponderit; nihilominùs conqueſtus videatur de miniſtro, à quo ante Pontificem alapâ eſt percuſſus: *Si malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo: ſi autem benè, cur me cædis?* Ioan. 18. Cur igitur modò non tacuit? An non ſilentio, vt hucúſque fecerat, patientiam demonſtraſſet? Profectò ſi Dominus tacuiſſet, aliquis fortè ſuſpicaretur, ſilentio tam grauem tegi iniuriam, conceptámque animo iracundiam interim aſſeruari, donec tandem oblatâ occaſione in vindictam expromeretur. Solet enim taciturnus hoſtis, quàm D loquax, vt timeri prudentiùs, ita difficiliùs euitari. Et qui mirabundus ore gladium, peſtem, exitium eructat, manu plurimum elangueſcit.

Ab inimico taciturno diligenter cauendum.

2. Reg. 20.

2. Reg. 13. *Taciturnus hoſtis vindictæ occaſionem venatur.*

Ioan. 18. *Chriſtus alapâ percuſſus reſpondet.*

Chriſtus etiam à ſuſpicione vindictæ alienus.

5. Nihil planè impudentius, nihil pariter horribilius, quàm quod Sennacherib Rex Aſſyriorum contra Hebræos, cùm obſideret Hieruſolymam, minitando iactaſſe legitur: *Quis Deus, qui poſſit eruere Hieruſalem de manu mea?* 4. Reg. 18. Aſſyriorum igitur minas referens Iſaias ita eoſdem irridet: *Concipietis ardorem, parietis ſtipulam* Iſai. 33. Iram, indignationem, furorem Aſſyriorum egregiè vocat ignem; qui tamen ſtipulis conceptus citò euaneſcit. Minas ſcilicet, maledicta, conuicia, execrationes & ſimilia muliebris potiùs, E quàm virilis iracundiæ delitamenta vocat ſtipulas, quibus concepta flamma momento ipſo emicat, & diſparet. Vbi ergo lingua horribilis, dextera ibi prorſus ridicula. Proprium ſuperbis ingenium, horrendo perſtrepere ſonitu; manúque ipſa elangueſcere. *Audiuimus ſuperbiam Moab. Superbus eſt valdè: ſuperbia eius, & indignatio eius, pluſquàm fortitudo eius.* Iſai. 16. Audiſti ſanctè Propheta? Cur non vidiſti? Audiuntur quidem ſuperbi, non videntur: tota ſuperbiæ pompa & apparatus eſt in ſono; terret quidem ſtrepitu, ac boatu: at cùm

4. Reg. 18. Iſai. 33.

Hoſtis loquax non timendus.

Vbi horribilis lingua, ibi dextera ridicula. Iſai. 16.

A oculos conijcis; vt quid robori, videas, nihil apparet: cùm ad manum venitur: nihil fragilius, nihil fugacius. Immugiunt quidem nubes, cœli fragor aures, animóſque mortalium terret: at ſi tollas in altum oculos, nihil præter aërem denſatum in nubes, ipſammet leuitatem videas. En Moab ſuperbia, & quidem grandis; ſed plus quàm fortitudo. Quò illa ſcilicet accreſcit ſublimius, hoc iſta depreſſiùs decreſcit. Non gerit animum vltricem Ioſeph, quem ipſa caritas & patientia coniunctis planè ſtudiis iam inde à puero videntur efformaſſe. Seruat Ioſeph animo piom erga impios, dulcem erga iniurios affectum: non recrudeſcentem, (vt in aliis ſæpenumerò videtur) in dies acceptæ iniuriæ dolorem, & vehemen- B tiùs quotidie ebullientem ardorem vindictæ. Neſcit vir iuſtus vlciſci; patitur æquo animo inimicos: libenter parcit nocentibus. Nouit enim magnum ſibi patientiæ emolumentum prouenire. Diteſcit quidem vir iuſtus, patiénſque inter inimicos, ſicut illa Domini Area cùm inter Philiſtæos capta teneretur, mirum in modum auro gemmiſque locupletata & ornata fuit. 1. Reg. 6. quo in ſenſu Dauid veræ quidem exemplar patientiæ aiebat: *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis.* Pſal. 7. Si vnquam vltus me ſum, inquit, exeam vacuus, indigus, ſine vllo meritorum lucro, nec maius enim mihi damnum eueniet, aut etiam maledictio. Legunt alij: *Ab auctoribus pacis* C *decidam manu.* Sunt enim inimici, ſi eos patienter ſuſtinemus, ſi Chriſtiano affectu proſequimur, nobis cum Deo, & cum hominibus autores pacis. Gratiores tunc quidem Deo efficimur, hominibus recitò ſumus amori, & admirationi. Quis enim patienter iniurias ferentem, & inimicos diligentem, vtique excelſo & Chriſtiano præditum animo, non amet, non celebret, non ſuſpiciat, non inuideat?

Superbus ore, videndus opere.

Vir iuſtus vlciſci neſcit.

1. Reg. 6.

Pſal. 7. *Grande lucrum patiẽtia in inimicos.*

Vir patienter iniurias ſuſtinens Deo amori, & hominibus admirationi eſt.

6. Nihil tam crebrò, tam grauiter, ſerióque Dominus commendat, quàm vt caritatem etiam inimicis exhibeamus; nec id ſolùm in lege gratiæ, ſed etiam ante aduentum Domini commendabat. Sic enim per Hieremiam captiuis in Babylone iniungit: *Orate pro ea ad Dominum.* cap. 29. Sed D quid ais Domine? Itáne vt orem pro barbaro, qui me flagris cædit? Ita planè: adiungit enim: *Illius erit pax veſtra.* Ibid. Orando ſcilicet pro Babyloniis, à quibus vincti & oppreſſi eſtis, & eorundem gratiam, & à me de illius ſeruitutis iugo libertatem comparabitis. Diximus non eſſe viri iuſti pronum ad vindictam animum: addimus nunc, imò ne hominis quidem, vt ſubtiliter Propheta ſignificat: *Voce meâ ad Dominum clamaui, voce meâ ad Dominum deprecatus ſum.* Pſalm. 141. Sic orabat Dauid, vt ex titulo Pſalmi conſtat in ſpelunca, cùm Saulem fugeret. *Voce meâ,* inquit, *clamaui, voce meâ deprecatus ſum:* quaſi verò clamare deprecaríque aliquis non ſuâ, ſed alterius E voce vnquam poſſit. Pulchrè dicit clamare voce ſuâ. *Qui enim* (declarat S. Chryſoſt.) *clamat aduerſus inimicos, non edit vocem hominis, ſed feræ & ſerpentis.* Quam ob rem fera & ſerpens, non verò homo eſt, qui ſe de inimico vlciſcitur: & vti ſerpens ſibilat, vti leo irrugit, qui vindictam à Deo poſtulat. *Deus vltionum Dominus vocatur* in Pſal. 93. Et, *mihi vindictam, dicit Dominus, & ego retribuam.* ad Rom. 12. Sibi vindictam reſeruatam habet Deus omnipotens. Eam differt aliquãdo, ſed non prorſus omittit, vt pro iuſtis qui patienter ferũt, vltor inſiliat cõtra eos, qui iniuſtè perſequuntur,

Hierem. 29. *Orandum pro inimicis.*

Pſal. 141. *Nec iuſti, ſed nec hominis eſt vlciſci.*

S. Chryſ. *Fera eſt, nõ homo, qui vlciſcitur.*

Pſal. 93. ad Rom. 12.

& iniu

A & iniuriam inferunt : præſtò ſemper eſt ad vltionem : nec patitur vt quis, ne ipſe quidem afflictus, ſibi vindictam vſurpet. Per Hieremiam dixerat : *Illius erit pax veſtra.* Hier.25. Si nimirum de ſumenda vindicta non agatis, ſed eam Deo iudici & vindici reſeruetis : quo in ſenſu accipi etiam poteſt illud Apoſtoli : *Date locum iræ.* ad Rom.12. iræ ſcilicet Dei, cùm ad vindictam pergit. Fit interdum, vt quis pro amico iniuriis affecto contra aduerſarium districto gladio inſurgat : at ſi amicus qui læditur, forte vt ſeipſum vlciſcatur, auteuertat amicum, hic hoſtem impetens interpoſitum illum, pro quo dimicat, gladio tranſuerberet. Sic planè timere quiſque poterit, ne dum de inimico vindictam ſumere contendit, Dei iuſtitiam anteuertens, ab ipſius B diuinæ iuſtitiæ iam machæram cimbrantis ictu feriatur. Igitur ô quiſquis es, dato locum iræ, ne ruenti ad vindictam Numini te medium interponas, dum ferire paras; ipſe feriendum.

Hier.25.

ad Rom. 12.

Dei vindictam in ſe conuertit qui ſe contendit vlciſci.

7. Sanctus Patriarcha nec ſibi à fratribus inflictam iniuriam vlciſcitur, nec illam meminit; ſcilicet proprio viris ſanctis ornamento, æquali & conſtanti patientiâ conſpicuus, atque in omnem poſteritatem celebrandus. Admiranda hominibus, ac diabolo ipſi ſuper omnes, quæ in homine virtutes eſſe poſſunt, ſtupenda videri ſolet iniuriarum tolerantia. Hanc ipſam in Christo Domino dum pateretur, admiratus, certè C poſt illius reſurrectionem labefactari tandem poſſe, aut ſaltem deficere aliquantulum lætus expectabat diabolus : ſed ſua inimicum fefellit ſpes. Enimuerò Dominus ipſe Patrem alloquitur : *Tu autem Domine miſerere mei : & reſuſcita me; & retribuam eis.* Pſalm.40. De Iudæis, à quibus vinctus, flagellatus, irriſus, & crucifixus fuit ſermo eſt. Igitur, ô Pater (inquit) filium tuum quem tibi peremerunt, viuum tu à morte, glorioſum ab iniuriis excitabis, vt debitam poſſit ſi velit de ſacrilegis vindictam ſumere. Et quænam iuſta vltio iam impiæ, tam barbaræ gentis? Num dehiſcente vſque ad inferos tellure, vniuerſa Iudæorum gens vt abſorbeatur? Id prorſus euenturum expectabat D diabolus : at contra euenit. *In hoc cognoui* (adiungit) *quoniam voluiſti me : quoniam non gaudebit inimicus ſuper me.* Pſalm.40. In hoc videlicet, ô Pater, me hominem tuâ perſequutus beneuolentiâ inimicum fefelliſti : fruſtratus ille ſua ſpe nullam in me impatientiæ, atque vltricis iræ vel tenuem vmbram videbit. Hoc enim ſenſu verba Domini per Pſalmiſtam ſic explicat S. Chryſoſtom. *Exiſtimabat diabolus, quòd etiam ſi Chriſtus mundum per crucem ſeruaſſet : at eos quidem certè qui ipſum crucifixerant, perderet : ille autem non perdidit; ſed etiam eorum aliquos Eccleſiæ primitias acquiſiuit.* ibid. Quia ſcilicet redemptionem mundi per crucem & mortem E Chriſti non poſſet impedire, at ſuam tamen quodammodo malitiam ſatiaret, ſi per aliquam ſaltem in Chriſto impatientiam hominibus ſalutare, quod nunc habeamus, impediret exemplum patientiæ : & vindictam de inimicis in Chriſto nobis proponeret imitandam. Igitur Dominus IESVS acceptâ ſuper inimicos poteſtate, vt illorum & patriam & gentem vniuerſam funditùs euerteret, atque in nihilum redigeret : ſeruauit tamen ad exemplum patientiæ : ex illa plurimos in ſuam Eccleſiam adlegit : Apoſtolóſque illius gentis homines conſtituit

Admiranda hominibus iniuriarum tolerantia.

Diabolus expectauit Chriſti patientiam poſſe deficere.

Pſal.40.

Pſal.40.

S.Chryſ.

Lætus expectabat diabolus Chriſtũ poſt reſurrectionẽ de Iudæis ſe vindicaturum.

A principes ſuper omnem terram. Pſalm.44. Denique cùm iam decretum foret à diuina iuſtitia, vt extremo per Romanos exitio Iudaica natio periret : terráque funditùs euerteretur : clementiſſimus tamen Dominus dilationem ſupplicij vſque ad quadrageſimum annum à Patre impetrauit : & ne tunc quidem Iudæi periiſſent, ſi exacta ſuorum ſcelerum pœnitentia, receptáque veri Meſſiæ fide, diuinam auerterent vindictam.

Pſal.44.

Mira Chriſti patientia poſt reſurrectionem erga Iudæos.

8. *Pater tuus præcepit nobis.*] Potiùs pater amequam moreretur, hoc ipſum filio dixiſſet. Quare mentiuntur iſti ſine dubio. Proprium eſt enim atque ſolitum afflictis & aduerſum quid formidantibus mentiri. Hinc illud : *In multitu-* B *dine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.* Pſalm. 65. Legunt alij : *ob tuam poteſtatem ſe tibi ſubiicient,* vel *ſeruient tibi,* vel *timebunt te valde* : timebunt ſcilicet quòd tui fuerint inimici. Itaque (vt benè adnotauit Genebr.) mentiri hoc loco eſt ſubiici, & ſupplicem fieri ſimulatè; ex neceſſitate magis, quàm ex animo ſeruire. Nam ſerui ſolent mentiri præ dominorum metu : vnde dicitur : *Mendacium ſeruile vitium* : tum quia abiecti animi eſt mentiri, tum etiam quia proprium hoc ſeruis eſt vitium. Iuxta Theodoret. *Significat Propheta multos fore, qui mentiantur Deo ſe illius eſſe cultores ob metum terribilium operum eius : multos item fidem Chriſti non ſincerè, ſed ficto corde ſuſcepturos propter eandem* C *rationem.* Apertè hoc ipſum complectur in iis apoſtatis noſtri temporis, qui Iudaiſmum in occulto amplexi Chriſtianam tamen fidem in publico ficti & perfidi profitentur metu ſuppliciorum, quibus ab ipſo Deo per ſuos in Chriſtiana Rep. miniſtros iuſtè afficiuntur. Et quænam iſta multitudo virtutis Domini? Extrema ſcilicet infelicitas Iudæorum : ad quos Propheta : *Erubeſcetis, cùm fueritis velut quercus defluentibus foliis.* Iſai.1. Videlicet Iudaica gens, quam anteà Prophetæ *oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam,* Hierem.11. vocabant : diuinâ ſubinde propter filij Dei ſuſpenſi in patibulo mortem maledictione percuſſa in quercum ſine frondibus, merum ſtipitem lignatiis D ad ſtruem, ignémque deſtinatum degenerauit.

Pſal 65.

Proprium meticuloſis mentiri.

Genebr.

Theod.

Mendacium ſeruile vitium.

Iudæi interius, Chriſtiani exterius.

Iſai.1.

Extremum Iudaicæ gẽtis exitiũ.

Hierem.11.

Gens Iudæa ſtipes ad ignem.

9. Fingentes itaque patris verba fratres nuncium miſerunt Ioſeph, fortè Beniaminum, qui ſolus innocens erat ab antiquo illo parricidio, & frater erat vterinus Ioſeph. Nihil enim de manſuetudine caritatéque filij pater, dum viueret, ſiniſtrum quid poſſet ſuſpicari. Melior enim illi de tam ſancto filio erat exiſtimatio, quàm vt ipſum ſe vindicaturum formidaret de fratrum tamdudum commiſſo crimine, quod nouerat diuinâ prouidentiâ contigiſſe in totius gentis ſuæ bonum. Dicunt : *Pater tuus* : non verò *noſter* : vt ſic fortiùs ac teneriùs patris recor-E dationem huminis animo imprimerent, illúmque ad omne pietatis officium permouerent. Nam etſi omnium natura pater eſſet Iacob, amore tamen & affectu paterno, quo dulciùs, ac vehementiùs filium Ioſeph proſecutus fuiſſet, emphaticè dicitur pater ipſius Ioſeph, ac ſi vnum illum filium habuiſſet. Ita ſe gerit bonus ac prudens pater erga filios, vt omnes ſic amet atque vnum : ſic deinde ſingulos, quaſi omnes. At verò filij ſic patrem honorare, ſic amare debent, quaſi vniuſcuiuſque tantùm ſit pater. Hoc ſenſu Apoſtolus aiebat de Chriſto

Qualiſnam mutuo inter parentem & filios amor eſſe debet.

Domino: *Qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me*, ad Galat. 2. vbi egregiè Theophylact. *Atqui pro omnibus dedit ſeipſum; omnes dilexit. Enimuerò Paulus caritate inflammatus, quod publicum eſt, proprium facit, vti Propheta inquiunt: Deus Deus meus* In eo, quod Chriſtus Dominus pro omnibus paſſus & mortuus eſt, ſuam (vt loquimur) miſericordiã extenſiuè nullis videlicet circumſeptam terminis demonſtrauit: in eo autem quòd pro vnoquoque, vti pro Paulo; intenſiuè infinitam oſtendit caritatem. *Significat ergo Apoſtolus* (adiungit Theophyl.) *quod tantam oporteat vnumquemque etiam gratiam reddere Chriſto; quantam, ſi pro ſolo mortuus eſſet, exhiberet.* Eleganter quidem ad eundem locum S. Chryſoſt. Apoſtolum ita compellat. *Quid facis, ô Paule, dum communia omnibus propria tibi vendicas, quæque pro toto terrarum orbe facta ſunt, tibi facis peculiaria? Cùm conſideraret Apoſtolus infirmitatem humanæ naturæ, & ineffabilem Dei ſolicitudinem, tum quibus ipſum malis liberaſſet, quæ bona largitus eſſet, inflammatus illius deſiderio hunc in modum loquitur.* Nimirum ea cuiuſcunque noſtrûm infirmitas eſt, vt ad ſui præſidium tota quanta eſt Dei prouidentia, ſolicitudinéque indigeat.

ad Galat. 2. Theophyl. Chriſtus pro vnoquoque ita paſſus eſt, ac ſi ſolus quiſque foret.

Theophyl. Vnuſquiſque redemptionis beneficium ſibi ſoli exhibitũ celebret ac rependat. S.Chryſ.

Quàm gratus S. Paulus ſuo redemptori.

10. Tam admiranda etiam eſt Dei erga nos caritas; vt ſic vnumquémque noſtrûm, atque ſi ſolum, curet Denique tot tantiſque iugiter vnuſquiſque à Deo beneficiis afficitur, vt præ amore Dei tam propitij támque benefici poſſit ſibi ſuum Deum vindicando exclamare: Deus meus, Redemptor meus; miſericordia mea! Mirum etiam in modum tam pio Domino, tam beneuolo patri obligamur. Quod idẽ Chryſoſt. ſtatim ſic ediſſerit: *Præterea declarat hoc quoque par eſſe, vt quiſque noſtrûm non minus agat gratias Chriſto, quàm ſi ob ipſum ſolum adueniſſet.* Communia ſolent à ſingulis beneficia minus æſtimari, dum quiſque ſuum non reputat, quod etiam aliorum eſt: nec ſibi donari quod aliis ſimul impenditur. Adeò ſibi quiſque tantum ſtudet, & de aliis non curat? At in Chriſti amore, incarnatione, & redemptione, licèt ea ſint omnium æqualiter hominum beneficia; ratio tamen illa noſtrum exigit totum affectum, quam ſtatim ſubnectit S. Chryſoſt. *Non enim Dominus recuſaturus erat ob vnum tantam exhibere diſpenſationem: adeo ſingulum quemque hominem pari caritatis modo diligit, quo diligit orbem vniuerſum.* Verè ſiquidem vt poteſt, ita ſolet dici, pro vno tantùm homine, ſi ſolus in mundo peccaſſet, Dei filium venturum procul dubio redemptorem, atque in cruce moriturum. Hæc eſt illa, quam vocat Apoſtolus *nimiam, Dei caritas*, ad Epheſ. 2. An non Dei nimia caritas, quòd me homunculum, terræ vermiculum, vas iniquitatum, dilexerit; quòd me vnum ſicut omnes curauerit; quòd tantam mihi, quã tam omnibus, redemptionem impenderit; quòd pro me ſolo, etſi nullus eſſet alius, libenter homo factus in patibulo moreretur?

S.Chryſ.

S.Chryſoſt. Vnumquẽque ſic diligit Chriſtus, at que etiã genus humanum.

ad Epheſ. 2. Pro vno tãtum, ſi ſolus eſſet redemptor IESVS moreretur.

11. *Proni adorantes in terram dixerunt: ſerui tui ſumus.*] *Denuò* (ſcribit Philo) *cum vxoribus ac liberis ſupplices petierunt veniam.* lib. de Ioſeph. En regnat ille Ioſeph, qui venditus ſeruituti fuerat. En humi iacent, proſtrati veniam expoſcunt; lacrymis errati pœnitentiam exhibent, qui fratrem, ne regnaret ſuper illos, vendiderunt. *Vide* (inquit S. Chryſoſt.) *quantum valeat, quàm valida & inexpugnabilis ſit virtus: & quanta malitiæ infirmitas. Ecce enim ille, qui tam à paſſus eſt, regnat: qui autem afflixerunt fratrem, famuli eius effecti orant, quem in ſeruitutem expoſuerunt.* homil. 77. Optimus quidem ad impetrandam à Deo veniam peccatoris habitus, demiſſo vultu, genu flexo, proſtrato aut certè inclinato in humum corpore; cum gemitu & lacrymis errati confeſſio, & in meliorem frugem verè demonſtrata commutatio. Nam etſi grauia fuiſſent flagitia, per huiuſmodi tamen pœnitentiæ habitum eleuantur. In quam ſententiam optimè ſcripſit S. Saluianus: *Rectè minorum criminum reos fuiſſe credimus, qui corrigi à Diuinitate meruerunt. Non penitùs enim Dominum lædit ſuum, cui propitiatio reſeruatur.* lib. 7. de iudic. O vim admirabilem pœnitentis, per quam homo, qui Deum offenderat, quaſi parum aut nihil offendiſſet, ſic ab ipſo Deo habetur, & æſtimatur! At hic exterior habitus hypocritarum velamentum eſſe non debet, ſed latentem animo interiùs veram ſcelerum pœnitentiam conteſtetur oportet.

Philo Heb.

S Chryſ. Regnat iuſtus, quem impius oppreſſit, iſte vero iacet proſtratus.

Qualis habitus peccatoris ante Deum.

S. Saluian. Emendatus quaſi parũ aut nihil peccaſſe, ſic habetur.

12. Hoc quidem in Niniuitis apertè viſum eſt, cùm publico Regis ac principum edicto interior; exteriórque pœnitentia omnibus indicta eſt. Scribitur enim: *Clamauit & dixit in Niniue ex ore Regis & principum eius: Homines & iumenta non guſtent quicquam, nec paſcantur, & aquam non bibant: & operiantur ſaccis homines, & clament ad Dominum, & conuertatur vir à via ſua mala.* Ion. 3. En pœnitentiæ habitus exterior. Sed quid potiùs Dei placuerit oculis, atque ad impetrandam veniam præualuerit, ſtatim apponitur. *Et vidit Deus opera eorum, quia conuerſi ſunt de via ſua mala: & miſertus eſt.* ibid. vbi S.Chryſoſt. *Vides quòd non ieiunium periculo Niniuitas eripuit? vita mutata Deum barbaris placatum & beneuolum reddidit. Honor enim ieiunij eſt peccatorum fuga.* hom. 3. ad pop. Antioch. *Non verba* (inquit hoc loco S. Hieronym.) *audiuit Deus; quæ ſolebat Iſraël ſæpè promittere: Omnia quæcunque dixerit Dominus, faciemus. Sed opera conſpexit, libenter mutauit ſententiam, quia vidit opera commutata.* Profectò vitæ prioris emendatio non honorat modò ſed veram ille pœnitentiam conteſtatur, vt Tertull. auſus eſt dicere: *Vbi emendatio nulla, pœnitentia neceſſariò vana; quia caret fructu ſuo, cui eam Deus ſeuit, id eſt, hominis ſaluti.* lib. de pœn. cap. 2. Egregiè dictum. Venit quidem Deus in mundum cœleſtis agricola, & ſeminauit pœnitentiam; hæc fructum protulit, vitæ in hominibus emendationem, ea ſubinde abſque timore Dei conſtare non poteſt. ibi enim appoſuit idem: *Vbi metus nullus, emendatio proinde nulla.* Verùm enim verò etſi prima laus interioris pœnitentiæ ſit, in publicam tamen externi habitus demonſtrationem prodeat neceſſe eſt: abſolutéque iuſſit Dominus: *Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona; & glorificent Patrem veſtrum, qui in cælis eſt.* Matth. 5. Quare non eſt ſatis cuicunque noſtrûm vt bonus & iuſtus ſit, ſed inſuper opus eſt, vt & talis videatur. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, ſed aliis fama noſtra: & Chriſtianæ vitæ ab omnibus vt verè debitum exigitur exemplum.

Emendata vita Deum honorat, redditque propitium. Ion. 3.

Ion. 3. S.Chryſ.

S. Hier. Emendatio vitæ fructus pœnitentiæ.

Tertull.

Chriſtus agricola ſeminauit pœnitentiã.

Tertull.

Matth. 5. Exterior ſit etiam pœnitentia habitus.

Debet aliis ſui quiſque bonum exẽplum.

13. Enimverò hoſtis humani generis non contentus noſtris vitiorum internis actibus contẽdit vlteriùs, vt ad externa ſubinde prorumpãt opera: quò ſcilicet de nobis, de virtutibus ipſis atque adeò de Deo per publicam malignitatem triumphare videatur. Sic enim S.P. Chryſol. expẽdit illa verba Domini: *De corde exeũt cogitationes.* Matth. 15. *Nouus* (inquit) *eſt hic ordo bellandi: de homine contra hominem gentes exeunt bellaturæ. Non contenta in occulto*

Triumphat diabolus, cũ peccatum in externa prodit opera.

S.P Chryſ. Matth. 15.

pecuato vincere, proſternere in abduo, quaſi qua famam quærunt homines de ruina, ſerm. 171. Sic igitur exeat foras ex animo virtus in publicum, prodat ſe in ſtudioſa opera: vt publica luce in mundi theatro coram Deo, Angelis, & hominibus; de vitiis, de diabolo ad Dei gloriam & hominis in Deo commendationem victrix percelebrem agat triumphum. Quàm verò ſit efficax hic pœnitentis exterior habitus ad iram numinis propitiandam, manifeſtò viſum eſt in Dauide, cùm fugeret arma filij proditoris. Illius habitum ita deſcribit S. Saluian. *Prorus ſtatus à ſe ipſo exulans, pœna iam poſt ſe viuens: deuectus vſque in ſeruorum ſuorum vel (quod graue eſt) contumeliam, vel (quod grauius) miſericordiam: vt vel ſibi compaterentur, vel maledicere publicè non timerent. Ita Dei iudicio aliter effectus; vt eo, quem timuerat totus orbis, viuus in faciem inſultaret inimicus*, lib. 2. de prouid. Quid quæſo calamitoſius? quid æquè deplorandum? quid ad permouendam hominum commiſerationem appoſitiùs compoſitum? *Dauid* (ſcribitur) *aſcendebat cliuum oliuarum ſcandens & flens, nudis pedibus incedens & operto capite*. 2. Reg. 15. Ne ipſam quidem Arcam Domini, quam Sacerdotes aſportauerant, ſecum ferre, habereque voluit.

Virtus per opera ſe prodens triumphat de diabolo.

S. Saluian. *Exterior pœnitentis habitus multum iuuat ad propitiandum Deum.*

Egregius Dauid pœnitentis habitus.

2. Reg. 15.

14. Simile quid in ſanctiſſimo Iob, quod imitaretur Dauid, acceperat à Moyſe ſcriptum. Enim verò cùm leprâ Iob percuſſus in domum aliquam ſe recipere, ſub tecto in lecto decumbere, quæſitiſque medicamentis vti poſſet: maluit tamen extra vrbem, ſub dio iacere in ſterquilinio, vbi teſtâ ſaniem radebat. Iob. 2. *Quin imitaram* (vti expendit S. Thom.) *percuſſus à Deo ipſe etiam ſe magis affligebat, & humiliabat, vt miſericordiam facilius obtineret.* At quantum vtrique iam impoſita, quàm voluntaria profuerit afflictio, & tam admirabilis pariter habitus pœnitentiæ, nemo eſt qui neſciat. Rectè igitur Dauid decantauit: *Bonum mihi quia humiliaſti me*. Pſal. 118. & paulò antè dixerat: *Priuſquam humiliarer, ego deliqui*. ibid. *Ipſo quippe fructu* (declarat S. Auguſt.) *oſtendit quòd bonum illi fuerit humiliari: & dixit cauſam; quòd humilitatem pœnalem delinquendo præceſſerit*. Sed ô admiranda rerum commutatio! qui olim præ ſuperbia ne auditu quidem ſomnia dominatus in puero Ioſeph ſuſtinuerunt, imò ſomnia narranti extremam perniciem machinati ſunt: nũc ante ipſum, quem oderant & vendiderant, fratrem in Ægypto virum principem proni, ac ſupplices, miſerandúmque in modum humiliati ſuum illud parricidium lamentantur, ab eodémque veniam miſeri gemendo expoſcunt. Patiatur quidem neceſſe eſt aduerſum quid ſuo affectui vitióque peccator, vt & debitis luat pœnis quod errando commiſit: & per contrarium à priori malo ſanetur medicamentum. Sic Apoſtolus Corinthium, qui inceſto flagitio nouercam polluerat, *iudicauit tradere Satanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus eſſet*. 1. Cor. 5. In interitum carnis, hoc eſt, vt à maligno ſpiritu excruciaretur caro, quæ iam illicitam, fœdámque & nefariam captauerat voluptatem: doloribúſque malæ poſſent expiari, exigique deliciæ. Quem locum expendens Bacchiarius hoc ſubtiliter colligit: *Per hoc ſignificat Apoſtolus, vt quicquid contrarium deliciis, quicquid contrarium voluptati eſt, totum caro ſentiat, quæ deliquit*. epiſt. ad Ianuar. de lapſis. De ſeipſo ait Dauid: *Laboraui in gemitu meo; lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lacrymis meis ſtratum meum rigabo*. Pſalm. 6. qui meritò vocatur à S. Hier. pœnitentiæ Pſalmus, in quo ſcilicet damnat con-

Iob 2. *Iobi voluntaria pœnitentia.*

S. Thom.

Pſal. 118. *Prodeſt peccanti humiliatio pœnalis.*

S. Aug.

1. Cor. 5. *Peccata contrariis affectibus & operibus caſtiganda.*

Bacchiarius. *Carnis delicia carnis doloribus caſtiganda.*

Pſal. 6.
S. Hieron.

A cupiſcentias carnales, vt adnotauit S. Aug. Quare qui adulter alienum torum nefarie polluerat, iam pœnitere ſuum ipſe lectum lacrymis vberrimè præ dolore manantibus humectabat: & qui in alieno toro iniuſtè ſemel laſciuierat, in ſuo iugiter ingemiſcebat. Nam quod vnum peccatum diuturna pœnitentia punire ſe dicat: ita declarat S. Gregor. *Laboraui in gemitu meo, id eſt, ſtuduerè ego vt eſſem in gemitu: ſcilicet vt quouſque viuerem, gemendum mihi putarem.*

S. Aug.

S. Gregor. *Vnum ſemel commiſſum ſcelus totâ vitâ deflendum.*

15. *Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati?*] Conſolatur Ioſeph ſupplices & deplorátes: omnem illis adimit timorem. Non eſt enim quod timeant in tam admirabili opere diuinæ prouidentiæ, quæ illorum malis conatibus ad ſummam Iſraeliticæ B gentis fœlicitatem vſa eſt. Felix mihi, vobiſque ô fratres (ait) veſtra culpa exiſtit; quæ tantam mihi gloriam, & vobis peperit ſalutem: ſecuri eſtote. At egregia Philonis Hebræi paraphraſis locũ multò explicat elegantiùs. Sic habet: *Lacrymans Ioſeph reſpondit. Iam tempus ipſum hanc ſolicitudinem exemiſſe vobis debuerat, niſi moleſta eſſet conſcientia. Obitus patris renouat vobis veterem metum, quaſi ad tempus datâ veniâ, ne quid illum contriſtaretur. Verùm ego non mutor tempore, nec vnquam violabo pacem ſemel redditam fratribus. Non diſtuli vindictam in tempus opportunius; ſed condonaui pœnam in ſolidum, partim in honorem patris; partim propter fraternam neceſſitudinem. Quamuis etiamſi patris ſolius reſpectus apud me valuiſſet in hoc humanitatis officio, par eſt, vt etiam illo C defuncto valeat. Nam mea ſententia nemo bonus moritur, ſed viuet in ſempiternũ expers ſenij*. lib. de Ioſeph. Legunt alij ex Hebr. *Num Deus ego ſum?* ſcilicet vt ego mutare queam quod ille decreuit: vt in perniciem poſſim conuertere, quod ille in bonũ veſtrum diſpoſuit: vt quos ille ſaluos per me voluit eſſe, damnis ego afficiam? Deus quidem ſcelera fratrum autor non fuit, nec illos impulit vt fratrem venderẽt: quod imperitè impiéque nonnulli colligunt ex hoc loco hæretici. Illud quidem flagitium impedire Deus noluit, ne libertatem arbitrij tolleret: ſed illo tamen præuiſo fuit vſus in exaltationem Ioſeph, & fratrum ſalutem. Aberat aliquãdo Dauid cum ſuis militibus à Siceleg, vbi vxores & liberos, atque omnem ſuam reliquerat D ſubſtantiam. Eam igitur nacti occaſionem barbari hoſtes coacto agmine irruentes fœdam omninò ediderunt ſtragem. 1. Reg. 30. Sed quid hoc eſt, ô Domine Deus? Hæc tua illa eſt erga tuum ſeruum Dauid hominem ſecundùm cor tuum prouidentia? ſiccine barbaros idololatras in ſuorum ſeruorum exitio debacchari permittis? Planè ſic ſe ipſa demonſtrat Dei prouidentia, vt ad grandia bona grandibus vtatur malis: quod in hac ipſa re ſic adnotauit Procop. *Deus permiſit vxores & liberos Dauidis & ſociorum captiuos abduci; vt dolore impulſi Amalecitis bellum inferrent, & ipſos iuxta Domini vaticinium funditus exterparent: & vt Dauid de ingenti præda parta ſuis contribulibus mitteret; & voluntates ſuorum ſibi magis adſtringeret & conciliaret*. E ibid. Idcircò diuinæ ſe prouidentiæ committens, quicquid ſibi aduerſum videret, aiebat ipſe. *Ego autem in te ſperaui. Dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis ſortes meæ*. Pſal. 30. nimirum tempora mea, vitæ curriculum, vitæ termini: caſus & euentus mei in manibus tuis, in tua prouidẽtia. Tu diſponis, regis, dirigis me, qui ad mea cæcus, quid mihi oporteat, quid neceſſe ſit, prorſus ignoro: vti nec præſcire poſſum quæ mihi cùm iacientur ſortes ſint euenturæ.

Philo Heb. *Admirabilis caritas erga inimicos.*

Bonus etiã poſt mortem viuit inter homines.

Deus mali culpa vult permiſſiuè.

1. Reg. 30.

Malis ad bona Deus vtitur permiſſiuè. Procop.

Pſal. 30. *Iuſtus diuinæ ſe totũ committit prouidentiæ.*

16. Deinde quàm Dauid diuinæ prouidentiæ

ſubmiſſionem gerebat, aliis ſimiliter ipſe commendabat. *Subditus eſto Domino.* Pſal. 36. Hebr. *Sile Domino*, quia videlicet ſubditum eſſe Domino eſt ſilere ad eius iudicia, patienter ferre quicquid ille immiſerit, de nullo interim obmurmurare, queri ve, illi acquieſcere: Deo ſe regendum committere. Et quis Deo non ſe totum committet? quis illius bonitati non credet? quis ab eo miſericordiam non ſperet, quem nouit infinitè miſericordem eſſe, vel etiam erga ipſos, qui quotidie peccamus? *Audi Domine* (dicam cum Propheta) *& miſerere: quia Deus miſericors est.* Baruch 3. *Pelagus* (declarat Theodoret.) *habes clementiæ, poſſides abyſſum miſericordiæ, porrige illam opus habentibus: decet enim peccatores pœnitentiam agentes miſericordia.* Meritò igitur de Dei miſericordia ſibi gloriabundus clamas: *Ego autem in Domino ſperans: exultabo & lætabor in miſericordia tua.* Pſal. 30. Sed quid bone Propheta vt ſperes in Domino, vt exultes in eius miſericordia vel habes in te, vel aliunde adducis, quod pro te interponas, allegéſque? ſequitur: *Quoniam reſpexiſti humilitatem meam.* ibid. ſuam videlicet vilitatem & miſeriam apponit, quæ diuinam inuitet, imò & quodammodò ipſam cogat miſericordiam, ſic etiam Pſal. 6. *Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum, ſaluum me fac propter miſericordiam tuam.* En ſola & tota ratio vt Deus miſereatur, vt ſaluet, ipſa miſeri hominis infirmitas ac neceſſitas. Hinc optimè S. Gregor. *Dixerat* (inquit) *ſuperius ſaluum me fac: & tempus eſt vt facias. Nam & ego laborans in gemitu meo. Adeſt miſer, adſit & miſericordia.* in Pſalm. 6. Habere quidem (liceat dicere) Dei miſericordia quandam velut ſympathiam videtur cum miſeria, cum neceſſitatibus hominis, maximè ſi humilis ſupplexque ſit vt ad eaſdem vbi ſe prodent, ſubleuandas, tollendáſque Euro citiùs accurrat: quemadmodum in auiculam, vbi conſpicitur in aëre, intercipiendam lacerandámque fertur accipiter. At S. Aug. in verbo illo *Humilitatem*, non vilitatem & miſeriam, ſed ipſam potiùs virtutem intelligit: quam vbi Deus in homine conſpicatur, feſtinatò ſuæ miſericordiæ dona & præſidio conſueuit. *Quoniam reſpexiſti humilitatem meam: ſaluaſti de neceſſitatibus animam meam.* Pſal. 30. *vnde enim facta eſt* (inquit S. Doctor.) *ſalua de neceſſitatibus anima tua, niſi quia reſpecta eſt humilitas tua? Niſi prius humiliareris, non te exaudiret, qui te à neceſſitatibus liberaret.* hæc S. Auguſt.

Pſal. 36. — Videndũ & credendum Deo, quia ſummè miſericors eſt. — Baruch 3. Theodoret. — Pſal. 30. — Pſal. 6. — Ipſa miſeria hominis ratio eſt ad Dei miſericordiam. — S. Gregor. — Dei miſericordia ſympathiã habet cum noſtra miſeria. — Pſal. 30. S. Auguſt. Deus citò accurrit in præſidium humilis.

A B C D (margin letters)

17. Vbi legimus: *Num Dei poſſumus reſiſtere voluntati:* vertit ex Hebr. Caiet. *Quod ſi loco Elohim, hoc eſt, Dei, ego? Senſus* (declarat) *intentus eſt, quia ego partes Dei ago: rationem enim reddit quare non timeant quia è regione diſponentibus vobis & Deo: (vobis quidem aduerſum me mala, Deo autem pro me bona ad communem ſalutem) ego partes Dei ſequor, & ad id quod Deus fecit, attendo, non ad id quod vos feciſtis. Quid ſi Dei loco ego quaſi ingeris: Quid diceretis, ſi ego teneo Dei ego?* ita Caiet. Deum vti munere ac dignitate, ſic etiam clementiâ & humanitate repræſentat Ioſeph. Quorſum (inquit) in hoc loco, in hoc gradu, cum imperio à Deo princeps ſum conſtitutus; niſi vt feram, vt parcam, vt miſerear? niſi vt in me Dei generoſum, mitéque ingenium effingam? Nihil quidem principem ita commendat, ornátque ſicut clementia: & quò propiùs ſe ad Deum accedit dignitate, ſic illi ſimilior eſſe debet humanitate. Idcircò Deum Seraphinorum alæ velabant apud Iſaiam 6. Et quidem per alas S. Hieronym. ex mente ſui doctoris Hebræi intelligit Reges: . . . è pergam appoſite Reges dicuntur alæ, quia ſublimes . . . u landant; hoc enim ſignificatur per volatum, vt ibid. ex Hieronym. colliges. Rectè autem dicuntur alæ Seraphin Angelorum diuino amore ardentium, & quaſi combuſtorum, vt oſtendatur cum principibus egregie caritatem Seraphinorum cohærere: illóſque Deo fieri debere ſimiles lenitate, clementiâ, & amore erga ſubditos, quibus vice & loco Dei præſunt. Certè apud nos princeps fuit, qui ſtemmate regio depictum geſtauit Pelicanum roſtro in pectus ipſum adacto ſanguinem, quo pullos vel viſu, vel vitâ carentes excitaret, ſanarétque, elicientem. Neſcit ergo Ioſeph vlciſci, imò & neſcit iraſci, quem certè hominem feciſſe Deus videtur ſecundùm cor ſuum. *Iure ergò mirandus Ioſeph* (inquit S. Ambroſ.) *qui hoc fecit ante Euangelium, vt læſus parceret, appetitus ignoſceret, venditus non referret iniuriam, ſed gratiam pro contumelia ſolueret* lib. de Ioſeph. cap. 1.

Caiet. — Clementia principis Deũ refert. — Iſa. 6. S. Hieron. — Seraphinorum . . . — Pelicanum Regis . . . tam ſtemma. — S. Ambr. Inſigne caritas erga inimicos in Ioſeph.

E (margin letter)

18. At Deus (inquies) iudex eſt, & iudicium Dei quis non timebit? Benè id quidem. Sed nihil illius iudicio lenius. Quòd ſi aliquando ſeuerius ſe prodit iudicium; noſtrâ id culpâ fit. Amos idcirco de nobis queritur: *Conuertiſtis in abſynthium iudicium.* Amos 5. *Subuertentur* (exponit S. Hieron.) *qui conuerterunt dulcedinem iudicij in abſynthij amaritudinem.* Fauos quidem mellis iudicium Dei ſtillat: ſed illi tamen noſtra flagitia fellis, & abſynthij tantum inſpergit; vt noſtram potiùs, quàm illius, à nobis videlicet profectam, illi verò extraneam, in ſupplicijs ſeueritatem ſentiamus. Eadem ſubinde repetens querimoniam adiungit: *Numquid currere queunt in petris equi, aut arari poteſt in bubalis? quoniam conuertiſtis in amaritudinem iudicium, & fructum iuſtitiæ in abſynthium? vos autem* (declarat S. Hier.) *cùm equi & bubali naturam ſuam mutare non poſſint, mutaſtis naturam Dei, vt dulcem faceretis amarum: & fructum iuſtitiæ eius in abſynthium verteretis: quæ eſt herba amariſſima.* In eadem ſimilitudine perſiſtens dulciſſimus Dominus per Oſeam de nobis conqueritur. *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis.* Oſeæ 12. *Amaritudine ſua* (explicat idem Hieron.) *amarum fecit eſſe, qui dulcis ſum.* Vocat ſcilicet amaritudines flagitia noſtra, quibus illius clementiſſima viſcera in iracundiam vertimus, illius miſericordiam in iudicium commutamus: amarum facimus qui dulcis eſt: iudicem contra nos armamus, qui pater eſt.

Amos 5. S. Hier. Seu itacamaritudine, . . . in iudicium Dei a nobis ſeuiunt. — Amos 6. S. Hieron. Oſeæ 12. Noſtra flagitia iudicia amara Deũ nobis reddunt amarum. — S. Hier.

19. Armamus (inquam) Deum noſtris armis, qui etiam ad puniendum, cùm vera obligat iuſtitia, aliunde, (heu nos miſeros!) ſcilicet à nobis ipſis, qui iuſtè concidimur, vulneraturus telum emendicatur. Nec enim domi ſuæ, quo feriat, quidquam habet: verè ſiquidem teſtatur: *Deuorauit gladius veſter Prophetas veſtros.* Hiere. 2. vbi expendit egregiè S. Hieron. *Prophetas veſtros; non meos. Nequaquam meus, ſed veſter gladius deuorauit, quem ſuſtinuiſtis pro peccatis veſtris.* Etiam vt pſeudoprophetas puniret, alieno telo opus habuit. Itaque (vti adiungit idem Hieron.) *Significat pſeudoprophetas, quorum interfectione voluit Dominus Iudaicũ populum erudire: ſed qui paucorum ſupplicio debuerat emendari, omnis perſeuerauit in ſcelere.* Non eſt (inquam) in domo Dei gladius: nec ſuo in téplo cùm extrueretur, vel tenuẽ quendam feriendi . . . tinnitũ audiri paſſus vllo modo fuit. Sic enim ſcribitur: *Domus autem cùm ædificaretur de lapidibus dolatis, atq; perfectis ædificata eſt: & malleus & ſecuris, & omne ferramentũ non ſunt audita in domo, cum ædificaretur.* 3. Reg.

Deus ad puniendũ alieno vtitur ferro. — Hierem. 2. — S. Hieron. — Deus clemens . . . ferrum . . .

3.Reg.6.

3. Reg. 6. Quia verò tabulas neceſſariò adactis clauis copulari opus erat. *Fecit* (ſcribitur) *clauos aureos*. 2. Paralip.3. Vique adeò pacis amanti, dulcique Domino inuiſum eſt quicquid bellicum, imò & rigidum, aſperum, ſeueriúsque ſonat aut ſignificat. An non igitur iucundum, ſuaue, dulceque Dei noſtri iudicium. Illud ipſum expertus Dauid aiebat: *Vocem meam audi ſecundùm miſericordiam tuam Domine: & ſecundùm iudicium tuum viuifica me.* Pſalm. 118. O rem prorſus admirabilem! Dei miſericordia peccatorem exaudit: & Dei iudicium peccatorem etiam æternâ morte dignum viuificat! Noſtræ ſiquidem ad cœlum preces aſcendentes in Dei miſericordiam primò incidunt, deinde in iudicium ab illa deferuntur: *Quia iudicia tua iucunda*, dixit Propheta Pſal. 118. vtique pœnitenti & confitenti.

2.Paral.3. *Iucundum dulceque Dei iudicium.*

Pſal.118.

Pſal.118.

20. Hanc ipſam Dei ſui clementiam imitatus Ioſeph omnia fraternæ caritatis argumenta iis præbet, quos ante ſe videt ſupplices proſtratos, iniuriarum & veniam & obliuionem deprecantes. *Deponite*, (inquit apud Philonem Hebræum) *deponite metum; poſt hac meliore conditione apud me futuri, quam ante patris obitum. Non ego minor tempore, nec violabo pacem ſemel redditam fratribus.* lib. de Ioſeph. Egregium ſcilicet principis ornamentum ipſa eſt fides, vbi ſemel data, in ſempiternum ſubinde prorſus inuiolabilis. *Veni de Libano*, (accitor ſponſa) *coronaberis de capite Amana.* Cant.4. Eſt quidem Chriſti Eccleſia Dei ſponſa, geſtat coronas, quot ſcilicet Chriſtiani ſunt Reges ac principes: vti S. Gregorius, Caſſiodorus, Beda interpretantur. At vnde hi Reges, qui coronant, ornántque Eccleſiam Chriſtianam? *Ex capite Amana.* Eſt autem Amana, vt ex Hebr. conſtat, *fides ſiue veritas*. Hac ſcilicet creantur, & ornantur Chriſtiani principes, Deo, hominibúſque fideles ac veraces. Porrò autem quò abiectiùs miſeri proſternuntur, eò generoſior princeps oſtenditur; qui & parcit ſubiectis, & miſeros conſolatur, vt hoc loco ſe gerit erga fratres humi proſtratos Ioſeph. Non mutatur ille, nec boni principes mutantur, cùm ſemel peccantibus veniam dederint: & datâ fide ſibi eos, qui aliquando errauerunt, in ſui gratiam & amicitiam receperint: geſtant quippe coronam, quâ ornantur, ex Amana, ex ipſa fide ac veritate, quibus videlicet nihil eſt antiquius, quàm vt veraces habeantur. Non eſt igitur quòd timeant filij Iacob mutandum ab humanitate priùs exhibita Ioſeph animum, illúſque fidem, ac veracitatem mortuo parente pariter interituram. Admiranda ſemper habita eſt illa Ezechielis viſio, miriſque fœcunda ſenſibus: illam in præſentia digero. *Ecce ventus* (ait Propheta) *turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & ſplendor in circuitu eius: & de medio eius quaſi ſpecies electri.* cap. 1. Quis quæſo non timeat? quis tam præualenti obſiſtet vento? quem flammarum globi non perterrefacient? quis vndique inuolutus ignibus euadet illæſus? At (ô bone Deus!) in medio ignis ſtat ſpecies electri, homo ſcilicet totus ex electro. Quid verò notius, quàm ſuccino ſtipulas attrahi? ô immenſam Dei noſtri clementiam! medius inter ignes, ventorumque turbines ſtat Deus homo (hæc eſt ſpecies electri) ſic ad noſtram infirmitatem deiectus, ſic noſtris compatiens miſeriis; vt paleas (hoc miſeri ſumus) non depellat, non comburat: ſed attrahat ad ſe potiùs, atque in aurum, gemmáſque conuertat.

Philo Hebr. *Inuiolabilis data fides principis ornamentum eſt.*

Cant.4 *Reges Chriſtiani coronant Eccleſiam.*

Regis ornamentum veracitas.

Ezech 1. *Admiranda ſpecies diuina miſericordia erga nos miſeros.*

21. *Ergo* (inquit S. Hieron.) *hoc ſentiendum,* *quòd in medio ignis & tormentorum Dei, electri ſimilitudo ſit, quod eſt auro argentóque pretioſius: vt poſt iudicium atque tormenta, quæ patientibus triſtia videntur & dura, pretioſus electri fulgor appareat, dum prouidentia Dei omnia gubernantur, & quæ putatur pœna, medicina eſt.* Caſtigat quidem, ſed vti miſericors Dominus, blandúſque pater ad correctionem, non ad deſtructionem delinquentium. Sunt paleæ; illas ad ſe trahit: ſunt ipſæmet fæces, illas manibus tractat, & purificat. Iacebat in ſepulchro iam quatriduanus ille Lazarus; cuius cadauer tabo, ſaniéque purulentum longè latéque terram exhalabat mephytim: vti & ſoror Martha propiùs vt accederem Dominum auerteret, admonuit: *Domine, iam fœtet; quatriduanus eſt enim.* Ioan. 11. Certè id potiùs de peccatore per peccatum mortuo, quàm de corpore defuncto dictum intelligitur. Quid enim à vita magis alienum, quid horribilius, quid putridius, quàm qui ex flagitiis concretus etiam ipſi cacodæmoni intolerandum ſpirat fœtorem? Optimè ſiquidem animaduertit hoc loco S. P. Chryſol. *Quod perditori fœtet, non fœtet creatori: quod horret alieni operis euerſor, amator ſui operis non abhorret.* ſer. 65. Autor eſt peccati diabolus: & is tamen eſt peccati fœtor; vt ne quem ipſemet hoſtis curauit ingerere, fœtorem poſſit diabolus ſuſtinere. O prodigium! ô ſtupor! Patientiùs quidem ſua damna Deus, quàm ſua lucra tolerat aduerſarius. Et tam quem ſuo fœtore aſperſit diabolus, quia graueolentē refugit: & quem ſibi hoſtem, proditoréмque ab aduerſario fœdatum cernit Deus, quærit tamen, propiùs accedens attingit, complectitur, vt nimirum de mortuo viuum, de diabolo Angelum, de proditore filium, de damnato ad gehennam cœleſtis faciat gloriæ candidatum. Horret diabolus, abhorret, ac refugit peccatorem quia fœtet, cùm tamen ipſe horribilis, fœtidúſque ſit, & omnis in peccatore fœtoris & autor horroris & fœturis. Quorſum ita? Num quia in aliis ſemper maculæ turpiores, & vomicæ fœtidiores, & vitia grauiora, quàm in nobis videntur. An quia in homine ad cœlum creato, præſertim Chriſtiano, grauius ſentit Deus omnipotens quodcunque flagitium; quàm quæcunque diabolus iam æternis damnatus ignibus & patrare & habere videatur?

S.Hier.

Ben.Fernand.in Geneſ.tom.3.

Dei iudiciū cum miſericordia.

Ioan.11. *Peccatoris fœtor etiam diabolo intolerandus.*

S.P.Chryſ.

Deus quærit peccatorem fœtidum. Patientior Deus in damnis, quàm diabolus in lucris.

Turpius in aliis, quàm in nobis vitium iudicamus.

22. Non fœtet creatori Lazarus quatriduanus, peccato, flagitiis coopertus. O admirabilē, patiéтque amabilē Dei noſtri benignitatem! Quod perditori fœtet, nō fœtet creatori. Nō fœtet creatori *Saulus adhuc ſpirans minarū, & cædis in diſcipulos Domini*: Quia paulò pòſt fiet *vas electionis, vt portet ſacroſanctum IESV nomen per gentes.* Act. 9. fiátque mater Eccleſiæ, quam vt lupus anteà lacerabat. Non fœtet creatori mulier illa in ciuitate peccatrix; quia ſubinde *ſtans retro ſecus pedes Domini lacrymis pedes eius rigabit, & capillis capitis ſui terget.* Luc. 7 Tolerat quidem Dominus peccatricem, vt mox pœnitentem, ſanctámque efficiat. Non fœtet creatori quæſita ſub luto, ſordibúſque moneta, quam ille vtique ſuam quærens inueniet, inueniámque deterget, atque abolito aduerſarij charactere creatoris iterum inſculpto ſtemmate pulchram reddet, & glorioſam. Hac nimirum ſimilitudine vſus S. Auguſt. ſic effatur: *Ad ſimilitudinem Dei facti ſumus, quam in nobis peccando corruperamus, quam peccatorum remiſſione recipimus; quæ in nobis renouatur intùs in mente; vt tanquā reſculpatur in nummo, id eſt, in anima noſtra imago Dei noſtri, & redeamus ad theſauros eius.* in Pſalm. 97.

Act 9. *Deus tolerat peccatores, vt iuſtos efficiat.*

Luc.7.

S.Aug. *Per pœnitētiā reſtauratur in nobis imago Dei.*

A Pauca hæc diximus ad oſtendendam Dei miſericordiam erga peccatores, quæ quidem eſt ſuper omnia opera eius: & quò plura de illius magnitudine aut ſcimus, aut dicimus, cò plura in infinitum reſtant & cognoſcenda, & prædicanda. Summa profectò laus fuit Ioſeph in Ægypto principis, vt ſua benignitate atque clementia, in eos à quibus olim & odio habitus, & venditus in ſeruitium barbaris fuerat, diuinam egregie, vt vidimus, imitaretur.

25. *Conſolatus eſt eos.*] Pacificè blandéque loquitur, ſecuros ab omni vltione, intimáque reddit adhuc ob flagitij conſcientiam timore perculſos. *Nolite timere*, ait. Peccatum enim perpetuò ſatelles & carnifex comitatur ac diuerberat metus.

Peccati comes diuerberãs timor.

B Et cum Deum, quem grauiter offendit, nũ timeat homunculus, qui a Deo iudice, ac vindice nec fugere, nec abſcondi, nec defendi poſſit? Ad peccatorem ironicè dictum eſt à Propheta: *Ingredere in petram, & abſcondere in foſſa humo, à facie timoris Domini, & à gloria maieſtatis eius.* Iſai. 2. Fruſtrà ſcilicet ſubfugium quæret, qui pœnam ſceleris admiſſi pediſſequam vitare ſe alicubi poſſe confidit. Armatur totus contra miſerum, ſimol atque peccauit, orbis pro creatore vindictam de prodiente ſumpturus: tenet quidẽ, cohibet, comprimit creaturas ſuas ſupremus conditor aduerſus peccatorem incredibili quadam rabie ferocientes, iuxta illud: *Omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc.* ad Rom. 8.

Iſai. 2. Peccator Deum non effugit. Pœna ſceleris pediſſequa.

C Conceptum ſcilicet in communem hoſtem ex peccato iram parturiunt, dum vindictam fouent, adaugéntque: ſed creatore tandem aliquando permittente parient in extremam perniciem peccatoris. Vbi quis peccauit, receſſit miſer à Deo, fugam arripuit pœnam metuens: ſed quam id fruſtrà fiat, expertus ſuo malo dixit ille: *Comprehenderunt me iniquitates meæ.* Pſalm. 39. *Pericula inferni inuenerunt me.* Pſalm. 114. *Tribulatio & anguſtia inuenerunt me.* Pſalm. 118. Hoc ipſum ſignificatum videtur in cuſtodibus ſepulchri Domini IESV; de quibus ſcribitur, *Præ timore autem eius exterriti ſunt cuſtodes.* Matth. 28. vbi S. Chryſoſt. *Ruit, deſtruitur, ſtare non poteſt, quem conſcientia deſtituit, impellit reatus.* ſerm. 75.

ad Rom. 8. Contra peccatorem creaturas orbis.

Pſal. 39. Pericula terroréſque inuadunt peccatorem. Pſal. 114. Pſal. 118. Matth. 28.

D 24. Idem Dauid alibi ſe dicit auem nocturnam, quæ quia omnibus alitibus inuiſa, noctis amans, & lucifoga, vbi forte in lucem prodit, vniuerſum genus volatile contra ſe concitat, nec infelix euadit, aut tutò agit, niſi quandiu in cauernoſo nidulo continetur, *Sicut nycticorax in domicilio.* Pſal. 101. Legitur ex Hebr. *in ruinis, in parietinis.* Fugio (inquit) peccator more auium lucifugarum & triſtium, mœror me ob peccatum ad tenebras adigit, ac ſi eſſem coruus nocturnus, aut noctua, aut bubo habitans in ſecreto ac tenebricoſo angulo, vbi lucem fugit, noctibus inuigilat, & lugubre carmen ingeminat. Legunt alij: *In aliam ruinas, & parietinis*: vel, *in deſolationibus*, ſiue *in deſertis.*

Pſal. 101. Peccator noctua, omnibus auibus inuiſa.

E Vnicum videlicet mihi poſt peccatum omnia etiam iura formidanti aſylum eſt in domicilio, & in ruinis. In domicilio: quonam illo quæſo? Planè quod ſibi Deus ipſe conſtruxit; quam Dei *ſapientia ædificauit ſibi domum.* Prou. 9. De qua Dominus ipſe dixit. *Sanctificaui domum hanc, vt ponerem nomen meum ibi in ſempiternum, & erunt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus.* 3. Reg. 9. Hæc eſt illa domus, quam Salomon fugientibus aſylum eſſe deſiderabat: *Si fugerit populus inimicos ſuos, & agentes pœnitentiam venerint, & orauerint in domo hac, exaudi Domine in cœlo, & dimitte peccatum populi tui.* 3. Reg. 8.

Prou. 9. B. Maria domus Dei, peccatoris aſylum. 3. Reg. 9.

A Et quænam iſta domus Dei, niſi mater Dei, Virgo beatiſſima, cuius ventrem bene S. Hieron. vocat, *ſacri ventris hoſpitium, cuius nouem menſibus habitator IESVS fuit.* lib. contra Heluid. Domus eſt adeò capax ampláque, vt in eam ſeſe recipere poſſint omnes omninò peccatores, qui diuinæ iuſtitiæ vindictam effugiũt. Nec id mirum: cùm ea, quem cœli capere non poſſunt, immenſum Dei filium capere vtero, vlnis, ſinúque potuerit. Pulchrè S. Methodius: *Celeberrimus* (inquit) *Propheta nos erudiens: quàm prorſus ſis ô Domina, incomprehenſibilis, ait: Quam magna eſt domus Dei, & ingens locus habitationis eius! Magnus, & non habet finem; excelſus & immenſus.* Baruch 3. orat. in hypopant.

3. Reg. 8. D. Hieron. S. Method.

B Ad hanc igitur Dei domum confugit anis, quam vndique accipitres perſequuntur: in hoc domicilio nycticorax, quam certatim inuolantes ex orco alites impetunt, tutò ac placidè conquieſcit. *Sicut nycticorax in ruinis, in parietinis.* Pſalm. 101. ô egregium! ô ſecurum! ô dulce peccatoribus aſylum!

Baruch 3. Pſal. 101.

25. *In ruinis, in parietinis.* Videlicet in vulneribus Domini IESV pendentis in cruce. Hic ille paries duo illa ædificia medius coniungens, duo teſtamenta, in ſeipſo completa adunicns, duos populos Iudaicum & Gentilicum, in vnitatem fidei, in vnam Eccleſiam copulans. In ruinis igitur iſtius parietis, in parietinis huius diuini palatij, *in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis*; in vulneribus, inquam, Domini IESV crucifixi habitans

Vulnera Domini IESV aſylũ peccatorũ. [illegible]

C peccator ſecuram à malignis ſpiritibus, a vitijs, & ab inſultibus vitiorum, & placidam habet requietem. In ipſo Domini mei latere, quod mihi lancea militis aperuit, dulciſſimum mihi velim ab omnibus etiam huius vitæ curis captare ſuffugium: ibi vita, quà perfruor, inde ſanguis, quo redimor, inde aqua in meorum ſcelerum ablutionem. *O mors,* (exclamat S. Auguſt.) *vnde mortui reuiuiſcunt! Quid ſanguine iſto mundius? Quid vulnere iſto ſalubrius?* tract. 120. in Ioan. *Ex illo* (inquit S. Ambroſ.) *incorrupto corpore, ſed defuncto omnium vita manabat: aqua enim & ſanguis exiuit; illa, quæ diluat, iſte qui redimat.* lib. 10. in Luc.

Dulce nobis & ſalutare vulnus in latere Domini IESV. S. Aug. S. Ambr.

Sed eo iam, vnde diſceſſimus, reuertamur. Timeat ſemper neceſſe eſt qui peccauit, vt ita & de

D commiſſis pœnitentiam agat, & ſolicitè caueat à committendis. In quam ſententiam illud egregiè ſcripſit S. Chryſoſtom. *Semper timere peccantes oportet, maximè verò cùm graue patimur nihil. Cùm enim particulares pœnas Deus exigit, leuem nobis facit ex his retributionem: cùm autem in ſingulis peccatorum longanimiter agit, ad magnam nos in talibus permanentes vltionem ſeruat. Nam ſi benè viuentibus neceſſarium eſt tribulari, multò magis peccantibus.* homil. 46. ad popul. Antioch. Cunctis ergo prodeſt tribulari: bonis quidem ad grandia lucra patientiæ, malis verò ad correctionem.

Peccatori ſalutaris eſt [illegible] timor. D. Chryſ. Salutaris [illegible] tribulatio.

E 26. Conſolatus igitur Ioſeph, quos timore perculſos, & ſceleris conſcientiâ mœrentes videbat; adiicit tamen aliquid aculei, quo illorum animos aliquantulum perſtringens debitum iudicis officium non protſus omitteret: *Vos* (inquit) *cogitaſtis de me malum*: Quod quidem eſt dictũ ex veritate. *Hinc* (animaduertit Rupertus) *vtile cunctis, qui præſunt exemplum ſumendum, vt in ſe peccantibus cito dimittant: & inſuper bona pro malis retribuant. Sed de Dei iudicio peccatores nunquam ſecuros eſſe non ſinant.* cap. 41. Et quidem illud arguit excelſum animum, & diuinum viro principe conſtantiam: nihil enim illo fortius, nihil illo conſtantius, qui & Deum amat, & propter Deum diligit

Rupert. Proprias iniurias prælatus remittat.

ligit etiam inimicos: ſummáque eſt fortitudo Chriſtiana, hoc eſt, erga inimicos dilectio. Quam eleganti quodam ſymbolo in Canticis adumbratam Græci Patres intelligunt. Scribitur ibi de ſponſo: *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundata ſunt ſuper baſes aureas.* Cant. 5. In columnis quidem conſtantia & fortitudo innuitur; in auro caritas ſignificatur. Illi ergo in hunc modum explicant locum. *Duo videlicet ſumma, & quæ reliqua complectuntur, ſponſi cœleſtis mandata ſignificantur: vt Deum, & proximum diligamus (quibus ipſum Dei Verbum tanquam binis cruribus in animabus fidelibus incedit) veluti columnæ ſuſtinent ipſum verbum, quod creditur: fundata ſunt ſuper baſes aureas, verum & bonum,* ſic Patres apud Theodoret. Veritas fidei, & bonitas iuſtitiæ baſes ſunt, ipſa nimirum fulcimenta Chriſtianæ profeſſionis, quæ auro caritatis effulgent. Eſt autem, quam à ſuis fidelibus principaliter exigit Dominus, caritas erga inimicos. *Diligite inimicos veſtros: benefacite iis, qui oderunt vos: vt ſitis filij Patris veſtri, qui in cœlis eſt,* Matth. 5. Et mox: *Eſtote ergo perfecti ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt.* ibid. Vbi optimè S. Remig. *Quia perfectio dilectionis vltra dilectionem inimicorum non poteſt procedere; ideò Dominus poſtquam præcepit diligere inimicos, ſubiunxit: Eſtote perfecti ſicut Pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Ipſe quidem perfectus eſt vt Omnipotens; homo autem vt ab Omnipotente adiutus* ibid. Nec enim in naturæ viribus eſt, vt homo diligat inimicum; magnóque proinde ad huiuſmodi virtutem Dei præſidio indiget.

Cant. 5. Summa fortitudo inimicos diligere.

Theod. Perfectio Chriſtiana diligere Deum & proximum.

Matth. 5. Maximè à ſuis fidelibus Chriſtus exigit dilectionem inimicorũ. S. Remig.

Summa perfectio inimicorum dilectio.

27. Eſt igitur Chriſtiana caritas erga inimicos, ſumma hominis perfectio, eſt ipſa mei ſanctitas, qua veri filij Deum Patrem referimus, iuxta S. Ambr. explicationem: *Sicut enim (inquit) filij carnales ſimulant patres in aliquo corporis ſigno: ita filij ſpirituales Deum in ſanctitate.* ſic ille in Catena. Eſt denique ad mentem S. Remigij quædam de Deo participata & communicata hominibus omnipotentia. Quid enim non poterit non efficere, qui licet ſit homo luteus & imbecillis, diuinâ tamen gratiâ communitus non iniurias modò inimicorum patienter ſuſtinet, ſed eoſdem amat, amore odia, beneficiis maleficia, bonis mala rependens? Vellicat nihilominus Ioſeph vel ipſa tantùm recordatione delicti eos, qui olim deliquerunt: quia & principes & prælati iuſtitiam cum miſericordia, ſeueritatem cum lenitate coniungant oportet: quod in Deo ipſo ſuſpicimus ac veneramur. *Nam ſicut dona Dei* (inquit S. Auguſt.) *laudamus, ita etiam flagella in eos, quos diligit, cogitemus. Vnde non omnis qui parcit, amicus eſt; nec omnis qui verberat, inimicus. Melius eſt enim cum ſeueritate diligere, quam cum lenitate decipere.* contra Vincent. Præfert quidem Petrus primus in Eccleſia Chriſti dux, princeps, prælatus, & baculum & gladium: illo regit ductaque oues, hoc inſultantibus carnem præcidit, ſanguinem elicit. Sit ergo patiens qui præeſt, vt iniurias cum Chriſto ſuſtineat: ſit etiam fortis acérque, vt increpet, vt puniat delinquentes.

S. Ambr. Omnipotẽtia participatio inimicorum dilectio.

Seueritatem cum lenitate coniungat qui imperat. D. Auguſt.

Qui regit, ſit patiens & fortis.

28. Verùm enim verò laudabilius illud multò eſt, quàm iſtud. Hoc ipſo in argumento nihil excellentius & grauius forraſſe adduci poterit, quàm quod de ipſis Apoſtolorum principibus legimus. Auſus quidem eſt Paulus ad Galat. 2. increpare ſeueriùs Petrum, quòd è Iudaiſmo conuerſos vti etiam Moſaicis ritibus diſſimularit: at Petrus modeſtè admodum ſanctéque increpationem ſuſtinuit. Vterque laudandus, vterque admirandus: magis tamen Petrus ex ſententia D. Aug. *Multo eſt enim* (inquit) *mirabilius & laudabilius libenter accipere corrigentem, quam audacter corripere deuiantem. Eſt laus itaque iuſtæ libertatis in Paulo, & ſanctæ humilitatis in Petro.* epiſt. 19. Zelum igitur Pauli imitentur prælati, ſed multò magis humilitatem Petri, qui ſummus Pontifex erat, & primus Chriſti Vicarius: at libens tamen reprehenſionem Pauli admiſit. Quare optime colligit idem Auguſt. *Petrus rarum & ſanctum exemplum poſteris præbuit, quo non dedignarentur, ſi ubi forte recti tramitem reliquiſſent etiam à poſterioribus corrigi: quam Paulus, quo confidenter auderent etiam minores maioribus pro defendenda Euangelica veritate, ſaluâ fraterna caritate reſiſtere.* Fortes itaque ſint prælati, ſed malint eſſe ac videri humiles: ſciant maiorem ex humilitate, quàm ex fortitudine; clariorem ex patientia, quàm ex zelo; illuſtriorem ex ſerto, quàm ex gladio ſibi gloriam prouenire: meminerint denique plura & grauiora à Chriſto Domino dominantium, & Rege Regum patiendi quàm imperandi & exempla, & documenta fuiſſe data mortalibus.

ad Gal. 2. Laus magna correctionẽ ſuſtinere.

D. Auguſt. Laudabilis zelus, laudabilior humilitas.

D. Auguſt. Prælati maior laus ex humilitate, & zelo.

Plura & grauiora Chriſti exẽpla patiendi, quàm imperandi.

29. Confirmatis igitur ſecuritate, lætitiáque fratribus, quibus fraternam curam, amorémque ſemper impendit Ioſeph, multos ſubinde per annos Ægyptum gubernauit eo felicitatis gloriæque ſtatu, quem ita deſcribit Philo Hebr. *Inſecutis autem temporibus felicioribus, & regione reſtitutâ in abundantiam priſtinam, cum magna incolarum lætitia, honorabatur ab omnibus gratiam referentibus pro acceptis beneficiis in difficultate ſuperiorum temporum; fama quoque apud exteras ciuitates celebrabat hominis virtutes inclytas.* lib. de Ioſeph. En ille, cui adhuc puero vitam fratres præcidere voluerant, vir in ſumma rerum omnium felicitate cum illis ſimul & florentiſſimus, & beneficentiſſimus longos in annos vixit. Neminem illorum vel ipſo tantùm verbo læſiſſe vnquam perhibetur. O virum immortali dignum commendatione! Imò cùm antiquum flagitium ex opportuna occaſione commemorare cogeretur: *Vos (inquit) cogitaſtis de me malum.* O dictum admirabile! Prehenderunt puerum fratres, talari tunica exuerunt vociferantes: *Ecce ſomniator venit: venite, occidamus eum.* Gen. 37. Perterruerunt agnum lupi, vniculum leones: detruſerunt in ciſternam, denique barbaris mancipium pretio venditum tradiderunt. At ille ait: *Vos cogitaſtis malum.* Tam nefaria opera, tam barbaram facto violentiam, parricidales conatus, truculentos actus; vocat manſuetiſſimus vir cogitationem mali. Sic ab aliis ſibi grauiſſimas quaſque iniurias iam leui nomine extenuat. O rarum inter mortales manſuetudinis exemplum!

Phil. Hebr. Virtus & gloria Ioſeph per totam vitã.

Rarum in Ioſeph manſuetudinis exemplum.

Geneſ. 37. Iuſtus inimicorum iniurias extenuat.

30. Et quidem hoc facto arguit Ioſeph eos, qui ſummè impatientes quamcunque vel tenuem ſeruorum, & famulorum, aut etiam alio nomine ſubditorum culpam pro lethali flagitio computant, proclamando exaggerant. O ſtultiſſimi miſeri, qui à noſtris ſeruulis exigimus, quod Deo omnipotenti reddere nolumus exigenti! Laborem à ſeruis natura ſimilibus & miniſterium exactum denegari vehementer indignamur: & homunculi Deo quicquid habemus debentes non modò ingrati, ſed etiam infidi, ac proditores ſumus: imò etiam (quod ſummè tam deplorandum, quàm deteſtandum eſt) Dei dona mundo, peccato, ac diabolo tradentes in turpiſſimo iſtorum famulatu ridentes (quod peius eſt) vitam viréſque conſumimus. Præcipit Dominus Leuit. 3. à ſanguine, & adipe abſtinere, ſed ea ſibi offerri. *Eò quòd*

Carpitur impatientia regentium.

Vita & vires in Dei obſequium impendantur.

Leuit. 3.

Theod.

(occurrit Theodoret.) *ille vitæ cauſa ſit, iſte verò virtutem innuat: ambóque Deo dicare ſit iuſtiſſimum.* q. 1. in Leuit. a Deo ſcilicet & vitam & vires habemus: dignum igitur eſt, vt & vitam & vires in datoris ipſius Dei obſequium impendamus. Non exprobrauit fratribus peccatũ quantumuis enorme Ioſeph, quod quidem nominoe tantum cogitatus dignum iudicauit: quia videlicet ſatis compertam illorum habebat pœnitentiam: nec immeritò vicem Dei ſe gerere dicebat. Nihil enim à Deo tam alienum, quàm pœnitentium dilutum iam lacrymis, doloréque expiatum flagitium exprobrare. Fugerat Ionas a facie Domini, exceptúſque faucibus beſtiæ pœnam delicti ſui exolucrat, debitámque gemendo egerat pœnitentiam. Ergo cùm tandem in litus e bellua expueretur, ſcribitur: *Et factum eſt verbum Domini ad Ionam ſecundo dicens: ſurge & vade in Niniuem*, cap. 3. Vbi egregiè S. Hieron. *Non dicitur Prophetæ: Quare non feciſti quod tibi fuerat imperatum? Sed ſufficit ei naufragij & deuorationis ſola correctio: vt qui imperantem non ſenſerat Dominum, intelligeret liberantem: alioqui ſuperfluum eſt delinquentis ſerui poſt plagas velle imputare quod fecit; cum huiuſcemodi correctio non tam emendatio ſit, quàm exprobratio.* Deliquit ſeruus, et auſt ſubditus: Corripiatur, Correptus pœnitentiam egit, reſipuitque: Quid amplius quæris? Quid vltra conuicias? non exprobrat Ioſeph delictum, imò cùm nominari opus eſt, vſque adeò illud extenuat, vt vix tantula vmbra facinoris, quòd tamen fociat grauiſſimum, appareat.

Deus peccatum expiatum, non exprobrat pœnitenti.

Ion. 3.
S. Hieron.
Flagellato ſeruo non deinde exprobrandũ.

31. Sed vnde tanta homini erga ſuos clementia, tam incredibilis manſuetudo? Nimirum ex blando, dulcíque hominis ingenio; ac ſubinde ſuo ex munere principis, quo Deum vti maieſtate repræſentabat, ſic benignitate volebat imitari. Denique ex patris Iacob paulò antè demortui pia recordatione, qua illum fratres ad commiſerationem commouere voluerunt: *Pater tuus* (aiebant) *præcepit nobis antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum.* Quod quidem (vti iam animaduertimos) vel fictum, vel verum mandatum, & paterna interpellatio vehementiſſimè (vt fas eſt credere) animum filij perculerunt, vt lacrymis ipſe conteſtatus videtur. Hinc edocemur, vbi propria deſunt merita, quærendum fore, qui quòd meritis abundet, gratior ſit & potentior ad impetrandum. Quare ſicut Chriſtus Dominus mediator eſt Dei & hominum, & pro nobis aduocatus, & interpellat pro nobis, vt paſſim legitur in diuinis literis: ita (obganniant licet ac fremant hæretici) valent nobis plurimum & merita, & interceſſiones Sanctorum apud Deum. Portabant aliquando paralyticum in lecto ad Dominum IESVM quidam, vt amico ſanitatem à Domino impetrarent: *Quorum fidem vt vidit* (ſcribitur) *dixit paralytico: ſurge & ambula.* Luc. 5. Non dixit vidiſſe fidem paralytici, ſed illorum qui portabant; vt ſcias valere apud Deum aliena merita, & preces: quod egregiè ſic adnotauit S. Ambr. *Magnus Dominus, qui aliorum merito ignoſcit aliis: & dum alios probat, aliis relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat, cùm apud Deum ſeruus & interueniendi meritum, & ius habeat impetrandi.* lib. 5. in Luc. cap. 5.

Valent pro nobis merita precéſque ſanctorum apud Deũ.

Luc. 5.

S. Ambr.

32. Quid quòd ipſemet Deus amicos Iob admonuit: *Ite ad ſeruum meum Iob, & offerte holocauſtum pro vobis. Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis: faciem eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur ſtultitia.* Iob. 42. Quid clarius, ô hæretice, pro commendanda interceſſione ſanctorum? Nec ipſum à Deo ſacrificium indictum abſque oratione ſancti Iob potuit prodeſſe illius amicis, quibus aliena oratio meritáque, cum perſonalibus tamen (vti vocant) operibus ad propitiandum Deum prorſus valuerunt. Pulchre S. Gregor. locum de hæreticis ſub illo ſymbolo amicorum Iob intelligens hæc apponit: *Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis; ac ſi hæreticis redeuntibus aperte diceretur: Vniuerſalis vos Eccleſia per humilitatem pœnitentiæ iungite; atque eam quã per vos digni non eſtis, veniam eius à me precibus obtinete.* lib. 35. cap. 7. moral. Et ne aliquis timeat, ne dum pro aliis orat, ſuæ detrahat cauſæ, quòd minus pro ſe orare inſiſtat, adiungitur: *Dominus quoque conuerſus eſt ad pœnitentiam Iob, cùm oraret pro amicis ſuis.* ibid. *Ex quibus* (explicat S. Gregor.) *aperte oſtenditur: quod etiam pro ſemetipſo pœnitens tanto citius exaudiri meruit, quanto deuote pro aliis interceſſit. Plus enim pro ſe valere preces ſuas efficit, qui has & aliis impendit. Libentius quippe ſacrificium orationis accipitur, quod in conſpectu miſericordis iudicis proximi dilectione conditur.* ibid. Valent igitur ſanctorum preces, ſuffragiáque fidelibus: atque plus valent ad proprium commodum preces, cùm ſimul etiam pro ſalute proximi emittuntur. Fallunt ergo, qui timent, ne ſibi de oratione ac precibus & meritis apud Deum detrahat, cùm ſui interim oblitus pro aliis ex caritate Chriſtiana deprecatur.

Iob 42.
Cõfirmatur dogma interceſſionis ſanctorum.

S. Grego.
Hæreticorũ cum D. reconciliatio per Eccleſiam.

Iob 42.
S. Greg.
Qui pro aliis orat, ſibi à Deo maiorem promeretur gratiam.

Nihil ſibi detrahit, ſed auget, qui Deum pro aliis rogat.

33. Quid quòd cùm S. Petrus ab Herode vinctus in carcere teneretur: *Oratio* (legimus) *fiebat ſine intermiſſione ab Eccleſia pro eo.* Act. 12. vbi S. Chryſ. *Magni amoris* (inquit) *indicium oratio. Patrem omnes quærebant, patrem manſuetum. Ad preces conuerſi præſidium reuera inexpugnabile, ad illud confugiebant:* homil. 26. in Acta. Quid pluraſplena ſunt hac veritate libri diuinæ ſcripturæ, in quibus commendatur fidelibus, vt pro aliis orent. *Orate* (monet Apoſtolus) *pro inuicem, vt ſaluemini; multum enim valet deprecatio iuſti aſſidua.* Iacobi 5. Rectè à S. Chryſ. dicitur, vt vidimus, *Præſidium reuera inexpugnabile.* ibid. Nec proinde maligni ſpiritus quicquam in nobis ita metuunt, ac refugiunt, vti orationem in gratia. Hæc eſt enim ſecundùm Apoſtolum, *Deprecatio iuſti*, hominis videlicet in Dei gratia. Quod ſi tantam in terris vim habet adhuc habitantis iuſti oratio, quantò maiorem habebit in cœlo iam agentis, & beatiſſimâ Dei viſione perfruentis? Porrò autem ſi ſanctorũ apud Deum tanti valet deprecatio: quantæ obſecro virtutis erit apud Deum filium, matris digniſſimæ, atque omnium Angelorum & ſanctorum Reginæ pro nobis oratio? Et quænam vis in terra Spiritum ſanctum cum illa immenſa gratiarum plenitudine traxit in Eccleſiam die Pentecoſtes; niſi diſcipulorum, maximéque Virginis Deiparæ ſancta & aſſidua, & præferuida deprecatio? *Erant*, legimus, *omnes perſeuerantes vnanimiter in oratione cum Maria matre IESV.* Act. 1. *Maria ſcilicet* (occurrit S. Bonauent.) *indefeſſe perſeuerando in oratione exemplum dedit, quod oportet orare, & non deficere.* Luc. 18. *Et ſi Maria tam ſedulo orauit in terris, quomodo non ſedulò orabit pro nobis in cœlis?* cap. 4 ſpec.

Act. 12.
D. Chryſ.
Oratio præſidium inexpugnabile.

Iacob 5.
Multũ valet oratio in gratia.

Spiritum ſanctum die Pentecoſtes attraxit oratio.

Act. 1.
D. Bonau.
In cœlo pro nobis intercedit B. Maria.
Luc. 18.

34. Quàm dulciter, tam verè dixit S. Bern. *Aſcendens in altum Virgo beatiſſima dedit ipſa quoque dona hominibus: quid ni daret? Siquidem nec facultas ei deeſſe poterit, nec voluntas. Regina cœlorum eſt, miſericors eſt, denique mater eſt vnigeniti filij Dei.* ſer. 1. de aſſumpt. Et S. Antonin. in eandem ſententiam ſic

D. Bern.

S. Antonin.

Efficaciſſima pro nobis interceſſio B. Mariæ.

ſic effatur: *Oratio Deiparæ eſt nobiliſſimus orandi modus, tum quia habebat rationem iuſſionis & imperij tum quia impoſſibile eſt eam non exaudiri iuxta illud, quod in figura eius dixit Salomon matri ſuæ Bethſabee, cùm aliquid petere vellet. Pete mater mea. neque enim fas eſt, vt auertam faciem meam.* 3. Reg. 1. hæc S. Antonin. 4. p. titul. 15. cap. 17. §. 4. Igitur o digniſſima & ſanctiſſima Dei mater, quandu rationem habes iuſſionis, & ius imperij erga Deum filium tuum: atque adeò eſt impoſſibile te non exaudiri, non impetrare quod petis, imò non efficere quod velis: precamur te, ô mater gratiæ, nobis maximè, qui tuam memoriam dulci, pióque affectu recolimus, tuúmque nomen ſuauiſſimum identidem imploramus; vti Deum noſtrum filium tuum propitium reddas, noſtrorum ſcelerum veniam impetres: denique tuâ præſentia ſubſidióq; te ſecurum felicémque a corpore, atque à terris exitum in cœleſtem patriam conſequamur.

3. Reg. 1. *Poteſtas matri Chriſto nihil denegat.*

Pia deprecatio ad B. Mariam.

35. *Mortuus eſt Ioſeph.* Scilicet natus centum decem annis. Videlicet ſeptemdecim domi egit cum patre: tredecim in ſeruitute & carcere: reliquos octoginta in principatu. Natus verò eſt anno mundi milleſimo centeſimo nonageſimo nono, mortuus anno mundi milleſimo trecenteſimo nono, vti poſt Procop. & Phil. accuratè computat noſter Delrio. Primus omnium ſuorum fratrum videtur obiiſſe; quos quidem ſub mortem iuramento adegerat ſe aſportaturos ex Ægypto oſſa eius: certus nimirum ex diuina reuelatione illinc tandem aliquando Iſraëlitas ad terram Patribus à Deo promiſſam abituros. Incolatum terræ Ægypti animo ſemper execratus videtur: quippe cùm ſanctiſſimis viris nihil magis infenſum, ingratúmque atque omni conatu declinandum videri ſolet, quàm impiorum conſortium: quibuſcum, licèt viuere coactus fuiſſet, mortuus tamen conſepeliri nullo modò voluit. De Leuiathan, ſiue balena, cacodæmonis figura dicit Dominus cum Iobo diſputans: *Cùm ſublatus fuerit, timebant Angeli, & territi purgabuntur.* Iob 41. Miramur quidem boni Angeli fœdam illam, atque execrandam malorum è cœlo ruinam, quorum quaſi quaſi conſortio teneri coguntur prius quidem in cœlo, vbi creati, & aliquandiu extiterunt mali cum bonis: & deinde in terra, in aëre, in quibus regnant nefariæ poteſtates, & vbi etiam Angeli ſancti ad cuſtodiam hominum deputati verſantur: ac proinde ſentiunt quandam ſe quaſi (ſi ſic dicere licet) infectus ex conſortio iniquorum ſpirituum. *Ergo diem iudicij auide præſtolantur cum per totalem* vt explicat S. Thom. *ſeparationem a ſocietate dæmonum, atque illorum membrorum purgati erunt.* Quòd ſi Angeli ſancti nonnihil ſibi ex ſocietate dæmonum, ac malorum hominum ſordis adhærere per hyperbolem; nam reuera nihil impuritatis poteſt illis inhærere ... tantur: quid quæſo ſordium, cœníq; te ſibi non timeat homo luteus ac fragilis à con... iniquorum hominum? *Separamini ergo, mundi eſtote.* Iſai. 1. vitam, nec ſepulchrum cum impijs ſibi habere ... S. Greg. locum de ... æternitatis ... è cœlo malorum Angelorum in hunc modum ... *Hinc credimus Leuiathan ... ab arce beatitudinis cadente, in ruina eius etiam electos Angelos expauiſſe, vt cum illum ex illa rumaſtimore ſuperbiæ lapſum cernerent, illos ad robuſtius ſtandum timor ipſe ſolidaret. Et territi purgabuntur: purgati vero ſunt; quia nimirum iſto cum reprobis exeunte ſoli in cœleſtibus ſedibus, qui beati in æternum viuerent, remanſerunt. Hanc itaque lapſus eos terruit, & purgauit. Terruit, ne Conditorem ſuum ſuperbè deſpicerent: purgauit verò, quia exeuntibus reprobus actum eſt vt electi ſoli remanerent.* hæc S. Greg. lib. mor. 34. cap. 7. Vt ſcilicet itaque cœlum, in quo mali Angeli peccarunt, ſimul cum ſuis incolis etſi ſanctiſſimis quodammodò fuiſſe pollutum, ac ſordidatum: at illis ſubinde in gehennam ruentibus, & cœlum & ciues ipſi videntur fuiſſe ab omni labe mundati.

Chronologia Ioſeph.

Conſortium malorũ iuſtus execratur.

Iob 41.

S. Thom. *Mali Angeli & cœlum, & terram ſuo cõſortio infeciunt.*

Iſai. 1. S. Greg. *Periculum conſortium malorum.*

36. Conſolatus itaque fratres certâ ſpe diuinæ viſitationis; vt tandem aliquando ex Ægypto in terram promiſſionis ſint reducti, diſceſſit è vita Ioſeph, lætus quidem quòd fratres, ac totam Iſraëliticæ gentis familiam in vbertima Ægypti regione ſatis abundantes ac locupletes atque adeò Ægyptiis gratos benéque acceptos, profectò in magna pace gloriáque reliquiſſet. Vt ſcilicet in vita ſanctiſſimus vir non inuidit fratribus, ſed illis potiùs paterno quidem affectu bona omnia curauit: ſic in morte nihil habuit optabilius, quàm vt eoſdem quietos, diuites, & glorioſos relinqueret. Non eſt Ioſeph Ægypti princeps ac moderator de illorum principum numero, qui è vita diſcedentes ſua volunt imperia indignis, atque improbis derelinqui, vt & viuis nocere poſſint, & mortuorum principum dulciorem faciant recordationem, ac maiora in multos annos deſideria conſeruent. Hanc ſummam profectò abiecti animi (nec enim cum generoſo aut inuidia, aut nocendi affectus ſtare poteſt) oſtenſionem poſteris reliquerunt poſt mortem magni alioqui principes. Etenim Auguſtus Cæſar, de quo mortuo illacrymans aiebat Romanus populus: vtinam aut non naſceretur, aut non moreretur, à ſuo ingenio & benignitate prorſus alienum reliquit ſucceſſorẽ imperij Tiberium vnum quidem ex peſſimis Romanorum prodigiis. *Non enim* (vt ſcribit Cornelius Tacit.) *Auguſtus Tiberium caritate, aut Reip. curâ ſucceſſorem adſcitum, ſed quoniam arrogantiam, ſæuitiamque eius introſpexerit, comparatione deterrima ſibi gloriam quæſiuiſſe creditur.* lib. 1. annal. De Alexandro magno hanc etiam animi fragilitatem ſcriptam legimus. *Cognouit* (ſcilicet) *quia moreretur. & vocauit pueros ſuos nobiles qui ſecum erant nutriti à iuuentute ſua: & diuiſit illis regnum ſuum, cùm adhuc viueret.* 1. Machab. 1. vbi Hugo Card. ſic effatur: *Magiſter in hiſtoriis dicit quod noluit monarchiam in aliquem transferre, ne aliquis par ei in potentia apud poſteros legeretur.* ibid. En miſeria hominis, quâ etiam magni in mundo principes ſuæ potentiæ ac celſitudinis gloriam prorſus obſcurarunt: à qua tamen Ioſeph ſanctiſſimus, ſicut ab omni alia vitiorum labe, vitam immunem in ſumma virtutum gloria poſteris quidem laudandam potiùs, & admirandam, quàm imitandam finiuit.

Inuidentes viuorũ felicitatẽ principes moriuntur.

Corn. Tac.

Abiecti animi Alexander & Auguſtus.

1. Mach. 4. Hug. Card.

37. *Conditus aromatibus repoſitus eſt in loculo in Ægypto.*] In loculo, ſiue theca lignea, vt ſcilicet cùm opus eſſet, minori labore, quocunqoe libitum eſſet, tranſportari poſſet. Interim verò teneri in Ægypto corpus Ioſeph vtiliſſimum erat Hebræis, quibus proculdubio dum vigeret defuncti memoria, beneuolos ſe ac beneficos præbebant Ægyptij propter eximia beneficia, quibus à Ioſeph fuerant affecti. Atque idcircò vt pura & integra defuncti oſſa vſque ad tempus egreſſionis ex Ægypto perdurarent, ſolitis ex Ægyptiorum arte conditurıs curata & præſeruata ſunt. Verùm quia *omnia iuxta Apoſtolum in figura contingebant illis,* 1. Cor. 10. Illud hoc loco myſterium ſignifi

1. Cor. 10.

Dionyſ. Carthuſ. ſignificari credendum eſt, quod Dionyſ. Carthuſ. ita euoluit: *Per condituram Ioſeph oſtenditur, quòd animas noſtras condire ungere atque ungere debemus per ſanctas meditationes, puras affectiones, cæteróſque virtutum actus & habitus; ne vitiis fœteant & putreſcant: ſed bonus odor Chriſti ſint vbique: & in ſordido corpore conſtitutæ, quaſi in loculis ſuauiter fragrent coram Altiſſimo.* Hinc optimè colligit Strabus: *Felix anima, quæ virtutum aromatibus condita in loculo corporis degens, quotidiè proficiendo, perenni vita reſeruatur.* Sed quibuſnam conditurìs etiam corpus ad vitam immortalem curari debet? Nimirum caſtitate, mortificationéque. Iam nunc etiam in terra dum viuit homo caſtus, ipſam vitæ ſpirat immortalitatem. Enimverò (vt de caſto viro dixit Clemens Alexandr.) *eſt in confinio naturæ mortalis & immortalis.* 2. Stromat. Mortalis quidem, quia viuit adhuc in terra, & reſtat mortale corpus tandem aliquandò moriturus. Immortalis verò, quia futuram reſurrectionem incorruptione caſtitatis æmulatur. Mirrha eſt ipſa mortificatio, quæ membra noſtri corporis à lege peccati ad Rom. 7. & ab æterna morte, corruptionéque preſeruat. Ideóque & corpus ipſum occidit & viuificat: nam quod mortem ſimul, & vitam habeat Chriſtiana mortificatio; teſtatur Apoſtolus: *Semper mortificationem* Iesv *in corpore noſtro circumferentes, vt & vita* Iesv *manifeſtetur in corporibus noſtris.* 2. Cor. 4. Intus quidem habet mortem ad ſimilitudinem mortis Chriſti: foris verò demonſtrat vitam, eámque Chriſti, ſcilicet immortalem: idcircò dixit: manifeſtetur vita Iesv in corporibus iugi quadam mortificatione conciſis.

Virtutibus animæ condiri corpus ne malè oleat. — Strabus. — *Caſtitas & mortificatio conditura corporum.* — Clem. Alex. — *Caſtus in confinio naturæ mortalis & immortalis.* — *Mortificatio & vitam & mortem habet.* — 2. Cor. 4.

38. Denique condiendo corpori valet plurimum boni exempli maximè in operibus miſericordiæ, vnguentum, quo iam dum viueret, ſuauiſſimum Chriſti afflabat odorem: de quo iam ſuprà diſſeruimus. Profectò iis, quæ modò diximus, egregiè ad viuum depictus videtur Ioſeph; cuius quidem caſtitas pluſquàm humana, penéque cœleſtis iam ſatis demonſtrata eſt: cuius vita ſic perpetuam circumtulit mortificationem, vt verè dicere potuiſſet, quod poſtmodùm cecinit Propheta: *Propter te mortificamur totâ die.* Pſal. 43. & ad Rom. 8. Hæc fuit etiam vita Pauli; hæc noſtra eſſe debet; ſi cruci Domini Iesv ad immortalitatis ſtipendium militamus. Sed qui fieri poteſt, vt mortificemur, moriamúrque tota die, imò & totâ vitâ: non ſemel nimirum; ſed ſæpiſſimè cunctis, quos viuimus, diebus vitæ, cùm ea ſemel auferri per mortem conſueuerit? Declarat optimè S. Chryſoſt. *Licèt naturâ ſortiti id ſimus, ſemel vt tantùm moriamur: tamen voluntate id quotidiè perpeti, ſi id in animum induxerimus, dedit Deus vnde liquet foro, vt cùm tot ſine coronis decedamus, quot dies hîc vixerimus; imò verò multò pluribus. Licet enim die vno & ſemel, & bis, & ſæpe mori.* hom. 15. ad Rom. Denique *ſicut beatus Ioſeph* (vt Rabban. admonet) *incolatam Ægypti execratus terram repromiſſionis deſiderabat: ita quandiu ſumus in hac peregrinatione veram patriam, terram viuentium caſtis promiſſam deſideremus: & in eam transferri per mortem velimus.*

Pſalm. 43. ad Rom. 8. — *Mortificatio plures mortes affert & coronas.* — S. Chryſoſt. — *Mortificatus millies martyr.* — Rabban. — *Deſideranda votis omnibus cæli patria.*

39. Proſecuti ergo ſanctiſſimum Ioſeph vſque ad felicem illius obitum, & inuidere pariter & deſiderare meritò poſſumus mortem illam, de qua cecinit Propheta: *Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum eius.* Pſal. 15. de quo verſiculo paulò ſuperiùs diſſeruimus. Excellens itaque glorioſáque Patriarchæ ſanctiſſimo data eſt mors; quam ille caſtiſſimæ ac patientiſſimæ vitæ numo, quo illa pretio emi conſueuit, comparauit [illegible] licet bonis exactam operibus pretioſa & tel[illegible] morte perſoluere ſolet clementiſſimus Dominus: vt qui vitam in doloribus exegit, cœleſtibus exultans gaudiis moriatur. Hac ſane incredibili felicitate legimus beatiſſimum Hieronymum, cuius hanc noſtram trium voluminum commentationem illuſtriſſimis quidem teſtimoniis locupletare, ornaréque curauimus, vbi[illegible], vt in eius hiſtoria boni autores tradiderunt: morti enim vicinus eandem ſic affatus perhibetur: *Exurge gloria mea, porrige mihi manum, trahe me poſt te. Exurge gloria mea. Per te pauperes ſaluantur, dum aurum proiicit. Melior eſt enim negotiatio mortis argento, & auro. Ecce tu pulchra es amica mea: iam noli morari amplius. Nigra es, ſed formoſa, pulchra es & decora. O mors dulcis & iucunda, fauus diſtillans labra tua! Suſcipe me: nam eam ſuſcepiſſe Dominum meum, me ſaluaſti, me viuificaſti.* hæc in eius vita ſcribuntur. Quis quæſo aut amicum familiarius ſalutauit: aut ſponſam quantumuis dilectam dulciùs, amantiúſque pellexit? Quænam puella alacriùs & ambitioſiùs properauit ad nuptias; quàm vir ſic beatiſſimus & doctiſſimus imminentem mortem vltrò acceriſiuit?

Psal. 15. — *Beata morte [illegible] bona [illegible].* — S. Hieron. — *Egregium cum morte colloquium B. Hieron.* — *Sanctiſſima & dulciſſima [illegible] B. Hieron.*

40. Sed iam mortuum, & repoſitum in loculo Ioſeph Ægypti Saluatorem relinquentes mentem, manum, oculos, orationémque ad viuum Dei templum, animatum loculum non mortui, ſed viuentis Dei, & arcam Diuinitatis beatiſſimam ſcilicet Virginem Dei matrem conuertamus: illis quippe nominibus eam S. Ioann. Damaſc. compellauit. in can. od. 5. In loculo Ioſeph tuitam ſuæ Geneſeos hiſtoriam Moyſes terminauit. In loculo animato Diuini Verbi, in ipſa puriſſima & dulciſſima Virgine Dei matre hanc meam, qualiſcunque illa ſit; nunc tandem concludere operæ pretium erit commentationem. Peregi ergo, ô Domina mundi, quod in votis habui; vt tibi, cui debitor ſum, laudationis tuæ certè oblatis muneribus, aliquâ ratione tua in me plura & maiora, quàm explicare poſſim, perſoluerem beneficia. Quo etiam ſenſu grauiſſimus ille iuxtáque deuotiſſimus tuo nomini Ioannes Damaſcenus ſcripſit ad hunc modum: *Quid enim Verbi matri aptius, quàm ſermonem offeremus? ſimile enim ſimili gaudet; atque ipſi non poteſt non gratum eſſe, quod pro viribus offertur.* orat. 2. de aſſumpt. Imbecillis ergo viribus quid ego efficerem in tam graui, arduóque tuarum laudum, quod tractandum ſuſcepi, argumento; niſi tu Domina, quæ per gratiam filij omnia potes, laboranti ac labanti ſub onere ferres opem? Pauperculus, veréque mendiculus, cui ſcilicet ne obolus quidem, vt munus tibi, ô Regina cœli, aliquod offerrem. Miſer planè, cui merita non ſuppetunt ad promerendam tui filij gratiam, vt digna de te loqui, de te ſcribere, de te prædicare, de te cogitare poſſem. At auſus tamen fui tuum in obſequium, ô mater Dei, tot per annos & multis elaboratum ſudoribus tam grande hoc trium voluminum opus, neſcio quo in lucem mortalium ſucceſſu tandem concludere. Quod ſi error fuit extra vires audere: *Videtur ei* (inquit S. Cypr.) *facile ignoſci poſſe, qui non timuit audere.* tract. de martyr. Tentaui equidem propiùs accedere, diuinóque beneficio (arbitror) hoc mihi conceſſum eſt, ad cellaria Regis cœleſtis, in quæ aliquando ſponſam ipſe ſuam induxit, vt ipſamet ei teſtatur: *Introduxit me Rex in cellaria ſua.* Cant. 1. *Promptuarium* vertunt Græci Patres. Sed quodnam

Encomia B. Mariæ. — S. Ioann. Damaſc. — *Peroratio authoris ad B. Mariam.* — S. Ioann. Damaſc. — S. Cypr. — Cant. 1.

Phil. Carp. nam illud eſt? Explicat Philo Carpath. *Corpus illud, in quo ſibi Dominus domicilium fabricauit:* tuum ſcilicet, ô Virgo, puriſſimum corpus, in quo Virginalis vterus Deum hominem nobis cuſtodiuit: ex quo omnis plenitudo Diuinitatis; omnes theſauri, diuitiæ, gratiæque cœleſtis Regis in admirabilem mortalium felicitatem prodierunt. Si quid igitur dignum laude videbitur in hoc opere; tuum eſt, ô Domina, à te bonorum omnium promptuario gratis erogatum fuit. Si plura fortaſſe (quod mihi timeo) minus digna videbuntur, non defuit quidem promptuarium, vndè B abundanter defluunt gratiæ; Sed tamen defuit & induſtria & pietas, quæ tuam ſolent gratiam promereri. Saltem hoc videor aſſecutus, vt auſus fuerim inter eos me inſerere, de quibus dicitur: *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* Pſal. 44. Omnes ſcilicet in Eccleſia Chriſti & Sancti, & Patres, & Doctores te Dei ſui matrem ſuſpiciunt, amant, quærunt, prædicant, venerantur. Rectè D. Cyrill. Alex. quidem S. Cyrill. te vocat *Præconium Patrum, & Apoſtolorum.* homil. 6. in Neſtor. At inter diuites C *B. Maria ſemper doctorũ præconium Patrum.* plebis, quâ es benignitate, ô Virgo, & paupera plebis admittis; imò & egenum, pauperem, opprobrium hominum, & abiectionem plebis, cùm S. Bern. piè accedit, non reiicis, vt Bernard. teſtatur ſer. 3. ſup. ſalue Regina. Denique tantum laboraui, tandiu ſudaui, pro virili quidem (vt arbitror) conatus ſum, vt his meis in Geneſim lucubrationibus

A apertiſſimè demonſtrarem vnum eſſe me, quamuis indigniſſimum, de numero tuorum ſeruorum, quos tu in vita, & in morte defendis, foues, conſolaris: ac denique duplicato gratiæ tuæ ac miſericordiæ (cuius vera mater diceris) præſidio munitos habes, atque ornatos. De te ſiquidem, ô ſuauiſſima & potentiſſima Dei mater, ac mundi Domina, ſcriptum legimus: *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus.* Prouerb. 31. Tui, quos agnoſcis, ac tueris, ſerui duplicibus à te, ô cœli Regina, veſtiuntur: nimirum (vt in Gloſſa habetur) *ſapientiâ & patientiâ; vt ſapiant quæ Dei ſunt; vt aduerſa æquanimiter tolerantes centuplum colligant fructum patientiæ:* Vel (vt ibid. adiungitur) *veſtiuntur duplicibus; quia promiſſionem vitæ habent & præſentis & futuræ.* Nunc adiuti à Deo, ne deficiant; tunc in beatitudine diuinâ viſione ditati. *Item veſtiuntur vnâ veſte corporis, alterâ mentis, fide ſcilicet & factis: Sacramentis quoque Redemptoris imbuti, & exemplis.* ibid. Precor igitur te Domina, vt quia me inter ſeruos tuos, vnúmque è tuis domeſticis (quod mihi à diuina filij tui gratia ſingulare beneficium agnoſco) cenſeri voluiſti, beneuolóque ac materno affectu tria hæc meorum laborum munuſcula ſuſcipis; duplicibus illis tuarum gratiarum, donorúmque ſeruum hũc ac domeſticum tuum, veſtias, veſtitúmque atque ornatum & in vita tuearis, & in morte ſecurum reddas, tuo ſubinde filio in cœleſti curia præſentandum.

Suos ſeruos duplicibus veſtit & ornat B. Maria.

Prou. 31.

Gloſ. ord.

B

C

Pia & ſancta vita mórſque per B. Mariam à Chriſto impetranda.

FINIS.

Laus Deo, Deique matri ſemper Virgini.

INDEX

INDEX RERVM,

QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR, COPIOSISSIMVS.

Per literas C. S. N. *Capita, Sectiones, Numeri indicantur.*

A.

Abſalon.

ABSALON ſuſpenſus toti naturæ exectabilis. c.49.ſ.2.0.9

Abraham.

Abrahæ ſacrificium eot in monte. c.33.ſ.10.n.7

Abrahæ virtus poſteris etiam impiis profuit. c.36.ſ.1.n.6

Abſtinentia.

Abſtinentia vitam producit. c.43.ſ.2.n.5

Abſtinentia, ti ſcorum. n.1

Abſtinentia commendatur. ibid.

Actio.

Actio interdum melior, quàm contemplatio. c.32.ſ.9.n.4

Actio externa denominatur ab interoo affectu. c.35.ſ.9.n.1

per Actionem Deus inuenitur. c.32.ſ.9.n.4

Adamas.

Adamas hircino ſanguine rompitur. c.49.ſ.1. num.27

Adamas verè ferro & puluere frangitur. c.49.ſ.1. num.27

Adoleſcens. Adoleſcentia. Iuuenis, Iuuentus.

Adoleſcentium bona inſtitotio. c.32.ſ.4 o.1

Adoleſcentium in bello facinus prodigioſum. c.34.ſ.1.n.1.& ſ.9.n.2

Adoleſcentium rixæ, cædéſque pro libidine. c.34. ſ.9.n.6

Adoleſcentium laſcioia perſtringitur. c.39.ſ.6. num.4

Adoleſcentis ardor io coniugium. c.34.ſ.6.n.16

Adoleſcenti laſcioo diuina faſtidio ſunt. c.34. ſ.4.n.7

Adoleſcentuli cincinoati ſcandalo ſunt. c.39.ſ.6. num.8

Adoleſcentis comprimenda impudeotia. cap.35. ſ.13.n.4

Adoleſcens meta vaoitas & laſcioia. cap.35.ſ.13. num.4

Adoleſcentia periculis obnoxia. c.35.ſ.11.n.4

Adoleſcentia propenſa ad libidinem. cap.35.ſ.13. nnm.3

Adoleſcentia ſemper ſuſpecta S. Paulo. c.44.ſ. vnica.n.3

Adoleſcentia cum virtute præſtat ſenectuti. c.37. ſ.1.n.3

Aduerſa.

In aduerſis quomodo ſe quiſque ſoletur. c.33. ſ.5.n.5

Aduerſa ſimol & proſpera euaneſcunt, cap.40. ſ.1.n.16

Aduerſa faciliùs tolerantur, quàm proſpera conſeruantur. c.41.ſ.4.n.2

In aduerſis quomodo ſe quiſque ſoletur. c.33. ſ.5.n.5

Aduerſis & proſperis innata fugacitas. c.40.ſ.1. num.17

Adulator. Adulatio.

Adulator principis. c.32.ſ.5.n.7

Adulator fallax. c.32.ſ.2.n.5

Adulatio turpis. c.32.ſ.2.n.5

Adulatio grande malum. c.32.ſ.2.n.5

Adulter. Adulterium.

Adulteri viri adultera vxor. c.39.ſ.3.0.7

Adulter adulteram facit vxorem. c.39.ſ.3.n.7

Adulterum vxor vel imitatur, vel vlciſcitur. c.39. ſ.3.n.7

Adulterium cunctis geotibus execrabile. c.39. ſ.4.n.11

Adulterium vnius toti Reip. nocet. cap.49. ſ.15. num.6

Adulterium tota Reſp. caſtigat. c.49.ſ.15.n.6

Ægyptus. Ægyptius.

Ægypti deſcriptio. c.42.ſ.1.n.11

Ægyptius Dei pœoa euitatus. c.37.ſ.8.n.14

Ægyptij imbelles ac delicioſi. c.42.ſ.1.n.11

Ægyptij rubro mari hauſti. c.49.ſ.16.n.15

Æterna.

Æterna prudens molitur. c.35.ſ.12.n.15

in Æternitatem præſentia proiiciantur. c.40.ſ.1 num.18

Æternitas ad patientiam Dei ſupponitur. c.38.ſ. vnica.n.16

Affectus. Affectio.

Affectiooes prauæ vt pecudes laſciuiunt. c.32. ſ.2.n.10

Affectus hominum vitioſi. c.33.ſ.9.n.16

ab Affectu interoo denominatur actio externa. c.35.ſ.9.n.1

Affectus erga filios ſit æqualis. c.37.ſ.2.n.

Afflictio.

Afflictio voluntaria ſanat. c.37.ſ.6.0.2. medicabilis. c.42.ſ.1.n.8

Afflictant

Afflictantur magis iuſti, quàm iniuſti. c. 35. ſ. 9. num. 11

Ager.

ex Agris ad bella fortiſſimi. c.49.ſ.14.0.5
ex Agris ad triumphos Romani. c.49.ſ.14.n.6

Agrippina.

Agrippina Neronis mater. c.35.ſ.10.n.13

Agricola.

Agricolarum felix conditio. c.49. ſ.14. n.5. & c. 47.ſ.1.n.4
Agricolæ olim iuſti & puri. c.49.ſ.14.n.5
Agricolarum vita commendatur. c.49.ſ.14.n.6
Agricolis ditior nullus. c.49.ſ.14.n.6
Agricola paruo contentus. c.49.ſ.14.n.6
Agricolarum moderatior cupiditas. cap.49. ſ.14. num.6
Agricolarum vita quieta. c.49.ſ.14.n.7
Agricolarum vita multis caret malis. c. 49. ſ.14. num.7
Agricolæ theſauros è terra eruunt.c.49.ſ.14.n.22

Agamemnon.

Agamemnonis ſuperbia & infamia. c.49.ſ.6.n.1

Agnus.

Agnus Dei oues & agnos de lupis fecit. c.47.ſ.1. num.8
Agnus Dei de vellere matris Virginis. c.49. ſ.12. num.4

Alapa.

Alapæ dolor inſanabilis. c.33.ſ.2.n.4

Alphonſus.

Alphonſus in Hiſpania primus Dux Brigantiæ. c.34.ſ.5.n.7

Alter.

Alteri nemo faciat quod ab illo pati non vult. c.39.ſ.3.n.7

Alexander.

Alexander & Auguſtus abiecti animi. c. 50. ſ. 3. num.36

Albuquerquius.

Albuquerquius cum infante naufragium euadit. c.49.ſ.10.n.3

Alternatio.

Alternatio rerum ſecundarum & aduerſarum. c.49.ſ.22.n.3

Ambitio.

Ambitio turpis. c.32.ſ.11.n.5
Ambitio turpem reddit hominem. c.32.ſ.11.n.5
Ambitio fidei aduerſatur. c.33.ſ.1.n.6
Ambitioſi ad Chriſtum crucifixum verecundantur. c.33.ſ.6.n.21
Ambitio in clericis. c.34.ſ.8.n.7
Ambitione Chriſtianum torqueri pudor eſt.c.34. ſ.8.n.14
Ambitio infamis etiam apud homines. c. 37. ſ.1. num.7
Ambitio vehemens paſſio. c.37.ſ.5.n.6
Ambitio inquietum malum. c.37.ſ.5.n.6
Ambitio religioſis pernicioſiſſima. cap. 37. ſ. 5. num.7
Ambitionis mancipia. c.37.ſ.5.n.6
Ambitio dignitatum inoerecooda. c.41.ſ.2.n.7
Ambitio in aulis principum turpiſſima. c.49. ſ.2. num.14
Ambitio cathedrarum in ſcholis turpis & ridicula. c.49.ſ.2.n.15
Ambitioſus hominibus præire deſiderans Chriſtu præire contendit. c.49.ſ.9.n.3
Ambitio contra Deum inſurgit. cap. 49. ſect. 19. num.8
Ambitioſi non habent exemplar in Chriſto. c. 49.ſ.7.n.5

Ambitio mare procelloſum. c.49.ſ.13.n.2
Ambitioſi in aulis ranæ importunæ. cap.49. ſ.13. num.4
Ambitioſum humili Chriſto militare pudor eſt. c.34.ſ.5.n.3

Amans Amor.

Amantium idololatria. c.33.ſ.4.n.5
Amantium ineptæ voces. c.33.ſ.4.n.5
Amantis miſeri dolor. c.34.ſ.7.n.14
Amans impurè,verè odit. c.39.ſ.7.n.5
Amantium dulcis & inſatiabilis mutuò aſpectus. c.43.ſ.2.0.15
Amans in re amata inhæret. c.43.ſ.2.n.13
Amans dilectum oculis oréque tenet. c. 43. ſ. 2. num.15
Amans amici reſpicit commodum. c.43.ſ.2.n.14
Amore incitatur,igneſcit, feruet anima. c.48.ſ.1. num.1
Amor in Deum non mercenarius. cap. 32. ſ. 2. num.11
Amor Dei erga nos conſpicuus. c.32.ſ.4.n.5
ſub Amore Dei militandum. c.32.ſ.4.n.5
Amor ſimul & timor. c.32.ſ.7.n.7
Amor patiendo cinitur. c.32.ſ.7.0.16
Amoris diuini erga nos vis admiranda. c.32. ſ.7. num.16
Amor verus & ardens erga Deum. c.32.ſ.9.n.2
Amor vitioſus. c.32.ſ.9.n.2.& c.43.ſ.2.0.14
Amor erga ſuos. c.32.ſ.9.n.10
Amorem Deus in terras ſecum detulit. c.32.ſ.10. num.4
Amor dandi origo. c.32.ſ.10.n.4
Amoris ſymbolum aurum. c.32.ſ.10.n.5
Amor diu celari non poteſt. c.45.ſ.1.n.4
Amor tegit errata. c.49.ſ.19.n.2
Amor vti hedera facilè innectitur. cap.33. ſect.8. num.7
Amore quilibet proſequendus. n.8
Amor turpis mortem infert. c.34.ſ.3.n.6
Amor erga Deum violentus, dulciſque.c.32.ſ.10. num.14
Amor martyrum erga Deum. ibid.
Amor Dei erga homines immenſus. c. 32. ſ. 13. num.3
Amor Dei blandus erga homines. n.18
Amorem Deo debitum nemo ſibi ſurripiat. c. 33. ſ.4.0.5
Amandus ſuper omnia Deus. ibid.
Amor maiorum erga minores. ſ.6.n.6
Amor & cura prælati. n.7
Amor Dei erga pœnitentes. n.12
Amor paternus erga ſubditos. ſ.11.n.7
Amorem ſequitur obtutus oculorum. c. 43. ſ. 2. num.13
Amor ſanctus nunquam eſt faſtidio. n.14

Amicus. Amicitia.

Amicitiæ ſimulatæ erumpunt in odia. cap. 33. ſ.7.0.1
Amicitia vtile pulchrúmque bonum.c.33.ſ.8.n.11
Amicus fidelis iuuat ad omnia. ibid.
pro Amico plurimum valent preces. ibid.
Amicus fidelis,qui & conſtans. ibid.
Amicitiam Deus honorat & commendat. ibid.
Amicus verus qui Deum & hominem amat. 0.12
Amici fidelis encomia. ibid.
Amicus fidelis rarò inuenitur,& retinetur. ibid.
Amicus infidus deſerit in aduerſis. ibid.

Angelus.

Angeli ſunt militia cœli. c.32.ſ.1.n.1
Angelorum præſidium. n.2
Angeli tuentur & recreant. 0.3

Angeli feſtinè iuſtum excipiunt. num.5
Angeli ſeruiunt homini vincenti diabolum. n.6
Angeli plures defendunt ab vno tentatum. n.7
Angelorum ſtatus, & lapſus. n.6
Angeli tuentur fouéntque iuſtos. n.8
Angeli cuſtodis munera. n.7
Angeli cuſtodis mira vigilantia. n.8
Angelus verbum diuinum repræſentans. c.32.ſ.7. n.1.& ſ.13.n.11
Angeli & ſancti piè inuocandi. ſ.5.n.14
Angeli mira potentia. c.32.ſ.8.n.1
Angeli Deum iugiter laudant. ſ.9.n.2
Angeli cuſtodes & curatores hominum. ſ.10.n.1
Angelorum cuſtodia propter ſalutem æternam. ibid.
Angeli celebrant hominum victorias. ibid.
Angeli poſt incarnationem verbi amant & reuerentur homines. n.2
Angeli ſeruire gaudent hominibus. ibid.
Angeli noſtras orationes deferunt Deo. ibid.
Angelis honor eſt ſeruire hominibus. ibid.
Angelorum terror ante aduentum Chriſti. n.3
Angelorum amor erga homines. n.4
Angeli animarum paranymphi. ibid.
Angeli amorem Chriſti mirantur & venerantur. num.5
Angelorum amor. n.7
Angelus defendit ab ira Dei. ibid.
Angelus pœnitentiam homini procurat. ibid.
Angeli cuſtodis beneficia. n.8
Angelus homini cuſtos indiuiduus. ibid.
Angelus hominis iniurias vindicat. n.9
Angeli cuſtodes humilium alacres. ibid.
ab Angelo multa homini beneficia. ibid.
Angeli defendunt timentes Deum. ibid.
Angelus bonus vnde dignoſcitur. c.32.ſ.15.n.6
Angelus bonus & malus vnde dignoſcuntur. num.8
Angeli boni effectus, ſignáque. ibid.
Angelorum nomina incognita. ſ.13.n.4
Angelus ſuperbus in ſe detinet homines. ibid.
Angelorum nomina cum Dei nomine formantur. ibid.
Angelus reueretur hominem. num.5
in Angelis varius apparendi modus. n.11

Anima.

Animarum damnum incomparabile. c. 41. ſ. 7. num.12
Animam qui ſuam exhæredat, crudelis. c.50.ſ.2. num.8
Anima periclitatur in corpore. c.32.ſ.7.n.12
Anima contrita Deo Deo victima offertur. ſ. 8. num.8
Anima dolet premi neceſſitatibus corporis. ſ. 7. num.12
Animæ mira dignitas. ſ.9.n.6
Animæ clamor Deo gratiſſimus. ſ.10.n.11
Animæ Deo munera. ſ.14.n.12
Anima ſolo Deo expletur. ſ.3.n.1
Animæ damnum irreparabile. n.2
Animæ puritas poſt confeſſionem. cap.42.ſect.2. num.18
circa Animæ affectum eſt vigilandum. c.49. ſ.15. num.10
Animæ ſaluti prouidendum diligenter. c.49.ſ.21. num.21

Annibal.

Annibalis ad milites egregia oratio. cap. 32. ſ.8. num.5.

Antichriſtus.

Antichriſtus Iudæorum Meſſias. c.32.ſ.14.n.34
Antichriſti aduentus. c.49.ſ.15.n.16

Apollo.

Apollinis oraculum de Chriſti Imperio. cap.33. ſ.11.n.18

Apoſtoli.

Apoſtolorum glorioſa paupertas. c.32.ſ.2.n.7
Apoſtolorum dominatus. ibid.
Apoſtoli dentes Chriſti. c.49.ſ.12.n.19
Apoſtoli per orbem cum Deo ſecuri. ſ.5.n.16
Apoſtolos ad humilitatem Chriſtus inſtituit. ſ.8. num 8.
Apoſtolorum compeſcitur gloriatio. ibid.
Apoſtolos reddit humiles tribulatio. ibid.
Apoſtoli dicuntur nubes. ſ.14.n.31
Apoſtolorum zelus animarum. c.33.ſ.2 n 15
Apoſtoli ex Galilæa. c.49.ſ.18.n.8
Apoſtoli vt cetui orbem peragrarunt. c. 49. ſ.18. num.7

Arx.

Arx S.Iuliani Oliſipone. c.32.ſ.5.n.9

Auarus. Auaritia.

Auaritia principum, & iudicum. cap. 32. ſect.5. num.7
Auaritia nihil abiectius. c.33.ſ.3. n.1. turpiſſima. c.48.ſ.2.n.29
Auaritia nullis cohiberi terminis. n.2
Auaritia cœlum odit. ibid.
Auaritia pauperem facit. n.3
ex Auaritia hominis ſumma infelicitas. ibid.
Auaritia fratres inuicem armat. cap. 33. ſect. 3. num.6
Auaritia deſæuit noſtro ſeculo. n.10
Auaritia miniſtrorum Regia. c.43.ſ.1.n.18.& 47. ſ.2.n.4
Auaritia reddit vilem & abiectum. cap. 47. ſ. 2. num.3
Auari cupiditas conditur furto. c.33.ſ.3.n.2
Auarus in terra ſolus vult viuere. ibid.
Auarus inclamat contra eleemoſynam. n.3
Auari pinguedo & feritas. ibid.
Auari mors feſtus dies. n.4
Auari bona citò pereunt. ibid.
Auaro ſæpè iactura ingruit. n.5
Auarus nihil non appetit. ibid.
Auarus toti orbi inhiat. n.6
Auari Deus aurum. n.13
Auarus ſeruos domus ſuæ facit latrones. c.43.ſ.1. num.21
Auari cor obſeratum Deo. c.47.ſ.2.n.3

Audacia.

Audacia exitialis. c.32.ſ.3.n.2

Auguſtus.

Auguſtus Cæſar dominum ſe appellari vetuit. c.33.ſ.11.n.18

Auctor.

Auctori adſcribendum nec ſeceſſus, nec otium. c.49.ſ.14.n.8

Aui.

Aui honorandi à parentibus. c.48.ſ.2.n.2

B.

Balthaſar.

BAlthaſar Barreta orat pro prælantibus. ſ.5. num.3

Baptiſmus.

in Baptiſmo ſumus plantæ. c.35.ſ.2.n.2
Baptiſmi gratiæ admirabiles. ibid.
per Baptiſmum mira munditíes. n.7
Baptiſmi ſacer ſitus. n.5
Baptizatis bona opera commendantur. n.8

Baſilius.

Baſilius.

Baſilij obitus lugetur. c.49.ſ.22.n.3

Barbarus.

Barbarus non dunat leuia grauibus à Deo donatus. c.37.ſ.5.n.12

Baya.

Baya capitur,& recuperatur. c.48.ſ.2.n.27

Beatus. Beatitudo.

Beatus viatoribus excellentior. c.32.ſ.5.n.18
Beatitudo dicitur hæreditas. ſ.10.n.1
pro Beatitudine laborandum. ibid.
Beatitudo homini, quàm Angelo dulcior. ſ. 11. num.6
Beatitudo ſupra omnia noſtra merita. c. 33. ſ. 5. num.7
Beatitudo promiſſa ſpei. ſ.9.n.3
Beatitudo qualis ſit. c.49.ſ.14.n.9
Beatorom cum Deo epulum in cœlo. cap. 43. ſ.2. num.20
Beatitudo præteritorum laborum ingerit obliuionem. c.41.ſ.7.n.18

Bellum.

Bellum implacabile inter bonos & malos. c. 33. ſ.11.n.1
Belli ſancta interdum exercitatio. c.34.ſ.1.n.2
Bellum in Bohemia. ſ.5.n.1
Bella viriſque perniciosa. c.36.ſ.1.n.10
Bellum vincentium, deuictorúmque pariter clades. ibid.
Bella Chriſtianorum qualiter adminiſtranda. c.48.ſ.2.n.26
Bella ciuilia legum ciuilium. c.49.ſ.4.n.8
in Bellis ſumma rerũ inconſtantia. c.49.ſ.22.n.2

Benedictio. Benedico.

Benedicit Deus benefaciendo. c.32.ſ.11.n.9
Benedictiones Dei ad Chriſtianos & Iudæos. c. 47.ſ.3.n.3
Benedictio priſcorum in prole numeroſa. c. 48. ſ.2.n.7.& c.49.ſ.21.n.3
Benedictio Chriſtianorum in cœleſtibus donis. ibid.
Benedictio populi Iudaici Meſſias. c.49.ſ.4.n.8
Benedicendi antiquus ritus. c.48.ſ.2.n.7
Benedictio, vel maledictio patris. cap.48. ſect.1. n.6.& 7
Benedicti Papæ ſententia. c.33.ſ.2.n.15

Benjamin.

Benjamin tribus fortitudo admirabilis. cap. 49. ſ.22.n.1

Benignitas.

Benignitas miſeris exhibenda. c.43.ſ.1.n.19

Beneficium Benefacio.

Beneficia Dei recolenda. c.32.ſ.4.n.1
Beneficia Dei luce clariora. n.5
Beneficia Dei collata homini. ſ.13.n.2
Beneficia Dei ſunt præcepta,& tributa. c. 33. ſ.8. num.9
Beneficia Dei ipſum pro ingratis laudant.cap.35. ſ.5.n.17
Beneficiorum Dei obliuio magna parit flagitia. ibid.
Beneficia Dei vltra meritum. ſ.7.n.3
Beneficia Dei obligant ad caritatem fraternam. c.39.ſ.4.n.3
Beneficiorum Dei iugis recordatio auertit à peccando. n.6
pro Beneficiis Deo quantum ſumus obligati.ibid.
Beneficẽtia Dei contra Deum arma.c.41.ſ.1.n.11
Beneficium dulcis cantus. n.13
Beneficia contumeliis rependere ſummum nefas. c.39.ſ.4.n.1
Benefacere multum prodeſt. c.49.ſ.1.n.33
Beneficentia ad exemplum Dei. c.33.ſ.2.n.15
Benefacere eſt odium & inuidiam conciliare. cap. 37.ſ.2.n.12

Bethleem.

in Bethleem nouom ſacrificium. c.37.ſ.2.n.7

Boni.

Boni affliguntur,mali triumphant. c.32.ſ.1.n.2
Bonos inter & malos chaos inferni.c.33.ſ.11.n.3
Boni & mali diſpares vitâ,mortéque. cap.34. ſ.8. num.6
Boni à malis opprimuntur. c.36.ſ.1.n.12
Bonorum & malorum exitus diſpares. ibid. & n. 13.& c.41.ſ.5.n.3.& c.47.ſ.3.n.7
Bonorum vita malos excruciat. ſ.5.n.14
Bonorum & malorum diſpar conditio. ſ.6.n.10
à Bonis ſeparari,& malis adiungi,duplex malum. c.38.ſ.vnica.n.4
Boni viles Reip. c.39.ſ.1.n.11
Bonos ſemper mali oderunt. ſ.6.n.5
Boni quia pauci,ideò pretioſi. ibid.
Bonos nihil mali ſuſpicantur. c.37.ſ.4.n.15
Bonum eſſe,& videri neceſſe eſt. ſ.1.n.20
Bonus etiam poſt mortem viuit inter homines. c.50.ſ.3.n.15

Bona.

Bona in cœlis tuta,in terris periculoſa. c.32.ſ.10. num.17
Bona ſua prudens in cœlum tranſmittit. ibid.
Boni ſucceſſio poſt malum iucundior. ſ.11.n.6
Bona terræ magni æſtimantur. c.33.ſ.3.n.4
Bona inutilia,de quibus non fit eleemoſyna. n.5
Bona veniunt inſperatò admiranda. ſ.8.n.1
Bonum in quocunque aliquod eſt. n.7
Bona mundi fallacia. c.32.ſ.13.n.15
Bona mundi ad alios atque alios deueniunt dominos. c.35.ſ.12.n.4
Bonis affixi caducis non curamus æterna. n.5
Bona mundi ſuper cinerem fundata. n.15
Bona mundi infirma & inſtabilia. c.40.ſ.1.n.10
Bona vitæ ac mundi ſunt flores, non fructus. c. 40.ſ.1.n.17
Bonis mundi tanquam inſomniis ſoli mouentur dormientes. c.41.ſ.1.n.17
Bona mundi ſunt ipſa vanitas. c.47.ſ.3.n.20
Bona terræ aliena,& breuia. c.48.ſ.2.n.15
Bona terræ dantur & auferuntur à Deo. ibid.
Bonorum temporalium iactura non commoueri. ibid.
Bonorum & donorum cuſtodes ſumus, non domini. c.41.ſ.3.n.9
Bona animæ præferenda bonis corporis. c.47.ſ.1. num.2
Bonorum terreſtrium felicitas. c.49.ſ.17.n.2
Bonorum terreſtrium felicitas apud antiquos. c.47.ſ.3.n.1

Breuitas.

Breuitas adiuncta lætis & proſperis.c.40.ſ.1.n.17

Brigantia.

ex Brigantiæ Ducibus Imperatores ac Reges. c. 35.ſ.5.n.7

Byſſus.

Byſſus,& byſſina veſtis quid ſit. c.41.ſ.4.n.16

C.

Cœlum. Cœli.

Cœli felicitas, vbi ſumma immunitas à malis. c.47.ſ.3.n.26
Cœli recordatio terrã deſpicere facit.c.35.ſ.9.n.5

Cœlum fatuis non patet. c.33.ſ.1.n.7
in Cœlum arduus aſcenſus. c.35.ſ.3.n.2
Cœleſtibus inſiſtendum, contemptis terrenis. num. 8
Cœli patria votis omnibus deſideranda. c.50.ſ.3. num.38

Cain.

Cain periit, quia non confeſſus. c.35.ſ.4.n.1

Calamitas.

Calamitas manſuefacit. c.45.ſ.1.n.18

Campianus.

S.Campianus inter martyres inſignis. c.35.ſ.10. num. 3

Capilli.

Capilli detonſi abraſos affectus ſignificant. c. 35. ſ.4.n.3

Captiuitas.

Captiuitatis pœna. c.35.ſ.1.n.1

Caritas. Concordia.

Caritatis erga inimicum exemplum memorabile. c.33.ſ.8.n.2
Caritas erga inimicos Deo gratiſſima. ibid.
Caritas fraterna Chriſtianæ gentis ſtemma. n.5
Caritate fraterna martyres armati. ibid.
Caritatem auget eadem ſimul calamitas. n.6
Caritatis fraternæ multiplex ratio inter Chriſtianos. ibid.
Concordia fideliũ in lege gratiæ prædicitur. n.8
Caritas diſcitur, & bibitur. n.9
Caritas fidelium & Euchariſtia. n.10
Caritas piè ſæuit interdum. c.42.ſ.2.n.22
Caritatis effectus aliquando ſeueritas. n.21
Caritas Chriſtianorum propria. n.14
Caritas proximi operibus demonſtratur. c.48.ſ.1. num. 1
Caritas cœleſtis cibus. c.43.ſ.2.n.20
Caritas in cœlo regnat, abeſt inuidia. c. 37. ſ.2. num.15
Caritas fratrum Deo gratiſſima. c.49.ſ.1.n.33
Caritate in proximum caritas in Deum oſtenditur. c.48.ſ.1.n.1
Caritas in Deum accenditur memoriâ beneficiorum. ibid.
Caritas gentilium admiranda. c.49.ſ.11.n.9
Caritas Chriſtiana commendatur. ſ.12.n.14

Carcer.

Carcer præludium martyrij. c.41.ſ.2.n.21
Carcer martyribus ſacer. c.39.ſ.7.n.21
de Carcere in palatium pulchra mutatio. c.41. ſ.5. n.1
Carcer domus diaboli. c.39.ſ.7.n.21
in Carcere interdum iuſti, in palatio flagitioſi. ibid.
Carcerẽ ſua præſentis Dominus ſanctificat. n.22
Carcer factus ſchola virtutum. c.40.ſ.1.n.1
ſacrarium pietatis. n.3

Caro hominis.

Caro peccato ſeruiens peccatum iam caſtigat. c.49.ſ.12.n.4
Caro ſalita ad conuiuium immortalitatis. c.49. ſ.20.n.17
de Carne infiniti propè fideles triumpharunt. c.39.ſ.3.n.11
contra Carnis illecebras inuectiua. ſ.4.n.11
è Carnis periculis illæſus ferè nullus euadit. c.49. ſ.21.n.12
è Carnis tentatione ſolum Dei gratiæ homo illæſus vadit. c.39.ſ.5.n.9
Carnis tentationem vincere ſolius diuinæ virtutis opus. ſ.6.n.16
Carnis tentatio per omnem peruadit ætatẽ. n.18
circa Carnis tentationem vana ſecuritas nocet. num.24
à Carne vinci nulla eſt excuſatio. ibid.
Carnis tentatio indefeſſa. c.41.ſ.1.n.1
Carnis blanditias vincens facile cruciatus vincet. c.49 ſ.19.n.7
Carnis delitiæ, ac mundi bona remorantur animam. ibid.
Carnis delitiæ carnis doloribus caſtigandæ. c.50. ſ.5.n.14
Carnis tentatio ſine veniali culpa rarò vincitur. c.49.ſ.6.n.6
in Carnis tentatione fugere & auolare decus eſt. c.49.ſ.21.n.8
Carnis tentatio fugiendo vincitur. ibid.
Carnis ob peccatũ magna impuritas. c.32.ſ.7.n.1
Carnis afflictio vtilis. ſ. 1 .n.7

Caſſius.

Caſſius templum Hieroſolymæ profanauit. c.49. ſ.9. n.9

Caſtus. Caſtitas.

Caſtus diſſuadet mœchæ turpitudinem. cap. 39. ſect.4.num. 12
Caſtus & rarus & pretioſus. ſ.6.n.5
Caſtus meritò poteſt alios regere. c.41.ſ.1.n.1
Caſtus ſimúlque pulcher de diabolo triumphat. c.39 ſ.2.n.9
Caſtus longiore vita donatus. c.35.ſ.14.n.11
Caſti poſt lapſum æmuli virginum. c.41.ſ.2.n.15
Caſti à Chriſto plantati noui cœli. c.34.ſ.1.n.8
Caſti Angelorum ſocij, æmulíque. n.9
Caſti in terra proprium opus Meſſiæ. ibid.
Caſtorum magna præmia. c.39.ſ.3.n.6
Caſtorum vita & aſpectus ferit libidinoſos. ſ.6. num.5
Caſta priſcorum fidelium ætas. c.39.ſ.5.n.5
Caſti viri nomen & fama viuet ſemper. c 49. ſ.1. num.21
Caſti homines appellantur Dij. c.39 ſ.2.n.14
Caſti homines dicuntur filij Dei. ſ.3.n 6
Caſti animi preces Deo gratiſſimæ. c.45.ſ.10.n.9
Caſtitas inuicta. c 41.ſ.1.n.1
Caſtitas ornamentum ducum & doctorum. c.39. ſ.2.n.15
Caſtitatis duellum. ſ.6.n.4 & c.41.ſ 2.n.6
Caſtitas diuturna virginitatis æmula. n.14
Caſtitas indiget mortificatione. ſ.4.n.18
Caſtitatis encomia. ſ.5.n.12.& c.49.ſ.19.n.9
Caſtitas in ſenibus nec multum difficilis nec glorioſa. c.39.ſ.5.n.12
Caſtitas inter labores. ſ.5.n.5
Caſtitas in iuuenibus difficilis & glorioſa. ſ.5. num.12
Caſtitatem Deus homo in ſe, atque in matre dedicauit. ibid.
Caſtitas difficile conſeruatur inter occaſiones. c.39.ſ.6 n.23
Caſtitas pulchra, fœda luxuria. n.25
Caſtitas inſuperabilis in iuuene. ſ.7.n.24
Caſtitas hominem ſupra Angelos eleuat. cap.33. ſ.10.n.11
Caſtitas per Meſſiam effloruit. c.34.ſ.1.n.9
Caſtitatis terra benedicta. n.8
Caſtitas gentis Chriſtianæ. c.39.ſ.3.n.6
Caſtitas admirabilis ſimul & amabilis. ibid.
Caſtitatis ver. n.10
Caſtitatis pulchritudo. c.39.ſ.2.n.9
Caſtitas ſeruanda & ornanda. c.34.ſ.2.n.3
Caſtitatis vbique prædones. n.4
Caſtitatis in bello victricis magna præmia. c.49. ſ.21.n.6

Caſtitas in tentatione victrix ſicut aurum ex igne purius. c.49.ſ.19.n.8
Caſtitatis regia dignitas. c.39.ſ.2.n.14
Caſtitas in confinio naturæ mortalis & immortalis. c.50.ſ.3.n.37
Caſtitas pulchrum ornamentum. c.49.ſ.1.n.21
Caſtus à muliere, & à pecunia. c.47.ſ.2.n.1
Caſtitatis mira fragrantia. c.37.ſ.7.n.7

Cauere.

Cauere & præcauere prudentis eſt. c.33.ſ.7.n.1

Chriſtus Dominus.

Chriſtus alapâ percuſſus reſpondit. c.33.ſ.2.n.4. & c.50.ſ.3.n.6
Chriſtus alienus à vindicta. ibid.
Chriſti manſuetudo cum patientia. num.5
Chriſtus etiam de hoſte non queritur. ibid.
Chriſti ira parit miſericordiam. n.9
Chriſti in cruce manſuetudo. n.10
Chriſtus noſtram ſuæ prætulit ſaluti. n.15
Chriſtus vinea & vitis à nobis colitur. n.16
Chriſtus pauper pauperes fouet. ſ.3.n.15
Chriſti transfiguratio. ſ.5.n.8
Chriſti facies læta ex virtutibus noſtris, triſtis ex vitiis. num.18
Chriſti Regis imperium ſuaue. ſ.6.n.2
Chriſtus compatiens noſtris miſeriis. num.10. & num.22
Chriſtus quia homo nos fortius iuuat, mitius iudicat. num.11
Chriſtus virtutes reddit ſpecioſas & glorioſas. ſ.7.n.8
Chriſti exemplum ſubdidit homines. n.9
Chriſtus magni facit obedientiam. ibid.
in Chriſto magnum & velox præſidium. n.11
Chriſtus paſtor hominum. n.12
Chriſti in cruce brachia & latus. ibid.
Chriſtus planta per reſurrectionem refloreſcens. c.35.ſ.2.n.2
Chriſtus agnus. c.33.ſ.8.n.3
Chriſti præceptum de caritate. n.9
Chriſti amor de hominibus triumphat. ſ.9.n.1
Chriſti mirus amor erga peccatores. ibid.
Chriſtus in templo quærendus. n.2
Chriſtus inuenitur in Euchariſtia. ibid.
Chriſtus in templo paſcit & regit. ibid.
Chriſtus paſtor & Rector. ibid.
Chriſtus in altari, & in præſepi. ibid.
Chriſtus in vita cucurrit. ſ.10.n.9
Chriſto nihil de terra ſordium adhæſit. n.10
Chriſtus & Virgo nubes roris. n.13
Chriſtum ex ſemideis vnum Pilatus ſuſpicabatur. ſ.11.n.5
Chriſtus ſuper gentes Rex conſtitutus. n.15
Chriſtus exarmauit Cupidinem. c.34.ſ.3.n.5
in Chriſto mira iudicandi ratio. ſ.6.n.3
Chriſti admiranda patientia. ſ.7.n.1
Chriſtus indignatur ad oſculum proditoris. n.2
Chriſtus à Iuda ſuam abſtulit pacem. ibid.
Chriſtus repulſis Iudæis ad gentes ſe tranſtulit. num.7
Chriſti humilitas mundo vtiliſſima. cap. 34. ſ.8. num.15.
Chriſtus IESVS emphaticè Deus noſter. c.35. ſ.1.n.7
Chriſtus planta refloreſcens. ſ.2.n.2
Chriſtus noſtri peritus nauclerus. ſ.3.n.6
Chriſtus nauim Eccleſiæ regit. ibid.
Chriſti gloria ex Romano imperio ſubiugato. ſ.4.n.11
Chriſtus lapis ſine manibus abſciſſus. ibid.
de Chriſto crucifixo Prophetia. n.15
Chriſti victoria per Crucem. ibid.
Chriſtus ex pura Virgine natus puritatem in nobis exigit. ſ.5.n.21
Chriſtus in cruce cantor ad cytharam. c.41. ſ.1. num.13
Chriſtus noſtra plorat debita, nos ridemus. ibid.
Chriſti reſurgentis admiranda pulchritudo. ſ.2. num.23
Chriſtus è ſepulchro triumphans exiit. n.22
Chriſtus nullam è terris labem contraxit. n.23
Chriſtus nobis ſol, nubes, ros. ibid.
Chriſtus reſurgens mundum illuſtrauit & rore perfudit. ibid.
Chriſtus fons gratiarum gratis irrigat. ſ.3.n.7
Chriſti natiuitas vtraque virginalis. n.19
Chriſtus propriè fructus ventris. n.20
Chriſtus Viuorum & mortuorum ſpes. c.47. ſ.3. num.26
Chriſtus Virgo ex Virgine matre. ibid.
Chriſti ſuaue imperium. ſ.5.n.5
Chriſti grata & amœna gubernatio. ibid.
Chriſtus dulcis & blandus iudex, rector, Rex. n.6
Chriſti virga plus recreat, quàm ferit. cap.41.ſ.5. num.6
Chriſtus crimen punit, hominem abſoluit. n.7
Chriſti miſericordia triumphat. n.12
Chriſti virtus immenſa in morte. ibid.
Chriſtus pompa vectus Iudæos irritauit. n.13
Chriſti regnum ſubditis ſalutare, & glorioſum. ibid.
Chriſti obedientia in vita & in morte. ſect. 6. num.1
Chriſti paupertas nec de ipſo, nec de fide detrahit. n.7
Chriſti triumphus de mundo & de inferno. num.8
Chriſtus quò humilior, eò glorioſior. ibid.
Chriſti Regia humanitas. num.9
Chriſtus quanti nos facit. ibid.
Chriſtus humiliatos ſeruos exaltat. n.16
Chriſtus in præſepio facilis abripi à quouis. ibid.
Chriſti ira dulciſſima. c.32.ſ.1.n.4
Chriſtus in cruce magiſter humilitatis. ſect.2. num.4
Chriſtus erga Apoſtolos mater. n.8
Chriſti amor erga homines. n.9
Chriſti gratitudo. ſ.3.n.9
Chriſti aſcenſio. ſ.4.n.6
Chriſti peregrinatio in terra. ibid.
Chriſtum Ionas repræſentat. ibid.
Chriſtus dicitur fugitiuus. ibid.
Chriſti paſſio tempeſtas. ibid.
Chriſti natiuitas. ſ.6.n.1
Chriſti victoriæ. ſ.7.n.3
Chriſtum ore & opere prædicari neceſſe eſt. n.8
Chriſti humilitas ſalutaris. n.16
Chriſtus noſtrum accendit amorem. ibid.
Chriſtus ſaluationum fons. n.19
Chriſti gratiæ & miſericordiæ infinitæ. ibid.
pro Chriſto pati opprobria glorioſum eſt. ſ.8.n.2
Chriſti gloria & potentia ex cruce. ſ.8.n.11
Chriſti exemplum ad prælatos. ſ.9.n.10
Chriſtus oues de capris efficit. n.11
Chriſti amor erga homines incōparabilis. ſ.10.n.4
Chriſti amor in cruce immenſus. num.5
ad Chriſti amorem amor angelorum vmbra geluque. ibid.
Chriſtus in cruce Regnator. num.6
Chriſti miracula in cruce. n.7
Chriſtus cur ſepultus non fuit triduo integro. num.13

Chriſtus omnibus communis eſt. n.16
Chriſtus æqualis omnibus Redemptor. ibid.
Chriſtus faber non fabri filius. ſ.11.n.1
Chriſtus cur faber. num.2
Chriſtus ipſamet benedictio Dei. n.9
in Chriſto plurima nobis ſalus. ibid.
Chriſti paſſio figurata. n.11
Chriſtus ab Iſraël crucifixus, & adoratus. ibid.
Chriſti in cruce maieſtas. n.12
Chriſti gloria ex paſſione. ibid.
Chriſtus de cruce benedixit hominibus. ibid.
Chriſto fuit paſſio feſtum & paſcha. ibid.
Chriſti gaudium in paſſione. ibid.
Chriſti nominum ſignificata. ſ.12.n.3
Chriſtus in Eccleſia præſens. n.4
Chriſti nomen explicatur. n.10
Chriſti nomen communicatum. ibid.
Chriſti nomen in Chriſtianos diffuſum. ibid.
Chriſti nomen proprium & ordinarium Domino IESV. ibid.
De Chriſto teſtimonium ex nomine Chriſtiano. num.11
De Chriſto teſtimonium ex vita Chriſtianorum. num.12
Chriſtus à Iudæis ſpretus & occiſus. ſect. 14. num.2
Chriſti fides totum illuſtrauit orbem. ibid.
Chriſti poteſtas & iuſtitia. num.3
Chriſtus ex Scripturis probatur. num.4
Chriſti fides per orbem infinuit. num.5
Chriſti aduentus ſigna. num.11
Chriſti teſtimonium ab operibus. n.18
Chriſti mira benignitas. ibid.
Chriſti gloria ex miſericordia. ibid.
Chriſti gloria ex hominum ſalute. n 20
Chriſti fides ex ſcripturis manifeſta. n.30
Chriſti teſtimonium ex diſperſione Iudæorum. ibid.
Chriſti latum & glorioſum imperium. n.35
Chriſti miſericordia erga Iudæos. n.38
Chriſtus ſanauit cuncta morborum genera. c.33. ſ.1.n.7
Chriſtus non curauit amentes. ibid.
Chriſtus & filius & ſeruus Dei Patris. n.11
Chriſti manſuetudo mundum debellauit. ſ. 2. num.2
Chriſtus leo & agnus. ibid.& c.49.ſ.7.n.12
Chriſti patientia vincit & triumphat. ibid.
Chriſti manſuetudo in paſſione. n.3
Chriſti humanitas domus ac templum Dei. c.35. ſ.7.n.4
Chriſtus remunerat parum dupliciter. n.3
Chriſtus redditur pio Petro. ibid.
Chriſtus in florida iuuentute crucifixus. n.13
Chriſtus docuit religioſos. ſ.8.n.5
Chriſto debitum aliqua ratione ſoluamus. ſ. 9. num.14
Chriſti in cruce regnantis ſpecies. n.16
Chriſtus myſticè lapis. n.21
à Chriſto irrogantur duo ſupplicia. ibid.
Chriſto viuit mortuus ſeculo. ſ.11.n.18
Chriſti humilitas noſtram confundit ambitionem. c.37.ſ.1.n.7
Chriſtus ſol. num.8
Chriſtus noſtræ ſpei Deus. c.49.ſ.10.n.5
Chriſtus mundanæ gloriæ vbique contrarius. c.37.ſ.5 n.14
Chriſtus filius ſenectutis mundi. ſ.2.n 4
Chriſti miſericordia erga peccatores. n.5
Chriſtus è cœlo veniens fratres nos vocat. numero 7
Chriſtus innocens patitur. ſ.3.n.3
Chriſtus tria maximè in cœna præſtitit. ſect. 4. num.11
Chriſtus tria maximè propter obedientiam operatus. n.12
Chriſtus in redemptione oſtendit quantum poteſt,& quantum amat. ibid.
Chriſtus cum peccatoribus agebat. cap. 37. ſ. 4. num.13
Chriſtus in conuiuiis pro peccatoribus. n.14
Chriſtus humilis ex Virgine humili. n.17
Chriſti pia ſeductio. ſ.5.n.4
Chriſti exemplo tolerantur perſecutiones. ſ. 5. num 8
Chriſtus omninò nudus ad columnam, & in cruce. ſ.6.n.7
Chriſtus nuditatem ſui corporis præ omnibus doluit. ibid.
Chriſtus baiulans crucem trahitur per vrbem. ſ.7.n.3
Chriſtus baiulans crucem infinita pertulit opprobria. num.4
circa Chriſtum ſub cruce diſcurrunt variè pietas & impietas. n.5
Chriſtus in cruce acerbiùs doluit ex compaſſione matris. n.6
Chriſtus vnguentum toto orbe diffuſum. n.8
Chriſti lex & gubernatio dulcis & blanda. c. 49. ſ.10.n.18
Chriſtus à Iuda & à Iudæis venditus. cap.37.ſ.7. num.8
Chriſtum alij aliis plus merendo emunt. n.10
Chriſtus vili pretio venditus hominum ſalutem immenſo æſtimat. n.11
Chriſtus ab omnibus facilè poteſt emi. ſ.7.n.11
Chriſtus datur gratis. n.12
Chriſtus ſuam cognatis miſericordiam primò impertiuit. c.38.ſ.vnica.n.3
Chriſti decor oris & gratia populos attrahebat. c.19. ſ.2.n.3
Chriſti grande miraculum circa hominē.ſ.3.n.10
Chriſtus hominibus perfugium. n.16
Chriſtus tentatis portus. n.17
in Chriſti lege plures Ioſeph. ſ.6.n.17
Chriſtus ſua paſſione humanam infirmitatem roborauit. n.19
Chriſtus ſublata omni conſolatione paſſus. ſ. 7. num.25
Chriſtus ſine conſolatione paſſus martyres conſolatur. n.26
Chriſtus ſibi paſſionis tempus produxit. ibid.
Chriſtus amauit plus, quam pertulit. ibid.
Chriſti amor paſſione haud ſatiatus. ibid.
Chriſtus in cruce nouas impetrat vires, vt amplius patiatur. n.27
Chriſti admirabile patiendi pro nobis deſiderium. ibid.
Chriſtus inter duos latrones cruci affixus. c. 40. ſ.5.n.10
Chriſti merita in ſuis fidelibus perſoluuntur. c. 45.ſ 2.n.11
Chriſtus recepit ſuæ paſſionis præmium in hominibus. ibid.
Chriſtus botrus in torcularibus expreſſus. c. 46. ſ.vnica.n.8
Chriſtus miſericors totam ſui ſimilem habet familiam. c.43.ſ.1.n 22
Chriſti felle aſperſa benè tolerantur aduerſitas. ſ.2.n.7
Chriſti clementia in euerſione Iudæorum. c. 49. ſ.8.n.7

Chriſtus ex matre Virgine. n.10
Chriſti humilitas humilium & mendiculorum conſolatio. ibid.
Chriſtus ſynagogam euertit, Eccleſiam glorificauit. n.11
Chriſtus à Iudæis crucifixus, à gentibus adoratus Deus. ſ.10.n.10
Chriſtus voce & opere laudandus à gentibus propter conuerſionem. ibid.
in Chriſti lege nihil eſt cuius nos pudeat. ſ.13.n.1
Chriſtum ſolum iniuſtè mors peremit. n.2
Chriſtus moriendo ſuis gratioſam reddidit mortem. ibid.
Chriſtus inter mortuos liber. ibid.
Chriſtus Saulum vt infantem ſtultum ferebat. c.49.ſ.22.n.8
Chriſtus Virgo Virginis filius à caſtis ſacerdotibus tractari voluit. ſ.4.n.21
Chriſtus puritatis amator. n.22
Chriſtus non niſi à puris tractari & ſumi vult. ibid.
à Chriſto petenda puritas ad Euchariſtiam. n.23
Chriſtus inter ſacerdotes Rex Regum. n.28
Chriſtus nobiſcum ſimul Euchariſtiam ſumit. ibid.
Chriſti pietas de impietate Iudæorum triumphat. c.49 ſ.7.n.9
Chriſti infinita potentia in cruce & in morte. n.10
in Chriſti morte cur ſol obſcuratus. ibid.
Chriſti diuinitatis clarum teſtimonium noua cœli ecclypſis in morte. ibid.
Chriſtus oculi Patris. n.14
Chriſtus opprobrium paſſus apud Caipham. ibid.
in Chriſto vnum Iudæi habent remedium. n.15
Chriſtum ſatiùs agnum, quàm leonem experiamur. ibid.
Chriſti oculi omnes fideles. ſ.12.n.18
in Chriſti oculis miſericordiæ. n.17
Chriſti oculorum mira vis. ibid.
Chriſti dentes quinam ſint. n.15
Chriſtus miraculis & virtutibus pugnauit. n.24
Chriſti diuinitas miraculis comprobatur. n.25
Chriſtus nunquam anteà facta fecit miracula. ibid.
Chriſti tria ſumma miracula. ibid.
Chriſti grande teſtimonium ipſa gentium conuerſio. n.26
Chriſtus de Iudæis triumphat. ibid.
ſub Chriſti pedibus Iudæi, in brachiis Chriſtiani. ibid.
per Chriſtum mors iam pueris & puellis ridicula. c.50.ſ.2.n.4
Chriſtus etiam in ſuſpicione vindictæ alienus. c.50.ſ.3.n.6
Chriſti admiranda patientia erga Iudæos. n.7
Chriſtus Rex Regum. c.45.ſ.1.n.5
Chriſtus ſeruos ſuos facit Reges. ibid.
Chriſtus nobis tribulationem temperatam reliquit. c.42.ſ.2.n.7
Chriſtus planam in cœlum fecit viam. ibid.
Chriſtus ipſamet puritas. c.43.ſ.8.n.9
Chriſtus vbi natus cœpit eſſe prædator. c.49. ſ.6.num.5.
Chriſtus in cruce prædator inſignis. n.6
Chriſti regnum. n.12
Chriſti gloria per crucem inter gentes. ibid.
Chriſti crucifixi potentia in conuerſione gentium. n.13
Chriſtus leo fecit ſuo exemplo leones. ſ.7.n.3
Chriſtus ſua vita & paſſione mundi principatus confudit. n.5
Chriſtus crucifixus ambitionem damnat. ibid.
Chriſti ex Virgine nati odor ſuauiſſimus. n.8
Chriſtus ſolus eſt flos matris ſuæ. n.7
Chriſti mora voluntaria. n.9
Chriſti natiuitas ſtupenda humilitas. cap.49.ſ.5. num.17
Chriſtus granum & lilium vteri virginalis. c.41.ſ.7.n.26.
Chriſtus alimenta vendit animarum. c.42.ſ.1.n.7
Chriſti gloria ex paſſione. c.49.ſ.20.n.16
Chriſti pallium, hæreditáſque. ſ.13.n.13
Chriſti vita laborioſa & ærumnoſa. ſ.14.n.4
Chriſtus fructus ventris. n.15
Chriſti hæreditas ipſimet fideles. ibid.
Chriſtus ſponte crucem portauit. n.16
Chriſtus agricola: Crux aratrum. n.17
Chriſti paſſio figuris & prophetiis præmonſtrata. ibid.
Chriſtus diuinæ iuſtitiæ grauia ſoluit tributa. num.21.
Chriſtus ad noſtrum ſolatium & exemplum ſoluit tributa. n.20
Chriſtus pro peccatis in mortem traditus. n.21
Chriſtus petenti matri nihil denegat. cap.50. ſ.3.num.34
Chriſtus quo magis humiliatus, eo nobis carior. c.47.ſ.1.n.5.
Chriſtus paſtor & agnus. n.8
Chriſtus ſupra omnes Angelos & ſanctos. c.49. ſ.21.num.11.
Chriſtus ab Angelis & Patriarchis deſideratus. ibid.
Chriſti ſanctitas inter peccatores illæſa. n.12
Chriſtus vbique & ab omnibus gentibus adoratus. c.49. .21.n.16
Chriſti regnum perpetuum & immutabile. ibid.
Chriſtus crucifixus in tauro præfiguratur. n.19
Chriſtus clamando moritur. ibid.
Chriſtus de cruce peccata hominum demerſit. num.20.
Chriſtus verè ſumméque diues. ſ.17.n.4
Chriſtus in ortu, vita, morte pauperrimus. ibid.
Chriſti paupertas diuites facit. ibid.
Chriſtus relicta paruula Iudæorum ſynagoga Eccleſiam ædificauit ampliſſimam. c.49.ſ.11.n.2
Chriſtus flagellat & repellit Iudæos. n.18
Chriſtus ipſe manu ſua refert in album baptizatos. n.20
Chriſtus meritò ſynagogam repulit, Eccleſiam recepit. n.13
Chriſti veritas & miſericordia apud Catholicos. num.24
Chriſti pulchritudo ex paſſione. ſ.12.n.8
Chriſtus grauiùs in anima, quàm in corpore doluit. c.49.ſ.12.n.12
Chriſtus non contra Petrum, ſed contra diabolum indignatus. c.49.ſ.19.n.3
Chriſto nullus præit, imperátque. ibid.
Chriſtus ſoli B. Mariæ obedit. ibid.
Chriſti ſumma humilitas dum matri obedit. ibid.
Chriſtus in tribu Nephthali ſe manifeſtauit. c.49. ſ.18.num.6.
Chriſti & fidelium victoria de diabolo. n.9
Chriſti doctrinæ mira pulchritudo. n.10
Chriſti doctrina gentibus gratiſſima. ibid.
Chriſti exempla plura & grauiora patiendi, quàm imperandi. c.50.ſ.3.
Chriſti vulnera aſylum, & requies. c.50.ſ.3.n.25

Chriſtus pro vno tantùm, ſi ſolus foret, moreretur. n.10
Chriſtus vnum quaſi omnes diligit. ibid.
Chriſtus ſeminauit pœnitentiam. n.12
Chriſtum ore & opere prædicare neceſſe eſt. c.32. ſ.7 n.8
Chriſtus Eccleſiæ de gentibus ſponſus. cap.41. ſ.6. num.15
Chriſto munera terræ optima deferenda. c.43. ſ.1. num.7
Chriſti caritas erga Eccleſiam immenſa. cap.45. ſ.1. num.12
Chriſtus virga, flos eius reſurrectio. c.47. ſ.3. n.25
Chriſti aduentus conſolatio pœnitentium. c.46. ſ. vnica. num.21
Chriſtus proprij gloriam corporis ſuo ſanguine comparauit. c.49. ſ.12. n.8

Chriſtianus.

Chriſtianis grauior diabolus, quàm Iudæus. c.32. ſ.7. num.8
Chriſtianorum felix conditio. n.9
Chriſtianus ore & opere integer. ibid.
Chriſtiani mira dignitas. n.19
Chriſtiani glorioſum nomen. ſ.12. n.4
Chriſtiani nomen reddit hominem fortem & glorioſum. ibid.
Chriſtianorum fortitudo & gloria. ibid.
Chriſtiani Angelorum æmuli. n.12
Chriſtianorum mira tranſmutatio. n.13
Chriſtianæ gentis caſtitas. ſ.14. n.23
Chriſtianorum felicitas. n.25
Chriſtianorum proprius Deus. n.16
Chriſtiani per ſcripturas docent Iudæos. n.30. & 31.
in Chriſtianos tranſlata Iudæorum gloria. ibid.
in Chriſtiana fide veritas, ſubſtantia, medulla. num.32
Chriſtiani frumentum, paleas habent Iudæi. n.33
Chriſtianorum fides arguit perfidiam Iudæorum. num.36
Chriſtiano indigna vindicta. c.33. ſ.5. n.3
Chriſtiani nomine & vita ſolium, & regnum Chriſti ſunt. c.33. ſ.5. n.11
Chriſtianæ gentis gloria. ſ.7. n.11
Chriſtianos mutuo coniungit afflictionum communio. ſ.8. n.6
Chriſtianæ gentis gloriam ſancti Patres à longè ſalutarunt. ſ.9. n.12
Chriſtiani ſigillum in pelago nauis. n.14
Chriſtianorum veterum mira virtus. ſ.10. n.9
Chriſtianorum coniugia benedicta. cap.34. ſ.1. num.10
Chriſtianorum per orbem propagatio. ſ.7. n.13
Chriſtianorum feruor, ſpiritus, zelúſque cap.35. ſ.3. num.7
Chriſtianæ iuuentutis fortitudo contra carnem & diabolum. ſ.6. n.1
Chriſtianæ perfectionis nullus eſt terminus. ſ.7. num.2
Chriſtiani oues & agni Chriſti. n.6
Chriſtiani plures nunc, ſed pauciores iuſti. ſ.8 num.6
Chriſtiano eſt remedium, infideli non eſt. ſ.9 n.22
Chriſtianorum diſcordia ethnicis occaſio blaſphemandi. c.36. ſ.1 n.21
Chriſtianorũ mala vita eſt fidei blaſphemia. ibid.
Chriſtianorum Eccleſia Chriſti magna gloria. c.41. ſ.7. n.17
Chriſtiana ſapientia ornatum exigit eloquentiæ. c.42. ſ.3. n.5
Chriſtiani odiſſe neſciunt. c.44. ſ. vnica 13
Chriſtiana lingua defectus alienos nec notat, nec euulgat. c.45. ſ.1. n.5
Chriſtianorum felicitas in bonis cœleſtibus. c.47. ſ.3. n.2
Chriſtianus ad cœlum adſpirat. n.3
Chriſtianorum nec affectus nec theſaurus in terra. c.48. ſ.2. n.15
Chriſtiano impuro nihil impurius. n.13
Chriſtianum impurum etiam infernus execratur. ibidem.
Chriſtiani reprobi in profundo inferni torquentur. ibid.
Chriſtiani mali peſtilens impuritas. n.14
Chriſtianorum regna orationibus conſeruantur. num.25
Chriſtiana virtus naturæ victrix. c.49. ſ.19. n.9
Chriſtiani verè dicuntur principes. ſ.11. n.21. & c.45. ſ.23. n.1
Chriſtiani raptores Meſſiæ ac cœli. n.13
Chriſtiani regia conditio. ibid.
Chriſtianorum gloria Chriſti paſſio. cap.49. ſ.12. num.10
Chriſtiani à Dei gratia habemus quod ſumus. ſ.11. num.11.
Chriſtianorum regna mundi angulos ad infidelium prouincias. c.49. ſ.4. n.33
Chriſtiani noua creatura ad cœlum pertinens. c.49. ſ.1. n.27
Chriſtianorum fraternum nomen & amor erat probro gentilibus. c.42. ſ.2. n.25
Chriſtiani mali Eccleſiam infamant. cap.49. ſ.1. num.28
Chriſtiani inuicem contendentes opprimuntur ab infidelibus. n.36
Chriſtianorum diſcordiæ armant infidelium copias. ibid.
Chriſtianorum coniunctæ copiæ facilè debellarent infideles. ibid.
Chriſtianis facilem ſtratámque viam Chriſtus & ſancti reddiderunt. ibid.
inter Chriſtianos miſericordia & veritas. cap.49. ſ.11. num.10
Chriſtiano de peccatis nulla excuſatio. c.49. ſ.5. num.4
Chriſtianus ſine bonis operibus Deo eſt faſtidio. ibid.
Chriſtianus ouis Chriſti paſtoris in Euchariſtia. ſ.6. n.18
Chriſtiani per iuſtitiam vincimus, per iniuſtitiam vincimur. c.49. ſ.21. n.22
Chriſtiana virtus in bello plus valet quàm militaris. ibid.
Chriſtianis bona opera pro aromatibus. cap.50. ſ.1. n.7
Chriſtiana perfectio dilectio Dei & proximi. ſ.3. num.26
Chriſtiani viri admirabilis excellentia. cap.49. ſ.3. num.5
Chriſtianus noua Dei creatura. ibid.
Chriſtiani dicuntur ipſemet Chriſtus. c.49. ſ.21. num.1.
Chriſtiani lynces. c.49. ſ.12. n.8
ſoli Chriſtiani & gens & populus ſunt. c.49. ſ.5. num.18
crudelitas à Chriſtianis abolenda. c.35. ſ.7. n.6
Chriſtianorũ admirabilis excellẽtia. c.49. ſ.11. n.28

Chori.

Chori & caſtra in Eccleſia Dei. c.32. ſ.1. n.8

Claritudo.

Claritudo generis ex dotibus corporis. cap.47. ſ.1. num.2

Clerus.

Clerus. Clericus.

Clericus fiat non ad lucrum, ſed ad pietatem. c.34.ſ.8.n.7
Clericus ex paupere diues. ibid.
Clericus ab auaritia ſit immunis. ibid.

Cogitatus. Cogitatio.

Cogitatus bonus a Deo ampliſſimè remuneratur. c.35.ſ.7.n.9
Cogitatio mala primo ſtatim ortu comprimenda. c.35.ſ.1.n.8
Cogitationes malæ ſunt ſpinæ. c.39.ſ.7.n.10
Cogitatio mala malorum operum radix. c.35.ſ.1. num.8

Cognitio.

Cognitio ſui propria iuſtorum. c.32.ſ.4.n.1

Comedo.

Comedendi neceſſitas homini lugenda. c.40.ſ.2. num.4
Comedendum non ad ſaginam. ibid.
Comedendum parcius anno ſterili. c.41.ſ.4.n.4
Comedendum neceſſitati, non voluptati. cap.43. ſ.2.num.5
edacitas mortem affert. ibid.
edacitas perſtringitur. c.43.ſ.2.n.2

Comœdia.

Comœdiæ pernicioſæ animis. c.34.ſ.2.n.7
abnegandæ à Chriſtianis. n.8

Commiſeratio.

Commiſeratio à barbaro pectore. c.33.ſ.8.n.1

Communicare.

Communicantium corpus Domini pietas. c.33. ſ.1.num.18

Compaſſio.

Compaſſio proximi. c.32.ſ.3.n.10
Compaſſio in alienis malis. c.33.ſ.6.n.8

Concordia.

Concordiam rixæ non tollant. c.3:.ſ.1.n.8
Cócordia fratrũ.c.32.ſ.2.n 9.& c.36.ſ.1.n.3.& n.4

Concurſus.

Concurſus grandes ad ludiera diuinis abiectis. c.34.ſ.2.n.8

Conatus.

Conatus boni ad virtutem, ſed inutili.c.38.ſ.vnica. num.10
Conatus boni, ſed nó acceſſus ad bonũ.ibid.n.15

Concupiſcentia.

Concupiſcentia carnis in homine vehementior propter prolem. c.39.ſ.3.n.4
Concupiſcentiæ ardor ad laudem hominis. ibid.

Confeſſio.

Confeſſione ſacramentali Deus placatur. cap.32. ſ.5.num.12
Confeſſio ſacramentalis aſtruitur. ibid.
Confeſſio peccatorum optima actio linguæ. ibid.
Confeſſio noſtra Dei ſumma laus. ibid.
Confeſſio ritè facienda in vita. n.11
Confeſſionis ſacramentalis mira virtus. c.33.ſ.1. num.14
in Confeſſione plures exercentur virtutes. n.15
per Confeſſionem mira puritas animæ. ibid.
in Confeſſione ſecuritas conſcientiæ, pax, & lætitia animæ. c.35.ſ.6.n.5
in Confeſſione fructus ſuauitatis percipitur. ibid.
in Confeſſione dulce iudicium. ibid.
Confeſſio delictorum valet multum apud Deum. c.41.ſ.1.n.10
in Confeſſione præmium omne ſpei noſtræ. ibid.
in Confeſſione optimum nobis remedium. ibid.
Confeſſio ſalutaris afflictio. c.41.ſ.1.n.15
Confeſſio Chriſtianæ fidei prædicatio. ibid.
in Confeſſione ſalus facilè paratur. ibid.
in Confeſſione nihil timendum. ibid.
Confeſſio eſt diabolo tormentũ. c.49.ſ.18.n.10
Confeſſio profugos excipit. c.49.ſ.4.n.20
Confeſſio cum pudore qui linguam non præpedit. c.49.ſ.5.n.12
Confeſſio arduum opus eget oratione. ibid.
Confeſſio bonum per antonomaſiam. ibid.
Confeſſio excedit omnia legis Moſaïcæ ſacrificia. ibid.
quæ in Confeſſione deteguntur, delicta teguntur. num.13
ad Confeſſionem data homini inſtrumenta loquendi. ibid.
in Confeſſione celare peccatum inſignis ſtultitia. ibid.
per Confeſſionem Deus infamiam impedit. ibid.
Confeſſa delicta Deus obliuiſcitur. n.14
Confeſſio eſt confuſio & tormentũ diabolo. ibid.
Confeſſio peccatoris vindicta de diabolo. ibid.
ritè Confeſſis Dei dona & conſolationes donantur. num.15
ritè Confeſſis Deus ipſe communicatur in Euchariſtia. ibid.
ritè Confeſſus è prælio victor. ibid.
Confeſſio actus ſummæ humilitatis. n.17
Confeſſio & pietas ad Euchariſtiam. cap.49.ſ.1.a. num.11
Confeſſio integra optimum peccatoris remedium. c.34.ſ.5.n.4
Confeſſionis encomia. n.5
Confeſſionis frequentia. ibid.
Confeſſio grande opus Dei. n.6
ex Confeſſione mirus honor. ibid.
Confeſſionem oderunt hæretici. ibid.
Confeſſio commendatur. c.34.ſ.4.n.1
in Confeſſione proditor diabolus proditur. ibid.
in Confeſſione clamant altius abſcondita peccata. ibid.
Confeſſio perfectũ holocauſtum. n.6
Confeſſio humilis ad Euchariſtiam. cap.33. ſ.8. num.9
Confitentis os honoratur oſculis Dei.cap.34.ſ.8. num.15
Confeſſarius meritò fit à Deo non Angelus, ſed homo. c.33.ſ.6.n.2
Confeſſarius animarum medicus. c.34.ſ.5.n.5
Confeſſarij prudentis ſeueritas. ſ.4.n.13
Confeſſarij ſeueritas interdum ſalutaris. ibid.
vbi Confeſſio vera non fit, nihil proſperè ſuccedit. c.39.ſ.1.n.10
ſoli Confeſſario noſtra ſunt detegenda peccata. c.45.ſ.2 n.1.& 2
Confeſſario non celanda delicta. c.34.ſ.4.n.1
Confiteri propria errata laudabile eſt.c.49.ſ.5.n.8

Confidentia.

Confidentia ſui vana nihil ſtultius & pericüloſius c.33.ſ.6.n.12
Confidentia ſui vana multos de virtute deturbauit. c.41.ſ.3.n.6
Confidentia ſui in Deo vana. c.41.ſ.4.n.15

Conimbrica.

Conimbrica doctrinarum altrix. c.32.ſ.8.n.3

Conſcientia.

Conſcientia peccati chartam tectat, imaginem obiicit. c.42.ſ.2.n.4
Conſcientia carnifex animæ. n.3
in Conſcientia peccatum indelebili nota ſcriptum. n.4
Conſcientiæ iudicium ineuitabile.n.5. & cap.43. ſ.1.n.14
Conſcientiæ accuſatio infatigabilis. c.42.ſ.2 n.5.

Conſcientia ebrium excitat peccatorem. n.6
Conſcientia ſeipſam videt, timet, terret, cruciat. c.43.ſ.1.num.14
Conſcientia quietum eſſe non patitur. n.16
Conſcientiæ bonæ certa fiducia. c.44.ſ.vnica. n.8
Conſcientia peccati inquietat & cruciat. c.50. ſ.3.num.2

Coniugium. Matrimonium. Coniux.

per Coniugia Galli, Hiſpaniſque confœderati. c.34.ſ.6.n.13
Coniugati etiam in adulteria concitantur. c.39. ſ.3.num.4
Coniugium parit obliuionem aliarum neceſſitudinum. c.41.ſ.7.n.18
Coniugis caſtus amor violentum & iuſtum philtrum. c.48.ſ.1.n.10
matrimonium arduum negotium. c.49.ſ.15.n.4
matrimonij difficultates vincit qui ſpiritu Dei illud ſuſcipit. ibid.
in matrimonio feliciter viuit, qui cum Deo illud ſuſcepit. n.5
in matrimonio non ferociter, ſed blandè agendum. ibid.
Coniuges tractandæ cum ſæuitia non ſunt. ibid.
Coniux infida marito fit ſerpens. n.6
Coniugum poſt mortem indigna obliuio. cap.48. ſ.1.num.8
Coniugis dolor ex dolore vxoris. c.49.ſ.1.n.10
Cognati etſi nobis iniurioſi, amandi tamen. c.46. ſ.vnica.n.25

Conſilium. Conſulo Conſiliarius.

Conſulat ſibi primùm quiſque. c.32.ſ.7.n.11
Conſiliarij mali extrema infelicitas. c.41.ſ.4 n.6
Conſilio humano vtendum etiam vbi certum eſt Dei præſidium. c.41.ſ.4.n.4
Conſilium bonum à quocunque recipiendum. num.5

Conſolatio.

Conſolatio diuina datur oranti. c.32.ſ.6.n.13
Conſolatio diuina creatarum rerum parit obliuionem. ibid.
Conſolationis diuinæ ſubſidium. c.33.ſ.6.n.22
Conſolatio diuina pœnitentibus infunditur. ibidem.
Conſolatio diuina armat & recreat. cap.35. ſ.6. num.2
Conſolatione diuina munitus facilè omnia tolerat. ibid.
Conſolatio Dei iuuat ad operandum & patiendum. n.3
Conſolatio & tribulatio alternis veniunt. ibid.
Conſolatio Dei pœnitentibus. n.4
Conſolationes diuinæ in confeſſione ſacramentali. ibid.
Conſolationes diuinæ multo cum labore interdum habentur. n.6
Conſolationibus iuſti priuantur ad patientiam. c.35.ſ.9.n.6
Conſolatio datur ad menſuram doloris. cap 45. ſ.2.num.18
Conſolatio data pœnitentibus ad menſuram doloris. ibid.
Conſolatio diuina armat. c.32.ſ.1.n.4

Conſuetudo.

ex Conſuetudine praua ſummum periculum. c.32.ſ.13.n.13
Conſuetudo improbi perienloſa. c.37.ſ.8.n.15
Conſuetudo bonorum vtiliſſima. ibid.
à Conſuetudine mala non infici difficile eſt. c.39. ſ.6.num.22
Conſuetudo impiorum vitanda. c.35.ſ.15.n.11
Conſuetudo mulierum plena periculis. c.49.ſ.15. num.10
Conſuetudo malorum periculoſa. cap.50.ſect.3. num.35
Conſuetudo malorum vitanda. cap.47. ſect.1. num.1
Conſuetudo peccandi deuenit in extremum malorum. c.49.ſ.3.n.11

Contemplatio.

Contemplantis & agentis vitæ comparatio. c.32. ſ.12.n.1
Contemplantis quies. ſ.6.n.11
Contemplatiua vita ſecurior, quàm actiua. n.13
Contemplans vita ſuper agentem. ſ.7.n.10
Contemplatio lucta animæ. n.12
Contemplantis vitæ excellentia. ſ.9.n 4
Contemplatio interdum relinquenda ob actionem. ibid.
Contemplationi nox, actioni dies deſtinatur. ibid.
Contemplatio Dei inſatiabilis. ſ.1 .n.10
Contemplantium paſcua vulnera Chriſti, & matris vbera. c.33.ſ.6.n.23
Contemplationem impediunt mundi curæ. c.35. ſ.14.n.6
Contemplationem tria maximè impediunt. ibid.

Contemptus.

Contemptus dignitatum laudabilis. cap.35.ſ.21. num.5

Contemptio.

Contemptio rerum mundi. cap.33.ſ.4.num.10.& cap.35.ſ.9.n.3

Conſtantia.

Conſtantia iuſtorum inuicta. c.31.ſ.10.n.14. & c.39.ſ.1.n.1

Continentia.

Continentiæ in Imperatore illuſtre exemplum. c.39.ſ.2.num.14

Conuerſio.

in Conuerſione ad virtutem tarditas. c.38.ſ.vnica.num.19
Conuerſio peccatoris. c.41.ſ.2.n.11
Conuerſio peccatoris Deo feſtiuiſſima. n.12
de Conuerſione gentium prophetia. cap.49.ſ.12. num.9
Conuerſio gentium ſoli Meſſiæ reſeruata. cap.49. ſ.10.num.6
Conuerſio gentium per Apoſtolos facta. n.7
Conuerſio gentium fructus & præmium paſſionis Chriſti. n.9
Conuerſio mundi ob vitam Apoſtolorum. c.32. ſ.12.n.12
Conuerſio gentium benedictio Dei. cap.33. ſ.8. num.11
Conuerſio peccatoris. c.34.ſ.5.n.4
Conuerſio gentium, Chriſto immenſum lucrum. c.43.ſ.2.num.20

Conuitia. Conuitiator.

Conuitia ob ingluuiem & concupiſcentiam damnantur. c.43.ſ.2.n.20
Conuitiatores humi iacent. c.49.ſ.10.n.5
Conuitia patienter tolerantes fixa hærent in cœlo ſydera. ibid.

Corpus.

Corpus ſpinarum ſylua. c.47.ſ.7.num.5
Corpus inimicum virtutibus. cap.35. ſect.4. num.12
Corpus caſtum reſurrectioni ſeruandum. cap.49. ſ.1.num.13
Corporum conditoræ caſtitas & mortificatio. c.50.ſ.3.num.37

Creatio.

Creatio.

Creationis dignitas omnibus communis. cap. 33. ſ.10.n.3

Creatura.

Creaturæ famulantur Deo ad miracula. c.32. ſ.8.num.10

in Creatura non ſiſtendum. ſ.13.n.11

Cor.

Cor durum deſcribitur. c.45.ſ.3.n.1

Cor fons amoris. c.45.ſ.14.n.1

Correctio.

Correctionem ſuſtinere laus magna. c.50.ſ.3.n.28

Crux.

Crux Chriſti quadriga triumphalis. c.41.ſ.5.n.12

Crux glorioſa Chriſto. c.32.ſ.4.n.7.

Crucem ſuam ipſe Chriſtus reueretur. ibid.

Crucis Chriſti laudatio. n.8

Crux Chriſti fons bonorum. n.9

Crux Chriſti principium Martyrum. ibid.

Crux inſtrumentum virtutum Chriſti. ibid.

Crucis encomia. n.9.& 10.& ſ.10.n.6.& c.35.ſ.4. n.15.& c.40.ſ.2.n.9.& c.37.ſ.1.n.8

Crux peccatorem ſolatur, & excitat. n.10

Crux baculus. ibid.

Crux Domini thronus. c.32.ſ.10.n.6

per Crucem gloria Dei ibid.

Crux in manibus iudicis. c.32.ſ.14.n.10

Crucis claui fræno & phaleris equi imperatoris inſeruntur. c.34.ſ.4.n.5

Crux Domini contra carnis laſciuiam. ſ.5.n.23

Crucis mira potentia. c.35.ſ.4.n.16

Crucis coronatæ prodigium. ibid.

Crucis triumphus. ibid.

Crux cathedra Chriſti docentis. ibid.

in Cruce vitia ſepeliuntur. n.17

Crucis, & non aliud pondus portandum. ibid.

in Cruce qualiter ſpectandus Dominus IESVS. c.37.ſ.8.n.10

Crucis Chriſti gloria celebratur. c.35.ſ.9.n.15

Crucis gloria triumphalis. n.16

Crucis dominicæ ſplendor & maieſtas. c.37.ſ.1. num.8

Crux Chriſti mundo dominatur. ibid.

Crux nubes ſole amicta. ibid.

Crux Domini requies. c.49.ſ.14.n.16.& n.17

Crucis comes reſurrectio. ibid.

Crux clauis Domini. ibid.

in Cruce ſe Chriſtus conſolabatur ſpe futuræ gloriæ in Miſſa. c.49.ſ.4.n.32.

indignum eſt ſiccis oculis & animo non dolente videre Deum Cruci affixum. c.49.ſ.7.n.16

diuinitatis Chriſti teſtimonium noua cœli eclypſis in morte Chriſti pendentis in Cruce. ibid.

Crux Chriſti mundo dulcis. c.32.ſ.1.n.4

Crucis clauo frænatur principum intemperantia. c.34.ſ.4 n.5

Culpa.

Culpa ſuppliciorum officina. c.50.ſ.3.n.2

Culpa malè ſatum producit ſupplicium. ibid.

Culpa ſcopus, ſupplicium ſagitta. ibid.

Cupiditas.

Cupiditas homini inimica. c.33.ſ.3.n.2

Cupiditas diuitis maior, quàm pauperis. cap.33. ſ.11. n.10

Cupiditatis magna tentatio. c.34.ſ.6.num.10. & c.35.ſ.9.n.1.& 3

Cura.

Cura maior in promouendo ad virtutem, quàm in puniendis defectibus adhibenda. c.32. ſ.14. num.19

D.

Dauid.

DAuidis electio cautè prudentérque acta. c.37.ſ.3.n.6

Dauid pepercit Sauli, cùm potuiſſet occidere. ſ.5. num.11

Dauidis præcipua laus manſuetudo. n.12

Dauid ſanctiùs in fuga per ſaltus, quàm in pace regnans vixit. ſ.6.n.12

Dauid regnum mira virtute comparauit. cap.35. ſ.11.n.18

Dauidis familiæ tragica infelicitas. ſ.13.n.7

Dauidis poſt peccatum mira vitæ correctio. c.39. ſ.3.n.12

Dauid ſanctior poſt pœnitentiam, quàm ante lapſum. c.39.ſ.3.n.14

Dauid mitis in Saulẽ vult occidere Nabal. ſ.4.n.2

Dauidis in omni ſtatu æquabilitas mentis. cap.41. ſ.1.n.8

Dauidi profuit humiliatio. ibid.

Dauid pœnitentium anteſignanus. n.10

Dauid potentia regali abuſus illa priuatur. c.49. ſ.4.num.11

Dauid egregius patientiæ magiſter. c.45.ſ.1.n.25

Dauid ceſſauit orare, idcóque peccare permiſſus. c.49.ſ.4.n.11

Dauid patientia in conuiciis. c.49.ſ.10.n.5

Dauid felicior, ſi triũ pater nõ fuiſſet. c.42.ſ.3.n.8

Dauid pœnitentis habitus egregius. c.50.ſ.3.n.13

Dauidis fortitudo. c.49.ſ.6.n.1

Dauid leoni, & leænæ ſimilis. ſ.7.n.1

Dauid inermis paſtor Dei virtute gigantem armatum proſternit. c.41.ſ.3.n.5

Dauid vana ſui confidentia cecidit in flagitiũ. n.6

Dauid in aduerſis melior, quàm in proſperis. ſ.4. num.2

Dauidem obſcura initia non dedecorant. ſ.6 n.7

Dauid Rex à Deo creatus in maiorem gloriam Hebræorum. ibid.

Dauid poſt lapſum caſtus permanſit. c.41.ſ.2.n.14

Dauid poſt inceſtum Abſalonis continens permanſit. n.15

Dauidis mira humilitas. c.32.ſ.5.n 1

Dauid ſua Deo refert bona. ibid.

Dauid gratiam & laudem Deo refert. ibid.

Dauid peccat numerando populum. n.3

Dauid ſuam decantat fugam. c.32.ſ.5.n.1

Dauidis fuga à filio. c.33.ſ.1.n.4

Dauid cantu ſuo regnum Chriſti celebrans tandem conticuit. c.49.ſ.21.n.16

Deus.

Dei præſidium iuſtis præſto eſt. c.32.ſ.1.n.2

Dei iudicium occultum, ſed iuſtum. ibid.

Deus punit citra condignum. c.32.ſ.1.n.3

Dei contemptus à peccatore duplex. c.32.ſ 1.n.3

Deus tranſmutat naturas rerum. c.32.ſ.1.n.4

Deus Virginem matrem mirificè honorat. c.32. ſ.1.num.8

Deus cur malos ditat. c.32.ſ.2.n.5

Deus cur dat & negat diuitias. ibid.

in Deum cura & ſpes. c.32.ſ.2.n.7.

Dei cura pro Apoſtolis. n.8

Dei prouidentia nobis potior, quàm noſtra induſtria. ibid.

Dei potentia ſupra medicinam. c.32.ſ.3.n.5

Deo magis fidendum, quàm arti. ibid.

Dei bonitas & veracitas tota ratio benefaciendi. c.32.ſ.3.n.2

Dei gloria ratio impetrandi. ibid.

Dei

Dei prouidentia infallibilis. c.32.ſ.5.n.3
de Dei promiſſionibus perfidè dubitatur. c.32. ſ.5.num.4.
in Deo ſpes & fiducia. c.32.ſ.5.n.15
ſpes in Deo ſimul cum bonis operibus. ibid.
Dei præſentia ſalutaris. c.32.ſ.6.n.12
Deus miſericors caſtigat. c.32.ſ.7.n.6
Deus humilem & gratum locupletat. cap.32.ſ.7. num.14
Deus ſuſpendit aliquando ſuum concurſum cauſis ſecundis. c.32.ſ.8.n.1
In Deo fidens, in ſe diffidens. c.32.ſ.8.n.5
Deus peccata in bonum conuertit. c.32.ſ.8.n.7
Deus mira è contrariis operatur. c.32.ſ.8.n.9
Deus contraria è contrariis operatur. cap.32.ſ.8. num.10
Dei memoria ob illius beneficia. c.32.ſ.9.n.2
Deum habenti nihil deeſt. c.32.ſ.9.n.10
Deus deſiderari deſiderat. c.32.ſ.10.n.11
Deus virtutibus delectatur. c.32.ſ.10.n.11
Deus poſt incarnationem maximè diligens, & dilectus. c.32.ſ.10.n.12
Dei decreta ſub conditione. c.32.ſ.10.n.13
Deus gaudet à nobis violentiam pati. cap.32. ſ.10.num.14
Deo nec amor nec honor hominis detrahendus. c.32.ſ.13.n.10
Deo debetur amor & honor. ibid.
Deus finis, creatura via. ibid.
Dei magnificentia nec deficit, nec faſtidit. c.32 ſ.13.n.16
Dei erga homines prouidentia. ibid.
Dei larga benedictio ſuper B.Mariam. c.32.ſ.13. num.18
Dei poſt incarnationem comitas. ibid.
Deus agnus vicit mundum. n.20
in Deo ſpes & fiducia collocatur. c.33.ſ.1.n.1
in Deo fiducia iuſtorum. ibid.& n.19
Deus ſuos excitat & confortat. c.33.ſ.1.n.3
Deus natura beneficus. c.33.ſ.2.n.9
Deo natura ſemper occaſio miſerendi. n.10
à Deo caritas & patientia. n.11
Deus ab impiis oblata reiicit. c.33.ſ.4.n.1
Deo magna tribuuntur. n.3
Dei proprium magis nihil eſt, quàm parcere. n.11
à Deo ſunt quæcunque bona habemus. cap.33. ſ.5.num.1
Dei eſt quicquid poſſidemus. ibid.
Dei ſumus nos & noſtra. ibid.
Deum in aduerſis multi relinquunt. n.4
Deus ſua tollit, cum aufert noſtra. n.5
de Deo in aduerſis nemo iuſtè queritur. ibid.
Deus ſua nobis data, non ſe aufert. ibid.
Deus dominus, nos coloni operum quæ habemus. n.9.
Dei bona contra Deum malè vertimus. ibid.
Dei punientis humanitas. ſ.6.n.4
in Deo & bono prælato ſola paſſionum nomina. num.18
Deus verus amicus. c.33.ſ.7.n.12
in Deo certus ſpei ac fiduciæ fructus. ſ.9.n.3
Dei amor & beneuolentia erga homines. ibid.
Deus ſua beneficentia obligatur ad plus benefaciendum. n.4
Deus donando debet. ibid.
in Deo certa ſpes ac fiducia. ibid.
in Deo fiducia robuſtos facit. n.7
à Deo addiſcendũ. à Deo timendum. c.33.ſ.10.n.4
Deus iratus facilius placatur, quàm homo. n.5
Deum placandi ratio eſt, quòd in Deum peccatur. ibid.
Dei erga peccantes mira patientia. ibid.
Deus omnibus præferendus. ſ.11.n.7
contra Deum, Deique legem nullum humanitatis ius. n.8
in Deum quiſque ſit largus. c.33.ſ.11.n.14
Deo ſuum reddimus. ibid.
Deo ludos & comœdias indignè præferimus. c.34.ſ.2.n.7
Deo relicto malè creaturas perquirimus. cap.34. ſ.4.n.17
Deus dando non deficit, nec faſtidit. n.18
Dei patientia. ſ.5.n.10
Deo præſtat obſequium qui plectit delinquentes. num.13
Deus ſimulat ſe durum contra nos. ſ.8.n.4
Dei mira cum ſuis pugna. ibid.
Dei ſeueritas clementior. ibid.
Dei blandus amor durum ſe effingit. ibid.
Dei fiducia præſidióque armati vincimus. ſ.9 n.4
Dei condonantis culpam dulciſſima miſericordia. n.12
Deo reddamus totum quod habemus. cap.35.ſ.1. num.8
Deus in aduerſis placandus, in proſperis non lædendus. ibid.
Deus à ſe ipſo, non à nobis exoratur. n.9
Deum laudare in aduerſis genus eſt martyrij. num.10
Dei noſtra examinantis ſubtiliſſimũ iudiciũ. n.11
à Dei oculis & iudicio timendum. ibid.
Dei iudicium ſeueriſſimum. c.35.ſ.2.n.12
Deus nunc miſericordiæ negotiis diſtentus. ibid.
Deum quæramus à nobis egreſſi. ſ.3.n.1
Deus nomina ſeruorum ſuorũ valde honorat. n.7
contra Dei virtutem nihil eſt quicquid ſit. ſ.5.n.2
Deus exercituum cur dicitur. n.6
ex Dei præſidio ſumma ſecuritas. n.10
Deus, quia ſumme bonus, de malis bona facit. c.35.ſ.5.n.15
cum Deo non cunctim agendum. n.18
Deus ſeruum defunctum ſepeliuit. ſ.6.n.10
à Deo neſciuntur reprobi. n.12
Dei regula menſoria nobis admonebitur. ibid.
Deo debitum non ſtrictè ſoluendum. ſ.7.n.2
Deo gratis nemo ſeruit. ibid.
Deo ſoluentes debita facimus illum denuo debitorem. num.7
Dei bonitas gratiarum mater. ibid.
Deus ſua nobis dat gratis, noſtra coëmit. ibid.
Deus bonorum fons nobis non indiget. n.8
in Deo certa & benè collocata ſpes & fides. ſ.8. num.1
extra Deum vana ſpes & fides. ibid.
Deo fidendum, & propriis viribus diffidendum. ibidem.
Deum noſtræ offendunt querimoniæ. n.2
Dei omnipotentia elucet in operibus ſalutis. ibidem.
Dei voluntati nihil reſiſtit. ibid.
à Dei voluntate infallibilis & pœna & merces. ibid.
Dei magnificentia infinita: ſalus hominum. n.3
Deus natura dulcis, hominum ſceleribus fit amarus. ibid.
Dei contra nos ingenium peccando inuertimus. num.4
Dei egregia deſcriptio. ibid.
Deus manu contracta tribulationes, protenſa conſolationes largitur. ſ.9 n.9
Deus certò præſens adeſt patienter tolerantibus num.10

Deus

Deus contra detractores iuſtorum iratus. cap.35. ſ.9.n.10
Dei iudicium terribile circa virtutes. ſ.11.n.3
Dei iudicium ſeueriſſimum. ibid.
apud Deum locus infimus præſtat, quàm ſupremus in mundo. num.11
Dei bonitas erga homines. ſ.14.n.17
Dei munificentia etiam ad malos extenditur. c.36.ſ.1.n.6
Deus humiliat, & exaltat. c.37.ſ.1.n.5
vbi Dei cauſa nulla ſanguinis ratio habetur. n.7
Dei dona occultanda. ſ.3.n.4
Deus vitia tegit ac delet humilis. n.5
Dei admirandus erga pœnitentes affectus. ibid.
vbi Dei iuſſio, nec cauendi, nec conſultandi locus eſt. ſ.4.n.10
Dei ſuaue, lenéque imperium. c.37.ſ.4.n.13
Dei ſapientia illudit hominum conſilia. ſ.5.n.19
Dei potentia ſupra quod videtur impoſſibile. n.21
quicquid Deus agit, iuſtum eſt. ſ.6.n.10
Dei mira beneficentia. ſ.7.n.13
Deus magni æſtimat bonam voluntatem. ibid.
Dei oculos nihil fallit, latérve. ſ.8.n.3
à Deo tamē cernitur latens hominis flagitiũ. n.4
Deo ſaltem par pari ſoluamus. n.7
Deus minatur, ne feriat. ibid.
Deus patiens, quia in æternitate omnia habet præſentia. c.38.ſ.vnica.n.16
Deus tolerat Saulum, qui iam videt Paulum. n.17
Deus tolerat peccantes, quia eos iam videt pœnitentes. ibid.
Deus tolerat gentilitatem, quia ea illa futurum videt populum fidelium. n.18
Dei patientiæ debemus quod ſumus. ibid.
Dei patientia mater fidelium. ibid.
ne Deo ſeruiant multi ridiculis impediti nexibus tenentur. n.20
Deus ſuos ad labores tolerandos conſtituit. c.39. ſ.1.n.1.
Deus præſtò eſt iuſtis in tribulatione. n.4
Dei præſentia latere non poteſt. n.6
Deus ſeruos ſuos ex miſeria effert in ſummam felicitatem. n.10
Deus tota noſtra in tentationibus fortitudo. c.39.ſ.3.n.9
Deo, non nobis gloria & laus. n.13
Dei gloria finis omnium illius operum. ibid.
Dei miſericordia in conuertendis & liberandis hominibus. ibid.
Dei miſericordia multis denegatur. n.14
Deo noſtræ ſalutis cura potior eſt, quàm ſuæ gloriæ. ibid.
Deus non ceſſat hominibus benefacere. cap.39. ſ.4.n.7.
Dei mira patientia in hominum ſceleribus. ibid.
Deus diu ſuſtinens peccatorē proiicit tandē. n.8
Dei præſentis reuerentia & iuſtitia peccantes cohibent. n.12
Deus ſuorum fidelium peccatis valde offenditur. ſ.5.num.3
Deus ex Virgine homo factus virum & fœminam honorauit. ſ.6.n.28
Deus iuſtus in tribulationibus comitatur. ſ.7.n.18
Deus cum iuſtis patientibus ſimul patitur. ibid.
Deus cum ſuis ſimul affligitur. n.19
Deus ſimul cum tribulatis eſt. n.20
Deus ſuos in tribulationibus conſolatur. n.25
à Deo tantùm recipimus quanta in nobis eſt capacitas. c.40.ſ.1.n.11
Deus nihil illi adimit, quem permittit perire. ſ.2.n.8

Deus gratis facit, cùm aliquem conuertit. ibid.
Deo fidendum, non homini. n.19
Deus benefacit, nos benefacientem ſimul offendimus. c.41.ſ.1.n.12
Deus præſciens nos fore malos, creat tamen & beneficiis cumulat. n.13
Dei nimia caritas erga ingratos. ibid.
ſine Deo bonum ne cogitare quidem poſſumus. num.14
Deus addictam habet ſuam potentiam auxilio ſuorum. ſ.2.n.4
Dei mei omnipotentia mea eſt. n.5
Dei potentia ſuorum auxilio oppignorata. ibid.
Deus ſuos ſeruos in tribulatione comitatur, & cum illis inde egreditur. n.8
Deus ſui honoris zelotes. ſ.3.n.5
Deus à nobis voce ac vita honorandus. n.7
Deo fit hoſtia qui totus in Dei obſequium impenditur. ibid.
Deus Verbum induit byſſinam tunicam. ſ.4.n.19
Deus etiam in ſupplicio dulcis. ſ.5.n.6
Deus inuitus & dulcis caſtigat. ibid.
Dei correctio noſtra ſalus. n.7
Deus in vitia hominis, non in hominem ſæuit. num.8
Deus verè hominum medicus. n.9
Deus perfuſam lenitate pœnam infligit. ibid.
Dei mira clementia in perferendis hominum iniuriis.
ad Deum conuerſio peccatoris. c.43.ſ.2.n.8
quænam Deo, & quænam principibus debeatur reuerentia. ibid.
Dei humanitas erga pœnitentes. ibid.
Deus amore paterno inuitat peccatores. n.10
Deus ſuam ſine labe potentiam exercet. c.43.ſ.5. num.19
Dei prouidentia malis ad bonum vtitur. cap.45. ſ.1.num.14.
Deo nihil abſconditum. ſ.2.n.1
Dei oculus timendus, cui nuda ſunt omnia. n.2
à Dei mandatis conſilia petenda. cap. 46.ſ.vnica. num.13
Dei hominis admiranda humilitas. c.47.ſ.1.n.5
Dei rigor ante incarnationem. n.8
Dei clementia poſt incarnationem. ibid.
Deus plus dat, quàm promiſit. c.46.ſ.vnica. n.15
Deus permittit hominem peccare in fructum pœnitentiæ. n.22
Deus ſuperbos humiliat, & ridiculos oſtendit. c.47.ſ.2.n.3
Deus omnibus præferendus. ſ.3.n.21
Deus primò omnium amandus, dein parentes. ibidem.
Deus propter iura carnis & ſanguinis ſæpe offenditur. ibid.
Deum videndi deſiderio quælibet mora cenſetur immenſa. c.47.ſ.1.n.15
Deo agendæ gratiæ, quòd nobis ſuam dederit matrem. c.47.ſ.1.n.11
Dei iudicia multùm à noſtris diuerſa. ſ.2.n.8
Deus ſapientiſſimus aurifex etiam in cœno dignoſcit margaritam. n.10
Dei benignitas erga hominem ingratum. ibid.
Dei electio iuſta & certa. ibid.
Deus caſtigando erudit, docétque. c.49.ſ.1.n.20
Deus puniendo nos efficit puriores. ibid.
præ Dei obſequio, cœlóque cuncta negligenda. ſ.2.n.15
Deus homo à nobis colendus omnibus pietatis officiis. ſ.14.n.14
Deo duce pugnant & vincunt inermes. ſ.18.n.11

Deus quos in pericula inducit, ſecuros ibi reddit. num.11
pro Deo iuſtis laborantibus præſtò eſt auxilium. ibidem.
Dei honor cunctis præferendus. c.49.ſ.4.n.16
à Deo honoratur qui Deum honorat. n.18
Dei honor læſus ab iniuria vindicandus. n.17
Deus homo ſuam bis terram vocat, non ita cœlum. c.41.ſ.6.n.14
Dei hominis verè patria terra eſt. ibid.
Deus ſuam in miſerendo patientiam commendat. c.41.ſ.7.n.17
Deus vtitur hominum negotiis in contrarium finem. c.42.ſ.2.n.5
ex Dei prouidentia fiunt contraria in vtilitatem. ibidem.
vbi Dei honor læſus non vindicatur, perit Reſp. c.49.ſ.4.n.17
Deo illatæ iniuriæ non ferendæ. ibid.
pro Deo pati & mori maximum hominis præmium. ſ.20.n.14
Deus amat ſuos creditores. ſ.21.n.2
Deus aucupatur eos, quibus nihil debet. ibid.
qui in Deo innititur, ſecurus eſt. c.49.ſ.10.n.6
Deus ſuis præſtò eſt in ſummis periculis. n.7
Deus ſuis adeſt laborantibus. ibid.
Deo adſcribitur hominis victoria. n.11
pro Deo laborum, & paſſionum certa & magna præmia. n.13
pro Deo pati præclarum eſt. ibid.
Deo quia Deus eſt, ſeruiendum. n.14
Deo adſcribendum quicquid boni facimus. n.14
Dei iuſtitia miſericordiæ adiuncta vindictam exercet. c.49.ſ.3.n.3
Dei iuſtitiam ritè & rectò cohibet miſericordia. ibidem.
Deus ſalutis medicus, cùm caſtigat. ibid.
Deus mauult iuſtus, quàm potens videri. n.4
Deus caſtigat vt emendet. n.5
à Deo præſcriptus flagellandi modus. n.7
Deus miniſtros ſuos emendare in iudicio, non ſæuire iubet. ibid.
Deus peccata ignoſcit, & protſus obruit obliuione. c.49.ſ.21.n.20
in Dei obſequium vita & vires impendantur. c.50.ſ.3.n.30
Deus peccatum expiatum non exprobrat pœnitenti. ibid.
Deus vltra meritum miſeretur, citrà caſtigat. c.50.ſ.3.n.3
Deus & pater & iudex. ibid.
Dei patientia læſa in iram conuertitur. ibid.
Deus vltor iniuriarum. n.6
Dei vindictam in ſe conuertit qui ſe vlciſci contendit. ibid.
Deo curæ ſunt iuſtus, & quantulacunque iuſti ſubſtantia. c.50.ſ.2.n.13
Deus toti prouinciæ conſulit propter vnum iuſti agellum. ibid.
Deus malum culpæ vult permiſſiuè. ſ.3.n.15
Deus malis ad bona vtitur permiſſiuè. ibid.
Deo fidendum & credendum, quia ſummè miſericors eſt. n.16
Dei miſericordia ſympathiam habet cum noſtra miſericordia. ibid.
Deus citò in præſidium humilis occurrit. ibid.
Deus ad puniendum alieno vtitur ferro. ſ.3.n.19
Deus clementiſſimus ferrum odit. ibid.
Dei iudicium iucundum, dulcéque. ibid.
Dei iudicium cum miſericordia. n.21
Deus quærit peccatorem etiam fœtidum. ibid.
Deus patientior in damnis, quàm diabolus in lucris. ibid.
Deus tolerat peccatores, vt iuſtos efficiat. n.22
Deum habenti nihil deeſt. c.43.ſ.2.n.44
Deus ſuis ſeruis victum neceſſarium, non cupedias tribuit. ibid.
Deus in tribus maximè ſe exinaniuit. cap.49.ſ.6. num.21

Diuinus.

Diuina guſtans nihil vlteriùs curat. cap.34.ſ.3. num.10
Diuina non niſi à puris, iuſtíſque tractanda. c.35. ſ.2.n.9
Diuinæ potentiæ nihil obſiſtit. c.32.ſ.8.n.9
Diuinæ magnificentiæ fons perennis. cap.40.ſ.1. n.11. pelagus inexhauſtum. ibid.
Diuinæ electionis myſterium inſcrutabile. c.48. ſ.2.n.9
Diuinæ miſericordiæ admiranda ſpecies erga nos miſeros. c.50.ſ.3.n.20
Diuinæ miſericordiæ teſtimonium admirabile. c.49.ſ.8.n.7
Diuinæ prouidentiæ inſeruiunt hominum aduerſa conſilia. c.37.ſ.7.n.1

Diabolus.

Diabolus Chriſtum laudando infamat. c.32.ſ.13. num.19
Diabolum Chriſtus expulit. n.34
Diabolus nihil habet præter flammas. cap.33.ſ.5. num.1
Diabolus Chriſtum dolo, non vi aggreſſus. c.33. ſ.7.num.3
Diabolus peccantium dux. ſ.10.num.6
Diabolus malam in peccato ſecuritatem inducit. c.34.ſ.5.n.7
Diabolus bellum Chriſtianis indicit. cap.35.ſ.2. num.1
Diabolus odit virtutes. ſ.4.n.12
Diabolus noſtri accuſator. ſ.6.n.13
Diabolum boni operis telo vulneramus. ibid.
in Diaboli ſeruis fides non eſt. c.37.ſ.5.n.5
Diabolus rerum omnium hoſtis. ibid.
Diaboli odium implacabile. n.13
à Diabolo ſtrangulati turpes, ſceleſtique. cap.38. ſ.vnica.num.6
Diabolus inuidet hominis felicitati. cap.39.ſ.2. num.8
Diabolus contra caſtos armatur. ibid.
à Diabolo nihil boni expectandum. ſ.5.n.8
Diabolus maximè impugnat maximè reſiſtentem. ſ.6.n.17
Diabolus dolet peccatorem confeſſione reſtitui. c.39.ſ.6.n.17
à Diaboli inſultibus, & à carnis tentationibus nemo immunis. n.18
Diabolus ſubnaſcentes animæ fructus intercipit. ſ.7.n.12
Diabolus ferit per oculos animam. c.49.ſ.2.n.19
Diaboli potentia & ſuperbia debellatæ. ſ.18.n.10
Diabolus ſtantem cominus vincit, fugientem ne inſequitur quidem. c.49.ſ.15.n.12
in Diabolo plura vno abſciſſo repullulant capita. ſ.16.n.4
Diabolus ab homine victus contra victorem acriùs inſurgit. ibid.
Diabolo, non homini creditur vindicta cum delectu. c.49.ſ.3.n.6
Diaboli vires fractæ per Chriſtum. c.49.ſ.6.n.7
Diaboli fortitudo penè inſuperabilis. n.7
Diabolus per Chriſti virtutem homini deſpicabilis. ibid.

Diabolus vt ebrius in ludibrium. n.8
Diabolus facilè vincitur virtute Christi. ibid.
Diabolus nunquam homini suaſit vt Christianus, aut Catholicus fieret. c.49.ſ.9.n.19
Diabolus expectauit Christi patientiam potuiſſe deficere. c.50.ſ.3.n.7
Diabolus lætus expectabat Christum de Iudæis ſe vindicaturum. ibid.
Diabolus triumphat cùm peccatum prodit in opera. c.50.ſ.3.n.13
Diabolum flagellat qui Deo gratias agit in tribulatione. c.42.ſ.2.n.7
Diaboli caſtra quæ ſint. c.46.ſ.vnica.n.8
Dæmones vera loqui prohibentur à Christo. c.42.ſ.3.n.5
ſuos etiam electos habet Diabolus. c.49.ſ.3.n.16

Diues. Diuitiæ.

Diues in honore licèt ſtultus. c.32.ſ.2.n.5
Diuitis infelix exitus. ſ.10.n.9
verè Diues, qui ſat contentus. c.33.ſ.3.n.3
Diuites in Eccleſia pij. n.12
Diuitem ſaluum fieri quaſi miraculo eſt. ibid.
Diuites cœlum non curant. n.13
Diues ex paupere tenacior. c.33.ſ.11.n.11
Diues ex paupere cupidus. n.10
Diues, & delicioſus latrones. n.11
Diues adoleſcens in vitia profunditur. n.15
Diues ſtultus ſuæ non prouidet animæ. n.13
Diuitum ſors periculoſa. c.34.ſ.6.n.2
Diuites non de virtute, ſed de victu laudantur. c.35.ſ.2.n.9
Diuites bonis Dei ad malum abutuntur. c.35.ſ.5. num.13
Diuites pij, pauperes auari. c.35.ſ.9.n.1
verè Diues virtutibus non opibus. n.5
Diuites filiis relinquunt viaticum perditionis. c.37.ſ.4.n.6
Diues omnia poteſt. c.40.ſ.2.n.2
Diuites dormiunt & ſomniant circa rerum vanitatem. n.3
Diuites hîc in altera vita pauperrimi. ibid.
Diuitem omnes honorant. c.49.ſ.17.n.7
Diues ſtultus ſua hæredibus relinquit, & animam non curat. c.50.ſ.2.n.8
erga Diuites falſa amicitia. c.49.ſ.17.n.7
Diuitiæ æſtimantur. c.32.ſ.5.n.5
Diuitiæ ad incendium gehennæ. c.33.ſ.3.n.11
Diuitiæ graue onus. ibid.
Diuitiarum malus vſus. ſ.5.n.9
Diuitias filiis ſtultus relinquere ſtudet. ſ.11.n.12
Diuitiæ nec ortum iuuant, nec obitum impediunt. c.34.ſ.6.n.10
Diuitiis nutritur libido. ibid.
Diuitiis ac deliciis regna pereunt. ibid.
ex Diuitiis impunitas. c.32.ſ.5.n.15
Diuitiæ peccatorum fons, fomésque. c.35.ſ.14.n.2
Diuitiæ ad inferos viaticum. ibid.
Diuitiarū mancipia, victimæ pecuniæ. c.40.ſ.2.n.3
Diuitiæ iniquitate parantur. c.50.ſ.2.n.16
Diuitiæ congeſtæ pellundant. c.47.ſ.2.n.4

Danitæ.

Danitæ fortiſſimi. c.49.ſ.15.n.19

Debbora.

Debboræ nutricis Rebeccæ ætas, mórſque. c.35.ſ.6.n.8
Debbora typus B. Virginis Mariæ. c.39.ſ.5.n.18 & c.49.ſ.18.n.1

Delator.

Delatori malè moram ō credendū. c.37.ſ.3.n.11
Delatoris vita priùs inquirenda, quàm homini credatur. ibid.

Democritus.

Democritus ſibi oculos eruit. c.39.ſ.6.n.16

Deſiderium.

Deſiderium ardens in Deum. c.32.ſ.13.n.17

Deſpero.

Deſperandum de nullo. c.35.ſ.8.n.5

Deliciæ.

Deliciarum flos breuis & caducus. c.34.ſ.1.n.7

Dina.

Dina inuoluntariè oppreſſa doluit. cap.33. ſ.4. num.14
Dina ſtupro non aſſenſit. c.34.ſ.6.n.4
circa Dinæ coniugium Hebræorum ineptiæ. n.5
quid Dinæ factum ſit. c.34.ſ.8.n.10

Dignitas.

vbi Dignitas altior, inde grauior ruina. cap.34. ſ.5.n.19
Dignitates mundi à Deo ſunt, & hominibus locantur. ſ.8.n.9
Dignitatem refugit prudens & pius vir. c.41.ſ.4. num.7
Dignitate Eccleſiaſtica fungi dolet prudens & pius vir. num.8
in Dignitate gaudet ſtultus. c.33.ſ.6.n.10

Diffidentia.

Diffidentia in Deo grauiter ponitur. c.37.ſ.4.n.9
Diffidentia in Deo exitum habet infelicem. n.10

Detractor.

Detractor pallium in publico habenti ſurripit. c.49 ſect.5.num.5
Detractio doloſam ſequitur laudationem. n.7
Detrahere, ſeruile abiectúmque vitium. n.6

Dens.

Dentes Christi qui ſanctè alios erudiunt. c.49.ſ.15.n.19
Dentes Christi Apoſtoli. ibid.

Diſcordia.

Diſcordias qui ſerit, mors & infernus eſt. c.35.ſ.6.n.12
Diſcordia inter S. Hieron & Ruffin. c.36.ſ.1.n.5

Diocletianus.

Diocletianus victum ſe à Christo confeſſus eſt. c.35.ſ.9.n.17
Diocletiani obitus infelix. ibid.

Domini.

Dominorum cura de ſeruis qualis eſſe debeat. c.39. .1.n.12
Dominus ancillam facilè vincit. ſ.5.n.18
boni heri bonus ſeruus. c.43.ſ.1.n.18
Dominandi appetitus tyrannicus. c.49.ſ.a.n.15
Domini ſeruis ob vitia ignobiliores. c. 39. ſect.1. num.3
Domini in infernum detruſi. ibid.

Docere. Doctor.

Docendi pueros laborioſa & moleſta occupatio. c.49.ſ.3.n.2
Docendo pueros tribus Simeon patrum delicta expiauit. c.49.ſ.3.n.17
Docendi munus è ſuggeſto Christus in ſeipſo dedicauit. n.18
Docendi iuuentutem proprium munus Societatis IESV. ibid.
Docendi iuuentutem munus præſtantiſſimum & vtiliſſimum Reip. n.19
Docere literas & mori idem eſt. c.49.ſ.3.n.20
Docendi munus ritu Christiano pueros omni laude digniſſimum. num.17
mori acerbius erudire pueros. nu.21
Docti viri ſicut ſtellæ, indocti ſicut elementa. num.18
Doctus quis bonus. c.32.ſ.9.n.7

Ben. Fernand. in Geneſim. 3.

Doctrina.

Doctrina ſine exemplo quid turpiſſimum. cap.33. ſ.6.n.16
Doctrinæ malus vſus. n.9

Doli.

Dolos intendere prætextu religionis. cap.34.ſ.7. num.1
Dolus & fraus arguit infirmitatem. ibid.
Doloſus ſemper ſibi dolos ab aliis timet. cap.50. ſ.3.num.2

Dolor.

Dolor intolerabilis, ſi videas æmulum tuis perfrui bonis. c.34.ſ.7.n.9
à Doloribus nemo in vita immunis. c.35.ſ.11.n.1
Dolor vehemens diu latere non poteſt. cap.37. ſ.4.num.1

Domus.

Domus ſancti opificis templũ Dei. c.34.ſ.2.n.11

Dux.

Ducis Brigantiæ memorabile Chriſtianæ pietatis exemplum. c.49.ſ.2.n.15

E.

Ebrietas.

Ebrietas deſcribitur. c.42.ſ.5.n.6
Ebrietas peccatum. ibid.
Ebrietas dedecus intolerandum. c.49.ſ.6.n.8

Eccleſia.

Eccleſia pomarium. c.32.ſ.7.n.5
Eccleſia Chriſto crucifixo deſponſata. ſ.12.n.7
Eccleſiæ Chriſtianæ ſapientia. ſ.14 n.20
in Eccleſia Chriſti nihil non ſublime. n.21
in Eccleſia Chriſti multæ magnæque. virtutes. num.22
Eccleſia Chriſti ex gentibus. c.33.ſ.7.n.10
Eccleſia de gentibus magnum miraculum. ibid.
Eccleſiæ firmitas inter perſecutiones. ſ.9.n.6
Eccleſiæ primitiuæ vernum tempus. cap. 34. ſ. 1. num.10
contra Eccleſiam Chriſti communis conſpiratio. ſ.7.n.10
Eccleſia de gentibus & Iudæis copulata figuratur. c.35.ſ.1.n.6
Eccleſia nunc fidelibus, quàm ſanctis fœcundior. ſ.8.n.6
Eccleſia in perſecutionibus, quàm in pace felicior. n.8.& c.41.ſ.4.n.2
Eccleſia Catholica Romana ſemper inuicta. ſ. 9. n. 17.c.33
Eccleſiæ gloria. quod primum perſecutorem habuit Neronem. num.18
Eccleſia Chriſti ſuperabundat oleo. n.23
Eccleſiæ magnificentia ex paupertate Chriſti. c.41.ſ.6 n.6
Eccleſia Chriſti immobilis & inuicta. c.49. ſ.19. num.8
qui Eccleſiæ Romanæ adhæret, firmus & ſecurus. ibid.
ſolum in Eccleſia Romana fides, ſalúſque. n.10
Eccleſia Romana portus ſalutis. ibid.& c.49.ſ.13. n.10.
Eccleſia de gentibus ſoli Deo homini reſeruata. c.49.ſ.10.n.7
Eccleſia Dei vinea. ſ.21.n.1
in Eccleſia Chriſti mira temporis, loci, myſteriorum, gratiarum latitudo. ibid.
Eccleſia Chriſti Hieruſalẽ dicitur.c.49.ſ.22. n.10
Eccleſiæ felicitas in perſecutionibus. c.49.ſ6.n.9
intra Eccleſiam Catholicam ſecuritas fidelium. c.49.ſ.2.n.23
Eccleſiam Chriſti infantulam Reges perſecuti, maturam fouent. c.42.ſ.1.n.2
Eccleſia rapuit Meſſiam, cœlúmque ſynagogæ. c.49.ſ.11.n.13
Eccleſiæ typus Chananæa Chriſto vim intulit precando. n.14
Eccleſia gentium ſurrexit mortua ſynagoga.n.15
Eccleſiæ de gentibus Rahab typus. n 19
Eccleſia Dei ciuitas glorioſa. c.49.ſ.21.n.19
extra Eccleſiam Chriſti nec fontes Dei, nec portæ cœli. n.22
Eccleſia Romana Catholica ſemper eadem. n.24
Eccleſia pallium Chriſti. c.49.ſ.12.n.12
Eccleſiæ redditus minuuntur, quia non dantur pauperibus. n.36
Eccleſiæ redditus à Deo benedicti. ibid.
Eccleſiæ redditunm quota pars debita pauperibus. ibid.
Eccleſia Chriſti in Petro & Paulo fundata Inexpugnabilis. c.49 ſ.21 n.16
inuicta ſtat Eccleſia Chriſti. c.49.ſ.11.n.23

Eccleſiaſticus.

Eccleſiaſticos præcipuè cogit humilitas pueri Iesv. c.49.ſ.5.n.20
Eccleſiaſtici pulchrum ornamentum Chriſti. c.49.ſ.12.n.13
Eccleſiaſtici ab omni affectu humano alieni.c.49. ſ.4.num.20
Eccleſiaſtici à mundo profugi. ibid.
Eccleſiaſtici precibus & meritis præliantur. n.33

Effigies.

Effigies crucifixi admiranda in vrbe Boizes.c.46. ſ.vnica.n.16.

Eleemoſyna.

Eleemoſyna benedictio. c.32.ſ.3.n.5.& ſ.11. n.4 & c.33.ſ.5.n.6
Eleemoſynæ grande lucrum. c.32.ſ.3.n.3
Eleemoſynæ fœnus. n.6
Eleemoſynis cœlum comparatur. ſ.5.n.9
Eleemoſyna Deo gratiſſima. n.10
per Eleemoſynas animarum venia. ibid.
Eleemoſynas dandi animus grande Dei beneficium. ibid.
Eleemoſyna prædeſtinationis effectus. n.11
in Eleemoſyna duplex ſubſidium. ibid.
Eleemoſyna fit de donis à Deo datis. cap.32.ſ.5. num.10
Eleemoſyna quæ prudens. c.32.ſ.11.n.3
Eleemoſynæ lucrum bona mors. n 4
cum Eleemoſyna iungantur bona verba. ibid.
Eleemoſyna dicitur iuſtitia. c.33.ſ.5.n.6
Eleemoſyna pluribus erogata pretioſior. n.7
Eleemoſyna commendatur diuitibus. ibid.
Eleemoſyna emitur cœlum. ibid.
encomia dantis Eleemoſynam. c.48 ſ.1.n.3
Eleemoſyna telis armat manum contra diabolum. c.48.ſ.2.n.29
Eleemoſyna commendatur. c.49.ſ.1.n.34
in Eleemoſyna grandis peccatori defenſio. c.35
ex Eleemoſyna grande homini lucrum. ibid.
Eleemoſyna vehiculum ad cœlum. ibid.
Eleemoſyna vtramque comparat vitam. cap.49. ſ.4.n.13
Eleemoſyna Deo grata, homini fructuoſa.cap.49. ſ.4.n.14
Eleemoſyna fortitudo cleri. n.36
Eleemoſynæ cum fœnore poſt mortem redduntur. c.40.ſ.2.n.3
Eleemoſynam qui erogat, ditior fit. c.33.ſ.3.n.5
Eleemoſyna largè hilaritérque eroganda. cap.48. ſ.1.num.3

Electio.

Electio.

Electio æterna diuinæ miſericordiæ. c.40.ſ.2.n.5

Elias.

Elias in curru raptus. c.32.ſ.5.n.16

Eloquentia.

Eloquentia ſancta Chriſtianis à Deo datur. c.42. ſ.3.num.6

Eloquentia incantatrix. ibid.

Eloquentia cum ſapientia inter Chriſtianos.c.42. ſ.3.num.4

Emendatio.

Emendatio vitæ. c.41.ſ.2.n.13

Emendatio vitæ firma & ſtabilis. ibid.

Emendatio vitæ reum honorat, redditque propitium. c.50.ſ.3.n.12

Emendatio vitæ fructus pœnitentiæ. c.45.ſ.1.n.1

Emendatio ſic habet, quaſi parum aut nihil peccaſſet. c.50.ſ.3.n.11

Emmanuel.

Emmanuelis Regis ad Leonem X.legatio.cap.32. ſ.14.num.12

Epiſcopus. Epiſcopatus.

Epiſcopi quomodo aliquando coniugati.cap.32. ſ.9.num.5

Epiſcopus animarũ,non pecuniarum.c.32.ſ.6.n.3

Epiſcopatus ambitio mera ſtultitia.c.33.ſ.6. n.21

Epiſcopi potior eſt labor, quàm honor. cap.37. ſ.1.num.11

Epiſcopus ex munere quid præſtare debeat. ibid.

Epiſcopatus curarum ſimul & coronarum ſocietas. ibid.

Epiſcopatus periculis plenus. n.12

lucro & periculis plenus. c.49.ſ.5.n.21

Epiſcopi conſilium & fortitudo. c.37.ſ.1.n.12

Epiſcopatuum ambitio. ſ.3.n.9

Epiſcopum ſe creatum dolet Auguſtinus. ſ.5.n.8

ſub Epiſcopatus pondere gemit prudens iuſtúſque vir. c.41.ſ.4.n.8

Epiſcopus Chriſti heres ad baiulandam crucem. ſ.7.num.10

Epiſcopi ſublatam præferunt crucem. ibid.

Epiſcopus pretioſum animarum depoſitum habet. n.12

vita Epiſcopi vita in ſalo nauigantis. cap.49.ſ.5. num.21

Equus.

Equus albus periclitatur in bello. c.35.ſ.11.n.17

Eremitici.

Eremitici ſtulta indignatio. c.33.ſ.6.n.13

Eſau.

Eſau patientia & manſuetudo. c.33.ſ.3.n.7

Eua.

Eua inconſideratè egit. c.39.ſ.4.n.10

Eua melius ſibi tacendo conſuluiſſet. ſ.6.n.15

Euchariſtia.

Euchariſtia perennis fons bonorum. cap.49.ſ.16. num.8

Euchariſtiæ ſolennitas in Eccleſia. c.33.ſ.1.n.17

in Euchariſtia ſanctæ deliciæ. n.18

Euchariſtiæ dulcedo inexplicabilis. n.19

Euchariſtia diſcitur & bibitur. ſ.8.n.9

Euchariſtia principis menſa. ibid.

de Euchariſtia teſtimonium contra hæreticos. num.10

Euchariſtiæ ſacra pixis columba ex auro. ibid.

vt Euchariſtia quotidie ſumi poſſit,ita viuendum. ibid.

ad Euchariſtiam frequenter accedendum. ibid.

Euchariſtia dabatur recèns baptizato. ibid.

Euchariſtiæ menſa Eccleſiæ monimentum. c.34. ſ.7.num.10

Ben.Fernand.in Geneſ.tom.3.

ad Euchariſtiam tabeſcunt & cruciantur diaboli. num.11

Euchariſtia hoſtiarum hoſtia. c.35.ſ.2.n.16

in Euchariſtia Chriſtus ditiſſimus qui vita pauper. ibid.

Euchariſtiæ aduerſantur maximè odium, & luxuria. c.35.ſ.5.n.21

Euchariſtia ſummam exigit pietatem. ibid.

Euchariſtia Domini vota & deſideria. cap.43.ſ.1. num.8

Euchariſtia principis epulum. ibid.

Euchariſtia puram linguam exigit. ibid.

Euchariſtia ſanctum timorem exigit. ibid.

Euchariſtia puritatem animæ corporiſque exigit. ibidem.

Euchariſtia diuinitatis epulum. n.9

in Euchariſtia ſingulare nobis præſidium. c.50. ſ.2.num.16

ad Euchariſtiam qualis animæ diſpoſitio. ibid.

Euchariſtia Chriſtianorum fortitudo & ſecuritas. n.18

Euchariſtiam ſumentium piæ dulcéſque lacrymæ. ibid.

in Euchariſtiæ ſumptione dulcis & pia contemplatio. ibid.

Euchariſtiæ effectus reſurrectio corporum. n.19

Euchariſtiæ effectus reſurrectiones corporum particulares. n.20

Euchariſtiæ effectus reſurrectio multorum in die paſchatis. ibid.

in Euchariſtia Chriſtus bonus & pulcher. n.21

Euchariſtia ſacramentum amoris. ibid.

in Euchariſtia ſanctæ nuptiæ animæ cum Chriſto. ibid.

ab Euchariſtia candor & puritas Eccleſiæ. c.49. ſ.12.num 21

Euchariſtia ſumma benedictionum Meſſiæ. ibid.

ab Euchariſtia omnis pulchritudo animarum. ibidem.

in Euchariſtia vitæ bibitur innocentia. ibid.

vt ad Euchariſtiam accedamus fidei myſteriis nutrimur. n.20

ad Euchariſtiam inuitat Chriſtus. cap.49. ſ.22. num.6

Euchariſtiæ tria maximè effecta. ibid.

Euchariſtia lignum vitæ. ibid.

Euchariſtia nos ad vitam æternam perducit. ibidem.

Euchariſtia fiduciam præſtat morienti. ibid.

Euchariſtia datum cœlitùs medicamentum. c.49. ſ.5.n.16

Euchariſtiam ſumere ſummus honor. n.17

Euchariſtiam ſumens in peccato furatur pomum vitæ. n.15

Euchariſtia dicitur præda & rapina. ſ.6.n.14

in Euchariſtia diuinæ maieſtatis oſtentatio. c.49. ſ.6.n.14

Euchariſtia bonorum omnium collectio. ibid.

per Euchariſtiam conſecutus eſt Chriſtus gloriam & famam in terris. ibid.

Euchariſtia requies & maieſtas Dei. ibid.

Euchariſtia Dei opus,decor,magnificentia, regia dignitas. ibid.

in Euchariſtia veriùs, quàm alibi regem ſe Chriſtus oſtendit. ibid.

poſt Euchariſtiam ſumptam dulcia amoris deliquia. n.17

Euchariſtia cordium præda,amuletum & amatorium animarum. ibid.

Euchariſtiæ præſidio roboratur moribundus. num.20

Euchariſtia Chriſtus paſtor. n.18
Euchariſtia priuari in morte, grauc Dei ſupplicium. c.49.ſ.6
Euchariſtiæ baculus animæ pergentis in æternitatem. ibid.
Euchariſtia ſumpta lætus & ſecurus in mortis pelagus ſe proripit fidelis. ibid.
Euchariſtiæ viatico moriens vadit ſecurus. n.21
Euchariſtia declaratur egregiis nominibus. ibid.
in Euchariſtia potiſſimum ſe Deus exinaniuit. ibidem.
In Euchariſtia ſuum potiùs amorem,quàm Indicium,voluit Chriſtus oſtendere. ibid.
per Euchariſtiam ſanantur animæ morbi. c.49. ſ.5.num.15.
Euchariſtia pinguis panis Chriſti. c.49.ſ.7.n.9
Euchariſtia pignus & repræſentatio reſurrectionis. n.10
ab Euchariſtia noſtris corporibus immortalitas communicanda. ibid.
caro Chriſti in ſacramento ſub ſpeciebus panis. ibid.
in Euchariſtia cœleſtes animæ ſentit delicias. num.11
in Euchariſtia coniunctio animæ cum Deo caſtiſſima & iucundiſſima. ibid.
Euchariſtia dolcedo inexplicabilis. ibid.
Euchariſtiam nobis Chriſtus adminiſtrat. c.41. ſ.7.num.27
in Euchariſtia fides noſtra commendatur. Ibid.
in Euchariſtia finis fidei noſtræ ſalus æterna. ibidem.
Euchariſtia Dei lectus floridus. c.49.ſ.14.n.14
Euchariſtia optimum munimentum armáque Eccleſiæ. c.49.ſ.4.n.36
Euchariſtia Dei menſa,epulum,ara,arma,fortitudo. n.37
Euchariſtia tutatur fideles ab infidelibus. n.38
Euchariſtia indignè ſumentibus fit in condemnationem. c.49.ſ.20.n 8
Euchariſtia oſculum,& vbera ſponſi. n.20
Euchariſtia amores Chriſti. ibid.
feſtum, cũ ſumitur Euchariſtia.c.46.ſ.vnica.n.11.
in Calice ſanguinis Domini erat apud antiquos inſculptus paſtor ouem humeris portans.c.49. ſ.6.num.18.
in ſacro Calice typus pœnitentiæ inſculptus. ibidem.
matrem ſe Chriſtus in Euchariſtia præbet. c.46. ſ.vnica.n.10
Euchariſtia diuini amoris epulum. n.11
Euchariſtia fructus incarnationis Verbi. cap.49. ſ.7.num.8
Excuſo.
Excuſet ſe innocens modeſtè non maledicendo. c.40.ſ.2.n.15
Excommunicatio.
Excommunicatio magna infelicitas.c.32.ſ.11.n.7
Excommunicentur obſtinati. ibid.
Exemplum.
Exemplum præbens margarita eſt in corona Chriſti. c.49.ſ.17.n.8
Exemplum efficacius,quàm doctrina. cap.34.ſ.5. n.21.& c.49.ſ.4 n.24
Exempli efficacitas. c.34.ſ.18.n.12
In Exemplo mira vis. ibid.
In Exemplo ſuperioris mira virtus. c.35.ſ.3.n.4
Exemplum Chriſti trahit. n.5
Exemplum principis efficax. ibid.
Exemplo Chriſti perſecutiones tolerantur. n.6
Exempla laicorum qui ob vexationem cleri perierunt infeliciter. cap.47.ſ.2.num.8
Exempli mali ſumma vis. c.49.ſ.15.n.2
Exemplo ſimul & doctrina perſuadet ſanctus Orator. c.49.ſ.4.n.24
ſtultus,& impudens qui bonorum non mouetur Exemplis. c.49.ſ.1.n.30
Exempli potior vis,quàm doctrinæ.c.33.ſ.6.n.16. & num.17
ſine Exemplo vitæ doctrina abiecta eſt. n.17
Exilium.
Exilium acerbius morte. c.35.ſ.1.n.3
in Exilio & fuga martyrium. ibid.

F.

Fabula.

Fabularum ſcriptores ſtulti ſimul & impudentes. c.35.ſ.4.n.13
Facies.
à Facie apparent notæ ingenij animíque. cap.41. ſ.3.num.2
Fama.
Famam nominis celebrandi ratio Inepta. cap.35. ſ.12.num.4
de Fama ſua bona cuique curandũ eſt.c.39.ſ.1.n.7
Famam etiam malus bonam habere vult. ibid.
Famæ alienæ conſulendum. c.40.ſ.2.n.14
Famæ alienæ tectis vitiis conſulendum. cap.45. ſ.1.num.7
ſit vnicuique cura bonæ Famæ. c.45.ſ.2.n.2
Fames.
Fames parit induſtriam ad laborem. c.34.ſ.1.n.3
Fames vbi tempeſtas omnia turbat. c.41.ſ.7.n.15
Fames vniuerſale tormentorum membrorum. ibidem.
Famis deſcriptio. ibid.
Fames plagarum tormentum. n.20
Fame vitia regnant,virtutes debilitantur. n.20
Fames grauiſſimè cruciat. n.19
Fames exitium corporis animæque. n.20
Fames publica, quia non fiunt pauperibus eleemoſynæ. c.47.ſ.3.n.2
Famulor.
Famulantium turba non alenda. c.43.ſ.1.n.21
Faſtus.
Faſtus nimius domum peſſundat. ibid.
Felix,Felicitas.
Felicitas per diabolum infelix. c.35.ſ.4.n.11
Felicitatis humanæ læta initia,triſtes exitus. ſ.6. num.7
ex Felicitate alterius ſuam quiſque infelicitatem acerbiùs dolet. ſ.12.n.8
Felicitas vnius totam illuſtrat cognationem. c.37 ſ.6.n.4
Felicitas vanum inſomnium. c.40.ſ.2.n.4
Felicitas humana breui durat. c.41.ſ.4.n.8
Felicitas ſæculi reddit ſtupidum & mutat in pecudem. Ibid.
Felicitas impiorum breuis,æterna infelicitas.n.10
Felicitas peccantiũ ſũma infelicitas. c.43.ſ.2.n.15
Felicitas humana cùm maximè increuit,proxima eſt ruinæ. c.49.ſ.21.n.15
Felicitas & vita per momenta immutantur. n. 14
Felicitas homini ſua inimica. c.49.ſ.17.n.6
Felix qui paruo contentus viuit. ſ.13.n.5
Felicitas obliuionem Dei generat. c.49.ſ.4.n.16
Ferculum.
Ferculum Salomonis quid ſignificet. ſ.5.n.12
Feſta.
Feſtus dies cur inſtitutus. c.32.ſ.13.n.1

Feſta

Feſta celebrandi ritus profanus. c.33.ſ.4.n.2
Feſta celebrandi pius ritus. ibid.
in Feſtis laſciuia fœminarum. ibid.
Feſta quomodo à Chriſtianis celebranda. ibid.

Fides.

Fides remedium ad ſalutem. c.32.ſ.7.n.9
Fides exigit opera. ibid.
Fides via. c.33.ſ.10.n.9
Fides prædicata toti orbi dominatur. cap.34. ſ.7. num.13
Fides Catholicorum antiqua & conſtans. c.35. ſ.1.n.14
Fides vana carens humilitate. c.37.ſ.1.n.6
Fidei dogmata iuuant ad extinguendam libidinem. c.39 ſ.3.n.5
Fides potius opere, quàm voce commendatur. c.49.ſ.10.n.10
extra Fidem Chriſti ferè omnia vana, ridicula, turpia in ſectis. c.49.ſ.23.n.1
in Fide, in Eccleſia, in ſacramentis non eſt diſtinctio ſanguinis & ſexus. ibid.
Fides animæ cibus, ſcientia condimentum. c.49. ſ.14.n.10
Fidei Chriſtianæ facilis ſecuráque via. ſect. 11. num.12
extra Fidem Chriſti error, nox, barathrum. ibid.
ſine Fide nullum peccatori remedium. c. 35. ſ.9. num.22
Fidem Chriſti à Romanis acceptam orbis miratur. c.49.ſ.6.n.13

Fidelis.

Fidelium ſignacula in primitiua Eccleſia. cap.33. ſ.9.n.10
Fidelium ſigillum anchora. n.11
Fidelium audaciam in perſecutionibus quanti Deus fecerit. c.35.ſ.8.n.8
Fidelium, qui non eminent, ordo. n.18
Fidelium de propria ſalute communis ignauia. num.19
Fideles habent remedium cùm peccant. ſect. 9. num.21
Fidelium felix ſtatus in gratia. c.45.ſ.1.n.3
Fidelis in Domino moriens non habet quid timeat. c.50.ſ.1.n.4
Fideles vti infantes Patribus Apoſtolis adhæſerunt. c.49.ſ.12.n.26
Fideles antiqui rerum terreſtrium clade non puniebantur. c.47.ſ.3.n.2. nec dolebant, nec ſentiebant huiuſmodi clades. ibid.
Fidelium leuiora delicta vlciſcitur Deus, infidelium grauiora diſſimulat. c.49.ſ.2.n.4
Fideles in eadem ſpecie grauiùs, quàm infideles peccant. ibid.
Fidelium prouinciæ prata & ſegetes. cap.48. ſ.2. num.18
Fideles in vulneribus Domini viuunt ſecuri. c.49. ſ.13.n.14
Fidelium portus in vulneribus Domini IESV. ibid.
Fidelitas in donis Dei mira iuſtorum. c. 41. ſ. 3. num.9
Fideles in eodem delicto plectuntur, infideles dimittuntur. c.49.ſ.2.n.5

Fiducia.

Fiducia in Deum felix. c.32.ſ.3.n.12
Fiduciæ fructus. ibid.
Fiducia peccatorum temeraria & audax. ſect. 5. num.13
Fiducia mira in Chriſto. ſ.7.n.19
Fiducia Dei in aduerſis. ſ.8.n.9
Fiducia in Deo miraculorũ effectrix. c.33.ſ.9.n.7
Fiducia in Deo ipſi gratiſſima. c.35.ſ.14.n.15
Fiducia in Deo vtiliſſima pœnitenti. n.16
quia Fidei modicæ, egemus miſeri. ibid.
Fiducia in Deo ſecurum reddit. c.37.ſ.4 n.9
Fiduciam in homine Deus caſtigat. cap.40.ſect.2. num. 15
Fiduciæ diuinæ ſe totos multi iuſti reddiderunt. num.20
Fidens Deo Deum honorat. c.31.ſ.3.n.12
Fiducia in Deum habet imperium ſuper diabolum. c.49.ſ.20.n.6
Fiducia in Deum victrix omnium. ibid.
Fiducia impij vana in Deo. n.8
Fiducia in Deo vanum peccatorem perdit. ibid.
Fiduciam in Deo vanam infamant peccata. ibid.
Confidentia vana, turpiſque imbecillitas. numero 12
Fiducia in Deo datur deuotis B.Mariæ. c.49.ſ.12. num.10

Filius, Filia.

Filius malus infamia patris. c.32.ſ.9.n.5
Filij & ſubditi in acie & bello ſunt. n.6
Filius bonus à malo patre miraculum. cap. 33. ſ.8.n.1
Filiis impietas patria non nocet. cap.34. ſect. 4. num.2
Filiorum citò, ſerióque errata corrigenda. ſ. 5. num. 16
de Filia, quàm de filio cura difficilior. n.18
Filia diligenda à patre cuſtodienda. n.22
Filia timore patris coërcetur, amore nimio fit audentior. ibid.
Filiorum delicta Deus à parentibus exigit. ſect.6. num.7
Filio non permittendum vt peccet impunè. ſ. 8. num. 1
Filiorum comprimenda laſciuia. ſ.9.n.6
Filius prodigus confeſſionem præfigurauit. n.15
Filiarum impuritate parentes, ac familia dedecorantur. c.35.ſ.1.n.4
Filia indignis nuptiis totam parentum familiam deturpat. num.5
Filiis prodeſt etiam malis parentum virtus. ibid.
Filij pietas erga matrem. c 35.ſ.6.n.9
Filij maſculi ortus parentibus gratiſſimus. ſ.10. num.13
Filius doloris eſt quiſque matri ſuæ. ſ.11.n.10
Filij vltimò nati cariores. n.13
Filij nati ex matribus partu extinctis formatiſſimi. ibid.
Filij relinquendi non tam felices opibus, quàm moribus. ſ.14.n.2
Filius ingenio, virtuteque præſtans maiore dignus amore. c.37.ſ.2.n.2
Filium vnum aliis præferri licet interdum. num.3
Filius præcipuè ob virtutem præferendus. ibid.
Filij prodigi ad patrem reditus. c.37.ſ.3.n.5
Filij patrum vitia imitantes grauius puniuntur. ſ.4.n.4
Filiis ſummum opprobrium ex malis parentibus. ibid.
in Filiis puniuntur delicta patrum. n.5
Filios viri iuſti Deus fouet ac tuetur. n.7
Filij commento patrem ſeducunt. ſ.8.n.3
Filius Dei in fornace Babylonis cum pueris. c.39. ſ.7.n.20
Filius Dei paſſionis futuræ præludium in afflictis iuſtis exhibebat. ibid.
Filij defunctis parentibus pia ſubſidia deferre non curant. c.50.ſ.2 n.22

Filij cum corporibus ſimul parentum memoriam ſepeliunt. ibid.
Filij pietas erga parentes à Deo rependitur. c.49. ſ.21.n.4
Filius de vno parente bene meritus alterum honorat. ibid.
Filij pietas erga parentes Deo gratiſſima. n.5
Filij pij erga parentes diu ac feliciter viuunt. ibid.
à Filiis etiam malæ cogitatiónes auertendæ. c.48. ſ.2.n.12
Filij benemeriti à parentibus præferendi. n.16
Filiò certa pernicies, quem pater non benè inſtituit. c.49.ſ.1.n.2
Filio malo bonus pater prodeſt. n.3
Filiis carens multos indiget. n.8
de Filiis laborioſa cura. ibid.
Filij plus fellis, quàm mellis afferunt. ibid.
à Filiis & à domeſticis cauendum. cap.49.ſect.20. num.1
Filij pietas erga parentem demortuum. c.50. ſ.2. num.6
Filij corona & ornamentum parentum. n.1
Filiorum pietas erga parentem grandæuum. c.46. ſ.vnica.n.18
Filij erga parentes pij vita longiore donantur. ibid.
Filij inhumani præpropera morte rapiuntur. ibid.
Filius prudens non dedignatur parentem pauperem. ibid. n.23.& c.47.ſ.1.n.11
Filij parentum defunctorum mandata cum ipſis ſepeliunt. c.47.ſ.3.n.16
Filiis nulla cura defunctorum parentum. ibid.
Filij pij erga parentes terræ cœlique bonis donantur. n.20
Filius multum debet parenti à quo videt alterum honorari. c.48.ſ.1.n.10
Filius parum debet parenti, qui ſecundas celebrat nuptias. ibid.
Filij egregia pietas erga parentem. cap.48. ſect.1. num.1
Filius commendatur pietas erga parentem ſenem, pauperem, ægrum. n.3
pro Filiis acerrimè pugnandum. c.48.ſ.1.n.12
de Filij anima potiùs, quàm de opibus curandum. ibid.

Fœcunditas.

Fœcunditas maior ſegetum priſcis ſeculis. c. 49. ſ.14.n.6

Finis.

Finis rerum cuique ſpectandus. c.37.ſ.6.n.12
Finem quiſque ſuum ex ſua vita nouerit. n.13

Fons.

Fons in quo B.Maria filium ſuum lauit. c.41. ſ.3. num.9
Fontium aqua in altum ſubſultans. cap.32.ſect 6. num.5
Fons beneficentiam Dei exprimit. ſ.13.n.8

Fornicatio.

Fornicatio ſimplex minus graue peccatum quàm cætera carnis. c.34.ſ.4.n.9
cum Fornicatione raptus & violentia. ibid.

Fortitudo.

Fortitudo in aduerſis. c.32.ſ.7.n.4
Fortitudinis actus duo. ibid.
Fortitudo noſtra à Deo. c.32.ſ.7.n.19
Fortitudo creſcit præcepta fuga. ſ.8.n.4
Fortitudo iuſtorum in periculis & anguſtiis. c.33. ſ.9.n.5
Fortitudo martyrum & Virginum admiranda. cap. 39. ſect.6. num.19
Fortitudo iuſtorum creſcit vbi creſcit tribulatio. c.41.ſ.2.n.2
Fortitudo ſumma inimicos diligere. c. 50. ſect.1. num.26
Fortitudo ſumma libidinem & vindictam cohibere. c.49.ſ.21.n.18
Fortium eſt prodi, ac vinci dolis. c.33.ſ.7.n.2
Fortitudo paucorum præſtat, quàm ignauia multorum. c.35.ſ.8.n.8

Frater.

Fratres quando in donis præferendi. cap. 33. ſ. 2. num.15
Fratres vnit, non diuidit Chriſtus. ſ.3.n.6
in Fratribus vnitas caritatis. ibid.
inter Fratres non iudex, ſed pietas. n.7
inter Fratres litigium indignum. ibid.
Fratrum concordia etiam inter gentes rara firmáque. c.36.ſ.1
Fratrum odium fœda res. ibid.
Fratrum odium grauiter citóque à Deo punitur. ibid.
Frater bonus fratris culpam odit, accuſátque. num.16
Fratrum odia ex cupiditate habendi. cap. 37. ſ.2. num.10
Frater natu maior minorum hoſtis, prædóque. ibid.
Frater malè fratri felicitatem inuidet. ſ.3.n.2
Fraterni ſanguinis effuſio incomparabiliter contaminat. c.37.ſ.6.n.4
Fratrem à fratribus vendi ſumma indignitas eſt. ſ.7.n.11
Fratres in Ioſeph crudeles etiam illius veſtem rabie lacerarunt. ſ.8.n.8
Fratres nimis inuicem amari licet. c.44. ſ. vnica. num. 2
mira Fratrum pietas. c.42.ſ.2.n.20
Frater grandior cæteris ſit exemplo. n.23
Fratrum odia iurgiáque crimen peſſimum. c.37. ſ.1.n.21

S. Franciſcus Xauerius.

S.Franciſcus Xauerius ad reuelationem laborum exultat. c.37.ſ.5.n.17
S. Franciſci Xauerij cupiditas patiendi inſatiabilis. ibid.

Fugio.

Fugiendum à flagitioſo. c.41.ſ.1.n.1

Furtum.

Furto rapta ſors leproſa. c.33.ſ.3.n.5
Furtum theſaurus criminum. ibid.
Furto nullum ſcelus communius. cap.33. ſect. 3. num.9

G.

Gadita.

GAditanum robur eximium. cap. 49. ſect. 16. num. 6

Galilæa.

Galilæa primùm deſpicabilis, dein per Chriſtum & Apoſtolos inſigniter glorioſa. cap. 49. ſ.18. num.8

Garrulitas.

Garrulitas in fœminis damnatur. c.34.ſ.2.n.3

Gaudia.

Gaudia etiam honeſta breui tranſeunt. c.35.ſ.10. num.5
Gaudium plenius poſt tribulationem. cap.42.ſ.1. num.9

Gemma.

Genus.

Generis nulla claritudo caret labe & macula. c.38.ſ.vnica.n.2

Genus quiſque ſuum ſua purificat & illuſtrat virtute. ouo.3

Gentes, Gentilitas.

Gentilium infelicitas. c.33.ſ.7.n.20

Gentilium cœcitas & ſtoliditas. ſ.11.n.4

Gentilea ſuam in vitiis pouunt felicitatem. c.35. ſ.4.n.11

Gentiles vitia pro Diis colebant. ibid.

Gentilium falſa doctrina. num.12

Gentilium commenta ridicula. n.13

Gentilium fabulæ indignæ quæ audiantur. ibid.

Gentilitatis error omnis vitium. n.17

Gentes Chriſtum à Iudæis repulſum amplectuntur. c.37.ſ.7.n.9

Gentilium ſtoliditas. c.40.ſ.1.n.5

Gentilium regna ignibus depopata. cap. 48. ſ. 2. num.17

Gentilium regnis euerſis plantata Chriſti Eccleſia. ibid.

Gentium gloria inæſtimabilis per Chriſtum. c. 49.ſ.10.n.2

Gentium conuerſio præmium valens in latere Chriſti. ibid.

Gentes Deo fideliores,quàm Iudæi. cap. 49. ſ.11. num.8

Gentiles ſemper odio habiti à Iudæis. n.7

Gentilium mitius ingenium, quàm Iudæorum. num.8

Gentilium caritas admiranda. n.9

Gentiles Chriſtum à Iudæis crucifixum amplectuntur. n.10

in Gentibus mira virtutum ſemina Deus introſpexit. ibid.

miſericordia cum Gentibus. ibid.

ad Gentes tranſlata veritas malè à Iudæis accepta. ibid.

Gentilitas beſtiarum ſilua. n.11

in Gentibus admiranda commutatio per Chriſtum. ibid.

Gentium durities à Chriſto emollita. n.12

Gentilitas ægra,cùm ſana eſſet ſynagoga. n.15

Gentium pietas Chriſto intulit vim. n.13

Gentiles facilius Chriſto crediderunt, quàm Iudæi. c.49.ſ.10.n.13

Gentilis populi mira felicitas. num.20

Gentium ad Chriſtum conuerſio. ibid.

inter Gentes cognitio, fidéſque vera Dei. c. 41. ſ.3.n.3

Gentes ad Chriſtum conuerſæ in eo ſpem, deſideriúmque habent. c.49.ſ.10.n.1

Gloria humana,Gloriari.

Gloria inanis bonorum operum ærugo. c.32. ſ.9. num.3

Gloria vana in operibus fugienda. ibid.

Gloriæ vanæ multiplex damnum. ibid.

Gloria vana mera ſtultitia. c.33.ſ.10.6

Gloriæ appetitus poſtremò exuitur. n.8

Gloria vana deſtruit bona opera. c.49.ſ.15.n.13

magnos deprimit viros. ibid.

Gloriæ humanæ ſtudentes ſunt pueruli.c.35.ſ.12. num.13

Gloriari de peccatis ſignum reprobationis. c. 37. ſ.7.n.2

Gloriatio de peccatis extremam Dei accerſit vindictam. c.49.ſ.2.n.11

non Gloriandum de re turpi. n.10

Gloriabundus de peccato Deum exacerbat. numero 12

Gloriabundus de peccato Ioab ſuam gloriam fœdauit,& mortem meruit. ibid.

Gloria diuina.

Gloria diuina & humana aduerſantur. c. 33. ſ. 1. num.6

ad Gloriam paſſione itur. ſ.5.n.8

in corpore Glorioſo vulnerum martyris ſigna. ibid.

Gloria Deo,non nobis danda. c.41.ſ.3.n.7

Gloriam & honorem Dei inter homines quærebat Moyſes. n.8

Gloriam diuinam amittit humanæ cupiditas. c. 36.ſ.1.n.16

Goliath.

Goliath proſtratus, quia de perfidia & audacia gloriabundus. c.49.ſ.2.n.11

in Goliath proſtrata verecundia. ibid.

Gubernare.

Gubernatio plena periculis. c.33.ſ.6.n.20

qui bene Gubernat, armat & munit. cap. 41. ſ. 4. num.11

Gubernandi munus tempeſtas animæ. cap.37.ſ.5. num.7

Gubernandi cupiditas immoderata. cap.49. ſ.15. num.16

Granum.

Granum vitæ ſatum in virgine Chriſtus. cap. 42. ſ.5. n.4

Gratia.

Gratiæ diuinæ & voluptatis mira vis. cap.32. ſ.1. num.4

Gratiæ diuinæ cooperari. ſ.3.n.6

Gratia præueniens præuenitur. ibid.

cum Dei gratia ſimul hominis labor. cap.33.ſect. 1.num.1

quod in Gratia quis ſtat, mirandum eſt. ſect. 6. num.14

Gratia Dei bonos à malis liberat. ſ.11.n.1

Gratia poſt baptiſmum nec conſeruatur, nec augetur, nec recuperatur ſine nobis. cap. 34. ſ.2. num.8

Gratia Dei conſtans. c.40.ſ.1.n.9

Gratia,& beneficia,dona que Dei ex ſe ſunt firma & ſtabilia. n.10

Gratia Dei non habet terminum. n.11

Gratia Dei præſtò eſt orationi hominis. c. 46. ſ. voice.num.3

vita gratiæ à Chriſtianis omni ſtudio conſeruanda. c.45.ſ.1.n.2

Gratia. Gratitudo.

Gratitudo erga Deum. c.32.ſ.3.n.8

Gratitudo Dauid erga Deum. n.9

Gratitudo Abrahæ erga Deum. ſ.4.n.2

Gratitudo meritò exigitur. ſ.13.n.1

Gratitudo erga Deum commendatur. ibid.

Gratitudo erga Deum grande beneficium. c. 35. ſ.9.n.12

Gratia Deo pro beneficiis. c.35.ſ.5.n.17

Gratiarum actio propria & frequens iuſtis. c.33. ſ.5. n.2

Grati rependimus Dei beneficia. ibid.

Gratiarum actio gratum ſacrificium. ibid.

Gratiarum actio debita Deo pro beneficiis. c.33. ſ.5.n.2

ex Gratiarum actione magnum lucrum. ibid.

Gratiarum actio etiam in aduerſis. n.3

Gratiam habens Deo in aduerſis par eſt martyri. ibid.

per Gratiarum actionem Deus ſibi debitum à nobis reputat perſolutum. cap. 35. ſect. 1. numero 8

Gratiarum

Gratiarum actio continua ſit pro continuis Dei beneficiis. ſ.3.n.10

ad Gratias Deo habendas inuitamini. ſect. 5. num.17

Gratiæ Deo habendæ pro acceptis beneficiis. c.48.ſ.2.n.1

Grauitas.

Grauitas morum herilis in ſeruo. cap. 59. ſect. 1. num.3

H.

Hebdomada.

HEbdomada annorum continet ſeptem annos. c.49.ſ.9.n.11

Hebræus.

Hebræorum dura corda. c 32.ſ.10.n 3

Hebræis ſacrificia poſt vitulos indicta. c. 33.ſ.6. num.7

Hebræi ad idololatriam proni. c.35.ſ 2.n.3

Hebræi ſanguinis fideles habent de quo glorientur. n.6

Hebræi ſcandalo erant etiam infidelibus. c. 37. ſ.1.n.20

Hebrææ linguæ imperitia erroris cauſa. cap. 35. ſect.1.num 6

Hebræorum fauſta imprecatio, ſicut Ioſeph. c.48. ſ.2. n.11

Hebræorum mercenarius; Chriſtianorum purus amor erga Deum. c.48.ſ.2.n.14

Hebræorum tranſitus per mare rubrum. cap. 49. ſ.16.n.5

Hebræorum traditio de Euchariſtia, & de cantu Angelorum ad Miſſam. c 49.ſ.6.n.16

Hebræi in ſubſtantia, numeróque diminuti propter peccata. c.49.ſ.21.n.3

Hebræi ab Ægyptiis idololatriam educti. c. 33. ſect.11.num.4

Hebræi ſine difficultate carnes habebant. cap.35. ſect.6.num.7

Heli.

Heli mortuus in gratia Dei. c.35.ſ.5.n.5

Heliopolis.

Heliopolis in Ægypto deſcribitur. cap.41. ſect.6. num.12

Heres.

de Hæredibus curat ſtultus immemor ſui. c.32. ſ.7.n.11

Hæredum mancipia. ibid.

Hæredes prorſus inimici. c 47.ſ.3.n.16

Hæredes ingentium patrimoniorum infeliciter viuunt ob parentum maledictionem. cap.48. ſect.1.nu.7

Hæres non præferendus propriæ animæ. cap 33. ſect.11.num.13

Hereſis.

Hæreſibus nec initium, nec exitum euoluere poſſumus. c.34.ſ.9 n 2

Hæreſis idolum falſitatis. ibid.

Hæreſes in vinum & carnem deſinunt. cap. 35. ſ.4.n.14

Hæreſum occaſione creuit doctrina Eccleſiæ. ſ.9 n.21

Hæreſes tempore ipſo euaneſcunt omnes. ibid.

Hæreſum doctores mancipia ventris. cap. 49. ſ.13.n.10

Hæreſes omnes tandem diſparent. cap. 49. ſ. 11. num.24

Hæreſum magiſtri Baccho & Veneri mancipati. c.49.ſ.12.n.14

vbi Hæreſis, ibi & perdita vita. num.15

Hæreſum varietas & inconſtantia.cap.52.ſect.14. num.21

Hæreticus.

Hæreticus & ethnicus idolo immolant. cap. 33. ſ.5 n.9

Hæreticorum mores execrandi. cap. 34. ſect. 5. num.6

Hæreticorum ſtulti magiſtri. ſ.9.n.1

Hæreticorum commenta diſſoluunt Catholici. ibid.

Hæreticus vita turpis, verbo ſtultus. ibid.

Hæreticorum cœcitas, & ſtoliditas. cap. 35. ſ. 2. num.14

Hæreticorum vana, noua, falſa, portenta. ibid.

Hæreticorum fœtent dogmata. ſ.4.n.14

Hæretici ſua commenta velant & ornant. ibid.

Hæretici diuinis ſcripturis abutuntur. ibid.

Hæretici magiſtri proditur impoſtura. ibid.

Hæretici inimici Crucis Chriſti. n.16

Hæretici carnis mancipia. ibid.

Hæreticorum perſecutio profuit Eccleſiæ. c. 35. ſ.9.n.20

Hæretici tauri cornupetæ. ibid.

Hæretici deturpant Eccleſiam Chriſti. cap. 49. ſ.1.n.28

Hæretici orbati Euchariſtia infeliciter moriuntur. ſ.6 n.11

Hæreticorum inconſtantia in doctrina. ſect. 13. num.8

apud Hæreticos nouæ quotidie ſectæ. ibid.

Hæretici de arbitrio ſuo fidem ſuam innouant. ibid.

Hæretici plures confingunt Eccleſias. n.9

Hæretici ſolam Eccleſiam Catholicam non recipiunt. ibid.

Hæretici ex inferno furiæ lucem oderunt. ibid.

Hæretici ſuo veteri ſeruiunt. cap. 49. ſect. 15. num.9.

Hæretico nihil peſtilentius. c. 49. ſ. 31. num. 24

Hæreticorum inanes incurſus contra Eccleſiam Catholicam Romanam. ibid.

Hæreticorum iuſtum & ſanctum ſupplicium. ibid.

Hæretici Antichriſti. ibid.

Hæretici hoſtes Chriſti & Eccleſiæ. nu.14

contra Hæreticos validiſſimum argumentum. num.15.

Hæretici vita & doctrina diaboli. ibid.

Hæreticus Iudæi diſcipulus, ambo Mahometis. ibid.

Hæreſiarchæ ſtultitia. c.34.ſ.9.n.1

Hæretici lues deturpant reliquias ſanctorum. c.49.ſ.16.n.7

Hieruſalem.

Hieruſalem terreſtri nihil impurius & deformius. c.35.ſ.7.n.5

Hieruſalem cœleſti nihil purius & pulchrius. num.6

Homo.

Hominis mira dignitas. c.32.ſ.1.n.2

Hominum mutuæ iniuriæ. ibid.

Homo inter Angelos in agone. n.7

Homo indignus laudatione. ſ.2.n.5

Homo cooperatur Deo. ſ.3.n.4

Hominis induſtria cum Dei gratia. ibid.

Hominis in bello negligentia. ſ.9.n.6

Homo negligens inter cœlum & infernum. ibid.

Hominis incuria de propria anima. ibid.

Homines velut pueri. ſ.10.n.3

Hominis puritas laudatur. ſ.12.n.13
mira Hominis parci ſententia. c.33.ſ.3.n.1
Humanæ virtuti ac robori non fidendum. c. 32. ſ.8. n.2
Homo ad terram inhians cœlum non curat. c.33. ſect.3.n.2
Homini iuſtè venit labor & pœna. ſ.5.n.5
Hominis miſeranda fragilitas. ſ.6.n.14
Homo tenax, & anguſtus ad donandum. ſect. 9. num.4
ab Homine nihil ſecurum. ſ.10.n.2
Hominis ad malum mira procliuitas. ibid.
Hominum ſimúlque vitiorum multitudo. n.3
Hominum genus Deo ſemper infenſum. ibid.
Hominum exitium commune. n.4
Hominum clades poſt Chriſtum leuiores. ibid.
Hominum acies & caſtra contra Deum. n.5
Hominum vana contra Deum bella. n.6
Homo inter bina caſtra medius. cap. 49. ſect. 2. num.16
Homini, dum viuit, magnum periculum. ibid.
Homo facilis ad peccandum, in peccato contumax. c.49.ſ.3.n.9
Homine ſine Dei gratia nihil infirmius. cap. 33. ſ.11.n.3
Homines moribus pecudes. c.34.ſ.6.n.2
Homines nihil dant gratis. c.35.ſ.7.n.8
Homines hamatis muneribus expiſcantur. ibid.
Homo ad virtutem ſtipes humidus, ad vitium ſtupa. num.10
Humanarum rerum inconſtantia, & vanitas. ſ.10. num.3
de Humanarum rerum vanitate egregia ſententia. ibid.
Hominis inconſtantia & vanitas. cap.35.ſect.12. num.14
Homines in rixas, iurgiáque facile inardeſcunt. c.36.ſ.1.n.4
Hominum mira inconſtantia. ibid.
Homines obliti & ingrati erga Deum. cap. 35. ſ.5.n.17
Hominis indignitas & inhabilitas contra gratiam. c.37.ſ.1.n.15
Homo laudis, & honoris cupidus. ibid.
Homo pretioſus Deo ſibi ſe vilem facit. ſect. 4. num.16
Homo Dei ſanguine coëmptus tradit ſe gratis peccato. ibid.
Homo ſecurus à feris, ab hominibus occiditur. ſect.5.n.1
Homo feritate vincit feras. ibid.
Homines taurorum rabiem imitati. cap. 37. ſ. 8. num.8
Homine fragili nihil fortius per diuinam gratiam. c.39.ſ.3.n.10
Homo luteus per Chriſti gratiam adamantinus. num.11
Homo fragilis per Dei gratiam inuictus. ſect. 5. num. 10
Hominem purum eſſe poſſe non putant impuri. ſ.6.n.1.
Homo ſacratior, quàm templum. n.9
Humanarum rerum inconſtantia, & fugacitas. c.40.ſ.1.n.16
Humanæ vitæ negotia ſomniis exprimuntur. ibid.
Homo ad cœli regnum vocatus terrena omnia deſpiciat. n.19
Humanæ res ſomnia dormientium. cap. 41. ſ. 1. num.6
Humanarum rerum cantus varij. n.7
Hominis iactantia punitur. ſ.3.n.6
Humanarum rerum inconſtantia. ſ.4.n.10
Hominum inexplicabilis malitia. ſ.5.n.9
Hominum dominatus intolerabilis. ſ.6.n.8
Hominis vana caeulatio: Non poſſum. cap. 49. ſ.14.n.3
Homines malè morati fœdant Chriſti Eccleſiam. ſ.12.n.13
in Homine virtutes & humilitas ſigna ſunt inhabitantis ſpiritus. n.11
Homines conſortem nec in honore, nec in amore patimur. c.37.ſ.2.n.8
Hominum per Chriſtum mira tranſmutatio. c.33 ſ.7.n.7
Hominis barbara crudelitas. c.37.ſ.5.n.13
Homo in ſe paries ruinoſus, Dei gratia fit adamas. c.49.ſ.2.n.28
Homo fragilis per Chriſtum inuictus. ibid.
contra Hominem ſua conſurgunt omnia. ibid.

Honor.

Honor prauus ante confeſſarium. cap.32. ſect.3. num.3
Honor fragilis, qui timet humiliari. ſect. 7. num.15
Honoris appetentia. c.33.ſ.1.n.5
Honoris regij mira contemptio. cap. 34. ſect. 8. num.14
Honorum ambitio innata hominibus. ibid.
Honor periculis plenus. ibid.
ad Honorem iter paucis notum. cap. 35. ſ. 12. num.13
ad Honorem & famam ſola virtus via eſt. numero 15
Honoris ambitio cum pluribus adiuncta vitiis. c.36.ſ.1.n.15
Honoris ambitio Chriſtianæ fidei aduerſatur. num.16
Honor homini valdè periculoſus. n.17
ſub Honoris pondere gemunt magni viri. ibid.
Honoribus ſtudere pudor eſt. ibid.
Honores & dignitates periculis pleni. cap.37.ſ.3. num.6
Honor eminens inuidiæ, odiorúmque ſcopus. num.8
Honor fugiendus. ibid.
Honorum ambitio ſtulta. ibid.
ab Honore ſibi quiſque timeat. ſ.5.n.8
Honori conſulendum tactis vitiis. cap.38.ſ. vnica. num.13
Honor ſicut vmbra. c.41.ſ.4.n.10
Honoris cupiditas omnium affectuum potentiſſima. c.49.ſ.2.n.14
Honoris fræno plerique à peccando inhibentur. num.16
qui Honorem ambit ad ſordida & ridicula ſe deiicit. n.14
dignitas in ſeculo plena periculis. cap. 49. ſ. 13. num.2
Honor etiam ſomniatus nocet. cap. 45. ſect. 19. num.5
in Honore magis, quàm in abiectione periclitatur homo. c.42.ſ.1.n.1

Homicidium.

Homicidia ſupra omnia flagitia Deus execratur. c.37.ſ.6.n.5
Homicidia etiam occulta produntur, & puniuntur in hac vita. ſ.8.n.5
Homicidæ exemplum memorabile. n.6
Homicida iniuſtus agat pœnitentiam. ibid.
Homicidis ſurdum ſe & implacabilem Deus oſtendit. c.37.ſ.6.n.5

Hoſtis.
Hoſtis ſemper timendus. c.33.ſ.7.n.2
Hoſtium præcauendæ inſidiæ. ibid.
contra Hoſtes annuæ vigilanter inſiſtendum. num.6
Hoſtis verè qui ad peccandum inuitat. c. 38. ſ.7. num.5
Hoſtes Chriſti ab ipſo victi euanuerunt. cap. 49. ſ.2.n.1
Hoſtis taciturnus vindictæ occaſionem venatur. c.10.ſ.3.n.4
Hoſtis loquax non multum timendus. ibid.
Hoſpitalis.
Hoſpitales Patriarchæ. c.43.ſ.1.n.22
Humanitas Chriſti.
Humanitas Verbo gratiſſima. c.32.ſ.9.n.1
Humanitas altare Dei. c.35.ſ.1.n.21
Humanitas Chriſti terra optima & pinguiſſima, c.49.ſ.14.n.12
Humanitas Chriſti de vnione Verbi gloriatur. ibid.
Humanitas Chriſti lectus Diuinitatis. n.14
Humilitas. Humilis.
Humilis & mitis placat iras. c.32.ſ.2.n.3
Humilitas Deo grata. ibid.
Humilitas Dauid. n.4
ex Humilitate lucrum. ibid.
Humilitas S.Petri fundamentum. ibid.
Humilitatis nota. ibid.
Humilitas placat iratum. n.10
Humili à Deo gratiæ infunduntur. ibid.
Humilis ſua dona non videt. ibid.
Humilitas rara Dauid. n.15
Humilis detegit ſuum genus abiectum. ibid.
Humilitas rara Moyſis. ibid.
Humilem latent ſuæ virtutes. ibid.
Humilis diffidentia. ibid.
Humilitatis mira fragrantia. ibid.
Humilitas & obedientia impetrant, ſ.3.n.3
Humilitas in oratione. n.10
Humilis orando impetrat. ibid.
Humilitatis fœcunditas. ibid.
Humilitas ſummè neceſſaria. n.14
Humilitas Reginæ admiranda. ſ.4.n.1
Humilitas Religioſorum. ibid.
Humilitas ad honorem via. ſ.7.n.15
aſcenſus ad honorem. c.42.ſ.1.n.13
in Humilitate ſecurus ſtat honor. cap.32. ſect. 7. num.15
Humilitatis pondere iuſtus ſe librat. ſ.8.n.2
ad Humilitatem tentatio S.Pauli. num.6
Humilitas Deo ſacrificium. n.7
Humilitas Dauid. c.33.ſ.1.n.1.& 4
in Humilitate vis propitiandi Deum. ibid.
Humilis ambitionis ſua indignum cenſet mondum. c.49.ſ.13.n.3
Humilis à Chriſto in album adſcriptus. c.33.ſ.1. num.10
Humilitas Chriſti in baptiſmo. n.11
Humilitas iure omni exigitur ab homine. numero 12
Humilitas abſolutè virtus. ibid.
Humilitas magna Iacob. ibid.
Humanitas quænam laudatur noſtro ſeculo. num.13
Humilitas victrix. n.13
Humilitas Deum exarmat. n.14
triumphat. n.15
Humilitate Deus mundum ſubiugauit. n.16
Humilitas Dei adorata & celebrata in mundo. ibid.
Humilitas ſumma Dei in Euchariſtia. n.17
Humilitatis potentia erga Deum. n.19
Humilitas animarum victrix. ſ.4.n.3
Humilitas grata Deo in confeſſione. ibid.
Humilis laudari renuit. ibid.
Humilitas grande telum contra diabolum. ſ. 7. num.6
Humilis ac mitis vincit, ac triumphat. ſect. 9. num.1
Humilitas periclitatur inter vrbium pompas. ſ.10.n.7
Humilitas vtiliſſima mundo. c.34.ſ.8.n.15
Humilitas omnium virtutum mater, & nutrix bonorum. c.35.ſ.11.n.19
ſanctorum virtus maxima. c.49.ſ.8.n.12
Humilium ſecura vita. c.36.ſ.1.n.13
Humilitas pupilla Chriſti. n.17
Humilitas quærit quomodo ſe humiliet. n.18
Humilis virtutes occultat, vitia prodit. ibid. & c.37.ſ.3.n.4
per Humilitatem ſuis Deus viam præſtruit ad honorem. c.37.ſ.1.n.5
Humilitas nihil appetens totum aſſequitur. ibid.
Humilitatis encomia. num.6
per Humilitatem reducuntur hæretici ad veritatem. ibid.
per Humilitatem recta via ad honorem. n.10
Humilis ſua neſcit merita. c.37.ſ.3.n.5
Humilis ad ſua vitia lynceus. ibid.
per Humilitatem Chriſtus & Virgo mater exaltati. ſ.4.n.18
Humilis quietè viuit. ſ.5.n.2
Humilitas rerum maximarum fundamentum. c.41.ſ.1.n.2
Humilitas non abiecta, ſed excelſa. n.5
Humilitas meruit de congruo Verbi incarnationem. ibid.
Humilitas & innocentia duplex candor. ſect. 2. num.17
Humilibus reſeruata poſt nomen celebritas nominis. c.50.ſ.1 n.9
Humilitas cordis grata Deo hoſtia. cap.41.ſect.3. num.10
Humilitas ſanctorum inſigne. c.42.ſ.1.n.14
Humilitas inſignis Iacob. c.48.ſ.2.n.7
Humiliatio. Humiliari.
Humiliat carnis fragilitas. c.32.ſ.8.n.2
Humiliat S.Paulum humana fragilitas. n.6
Humiliari prodeſt. ibid.
Humiliatio in peccatum prodeſt interdum. numero 7
Humiliatus ſe peccator Deo gratus. ibid.
Humiliatio flectit animos. c.33.ſ.1.n.5
Humiliatio ſui grata Deo, & hominibus. n.15
Humiliatus iram Dei à ſe auertit. c.41.ſ.3.n.6
Humiliatio in pœnam vanæ gloriæ. cap.49. ſ.15. num.14
Humiliatio etiam pœnalis fructuoſa. cap. 42. ſ.1. num.14
Humiliari nolens, cùm Deus vult, fœdiùs deindè humiliabitur. c.43.ſ.1.n.16
Humiliatio turpis dæmonum, qui Deo homini noluerunt humiliari. ibid.
Humiliatio ſuperborum ſtulta & fœda. n.17
Humiliatio ad ſublimitatem via. cap. 49. ſect. 5. num.8
in Humiliatione ſecurus eſt honor. cap.32. ſect.7. num.15
ſalutaris Homini humiliatio. c.42.ſ.1.n.13
Hypocrita.
Hypocritarum oratio. c.32.ſ.6.n.12

I.

Iacob.

IAcob mira virtus. c.32.ſ.1.n.5
Iacob & Eſau morum diſparitas. ſ.2.n.2
Iacob gratitudo erga Deum. ſ.4.n.1
Iacob egregia ratio precandi. ſ.5.n.2
Iacob cum ſancto Angelo luctatus. ſ.7.n.2
Iacob quater luctatus. n.3
Iacob fortitudo. ibid.
Iacob fides de incarnatione Verbi. ſ.11.n.10
Iacob nomen explicatur. ſ.12.n.1
Iacob fortitudo indita diuinitùs. num.2
Iacob claudicatio quandiù durauit. ſ.14.n.1
Iacob claudicationis myſterium. n.2
Iacob victor,& victus. ſ.14.n.29
Iacob vita & morte peregrinus. c.33.ſ.9.n.13.
Iacob etiam mortuus peregrinabatur. ibid.
Iacob in agris habitans abhorrebat oppida. ſ.10. num.2
Iacob filij iniquè Sichimitas occiderunt. cap.34. ſ.9.n.11
Iacob ſanctitas declaratur. c.35.ſ.1.n.1
Iacob mirum ſtudium veræ religionis. ſ.2.n.2
Iacob gratus Dei beneficiis. ſ.3.n.2
Iacob in Deo ſecurus. ſ.5.n.10
Iacob virtus eadem ſemper. ſ.7.n.1
Iacob ſanctus etiam in matrimonio. ibid.
Iacob virtutes in omni ſtatu admirandæ. ibid.
Iacob in virtutibus grandia profectus. num. 1. & 11
Iacob cum virtute nauigatio feliciſſima. n.11
Iacob mira virtutum incrementa. n.12
Iacob duplex à Deo felicitas. ſ.8 n.5
Iacob expreſſit Iudæorum perfidiam. cap.37. ſ.4. num.3
Iacob lamentatur occiſum Ioſeph. ſ.8.n.9
Iacob tredecim annis filium luxit. n.11
Iacob ignotum fuit quid actum de filio. n.12
Iacob ſola mors poterat conſolari. ibid.
Iacob ad finem luctæ fortior, quàm ad initium. c.41.ſ.2.n.2
Iacob morientis mira alacritas. c.49.ſ.23.n.5
Iacob exultans ſaltat in æternitatem. ibid.
Iacob vitæ Chronologia. n.8
Iacob vult ſepeliri in terra Chriſti ſanguine ſanctificanda. c.49.ſ.23.n.4
Iacob verus Propheta filiis futura prædicit. c.49. ſ.1.n.1
Iacob Iudæos ad Chriſtum mittit. c.42.ſ.1.n.7
Iacob inſignis caſtitas. c.49.ſ.1.n.9
Iacob moriens præuidit ſuam cum Chriſto reſurrectionem. c.47.ſ.3.n.26
Iacob luctus pro purgatorio. c.42.ſ.1.n.3

Idolum. Idololatria. Idololatra.

ab Idolo fructus nullus. c.35.ſ.4.n.10
Idololatra helluo, & nebulo. cap. 33. ſect.9.numero 15
Idoli feſtum celebre. c 34.ſ.2.n.5
Idolorum feſta exectanda. ibid.
Idola cur dicantur dij alieni. cap. 35. ſect. 2. num. 1
Idola cur dicantur ſordes. n.7

Idumæa.

Idumææ deſcriptio. c.32.ſ.2.n.1 & ſ.14.n.14
Idumæorum varia Reſp. c.36.ſ.1.n.9
Idumæi Reges electione creabantur. ibid.

IESVS Dominus.

IESVS infans timet Mariam & Ioſeph. cap.32. ſ.10.n.11
in IESV nomine mira virtus. ſ.12.n.5
IESV nomine ſitim leuat catechumenus. ibid.
IESV nominis miraculum ibid.
IESV nomine liberatur caſta mulier. ibid.
IESV nominis inſignes gratiæ. n.10
IESVS puer nobis prædulcis. ſ.13.n.19
IESVS puer in præſepio Rex adoratus. cap.33. ſ.21.n.17
IESV Domini dies natalitius. c.34.ſ.2.n.11
ad IESVM puerum aduentus Magorum. ibid.
IESVS infans deuorat monſtra. ibid.
IESVS puer in brachiis B. Mariæ. cap.34. ſ. 7. num. 18
IESVS puer in ore,in oculis,in pectore geſtandus. c.37.ſ.2.n.4
IESVS puer in præſepio inuiſendus. num.8
IESVS puer in ſtabulo quærit fratres ſuos. c. 37.ſ.4.n.16
IESVS natus in ſumma orbitate. cap. 40. ſ. 2. num.21
IESVS infans triumphat. c 41.ſ.5.n.10
IESVM infantem adorant Reges. ibid.
IESV infantis in matris ſinu præſentia victrix omnium. n.11
IESV infantis infirmitas fortes nos reddidit. ſ.6.n.5
IESV infantis paupertas Eccleſiam ditauit. num.6
IESV infantis panniculi Deum ſpirant. ibid.
in IESV natalitio plura miracula. n.10
IESVS recèns natus prodi ſe hominibus noluit. ibid.
IESVS in ortu prodigus ſui. n.11
IESVS & Maria duo nobis propugnacula. c.49. ſ.20.n.9
IESVS puer in matris brachiis veluti crucifixus. c 48.ſ.2.n.8
IESV & Mariæ nomina fidelibus dulcia, dæmonibus horribilia. ſ.8.n.15
IESVS & Maria in carne,in gratia,in gloria,in throno vnum quid ſunt. c.50.ſ.1.n.12
IESVS puer multis rationibus ſummè amabilis matri ſuæ. c.49.ſ.6.n.10
IESVS puer botrus de vite è collo matris pendens. ibid.
ex IESV & Mariæ conuictu inexplicabilis voluptas. ibid.
cum IESV B. Mariæ conuerſatio ſuauiſſima. ibid.
IESV & Mariæ ſeſe mutuò conuenientium mira dulcedo. n.11
cum IESV viuendum & moriendum. ibid.

S. Ignatius.

S.Ignatius Societatis IESV fundator diuinæ prouidentiæ creditus. c.40.ſ.2.n.21
S.Ignatius globo traiectus. c.32.ſ.12.n.6
S.Ignatius & Societas cum nomine IESV regium habent principatum. num.7
S.Ignatij de Prælato ſententia. c.33.ſ.6.n.15
S.Ignatius in Benjamin præfiguratus.cap.49.ſ.22. num.9
Ignatius Martinus è Societate. c.35.ſ.2.n.6

Imperium Imperare.

Imperia ſemel fracta inſtaurari nequeunt. c. 43. ſ.1.n.11
Imperare periculoſum. c.37.ſ.4.n.8
Imperandi ambitio cum periculo inferni. ibid.
Imperandum dulciter,non minaciter. n.13
Impatientia plurium malorum cauſa. ſ.5.n.3
Impatientia Cainum armauit contra Abelem. ibid.

Imperare tyrannicè, ſeruiliter obedire. cap. 32. ſ.11.n.5
Impudentia dat vires. c.41.ſ.1.n.5
Imperantia mors malè ſemper audit. cap. 37.ſ.5. num.8

Incarnatio Verbi diuini.

Incarnatio Verbi figurabatur. cap.32.ſ.7. n.17.& ſ.9.n.1
Incarnatio grata Verbo. ibid.ſ.9.n.2
Incarnatio Verbi hominem armat. ſ.7.n.18
Incarnationis myſterium declaratur. ibid.
Incarnationem Verbi lucta Iacob repræſentat. ſ.11.n.10
Incarnatio Verbi reuelata patribus. ibid.
Incarnatio Verbi ſumma Dei miſericordia. c. 33. ſ.7.n.7
Incarnatio Verbi ſummum Dei opus. n.9
per Incarnationem infinitus Dei amor oſtenditur. c.34.ſ.6.n.14
Incarnatio Verbi per matrimonium repræſentata. n.13
per Incarnationem plus lucri habemus, quàm amiſimus per peccatum. c.37.ſ.2.n.5
Incarnatio Verbi ſtupori fuit toti naturæ. ſect.5. num.19
Incarnationis deſideria vehementiora in Verbo, quàm in Prophetis. c.49.ſ.12.n.24
Incarnatio Verbi pacem mundo attulit. ſect. 3. num.3
Incarnatio fuit Deo glorioſa. c.41.ſ.7.n.18
Incarnatio Verbi gratiarum inundatio. c.49. ſ.2. num.17
Incarnatio Verbi benedictio Dei. c.33.ſ.5.n.10

Inceſtus.

pro Inceſtis tragica facinora. c.35.ſ.13.n.5
Inceſtus nouercæ per omnes ætates grauiſſima pœna caſtigatur. c.45.ſ.1.n.18

Indignus.

Indignus in dignitate fœtet. c.35.ſ.6.n.7
Indigni remouentur à dignitate. ibid.
Indignum præeſſe aliis ſtulta temeritas. n.12

Ingratitudo. Ingratus.

Ingratitudo execrabilis. c.32.ſ.3.n.8
Ingratitudo porcina. ibid.
Ingratitudo horribilior inferno. n 9
Ingratus eſt falſus. ſ.4 n.5
Ingratitudo peſſimum vitiorum. ibid.
Ingratus cum Deo certat. ſ.7.n.14
Ingratitudo noſtra in Deum. ſ.9.n.2
Ingratitudo perſtringitur. ſect.13.num.1. & c.33. ſ.4.n.6
Ingrati contra Deum eleuantur. num.2
Ingratus dignè punitur. ibid.
Ingrata Dei obliuio. n.5
Ingratitudo multis exitio fuit. n.7
Ingratis data detrahuntur. ibid.
Ingratitudo ſumma hominis in Deum. cap. 33. ſ.5.n.9
Ingrati Deo homines. ſ.7.n.12
Ingrati & barbari diuinam bonitatem offendimus. c.37.ſ.6.n.6
Ingratis non parcitur. c.39.ſ.4.n.3
Ingratum omnes execrantur. c.39.ſ.4.n.2
Ingratitudinem Deus exprobrat peccatori. n.3
Ingratus Deo benefactori ipſum in ſeruis ipſius offendit. ibid.
Ingratitudo ſumma Regis Ioas. num 4
Ingratus nec vita, nec ſepulchro dignus. ibid.
Ingratitudinem ſummè Deus execratur. ibid.
quia Ingrati, infinitis digni ſupplicijs ſumus. n.6
Ingratitudo noſtra in Deum creſcit in dies. n.7
Ingratitudo barbara. c.40.ſ.1.n.16
Ingratus obliuione ebrius. c.41.ſ.1.n 9
Ingratus abſolutè dicitur peccatum. n.11
Ingratitudo ſummè inter homines execranda. ibid.
Ingrati priuantur beneficiis, & afficiuntur ſuppliciis. num.14
Ingrati inuerecundè ſtolidéque Deum obliuiſcuntur. c.35.ſ.1.n.8
Ingratitudo hominis erga Deum damnatur. c.35. ſ.3.n.11
Ingratitudo barbara Iudæorum erga Deum. c.49. ſ.20.n.19
de Ingratitudine Iudæorum Deus queritur. ibid.
Ingratitudo ſumma Iudæorum erga Chriſtum Dominum. ibid.
Ingrati vita priuantur. c.49.ſ.2.n.31
Ingrati priuantur bonis. n.32

Ingenium.

Ingenij monumenta multum nobilitant. cap. 35. ſ.12.n.12

Infernus.

quod pro vitando Inferno fiet, nihili æſtimatur. c.33.ſ.5.n.7
Infernus bonis voluntatibus plenus. cap. 37. ſ. 7. num.13
ad Infernum plerique vadunt cum bonis deſideriis. c.38.ſ.vnica.n.10
nihil promptius, quàm in Infernum corruere. c.35.ſ.3.n.2
in Inferno debita nunquam omnino ſoluentur. ſ.5.n.16
in Inferno ſumma infelicitas. ibid.
ignem Inferni ſuccendit ſibi peccator. cap. 43. ſ.2.n.14

Infirmitas. Infirma.

Infima rerum magnatum conditio. c.32.ſ.4.n.4
Infirmitas naturæ omnibus eadem. cap.33.ſect.6. num.12

Infans.

Infantibus non ludicra, ſed cruces appendantur. c.37.ſ.1.n.4
Infantulo nihil potius, quàm vbera matris. c. 35. ſ.6.n.1

Infidelitas. Infidus.

Infidelitas ſummum peccatum. c.32.ſ.7.n.9
vbi infidelitas, nullum ibi remedium. ibid.
Infideles vti canes. c.36.ſ.1.n.6
Infideles nec habent nomen, nec in numero ſunt apud Deum. c.49.ſ.5.n.18
Infidus Deo etiam hominibus eſt infidus. c. 32. ſ.14.n.14

Induſtria.

Induſtriæ humanæ adhibenda adiumenta continentur in Dei prouidentia. c.40.ſ.2.n.19
Induſtriæ humanæ adiumentum non omittendum. ibid.
Induſtriæ humanæ adhibenda adiumenta, ſed diuino auxilio magis fidendum. n.21
vbi induſtria humana ſatis eſt, non expectandum miraculum. c.41.ſ.4.n.4

Inimicus. Inimicitia.

ex Inimicis vtilitas. c.32.ſ.7.n.7
Inimicitiæ ante mortem ſopiendæ. c.33.ſ.2.n.12
ex Inimico grande lucrum. n.13
Inimicitiæ ſopiendæ. ſ.7.n.1
ex Inimici manibus euadere, grande Dei beneficium. c.37 ſ.5.n.10
Inimici mors lætiſſima. ibid.
Inimicus nobis virga & lorum Dei verberantis. c.45.ſ.1.n.14
contra Inimicum non iraſcendum. c.45.ſ.1.n.15

Inimico

Inimicorum dilectio eſt participatio omnipotentiæ. c.50.ſ.3.n.7
Inimicorum dilectionem Chriſtus maximè in ſuis fidelibus exigit. num.26
Inimicorum dilectio eſt ſumma perfectio. ibid.
Inimici grauiores de amicis. c.36.ſ.1.n.5
Inimicus Dei eſt omnium inimicus. cap. 49. ſ. 6. num.4

Iniuria.

in Iniuriis prudenter diſſimulandum. cap.34. ſ.5. num. 14
in Iniuriis ſurdeſcere & obmuteſcere oportet. ibid.
Iniuriæ dolor tenax. c.34.ſ.9.n.11
Iniurias æquo animo ſuſtinere. c.40.ſ.2.n.15
Iniuriæ remiſſæ ex animo abolitæ. cap.45.ſect.2. num.12
Iniuriarum obliuio cum æterno pacis fœdere. num.13
Iniuriæ patienter ferendæ & remittendæ. c.45. ſ.1.n.10
Iniurias Deo illatas non vlciſci inurbanitas, & impietas eſt. c.49.ſ.4.n.18
Iniurias inimicorum iuſtus extenuat. cap.50. ſ.3. num.29
Iniuriæ iacula, & gladij. c.49.ſ.20.n.2
Iniurias maledicorum noſtris debitas peccatis pœnas toleremus. c.49.ſ.20.n.4
Iniuriæ maledicorum qualiter accipiendæ. ibid.
ex Iniuriarum patientia grande lucrum. ibid.

Inſperata.

Inſperata non facilè creduntur. c.45.ſ.2.n.15
Inſperatus rei euentus ſtupidum, mutúmque reddit. c.45.ſ.1.n.8

Iniuſtitia.

Iniuſtitiæ non diu impunitæ. c.34.ſ.6.n.4
Iniuſtitia paſſim dominatur in iudiciis. cap. 48. ſ.2.n.24

Innocentia.

Innocentia ornat. c.39.ſ.7.n.15
Innocentia dolis expoſita. c.44.ſ.vnica.n.8

Intentio.

Intentio bona bonis præfixa operibus. cap. 48. ſ.2.n.6

Inuidus. Inuidia.

Inuidia odiorum fomes. c.37.ſ.2.n.12
Inuidia armantur contra illum, in quo bonum eminet. n.13
Inuidus ſui carnifex. ibid.
Inuidus naturæ communis hoſtis. ibid.
Inuident Iudæi Chriſtianis felicitatem. n.14
Inuidia fœtà vitiis pullulat. n.15
Inuidia inter fratres. n.16
Inuidia ſola inter homines reperitur. cap.37. ſ.3. num.10
Inuidia nullo euentu laudabilis. ibid.
Inuideri laudabile eſt. ibid.
Inuidiæ ſumma malignitas. n.11
Inuidia iniuſtè alios, iuſtè inuidum ipſum inſectatur. n.12
Inuidia peſtis omnium bonorum. ibid.
Inuidiæ contagio pereunt virtutes. ibid.
Inuidus tabeſcit alium ſuis bonis potiri. cap.34. ſ.7.n.8
Inuidorum tabida febris. n.9
Inuidia, odiúmque malè dicendi & faciendi non habent terminum. c.37.ſ.5.n.9
Inuidia, odióque nihil ſtolidius, ac furioſius. n.14
Inuidiæ odiique ſumma inhumanitas. ſ.7.n.2
Inuidia frequens, ſed indigna in aulis. c. 40. ſ. 1. num.13
Inuidiæ ruſticum malum. n.14
Inuidus ignorat quæ ſunt ſpiritus Dei. ibid.
Inuidi hominis ſpecies deformis. ibid.
Inuidia nullam habet excuſationem. ibid.
Inuidia nocendi terminum non habet. n.15
Inuidiæ malum latè diffunditur. ibid.
Inuidia eſt inſanabilis. ibid.
Inuidus ſui vindex & carnifex. ibid.
Inuidia abſumit animam, de qua naſcitur. ibid.
Inuidia proprium vitium Iudæorum. cap. 44. ſ. vnica.n.1
Inuidia nata inter fratres. c.49.ſ.7.n.6
non Inuideri glorioſum fratrem à fratribus mira felicitas. ibid.

Ioannes.

Ioannes Baptiſta ſe minuit, Chriſtum effert. c.32. ſ.13.n.7
Ioannes Apoſtolus ſenio decoratus. cap. 33. ſ. 4. num.6
Ioannis Baptiſtæ ingenita ſanctitas. cap. 34. ſ. 4. num.2
Ioannes Apoſtolus in Benjamin præfiguratus. c.44.ſ.vnica.n.5
Ioannis Apoſtoli admiranda ſuper omnes ſanctos priuilegia. ibid.
Ioanni ſublimiora quàm Petro, commendantur à Domino. ibid.
Ioannes erga B.Mariam Chriſti vicarius. ibid.
Ioannes B.Mariæ filiorum adoptiuorum primogenitus. ibid.
Ioannes docuit quali pietate venerari B.Mariam debeamus. ibid.
Ioannes in ſinu Chriſti, vt infans in gremio matris. ibid.
Ioannis Apoſtoli typus Benjamin. cap. 49. ſ. 22. num.9
Ioannes Baptiſta Chriſto gratus & ſubditus. c.32. ſ.13. n.7
Ioannes Barrius in hiſtoria Inmen. cap.35.ſect.5. num.9

Iob.

Iob martyr. c.33.ſ.3.n.3
Iob egregium martyrium. n.4
Iob in aduerſis Deum agnouit, & amauit. ibid.
Iob primò conqueſtus, dein libens paritur. c.41. ſ.2.n.2
Iob viui patientia, quàm ſemel mortui, clarior. c.35.ſ.1.n.3
Iob per patientiam martyr. n.10
Iob ex poſteris Eſau. c.36.ſ.1.n.8
Iob quintus ab Abraham. ibid.
Iob Idumæus. ibid.
Iob voluntaria pœnitentia. c.50.ſ.3.n.14
Iob patientia ideo illuſtrior, quia hominis lucet ſit. c.50.ſ.1.n.2
Iob patientia non eſt miſerabilitas. ibid.
Iob principatus idem ad mortem vſque permanſit. c.49.ſ.21.n.16
Iob dolens vt homo, patiens vt ſanctus. cap. 48. ſ.2.n.13
Iob ornamentum ſpes Meſſiæ. cap. 49. ſect. 10. num.2
Iob fuit Dei ſacerdos. ſ.4.n.4
Iob ſacerdotale ornamentum perfecta ſanctitas. ibid.
Iob & aliis profuit ſuæ patientiæ exercitatio. c.35.ſ.3.n.3

Ionas.

Ionas antiquis Hebræis ſolus prædicauit gentibus. c.34.ſ.7.n.4

Ben.Fernand.in Geneſ.tom.3.

Ionas futuram gentium conuerſionem præſciens aufugit. ibid.
Ionas dolet ſe ad gentes miſſum. n.5
Ionas timet Iudaicæ gentis repulſam. n.6
Ionas peccatorem adumbrat. c.49.ſ.3.n.9
Ionas voluntariam Chriſti paſſionem præfigurauit. c.49.ſ.12.n.7
Ionas timet fruſtrà ſe gentibus prædicaturum. c.54.ſ.7.n.5

Ioſeph Patriarcha.

Ioſeph erga patrem mira obedientia. cap.37. ſ.4. num.11
Ioſeph ſuos præuidit honores, non labores. ſ.5. num.15
Ioſeph proiicitur in ciſternam. ſ.6.n.6
Ioſeph in ciſterna typus Chriſti in ſepulchro. num.9
Ioſeph venditus. ſ.7.n.10
Ioſeph venditus octo aureis. ibid.
Ioſeph ſuam ſeruitutem ac venditionem deflet. ſ.7.n.13
Ioſeph ter venditus. ſ.8.n.13
Ioſeph duplicem ſeruitutem paſſus. ibid.
Ioſeph oris decor, & præcipuè modeſtia commendabat. c.39.ſ.1.n.2
Ioſeph grauitate ſenex. ibid.
Ioſeph ſeruis ſolatium & exemplum. n.9
Ioſeph tentatus ab Ægyptia per multos annos. ſ.2.n.10
Ioſeph iuuenum laſciuiam caſtigat. n.11
in Ioſeph nulla culpa tentationis. n.12
Ioſeph ignauiæ & ſeruilis animi arguunt nebulones. ſ.4.n.1
Ioſeph gratus hero, & ſuæ cuſtus innocentiæ. ibid.
Ioſeph admiranda virtus & prudentia. n.9
Ioſeph pugnauit ſcuto & haſta. ibid.
Ioſeph prudentiſſimè exhorruit iniuriam inferre domino ſuo. n.11
Ioſeph turris inexpugnabilis. ſ.5.n.10
Ioſeph profuit tentatio in honorem, & exemplum. n.11
Ioſeph non ſe temerè in periculum immiſit. ſ.6. num 6
Ioſeph nullam occaſionem, ſcandalúmve præbuit Ægyptiæ. n.11
Ioſeph ſanctè prudentérque veſtem aufugiens reliquit. n.16
Ioſeph caſtitatis exemplar. ibid.
Ioſeph varia & grauia tentamenta mulieris pertulit. n.20
Ioſeph typus Virginum martyrum. ſ.7.n.15
Ioſeph egregium elogium. n.17
Ioſeph vinctus omnes in carcere ſolabatur. n.23
Ioſeph verè furati ſunt fratres. c.40.ſ.2.n.15
Ioſeph in carcere magna patientia magno cum fructu. n.18
Ioſeph diutiùs in carcere detentus ob diffidentiam. ibid.
Ioſeph aliqualis diffidentia de Deo. n.20
Ioſeph Spiritus ſancti gratia munitus & inuictus. c.41.ſ.1.n.1
Ioſeph in carcere lætior, ſecurior, felicior. ibid.
Ioſeph in obliuione poſitum Deus meminit. n.2
Ioſeph vbique humilis, ſed non abiectus. ibid.
Ioſeph data diuinitùs occaſio victoriarum. n.4
Ioſeph in duello caſtitatis inuictus. n.5
in Ioſeph admirandus caſtitatis affectus. ibid.
Ioſeph ter gubernaſſe perhibetur. ibid.
Ioſeph idem ſui ſimilis in omni ſtatu. n.8
Ioſeph dignus imperio. ibid.
Ioſeph in duello poſitus omnia contra ſe pro muliere pugnantia habebat. ſ.2.n.6
Ioſeph è carcere eductus ſymbolum pœnitentis conſeſſique. n.9
Ioſeph typus martyrum. n.21
Ioſeph celebris apud antiquos coniector. ſ.3.n.3
Ioſeph laboribus exercita pueritia. c.37.ſ.1.n.2
Ioſeph à pueritia iuſtus & ſanctus. n.3
in Ioſeph à puero ingenium ad gubernandum. num.13
Ioſeph pueri mira prudentia & modeſtia. n.14
Ioſeph à puero vitia execratur. n.16
Ioſeph prudenter fratres præmonuit. n.18
Ioſeph puer moribus ſenex. ſ.2.n.1
Ioſeph virtus & gloria per totam vitam. cap.50. ſ.3.n.29
in Ioſeph rarum exemplum manſuetudinis. ibid.
Ioſeph reliquiæ ſeruatæ in Ægypto, vt Hebræos mitiùs tractarent Ægyptij. c.50.ſ.2.n.12
Ioſeph typus Dei-hominis. c.49.ſ.21.n.9
Ioſeph maior felicitas quàm fratrum excepto aduentu Meſſiæ de tribu Iudæ. n.10
Ioſeph fraterni amoris exemplar. n.13
Ioſeph pietas erga parentem defunctum. cap.50. ſ.2.n.22
Ioſeph conuiuium. c.43.ſ.2.n.18
Ioſeph fugiendo vicit. c.49.ſ.15.n.11
Ioſeph ſanctitate ſanctificatur terra priùs impura. c.48.ſ.2.n.16
Ioſeph chronologia. c.50.ſ.3.n.35
Ioſeph illuſtriſſima figura Meſſiæ. cap. 49. ſ. 19. num.1
Ioſeph in principatu mira modeſtia. n.5
Ioſeph egregium encomium. n.8
Ioſeph pulchrior anima, quàm corpore. ibid.
Ioſeph propter pietatem in parentes à Deo auctus & honoratus. c.49.ſ.21.n.4
Ioſeph periclitatur in pulchritudine animæ, & corporis. c.49.ſ.20.n.6
Ioſeph mira modeſtia & humilitas. cap. 41. ſ.4. num.7
Ioſeph mira prudentia in tenera ætate. ſect. 5. num. 4
Ioſeph ab Ægyptiis dictus ſaluator mundi. ſ.6. num.3
Ioſeph dupliciter martyr. c.42.ſ.1.n.2
Ioſeph vita in omni ſtatu admiranda. n.1
Ioſeph ſeruauit eandem in omni ſtatu innocentiam. ibid.
Ioſeph ſuam felicitatem patri ſuo haud nunciauit. n.3
Ioſeph ſe viuum patri haud nunciauit. numero 4
Ioſeph ſui ſtatus habuit reuelationem. n 4

S. Ioſeph ſponſus Deiparæ.

S. Ioſeph cur electus in nutritium Chriſti. c. 32. ſ.11.n.1
S. Ioſeph faber domeſtici operis. c.39.ſ.7.n.8
S. Ioſeph ſponſus Virginis, cuſtos pueri IESV. c.41.ſ.7.n.25
Ioſephi teſtimonium de Chriſto. cap.32. ſect.12. num.11

Ioſue.

Ioſue Deum orando cogit. c.32.ſ.5.n.2
Ioſue fortitudo & caſtitas. c.49.ſ.21.n.18
Ioſue armatur nomine ſalutis. cap. 32. ſect. 12. num.9

Iphigenia.

Iphigeniæ trucidandæ ad aras pictura. c. 37. ſ. 8. num.8

Ira.

Ira. Iracundia. Iratus.

Iraſcendum non diu. c.33.ſ.a.n.12
Iræ paſſio per noctem igneſcit. ibid.
Iræ paſſio, vbi prodit, illico ſananda. ibid.
Iræ gliſcentis incendium. ibid.
Irati animus mitigandus. ſ.4.n.4
Iræ furor à natura & ratione hominis alienus. c.33.ſ.6.n.5
Iracundia in principe ac prælato indecens. ibid.
Iracundiæ furore nihil impotentius. cap. 37. ſ. 5. nom.2
vbi Iracundia, ibi naufragium mentis. ibid.
Irato non reſpondendum. c.40.ſ.a.n.15
Iracundus ſerpente periculoſior. cap. 49. ſect. a. num.16
Iracundia cœca & nihil non ſanctum proculcans. ibid.

Irriſor.

Irriſores Dei, & virtutis. c.39.ſ.6.n.9

Iſaac.

Iſaac vita longiore donatus. c.35.ſ.14.n.12
Iſaac obiit ante venditionem Ioſeph. ibid.
Iſaac mors, & ſepultura. n.18

Iſraël.

Iſraël nomen datum, & confirmatum. cap. 32. ſ.12.n.8
Iſraël nomen explicatur. n.2
Iſraël nomen triumphatorem decet. n.3

Inuerecundia.

Inuerecundia in ſceleribus ſignum reprobationis. c.37.ſ.6.n.3

Iudas Iſcariotes.

Iudas ſummè auarus vendidit quod gratis datur. c.37.ſ.7.n.12
Iudam Chriſtus habuit comitem ſciens proditorem. c.45.ſ.1.n.11
de Iuda Chriſti admirabilis patientia. n.10
In Iuda docuit nos Dominus patientiam erga ingratos. n.12
Iudas triginta maledictionibus feritur. cap. 49. ſ.1.n 8
Iudas omnium fraudum & proditionum apex. ibid.
Iudæ nupſit ſynagoga repudiata à Chriſto. c. 49. ſ.8.n.5

Iudæi. Iudæa.

Iudæorum fraus, & perfidia. cap. 32. ſect. 12. num.11
Iudæorum cœcitas & perfidia. ſ.14.n.2
Iudæorum perfidia perſiſtit in luce Chriſtianæ fidei. n.3
Iudaicæ gentis diſperſio. ibid.
Iudaici regni euerſio. n.4
Iudaicæ Reip. ſtatus poſt Chriſtum immutatus. ibid.
Iudæorum inſana ſtultitia. n.5
Iudaici populi euerſio. n.12
Iudæorum infidelitas. n.13
Iudæorum beſtialis hebetudo. ibid.
Iudæorum ſtolida craſſitudo. ibid.
Iudæorum natio ſemper aduerſa Deo. n.14
in Iudæis quid ſit claudicatio. ibid.
Iudæi communes proditores. ibid.
Iudæi Deo & hominibus infidi. ibid.
Iudæorum cœcitas inſanabilis. n.15
Iudæorum duritics. ibid.
Iudæorum contra Chriſtum infidelitas. n.16
Iudæi impugnant Chriſti reſurrectionem. ibid.
Iudæorum cœcitas in meridie. ibid.
Iudæi ad lucernam aſſident in meridie. ibid.
Iudæorum euerſio. n.17
Iudæorum lex, & regnum periit. ibid.
Iudæi virtutes Chriſti cur non ſentiunt. n.20
Iudæorum ſordities. ibid.
Iudæis ſeruitus, Chriſtianis libertas. cap.32.ſect. 14.n.24
Iudæi Chriſtum renunciarunt. n.25
Iudæorum Iudicra ſuperſtitio. ibid.
Iudæorum rituum fæx, & vanitas. ibid.
Iudæi nec pedes, nec caput habent. n.26
Iudæis mortuis viuunt Chriſtiani. ibid.
Iudæi, & gentes caput inter ſe commutarunt. num.27
Iudæorum pertinacia inſanabilis. ibid.
Iudæorum poſt Antichriſti interitum conuerſio. num. 28
Iudæi ad baptiſmum accurrent. n.29
ex Iudæorum natione multi verè Chriſtiani. num.30
Iudæorum extrema ſiccitas. n.38
Iudæorum vacua & nihili omnia. n.32
Iudæi carent cuſtodia. ibid.
Iudæorum ritus recreant diabolum. n.33
Iudæi domum ornarunt hoſpiti diabolo. numero 34
Iudæorum ſpes ridicula. ibid.
Iudæi dæmonum pleni. ibid.
Iudæi carent lauacro Chriſtianorum. n.35
Iudæi inaniter & ridiculè contra Chriſtum inſurgunt. ibid.
Iudæorum plebs infirma. ibid.
Iudæorum immobilis durities. ibid.
Iudæorum mira ſtoliditas. n.36
Iudæorum erga Deum impudentia. ibid.
Iudæorum inſana obſtinatio. ibid.
Iudæi ad Chriſti fidem inuitantur. n.37
Iudæorum exitium miſerabile. ibid.
Iudæis collata Dei beneficia. ibid.
Iudæis inæſtimabile beneficium Deus homo. num.38
Iudæi Deo ingrati. ibid.
Iudæi ad Chriſtianam felicitatem torquentur. c.37.ſ.2.n.9
Iudæis abiectis gentiles à Deo recepti. n.14
Inuident Iudæi Chriſtianis felicitatem. ibid.
Iudæis ablata eſt diuina conſolatio. cap. 35. ſ.6. num.2
Iudæorum mira infirmitas. n.3
Iudæorum inuidia, odiúmque in Paulum Apoſtolum. ſ.11.n.15
Iudæis multum debemus Chriſtiani. ibid.
Iudæi captiui per Bethlehem in varias regiones deportati. ſ.12.n.9
Iudæi a Romanis in publico mercatu Bethlehem venditi. ibid.
Iudæorum ſepulchrales tituli. n.10
Iudæorum irreconciliabile odium in Chriſtum. c.36.ſ.1.n.3
Iudæorum blaſphemiæ quotidianæ. ibid.
Iudæi Chriſtianis interitum moliuntur. ibid.
Iudæi fraudibus, doliſque pleni. c.34.ſ.7.n.2
Iudæi perfidi per gentes laborant infamia. ibid.
In Iudaiſmo apoſtatæ pleni dolis. n.3
Iudæi Deo mendaces, Chriſto doloſi. ibid.
Iudæi communes gentium inimici. ibid.
Iudæi contra veritatem rabidi inſaniúnque. ibid.
Iudæi gentibus inuident veri Dei religionem.n.4
Iudæi prædicationem Dei reſpuerunt.c.34.ſ.7.n.5
à Iudæis nunquam accepta Dei prædicatio. ibid.
Iudæorum obſtinatio par gehennali. ibid.
Iudæi ſalutem gentibus inuident atque impediunt. n.6

Iudæorum ſumma infelicitas. n.7
Iudæorum inuidentia, rabiéſque, quòd Chriſtus adoretur à gentibus. n.8
Iudæi ad felicitatem Chriſtianorum indignantur. ibid.
Iudæorum dolor ex felicitate Chriſtianorum. num.9
Iudæorum ſuperſtitio vulgatur vt lepra. ibid.
Iudæorum doctores ridiculi. ibid.
Iudæos Deus pertæſus Chriſtianos elegit. ibid.
Iudaico populo relicto gentes omnes ſibi Deus adſciuit. n.6
Iudæi ad felicitatem Chriſtianorum inuidia torquentur. ibid.
Iudæorum antiquus dolor de futura gentium felicitate. ibid.
inter Iudæos veritas, ſed ab illis malè accepta transfugit. n.9
Iudæi ſeruitiis conditio. c.49 ſ.11.n.13
Iudæi cœci & ſomnolenti Meſſiam ſinunt abripi. num.14
Iudaicus populus ſub finem mundi ad Chriſtum IESVM conuertetur. n.15
Iudææ vniuerſale & irreparabile exitium. numero 16
Iudæi rari in patria poſt euerſionem generalem. ibid.
de Iudæorum raritate in terra promiſſionis teſtimonium Rabbini. n.17
Iudæi paſſim multi extra terram promiſſionis. ibid.
Iudæorum vitium gentilitium inuidia. cap. 49. ſ.11.n.7
Iudæorum antiquus dolor de futura felicitate gentium. ibid.
Iudæorum ſacrificiis & ritibus relictis Euangelicam puritatem Deus elegit. n.18.
Iudæorum excidium in pœnam mortis Chriſti IESV. ibid.
Interminatum prorſùs excidium Iudæorum. ibid.
Iudæi à vero Meſſia receſſerunt. n.23
Iudæos multum diúque ſuſtinuit Deus propter Dauid. c.49.ſ.11.n.1
Iudæorum inuidia, cœcitas, obſtinatio. ſect. 20. num.13
Iudæorum in peccatis obſtinatio. cap. 49. ſect. 3. num 9
Iudæorum in homines crudelitas deſiit in odium, & cædem Dei ſui. ibid.
Iudæorum, qui Chriſtum occiderunt, peccatum ſuperat omnia flagitia. ibid.
Iudaicæ impietatis æterna damnatio. cap.41. ſ.7. num.16
Iudæa perpetuæ ſterilitatis damnata. ibid.
Iudæorum nequitia Deus vſus ad redemptionem mundi. c.42.ſ.1.n.5
Iudæi aſperè tractandi, non occidendi. n.9
Iudæi apoſtatæ ferro & igne perimendi. ibid.
Iudæus ſeruus & mercenarius; Chriſtianus filius Dei. c.47.ſ.3.n.3
Iudæus repit humi. ibid.
Iudaicus populus vinea, ex qua botrus vitæ Meſſias. c.49.ſ.2.n.18
Iudæi ſuam fœdarunt ſynagogam. cap.41. ſect. 1. num.27
Iudæi ore diligebant Deum, corde mentiebantur. num.31
Iudæorum obſtinatio. c.49 ſ.8.n.3
Iudæos nec cœlum nec terra admittit. ibid.
Iudæorum ſignifer Iudas. ibid.
Iudæorum peccata gentibus nota. ibid.
Iudaicæ gentis impietatum impleta menſura, Chriſti cædes. n.4
Iudæorum obſtinatio, & Dei ab illis auerſio pariter perſeuerant. ibid.
Iudæorum gens maledictionibus repleta. ibid.
Iudæorum impietas vbique nota. ibid.
Iudæum vel vnum conuerti ſumma difficultas. ibid.
Iudæorum pater Iudas proditor. n.5
Iudæi deſpecti, mendicique ſuam profitentur ſuperſtitionem. ibid.
Iudæi Chriſtianam fidem profeſſi viuunt diuites, & honorati. ibid.
Iudæi a Chriſto apoſtatæ concremantur publicitùs. ibid.
Iudæi etiam cùm idololatræ, habuerunt Prophetas. num.6
Iudæi poſt Chriſti mortem, nec Prophetas, nec prophetias habent. ibid.
Iudæorum euerſio in pœnam grauioris peccati, quàm ſit idololatria. ibid.
Iudæorum grauiſſimum delictum, mors Chriſti. ibid.
Iudæorum cum ſua Ieruſalem euerſio quadrageſimo anno poſt paſſionem Domini. ibid.
Iudæorum gens, Reſp. & memoria exſiccata eſt. num.8
Iudæis fons gratiæ exſiccatus. n.9
Iudæorum barbara crudelitas contra Chriſtum. num.11
Iudæorum extrema ſubuerſio per Romanos. num.12
Iudæorum ritus nunc fœtent. num.13
Iudæorum gens fœtida & odioſa gentibus. ibid.
Iudæi animo & corpore fœtent. ibid.
Iudæorum bona omnia antiqua putruerunt. num.14
Iudaicum regnum quingentos viginti annos perdurauit. n.16
in Iudæa poſt captiuitatem principes ſine titulo regio extiterunt. ibid.
de Iudaico regno in Syria figmentum Rabbinorum. num.17
Iudæorum perſecutiones contra Chriſti Eccleſiam. n.10
Iudæi libros portant, Chriſtiani legunt & intelligunt. n.11
Iudæorum libri ſuam perfidiam, & noſtram fidem conteſtantur. ibid.
Iudaicus populus Chriſti Propheta. n.12
Iudæorum inuidia, tabies, dolor de felicitate Chriſtianorum. ibid.
Iudæorum obſtinatio vſque ad finem mundi. num. 13
Iudæorum ſupplicium ob idololatriam certis annis definitum. c.35.ſ.2.n.3
Iudæorum ſupplicium ob Chriſti mortem nec modo, nec termino circunſcriptum. ibid.
Iudææ gentis indelebile opprobrium. ibid.
qui principes honorarunt Iudæos, habuerunt exitus infelices. ibid.
Iudæorum fautores infeliciter pereunt. n.4
Iudæis fauere, & ſuſpectum & exitiale. n.5
vt Iudæi ſint infames, conuenit honori Chriſti. num 6
Iudæorum de nece Chriſti ſcelus inexpiabile. c.73.ſ.6 n.5
Iudæi Chriſtum omni honore indignum oſtendi curarunt. num.8

Iudæorum corda ſine aqua ſapientiæ, gratiæque, num.9
Iudæorum cantilenæ de Chriſti opprobriis. ſ.7. num.4
Iudæi in adagium maledicti,execrationiſque IESVM vſurpabant. n.5
Iudæi Chriſtum probris & conuiciis lacerant. ſ.5.num.4
Iudæi Chriſtum vocabant ſeductorem,& meritò. ibidem.
Iudæorum frequens & infamis ſeruitus. cap.38. ſ.vnica.n.1
Iudæi rubent ſanguine Chriſti. n.2
Iudæi maledictam filiis hæreditatem reliquerunt. ibid.
Iudæorum inuidia,& ingratitudo in morte Chriſti. c.39.ſ.4.n.5
Iudæorum ingratitudo impudentiſſima. cap.41. ſ.1.num.11
Iudæi terram à Deo repleram diuitiis, repleuerunt idolis. ibid.
Iudæorum ingratitudo inexcuſabilis. n.12
Iudæorum & Romanorum regnis extinctis ſurrexit Chriſti Eccleſia. c.49.ſ.12.n.18
Iudæorum cæcitas,& obſtinatio. ibid.
Iudæorum doctrina lac infantium. n.19
Iudæorum poſtremum exitium. c.50.ſ.3.n.8
Iudaica gens ſtipes ad ignem. ibid.
Iudæi interiùs,Chriſtiani exteriùs pleriquè. ibid.
Iudæorum tempeſtas Chriſtum demerſit. cap.42. ſect.2.num.8
Iudæi exules toto orbe opprobrium gentibus, num.12
Iudæi luunt pœnas, quia Meſſiam occiderunt. ibidem.
Iudæis deeſt abſolutio,non pœna. n.13
Iudaicæ calamitatis vnica & tota cauſa ſanguis Domini IESV crucifixi. ibid.
Iudæis interdictum ingredi in Hieruſalem. n.14
Iudæi pretio emebant ingreſſum in Hieruſalem. ibidem.
Iudæi quotannis ipſo die euerſionis deflebant Hieruſalem. ibid.
Iudæi lugent ſuum excidium eo quòd Chriſtum in cruce irridebant. ibid.
Iudæorum perfidia inexcuſabilis. c.49.ſ.7.n.10
Iudæorum grauius peccatum, quàm gentilium. ibidem.
Iudæorum nequitia intoleranda. n.11
Iudæi reſurrectionem Chriſti occultare mundo non potuerunt. n.12
Iudæi fruſtrà reſurrectionem occultare contendunt. ibid.
Iudæi à Chriſto euerſi & diſperſi. ibid.
Iudæorum gens,terráque odio eſt Deo. ibid.
Iudæorum & gentilium vani conatus contra Chriſtum. ibid.
Iudæorum extrema ſubuerſio per Chriſtum.ibid.
Iudæorum ignominia continua, & indelebilis. num.15
Iudæorum cæcitas inexcuſabilis. c.49.ſ.8.n.1
Iudæorum cæcitas ſignificata tenebris morte Chriſti. ibid.
Iudæi portant nobis codices ſcripturæ ſed non legunt. ibid.
Iudæi bajuli ſcripturarum, Chriſtiani lectores. ibidem.
Iudæi cæci & ſurdi. ibid.
Iudæorum diſperſio per gentes. ibid.
Iudæorum à patria expulſio, exilium, diſperſio. num.3
in Iudæa Æternus Pater mortem filij ſui vlciſcitur. ſ.7.n.13
Iudæorum barbara crudelitas contra Chriſtum. c.49.ſ.12.n.7
Iudæi ipſi. n.8
Iudæa antiqua prorſus deſtructa. ſ.11.n.2
Iudæi à Deo benedicti nuſquam modò apparent. ibidem.
Iudæa domus leproſa. n.3
cum Iudæis vel cum leproſis impura & pernicioſa conſuetudo. n.4
nihil notius,quàm nullibi extare vel vmbram regni Iudaici. ibid.
Iudæorum extrema, & irreparabilis euerſio. num.18
Iudæi mittuntur ad macellum, ignémque. ibid.
Iudæi quondam leones,nunc oues. ibid.
Iudæos complures vous mioiſter inquiſitionis pertrahit vinctos. ibid.
Iudaica gens diſcerpta membratim orbi vniuerſo fuit ſpectaculo. c.49.ſ.9.n.10
Iudæi de tempore aduentus Meſſiæ omninò certi,quiſnam ille quærebant. n.13
Iudæi Meſſiam occidentes gentium ſerui facti ſunt. n.15
denique multa de Iudæis habentur c.49.ſ.8.n.3. ac deinde.

Iulius Cæſar.

Iulius Cæſar vbi ſummum adeptus faſtigium,miſerrimè periit. c.49.ſ.21.n.15

Iudex. Iudicium.

Iudex iniquus. c.52.ſ.5.n.7
Iudici os & manus conſtringunt propria delicta. c.33.ſ.6.n.17
Iudex ab humanis paſſionibus ſit alienus. n.18
Iudices iniuſti diuinitus caſtigati. cap.34. ſect.4. num.10
Iudex puniendo, clericus cantando Deum laudant. ſ.5.n.13
Iudices in alios ſeueri, mites in nos ipſos ſumus. c.38.ſ.vnica.n.14
Iudicem excæcant munera. c.43.ſ.1.n.5
Iudicem & notarium corrumpit aurum. n.6
Iudex imputus cauſam non iudicet caſtitatis. c.49.ſ.1.n.6
Iudex ſit anteà coniugatus. c.41.ſ.6.n.13
Iudex iuſtus æquitatem reſpicit,non voluntatem. c.34.ſ.6.n.4

Iudicium. Iudicare.

Iudicium ſeuerum in otioſos. cap.35. ſect.1t. num.4
Iudicium mentis primò diabolus vulnerat. ſ.13. num.4
Iudicium improbum, & iniquum. cap.34.ſect.6. num.3
Iudicandi ratio eſt ipſa lex & æquitas. ibid.
vbi Iudicij timor non eſt, increſcunt delicta. num.8
Iudicij iniquitas. c.39.ſ.7.n.17
Iudicium Dei incomprehenſibile circa electionem, & reprobationem hominum. cap.40. ſ.2.num.5
Iudicium Dei timendum. n.11

Iuſtus. Iuſtitia.

Iuſti abundant. c.32.ſ.2 n.7
Iuſtorum vtile conſortium. ſ.7.n.4
Iuſtitia inter Chriſtianos. ſ.14.n.22
de Iuſtitia Chriſtianorum ethnici Regis teſtimonium. ibid.
Iuſti velut inſulæ in medio mari. c.49.ſ.9.n.6

Iuſti ſine honoribus ſecuriùs viuont, & obeunt. c.36.ſ.t.o.t5
Iuſtorum nota premi & humiliari. n.14
Iuſtitiæ in mundo ttiplex ætas. cap.35. ſect.7. num.tt
Iuſtorom nonc maior, minor ſanctorum, heroúmque numerus. ſ.8.n.9
Iuſti in terra peregrini. ſ.14.n.8
Iuſti cœlo, non terræ ſtudent. ibid.
Iuſtitia contra delinquentes grata Deo. cap.34. ſ.5.num.t3
Iuſtitiæ tempus poſt mortem. c.35.ſ.s.n.ts
Iuſti ſunt ædes à Deo extructæ, & commuoitæ. c.39.ſ.t.n.t
Iuſti ſunt naues excelſæ, fortéſque. ibid.
Iuſtus vir facilè dignoſcitur. n.6
in viro Iuſto Dei præſentiam omnia conteſtantur. n.7
Iuſti diuinum ex ſe ſpirant odorem. ibid.
Iuſtus in omni ſtatu ſemper idem. cap.39.ſect.7. num.14
Iuſtus gaudet amoueri ab occaſione peccandi. ibidem.
Iuſtorum aſpectus & conuictus malos confundit, & inſtruit. c.40.ſ.t.n.s
ad Iuſti coospectum peccata impiorum apparent. ibidem.
Iuſtus aliorum errata non accuſat. ſ.s.n.t4
Iuſtorum vita laborioſa. c.41.ſ.s.n.st
Iuſtus niſi verum loqui neſcit. ſ.3.n.a
Iuſtus ſecum, quicuoque vadit, Deum comitem defert. c.46.ſ.voica.n.ta
Iuſtus cum Deo eſt, & vadit ſecutus. ibid.
Iuſti in arduis Dei legem conſulunt. ibid.
Iuſtus diuinæ ſe totum committit prouidentiæ. c.50.ſ 3.n.15
Iuſti nec viui, nec mortui ſuam in terra qoiciem habere volunt. c.50.ſ.2.n.6
Iuſtorum vita laborioſa, mors quieta. ſ.t.n.5
Iuſtorom nulius niſi conſolatus moritur. ibid.
Iuſtorum nomina dulcia ori, & auribus. n.7
Iuſtus arbor radicata & fundata. n.9
vbi Iuſtus, ibi lux. c.44.ſ.vnica.n.9
Iuſti prudenter ac ſcienter in omnibus ſe gerunt. c.48.ſ.2.n.6
Iuſti omnes viuebant de ſpe Meſſiæ. cap.49.ſ.10. num.a
Ioſtus poſt Chriſtum oihil morte lætius. ſect.sa. num.2
Iuſtus exectator conſortium malorum. cap.50. ſ.3.oum.35
Iuſti tribolari, vt granum ſepultum, repullulant. c.49.ſ.19.n.6
Iuſti diem iudicij eum gaudio expectant. cap.49. ſ.15.nom.t8
Iuſti exemplo ſuo præeunt ad cœlum. ſ.7.n.8
Iuſti in virtutibos, & ad præmium incrementa. c.41.ſ.7.n.18
Iuſtus io terra hoſpes. c.47.ſ.t.n.13
Iuſtus & in morte gratias Deo agit. ibid.
Iuſtus & ſapiens ſoum corpus vt alienum tractat. ibidem.
Iuſti vitam nimis longam queruntur. n.t5
Iuſtorum vita ærumnoſa, mors delicioſa. cap.47. ſ.3.num.4
Iuſti in morte dormioot in ſinu Dei ſui. ibid.
Iuſtorom animas vti roſas Deos in morte colligit. n.5
Iuſti pugnant in vita, in morte triumphant. n.6
Ioſti dolent in vita, exultant in morte. ibid.
Iuſti in vita moriuntur, in morte viount. o.9
Iuſtorum mors Paſchatis feſtum. n.7
Iuſti in mundo rari apparent. c.49.ſ.s.o.18
Iuſtus nunc premitur, dein exaltatur. cap.4t.ſ.4. num.10
Iuſtis Deus ornatur. n.15
Iuſtis oec timor, oec pudor ex malo. cap.33.ſ.t. nom.3
Iuſtorum precibus ac virtute flagitia mundi temperantur. c.33.ſ.to.n.4
Iuſti de mundo nihil contrahunt luti. o.10

Iuuenis. Iuuentus. Adoleſcentia.

Iuuenis præſtat maturus, qoàm leuis moribus ſenex. c.33.ſ.4.n.7
Iuuenis bonus malo ſeni præficiendos. ibid.
Iuuentus in agris multò modeſtior. c.49. ſect.14. num.6
Iuuenes metu potiùs, quàm ratiooe cohibentur. c.44.ſ.vnica.n.3
in iuuentute aliqualis excuſatio. ibid.
adoleſcentia immatura morti recipiendæ. ibid.
adoleſcentia ſemper ſuſpecta S.Paulo. ibid.
Iuuenis cooiugatus reputatur ſenex. cap.4t.ſ.6. num.13
Iuuenis liberiùs viuens ad mortis ſaginam nutritur. c.49.ſ.3.n.3
Iuuenis regatur, non regat. c.41.ſ.7.n.t
Iuuenilis laſciuia perſtringitur. ibid.
Iuuenilis ætatis crudus & malignus humor. n.s
Iuuentus mala caſtigatur io morbida ſenectute. ibidem.
Iuuentus ad regeodum inepta. ibid.& n.4
Iuuenis io fide, vel ætate ad dignitatem non eleuetor. n.7

L.

Labor. Laborare.

LAboribus cœleſtibus gloria comparatur. c.35.ſ.7.n.7
Laborantem vult Domioos Eccleſiam. c.32.ſ.tt. num.t
Laboranti redditur merces. num.s.& cap.35.ſ.t4. num.5
Laborantibus conſtanter cœlum donatur. ibid.
Labor corporis vilis animæ. n.7
Laborandum pro ſalute proximi. ſ.t3.n.9
ad Laborem ſoos à quiete Dominus excitat.c.35. ſ.3.num.3
Laborandum in vita pro requie præmióque poſt mortem. ſ.5.o.12
Laboribus exerciti tentationes carnis aut oon ſentiuot, aut facilè vincunt. c.39.ſ.5.n.5

Lacryma.

Lacrymæ pœnitentis Deum inflectuot. cap.42. ſ.2.num.17
Lacrymæ pro peccatore antè Deum ſubeunt legationem. ibid.
Lacrymæ in actione gratiarum. cap.46. ſ.vnica. num.20
Lacrymæ piæ dulcis animarum cibus. n.2t
Lacrymæ ex lætitia præmium lacrymarum ex triſtitia. ibid.
Lacrymas pœnitentium expetit Dominus. n.22
Lacrymæ pro peccatis Deo gratiſſimæ, & homini viliſſimæ. ibid.
Lacrymarum mira vis. c.42.ſ.2.n.18
Lacrymæ orantiom. n.t5

Laicus.

Laico certa pernicies, ſi ſacerdotem offendat. c.47.ſ.2.n.8

Laicorum, qui Eccleſiaſticos offenderant, infelices exitus. ibid.
Laici communicando corpus Domini fiunt principes. c.49.ſ.4.n.31

Laſciuia.

Laſciuiæ virorum frequens vbique. cap.34. ſ.3. num.2

Laus. Laudari.

Laudatiunculæ regentibus noxia. c.33.ſ.1.n.9
Laudari à malis indignum eſt. ibid.
Laudant inuidi, dein vituperant vt probrum augeant. c.49.ſ.5. n.7
Laudari non vult prudens. ibid.
Laus ſoli Deo debetur. n.10
Laus vnius viri redundat in totam nationem. c.49.ſ.18.n.2

Latro.

Latro & ſaluus & martyr in cruce. c.40.ſ.2.n.10
Latro bonus in cruce inter martyres computatus. n.11
Latronis boni exemplo non vanè confidendum. c.40.ſ.2.n.12
Latro in cruce reprobus monumentum diuinæ iuſtitiæ. ibid.
in Latronibus duobus crucifixis cum Chriſto datur ſpes & timor. n.10

Latus.

ex Latere Chriſti compunctio, piæ lacrymæ, pietas emanant. c.49.ſ.12.n.13

Lazarus.

Lazari, & diuitis exitus diſpares. cap.32. ſect.10. num.9
Lazari funus curatum ab Angelis. cap.35.ſect.6. num.9
Lazari animæ ſola ſine vulnere. c.40.ſ.1.n.19
Lazarus admiranda ſuſcepit lucra ex ſuis vulneribus. ibid.

Lenocinium.

Lenocinium ſacra Virgine indignum. cap.34.ſ.1. num.22
Lenocinium libidinis argomentum. c.35. ſ.4.n.4
Lenocinium impudens mulieris. ibid.

Lethargus.

Lethargo peccati ſopitus. c.41.ſ.1.n.4

Leuitas.

Leuitas & immaturitas iuuenum. c.49. ſ.1.n.5

Lex.

Lex Moyſis data cum terroribus. cap.32.ſect.10. num.3
Lex Chriſti lex amoris. ſ.13.n.17
in Lege Moſis flos, in Chriſtiana fructus. ſect.14. num.17
Legis Chriſtianæ puritas. n.25
Lex Moyſis poſt Chriſtum primò mortua, dein mortifera. c.49.ſ.8. n.32. nunc cadauer. n.15
Legum ius ciuile anceps, nec ſibi conſtans. c.49. ſ.4.num.9

Leo.

Leones per fœminas cicurati. c.32.ſ.23.n.20
Leo typus Regis. c.49.ſ.6.n.2

Libero.

Liberare innocentem optima miſericordia. c.41. ſ.5.num.35

Liberalis.

Liberalem extraneis eſſe, auarum cognatis indignum eſt. c.38.ſ.vnica.n.3

Libri.

Libri profani incendantur, ne incendant. cap.49. ſ.2.n.13
Libro de amatoriis nulla grauior peſtis. c.49.ſ.2. num.13

Libido. Luxuria.

ad Libidinem plura vbique incitamenta. cap.34. ſ.3.num.2
Libidinis lethale venenum. n.5
cum Libidine ſimul omnia vitia. n.7
Libido difficilè curatur. n.8
Libidinis fugienda occaſio. ibid.
Libidinoſi oderunt ſacram concionem. ſ.4.n.7
Libidinoſi ſimiles cicadis. n.8
Libidinoſi breuis voluptas. ibid.
Libidinis diſpares ingreſſus, & exitus. n.12
Libidinis flamma exitialis. ſ.6.n.18
Luxuriæ comes infamia. ibid.
à Libidine grande periculum. ſ.7.n.16
Luxurioſus pecudi ſimilis. ſ.9.n.7
in Luxuriis lethiſera requies. cap.35. ſect.10. numero 4
Libido mentem occæcat. ibid.
Luxurioſi malè ſe excuſant. n.5
Luxurioſorum infelix exitus. ibid.
Libidinoſus grauiſſimas luet pœnas. ſ.11.n.4
Libido præceps, cæca, & procax. ſ.13.n.2
pro Libidine crudelitates innumeræ. n.3
Libido prodigos facit. c.38.ſ.vnica.n.12
Libido malos habet exitus. c.39.ſ.2.n.12
Luxuriæ difficilis emendatio. ibid.
Libidine nihil abiectius. n.13
Libidinoſa titulo dominæ indigna. ibid.
Libidinis ægritudo difficilè curatur. ſ.3.n.4
Luxurioſi pecudibus ſimiles. n.5
Libido fugiendo vincitur. n.9.& ſ.6.n.24
Libido inſaturabilis. ſ.5.n.1
Libido mentem lancinat. ibid.
Luxuria in nobilibus maximè dominatur. n.4
Libido armatur deliciis. n.5
ad Libidinem comprimendam quænam iuuent. num.13
ad Libidinem tentanti non reſpondendum. ſect.6. num.15
Libido audax. ibid.
Libido pecudibus ſimilem reddit hominem. n.16
à Libidine fugiendum. n.23
contra Libidinem pugna continua, victoria rara. num.24
Luxurioſus iniuriam facit ſanguini Chriſti. n.26
Luxurioſi peccant ſpe futuræ pœnitentiæ. n.27
Luxurioſi repentè interdum moriuntur. ibid.
Libidini reſiſtere ſupra vires naturæ eſt. cap.41. ſ.1.num.5
Libidinem vincere ſumma fortitudo eſt. ibid.
Libido ebrietas turpis intemperantiæ. cap.41.ſ.1. num.4
Luxuria complurium malorum origo. cap.49. ſ.1.num.18
Luxurioſus nomine famáque indignus. n.28
Luxurioſus vnus totam ſuam tribum decolorauit. ibid.
Luxuria bonorum omnium iacturam inducit. c.49.ſ.1.num.14
Luxurioſus difficilè reſipiſcit. ibid.
Luxuriæ morbus inſanabilis. ibid.
Luxuria animam ab omnibus bonis operibus alienat. n.15
Luxurioſus odit ſermonem de diuinis. ibid.
Luxuria facit omnia in homine ſordeſcere. ibid.
in Luxuriam præceps impetus. n.16
Libido cum auaritia. c.50.ſ.2.n.17
à Libidine, & auaritia purus accedat ad Euchariſtiam. ibid.
concubitus in viro primus & cum dolore & cum pœnitentia. c.49.ſ.1.n.9

contra

contra Libidinem diſſerat ratio mentis. c.39.ſ.6. num.25
Luxuria frequentiùs in viro, quàm in fœmina cœlitus punitur. c.49.ſ.1.n.20

Lilium.

Lilium regia inter flores dignitate eminet. c.47. ſ.3.n.27

Limbus.

Limbus piorum iuſtorum. c.42.ſ.3.n.10

Lingua.

Lingua cohibeoda. c.49.ſ.5.n.5
Lingua & vita cohæreant. c.32.ſ.7.n.8
Lingua fortis arcus. c.49.ſ.20.n.2
malefica ferit. ibid.
ab illa liberari miraculum. ibid.
grauior quàm ferrum. n.3
Linguas inuidorum cohibere mirandum eſt c.49. ſ.5.n.4.& 5
Linguę Hebrææ imperitia errorum cauſa.cap.49. ſ.9.num.5

Lis.

Lites contrariis legibus excitantur & fouentur. c.49.ſ.4.n.8

Locus.

Locus non ſanctificat. c.40.ſ.1.n.3

Lothos.

Lothoi arbor ad ædem Veſtalium. c.35.ſ.4.n.3

Luctus.Lugere.

Lugendi mortuum ritus apud Ægyptios. c.50. ſ.12.num.1
Luctus pro mortuis apud Iaponios. ibid.
Luctus pro mortuo iuſtus,debitus,& à Deo commendatus. n.2
Luaerunt & capiarunt beſtiæ in funere hominis. ibidem.
Lugendi mortuos præſcriptus à Deo modus. ibidem.

Lucta.

Lucta patientiæ glorioſa. c.32.ſ.7.n.7
Lucta animæ & corporis. n.12

Lucrum.

præ Lucro Chriſtiani populi non æſtimat Chriſtus damnum populi Iudaici. c.41.ſ.7.n.15

Lupus.

Lupus ſub pelle ouina plurimum nocet. ſect.2. num.22

Luſitania.Luſitani.

Luſitanorum facinus memorabile. cap.32.ſect.8. num.3
Luſitanorum prodigioſa victoria. ibid.& num.4. & num.5
in Luſitania ſtupendum miraculum. n.3
Luſitanus Dux Correa. n.4
Luſitanorum mira in bellis virtus. ibid.
Luſitana arma ſolùm contra hoſtes Chriſti mouentur. ibid.
per Luſitanos Chriſti prædicatio. ſ.14.n.6
Luſitanorum Indica nauigatio in ſcripturis prædicta. ibid.
Luſitanicæ nauis Indicæ magnitudo. ibid.
Luſitanorum Indicæ naues ab Iſaia prædictæ. ibid.
Luſitanorum Regum pietas, & zelus fidei. n.7
Luſitani per orbem ſparſi,victoréſque. n.8
de Luſitanis egregium Regis Galliæ dictum. ibid.
Luſitanorum mira fortitudo. ibid.
Luſitanorum mira patientia laborum. n.9
Luſitania occidentis extrema. ibid.
Luſitani de ſpe viuunt. ibid.
Luſitani laboribus & periculis exerciti. ibid.
Luſitanorum virtus & conſtantia. ibid.
ex Luſitania hominum perennia flumina. ibid.
Luſitanorum nauigationis fama percelebris n.10
Luſitanis in Indiam crux vexillum. ibid.
Luſitanorum Indica nauigatio. cap.32.ſect.14. num.12
Luſitanorum extrema clades. c.35.ſ.2.n 6
Luſitanorum prodigioſa victoria in Gusuca. ſ.5. num.3
Luſitanorum victoriæ à Deo potiſſimum. n.5
Luſitanæ mulieres maſculo robore & caſto corpore. c.39.ſ.5.n.5
Luſitanorum fides & obedientia erga Romanam Eccleſiam. c.47.ſ.2.n.10
Luſitaniæ Regum pietas & reuerentia erga Romanam Eccleſiam. ibid.
Luſitaniæ Regum mira clementia erga ſubditos. c.41.ſ.7.0.24
Luſitaniæ Regis ſtemma pelicanus. ibid.& c.50. ſ.3.num.16
Luſitaniæ Regis admiranda beneficentia. ibid.
Luſitanorum fortia pectora. c.42.ſ.1.n.11
Luſitaniæ luctus in morte principis Alphonſi. c.50.ſ.2.n.1
Luſitana claſſis in Braſiliam contra hæreticos. c.49 ſ.21.n.22
in Luſitania Rex beneficus,ſubditi prompti & ſtrenui. c.45.ſ.2.n.10
in duobus Luſitanis duo roboris virium prodigia. c.49.ſ.16.n.6

Luſcinia.

Luſcinia cantando emoritur. cap.49. ſect.5.numero 22

M.

Magiſter.

MAgiſtri literarum moleſtior conditio,quàm demortui. c.49.ſ.3.n.28
Magiſtri vitæ nulla anachoretarum pœnitentia conferenda. n.22
plures laboré docendo obeunt confecti. cap.49. ſ.3.num.22

Magdalena.

Magdalena Chriſti pedibus agglutinata. cap.33. ſ.10.n.15
Magdalenæ admiranda opera. n.16

Magna.

Magna fine parua non conſtant. cap.33. ſect.6. num.6

Magnificentia.

Magnificentia & humanitas in fratres. c.47.ſ.1. num.20

Maieſtas.

Maieſtas Dei ſumma nec extolli,nec deprimi poteſt. c.47.ſ.1.n.10

Magnates.

Magnates in ſeculo ſuas etiam habent miſerias. c.49.ſ.15.n.16

Malus.Improbus.

Mali præſentia bonis valdè nocet. c.35.ſ.1.n.8
Malus præſens bonorum preces impedit. ibid.
Mali domus diuinam viſitationem non recipit. ibidem.
Mali parentis mala ſoboles. ſect.2.n.5.& cap.34. ſect.4.n.1
Mali à bonis ſeparandi. ſ.11.n.7
Improbi vitandi vt excommunicati.c.49.ſ.3.n.16
Mali ſtant in acie duce peccato contra Deum, Deique legem. ibid.

Malorum conſortium Deus refugit. ſ.13.n.13
à Malis etiam Deus fugit. c.33.ſ.7.n.7
Malorum fugienda conſuetudo. ibid.
Malus quiſque ſuo dolo ſacrificat. ſ.9.n.15
Malus vnus pluribus nocet bonis. ſ.10.n.7
cum Malis viuere magnum periculum. n.8
Mali bonos corrumpunt ac perdunt. ſ.11.n.2
à Malis ergò procùlque fugiendum. n.5
à Malorum conſuetudine miſerandum exitium animarum. n.4
Malis parentibus peiores filij. c.34.ſ.4.n.1
Malis infectum moribus totum aliquod genus. num.2
Malis profuit mors. ibid.
Malorum infelix proſperitas cap.36. ſ.1.n.13. & c.37.ſ.6.n.11
Mali in mundo dominantur, boni humiliantur. num.14
Malorum maior numerus, quàm bonorum. ibid.
Malorum diſcordia. n.15
Mali bonis iudicium habent bellum. cap.37.ſ.3. n.11. armati dolis. c.44.ſ.vnica,n.8
Mali bonis conſtruunt felicitatem. ſ.5.n.18
Mali bonorum vitam auerſantur. n.14
Mali bonos odio proſequuntur. ibid.
Mali ſaginantur ad macellum inferni. ſ.6.n.11.
Mali nominantur ad exemplum malitiæ. cap.50. ſ.1.num.9
de Malis mala præſumptio. c.42.ſ.1.n.5
de Malo mala ſuſpicio. n.8
Mali viuunt, & moriuntur vt pecudes. cap.50.ſ.1. num.9
Mali tantùm vtiles in mundo ad patientiam bonorum. ibid.
Malos mors incautos inſperata occupat. cap.47. ſ.3.n.9
Malorum conſuetudo à bonis vitanda. n.18
Malorum angelorum conſortium cum bonis pati non potuit cœlum. n.19
Malorum peſtilens conſuetudo. ibid.
præſtat à Malis odio, quàm amore haberi. cap.46. ſ.vnica.num.26
Malorum concordia in graue aliquod malum. c.49.ſ.2.n.1
Malorum concordia in mutuam diſcordiam deſinit. ibid.
Malorum multitudo ad omne facinus parata. num.19
Malorum multitudo vbique abundat. ibid.
Malus qui verſatur inter bonos, ſtultos & impudens. c.49.ſ.1.n.29
Malorum præſentia Dei nobis aditum præcludit. c.38.ſ.vnica.n.4
à Malis odio haberi laus eſt. c.35.ſ.9.n.18
Malos qui inter bonos, peſſimus eſt. n.30
Mali ab ſtultis laudantur. c.49.ſ.2.n.13
Mali ad malum ſe inuicem inuitant. c.35.ſ.3.n.7
Mali, vt ſe in malo conſeruent, legem Dei exquirunt. c.46.ſ.vnica.n.13

Malum, Malitia.

Mali antiqui veſtigia cur remanent. c.32.ſ.8.n.2
Malis eductis noſtris compatimur alienis. c.33.ſ.6. num.8
Malum ſine aliquo bono eſſe non poteſt. ſ.8.n.7
Malis infectum moribus totum aliquod genus. c.34.ſ.4.n.2
Malum inferre grauius eſt, quàm pati. cap.37.ſ.8. num.1
Male non iudicandum de aliis. c.45.ſ.1.n.7
Malum nec de Iuda ſuſpicatus eſt Ioannes. ibid.
Malorum ſeminarium inuidia. c.45.ſ.2.n.7
Malo alieno plerique viuunt. c.43.ſ.1.n.18
Malum ſummum non eſt, nec fingi poteſt. cap.35. ſ.5.n.15
Malitia non ſemper felix latet. c.44.ſ.vnica.n.7
Malitia ſub velamine virtutis plurimum nocet. c.49.ſ.2.n.21

Manſuetudo.

Manſuetudo eſt generoſi animi. c.33.ſ.2.n.1
Manſuetudinis mira vis. ibid.
Manſuetudo Dauid regnum peperit. num.9
Manſuetudo victrix. ſ.6.n.5.& ſ.8.n.3
Manſuetudo Saulem edomuit. n.4
Manſuetudo triumphat. ibid.
Mitis feram lenit. ſ.9.n.2
Manſuetudo commendat munus gubernandi. c.37.ſ.1.n.13
Manſuetudo regenti neceſſaria. c.47.ſ.1.n.6
Mitiſſimum Dei ingenium. n.7

Manus.

Manus pauperis ſinus Abrahæ. c.49.ſ.1.n.34
Manibus ad bonum otioſis pœna ſeruatur in inferno. n.30

Manna.

ad Manna colligendum mille difficultates. c.35. ſ.6.n.7

B. Maria Virgo Dei mater.

B. Mariæ encomia. c.32.ſ.1.n.8
B. Maria fidelibus ſecuritas. ibid.
B. Mariæ inſignis humilitas. ſ.2.n.4.& n.11
B. Mariæ humilitas Deum attraxit. ſ.1.n.11
B. Mariæ mira in Deum fides. ſ.3.n.13
Virgo Deum pariens ſummum miraculum. ibid.
B. Maria digna Deo mater. ibid.
B. Mariæ mira humilitas & puritas. n.14
B. Maria dicitur virga. ſ.4.n.10
in B. Maria fiducia. n.11
B. Maria ſalutatur. ibid.
erga B. Mariam pietas commendatur. ibid.
B. Mariæ gratia & pietas inexplicabilis. ſ.5.n.19
B. Mariæ interceſſio vtiliſſima. ibid.
per B. Mariam noſtra Deo offeramus. ibid.
in B. Maria ſpes & fiducia. ibid.
B. Mariæ gratiæ exceſſus. ſ.6.n.10
B. Mariæ miſericordia. ibid.
B. Mariæ maieſtas incompatabilis. ſ.7.n.15
B. Maria per humilitatem aſcendit. ibid.
B. Mariæ dignitas beneficentiſſima. ibid.
B. Mariæ nouum miraculum. ſ.8.n.3
B. Mariæ fœcunda virginitas prædicatur. n.10
Maria virgo ſummum Dei miraculum. n.11
B. Maria ſuam conteſtatur virginitatem. ibid.
B. Maria aurora. ſ.9.n.11.& c.33.ſ.5.n.12
B. Maria plus, quàm Angeli, innocanda. ibid.
B. Mariæ potentiſſima interceſſio. ibid.
B. Mariæ amor erga homines. ibid.
B. Maria peccatores inuitat. ibid.
in B. Maria plurimum ſpei & fiduciæ. ibid.
B. Mariæ vbera impetrant à filio. ibid.
B. Maria filium reſurrecturum inclamat. ſect.10, num.12
propter matrem abſentiæ Chriſti tempus præciditur. ibid.
B. Maria exemplar conſtantiæ. n.14
B. Mariæ humilitas in incarnatione Verbi. ſ.11. num.8
B. Maria terra benedicta ſuperat cœlum. ibid.
per B. Mariam omnia mundo bona venerunt. num.9
B. Maria diues benedictionum. ibid.
B. Mariæ dignitas incompatabilis. ſ.12.n.55
B. Maria ſupra omnem creaturam. ibid.

ad B.

ad B. Mariæ pedes felix nobis locus. ibid.
B.Maria immunis ab originali reatu. ibid.
B.Mariæ gratia ad omnes diffunditur. ibid.
B.Mariæ quot & quanta debemus. ſ.13.n.18
B. Maria Deum nobis mitem reddidit. n.19
per B.Mariam Deus placatus & ſuauis. ibid.
B.Maria petra,& deſertum. n.20
B.Maria valet Iudæis ad propitiandum Deum. num.19
B.Mariæ gratia pro peccatoribus apud Deum. ibidem.
B. Mariæ ſanctitas hominum vitia obombrat. ibidem.
B.Mariæ humilitas incomparabilis. cap.33. ſ.1. num.11.& 13
B Mariæ ex humilitate maieſtas. ibid.
B.Maria cuſtos & cultrix filij ſui. ſ.2.n.16
B.Mariæ ſtudium redemptionis hominum. numero 17
B.Mariæ lætitia mixta dolore. ibid.
B.Mariæ cura de Chriſtianis. ibid.
B Mariæ affectus erga pauperes. cap.33. ſect.3. num.15
B.Maria religioſis in morte aſſiſtit. ibid.
B Maria ſalutatur ab Angelo. ſ.4.n.4
B.Mariæ quænam turbatio. ibid.
B.Maria expauit ad ſui laudationem. ibid.
B.Mariæ immenſum pondus dignitatis. ibid.
B.Maria ſolicita & cauta de Virginitate. ibid.
B. Maria ſuæ virginitati & humilitati timuit. ibidem.
B.Maria terra benedicta. ſ.5.n.12
B.Mariæ virginitas aſtruitur. ibid.
B.Mariæ venter aurora. ibid.
B.Mariæ virginitatis typus ros. n.13
B.Maria concepta ſine reatu originali. ibid.
B Mariæ conceptionem immaculatam tota Reſp. Chriſtiana defendit. ibid.
B.Mariæ reuelatio de ſua conceptione immaculata. ibid.
B.Maria erga filium, & ſponſum ancillæ præſtabat officium. ſ.6.n.2
B.Maria innumeris perfuncta doloribus. n.23
B.Mariæ grex Chriſti commiſſus. ſ.7.n.13
B.Mariæ mira potentia. ibid.
per B.Mariam conuerſio peccatorum. ibid.
B.Mariæ commendantur à Chriſto peccatores. ibidem.
B.Maria ab omnibus creaturis Regina colitur. num.14
B.Mariæ Chriſtus omnia ſubiecit. ibid.
B.Maria priuilegio Dei omnipotens. ibid.
In B.Maria nobis magna fiducia. ibid.
B. Mariæ typus Arca Moyſis. ibid.
B.Maria fons conſolationum. ibid.
B.Mariæ nomen,ac memoria dulciſſima. ibid.
B.Maria deteſtatur omne vitium. ſ.8.n.2
B.Maria nobis ad omnia ſalutaris. n.12
B.Maria nobis in mundo ſacra anchora. ſ.9.n.11
ad B.Mariam pia deprecatio. ibidem. & ſect.10. num.14
B.Maria nubes leuis. ſ.10.n.12
B.Maria ab omni culpa etiam originali aliena. num.13
B.Mariæ ſeruorum felicitas. ibid.
B.Maria Dei vindictam mitigat. num.14
B.Maria vitiorum ardorem extinguit. ibid.
B.Mariæ conceptio immaculata aſtruitur. ibid.
B.Mariæ conceptio Immaculata vbique celebratur. ibid.
B.Maria tabernaculum & Arca Dei. ſ.11.n.16
in B. Maria Deus ſe viſibilem & mitem nobis oſtendit. ibid.
B.Maria vitæ pons,cœli ſcala. ibid.
per B. Mariam certa & facilis ad Deum via. ibidem.
B.Maria Dei Arca. n.7
B.Mariæ templum Arca cœli. n.18
B.Maria Arca cœli. n.19
B.Maria peccatoribus aſylum. ibid.
B. Maria cerua, & aurora. cap.34. ſect.1. n.12
B.Maria in ſecreto latens & orans. n.13
B.Maria hortus. ibid.
B Mariæ fructus perennis. ibid.
B Maria pelagus gratiarum. ibid.
B Mariæ virginalis fœcunditas. ibid.
B Maria corpore & anima immaculata. n.14
B. Maria pudoris magiſtra & exemplar. ſect.2. num.10
B.Maria ſecreti amans. ibid. & ſ.3.n.10
B.Maria nec ſibi,nec aliis periculo fuit. n.11
B.Maria corpore, & anima pulcherrima. ſect.3. num.9
B. Mariæ corpus vincit mortalium genus. numero 10
B. Mariæ pulchritudo interna inexplicabilis. ibidem.
B.Mariæ encomia. ibid.& c.35.ſ.2.n.17
B.Maria omnis honeſtatis, pudoriſque exemplar. ſ.4.num.12
B.Mariæ pulchritudo incomparabilis. ibid.
B. Maria ſecreti amans, domique abſcondita. ibidem.
B.Maria cum Angelis, & cum Deo filio domi agebat. ibid.
B.Mariæ contemplatio inexplicabilis. n.17
B.Mariæ firmitas & conſtantia. n.18
B. Maria Deo plena rebus creatis non egebat. num.17
B.Maria virga,mons,nauis. n.18
B.Maria timet,quia gratia plena. ſ.5.n.26
B.Maria non timuit quòd viderit Angelum. numero 27
B.Maria nutrita ab Angelis. ibid.
B.Maria timuit periculum pudoris. ibid.
à B.Maria timere diſcant virgines. ibid.
B.Mariæ affectus erga pudorem. ibid.
B.Maria puerum IESVM præferens hominibus Deum conciliauit. n.13
B.Maria nobis omnium bonorum fons. ibid.
à B. Maria miris illius ſerui donis ditantur. ſ.6. num.18
B Mariæ vterus Dei thalamus. ſ.7.num.17
B.Mariæ conſtantia in virtutibus. ibid.
B.Mariæ admiranda puritas animæ. ibid.
B.Maria Dei regia lectica. n.18
B.Mariæ encomia. ibid.& ſ.8.n.16
B.Maria ferculum deliciarum. ibid.
B.Maria non ſeparatur à filio. ſ.8 n.16
B.Mariæ patent omnia Dei myſteria. n.17
à B.Maria manant in homines gratiæ donáque. ibid.
B Mariæ dulciſſima recordatio. ibid.
B.Maria muliebris ſexus ornamentum. ſ.9.n.9
B.Maria de morte triumphat. ibid.
B.Mariam mors extimuit. ibid.
B.Mariam filius in cœlum extulit. ibid.
B Maria vitæ ianua. ibid.
B.Mariæ deuotus non peribit. ibid.
B.Maria pulcherrima malo affectu inſpici non potuit. ibid.
B.Maria domus Dei. n.11

B.Maria

B. Maria templum Dei. ibid.
de B. Maria oraculum antiquiſſimum. n. 12
B. Mariæ primum in terra extructum templum. ibidem.
de B. Maria oraculum Apollinis. ibid.
B Mariæ ſecundum in terra templum. ibid.
B. Mariæ adhuc viuenti extructum templum. c. 35. ſ. 1. n. 13
B. Maria hominibus templum & altare. ibid.
B Maria immenſorum bonorum officina. ibid.
B. Maria corpore & anima virgo. ſ. 2. n. 17
B. Maria puritatem ſacerdotibus commendat. num. 18
B. Maria fons omnium bonorum. ſ. 3. n. 10
ſub B. Maria tumulantur omnia vitia. ſ. 4. n. 18
B Maria immunis ab originali reatu. ibid.
ante B. Mariam nec primo primi vitiorum apparuerunt. ibid.
B. Maria gratia plena. ibid.
B. Maria ſalutatur. n. 19
B. Mariam Dei virtus obumbrauit. ibid.
B. Maria peccatores obumbrat. ibid.
ante B. Mariam peccatores inclinati veniam merentur. ibid.
B. Maria menſa animata. ſ. 5. n. 20
B. Maria liber, in quo verbum inſcriptum eſt. ibid.
B. Maria puritatis & modeſtiæ mater. ibid.
B. Mariæ nomen ancilla Dei. ſ. 6. n. 15
B. Mariæ gloria incomparabilis. n. 16
B. Mariæ merita Patri Æterno Chriſtus repræſentat. ibid.
B. Mariæ inuocatio miram habet vim in morte. ibid.
B. Maria clauis magiſtra cœli. ibid.
in B. Maria mirum peccatoribus præſidium. ibid.
B. Maria noua Hieruſalem. ſ. 7. n. 5
B. Maria pulchra & ſuauis. ibid.
B. Maria concepta ſine reatu originali. ibid.
ſub Deo nihil tam ſuaue, tam pulchrum, quàm B. Maria. n. 6
B. Mariæ gratia imploratur. ibid.
B. Maria vnum ſola inter prædeſtinatos chorum ſtatuit. ſ. 8. n. 19
B. Maria poſt Deum in omnibus vnica. n. 20
B. Maria inuocatur ad ſalutem. ibid.
B. Maria domus Dei. ſ. 9. n. 24
B. Mariæ ſumma gratia & potentia apud Deum. ibidem.
qui B. Mariam piè colit, & ſalutat, felix eſt. ibid.
erga B. Mariã pietas ſignum prędeſtinationis. ibid.
erga B. Mariam pietas grande Dei beneficiũ. ibid.
in B. Maria grande nobis præſidium. ſ. 10. n. 1a
B. Mariam Deus filius honorificè tractat. ibid.
à B. Maria conſolatus dicitur Deus. ibid.
B. Maria omnium mater feliciſſima. n. 14
B. Mariæ ſempiterna virginitas aſtruitur. ibid.
B. Mariæ Deus filius negotia miſericordiæ tradidit. n. 15
B. Mariæ in conceptu, partúque virginitas. ibid.
B. Maria nouus liber Dei manu inſcriptus. ibid.
B. Maria matrum feliciſſima. ſ. 11. n. 12
B. Maria inſeparabilis à Deo filio. ibid.
B. Mariæ multi grauéſque ex filio dolores. ibid.
B. Maria in anima pluſquam martyr. ibid.
B. Maria bonorum omnium fons. ſ. 12. n. 16
B. Maria domus panis. ibid.
B. Maria moriens dulcem reddidit mortem. ibid.
B. Maria ab infantia in templi adytis. ſ. 13 n. 5
B. Maria obiit ætatis anno 74. n. 19
B. Maria immunis ab omni morbo. ſ. 14. n. 20
B. Maria deſiderijs filij extincta obiit. ibid.

B. Mariam mori oportuit. n. 21
B. Mariæ morientis dulciſſimum cum filio colloquium. ibid.
B. Maria moriens homines filio commendat. ibid.
B. Mariæ in cœlum aſſumptio aſtruitur. ibid.
B. Maria pupilla oculorum Chriſti. c. 36. ſ. 1. n. 18
B. Maria naſcẽtis Ieſu oculis prima occurrit. ibid.
B. Maria ad officium ancillæ confugit. n. 19
B. Mariæ humilitati data eſt dignitas matris Dei. num. 18
B. Maria ſuam occultabat maieſtatem. n. 19
B. Maria omniũ mentium, & oculorũ ſcopus n. 20
B. Maria centrum animarum. ibid.
B. Mariæ egregia encomia. ibid.
B. Maria negotiatio ſeculorum. ibid.
per B. Mariam grande lucrum cœlo & Angelis acceſſit. ibid.
B. Maria Dei mercatus. n. 21
B. Maria hominibus nundinæ. ibid.
ad B. Mariam omnium oculi reſpiciunt. ibid.
B. Mariæ ad nundinas pretium ſunt hæc ipſa commentaria. ibid.
B. Maria per humilitatem ancillæ Regina effecta eſt. c. 37. ſ. 1. n. 9
B. Maria ab omnibus gentibus inuocatur & celebratur. ibid.
B. Maria hominum fiducia. ſ. 2. n. 8
B. Mariæ ſumma gratia quòd Dei mater ſit. ibid.
Matre Dei poſt Deum inferius eſt, quicquid eſt aut fingi poteſt. ibid.
B. Maria in theſauros Trinitatis introducta. n. 16
B. Mariæ applaudunt animæ iuſtorum. ibid.
B. Maria fons gaudiorum. ibid.
B. Maria luna, S. Ioſeph ſole, Apoſtoli ſtellis ſignificantur. ſ. 3. n. 14
B. Mariæ ſublimis gratia, profunda humilitas. n. 15
B. Mariæ virgineus conceptus. ibid.
in B. Maria potiſſimum remedium contra tentationes carnis. n. 16
erga B. Mariam noſtram pietatem diabolus impugnat. ibid.
B. Maria aquæ ductus. ibid.
B. Maria cœleſte Manna. ſ. 4. n. 18
B. Maria hominibus ad omnia remedium. n. 19
B. Maria officina miraculorum. ibid.
B. Maria nihil nobis dulcius ac pretioſius. ibid.
B. Mariæ donorum menſura iſta eſt Dei potentia, & rei decentia. n. 21
B. Maria quali dolore ſpectauit filium flagellari. ſ. 6. num. 9
B. Mariæ condolendum in Chriſti paſſione. ibid.
B. Mariæ dignitas incomparabilis. ſ. 7. n. 6
B. Maria dolet iuxta crucem filij. n 10
B. Maria quid maximè doluit iuxta crucem. ibid.
B. Maria puritate deterſa eſt annorum macula. c. 38. ſ. vnica. n. 2
B. Maria vniuerſale remedium omnibus animæ morbis. n. 8
B. Mariæ duplex nauis virginitatis. ibid.
B Maria inuocanda cõtra tentationes carnis. ibid.
B Maria decus mulierum. n. 11
in B. Maria ſupereminens excellentia ipſo ſtatim conceptionis momento. c. 39. ſ. 1. n. 8
B. Mariæ conceptio abſque reatu originali. ibid.
de B. Mariæ immaculata conceptione decretum Gregor. XV. n. 9
B Mariæ nominis odor ſuauiſſimus. ibid.
in B. Maria omnium donorum & gratiarum compoſitio. ibid.
B. Mariæ miſericordia nihil dulcius peccatoribus. ibid.

B. Mariæ pulchtirudo caſtos faciebat íotueutes. c.39.ſ.1.n.6
B. Mariæ debetur etiam caſtitas vtriuſque Ioannis. ibid.
B.Mariæ ſanctitas extinguebat concupiſceutiam intuentium. n.7
B. Maria immunis ab omni periculo, & tamen caura & abſcondita. ibid.
B.Maria portus, aſylum,dúxque hominibus. ſ.3. num.18
abſque B.Mariæ præſidio non præliandum cum viriis. ibid.
ſub vmbra B.Mariæ ſecuta quies. ibid.
B.Maria fons gratiarum. n.19
B Maria prudentiſſimè reſpoudit Angelo. ſect.4. num.10
B.Mariæ inſignis prudenria. ibid.
matti ſuæ admirandum virginitatis donum Deus contulit. c.39.ſ.5.n.12
poſt B.Mariam rerra caſtis exuberat. n.13
B Mariæ virginitas ſignum ſalutis. n.14
B. Maria diuinitatis ſacrarium. ibid.
B.Mariæ deuotis donum caſtitatis darur. ibid.
B. Maria ſe Virginem poſt partum miratur. ſ.6. num.29
B.Maria Dei priuilegio impeccabilis. ſ.7.n.7
B.Maria mirè cauta & ſui cuſtos. ibid.
B. Mariæ vita puellaris in templi ſacrariis. n.8
B. Maria cœleſti cibo nutrira. ibid.
B.Maria traditur S.Ioſeph in cuſtodiam. ibid.
B.Maria mediatrix Dei & hominum. cap.40.ſ.1. n.12.& c. 41.ſ.5.n.11
B Mariæ admiranda in Deo fiducia. ſ.2.n.20
B. Maria non aperuit ſponſo incarnationis myſterium. ibid.
B.Mariæ in præſepio ſumma rerum inopia. n.21
B Maria in partu non eguit vllius creaturæ auxilio. ibid.
B.Maria diuinæ prouidentiæ credita. ibid.
B.Mariam Angeli nutriebant infautulam. ibid.
B. Mariæ humilitas fundamentum rerum maximarum. c.41.ſ.1.n.3
B.Mariæ virginitas,humilitas,caritas ad opus incarnationis. ibid.
B.Mariæ ſumma innocentia. ſ.2.n.17
B. Maria immunis ab omni macula corporis & animæ. n.19
B.Maria ipſo conceptionis momento pura, ornata,Regina,Deo grata. ibid.
B.Mariam conceptam, virtutibus ornatam Deo filio ipſa gratia præſentauit. n.20
B.Maria omni peccato, & tentationi impenetrabilis. ibid.
erga B.Mariam pietas ſecura. ibid.
B.Mariæ auxilium,fauor,& protectio imploratur. ibid.
B.Maria Deo fideliſſima. ſ.3.n 9
B.Maria Deo plena ſuperbire non poterat. n.10
B.Mariæ puritas æmula diuinitatis Patris. ſect.4. num.19
B.Maria ſupra legem & iuxta legem mater. ibid.
B.Maria ſua puritate noſtram obumbrat impuritatem. n.20
B.Maria triumphalis currus Dei hominis. c.41. ſ.5.n.11
B.Mariæ obſequio deuotus felix eſt. n.12
B. Mariæ admiranda obedientia. ſ.6.n.2
B.Mariæ gratior fuit obedientia, quàm dignitas matris Dei. ibid.
B.Maria ſui prodiga filij. n.15
B.Maria ſuum nobis filium donauit. ibid.
B. Mariæ pieras erga homines admiranda. ibid.
B.Mariam non inuocans ſummè vecors eſt. ibid.
B. Maria reſurgentem excepit filium. cap.45.ſ.2. num.17
B. Mariæ gaudium inexplicabile ex reſurrectione filij. n.18
B.Mariæ mira gratitudo erga Dei beneficia. c.42. ſ.2.n.16
B.Maria recipit materno affectu peccatores. n.19
B. Mariæ amor erga filium inexplicabilis. ſect.3. num.11
B.Mariæ dolor,& patientia incompatibilis. ibid.
B Mariæ duodecim dolores. ibid.
B.Mariæ duodecim gemmæ in corona patientiæ. ibidem.
B.Maria humilis ſuam occultat maieſtatem.c.47. ſ.1.num.9
B. Mariæ vis & præſentia ad conuerſionem peccatorum. ibid.
B Mariæ peccatores à Deo commendati. ibid.
in B.Maria peccatorum mira fiducia. ibid.
B.Maria mortuo filio clauſit oculos,terſit vulnera. c.46.ſ.vnica.n.16
B.Mariæ morienti filius adſtitit. n.17
B.Mariæ mortuæ filius clauſit oculos; corpus,& ſepulturam curauit. ibid.
B.Maria ſuauis fidelibus,terribilis hoſtibus. c.49. ſect.18.num.4
B. Maria terror dæmonum, amor beatorum. ibid.
B Maria immunis ab omni tentatione. Ibid.
B.Maria, tentationum, vitiorum, dæmonum fugatrix,& debellatrix. ibid.
B.Maria victrix,& triomphatrix. n.15
vbi Maria adeſt,certa ſunt miracula. ibid.
B.Mariæ ſumma ſublimitas,dum Chriſto filio mater imperat. c.49.ſ.19.n.4
B. Mariæ ſumma cum dignitate humilitas. ibid.
B. Maria fons,& puteus aquarum. n.50
B. Maria piis vocibus ſalutanda. ibid.
B Mariæ ſeruum eſſe ac deuotum, benedictio Dei,ac mira felicitas eſt. ibid.
Deus non niſi de Virgine voluit homo naſci.ſ.4. num.22
B.Maria vas de cœlo,templum pudoris à Deo ſacratum. ibid.
B. Maria pro pudore adeunda & inuocanda. ibidem.
B. Mariam dedit filio Pater Æternus vnicam & feliciſſimam ex toto humano genere. cap.48. ſ.2.num.31
B.Maria ſola inter creaturas vnum facit chorum. ibidem.
B.Maria ſoli Deo incomprehenſibilis. n.32
B.Maria mundum, ne ab ira Dei diſſoluatur, ſuſtentat. ibid.
in B. Mariæ inuocatione ſumma hominum fiducia. n.33
B. Mariæ oculi miſericordiæ ſunt ipſemet IESVS filius. ibid.
ex B. Mariæ inuocatione ſancta vita & mors ſecura. ibid.
B.Mariam Chriſtus Ioanni reliquit nobiliſſimam patrimonij ſui partem. n.34
B.Mariæ conceptio immaculata ſine reatu originali. ibid.
B. Mariam Dei filius tenuit ne inficeretur labe originali. ibid.
B. Maria primis paſſionis filij ſui meritis præſeruata ab originali peccato. ibid.
B.Maria primogenita Redemptoris. ibid.

in B.

in B.Mariæ virginali vtero panis vitæ ſatus adoleuit. c.41.ſ.7.n.26
B.Mariæ vterus purus & fœcundus. ibid.
ſummum miraculum Deus ex Virgine natus. ibid.& cap.42.ſ.1.n.13
B. Maria ſola inter mulieres cum fructu floret, cum flore fructificat. c.47.ſ.3.n.27
B.Mariæ virginalis partus aſtruitur. ibid.
B.Maria Vlnam. n.28
B.Maria aquila ſupra omnem creaturam volat. ibidem.
B.Mariæ encomia. ibid.
B.Mariam matrem ſuam Deus pluris facit, quàm omnes ſimul creaturas. c.48.ſ.1.n.10
B.Mariam matrem ſuam volt Deus ab hominibus honorari,& inuocari. n.15
B.Maria hominum indigentiæ intendit,& occurrit. ibid.
in B. Mariæ gratiam Deus anticipat beneficia. ibidem.
erga B.Mariam pietatis & inuocationis mira efficacitas. ibid.
agendæ Deo gratiæ, quòd nobis dederit matrem ad omnia piam,& potentem. ibid.
B.Maria ideo tidem ſalutanda. ibid.
B.Maria palma eſt & victoria. c.45.ſ.1.n.13
B.Mariæ conceptio immaculata aſtruitur. ibid.
B.Mariæ mira conſtantia & patientia iuxta crucem filij. ibid.
B.Maria Regina cœli,& mater hominum. ibid.
B.Maria filio ſimilis in benignitate & miſericordia. c.45.ſ.1.n.22
B.Maria ſtella maris,periculorum liberatrix. numero 23
B. Maria diſpenſat diuinæ potentiæ theſauros. ibidem.
B.Mariæ mira potentia. ibid.
B.Maria rigat & fœcundat fideles. ibid.
B.Maria puerum IESVM in ſinu oſtentans dulciſſimum mundo ſpectaculum. c.43.ſ.2.n.16
B.Maria pronuba animarum cum Chriſto. ibid.
de B.Maria vnus ſenſus eſt literalis Canticorum, num.17
B.Maria Dei ſagitta. ibid.
B.Maria diuino amore vulnerata & vulnerans. ibidem.
B.Mariæ preces & vota valuerunt ad incarnationem Verbi. n.16
B.Mariæ plus gratiæ donatum,quàm omnibus ſimul ſanctis. c.44.ſ.vnica.n.6
B.Mariæ prima & ſumma virtus,ab ortu humilitas. c.49.ſ.5.n.19
B.Mariæ & filij IESV humilitas confundit humanam ſuperbiam. ibid.
B.Maria fons ſalutis & vitæ peccatoribus. ſect 6. num,11
B.Maria Dei thronus. ibid.
B.Mariæ filio IESV mundus ſe ſubiicit. ibid.
B.Mariæ virginalis partus aſtruitur. ſ.7.n.7
in B.Maria flos ſimul & fructus. ibid.
B.Maria mediatrix Dei & hominum. n.8
in B.Maria quot quantáque ſint nobis bona. ſ.22. num.10
B. Mariæ deuotis dantur fiducia in Deo, deliciæ ſanctæ,ſecuritas vitæ, ibid.
Felix,cui donatum à Deo, vt ſit ſeruus B.Mariæ. ibidem.
B. Mariam deuotè ſalutantes gratiis cœleſtibus inſperguntur. ibid.
B.Mariæ deuotus viuit & moritur ſecurus. ibid.
in B.Mariam pietas grande Dei beneficium. ibid.
Ben.Fernand.in Geneſ.tom.3.
B. Mariæ priuilegia communicari non poſſunt. ſect.11.n.21
B.Mariæ idem & pater & filius Deus homo.ibid.
B.Mariæ conceptio, partus, aſſumpta ſupra omnem legem. ibid.
in B.Maria habemus infinita ſubſidia. n.23
in B.Maria validum eſt præſidium fidelibus. n.25
in B.Maria pœnitens certum habet remediū.ibid.
per B. Mariam famoſi etiam peccatores conuerſi & ſalui. n.26
B.Mariæ Gabriel & Ioannes pariter inſeruiebant. num.35
B. Maria donatus Ioannes ditior Angelis & hominibus. ibid.
B.Maria colenda & imploranda. ibid.
B.Maria Eccleſiam tuetur & protegit.c.49.ſect.2. num.23
B.Mariæ cura eſt de nobis. ibid.
B.Maria nobis murus eſt. n.24
queritur Dominus de peccatoribus , quòd non confugiant ad patrocinium B.Mariæ. ibid.
B.Maria peccatorum defenſio. ibid.
in B. Mariæ vberibus mira peccatoribus fiducia. ibidem.
B Maria dulciter reſalutat ipſam ſalutantes.ibid.
B. Maria Dei porta. c.49.ſ.3.n.13
per B. Mariam peccatores introducti ad Chriſtum fiunt iuſti. ibid.
B.Maria mater & nutrix ſanctorum. n.14
erga B. Mariam pietas eſt lac virtutis & ſanctitatis. ibid.
in B. Mariæ inuocatione præſto eſt auxilium etiam obduratis peccatoribus. ibid.
B.Maria equitatus Dei,& virga Moyſis.c.49.ſ.16. num.5
B. Maria ſuos ſeruos ad cœlum ducit ſecuros. ibidem.
B.Maria fons perennis curationum. ibid.
B.Maria omnium creaturarum Regina. ibid.
B.Maria Dei magnificentia. ibid.
Deus in B.Maria. ibid.
B.Mariæ mira humilitas & ſublimitas. c.49.ſ.5. num.19
B.Maria ciuitas Dei & refugij. ibid.
in B.Maria omnia ſunt admirabilia. ibid.
in B.Maria ſuam Deus exeruit potentiam. ibid.
B.Maria concepta ſine peccato originali. ibid.
B.Maria ſaluatur. ibid.
B. Mariæ humilitas fundamentum ſublimitatis. ibidem.
B Mariæ pulchritudo,& maieſtas. cap.49. ſect.9. num.17
B.Mariæ caro diuinum ſpirabat odorem. n.18
B.Maria vultu, geſtu , inceſſúque diuinum quid referebat. n.19
B.Maria,& crux, & ſolatium fidelium. ſ.10.n.4
B.Maria virga Moyſis. ibid.
B. Maria ſeruos ſuos in morte ſolatur & tuetur. num.4
B.Mariæ ſolus Deus poſſeſſor. c.47.ſ.2.n.12
B.Mariæ conceptio ſine originali aſtruitur. ibid.
B.Maria virgo tam anima,quàm corpore. n.13
in B. Maria inſtauratus à Chriſto priorum Patrum ſtatus quoad gratiam. ibid.
in B. Mariæ immaculata conceptione cernitur vera ratio Redemptoris. ibid.
B.Maria ſeruata ne laberetur in originalem reatum. ibid.
B. Mariæ gratulandum de conceptione immaculata. ibid.
B.Maria portus naufragantium. c.49.ſ.13.n.13

B.Maria fidelium ſecuritas. ibid.
B. Maria pœnitentes fouet & recreat. ibid.
B.Maria data hominibus mater, grande Dei beneficium. ibid.
B. Maria Chriſti pallium, hæreditáſque nobis donatur. ibid.
B.Maria forti filio fortis ſimilis. ſ.10.n.9
B. Mariæ iuxta crucem IESV fortitudo. ibid.
B. Maria ſe offerebat vt crucifigeretur. ibid.
B. Mariæ iuxta crucem IESV dolor inexplicabilis. ibid.
B.Maria plus quàm martyr. n.10
B.Mariæ inſtrumentum martyrij filius IESVS. ibidem.
B.Mariæ compaſſio iuxta crucem ſuper omnia martyrum tormenta. ibid.
B.Maria bellatrix,& victrix dæmonum. ibid.
B.Mariæ pro nobis interceſſio efficaciſſima. c.50. ſ.3.n.34
B.Maria pro nobis intercedit in cœlo. n.33
ad B.Mariam pia deprecatio. n.34
per B Mariam à Chriſto impetrandæ vita & mors ſancta. n.40
B.Mariæ encomia. ibid.
B.Maria ſcopus Doctorum, patrum præconium. ibidem.
B. Maria ſeruos ſuos dupliciter veſtit & ornat. ibidem.
ad B.Mariam peroratio Autoris. ibid.
B. Mariæ pro caſtitate patrocinium. c.49.ſ.1.n.16
B Mariæ hominis efficax inuocatio. ibid.
B.Mariæ apud Deum filium ſumma potentia.n.17
vt B.Mariam imploremus ſinit nos Deus tentari. ibidem.
B.Mariæ petitiones filius pro debito exoluit.ibid.
B.Mariæ orationes diligit Deus filius. ibid.
B.Maria lectus Dei floridus. c.49.ſ.14.n.15
B Mariæ vectos floribus ornatus. ibid.
à B. Maria flores pudoris petuntur. ibid.
in B. Mariæ patrocinio mira vis. ſ.15.n.3
B.Maria plus valet apud Deum,quàm omnes Angeli,ſanctique. ibid.
B Maria quicquid vult,poteſt faciéque. ibid.
B.Mariæ patent omnibus miſericordiæ. cap.49. ſ.11.num.23
B.Maria Dei vinea. ibid.
ex B. Mariæ carne candidiſſimam ſtolam Deus induit. ſ.13.n.4
B Maria mulier fortis à Salomone celebrata. n.11
Matris Dei dignitas explicari non poteſt,quin ſimul explicetur dignitas filij. ibid.
B.Maria profugium,fiducia, remedium peccatorum. ſ.1.n.8
B.Maria inuitat ad pœnitentiam. ibid.
B Maria peccatores ad ſe & ad Chriſtum attrahit. ibid.
in B. Maria remedium contra omnia pericula. ibidem.
per B. Mariam Deus animas ad ſe attrahit. c.49. ſect.8.n.11
pietas erga B. Mariam compendiaria ad cœlum via. ibid.
B.Mariæ virginalis fœcunditas aſtruitur. ibid.
conceptio & natiuitas ex Virgine argumentum diuinæ maieſtatis. n.11
B Maria Dei virga,qua diabolus flagellatur. n.15
B. Mariæ matris Dei, dignitas incomparabilis. num.19
miraculorum maximum Dei Virgo mater. ibid.
naſci de matre Virgine oſtenſio Dei mundum ingredientis. ibid.
B. Maria vitæ ſanctitate, & mortis felicitate omnes ſuperauit. c.50.ſ.1.n.11
ex B.Mariæ aſſúptione acceſſit Chriſto gloria.ib.
B. Mariæ dignitas & gloria in cœlo cum filio incomparabilis.ibid.Gloria inexplicabilis.n.12
B.Maria inuocatur pro vita & morte ſancta,ibid.
B. Mariæ templum Lauretanum toto orbe celeberrimum. c.50.ſ.2.n 14
B.Mariæ plurimæ reliquiæ. ibid.
B.Mariæ zona celebris Conſtantinopoli. ibid.
B.Mariæ faſciculus ex capillis Oliſpone. n.15
B.Mariæ reliquiis armata munitaque Dei Eccleſia. ibid.
ad B.Mariam pia deprecatio. ibid.
B Maria domus Dei, peccatoris aſylum. cap.50. ſ.3.num.24
B.Mariæ mors ſuauiſſima ex præſentia filij. c.49. ſ.23.num.6
B.Maria lætiſſima obiit ad intuitum filij. n.7
B.Maria in manibus filij moriens animam depoſuit. ibid.
à B Maria infelix mors impetrauda. ibid.

Maritus.

Mariti abſentia vxori noxia. c.32.ſ.9.n.8
Mariti nocet abſentia. ibid.
Maritus malè cautus in vxoris cuſtodia. cap.39. ſ.2.num.12
Mariti temerè domum alienos introducunt in ruinam fœminarum. ſ.7.n.6
Maritus cauſa eſt adulterij vxoris. n.7
Maritus ab vxore deceptus. n.14
Mariti vxorum mancipia. n 15.

Martyr. Martyrium.

Martyrij encomia. c.32.ſ.7.n.4
Martyrum mira fortitudo. ibid.
Martyres Eccleſiæ theſaurus. n.5
Martyrum animæ poma Chriſti. ibid.
Martyres Chriſtum cum cruce præeuntem ſequuntur. c.35.ſ.3.n.5
Martyribus admiranda in cœlo præmia donantur. ſ.9.n.15
Martyrum nullus deſertus & deſolatus à Deo. c.39.ſ.7.n.26
Martyrum incruentum triplex. c.42.ſ.1.n.1
Martyres Chriſti triumphātis equi. c.47.ſ.1.n.18
ad Martyria ſicut ad delicias conuolabant omnis ætatis,ſexúſque fideles. ibid.
Martyrum fortitudo ex paſſione Chriſti. cap.49. ſ.7.num.3
Martyres pro fide Chriſti tuenda & prædicanda. ibidem.
Martyres fructus paſſionis Chriſti. ibid.
Martyres botri in vinea Chriſti maturi preſſique tormentis. n.4
Martyres triumpharunt ad exemplum Chriſti crucifixi. n.6
Martyres paſſi videntur quaſi non in ſuis, ſed in alienis corporibus. ibid.
Martyrum ſanctorum alacritas. cap.33. ſect.1. num.4

Martinus Gondiſaluus.

Martini Gondiſalui de Camera encomium, c.35. ſ.2.n.14.& c.33.ſ.2.n.5

Mater.

Mater ſollicita pro pietate filij. cap.49. ſect.5. numero 3
Mater filio pietatem erga Deum procurat. c.49. ſect.5.n.2
Mater bona filiam abdit,carpitque. cap.34.ſect.8. num.3
Mater bona non prodat ornatam filiam. n.5

Mater bona in filiam ſeuerior. ibid.
Matri dulcior,quàm patri,filius. c.35.ſ.10.n.13
Matrum angorea pro filiis. ſ.11.n.10
Matrum ærumnæ,ſimúlque pietas. ibid.
Mater vehementiùs diligit filió,quàm patet.n.11

Matrimonium.

Matrimonium in Eccleſia ſanctum. c.34.ſ.6.n.13
Matrimonium in prolem , & remedium concupiſcentiæ inſtitutum. c.38.ſ.vnica.n.10
fiat maturo iudicio, maturáque ætate. cap.41.ſ.6. num.13
ex Matrimonio & filiis multæ miſeriæ. c.45.ſ.1. num.8

Maximus Imperator.

Maximi Imperatoris , quia fauit Iudæis infelix exitus. c.35.ſ.2.n.4

Medicus. Medicina.

Medicina commendatur. c.32.ſ.3.n.5
Medici apud antiquos contemptui habebantur. c.50.ſ.1.n.6
Medicina Romanis inuiſa & abiecta. ibid.
Medicus , & medicina Dei autoritate honorantur,& commendantur. ibid.
Medicos irridet , & medicinam reſpuit imprudens. ibid.
Medicis poſt Deum & Virginem matrem autor ſuam debet ſalutem. c.50.ſ.1.n.6
Medico imperito nihil pernicioſius. n.7
Mediti aliquando ſanare diffetuot ſpe lucri.ibid.
Medico non cuicunque credendum. ibid.
Medici,& Medicinæ nomen plures occidit. ibid.
Medicus imperitus , aut occidit & iamenimponè. ibid.

Meditatio.

Meditatio de Christo crucifixo edendi voluptatem cohibet. c.49.ſ.2.n.7

Memoria.

Memoria iugis beneficiorum Dei propria iuſtis. c.41.ſ.7.n.14

Mendicus.

Mendiculi & vlceroſi ad ianuam Dei. c.35.ſ.13. num.11

Mens.

Mens praua malum aut facit,aut timet. c.50.ſ.3. num.2

Menſa.

Menſæ accumbendum quonam ſenſu pietatis. c.43.ſ.2.n.7
ad Menſam mira S. Iob modeſtia & deploratio. ibidem.

Mentiri.

Mentiri nunquam licet. c.42.ſ.3.n.2
ſolitum & proprium hominis vitium. ibid.
Mendacium ſeruile vitium. c.50.ſ.3.n.8
Mentiri proprium meticuloſis. ibid.

Meſſias.

Meſſiæ manſuetudo in gubernando. c.37.ſ.1.n.13
Meſſiam natum prodigia manifeſtant. cap.41.ſ.6. num.11
Meſſiæ veri fides,gratia, panis ſolum inter Chriſtianos. c.42.ſ.1.n.7
Meſſiæ aduentus in templum Ieroſolymæ.cap.49. ſ.9.num.4
Meſſiam venturum ad templum iam pridem euerſum prædixerant vates. n.7
Meſſiam quærentibus Magis Iudæi non de tempore dubij locum,in quo naſceretur , indicarunt. n.13
Meſſias conſolatio Iſraël. n.14
Meſſias Deus noſter. n.15
Meſſias vocat Iudæos Reges ſuos. ibid.

ab edicto Regis reædificandi Hieroſalem vſque ad Meſſiæ manifeſtationem fluxerunt anni 483. n.12
magis de Meſſia quærentibus Iudæi non de tempore dubij locum indicarunt. n.13
Meſſiæ patriam negauit,non tempus doctor legis Nathanael. n.14
Meſſias gentium expectatio. ſect.10.n.3
Meſſias deſiderium gentium , vt pluuia terræ. ibidem.
Meſſias hominum ſpes. n.2
Meſſiæ magnum miraculum conuerſio gentium. num.10
Meſſias nutritus & habitator in ſorte Zabulon. ſect.13.num.1
Meſſiæ aduentus præcipuum deſiderium tribus Iudæ. c.49.ſ.12.n.22
Meſſiæ maieſtas debuit diu multúmque differri, & expectari. ibid.
Meſſias ſuam incarnationem deſiderabat. n.23
Meſſiæ mira alacritas veniendi in mundum. ibid.
Meſſias quaſi præ deſiderio videtur anteuertere tempus ſui aduentus. ibid.
Meſſiæ alacritas moriendi pro nobis. ibid.
per Meſſiam venturum iurabant antiqui Patres. c.47.ſ.3.n.15
Meſſiæ aduentus in remedium mundi expetitur. c.41.ſ.7.n.9
Meſſiam deſideratum à patribus,vbi apparuit, filij occiderunt. ibid.
Meſſiæ ſignum euidentiſſimum non recipi à Iudæis. ibid.
Meſſiæ aduentus ipſa cœli lætitia. cap.49. ſect.2. num.17
Meſſias Patriarcharum amor,& deſiderium. ibid.
Meſſias Prophetarum iugis memoria , deſideriúmque. n.18
Meſſiæ vitæ botrus ex vinea populi Iudaici.ibid.
Meſſias totum ſe ſuo proluit ſanguine. c.49.ſ.12. numero 2
de Meſſiæ morte prophetia. n.6
Meſſias ab exordio mundi deſideratus. ſect.21. num.10
Meſſiæ aduentus iam elapſum tempus præfinitum. c.49.ſ.9.n.3
de Meſſiæ aduentu argumentum à tempore. n.2
Meſſiæ præſentia glorioſius fecit templum Zorobabelis. n.4
Meſſias Dei facies,vultus,benedictio.c.33. ſect.5. num.10. Poteſtas prima.c.35.ſ.13.n.1
Meſſias fructus Iudææ. c.49.ſ.11.n.11

Metus.

Metus diſcruciat. c.32.ſ.7.n.7

Miraculum.

ad Miraculum oſtenditur priùs rerum impoſſibilitas. c.37.ſ.1.n.15
Miraculum omnium maximum naſci Deum ex Virgine. c.39.ſ.6.n.29
Miracula edi non poſſunt in confirmationem mendacij. c.49.ſ.10.n.25
Miraculorum maximum ; virgo Dei mater. c.49. ſ.8.num.19

Miſer. Miſeria.

Miſeriæ prior ſtatus recolatur. cap.32. ſect 4. num.4
Miſeri loquuntur ſurdis. c.40.ſ.2.n.17
Miſeri peiora timent, meliora deſperant. cap.43. ſect.1.num.12

Miſericordia.

Miſericordia Dei pulcherrima in morte miſericordis. cap.32.ſ.11.n.4

Miſericordiæ diuinæ plures in nobis effectus. cap.33.ſ.4.n.11
Miſericordia eſt gloria & magnitudo Dei. ibid.
In Miſericordia Deus magnitirus,& fortis. ibid.
Miſericordiæ tempus deſtinatum eſt vita. cap.35. ſ.2.n.12
Miſericordia Dei humiliter celebranda. cap.45. ſ.3.n.11
Miſericordia Dei celebratur. ibid.
Miſericordiæ ſocietatis in Luſitania mira laus. ſect.6.num.10
Miſericordiæ prouiſor vicem Dei gerit. ibid.
Miſericordes, & filij eorum neceſſario victu non egent. c.37.ſ.4.n.5
Miſericordiam in pauperes Deus docuit creatione,& redemptione. c.49.ſ.4.n.10
Miſericordia humana lucratur diuinam. cap.32, ſect.5.num.11
ad Miſericordiam Dei ratio eſt ipſamet hominis miſeria. c.50.ſ.3.n.16
Miſericordes erga pauperes curatorem, & debitorem filiis ſuis relinquunt. c.49.ſ.21.n.2
Miſericordia in pauperes commendatur. cap.48. ſect.1.num.2

Miſſa.

in Miſſa lotio manuum. c.35.ſ.2.n.13
Miſſæ nomen,eiuſque idem ſemper. n.14
Miſſæ ſacrificium pro animabus purgatorij. c.35. ſect.10.num.9
Miſſæ ſacrificium dignè commendatur. ibid.
per Miſſæ ſacrificium captiuos vinculis exuitur. num.10
Miſſa pro Deo iudice deprecando. ibid.
Miſſa pro peccatis multum valet. ibid.
in Miſſa Dei amor immenſus oſtenditur,& miſericordia effunditur. c.46.ſ.vnica.n.9
Miſſa ſacroſanctum hominibus aſylum. ibid.
Miſſa regnū,& glorificatio Chriſti. c.49.ſ.4.n.30
in Miſſa pietas & adoratio fidelium. n.31
in Miſſa Chriſti gloria pro paſſionis ignominia. ibidem.
In Miſſa regnum,ſolennitas, apparatus Regis cœleſtis. c.49.ſ.4.n.28
in Miſſa Dei benedictio. ſ.22.n.6
Miſſa memoria nominis Domini. ibid.
in Miſſa, & in communione Paſchatis feſtum. c.49. ſ.4. n.28. Prædicitur & depingitur ſupereffluentia gratiarum in Euchariſtia. c.49. ſect.4.n.32

Modeſtia.

Modeſtia & humilitate vincuntur animi. cap.32. ſ.2.n.2

Mollicies.

Mollicies pessimum & fœdiſſimum peccatum. c.38.ſ.vnica.n.7
Mollicies difficillimè emendatur, & in maiore parte damnatorum inuenitur. ibid.
contra Molliciem remedium frequens confeſſio ſacramentalis. n.8

S. Monica.

S.Monica mater S.Auguſtini. c.49.ſ.5.n.2

Monile.

Monile Eccleſiæ iuſti. c.49.ſ.12.n.13

Moyſes.

Moyſes ſuam mortem ſcripſit. c.32.ſ.2.n.11
Moyſis zelus pro populo. ſ.9.n.7
Moyſes exemplar prælatorum. ibid. & c.33. ſ.6. num.18
Moyſe abſente peccauit populus. n.8.& c.41.ſ.7. num.11.
Moyſes poſt Dei oraculum ab vxore abſtinuit. cap.35.ſect.14.num.6
Moyſis mors quare occulta. c.37.ſ.3.n.5
Moyſes magni titulo inſignitus, quia vera Regi auſus loqui. c.41.ſ.3.n.2
Moyſes fidelis Dei ſeruus. n.8
Moyſis egregium regiminis donum. ſ.7.n.3
Moyſes accuſator Iudæorum. c.42.ſ.2.n.13
Moyſis mira humilitas. c.49.ſ.4.n.14. & ſ.14.n.3
Moyſes erga populum miſericors,pro Deo fortis & ſeuerus. n.19
Moyſes à Deo electus ob zelum proximorum. c.49.ſ.16.n.2
Moyſis lex dura ad edomandam duritiem Iudæorum. ſ.20.n.19
Moyſis feliciſſima mors. c.50.ſ.1.n.5

Morbus.

Morbus à peccando cohibet, ad benè viuendum compellit. c.42.ſ.2.n.10

Mors Mortuus. Mori.

Mortis vtiliſſima recordatio. c.32.ſ.7.n.20
Mortis recordatio commendatur Regibus. ibid.
Morte lucratur iuſtus Dei viſionem. ſ.13.n.17
Mors coniuncta,dulciáque ſeparat. c.35.ſ.6.n.11
Mors carpitur,quòd crudeliter diſſociet coniuncta. ibid.
Mortis amaræ difficilis tranſitus. n.12
in Morte ſummum periculum reddendæ rationis. ibid.
Mors certa omnibus. n.14
pro Mortuis luctus. c.35.ſ.6.n.11
Mortis recordatio iuſtis continua. ſ.14.n.9
Mors certa,dies incertus. n.11
Mortui cœlo,mundo viui. ibid.
Mors iuſtis in deſiderio. n.13
Moriēdi nimius dolor,timórque damnatur. ibid.
in Morte leuamentum egregium. n.14
Mors felix parentis inter filios ſuperſtites. n.18
Mors ſecura cum IESV puero. c.49.ſ.10.n.2.& 3
Mors ſecura cum IESV & Maria. n.4
Mortem appropinquantem ecrorit iuſtus. cap.47. ſ.3.num.9
Mors impiorum infelix. ibid.
felix,quem Mors ardentem caritate inuenit. n.10
felix,qui Mortem ſemper videt. ibid.
quæ ad Mortem neceſſaria ſanus & integer curet. n.15
ad Mortis horam ſtultus remittit vitæ & animæ rationes. ibid.
inter Moriendum malè fiunt negotia ſalutis,quorum in vita obliuio ſumma fuit. ibid.
ſola Mors plures emendat. n.12
ſub Mortem de animæ ſalute tantummodò agendum. ibid.
Moricos,qui totam ſubſtantiam hæredi relinquit ſuam exhæredans animā,ſtultiſſimus eſt. n.13
ſub Mortem ſtultus de hærede,non de anima curat. n.12
per Mortis recordationem pura & expedita fit vita. num.10
Mors dulcis, felíxque vbi B.Maria morienti aſſiſtit. c.47.ſ.3.n.28
Mortem expectare grauius eſt,quàm mori. c.43. ſ.2.num.1
felix,cui Morienti aſſiſtunt IESVS & Maria. c.46. ſ.vnica num.17
Mors territa à clamore Chriſti crucifixi. cap.49. ſ.21.n.19
in Morte & in vita conditio hominis miſerrima. ſ.23.num.4
cum gaudio Moritur, qui mortem viuus in ſe circumtulit. n.5

quidam

quidam patienter viuunt, alij patienter Moriuntur. ibid.
Mors placida ſeniorum. n.6
Mors iuſtorum iucunda,& ſecura. ibid.
iuſti in Morte dormitant,in vita dormiunt. ibid.
quomodo poſſit Mors contingere ex vi amoris. num.7
Mors iuſtorum felix, quòd liberet ex periculis animæ. c.50.ſ.1.n.1
Mors vnumquemque demonſtrat hominem.ibid.
Moriendo demonſtrat Ioannes Baptiſta hominem ſe eſſe. n.2.
Mors ſoli impio timenda. ibid.
qui ſanctè Moritur, non eſt nimis lugendus. n.3
lætandum in Morte iuſtorum. ibid.
poſt Chriſtum in Morte fidelium haud lugendum. ibid.
Mortem ſolatur reſurrectionis ſpes. ibid.
in Morte iuſtus cycnæum carmen emodulatur. num.14
felix Mors, quæ hominem liberat è periculis. ibid.
Mors bona emitur pretio bonæ vitæ. cap.50. ſ.1. n.10.& ſ.3.n.39
Mors S.Hieronymi ſanctiſſima & dulciſſima.ibid.
cum Morte colloquium egregium S.Hieronymi; ibid.
Mors impij dies feſtus. c.49.ſ.1.n.31
Mors hæreticorum dies feſtus. n.32
Mors incautos opprimit. c.38.ſ.vnica.n.19
Mors & ſepultura Domini inſtar Ægyptiæ. c.39. ſ.6. n.29
Mors iuſtorum ſomnus. c.50.ſ.2.n.4
poſt Chriſtum gaudio proſequimur morientes. num.3
in Morte iuſti iubilandum ob ſpem reſurrectionis & beatitudinis. n.4
in Morte iuſtorum dulce gemitque diabolus. n.5
Mortuorum animis nec prodeſt nec obeſt exequiarum pompa. n.7
Mors inopinata. c.35.ſ.6.n.15
Mortui iuſtè detinentur in ſepulchris,vt in ergaſtulis. c.49.ſ.23.n.2
Mortis anguſtiæ purgant peccata. c.35.ſ.10.n.6
in Morte dolores vicem habent purgatorij. n.7
Mors vnius è Societate IESV admiranda doloribus,& gaudiis. ibid.
Mortis dolores minuunt purgatorij flammas. n.8
Mors omnibus præſtituta. n.11
in Morte Dei iudicium. ibid.
Mortis dolores & horrores. ſ.12.n.1
in Morte peccatorum horror. n.2
in Morte horrendum iudicium. ibid.
in Morte ſummus dolor. n.7
Mortis vtiliſſima recordatio. ibid.
Mortis recordatio neceſſaria coniugibus inuicem amantibus. ibid.
in Morte triſtis exitus pulchritudinis. n.8
Mors inſperata præoccupat incautos. ibid.
Mortis obliuio peccandi occaſio. num.9
Mors omnium finis,ac periodus. c.35.ſ.12.n.1
Mors extrema omnium conſequentia. ibid.
Mors duplex luxurioſos occupat. ibid.
Mors homini ineuitabilis. n.2
Mortis cogitatio multorum effectrix bonorum. ibid.
nulla felicitas tam exoptanda, quàm bonæ Mortis. c.47.ſ.3.n.5
in Morte tria horribilia. n.3
Mortis cogitatio ſuperbiam deprimit. ibid.
Moribūdus quaſi prædicat ex ſuggeſtu viuis.ibid.
Moriens ſanctè mira eloquitur Rex Philippus. ibid.
quos Mors e cælo intulit,lugendi non ſunt. n.7
ex Morte reproborum inconſolabilis dolor. n 8
felix qui pro Chriſto occidi vel Mori in Chriſto meruit. c.49.ſ.1.n.23
Mors iuſtorum poſt Chriſtum non lugenda.ſ.12. num. 16
Mors felix eorum,qui B Mariam piè colunt.ibid.
Mors & vita infelices in aula,& in militia. c. 49. ſ.14.n.18
Morientis oculos claudi à filiis dulce eſt. c. 46. ſ. vnica.n.15
ad Mortem ſe quiſque paret omnibus ritè confectis. c.50.ſ.2.n.23

Mortificatio.

Mortificatio Chriſtiana & vitam & mortem habet. c.50.ſ.3.n.37
Mortificatio plures affert mortes,& coronas.n.38
Mortificatus millies martyr. ibid.
Mortificatio regalis dominatus. c.35.ſ.8.n.17
à Mortificatione nunquam ceſſandum. ſ.14 n.3
abſque Mortificatione nihil magnum in vita Chriſtiana fit. c.41.ſ.2.n.21

Mulier. Muliebre. Meretrix.

Mulieri prodeſt,quòd lateat. c.32.ſ.13.n.15
Mulier infirma,& periculis obnoxia. c.34.ſ.1.n.6
Mulier ferax malorum. ibid.
Mulieribus in ſecreto ſecuritas. ſ.2.n.11
Mulier periculis obnoxia. ſ.3.n.1
Mulier ſcandalo aliis non ſit. n.2
Mulieribus propria domus templum Dei.ſ.2.n.11
Mulieris poſt ſtuprum ſpretæ dolor inconſolabilis. ſ.4.n.12
Mulier nuſquam ſecura. ſ.5.n.8
Mulier tantùm ad pedes Chriſti ſecura. ibid.
Mulieris pia ſupplicatio ad Chriſtum. n.9
Mulierum mira in martyriis conſtantia. ibid.
per Mulieres triumphat Chriſtus. ibid.
Mulieres difficiliùs,quàm viri reguntur. n.18
Mulier multorum malorum cauſa. ſ.9.n.6
de Mulieribus iuſta Dei querela. n.7
à Muliere Deus exigit interitum viri. ibid.
à Muliere perditus vir. ibid.
Mulieres ferè omnium malorum cauſa viris. n.8
à Mulieribus transformati viri in iumenta. n.7
Mulierum ornatus diabolo gratus. c.35.ſ.4.n.4
Mulierum ornatus idolum ponit idolis. ibid.
Muliebris ornatus meretricium idolum. ibid.
Mulier moræ impatiens. c.38.ſ.vnica.n.10
Mulieris ineptum conſilium. n.11
in Mulieribus vitia multa,in viris plura. ibid.
contra Mulieres nunquam legitur Chriſtus prædicaſſe. ibid.
Mulier ſecretum celare neſcit. n.12
Mulier cæca & petulans neſcit habere modum. c.39.ſ.3.n.3
Mulieris mira in omnibus inconſideratio. ibid.
Mulier impudica,prorſus eſt cæca ebriaque.ibid.
à Muliere viro eſt periculoſa tentatio. n.8
Mulieres inconſideratè agunt. ſ.4.n.10
Mulier otioſa & luxurioſa. ſ.5.n.4
Mulieres nobiles maximè delicioſæ. n.5
Mulieris importuna tentatio. n.6
Mulier ſaltem decipiendo vincit. ibid.
Mulier blandiendo vincit. ibid.
in Muliebri ornatu mira vis ad decipiendū. ibid.
Muliebris ornatus à diabolo inuentus & inculcatus. ibid.
Muliebris ornatus inſtrumentum diaboli,telumque. ibid.

Mulier ornatu armatur contra Deum. n.7
Meretricium annuli ornatus. ibid.
Muliebris ornatus ſuggeſtum Veneris. ibid.
Muliere cōpia nihil moleſtius caſtis oculis. ibid.
Mulier veneficam conſulens decipitur. n.8
ex Meretricis tentatione iuuenem illæſum euadere, grande Dei miraculum. n.9
Mulierem cohibet timor gladij maritalis. n.13
Mulier verbis caſtum iuuenem pertentat. ſ.6.n.2.
Mulier fortiter caſtum ſollicitat iuuenem. ibid.
Mulier importuna vincit. n.3
Mulier tentatrix acerrimè vrget. ibid.
Mulieris vox quò blandior, eo fortior. ibid.
Mulier lenocinijs armata. ibid.
inter Mœchatio & caſtum pugna. n.4
Mulieres curioſiùs ornatæ ſcandalum præbent. num.7
Mulierum caſtiganda curioſitas lenocinij. ibid.
Mulier nimio ornatu & ſibi & aliis nocet. ibid.
Mulier ornata amat videre & videri. ibid.
Mulier, nauicula & auicula facile periclitatur. num 8
Mulieris impudentis verba impura. n.12
Mulieres turpes lebetes, ollæque coquendis carnibus. ibid.
Mulier importuna à diabolo edocta. n.17
ex Muliere turpi contagium euulgatur. n.21
Mulier turpis canis rabida & peſtilens. ibid.
Mulieris & viri contactus extremum periculum. ibid.
cum Muliere paupere verſari periculoſius, quàm cum nobili. n.28
Mulieres Deo multum debent, quòd ex muliere virgine ſit natus. n.29
Muliar ex dolis compacta. c.39.ſ.7.n.1
Mulier aut amat, aut odit. ibid.
Mulier ſpreta furit. ibid.
Mulier ingenioſa ad ſtruendas fraudes, & confingenda mendacia. ibid.
Mulier cùm odit, omnem ſuperat crudelitatem. ibid.
Mulier furens ficti criminis innocentem accuſat. num.2
Mulieris ſtupenda malitia. ſ.7.n.4
Mulier fraudulenter maritum incuſat. n.6
Mulier omni ſtudio ſeruanda. ibid.
Mulier tam ſancta, quàm abſcondita. n.8
Mulier doli fraudiſque architectatrix ingenioſa. num.14
Mulier libidinoſa inſtat importuniùs. n.24
Mulierum tyrannis in viros. n.15
Mulier zelo rabiéque impatiens laqueo ſe ſuſpendit. c.41.ſ.5.n.3
Mulier infirma, facilis decipi, parúmque intelligens. c.49.ſ.1.n.20
Mulierum mancipia miſeri amatores. ſect. 15. num.7
Mulier inſida Baſiliſcus. ibid.
Mulier mala & compta duplex venenum. n.8
Mulier ad confeſſionem accedat ſine ornatu. ibid.
Mulierum blanditiis fortes etiam vincuntur. n 9
Mulieris fraus fortiſſimos proſternit. ibid.
Mulieri pauperi & honeſtæ victus nunquam deerit. c.43 ſ 2.n.3
à Mulieribus quatuor bella feliciter confecta. c.49.ſ.18.n.3

Muli.

Mulorum generatio. c.36.ſ.1.n.7

Mundus.

Mundi gloria deſinit in puluerem. c.32.ſ.4.n.4
in Mundo omnia venalia. ſ.5.n.6
Mundus mare procelloſum. c.49.ſ.13.n.6
Mundi ſtatus ante aduentum Chriſti. c.33.ſ.7.n.7
Mundus amentium domus. ſ.9.n.15
Mundi rapit in peius omnia. c.34.ſ.4.n.1
Mundani terræ felicitatem amant, cœlum non curant. ſ.9.n.9
Mundi conuerſio ad Chriſtum, grande miraculum. c.35.ſ.3.n.6
Mundum ambitione ſua indignum cenſet humilis. c.49.ſ.13.n.5
Mundum qui deſpiciat, rarus eſt. c.40 ſ.1.n.18
Mundi felicitas ſomnium. ſ.2.n.1
Mundi bona æſtimans dormit, ſomniatque. ibid.
Mundana æſtimant ebrij, ſoporatique ſunt. n.2
Mundi bona dormientium ſomnia. ibid.
in Mundo potentes ſomniant vino ſoporati. ibid.
in Mundo potiùs mali, quàm boni dominantur. c.36.ſ.1.n.11
Mundi gloria ſemper à Chriſto damnata. c. 37. ſ.1.n.14
in Mundo ſolæ rerum ſimilitudines. cap.35.ſ.12. num.5
à Mundi periculis felix qui ſe longè proripit. c.49.ſ.13.n.2
Mundus humilem vitam irridet. n.3
Mundus æger & putridus excipit fluentem è cruce ſanguinem Chriſti. c.49.ſ.12.n.12
Mundi dignitatum inconſtans & breuis duratio. ſ.21.n.14
Mundi gloria perſimilis vmbræ. ibid.
Mundus indignos extullit: dignos ſepelit. c.44.ſ. vnica.n.9
in Mundi dignitate ſe cohibere arduum eſt. c.49. ſ.19. n.3
Mundi dignitas cum humilitate rarum quid eſt. num.1
Mundi ambitio in dignitate rarò vnquam quieſcit. ibid.
Mundi imperia nihili à Deo æſtimantur. c.36.ſ.1. num.13
Mundus iam ſenio decrepitus Meſſiam ſuſcepit. c.37.ſ.2 n.4
Mundi bona ad cœleſtia ſunt ipſa vanitas. c.47. ſ.3.n.20
Mundi bona pluris æſtimabant Hebræi. c.48.ſ.2. num.14
de Mundi bonis Hebræorum benedictio, Chriſtianorum de cœleſtibus. c.47.ſ.3.n.3

Munera.

Munerum mira vis. c.32.ſ.3.n.4.& c.33.ſ.2.n.14. & c.43.ſ.1.n.5
Munera nihil non efficiunt. n.5
Muneribus fit via facilis ad principem. ibid.
Muneribus Samuel obligat Saulem. n.6
Munera cum omnem conficiunt. ibid.
Munera excæcant. n.7
ex Muneribus tempeſtas virtutum. n.8
Munera dominantur in iudiciis. n.14
Munus à malo non accipiendum. ibid.
Munera conciliant animos. ſ.4.n.1
Munerum dulcis concentus. c.43.ſ.1.n.6

Mutatio.

Mutatio de felici in infelicem. c.41.ſ.1.n.7

N.

Nabuchodonoſor.

NAbuchodonoſor impœnitens. c.32.ſ.5.n.13

Natalis.

Natalis dies Domini miſericordiis & gratiis plenus. c.37.ſ.2.n.5
Natalitij pueri IESV ſolennitas. n.6

Natalitium Domini mira cœli terræque feſtiuitas. ibid.

Nauis.

Nauium Indicarum Luſitaniæ celebris per orbem fama. c.32.ſ.14.n.7
Naues Indicæ quænam primæ. n.11
in Naui grande periculum. c.32.ſ.13.n.9

Nazareth.

in Nazareth cur facta incarnatio. ſ.14.n.17

Neceſſitas.

Neceſſitas periculoſa. c.34.ſ.8.n.5

Negotium.

Negotiis animus non opprimendus. cap. 32. ſ.6. num.13
Negotiis præmittenda oratio. ibid.
implorandum Dei auxilium. cap. 46. ſ. vnica num.1
Negotiantium finis rapinæ. c.32.ſ.3.n.9

Nero.

Nero primus Eccleſiæ Chriſtianæ perſecutor. c.35.ſ.9.n.18
Nero æterni honoris auidiſſimus. ſ.12.n.14

Nepos.

Nepotum numeroſa proles hominum ſolatium. ſ.14.n.1
à Nepotibus honorandi aui. cap. 48. ſect. 2. n. 2. 3.& 4
Nepotes degenerant ab auorum gloria. cap. 49. ſ.16.n.8
à Nepotibus perſecutio Iob. ibid.

Nobilitas. Nobilis.

Nobiles contra Chriſtum. c.32.ſ.2.n.9
in Nobilibus vitium eminet elatiùs. ibid.
Nobilibus orbata Reſp. infelix. cap. 45. ſect. 2. num.9
Nobilitas cos vitiorum. ibid.
Nobilitas vbi diuitiæ. ibid.
Nobilium praua conſuetudo. ſ.9.n.4
Nobilis qui nunc diues. c.32.ſ.3.n.4
Nobilitas vera ex virtute. cap.35.ſ.13.num.11.& c.38.ſ.vnica.n.2
Nobili ſubditum eſſe, honor eſt. cap. 45. ſect. 2. num.9
Nobilitas vera in caſto iuuene. cap. 39. ſect. 2. num.13
Nobilium potiſſima laus vt ſint in bello primi. c.45.ſ.20.n.22

Nomen.

Nomine carent impij. c.35.ſ.13.n.10
Nomen impiorum abſurdum. ibid.
Nominis Chriſtiani magna excellentia. cap. 42. ſ.2.n.7

Nonius Luſitanus.

Nonius Perera inter gentium duces maximus. c.35.ſ.5.n.6
Nonius orando ſimul & bellando vincebat. ibid.
Nonius Carmelitis adſcriptus. ibid.
ex Nonio maximorum Principum ſuboles. numero 7
Nonius religionem profeſſus. n.8
Nonius immortalem ſui nominis gloriam adeptus. ibid.
Nonius natus ad arma caſtitatem mirificè coluit. c.39.ſ.2.n.15

Nouerca.

cum Nouerca coire cunctis ſemper gentibus execrandum. c.35.ſ.15.n.2
Nouerca priuignum ſolicitans. num.3

Nutrix.

Nutrix infantuli aptè deſcribitur. c.35.ſ.6.n.8

O.

Obedientia. Obediens.

OBedienti præſtò eſt Dei præſidium. cap. 32. ſ.1.n.3
Obedientis mira præmia. num.5
Obedientia victrix & triumphatrix. n.6
potentia cum Obedientia. ibid.
Obediens Deum in prælato recognoſcit. cap.33. ſ.4.n.8
Obedientia homini præſtita Deo gratiſſima. ibid.
Obedientiam homini præſtitam pluris, quàm ſibi Deus facit. ibid.
Obedientia filiorum erga patrem admiranda. num.9
Obediens patri filius à Deo benedicitur. ibid.
Obedimus Deo in hominibus. ibid.
Obedire homini propter Deum ſummi eſt meriti. ibid.
Obediendum nulli contra Deum. n.10
Obedientia ſit blanda. c.33.ſ.6.n.7
Obedientia maius meritum, quàm ex abſtinentia. c.35.ſ.8.n.14
Obedientia fortis & prompta. c.37.ſ.4.n.8
Obedientia mater, & cuſtos virtutum. ibid.
Obediens armatur. c.41.ſ.4.n.11
Obedientia armat, & fortem reddit. ibid.
Obedientia generoſum arguit animum. ibid.
Obedientia glorioſa, quæ difficultates perrumpit. n.12
Obedientia cœca quænam ſit. ibid.
Obediens non talpa, ſed taurus. ibid.
Obedientia homini ſalutaris. n.13
Obediens dignus omni honore & amore. ibid.
Obedientiæ magnus honor, & vtilitas. ibid.
Obedientia religioſa Deo gratiſſima. ibid.
Obedientia religioſi virtus motiua. ſ.6.n.1
Obedienti certum eſt præmium. cap. 45. ſect. 2. num.11
ex Obedientia ſecuritas. c.37.ſ.4.n.8
Obediat imperitus, non imperet. cap. 49. ſect. 4. num.9

Obex.

Obices in vita, & in morte. c.35.ſ.5.n.11

Oblatio.

Oblatio turpis de rapina. c.33.ſ.4.n.1
Oblatio infelix de cómœdiis. ibid.

Obliuio.

Obliuio magna diuitis ſuæ animæ. cap.49. ſect.1. num.11
Obliuio, ſtupórque hominis ingrati. cap. 42. ſ.2. num.16

Obſtinatio. Obſtinatus.

Obſtinatio indita peccato mortali. cap. 32. ſ. 23. num.3
Obſtinatio vinum damnatorum. cap. 37. ſect. 7. num.2
Obſtinatio in peccato lethargus inferno proximus. c.49.ſ.3.n.9
Obduratio Pharaonis quænam fuerit. n.12
Obduratus peccator ſi petat à Deo auxilium ad conuerſionem impetrabit. ibid.
Obſtinati in ſceleribus iam in ſe continent infernum. c.49.ſ.2.n.7
Obſtinatio in peccatis extremum malum. c. 49. ſ.3.n.9

Obſcœni libri.

de Obſcœnis & amatoriis libros ſcribere & legere, ſtultitia eſt & impudentia. c.49.ſ.2.n.13

Occaſio.

Occaſio.

tam parus quis viuit, quam nullas habet peccandi Occaſiones. c.49.ſ.15.n.12
Occaſiones peccati euellendæ. c.33.ſ.6.n.4
in Occaſionibus peccati certum periculum, incerta victoria. c.34.ſ.1.0.6
Occaſiones ſcelerum exterminandæ. cap. 35. ſ.4. num.2
inter Occaſiones vana fiducia. c 34.ſ.3.n.2
Occaſio peccati fugienda. c.45.ſ.1.n.2
ad peccati Occaſionem non redeundum. cap.47. ſ.3.n.18
in Occaſione fortis nemo ſine Deo. ibid.
vincit qui fugit Occaſionem. ibid.

Oculi.

Oculi laſciuientes dicuntur hædi petulci. c. 34. ſ.2.n 4
Oculus pro peccato proditor animæ. ſ.3.n.3
Oculus malorum adminiſter. ibid.
Oculus animæ diligentiſſimus adminiſter. n.4
per Oculum anima ſoras emiſſa perit. ibid.
Oculus frequentior animæ feneſtra. ibid.
Oculo clauſo domatur concupiſcentia. ibid.
Oculi cur morienti obrigeſcunt. cap.46. ſ.vnica. num.16
Oculos morientis à filiis claudi dulce eſt. n.15
per Oculum ſagitta libidinis ſauciat & perimit. ſ.3.n.5
in Oculis non leue periculum. ſ.7.n.14.
in Oculis libido ſeritur. n.15
ex Oculis incendium animæ. ibid.
per Oculos hoſtibus anima proditur. ibid.
in Oculis prima diaboli tela. c.39.ſ.2.0.12
Oculos claudendi morientibus antiquus mos. c.46.ſ.vnica.n.16
Oculorum dominatrix pulchritudo. cap.49.ſ.12. nom.16
Oculorum Chriſti mira virtus. ibid.
Oculorum modeſtia commendatur. ſ.2.n.10.
in Oculis prima prælidia. ibid.
Oculi ſignum amoris edunt. c.42.ſ.2.n.17

Odium.

Odium Iudæorum contra Chriſtum implacabile. c.42.ſ.1.n.14
Odium ſub pacis ſigno grande flagitium. cap.34. ſ.7.n.1
Odium animo conceptum latere non poteſt. c.37.ſ.3.n.2
Odium ex ſomniorum felicitate. n.2
Odit Deum, qui homini felicitatem inuidet. ibid.
Odij cauſa malum eſt, inuidiæ bonum eſt. n.10
Odia finiuntur ſublata occaſione. ſ.4.n.1
Odia etiam poſt mortem viuunt. n.2
Odium malorum bonis vtile. cap. 46. ſ. vnica. num. 26
Odium inter cognatos, amor inter ignotos. c.49. ſ.10.n.1
Odiis inteſtinis regna euertuntur. cap.49. ſect.1. nom.36
Odium propriuum infidelium. c.42.ſ.2.n.24

Odor.

inter Odores exquiſitos corporis fœtet anima. c.37.ſ.7.n.7
Odia, iniuriæque valde offendunt Deum. c. 33. ſ.2.n.7

Oliſipo.

Oliſiponis ergaſtulum publicum. cap.39. ſect.2. num. 24
Oliſiponis regio ad ripas Tagi felix. cap.49.ſ.17. nom.2

Opera.

Opera bona neceſſariò exiguntur. cap.32. ſect.1 nom.15
Operibus benedictio impenditur. ſ.11.n.2
in Operibus virtus & ſapientia. n.3
ſine Operibus nemo in Chriſto eſt. cap. 33. ſ.2. num.16
Operum bonorum neceſſitas. ibid. & ſect. 5. num.8
Operum merita illuſtrant præmium. ibid.
ex Operis difficultate accreſcunt merita. cap. 35. ſ.9.n.14
Operibus bonis in vita inſiſtendum. ſ.5.n.12
Operibus pietatis diabolum obtruncamus. ſect.6. num.15
Operum bonorum patandum æternitati viaticum. n.15
Opera virtutis occultanda. c.37.ſ.3.n.4
bonis Operibus morti paratur hoſpitium. cap 47. ſ.3.n.10
de Operibus bonis non curans, ſoliquè fidei fretus, impudens eſt. c.49.ſ.1.n.19
Opera miſericordiæ mitam habent vim cum Deo. n 34
Opera miſericordiæ commendantur. ibid.& c.32. ſ.1.n.3
os & Opus non conocoire etiam diabolus execratur. c.32.ſ.1.n.8

Operatio.

Operatio ſancta Iudicium. c.32.ſ.1.n.2
Operatio noſtra, quàm laudatio, magis placet Deo. c.33.ſ.1.n 10
non ſatis eſt fides, ſed inſuper Operatio bona eſt neceſſaria. c.49.ſ.1.n.19

Oratio.

gaudet Dominus ab hominibus inuocari. cap.47. ſ.1.n.10
Oratio quæ nam irrita. c.42.ſ.1.n.3
Orationis mira vis. ſ.3.n.7
Oratio valet ad beatitudinem. ibid.
Oratio armat & pugnat. ibid.
Oratio fœcunda. n.8
Orationis encomia. ſ.6.n.4.& ſ.6
Oratio tribulatis perfugium. ibid.
Oratio potior & potentior ex tribulatione. n.5
Oratio prædeſtinationis effectus. ibid.
Oratio in tribulatione exauditur. ibid.
Orationi aduerſatur diabolus. n.6
Orationem interturbant vanæ cogitationes. ibid.
inter Orandum mentis inconſtantia. ibid.
Oratio vna cùm facta plures excuſat vitioſas. ibid.
Orationi denegare Deus quodammodo non audet. num.7
Orationem Deus veneretur. n.7
Orationis tutum præſidium. n.8
Oratio fugat timorem. ibid.
Oratio iuſtorum potens. ibid.
Oratio variis interturbata cogitationibus. numero 11
Oratio quieta, integra, ſolitaria cum Deo. ibid.
Orationis dignitas. n.12
Oratio ſimul cum operibus. ſ.7.n.8
Oratio præmittenda ad negotia. n.10
Orationis intermiſſio periculum peccandi. c.49. ſ.4.n.16
Orans pro aliis nihil ſibi detrahit, ſed maiorem promeretur gratiam. c.50.ſ.3.n.32
Oratione terrius aufugit exercitus. cap.35. ſ.5. num.2

Orationis publicæ à multis mira virtus. n.4
Oratio multorum Deo vim infert. ibid.
Orationibus ſublata ſiccitas in Luſitania. ibid.
Orandum perſeueranter. n.18
erga Orantem Dei humanitas. cap. 43. ſect. 2. num.8
Orare ſedendo licet. ibid.
Oratio Dei thronus,aula, altare. cap.46. ſ.vnica. num.2
Oratio arma, caſtráque contra diabolum. ibid.
Oratio hominis Deo præualet. ibid.
Orationis ſpiritus donum Dei. num.3
Oratio plurimum valet quæ à multis coniunctim & publicè fit. ibid.
Orationi hominis præſtò eſt Dei gratia. ibid.
deprecator publicus & Aduocatus erga Deum in primitiua Eccleſia. n.4
deprecator publicus Orabat in templo lacrymando & gemendo. ibid.
à Deo poſtulandum quid ipſe nouerit nobis expedire. num.5
poſtulamus à Deo ignorantes nobis interdum noxia. ibid.
Orandum pro bono rerum euento. n.7
quid Orantibus expediat Deus bonus medicus nouit. n.6
Oratio bellica virtus. c.48.ſ.2.n.25
Oratione ſtat Chriſti Eccleſia munita & armata. ibid.
Orationis admiranda vis. c.49.ſ.3.n.12
Oranti auxilium,etſi alioqui ſit indignus, occurret Deus propter nomen ſuum. n.13
pulſanda Orando nobis porta Domini. ibid.
Oratio cum humilitate potentiſſima. ſect. 15. num.14
Oratio ad Dominum I E S V M pro peccatis. c.49.ſ.21.n.20
Oratio mentalis nec temporis, nec loci, nec habitus circunſtantia indiget. c.47.ſ.3.n.22
Oramus quaſi è pelago in portum ſucclamantes. c 49.ſ.13 n.11
Orandi habitus Chriſtianorum. ibid.
qualis Oratio cœlum ingreſſa Deo ſe ſiſtit. numero 12
victrix Oratio,quæ frequens & inſtans. ibid.
afflictus in portum Orationis ſe recipit. n.12
Orationes ſanctorum, maximè Virginis matris diligit Dominus. c 49.ſ.1.n.17
Oratio fidelium portus. ſ.13.n.11
Oratio pons tentationum. n.12
Oratio ſecurum reddit. ibid.
Orandus nobis Deus etiam ad quæ poſſidemus. ſ.14.n.12
Orationis mira laus. ibid.
gaudet Dominus ab hominibus inuocari.cap.47. ſ.1.n.10
Oratio præſidium inexpugnabile. cap. 50. ſect.3. num.33
Oratio in gratia plurimum valet. ibid.
Oratio attraxit Spiritum ſanctum die Pentecoſtes. ibid.
Orandum pro inimicis. n.6
mirum Orandi ſtudium, habitúſque Iacob etiam ægrotantis. c.47.ſ.3.n.22
mos Orandi verſus orientem. ibid.

Otium.

Otia virtuti periculoſa. c.34.ſ.1.n.2
Otiari non ſinit Deus animam. num.2
Otio nutriuntur deliciæ, fouetur turpitudo. numero 3
ex Otio nata Hebræorum idololatria. ibid.
ad Otium tollendum lex Moyſis. ibid.
Otium in fœminis vitandum. n.4
Otium docet vitia. c.35.ſ.3.n.2
ab Otio auertenda familia. ibid.
Otium, vti peſtis,vitandum. n.1
Otiari neminem Deus patitur. ſ.14.n.5
Otioſorum ingenium. c.42.ſ.1.n.6
Otium nec nouit, nec patitur natura. c. 49. ſ. 14. num.1
Otium Chriſtus execratur. ibid.
Otium homini deuitandum. c.32.ſ.11.n.2
Otium & animo & corpori nocet. n.3

Orientales.

Orientales Chriſtiani ſcire non poſſunt quid algoris puer I E S V S in præſepi pertulerit. c.33. ſ.1.num.10

Ornare.Ornatus.

Ornanda nimis nec filia,nec vxor. c.34.ſ.2.n.2
Ornatus meretricius vexillum peccati. ſ.3.n.8
Ornamentum Eccleſiæ ſummum concordia fratrum. c.44.ſ.vnica.n.13

P.

Palma.

PAlmarum Dominicæ myſteria. cap.41. ſect.5. num.13

Parens.Pater.

bonus Pater familias. c.32.ſ.6.n.1
Parentum pietas à Deo honoratur. n.4
Parentum dolor ex obitu filiorum. ſ.7.n.7
Patrum antiquorum frugalitas. cap.33. ſect.11. num.9.& 10
ex Parentibus magna laus. c.34.ſ.4.n.2
à Parentibus hæreditaria & ingenita filiis virtus. ibid.
Parentum vitia perdurant in filiis. n.3
Parentum vitioſa erga filios indulgentia. ſect.5. num.10
Pater malè excuſatur in leuitate filiæ. cap.34. ſ.5.n.22
Parentum cura de filiabus. ſ.6.n.6
Patris indulgentia filium perdit. n.7
Pater videat quibuſcum filius agat. ibid.
Patris cura de filiorum cura & fama. ibid.
Pater ſtultus filij delictum excuſat. ſ.8.n.1
Patris nimia indulgentia & filium, & alios perdit. n.2
Patris verus amor deſæuit in filium delinquentem. ibid.
Patris erga filium rigor ſalutaris. ibid.
Parentum vera pietas,filios punire. n.3
Parentum ſocordia nocet filiis. ſ.9.n.6
Parentes grauia patiuntur ob flagitia filiorum. num.13
Parentes cum familia interdum pereunt ob homicidia filiorum. c.35.ſ.1.n.4
boni Patris familiàs induſtria. ſ.3.n.1
Pater familias ſuos ad pietatem inſtruit, docétque. num.8
Pater familiàs gubernator nauis. ibid.
Pater ad pietatis ſtudia ſuos inuitat. n.9
Parentes veri Deum filiis præferunt. cap.35.ſ.11. num.11
Parentes veri filiorum virtuti ſtudent. ibid.
Patris amor cœcus vitia filij ſuſtinet. ſect.13. num.6
Pater filium potiùs,quàm ſeipſum diligit. ibid.
Patrum merita & demerita in filiis ſoluuntur. ibid.

Pater indulgens ſe,ac filium perdit. nom.7
Patris nimia remiſſio familiam perdit. ibid.
Pater opere magis , quàm verbo honorandus. ſ.14.n.5
Parentum amor erga filios in ſancta inſtitutione conſiſtit. c.37.ſ.1.n.4
Patri denunciatio interdum omittenda. n.18
Patri debitus honor reddendus. num.21
Pater ad vitia filij cœcus. ſ.4.n.3
Patrum merita & demerita in filios redundant. num.4
Patris delicta totam euertunt familiam. ibid.
Parentum merita,& eleemoſynæ filiis grande patrimonium. num.6
Parentum merita toti familiæ proſunt. n.5
Parentum virtutes hæreditas filiorum. cap.41. ſ.7.n.14
Parentum cura erga filios. c.42.ſ.1.n.7
Parens in ſpecula pro filiorum cura. ibid.
Pater bonus filij corripit delicta. cap. 34. ſect. 5. num. 11
Patris prima cura de filij anima. ibid.
Patris merita & demerita in filios redundant. c.35.ſ.1.n.5
Pater verus ac princeps ſuorum punit delicta. c.33.ſ.11.n.7
Pius pater pro filiis. c.50.ſ.2.n.6
contra Patrem obmurmurare crimen eſt peſſimum. c.37.ſ.1.n.21
erga Patrem debita filiorum pietas. cap. 44. ſ. vnica.n.11
erga Parentes filiorum pietas mortalibus grata. num.12
Patrem Deum filij offendimus ingrati. cap. 42. ſ.2.n.18
Pater malum filium,quia pater,recipit. ibid.
Parente infelici nihil infelicius. ſ.3.n.7
Parentum remiſſio perdit filios. n.8
Pater inſipiens filiis bona terræ , non cœli prouidet. ibid.
Parentum erga pueros tenerior affectus. n.9
Paterni amoris vehementia erga filiolum pulchellum. n.10
Patrum bene meritorum filiis debita rependitur à Rege beneficentia. c.45.ſ.2.n.10
Patrum merita in filiis perſolui diuinum eſt conſilium. n.11
Pater familiâs bonus ſecum omnes ducit ad orandum. c.46.ſ.vnica.n.3
Pater lætus moritur,qui filium diuitem & honoratum relinquit. n.23
Parentes licet obſcuri ſunt recognoſcendi , & colendi. n.24
Parentibus ſolus Deus anteponendus. ibid.
Patri ſeni coniunctim inſeruiant filij. cap.47. ſ.1.n.1
Pater Æternus filio euangelizanti totum orbem planum facit. c.49.ſ.18.n.6
Pater filio felicitatem terræ procurat. ſ.5.n.2
Pater S.Auguſtini. n.3
Parentis affectus in filium errat interdum. c.48. ſ.2.n.11
Parenti pro filio dulcis & decorus labor , ſudórque. ibid.
Patri dolendum potius de anima , quàm de vita & opibus filij. c.48.ſ.2.n.13
Pater malus curam inſtituendi filios non habet. c.49.ſ.1.n.3
à Patre filius benè inſtituatur , vti ius omne exigit. num.2
Pater malus malos habet filios. n.3
Pater bonus malo prodeſt filio. ibid.
Parentum ſummus dolor ex filiis. num.8. & 10
Parens pro filio nihil arduum libens non ſuſtinet. n.11
Pater qui filium caſtigat , exteros facilè coërcebit. ſ.2.n.25
Patris indulgentia inimia filium perdit. n.26
Pater Æternus filij mortem vlciſcitur in Iudæis. ſ.7.n.14
Parentes in ſenio tolerandi & ſuſtentandi. c.47. ſ.1.n.20
Parentibus viuis miſericordia , mortuis fides exhibenda.ſ.3.n.19
cum Parentibus manſuetè agendum.cap.49. ſect. 15.n.5
Parentum merita filiis plurimum valent. cap.49. ſ.21.n.1
Parentum malorum filij multis flagellati calamitatibus. n.2
Pater pius pro filiis dura patitur. cap.50. ſect.2. num.6
Patris dolor inconſolabilis de filiorum abſentia. c.43.ſ.1.n.12
Pater vel habeat,vel ſimulet æqualem filiis amorem. c.44.ſ.vnica.n.2
Parentibus ſolus Deus præferendus. c.46.ſ.vnica. num.24
Patris maledictione filius ſæpè feritur. cap.48. ſ.1.n.6
Paternus amor erga filium de patre benè meritum. n.5
Parentis gloriatio de bonis filij. ſ.2.n.2
Pater lætus moritur , qui diuitem & honoratum filium relinquit. c.47.ſ.3.n.27
erga Patrem,& fratres mira caritas. cap.45. ſ.1. num.17
inter Parentem & filios qualis eſſe debeat amor. c.50.ſ.3.n.9
qui de noſtris Parentibus fuerant benè meriti, ſunt à nobis fouendi,curandique. cap.35.ſ.6. num.9
Pater exemplo filios inſtituat. c.32.ſ.9.n.5
Patris de morte filij dolor inexplicabilis. cap.37. ſ.8.n.8

Patriarcha.

Patriarcharum vita & fides. c.35.ſ.14.n.7
Patriarcharum ritus iureiurandi. c.47.ſ.3.n.14
Patriarchæ non immunes à venialibus, & iocoſo mendacio. c.42.ſ.1.n.12
Patriarchæ hoſpitales. c.43.ſ.1.n.22

Patres.

S.S.Patrum animæ in limbo. c.35.ſ.14.n.18

Papa.

Papæ Gregorij XV.exequiæ Oliſipone. cap.45. ſ.2.n.8

Patria.

pro Patria diligitur , vbi vxor & filij habentur. c.41.ſ.6.n.14
verè Patria Dei hominis terra eſt. ibid.

Partus.

Partus dolores vndecim. c.35.ſ.10.n.2

Patrimonium.

Patrimonia tenuia ob maledictionem parentum. c.48.ſ.1.n.7

Paſſio Domini.

Paſſio Domini excitat dormientes. c.34.ſ.5.n.10
Paſſio Domini torcular. c.32.ſ.14.n.32
Paſſio Domini Iudæis præſtat fiduciam. n.38
Paſſionis dominicæ ad flectendos animos. c.41. ſ.5.n.12
Paſſio,& proceſſio Domini. n.33

Paſſio Domini, compunctione, lacrymis, venerationéque digniſſima. ibid.
Paſſionem Domini diabolus impedire contendit. c.49. ſ.19.n.3
Paſſione Domini nihil pretioſius, & amabilius Chriſtianis. c.49.ſ.12.n.9
Paſſio Domini gentium dominatrix. ibid.
Paſſio Domini decus fidei Chriſtianæ. n.10
Paſſio Domini ſummum ad omnia ſumma exemplum. ibid.
in Paſſione Domini nimia caritas. ibid.
Paſſio Domini zona aurea. n.12
Paſſioni Domini paſſio nullius æqualis. c.37.ſ.6. num.9
Paſſio Domini recolenda, cùm ſumitur Euchariſtia. c.50 ſ.2.n.18
Paſſionis Domini memoria extinguit libidinem. c.39.ſ.6.n.16
Paſchatis ſeſtum in Miſſa, & communione Euchariſtiæ. c.49.ſ.4.n.28

Paſſiones humanæ.

Paſſio cœca mentem præcipitat. c.34.ſ.5.n.14
ex Paſſionibus animę magna afflictio.c.35.ſ.9.n.11
Paſſionum rabies in omnibus eadem.c.33.ſ.10.n.2
Paſſionum periculoſa pugna cum anima. ſ.7.n.3
Paſſionum clamor furioſus. ibid.
Paſſiones ruſticæ animam opprimunt. n.4
Paſſio mentem obſcurat, & in furias agit. cap.42. ſ.2.n.8
Paſſio vehemens interdum enecat. c.45.ſ.2.n.14
Paſſionũ labes, profluuium, tẽpeſtas. c.49.ſ.4.n.24
Paſſio iracundiæ ſubita difficilè cohibetur. c.49. ſ.3.n.6

Palatium.

Palatium innocentiæ periculoſum. c.47.ſ.1.n.3
Palatia numero peccantiũ abundant. c.45.ſ.2.n.6
in Palatiis regnat inuidia. ibid.
in Palatiis inſid. omnes, inuicem proditores. ibid.
Palatia regum tabernacula prædonum. ibid.

Palma.

Palma caritatis ſymbolum. c.45.ſ.1.n.12

Patientia. Pati. Parcere.

Patientia generoſum animum demonſtrat. c.35. ſ.2.n.2
Patientia, & corona iuſtorum. ſ.9.n.6
Patientia triumphat. c.32.ſ.7.n.4
Patiens luctatur cum Deo. n.6
certus & magnus Patientiæ fructus. c.41.ſ.7.n.14
Patientia tribulationũ proficit iuſtus. c.35.ſ.9.n.7
Patimur minus, quàm meremur, aut poſſumus. num.13
Patientia triumphalis paucorum. ibid.
Patientia, & conſtantia in aduerſis. c.34.ſ.5.n.14
Pati ſæpiùs in vita præſtat, quàm ſemel mori. cap. 35.ſ.1.n.4
Patientia ſimul & prudentia in falſo crimine. c.39.ſ.7.n.16
vbi Patientia, ibi præſtò eſt Dei gratia. n.23
Patitur quiſque meritò tribulationẽ. c.42.ſ.2.n.4
Patientia memorabilis viri Luſitani. n.13
Patientia generoſum arguit animum. ibid.
Patienter iniurias ferre proprium eſt iuſtorũ. ibid.
Parcendum inimicis. n.15
Patientia & caritas Ioſeph admiranda. n.26
Patientia & caritas martyrum erga perſecutores. c.46.ſ.vnica.n.13
Patientiæ augmentum eſt Dei benedictio. c.49. ſ.19.n.6
Patientia martyrum cruciatibus increſcens. ibid.
Patienter toleràndi labores ad exemplum Chriſti. c.49.ſ.14.n.4
Patienter conuicia toleranda. ſ.10.n.4
Patienter toleremus iniurias noſtris debitas peccatis pœnas. ibid.
iis, qui Patienter ferunt & ſilent, certum Dei auxilium. n.14
Patientiæ duplex fructus. c.45.ſ.1.n.15
certus fructus. c.41.ſ.2.n.8
Patimur minora, quàm deliquimus. ibid.
Patientis certũ & grande præmium. c.45.ſ.1.n.15
Patientior Deus in damnis, quàm diabolus in lucris. c.50.ſ.3.n.21
Patimur minora, quàm meremur. c.50.ſ.3.n.3
Patientiæ ex inimico grande lucrum. n.5
Patienter iniurias ſuſtinens amori & ſtupori eſt hominibus. ibid.
Patientia Chriſti admiranda poſt reſurrectionem erga Iudæos. c.50 ſ.2.n.7
Patimur iuſtè à Deo iuſto. c.33.ſ.5.n.5
ad Patientiam hominis erubeſcit diabolus. n.4
magnitudo animi tolerãtis iniurias. c.42.ſ.1.n.10

Paupertas Pauperes.

Pauperes à diuitibus obrui. c.33.ſ.9.n.7
Pauperes deuorantur à diuitibus. ibid.
Pauperes menſa potentiorum. n.8
Pauperum damnis accreſcunt potentes. ibid.
Paupertas principium malorum. n.12
Paupertas euangelica. n.13
Paupertas multum à Chriſto æſtimata. ibid.
Paupertas ad ſalutem animæ opportuna. ibid.
Pauperes cœlo apti. n.14
Paupertate depuratur anima. ibid.
Paupertatis voluntariæ encomia. ſ.3.n.14
Paupertas nota prædeſtinationis. ibid.
Paupertatis religioſæ perfectio. ſ.10.n.12
Paupertas mundo infamis. c.32.ſ.1.n.6
Paupertas turpis. ibid.
Paupertatis commendatio. ibid.
Paupertas in cœlum vehit. ibid.
Paupertas euangelica laudatur. ibid.
Paupertas diues. ibid.
Paupertas Apoſtolorum glorioſa. n.7
Paupertas miſera. n.6
Paupertas onus. ibid.
Pauper odio habetur. ibid.
Paupertas multum ad furandum. c.34.ſ.6.n.7
Paupertas fœminis tentatio. c.32.ſ.5.n.9
Pauperes verecũdi quærantur, & alantur. ſ.11.n.3
Pauperes in iudicio oppreſſi. c.34 ſ.4.n.10
Paupertas euãgelica grande miraculũ. c.35.ſ.9.n.4
ex Paupertate voluntaria quaſi alaus animæ. ibid.
Pauper ſpiritu nec timet litem, nec ſe vindicat. c.45.ſ.2.n.13
quod Pauperi negat diues ex ſuperfluo, peſtis & venenum eſt. c.49.ſ.4.n.18
maledictum cenſetur. ibid.
Paupertas opum theſaurus. c.48.ſ.1.n.14
Pauperes ad templorum valuas Dei cantores. c.49.ſ.1.n.32
Pauperes cõducendi pro agẽdis Deo gratiis. ibid.
ex Pauperũ vocibus Deo cantus gratiſſimus. ibid.
Pauper non habet vnde erubeſcat. n.35
Pauper totius miſeriæ, & afflictionis exemplar. ſ.13.n.11
Paupertas malorum occaſio. ſ.14.n.5
Pauperũ ratio habeatur in conuiuiis. c.43.ſ.2.n.19
pro Pauperibus fouẽdis noua rapina. c.48.ſ.1.n.2
qui dat Pauperi, magis accipit. n.5

S. Paulus Apoſtolus.

S.Paulus magni æſtimat afflictiones. c.38.ſ.7.n.7
S.Paulo gratæ tribulationes. ibid.
S.Pauli virtutum, & donorũ admirabilitas. ſ.8 n.6

S.Pauli erga Chriſtum fidelitas. ſ.13.n.4
S.Paulus ſenio decoratus. c.33.ſ.4.n.6
S.Paulus in Benjamin præfiguratus,c.35.ſ.11.n.14
S.Pauli mira humilitas.n.16.& n.19.& c.49.ſ.22.num.7
S.Pauli mira conſtantia,& patientia. ibid.
S.Paulus equus albus Chriſti triumphantis. n.17
S.Paulus omnibus iniutiis, periculiſque ſcopus. ibid.
S.Pauli vis admiranda. n.18
S.Pauli encomia. ibid.
S.Paulus quantus extiterit in ipſo tyrocinio.ibid.
S.Pauli magnitudo inexplicabilis. ibid.
S.Paulus diuinæ gratiæ filius.n.19.& partus.c.49.ſ.21.n 8
S.Paulus excelluit perfectione Patriarchas. c.35.ſ.14.n.11
S.Paulus labores refert reuelatos, non honores. c.37.ſ.5.n.16
S.Paulus plura pertulit,quàm intulit mala.ſ.8.n.7
S.Paulus aliorum perſecutor,& ſui vindex. ibid.
S.Paulus nimiam de ſe ſumpſit vindictam. ibid.
S.Paulus inuehitur in lites,& in litigantes. c.49.ſ.4.n.9
S.Paulus primò lupus & hoſtis; deinde doctor, paſtor,pater,mater Eccleſiæ. c.49.ſ.22.n.7
S.Paulus primò infans & ſtultus. n 8
S.Pauli epiſtulæ lacte & melle manantes. ibid.
de S.Pauli occiſi ceruicibus lac pro ſanguine fluxit. ibid.
S.Paulus Deo dilectiſſimus. n.9
S.Pauli ſuper omnes Apoſtolos in multis excellentia. c.44.ſ.vnica.n.4
S.Paulus eloquio cæteros excelluit. ibid.
S.Pauli admirabilis prædicatio & doctrina. ibid.
S.Pauli encomia. ibid.
S.Paulus ab homine priùs, quàm à Deo inſtructus. c.49.ſ.5.n.10
S.Paulus Redemptori ſuo gratus. c.50.ſ.3.n.9

Pax.

Pax animæ à vitiis ſublimior, quàm quæ ab hoſtibus. c.33.ſ.7.n.3
Pax Deo grata. ſ.9.n.2
Pax inuentu difficilis. c.32.ſ.2.n.2
Pax commendatur. ibid.
Pax qualis eſſe debeat. n.3
Pacis fœdera per connubia ſanciuntur. c.34.ſ.6.num.11
Pacificus vbique placet. ſ.8.n.6
vbi Pax,ibi cuncta proſpera. c.37.ſ.4.n.13
Pax fidelibus commendatur. c.45.ſ.2.n.13
Pax & ſecuritas interdum noxia. c.34.ſ.1.n.3

Peccatum.

Peccati labes,& malignitas. c.32.ſ.1.n.1
Peccati conſideratio perutilis. ſ.10.n.8
Peccato mortali cur iuſtè pœna æterna datur. ſ.13.n.3
Peccati incendium præſtat, quàm naufragium. c.33.ſ.7.n.3
Peccata venialia in omnibus, excepta Dei matre, inueniuntur. n.10
Peccatum expiatum æternæ ſalutis titulus. n.4
de Peccato gloriatio ſupremum malum. n.15
de Peccato ſe iactare magnum reprobationis ſignum. ibid.
per Peccatum iactati omnes in mare. ſ.10.n.3
vbi Peccant plures,nec timor,nec pudor eſt.ibid.
Peccati fructus irriſio. n.6
Peccatum debilitat. c.32.ſ.1.n.6
Peccata ſecundùm fidem diſparia. c.34.ſ.4 n.9
in Peccato iacentis infelix ſecuritas. ſ.5.n.1
Peccatum abſumit nata ex illo triſtitia. n.4
Peccati cóſcius valde infirmus,ac timidus.ſ.9.n.4
ob Peccata fortes ab infirmis victi. ibid.
Peccatur infelicius contra hominem, quàm contra Deum. n.11
Peccatorũ abolenda irritamenta.c.35.ſ.4.n.5.& 6
Peccatorũ affectus,cogitationéſque abolendi.n.6
Peccato ſeruiunt homines vltro. n.7
Peccatum ſponte ſupra nos Regem facimus.ibid.
Peccati iugum excutiendum. n.8
Peccato ſeruire vocatos ad regnum cœli pudor eſt. ibid.
Peccatum & virtus diſparia. n.9
Peccata quibus armis debellantur. ibid.
Peccata muri & obices ante Deum. ſ.5.n.11
Peccando muros nobis ipſi ad cœlum conſtruimus. ibid.
Peccatum ſine ſenſu animam occidit. ſ.6.n.1
Peccandi mira facilitas. ſ.7.n 9
Peccatorum maiorum, quàm minorum ter plures. ſ.8.n.7
à Peccato citiſſimè abſcedendum. c.39.ſ.3.n.14
Peccati recordatio ſtimulat ad virtutem. n.13
in Peccatis obſtinati miſericordiam Dei irrident. ſ.4.n.8
in Peccatis obſtinati non cedunt Deo laboranti ac ſudanti. ibid.
ob Peccata exterminantur à patria mali habitatores. ſ.5.n.2
Peccata fidelium cæteris paribus grauiora, quàm infidelium. n.3
Peccandi nulla excuſatio iuſta. n.10
Peccata,quia fœda,occultamus. c.37.ſ.8 n.4
Peccatum ſe,atque autorem prodit. ibid.
Peccata diaboli calamo animis inſcripta. n 5
Peccata nos ipſa noſtra accuſant. ibid.
Peccata cuiuſque manifeſta erunt. ibid.
Peccatum ſeruile,virtus libera. c.37.ſ.8.n.13
Peccati vehemens occaſio. c 50.ſ.2 n.16
Peccatum proditum pudore ſuffundit,& mutum reddit autorem. c.38.ſ.vnica.n.13
Peccati ingenua confeſſio. ibid.
Peccata excuſari non poſſunt licet myſterioſa habeantur in ſcriptura. ibid.
Peccati ſordido amictu nullus iuſtorum caruit. c.41.ſ.2.n.18
Peccato originali ſordidi naſcimur omnes. n.19
Peccatorum fœtor execrandus. ſ.5.n.9
Peccatum omne ebrietas. c.49.ſ.3.n.8
Peccatum furore equi exprimitur. ibid.
in Peccatum relabi prudens timet. ſ.13.n.7
in Peccatum recidens oneri eſt Deo. ibid.
Peccatum vnius multos infamat. ſ.15.n.1
Peccatũ vnius cæteris dedecori eſt & ſcãdalo.ibi.
Plus valet vna labes ad infamiam,quàm præclara opera ad famam. n.2
Peccata non locis, ſed perſonis adhærent. c. 42. ſ.1.n.10
Peccati turpitudo ad pœnitentiam incitat. c. 49. ſ.1.n.13
Peccati exemplum in Chriſtiano pernicioſius, quàm in pagano. ſ.2.n.21
Peccatum Iudæ diſcipulis occultatũ. c.45.ſ.1.n.7
ex Peccati conſcientia turbatio timórque. c. 43. ſ.1.n.13
Peccati ſumma temeritas,audaciáque. n.15
in Peccato nihil niſi damna. ſ.2.n.11
Peccatum ad fores animæ canis & leo. c. 42. ſ.2. num.4
Peſſimum crimen quod publicum. c.37.ſ.4 n.19
Peſſimum crimen filiorum Iacob. ibid.

Peccatum

Peccatum vino perſimile. n.6
Peccatum ebrietas. ibid.
Peccato non caret qui cùm poſſit,non liberat innocentem. n.22
ne Peccemus,etiam ipſa perdēda vita.c.43 ſ.1.n.5
in inferno cruciari potiùs eligendum, quam Peccare. n.2
Peccati mortalis infinita malitia,& peſtis. ibid.
per Peccatum mortale fit omnium meritorum iactura. ibid.
à Peccato ad gratiam conuerſio impoſſibilis naturæ. n.3
Peccati ſumma grauitas oſtenditur. ibid.
Peccati ſtoliditas, & impudentia inexplicabilis. ibid.
Peccata contrariis affectibus & operibus caſtiganda. c.50.ſ.3.n.14
Peccatum ſemel commiſſum tota vita deploretur. ibid.
Peccata vt ſunt amara Deum nobis reddunt amarum. n.18
Peccare impunè volumus. c.50.ſ.3.n.3
Peccatum etiam remiſſum timor ſemper comitetur. ibid.
Peccatum hominis maledicendum, non homo. c.49.ſ.3.n.1

Peccator. Peccans.

Peccator perniciosus. c.32.ſ.1.n.1
à Peccatore pœna talionis exigitur. ibid.
Peccator rerum omnium cōmunis hoſtis. ſ.7.n.6
Peccator ignorans. ſ.13.n.2
tres gradus infelicitatis Peccantium.c.49 ſ.2.n.20
Peccantiū abundat nunc multitudo. c.33.ſ.10.n.8
Peccatores publicarum cladium rei. ibid.
Peccatores,ne deſperent, ſeuerius non increpandi. c.34.ſ.9.n.13
Peccatores non ſuperbè deſpiciendi. n.15
erga Peccatores mira Chriſti benignitas. n.14
erga Peccatores Chriſtus pius pater. ibid.
Peccantium vera infelicitas. c.35.ſ.9.n.11
Peccator ipſe ſibi ſpectaculum horrendum. ſ.11.n.2
Peccatorem manet horribile Dei iudicium. ibid.
Peccator precibus, ac dolore Deum ante ſupplicium præueniat ſ.13.n.9
Peccans coram aliquo iniuriam illi facit. c.37.ſ.1 n.1
Peccatorum pudor & pœnitentia. ſ.6.n.2
Peccantis, qui nec dolet, nec erubeſcit, ſumma infelicitas. n.3
Peccator Deum timeat,quem nihil latet. n.4
Peccatores exterminanture à patria,vt illa purificetur. c.39.ſ.5.n.3
Peccator publicus toti Reip. eſt oneri. c.49. ſ.4. num.18
Peccatoris vita infelix. c.41.ſ.1.n.10
Peccator inueteratus fœdum & horribile monſtrum. ibid.
Peccatoris obſtinatio & inſenſibilitas. n.11
Peccatoris ſtulta præſumptio de Dei fauoribus. ſ.4.n.15
Peccator occultus, quia non vitatur,nocet: publicus,quia vitatur, minus nocet. c.49.ſ.2.n.22
Peccantium furor eſt,cœcitas,dementia. ſ.3.n.8
Peccatoris inſenſibilitas. n.10
Peccator ob continuationem in peccatis destitutus Dei auxiliis c n tlbus. n.12
Peccat in ſanguine Chriſti. ſ.11.n.13
Peccatores ſ æ capitis Chriſti. ſ.10.n.6
Peccan ſ uſtinendo fatigatur Dei miſericordia. ſ.13.n.7

vita Peccantium,vita naufragantium. n.6
Peccator noctua omnibus auibus inuiſa.c.50.ſ.5. num. 24
Peccatorem inuadunt pericula,terroréſque. n.23
Peccator Deum non effugit. ibid.
contra Peccatorem orbis coniurat. ibid.
Peccator conuerſionem remoratur. c.42.ſ.1.n.6
Peccator tenebris occœcatus peccatum aggreditur. c.45.ſ.2.n.2
in Peccantibus extinguitur lumen rationis. ibid.
ex Peccatore interdum fit ſanctus. ſ.1.n.5
Peccator ſuam ſibi attrahit, trahitque damnationem. c.43.ſ.1.n.15
Peccāti prodeſt humiliatio pœnalis.c.50.ſ.3.n.14
Peccatorem, ne ſe excuſet, mutum reddit conſcientia. c.44.ſ.vnica.n.12
Peccatoribus velebriis nautis ſuperuenit inopinata procella. c.42.ſ.2.n.9
Peccator nullo opere meretur gratiam dum in peccato eſt. c.43.ſ 1.n.3
Peccator ſibi ſtruem comparat ad incendium inferni. n.4
erga Peccatores immenſus Chriſti amor. c. 46. ſ. vnica.n.10
Peccatoris fœtor etiam diabolo intolerandus. c. 50.ſ.3.n.21
Peccatori ſalutaris eſt continuus timor. n.25
Peccatoris qualis habitus ante Deum. n.11
Perfidis,& ingratis hoſtibus immenſum Chriſtus rependit amorem. c.46.ſ.vnica.n.10
Peccatoris obſtinati vana ſpes, fiduciáque in Deo. c.35.ſ.14.n.1

Pecunia.

Pecuniæ vis. c.32.ſ.5.n.5
rarus,quem non Pecunia vincat. num.8
Pecunia tentationum arx. num.9
Pecunia regnat in iudiciis. c.33.ſ.2.n.14
Pecunia in iudiciis dominatur. num.10
Pecuniæ vis inuerecunda,& impunita. ibid.
Pecunia inſtabilis. ibid.
Pecuniæ mira inconſtantia. n.11
Pecunia ſanctos in vſus dispendantur. ibid.
Pecunia offendiculum. c.35.ſ.5.n.14
Pecunia eſt arcus,& gladius. c.48.ſ.2.n.28
Pecunia eminùs & comminùs ferit & vincit. ibid.
Pecunia toti dominatur orbi. ibid.
Pecuniæ tyrannidem ſolus Deus euadit. ibid.
Pecunia ſummis laboribus acquiritur,& conſeruatur. ibid.
Pecunia infidus hoſtis poſſeſſori. ibid.
Pecunia cum armis coniuncta. ibid.
Pecunia in hominis perniciem armat & armatur. num.29
Pecunia data pauperibus in cœlo tantùm ſecura diuiti. ibid.
Pecuniæ affectus & vſus moderatus eſt laudabilis,culpabilis qui immoderatus. ibid.
Pecunia Iudam, & milites armauit contra Chriſtum. c.49.ſ.7.n.11
Pecunia cum alterius damno coaceruatur. c. 50. ſ.2.n.16
Pecunia in theſauros nō conuertēda.c.49.ſ.4.n.13
Pecuniam ſepelit auarus ſimúlque vitam pauperum. ibid.
Pecunia corrumpit iudicium. c.34.ſ.4.n.10

Pendulus.

Pendulum animum excruciat nimia hæſitatio. c.42.ſ.3.n.1

Petere.

Petentis inuerecunda & importuna inſtantia. c.33.ſ.5.n.2

Perimus malè à Deo interdum nobis nocitura. c.35.ſ.10.n.14
Petita Deus interdum negat propitius, concedit iratus. ibid.
Petenda quædam abſolutè, quædam ſub conditione. ibid.

Perfugium.

Perfugia duo hominibus. c.35.ſ.3.n.17

Peſtis.

Peſtis per ſalutationem B Mariæ curatur. cap. 40. ſ.1.n.12

Pedes.

Pedibus qui malè ambularunt, grauis in inferno pœna ſtatuitur. c.49.ſ.1.n.30

Peregrinari.

Peregrinandum affectu a terra. c.33.ſ.9.n.14

Periculum. Periclitari.

è Periculis liberatio. c.33.ſ.4.n.3
Periclitamur in publico, in abdito ſecuri. cap. 34. ſ.5. n.9
non Periclitandum temerè. c.35.ſ.1.n.3
in Periculum vltrò ſe immittens à Deo deſeritur. c.34.ſ.4.n.14.& ſ.4.n.4
cum Periculo graui magnum fit facinus. cap. 35. ſ.1.n.2

Perſecutio. Perſecutor.

Perſecutio tyrannorum. c.32.ſ.7.n.5
Perſecutionum tempeſtas. c.35.ſ.3.n.6
Perſecutores Eccleſiæ infeliciter pericrût. ſ.9.n.18
Perſecutionibus creuit Eccleſia & excelluit. n.19
Perſecutionibus adornata Eccleſia. ibid.
Perſecutionibus fœcundata Eccleſia. ibid.
in Perſecutionibus felicior Eccleſia Chriſti, quàm in pace. c.42.ſ.1.n.2

Perſeuerantia.

Perſeuerantia iuſtorum. c.32. ſ.10.n.14. & c. 35. ſ.4 n.8

S.Petrus Apoſtolus.

S.Petrus in carcere. c.32.ſ.11.n.8
S.Petri poteſtas in mundo. ſ.3.n.11
S.Petrus Chriſti vicarius. ſ.6.n.3
S.Petrus inuerſo capite crucifixus. c.35.ſ.9.n.16
S.S.Petrus & Paulus à Regibus honorati. n.19
SS.Petrus & Paulus ſuper omnes eminent. n.20
S. Petri quanta ſit in terris gloria. ibid.
ante Petrum omnes procumbunt. ibid.
S.Petrus errauit promiſſa quidem, ſed nondum tradita poteſtate pontificia. c.49.ſ.19.n.2
S.Petrus ſpectaculum admiratione dignum. ſ. 5. num.11

Philoſophia.

Philoſophia Chriſtiana ſalutaris. c.49.ſ.14 n.9
Philoſophia fidem Chriſtianam, & Theologiam defendit. n.10
Philoſophia liquor ex diuina ſapientia delibatus. ibid.

Pietas.

Pietas in ſepeliendo mortuos commendatur. cap. 35.ſ.6.n.9
Pietas erga defunctos laudabilis, laudabilior erga viuos. c.50.ſ.1.n.8
Pietas erga patrem auum nepotis. c.48.ſ.1.n.3
Pietas erga parêtes cômendatur.n.6.c.47.ſ.1.n.20

Piger. Pigritia.

Pigritia ingenioſa. c.42.ſ.1.n.6
Piger, nc labores, difficultates confingit. ibid.

Pilatus.

Pilatus inter Iudæos idololatra. c.13.ſ.11.n.6

Pincerna.

Pincernarum vſus antiquiſſimus. c 40.ſ.1.n.5

Phares.

Phares typus populi Chriſtiani.c.38.ſ.vnica.n.11.

Philippus Rex.

Philippi Regis egregiæ ſub mortem ſententiæ. c.35.ſ.12.n.5

Plebeius.

Plebeiæ gentis ſecurior ac felicior ſors. cap. 34. ſ.6.n.1
Plebei ſtatus ſecurior, quàm principis. ſ.8.n 15

Pluuia.

Pluuia precibus impetrata. c.35 ſ. [illegible] n 4

Pœna.

Pœna talionis ab improbis diuinit[illegible] exigitur. c.35.ſ.1.n.2
Pœna & culpa inſeparabiles. ſ [illegible] n 9
Pœna[illegible] Confeſſio,& pudo[illegible] [illegible]d.
Pœna vnius prodeſt mu[illegible]s. c.4[illegible] n 2
Pœna propter bo[illegible]ũ finem irrogetur.c [illegible] n [illegible]
Pœna ſceleris pedi ſequa. c.[illegible]
Pœnam ſemper expectat & ti[illegible] [illegible]

Pœnitentia. Pœniten[illegible]

Pœnitentia in extremis non caret m[illegible]tu c[illegible] 2. ſ.5.n.13
Pœnitentia in mortem dilata eſt [illegible]
Pœnitentia temere diffe[illegible]tur ad mor[illegible] [illegible]d.
Pœnitens cum Deo luctatur. ſ [illegible]
Pœnitentis humilitas, dolórque. ſ [illegible]
Pœnitentia peccatoris Deo gratiſſima. [illegible] 4. num.12
ad Pœnitentiam pulchra exhortatio. [illegible]
Pœnitentiæ vis bapt ſmo perſimil[illegible] [illegible]
Pœnitentia perfecta incendio perſimilis [illegible]
Pœnitentia publica fidelium pro aue[illegible] vindicta. ſ [illegible]
Pœnitentiæ mira vis. c.34.[illegible] 2
Pœnitentem perſequi graue ſcelus. [illegible]
cum Pœnitentibus blandè agendum. [illegible]
erga Pœnitentes dulcis miſericordia Chr[illegible] 14
Pœnitens Dei cœlique gaudio excipitur [illegible]
Pœnitentia mundities animarum. c[illegible] 2.[illegible] 7
Pœnitentiam noſtram ſequitur D[illegible] [illegible]a de vindicta. c.[illegible] 3
Pœnitentia per totam vitam efficax. [illegible] 2
Pœnitentiæ magna vis. c.[illegible]ſ.3 [illegible] 11
Pœnitentis fiducia in Dei miſericordia. ib[illegible]d.
Pœnitenti & emendato non ob[illegible]unt ver[illegible]a [illegible]-l[illegible]cta. [illegible]id.
Pœnitentia interdum meliores red[illegible]it, quàm fuerant ante delictum. n.14
Pœnitens poſt lapſum velociùs interdu[illegible] cur[illegible]it. num.15
poſt Pœnitentiam ditior ac felicior interd[illegible], quàm priùs fuerit. ib[illegible].
poſt Pœnitentiam alicui ſublimior ſtatus [illegible]id.
Pœnitentes à Deo,& à B.Maria recipiuntur. n. 19
Pœnitentiam age, non cures agere de prædeſtinatione. c.40.ſ.2.n.8
Pœnitentiæ frequentia & fruct[illegible]. c.35.ſ.9.[illegible].23
Pœnitentiæ lacrymæ f[illegible]uctuoſæ. ib[illegible]d.
ad Pœnitentiam exh[illegible]tatio. ibid.
Pœnitentia dulce ref[illegible]m. ſ [illegible] 4
Pœnitentia hic agen[illegible]a c 35 ſ [illegible] n.8
Pœnitentiæ anchora ſecuram tenet a[illegible]am. ibid.
Pœn tentis honori Deus con[illegible] [illegible]3.n 4
ad Pœnitentiæ ſacramentum tria [illegible] neceſſaria. [illegible]42.ſ 1.n.15
Pœnitentia quanti val[illegible] p[illegible] [illegible]ap 46. ſ. vnica.n.21
Pœni tenti[illegible] gaud[illegible] ibid.
Pœniten[illegible] dum confi[illegible]tur, di[illegible] [illegible], lacerátque. c.4[illegible] n.1[illegible]

Pœ[illegible]tenti[illegible]

Pœnitentia & Redemptio eloquij pulchritudo. ibid.
Pœnitentia multos euehit ad culmen ſanctitatis. ſ.1.n.13
Pœnitentes geſtat Chriſtus in capite. ſ.10.n.5
Pœnitentes margaritæ capitis Chriſti. n.6
Pœnitens dulcis & pretioſa ſarcina humeris Chriſti. n.8
per Pœnitentiam mira immutatio. c.49.ſ.12.n.17
Pœnitens vitam emendat, & occaſiones peccandi fugit. ſ.13.n.6
Pœnitens Deo gratus qui perſeuerat in gratia. ibid.
Pœnitentes fouet & recreat B.Maria. ſ.13.n.23
Pœnitentis emendatio vitæ Deo gratiſſima. c.45. ſ.1.n.3
Pœnitentes cum iuſtis Deus computat. c.43. ſ.2. num.10
ex Pœnitentia multum lucri & honoris. ibid.
ex Pœnitentia mira pulchritudo animæ. n.11
glorioſa hominis Pœnitentia. c.42.ſ.2.n.19
dulcis Deo cibus Pœnitentia. n.18
ad Pœnitentiam cohortatio. n.22
Pœnitentes quanti Deus faciat. ibid.
Pœnitentia ſic delet peccata quaſi non fuerint commiſſa. ibid.
Pœnitentia perfecta cum emendatione vitæ. c.44.ſ.vnica.n.10
Pœnitentia ſecuros nos reddit de prædeſtinatione. c.40.ſ.2.n.9
Pœnitentia non differenda ad mortem. n.12
Pœnitentia ſub mortem eſt ſuſpecta. n.13
Pœnitentia agenda cùm peccare poſſumus. ibid.
Pœnitentia ſtatim agenda vbi peccamus. ibid.
Pœnitentis fiducia ante Confeſſarium. cap. 33. ſ.6.n.8
Pœnitentia verè partus eſt. c.41.ſ.2.n.8
Pœnitentia vtilis & glorioſa. n.9
Pœnitens inſultat diabolo. ibid.
Pœnitentiæ mira felicitas. n.12
Pœnitentis admiranda munditiès. ibid.
Pœnitentiæ mira encomia. n.13
Pœnitentiæ partus egregius. n.14
Pœnitentiæ vis ad reparandam vitæ honeſtatem. num.15
Pœnitentia priorum virtutum reparatrix. ibid.
Pœnitentium candidus amictus. n.16
Pœnitens candido ſuper niuem amictu ornatur. ibid.
per Pœnitentiam animæ pulchritudo ſuperat omnem decorem. ibid.
Pœnitentia humilis recuperat innocentiæ candorem. ibid.
Pœnitentia partus humilitatis. n.17
Pœnitentia humilis Deo tam accepta, quàm innocentia. ibid.
Pœnitentibus gratia data pallium laudis. n.18
Pœnitens amittit nomen peccatoris. ibid.
per Pœnitentiam reſtauratur in nobis imago Dei. c.50.ſ.3.n.21
Pœnitentiæ habitus ſit etiam exterior. n.12
Pœnitentis habitus exterior multum iuuat ad propitiandum Deum. n.13
per Pœnitentiam ſubruenda ſcelerum moles. c.35.ſ.5.n.12

Poëtæ.

Poëtæ mali ingenij idolis immolant. c.33.ſ.5.n.9
fabularum architecti. c.40.ſ.1.n.5

Pompeius.

Pompeius templum Ieroſolymæ profanauit. cap. 49.ſ.9.n.9

Potentia.Poteſtas. Potentes.

Potentum effrænis libido. c.34.ſ.4.n.4
vbi Poteſtas, maturo conſilio opus eſt. ſ.5.n.15.
Potentiam ipſa mentis ratio moderetur. cap. 49. ſ.15.n.15
Poteſtas paſſioni adiuncta furit & ſæuit. ibid.
Potentiorum immanitas, miſerorum calamitas. ſ.14.n.18
Potentia hominis nulla eſt ſine vitio. c. 45. ſ.1. num.19

Prædicatio. Prædicator.

Prædicator dicitur & Propheta. c.32.ſ.13.n.5
Prædicandi officium laudatur. ibid.
Prædicator noſtræ vitæ auriga. c.49.ſ.16.n.3
Prædicator animarum piſcator. ibid.
Prædicator vanna muſcas & culices venatur. ibid.
Prædicatio Euangelij cunctis innotuit gentibus. ſ.11.n.19
Prædicatio Apoſtolorum in Iudæa ad conuerſionem gentium palæſtra. ſ.10.n.7
Prædicator & confeſſarius miniſtri ſalutis. ſ. 13. num.10
Prædicatores ad Deum conuocant gentes. ſ. 14. num.22
Prædicatores Eccleſiam Dei exornant. ibid.
Prædicatio verbi Dei expreſſio botri terræ promiſſionis. c.46.ſ.vnica.n.8
Prædicatio ſignum ſalutis. c.49.ſ.4.n.26
Prædicator verbis ſanguine Chriſti tinctis animas ligat. ibid.
Prædicantis verba ſanguine Chriſti tincta. ibid.
Prædicator frequenter de paſſione Domini ducat argumentum. ibid.
in Prædicatione moderatus verborum ornatus. ibid.
Prædicatores miſſi à Chriſto vt exploratores. n.27
Prædicator piis dolis decipit & conuertit animas. ibid.
Prædicatio Euangelij eloquia pulchra. c.49. ſ.18. num.9
Prædicatores corpus diaboli dilacerant. cap. 49. ſ.6.n.8

Prædeſtinati.

Prædeſtinatorum ordines duo. c.35.ſ.8.n.18

Prælatura. Prælatus.

Prælatum decet manſuetudo. c.33.ſ.6.n.5
Prælatus doloribus exercitus condolet ſubditis. num. 9
Prælati miſeria prodeſt ſubditis. n.10
Prælati quodnam optimum ingenium. n.14
in Prælato ſanctitas ſit præ omnibus. n.15
Prælatus Deum lenitate imitetur. ibid.
Prælati blanda correctio. ibid.
Prælato nihil tam neceſſarium, quàm prudentia. ibid.
in Prælato exemplum vitæ. n.16
Prælati multa fiducia in exemplo. n.17
Prælati graue onus. n.18
Prælatum ſe eligi dolet prudens. n.19
Prælaturam ambiens, vel læta ſuſcipiens, ſtultus eſt. ibid.
Prælatus humilitate informetur. c.32.ſ.2.n.10
Prælati efficax manſuetudo. ibid.
Prælati qualis nam ſit cura. ſ.6.n.2
Prælati exemplum. ſ.9.n.7
Prælatus quis bonus. ibid.
Prælati nocet abſentia. n.8
Prælato abſente vicarius latrocinatur. n.9
Prælati negligentia nocet. ibid.
Prælato abſente periclitantur ſubditi. n.10
Prælati cura & præſentia. ibid.

Prælatus ſaluas non mactat. ſ.12.n.9
Prælatus ſui curam in primis habeat. ibid.
Prælati potiſſima cura. ſ.14.n.19
Prælati grauior culpa. c.34.ſ.5.n.21
Prælati debitum exemplum. ibid.
Prælati ad opus præeuntis exemplum. c. 35. ſ. 3. num.4
Prælati lenitas ſubditum vincit. c.37.ſ.1.n.13
Prælato religionis facienda denunciatio. n.18
Prælatus in ſalo colluctatur. ſ.5.n.7
Prælatus iniquè occulta delicta euulgat ad infamiam. c.38.ſ.vnica.n.13
Prælati bona exempla ſubditis ſunt pinguia paſcua. c.49.ſ.16.n.3
Prælati exemplum efficax. ibid.
Prælatorum periculoſa vita. ſ.13.n.2
Prælati mali deboneſtant Eccleſiam. ſ.1.n.28
vir iuſtus queritur, dolétque ſibi Deum iratum, quòd aliorum Prælatus ſit. ſ.14.n.3
imprudens dolet ſe non fieri Prælatum. ibid.
Prælati felix gubernatio. c.45.ſ.2.n.8
in Prælato ſit lenis rigor, & rigida lenitas. ſ. 1. num.3
Prælatus Dei frons, c.43.ſ.1.n.19
Prælatus Dei benignitatem referat. ibid.
Prælatus proprias iniurias remittat.c.50.ſ.3.n.26
Prælati maior ex humilitate laus, quàm ex zelo: num.28
Prælatus ſua recognoſcat vitia. c.49.ſ.4.n.14
Prælati felix gubernatio. c.45.ſ.2.n 8

Prælium.

ante Prælium inſolens, in prælio timidus. c. 49. ſ.20.n.12

Præmium.

Præmia viri iuſti. c.32.ſ.1.n.5
Præmium Dei vltra meritum. ſ.3.n.11
Præmium oculos oblectat,& cantus elicit. c. 49. ſ.18. n.1

Præſentia.

Præſentia prætereunt: futura ſemper erunt.c.35. ſ.5.num.16

Præmonitio.

Præmonitio interdum prudenter omittitur. c.37. ſ.1.num.18

Præſepe.

ad Præſepe Domini Iesv affectu animóque eundum. ſ.2.n.7

Princeps.

Principes falluntur. c.32.ſ.2.n.5
Principum gratitudo erga Deum. ſ.3.n.8
Principes hoſtes laboris. ſ.11.n.1
Princeps iniuriam non infert, ſed remittit. c. 33. ſ.2.n.8
Princeps non grauet ſubditos. ſ.6.n.1
Principis Romani dictum egregium. n.3
Principe malo nihil exitialius. c.34.ſ.4.n.4
Princeps malus vti equus & mulus. n.6
Principum flagitia gigantea. ibid.
Principes cœco interdum appetitu feruntur. ſ.5. num.15
Principes rebus minimis commouentur. n.16
in Principe vitium fœdius & vulgatius. n.19
Principum liberior ac turpior vita. ſ.6.n.8
Principe malo nihil infeſtius. ſ.8.n.8
Princeps malus Reip.peſtis & exitium. ibid.
Principes libidine magis, quàm ratione mouentur. num.9
Principi malo dulcis oppreſſio plebis. ibid.
Princeps lex animata. n.13
Per principes ſeducuntur populi. ſ.9.n.2
Principes hominum paſtores. n.3
Principes in errorem & hæreſim citiùs inducuntur. ibid.
Principes hæretici ſubditos ſecum trahunt in infernum. ibid.
Princeps Deo ſubiectus proſperatur. n.5
à Principibus primum & maximum bellum Deo mouetur. c.36.ſ.1.n.9
Principes contra Deum primi à diabolo armantur. num.10
Principes mali ducem habent diabolum. ibid.
Principis mali exemplum vim magnam habet. c. 38.ſ.vnica.n.5
Principis mali vita Deum à regno auertit. ibid.
Principum gratia periculoſa & inſtabilis. c. 40. ſ.1.n.6.& n.7.& n.9
Princeps nunc punit,nunc parcit. ſ.2.n.6
Princeps ſine paſſione regat. n.7
Princeps & clemens & vindex in medio. ibid.
Principes muri regnorum. c.49.ſ.2.n.23
Principis mali exemplo ſubditi pereunt. n.25
Princeps typicè taurus. n.26
Princeps adamas, ſed libidine ſpurcus & diſſolutus. n.27
Principis mali peſtilens exemplum ſubditos inficit,ac perimit. n.28
Princeps perditus multos ſecum perdit. ibid.
Princeps in hoſtes ſerpens, in ſubditos agnus. c.49.ſ.15.n.15
Principis debita ſeueritas & humanitas. ibid.
Principes ſeruiunt ſubditis. ſ.14.n.19
Principis ira implacabilis. c.43.ſ. n.10
Princeps bonus amat veritatem audire. cap 40. ſ.3.n.1
ad Principes acceſſio aditúſque difficilis. cap.41. ſ.6.n.8
Principum aures obſtructæ miſeris. c.40.ſ.2.n.17
Principem mali miniſtri infamant & perdunt. c. 41.ſ.4.n.8
Principes mundi ſe puſillos & viles fatentur. c. 47.ſ.1.n.10
Principes moriuntur inuidentes viuorum felicitatem. c.50.ſ.3.n.36

Primogenitus.

Primogenitus exemplo ſit fratribus. c.49.ſ.1.n.7
Primogenitus principium laborum parentibus. num.8
Primogeniti dicuntur primitiæ laborum. n.10
Primogenitis anteferuntur ſecundi. cap. 48. ſ.2. num.5
Primogeniti plurimum ſtulti. n.4
Primogenituræ onus ſtultitia. num.5

Proſperitas.

ex Proſperitate obliuio Dei. c.32.ſ.6.n.4
Proſperitas malorum infelix. ſ.7.n.6
Proſpera nocent, proſunt aduerſa homini. c. 35. ſ.10.n.6
Proſperitas animæ periculoſior,quàm aduerſitas. c.37.ſ.6.n.11
In Proſperitate maius periculum. c.49.ſ.22.n.4
Proſperitas homini grauis tentatio. ibid.
Proſperitas fera bellua & libera. ibid.
quem Proſperitas non proſtrarit, rarus eſt. c.40. ſ.4.n.2
quò Proſperitas maior, eò ruina vicinior. n.9
Proſperitas nocet homini. c.34.ſ.8.n.3
Proſperitate corrumpuntur. c.35.ſ.1.n.9
non inſoleſcere arduum eſt. c.39.ſ.1.n.2

Proximus.

Proximis prodeſſe conſilio & exemplo. cap.32. ſ.13.n.8
Proximorum ſaluti, bonóque incumbere. c. 49. ſect.14.

ſect.14.num.23
quod Proximo communicamus, nobis non auferimus. c.41.ſ.7.n.3
Proximorum ſaluti & bonori conſulendum. c.45. ſ.1.n.8
Proximorum errata excuſanda. n.9
Prouidentia.
Prouidentiæ diuinæ ſe quiſque committat. c.37. ſ.7.n.1
Prouideat ſibi quiſque in æternitatem. cap.50. ſect.2.num.9
Prouidentiæ diuinæ ſe ſuáque iuſtus committit. c.45.ſ.1.n.17
Prouidentia diuina malis ad bonum vtitur. n.14
Proles.
Proles animos maritorum ſociat. c.34.ſ.6.n.11
Propheta.
Prophetis non erat in omnibus ſpiritus prophetiæ. c.37.ſ.2.num.3
Propheta propriè repræſentationem & intelligentiam futurorum habet. c.41.ſ.3.n.11
Prudentia.
Prudentia non ſuccumbit aduerſæ fortunæ. c.39. ſ.1.n.2
Prudentia quod dictat, faciendum. c.35.ſ.1.n.3
Pudor.
Pudor peccati dimidium malum. cap.33. ſect.9. num.15
Pudor ſcelerum valdè ſalutaris. c.37.ſ.6.n.3
Pudore ſemel exuto nullus deinde terminus impudentiæ. c.39.ſ.3.n.9
Pudor fulcimentum caſtitatis. ſ.6.n.14
Pudor ſtænum peccati. c.37.ſ.1.n.17
Pudicitia.
Pudicitiæ inutiles, imò & aduerſæ forma ætáſque. c.34.ſ.4.n.14
Puritas.
Puritas vitæ, vti puritas oculi. ſ.7.n.16
Puer. Puella.
Puerorum, & iuuenum pia inſtitutio. cap.33.ſ.11. num.4
Puellas tuetur, & celebrat amor ſecreti. cap.32. ſect.13.n.15
Puella diſplicet, quæ publicum quærit. ibid.
Puella in publico periclitatur. c.34.ſ.1.n.1
Puellæ mirus amor martyrij. c.35.ſ.13.n.5
à Pueris rubro filo arcetur faſcinus. c.38.ſ.vnica. num.19
Pueri ſtulti qui ab hæreticis decipiuntur. c.35. ſ.4 n.14
Puella in ſecreto abdita & ſecura. c.34.ſ.1.n.5
Puella incauta periclitatur. n.12
Puellæ ament ſecretum. n.13
Puellaris videndi curioſitas. ſ.2.n.1
Puellæ facilis perditu pudicitia. n.4
Puellam leuem & curioſam cadere Deus permittit. c.34.ſ.4.n.14
Puellæ infirmitas. ſ.3.n.4
Puellæ verbis amatoriis, & promiſſionibus capiuntur. ſ.4.n.15
Puellæ promiſſis facilè vinci ac ſeduci ſolent. ibidem.
Puella crucem Domini amplexata continet ſe. ſ.5.nom.23
Puellæ promiſſis expugnantur. ſ.6.n.10
Puellæ ob ſolam formam nuptæ. n.16
Pueri ad pietatem inſtruantur. c.35.ſ.3.n.9
Puella per inuocationem B.Mariæ illudit diabolum. ibid.
Pulchritudo. Pulcher.
Pulchritudo inconſtans bonum, elegans animæ amictus. c.39.ſ.2.n.1
Pulchritudo damnari non debet. n.2
Pulchritudo admirabilis in Chriſto, & in Virgine matre. ibid.
Pulchritudo corporis ornanda virtutibus, non fœdanda vitiis. n.4
Pulchritudo breuis & caduca. ibid.
Pulchritudo periculoſa. ibid.
Pulchritudo virga, & funis. n.5
Pulchritudo infelix noſtra ætate. cap.39. ſect.2. num.5
Pulchritudo felix, quæ nulli nocet. ibid.
Pulchelli famuli domum non recipiendi. n.8
Pulchra & luxurioſa nihil fœdius. n.9
Pulchritudo vitiorum illectrix. cap.34. ſect.9. num.9
Pulchritudo fœminis ſola in pretio habetur. ſ.2. num.5
Pulchris in publico fœminis certum periculum. num.9
Pulchrarum cuſtodia nulla eſt nimia. ſect.3. num.1
Pulchra hoſtis animæ. n.3
Pulchritudo animam inefcat. n.8
Pulchritudo animæ vera. n.9
Pulchritudinis, & ornatus vanum ſtudium. ibid.
Pulchritudinis vana oſtentatio. ſ.2.n.2
Pulchritudo à Deo bonum vitiis fœdari non debet. c.34.ſ.6.n.17
ob Pulchritudinem laudandus artifex Deus. ibid.
erga Pulchritudinem fœminæ inſanus ardor viri. ibidem.
Pulchritudo in vtroque ſexu periculoſa. cap.47. ſect.1.n.3
Pulchritudo ab antiquis & laudatur, & improbatur. ibid.
Pulchritudo ſua viro periculoſa. Ibid.
Pulchritudo, vbi deeſt ars, non culpatur. cap.41. ſect.1.num.4
Pulchritudo ſi adeſt ars, culpatur. ibid.
Pulcher & ſtultus tamen, aſinus auro plenus. c.47.ſ.1.n.2
Punitio.
Punitio criminum debita & iuſta. cap.41. ſect.1. num.10
Puniri à vero patre ſignum veri filij. c.33. ſ.11. num.8
Pupilli.
Pupilli, & paruuli propinquum habent, ac tutorem Deum. c.37.ſ.2.n.11
Pupillorum ſubſtantiam occupans peſtem ſibi acceſſit. ibid.
Purgatorius ignis.
Purgatorij pœnæ piis nunc operibus diluendæ. cap.35.ſ.10.n.8.
Purgatorij animæ piis operibus iuuandæ. ibid.
Purgatorij animæ recreantur ſacrificio Miſſæ. num.9
Putiphar.
Putiphar fuit duplex. cap.39. ſect.1. num.2. & c.41.ſ.6.n.12
Pyra.
Pyra extruitur ad libidinem & colloquiis & aſpectibus. c.34.ſ.1.n.7

Q.

Quies.

QVies animæ præferenda negotiis. cap.32. ſ.7.num.11

Quietem quærens in terra maledicitur à Deo. c.33.ſ.9.n.14

R.

Rabbini.

RAbbinorum ſtolida commenta. cap.40.ſ.1. num.4
Rabbinorum inepta, & ridicula interpretatio. c.49.ſ.12.n.1
Rabbinicis malè quidam Catholici adhærent. ibidem.

Rachel.

vbi Rachelis ſepulchrum. c.35.ſ.10.n.1
Rachelis mors. num.2
Rachel ignoranter alienum petit filium. n.14
Rachelis mortem dolet, lugétque Iacob. ſ.12.n.2
Rachelis pulchritudo oculorum extincta. ibid.
Rachel cur in via ſepelitur. num.4

Raptus.

Raptus & ſtuprum à Deo grauiſſimè puniuntur. c.34.ſ.4.n.11
Raptus Sabinarum per Romanos. ſ.6.n.11

Rebecca.

de Rebeccæ morte quid habendum. c.35.ſ.6.n.8

Recordatio.

Recordatio iugis Dei. c.31.ſ.13.n.3

Redemptio.

Redemptio cur tam copioſa vltra debitum. c.35. ſ.9.num.14
Redemptionis beneficium ſibi quiſque exhibitum celebret. c.50.ſ.3.n.9

Religio. Religioſus.

Religioſorum felix ſtatus. c.32.ſ.7.n.7
Religioſorum quieta mors. ibid.
Religioſus procul à laicis ſecedat. ſ.13.n.12
Religioſo perniecioſa cum laicis familiaritas. ibidem.
Religioſus vileſcit crebrò inter laicos verſatus. ibid.
Religioſi magna laus ex paupertate. cap.33. ſ.3. num.12
Religioſi lætus & felix obitus. n.15
Religioſorum euangelica perfectio. ſ.4.n.10. & ſ.10.num.11
in Religionibus ambiri honores pudor eſt. ſect.6. num.21
inter Religioſos viros & fœminas vitanda conſuetudo. ſ.11.n.3
Religioſus diuagando vileſcit. c.34.ſ.5.n.2
Religioſis meritò exhibetur reuerentia. ibid.
Religioſus habitu, non moribus. ibid.
Religioſus non eſt qui & ambitioſus. n.3
Religioſus præiens primò exemplum, dein doctrinam præbeat. ſ.8.n.14
extra Religionis ianuam omnia mundi relinquenda. c.35.ſ.4.n.2
Religionem ingrediens ſe maximè quiſque relinquat. ibid.
Religio quænam perfectiſſima. ſ.8.n.13
Religionis perfectio ex fine ac mediis deſumitur. ibidem.
Religioſorum vita perfectior, quàm anachoretarum. n.14
ordo perfectionis inter Religiones. ibid.
Religioſorum felicitas. ſ.11.n.5
Religioſorum preces morientem à dæmonibus liberant. ibid.
Religioſi ſancta vita, & mors ſecura. n.6
Religioſo ſalutaris mortificatio. ibid.
Religioſus in vita moritur, in morte viuit. ibid.
Religioſis ſemper inſtandum mortificationi. ſ.14. num.4
Religioſum ambire honores pudor eſt. cap.37. ſect.3.num.9
in Religione viuat quiſque priuatus. ſ.5.n.8
Religionem totam ex vnius lapſu infamant laici. num.9
Religioſus cæteris ad cœlum præit exemplo. c.49.ſ.16.n.3
Religioſus lacrymis, & precibus pugnat. ibid.
Religioſorum beata conditio. cap.49. ſect.13. num.5
Religioſi è portu proſpectant maria & naufragia. n.6
Religio animæ requies. ſ.14.n.11

Rex.

Regum palatia diuinis indigna. c.32.ſ.1.n.1
Regis infirma dignitas. ſ.4.n.8
Regis filius obeliſco alligatur. ſ.12.n.6
Rex populi vorator. c.33.ſ.3.n.8
Regia virtus iniurias remittere. ſ.2.n.8
Regis nimia cupiditas & faſtus grauat ſubditos. c.33.ſ.6.n.3
Rex & ſubditi mutuo indigent, iuuántque. n.6
Rex ſine plebe non eſt. ibid.
Regis Luſitani ſtemma Pelicanus. ſ.11.n.9
Regis munus cohibere, puniréque delicta. cap.34. ſ.5.n.12
Rex virtutem in ſe, atque in ſubditis curet. ibid.
in Rege duplex timor. ibid.
Regis iuſta ſeueritas in delinquentes. ibid.
Reges increpari non ferunt. n.15
cum Rege aut non agendum, aut cautè. ibid.
Rex ignauus in caſtigandis delinquentibus. ſ.6. num.8
Regis ſocordia perit regnum. ibid.
Regis admiranda magnificentia. n.9
Reges ſunt timendi. ſ.8.n.11
Regis Luſitani dictum egregium. ibid.
Regis verbo ſeuero perculſus quidam decumbit. ibidem.
Regis exemplo ducitur populus. n.12
Regis exemplum cogit in vtramque partem. num.13
Regis nomine indignus qui ſubditos ad malum impellit. c.[illegible].5
Regiis theſauris præſidere glorioſum & [illegible]ſum eſt. c.40.ſ.1.n.4
Regiis redditibus implicari periculoſum eſt ibid.
verè Rex, qui concupiſcentiam reſrænat. cap.39. ſ.2.num.13
Regiæ pecuniæ miniſtri proprios moderentur ſumptus. c.40.ſ.1.n.5
à Regum gratia deiectos ſepelit obliuio. n.13
Reges malunt audire falſa, quàm vera. cap.41.ſ.3. num.2
Regi vera loqui generoſi & excelſi animi eſt. ibidem.
Regi veritas iniucunda. ibid.
Rex indignatur contra verum nunciantes. ibid.
Regibus per ſomnia Deus loquitur. ibid.
Reges de cœlo, ac de Deo non curant. ibid.
Regis felix curia, in qua omnes danti bonum conſilium adſtipulantur. ſ.4.n.5
Rex omnibus ſit exemplo. num.18
Regum maieſtas ſubditis moleſta. ſ.6.n.8
ad Regem aditus carò ſtat. n.9
Regum miniſtri timorem Dei præ oculis habeant. cap.42.ſ.1.n.1
impotentes & crudeles. cap.43.ſ.1.n.15

Regum miniſtri Deum non curant, ſuos Reges pro Diis habent. ibid.
Regem Deo præferens grauiſſimè punitur. ibid.
Regem Deo præferens infidelis & perniciosus Regi. n.2
bonus Rex ſolicitè curat fidelis ſerui commoda. c.45.ſ.2.n 11
Rex Luſitaniæ beneficus, ſubditi prompti & ſtrenui. n.10
Rex auarus, aut negligens ſeruis furandi, aut oſcitandi occaſionem præbet. n.11
Regi nihil tam proprium, quàm vt ſubditos ſuſtentet. c.41.ſ.7.n.21
Reges aurea ætate vt patres populum ſuſtentabant. ibid.
cum Rege, ac miniſtris agere bellum eſt. cap.43. ſect.1.n.11
Regum miniſtri ſuæ ſaginæ intenti cæteris ſurdi & immites. n.12
Rex non eſt, qui non alit ſubditos. c 41. ſ.7.n.21
Reges neceſſitati, non ſuperbiæ accommodent tributa. n.22
Reges vnguibus feriunt, & diſcerpunt ſubditos. num.23
Rex per ſe obeat regnum. ſ.7.n.8
ſub Rege primo felix ſanctúſque Luſitaniæ ſtatus. ibid.
decem Reges contra imperium Romanum inſurgentes illud diuiſerunt. c.48.ſ.2.n.19
Regis perſecutio formidabilis. c.49.ſ.6.n.2
Regis venatio. ibid.
qui Regem offendit, regnum cõtra ſe armat. ibid.
Regis optimi ingenium. n.4
Regis ornamenta clementia & beneficentia. ibid.
Rex fortis fortes efficit ſubditos. ſ.7.n.2
Rex ſuos ad ſuum ingenium ſubditos informat. num.1
Rex erga ſuos affabilis, contra hoſtes terribilis. num.2
Regum & regnorum inconſtantia. ſ.22.n.5
Regibus quæ optima danda ſalutatio. cap.47.ſ.1. num.11
cum Regibus blandè ac modeſtè agendum. n.19
Regis miniſter ſummè fidelis, parcus, purus, integer. ſ.2.n.1
Regalium miniſtrorum opes repentinæ. n.4
Regis multa pecunia vel neglecta, vel ſubrepta. ibidem.
Reges diligenter agant de peculato miniſtrorum. ibid.
Regij miniſtri de alieno liberales eſſe non poſſunt. n.5
dignum Rege opus ſuſtentare & honorare diſciplinarum magiſtros. n.10
Regi etiam à ſanctis viris reuerentia debetur. c.47.ſ.1.n.19
Rex hominum paſtor. c.49.ſ.10.n.18
Regis clementia plus efficit, quàm ſeueritas. ibid.
Reges Chriſtiani coronant Eccleſiam. cap.50.ſ.5. num.20
Regis ornamentum veracitas. ibid.
Rex eſt qui corpus ſuum domat, cohibet, regítque. c.35.ſ.8.n.27
Reges vaſa fictilia. c.43.ſ.1.n.10
Regis beneficentia in famulum benè meritum. c.45.ſ.2.n 10
Regia maieſtas Dei obſequio ſubditur. cap.49. ſ.4 num 16

Regnum Regnare Imperium.

Regnum Chriſti glorioſum ex ſanctis, & Regibus. c 45.ſ.2.n.5
Regni dignitas caduca. c.32.ſ.7.n.20
Regna ſimilia aquis. ibid.
Regnum tenet æquitas, diſſoluit iniquitas. c.33. ſect.6.num.2
Regno plus nocent lacrymæ miſerorum, quàm hoſtium arma. n.3
Regnum felix, vbi Rex pater eſt. ſ.11.n 9
Regnorum felicitatem vitia peſſundant. cap.34. ſ.4.num.3
Regni exitium ob malum principem. ſ.8.n.8
Regno imminet exitium, vbi honorantur Iudæi hoſtes Chriſti. c.35.ſ.2.n.5
Regnum prius in poſteris Eſau, quàm Iacob. c.36. ſ.1.num.9
Regna pondere diuinæ vindictæ obteruntur. n.10
Regni etiam nomen diſplicet Deo. n.11
Regnum primum Deus iratus in pœnam inſtituit. ibid.
Regnum apud Deum habetur viliſſimum. ibid.
Regnum felix, vbi ſunt boni conſiliarij. cap.40. ſ.4.num.5
qui Regunt, imperántque humilientur ac timeant. n.9
Regna vaſa fictilia ſemel confracta nunquam redintegrantur. c.43.ſ.1.n.10
felix Regnum, in quo prudentes miniſtri Regum. c.41.ſ.7.n.25
felix Regni ſtatus, in quo ſenes conſulunt, iuuenes exequuntur. ibid.
decem Regna, in quæ diuiſum Romanorum imperium. c.48.ſ.2.n.20
quatuor mundi Imperia quatuor beſtiis ſignificata. n.18
vniuerſale terræ Imperium Catholicis à Deo tribuendum. n.22
Regnum quodnam ſit pulchrum, felixque. c.49. ſ.6.num.4
Regnum malum tritura. ibid.
Regnis Iudæorum & Romanorum extinctis Chriſti Eccleſiæ floret imperium. cap.49. ſ.12. num.18
Regnorum euerſiones propter iniurias factas Eccleſiæ. c.47.ſ.2.n.10
Regnat iuſtus, quem impius oppreſſit, hic verò iacet proſtratus. c.50.ſ.3.n.15
Regni ſecuritas in populo forti. c.42.ſ.1.n.15
qui Imperat ſeueritatem cum lenitate coniungat. c.50.ſ.3.n.27

Rector. Regere. Regimen.

quomodo Regendi mali ſubditi. cap.32. ſect.2. num.10
Regimen periculoſum. ſ.6.n.13
Regendi modus optimus. c.33.ſ.6.n.4
Rector hominum bonus definitur. cap.37.ſect.1. num.12
Regendæ Reip. eligatur iuſtus, & induſtrius vir. c.41.ſ.4.n.3
Regendi ſimul & patiendi onus. n.8
Regentis humanitas promptos faciléſque facit ſubditos. ſ.5.n.5
Regentis ſeueritas ſimul & lenitas. n.7
qui Regit, ſit patiens & fortis. cap.50. ſect.3. num.17.
qui Regit, prius probari velit quod iubet. cap.49. ſ.5.num.10
nec Regit, nec docet benè qui humilis non eſt. num.11
præeſſe aliis non poteſt, qui non didicit obedire. ibidem.
malè alios Reget, qui ſuam familiam non benè regit. c.49.ſ.2.n.25

caueat

caueat ſibi qui Regit à ſubditis, vt ab hoſtibus. ſect.15.n.16
in Regendo potior eſt Dei gratia, quàm humana vis. c.49.ſ.14.n.4
Regentium impatientia carpitur. c.50.ſ.3.n.30
Rectori cauendum quod ipſe in aliis punit peccatum. c.49.ſ.4.num.18

Reliquia

in Reliquiis, & ſepulchris ſanctorum multa hominibus bona. c.49 ſ.16.n 8
à Reliquiis ſanctorum dæmones, & vitia fugantur. ibid.
Reliquiarum ſanctarum veneratio commendatur. c.50.ſ.2.n.10
Reliquias ſanctas ſemper in omni ætate Dei Eccleſia venerata eſt. ibid.
de Reliquiis ſanctorum venerandis egregium S. Ambroſij teſtimonium. n.11
Reliquiæ ſanctorum ſemina æternitatis. ibid.
Reliquias ſanctorum Deus cuſtodit, vultque à nobis honorari. ibid.
Reliquiarum veneratio miraculis comprobatur. ibidem.
in Reliquiis ſanctis magnum habemus patrocinium. n.12
propter Reliquias ſanctorum multa bona à Deo ſperari poſſunt, & donari ſolent. ibid.
Reliquiæ ſanctorum virent, florent, olent. ibid.
Reliquiæ pretioſæ ſanctorum. c.49.ſ.16.n.7
Reliquiarum in templo S.Rochi Oliſipone.c.50. ſ.2.num.15

Reprehenſio.

Reprehenſio opportuna prodeſt. c.35.ſ.13.n.8
Reprehendendus ſecretò proximus. cap.37. ſ.1. num.16
improbæ vitæ correctionem ſequitur diuinæ iræ ſuſpenſio. c.49.ſ.4.n.34

Reprobatio.

Reprobatio eſt diuinæ iuſtitiæ. c.40.ſ.2.n.5

Reprobus.

Reprobus non perſeuerat in religione. cap.35. ſ.11.num.5

Reſurrectio.

Reſurrectio Chriſti. c.33.ſ.1.n.3.& c.32.ſ.14.n.5. & c.41. ſ.2.n.22
typus Reſurrectionis dominicæ. c.45 ſ.2.n.16
Reſurrectio Domini maximum fidei ſacramentum. num.17
Reſurrectionis ſpes ſolatur, & roborat. cap.49. ſ.1.num.23
Reſurrectionis fides, nota Chriſtiani hominis. c.49.ſ.20 n.16
Reſurrectionis ſpes ſolatium Chriſtianorum. num.17
Reſurrectio multorum particularis effectus poſt Chriſtum effectus Eucharistiæ. c.50. ſ.2.n.19. & 20
Reſurrectio Chriſti aſtruitur. c.49.ſ.7.n.11
Reſurrexiſſe Chriſtum teſtantur milites cuſtodes ſepulchri. ibid.

Reſpublica.

Reſp. felix, quam ſtrenui & prudentes regunt. c.47.ſ.1.n.10

Reuelatio.

Reuelatio Dei fit Interdum per ſomnium.cap.41. ſ.3.n.11

Riſus.

Riſus & leuis cogitatio damnatur. c.35.ſ.2.n.10

Roma. Romani.

Roma, Romanúmque imperium Chriſto ſubijcitur. c.32.ſ.14.n.5
Romanæ virginis mira modeſtia. c.34 ſ.1 n.5
Romanum imperium euerſum ob theatra & comœdias. n.7
Romæ Imperatores infames. ſ.4.n 5
Romani imperij euerſio propter flagitia. 9.n.4
Romani ob tyrannidem capiuntur. c.35.[illegible].n.1
Romanorum felicitas à Deo, non ab idolis.ſect.4. num.10
Romanorum infames Dij. n.[illegible]
mira difficultas Romanis recipiendi fidem Chriſti. c.49.[illegible].n.[illegible]3
Romanum imperium ſingularis beſtia. cap.48. ſ.2.num.18
Romanum imperium in ſummo poſitum, inde tandem corruit. [illegible].49 ſ.[illegible].n. 5
Romani à barbaria vita melioribus demum [illegible]ſi. c.4[illegible] 2 0.[illegible]7

Ruben.

Ruben ſui inceſtus egit pœnitentiam. cap.37.ſ.6. num. 1
Ruben lamentatio pro Ioſeph. ſ 8.n.1

Ruth.

Ruth apud Deum valuit multum. cap.49. ſ. 5 num.2

S.

Sacerdos. Sacerdotium.

Sacerdotes dicuntur ſenes, & ſeniores. cap.49. ſ.4.num.28
Sacerdos in Miſſa totus & pius, & pietatis conciliator. n.30
Sacerdotes ſeniores coronati. ibid.
Sacerdotes celebrantes ſunt Reges coronati. num.31
Sacerdotis egregia victoria de barbaris. n.33
Sacerdotis fortitudo in ſanctitate. ibid.
Sacerdotum cœtus verè exercitus. n.34
Sacerdotem exornat miſericordia in pauperes. c.49.ſ.4.n.20
Sacerdos diſcat ab ipſa Euchariſtia, quam tractat, miſericordiam in pauperes. ibid.
Sacerdotibus indigniſſima auaritia. n.12
Sacerdos in Dei cultu ab omni alia cura ſit alienus. n.[illegible]0
Sacerdos immundus templum & altare polluit. num.21
Sacerdos in lege Moyſis dum miniſtraret, à coniugio, domóque abſtinebat. ibid.
Sacerdotium cum voto caſtitatis in lege gratiæ. ibidem.
Sacerdotes pulchrè dicuntur Reges. n.17
Sacerdotes Regibus præſtantiores. ibid.
quantam in Sacerdote mentis & corporis puritatem exigat Euchariſtia. n.23
in Sacerdote requiritur perfecta omnium paſſionum mortificatio. n 24
Sacerdotem [illegible]uum vult Deus à populo honorari. c.49.ſ 4.n 2
cum Sacerdote nemo in Rep. conferendus. ibid.
Sacerdotis vnius vix inſtar eſt vniuerſus populus. ibid.
cum Sacerdote princeps non co[illegible]fer[illegible]. ibid.
Sacerdotis regia dignitas. n.3
Sacerdos diuina tractet, [illegible] ver[illegible] po[illegible]lus ferat, & metat. ibid.
Sacerdoti potior eſt ornatus in moribus, quàm in veſtibus. ibid.
Sacerdoti ſicut Regi populus tr[illegible]ta ſoluit. ibidem.

In Sacer

in Sacerdote requiritur integra perfectio. n.4
in Sacerdote requiritur perfecta vitæ ſanctitas. num.5
à Sacerdotibus ſuis admirandam vitæ ſanctitatem Chriſtus exigit. n.4
in Sacerdote requiritur omnimoda puritas. n.5
Sacerdos frons Dei. ibid.
in Sacerdote niſi publicum, nemo fidelis vitium ſuſpicatur. n.6
Sacerdotis vitia tecta ne ſuſpicioni quidem veniunt. n.7
Sacerdos à laicis ſecedat. c.32.ſ.13.n.12
quod ſacerdotes ſint homines,vtile & glorioſum hominibus. c.33.ſ.6.n.11
Sacerdos ea alienis peccatis humilior fit. ibid.
à Sacerdote maior exigitur puritas. cap.34. ſ.5. num.10
Sacerdotis culpa grauiùs punitur. ibid.
Sacerdos & puritas & ſanctitas cùm celebrat. c.35.ſ.1.n.10
Sacerdoti etiam à leuiſſimis neceſſaria purgatio. ibidem.
à Sacerdote perfectiſſimo purgatio exigitur. num.11
Sacerdos vti officio,ſic puritate Chriſtum imitetur. n.13
Sacerdotum priorum admiranda ſanctitas. ibid.
à Sacerdotibus ſuis miram Chriſtus exigit ſanctitatem. n.17
Sacerdos mater Chriſti. n.18
Sacerdos vti officio ſic B.Mariam imitetur. ibid.
in Sacerdote mira exigitur mundities. c.35.ſ.5. num.10
Sacerdotum & principum veſtis ex lino Bengalenſi. c.41.ſ.4.n.16
Sacerdotalis veſtis deſcribitur. n.17
Sacerdotis puritas quanta eſſe debeat. ibid.
Sacerdos ad vigilantiam caſtitatis totus ſit oculus. ibid.
Sacerdos ornari debet virtutibus. n.18
Sacerdos ab omni peccato purus. ibid.
Sacerdos paupertati Domini Iesv multum debet. ſ.6.n.9
grauius tecto Sacerdotis,quam laici,ſcelere Deus irritatur. c.49.ſ.4.n.7
Sacerdos Angelum ſicut dignitate, ſic puritate excellat. ibid.
Sacerdotes mali grauiùs delinquunt,quàm crucifixores Domini. ibid.
in Sacerdote requiritur ſcientia. n.8
Sacerdos imperitus perit,& ſecum alios perdit. ibidem.
in Sacerdote requiritur Theologia ſaltem moralis. ibid.
Sacerdos ſcientia & virtute ſit inſtructus. n.9
Sacerdotis duo oculi ſcientia & virtus. ibid.
Sacerdotalium veſtium mira pulchritudo apud Hebræos. c.49.ſ.4.n.1
Sacerdotis veſtis eminentiam illius in populo ſignificat. n.2
ad Sacerdotium non niſi digniſſimi & eminentiſſimi deberent eligi. n.6
Sacerdotium in indigno ſit ridiculum. ibid.
ad Sacerdotium non potentia generis, ſed excellentia vitæ requiritur. ibid.
Sacerdotalis dignitatis excellentia demonſtratur. num.5
Sacerdotum ſuſtentatio,& immunitas.cap.47.ſ.2. num.6
Sacerdotes Chriſti à Rege & à Rep. alendi. ibid.
Sacerdotes Chriſti minùs honorari à fidelibus, quàm ſacrificulos ab idololatris,pudor eſt. numero 7
in ſuis Sacerdotibus Deus & honoratur,& offenditur à laicis. ibid.
Sacerdotum Chriſti encomia. ibid.
Sacerdos malus eſt peſtis. c.49.ſ.2.n.21
Sacerdotes & laici vindemiant, cùm communicant. c.46.ſ.vnica.n.8
Sacerdotes cenſentur Angeli. c.41.ſ.7.n.28

Salomon.

Salomon diues ea nimiis tributis. c.33.ſ.6.n.3
Salomonis infelicitas. ſ.11.n.6
Salomon virili ætate regnum ſuſcepit.cap.41.ſ.7. num.4
Salomon annis immaturus ad regnum corruit infeliciter. n.5
Salomon non egit pœnitentiam. ibid.
Salomon fana idolorum extruxit, nec tamen deſtruxit. ibid.

Salus.

Salutis æternæ potiſſima cura. c.32.ſ.7.n.81
Saluti proximi poſtbabenda propria quies.ſect.9. num.7
Salus animæ cunctis præferenda. c.33.ſ.7.n.5
de Salute animæ mira hominum negligentia. ibidem.
Salus æterna finis fidei noſtræ in Eucbariſtia. c.41.ſ.7.n.27

Saluator.

Saluatoris recèns nati ſigna. c.41.ſ.6.n.4
Saluatoris infantis omnipotentia. ibid.
Saluator infans triumphat de inferno. ibid.
Saluatores in infantia forjes Moyſes & Cyrus. ibid.

Samſon.

Samſonem mortalium fortiſſimum vna proſtrauit muliercula. c.39.ſ.6.n.3
in Samſone magna rerum commutatio,c.49.ſ.22. num.3
Samſonem vana gloria proſtrauit. ſ.15.n.12

Sanctus,Sanctitas.

Sanctorum inuocatio multum valet. cap.32. ſ.5. n.14.& n.17
Sanctorum interceſſio valet apud Deum. ibid.
in Sanctis magnum præſidium. ibid.
vnus Sanctus magis præſtat, quàm multi exercitus. num.15
Sanctus regno & orbi totum bonum. n.16
Sancti præſentia ſalutaris. n.17
ex Sancti præſentia eſt ſecuritas. ibid.
quæ Sanctum recipit felia domus. ibid.
cum Sanctis diabolus eſſe non poteſt. ibid.
in Sanctis tutum præſidium. ibid.
Sanctorum inuocatio vtiliſſima. ſ.6.n.9
Sancti plurimum valent apud Deum. ibid.
Sanctis ſe Deus exornat. ibid.
Sanctorum feſta in Dei ornatum. ibid.
Sancti Deo grati,nobis perutiles. ibid.
Sanctorum fortitudo & patientia. ſ.7.n.3
Sanctus alios ad Deum ducit. ſ.13.n.4
Sanctus à malis ſeparatur. n.14
Sanctus ſecreti amans. ibid.
Sancti viri non ex odio, ſed ea zelo caſtigant. c.49.ſ.1.n.7
Sanctus qui & ſeparatus ab impiis. cap.49. ſ.21. num.12
Sanctificatio atque ſeparatio idem omninò eſt. num.13
Sancti viri affectu ſuper terram eleuati. cap.33. ſect.10.num.8
Sancti velut aquilæ ſupra terram. n.9

in Sanctis mira puritas affectuum. n.11
à Sancto hero ſanctus ſeruus. c.43.ſ.1.n.20
Sanctorum preces nobis valent plurimum apud Deum. c.30.ſ.3.n.31
Sanctorum interceſſionis. dogma confirmatur. num.32
Sancti eminentiores dicuntur Reges. cap.35.ſ.8. num.16
Sanctitas in mentis affectu conſiſtit. ſ.9 n.2
Sancti ſunt libri,ab ipſo Deo inſcripti. c.37. ſ.3. num.4

Sanguis.

Sanguine populum irrorari quid ſignificet. c.35. ſ.9.num.13
Sanguis duorum effuſus vindictam popoſcit. c.39.ſ.4.n.5
Sanguinis de latere Chriſti myſterium. cap.49. ſ.12.n.13
Sanguis Chriſti non omnibus quoad effectum ſalutis efficax. n.12
Sanguinis Chriſti vas, & meritorum theſaurus eſt quiſque noſtrum. c.41.ſ.7.n.12

Sapiens. Sapientia.

Sapiens vult ab aliis edoceri. c.49.ſ.5.n.9
Sapiens aliorum quærit iudicia. ibid.
Sapientia in quiete theſauros aperit. ſ.14.n.8
Sapientiæ ſtudium requirit ſeceſſum. ibid.
Sapientiæ ſtudium inſatiabile. n.9
Sapientiam pugillat ruſticus & ſtipes. ibid.
Sapientia Chriſtiana ſalutaris. ibid.
Sapientia doctorum incomparabilis. cap.32.ſ.14. num 21
Sapientia Chriſti fidelium. ibid.
Sapientia in ſcholis Chriſtianorum. ibid.

Saul.

Saulis iniuſtitiæ expiatæ patibulis nepotum. c.49.ſ.21.n.2
Saulis arrogantia & impietas illi, & illius proli nocuit. c.49.ſ.22.n.5

Scandalum.

Scandala publica. c.36.ſ.1.n.19
Scandalum grauius,quàm hypocriſis. ibid.
Scandalum ſchola peccati. ibid.
Scandalum Chriſtianorum peius, quàm malitia Phariſæorum. n.20
Scandalum occaſio ruinæ. c.39 ſ.6.n.7
qui Scandalum præbent,digni ſupplicns. n.8
Scandalum,& malum exemplum peſtis eſt Reip. num.9
Scandalum præbens verberat ægrotum. n.10
Scandalum præbere ſumma crudelitas. ibid.
ne Scandalum detur,etiam à licitis abſtinendum. ibidem.
Scandalo inuicem ſumus. c.34.ſ.3.n.2

Scientia.

Scientia rectè dicitur requies. cap.49. ſect.14. num.10
Scientiarum magiſtri apud ethnicos priuilegiis, & muneribus honorati. c.47.ſ.2.num 11
Scientiæ magnum Reip. ornamentum. ibid.

Scholaſtici.

Scholaſticorum impudentia. c.49.ſ.3.n.20

Scriba.

Scribarum, & notariorum rapacitas, iniuſtitia, crudelitas. c.41.ſ.7.n.23
Scribæ,& notarij regnant tyrannicè. ibid.

Scriptura.

Scriptura ſacra Dei menſa. c.34.ſ.6.7.n.11
in Scriptura nihil, vel minimum ſine myſterio. c.35.ſ.6.n.6
Scriptura ſacra plena myſteriis. ſ.12.n.8
in Scriptura linguæ Hebrææ imperitia multis cauſa errandi. c.49.ſ.9.n.1
Scripta autorum ſunt monumenta defunctorum. c.35.ſ.12.n.11
Scripta in æternitatem proficiunt. Ibid.
Scripta defuncti nomen perpetuò conſeruant. ibidem.

Scutum.

Scutum cuique firmum ſua innocentia, & iuſtitia. c.48.ſ.2.n.26

Secretum.

Secreti loci ſtudium. c.32.ſ.7.n.10

Securitas. Securus.

Securitas in ſecreto, periculum in publico. c.34. ſ.1.n.59
Securitas nulli eſt in mundo. ſ.3.n.1
Securitas ſtulta,grauis tentatio. c 35.ſ.14.n 3
nocet vana Securitas. c.42.ſ.2.n.11
Secura vita priuata. c.49 ſ.13.n.2
Securior vita priuati, quàm in dignitate conſtituti. ſ.5.n.21
Securitas incauta multis perículoſa. cap.33. ſ.7. num.1
Securitas ab hoſtibus animæ nulla eſt. c.49.ſ.16. num.4

Secularis. Seculum.

antiquis Seculis fœcunditas maior ſegetum. c.49.ſ.14.num.6
Secularium vita inquieta,& periculoſa. n.11
à Seculo ad Chriſtum aduolandum. ibid.
Seculares enauigant inter ſcopulos.c.49.ſ.13.n.6

Seleucus.

Seleucus filio remiſit vxorem. c.35.ſ.13.n.6

Senex. Senectus.

Senioribus præſtanda reuerentia. c.33.ſ.4 n.6
Senectutis dignitas & veneratio. ibid.
Senis illuſtre nomen. ibid.
Senem decet,ornátque patientia. ibid.
Senex dolet ſuæ iuuentutis errorea. c.35.ſ.15 n 4
in Senibus facilis mora. ſ.14 n.13
Senex vti pueri ludicra æſtimant. c.37.ſ.2.n.2
Senile vitium laſciuia & immodeſtia in verbis. c.49 ſ.1.n.25
ætati,& Senio deferendus honor. c.49.ſ.1.n.4
ætas, & Senium honorantur ob vitæ maturitatem. n.5
Senectus mentis,non corporis,honoranda. n.6
Senex improbus damnatur à puero ſancto. ibid.
Senectus ad regendum exigitur. c.41.ſ.7.n.2
Senes decrepiti etiam mortis ad ianuam obliti viuunt. c.47.ſ.1.n.14
ætas hominum in dies magis imminuitur. ſect.3. num.4
Senectus iuſti diuinis muneribus, & conſolationibus affluens. ibid.
pia Senectus, orandíque ſtudioſa magnum Dei donum. c.47.ſ.3.n.23
Senex & quilibet morti vicinus de aſcenſu in cœlum agat. ibid.
qualis eſſe debeat fidelium Senectus. ibid.
Senectus ſcatens vitiis. n.24
Senex vocatus primò mortalium Abraham. ibid.
Senectus virtutis,& honoris nomen. ibid.
peſtis Reip. Senex vitioſus. ibid.
Senes ſanctam agant vitam. c.49 ſ.4.n.28
vbi Senectus incipit, tempeſtas ingruit miſeriarum. c.47.ſ.1.n.5
Senex inuerecundè loquens ſcandalo eſt iunioribus. c.49.ſ.1.n.25
Senectus veneranda, pueritia verecunda. cap.43. ſect.2.num.13

Seniorum mors placida. c.49.ſect.23.n.6

Sepelire. Sepulchrum.

Sepeliendi mortuos diuinum planè munus. c.35. ſect.6.num.10
ex Sepulchris defunctorum egregia documenta. ſect.12.num.3
in Sepulchro magnifico viuit defuncti memoria. num.10
Sepulchra cellæ promæ. c.49.ſ.20.n.27
in ſepulchris ſeruatur caro ſalita ad conuiuium immortalitatis. ibid.
in Sepulchro mollius dormit, qui duriùs vixit. c.49.ſ.23.n.3
Sepulchri ſplendidi ſtudium inane. ibid.
ſanior cura vitæ & mortis, quàm Sepulchri. ibid.
Sepeliri Patriarchas in Hebron facit ſpem Hebræis illuc ex Ægypto tranſmigrandi. cap.47. ſect.3.n.7
Sepulchra patrum in Hebron Hebræos ab Ægypto auellunt. ibid.
Sepulchra mortuorum inuiſere prodeſt viuis. c.49.ſ.23.num.4
Sepeliendi ritus apud Chriſtianos. c.50.ſ.1.n.7
diſpar exitus, diſpar Sepultura Lazari, & diuitis. ſect.2.num.7
Sepulchri vana conſtructio, ſplendida ad putredinem & fœtorem. n.9
qui de Sepulchro agens non curat animam, demens eſt. c.49.ſ.23.n.4

Seruus. Seruitus.

Serui vacent interdum à labore. c.33.ſ.6.n.1
Seruorum Dei felicitas eſt ſeruire, non imperare. c.36.ſ.1.n.11
Serui liberiores dominis præ virtute. cap.37.ſ.8. n.13.& c.39.ſ.1.n.5
Serui à Deo in cœlum euecti. ibid.
Seruitus iuſti beatior, quàm mali dominatus. ibid.
Serui diuinitus gratioſi dominis. n.4
Serui ad gubernandum interdum habiliores, quàm domini. n.5
ob Serui merita benedicit Deus toti familiæ. n.6
ob Serui vnius merita totam Deus beat familiam. n.10
Serui aut fures, aut queruli. n.11
ex Serui fidelitate felix herus. n.12
Seruo cibus, opus, & caſtigatio non deſit. ibid.
Seruus conditione, generoſus animo. c.41.ſ.4.n.2
Seruitus grauior ſerui empti à vili domino. n.7
Seruus Dei fidelis nihil boni arrogat ſibi. ſect.3. num.4
Seruus Dei de ipſius auxilio certus & ſecurus. ſect.2.num.4
Serui curemus, vt Deus Dominus ab omnibus honoretur. ſ.3.num.9
Seruus ab hero ſanctè inſtitutus. c.45.ſ.1.n.20
Seruo laboranti neceſſarius præſtò ſit victus. n.21
Seruis ſeruire ſumma infelicitas. c.45.ſ.4.n.9
Seruo flagellato non deinde exprobrandum. c.50.ſ.3.n.30
Seruitus malum grauiſſimum. c.35.ſ.1.n.1
Seruiendum Deo quia Deus eſt, nón ſpe præmij. c.49.ſ.1.n.38

Sermo.

Sermo noxius audienti exitialis. cap.35.ſ.11.n.2
Sermo turpis animarum peſtis. ibid.
Sermo turpis demergit animam. ibid.
Sermo prodit quod in affectu mens habet. c.49. ſ.1.n.25
vbi verba ridicula, ibi & mores ridiculi. ibid.
mira Sermonis puritas in viris ſanctis. n.26
in verbo & facto ſeruanda modeſtia. n.26
lingua & vita cohæreant. n.26
Sermo incautus duus vulnerans gladius. c.49.ſ.5. num.5

Seueritas.

Seueritas, amaritudo, fel in iudicio Dei à nobis prouenit. c.50.ſ.3.n.18
Seuerum ſe ſimulat erga iuſtos benignus Deus. ſect.1.num.5

Sichem.

Sichem excidium. c.34.ſ.9.n.20

Silentium.

Silentium hominis negotioſum apud Deum. cap.39. ſect.7.num.16.
Silentio multa curantur. c.38.ſ.vnica.n.13

Sinæ.

Sinarum miræ artes ad curandum otium. cap.35. ſect.3.num.1
apud Sinas vectigal ex crinis fœminarum. ibid.
apud Sinas tenentur pauperes laborando in xenodochiis. ibid.

Simon Antunez.

Simon Antunez Luſitanus in Belgio tribunus. ſect.5.num.9

Societas IESV.

Societatis IESV religio. c.32.ſ.12.n.6
Societas armata nomine IESV. ibid.
Societas Dei ſalutem geſtat. ibid.
Societatis IESV ſublimitas. ibid.
Societas nomine IESV per maria fertur. n.7
Societatis IESV mira per orbem propagatio. ibid.
Societas IESV nouus ordo. n.8
Societas IESV vnde & quantum aſcendit. ibid.
Societas IESV fulcitur. ibid.
Societatem minimam ad culmina eleuat IESVS. ibidem.
Societas fœcunda diſciplinis. ibid.
Societatis IESV religioſorum profectio in Indiam. ſ.14.n.7
Societatis IESV dignitas quanta ſit. cap.35. ſ.8. numero 15
Societatis IESV ſcholæ pietatis promptuaria, & religionum ſeminaria. c.49.ſ.3.n.19

Spes.

Spes mundi corruunt. c.32.ſ.4.n.8
Spes in deſperatis inhærens Deo. ſ.8.n.10
Spes & fiducia in Deo certa eſt. ibid.
Spes anchora hominum. c.33.ſ.9.n.7
Spes fidelium lac. ibid.
Spes in Deo miſericordem & omnipotentem Deum conteſtatur. n.8
Spes virilem, audacémque facit animam. n.9
Spes immotam tenet animam. ibid.
Spe ſublati in cœlum ſubintramus. n.8
Spes recreat in tribulationibus. cap.37. ſect.5. num.15
Spes & fiducia in Deo locanda. ſ.7.n.5
Spe beatitudinis aduerſa omnia tolerantur alacriter. c.40.ſ.1.n.3
Spes vigilantium ſomnia. n.16
Spes fiduciáque in Deum magnam habet vim. c.45.ſ.14.n.14

Subditus.

Subditis vnde ſuauis & prompta obedientia. c.32.ſ.9.n.7
Subditi malum & bonum refunditur in ſuperiorem. c.33.ſ.6.n.6
Subditi dicuntur filij. ſ.11.n.9
Subditi à maioribus benè tractandi. cap.34. ſ.8. num.9
Subditi pedibus Dei, non hominum ſubiecti. n.10
Subditi ſunt gemmæ in corona ſuperioris. ibid.

Subditi principum apoſtaſiam ſecuti. ſ.9.n.2
Subditi amor & obedientia prælato. cap.37. ſ.1. num.13
Subditus in portu eſt. ſ.5.n.7
Subditus qui poteſt viuere, ne prælatus fiat. num.8
Subditus viuit ſecuriùs, moritur ſanctius. ibid.
Subditorum nobilitas Regem nobilitat. cap.45. ſect.2.num.5
Subditi hoſtes ſui Rectoris. c.49.ſ.15.n.16

Superior.

Superioris exemplum efficax. c.32.ſ.9.n.5
Superioris zelus inflammat. n.6
Superioris in ſubditos grata Deo cura. n.7
Superioris zelus erga ſubditos vtiliſſimus. ibid.
Superioris abſentia ſubditis noxia. n.8
Superioris humanitas erga ſubditos. c.33.ſ.6.n.4
Superior minùs ſeuerus, quàm clemens. ibid.
in Superiore ſit pietas ſimul & pœna. n.5
Superioris exemplum vltro imitantur ſubditi. c.35.ſ.3.n.5
Superioris erga inferiorem humanitas. c.43.ſ.2. num.9
Superior populi cauſam precibus, Dei cauſam gladio agat. c.49.ſ.4.n.19
Superior & miſericors & ſeuerus eſſe debet. num.20

Superbia. Superbus.

Superbia principum. c.32.ſ.3.n.2
Superbia Naaman. n.3
Superbia intoleranda. ſ.4.n.3
Superbia maior, quàm imperium, Auguſti. ibid.
Superbia maior, quam corpus, Goliæ. ibid.
Superborum ruina. ibid.
cum Superbis Deus bellum gerit. n.4
Superbia ornatur fuco humilitatis. ſ.6.n.11
Superbiæ durum medicamen. ſ.8.n.2
Superbia ſtulta. n.8.& c.33. ſ.1.n.7
Superborum confuſio. c.33.ſ.1.n.6
Superbus capite truncatus. n.7
Superbus eſt latro. n.8
Superbia primum vitium. ibid.
Superbia hominis ſumma iniuſtitia. n.12
ex Superbia magnorum ruinæ. c.33.ſ.6.n.12
ex Superbia contemnens errantes errabit. n.13
Superbia concitat iras. c.37.ſ.5.n.2
Superbire pudeat viles homunculos. cap.41. ſ.3. num.10
Superbia verè ſtultitia. c.43.ſ.1.n.17
Superbia fœda & ſtulta humiliatio. ibid.
Superbia ſtultitias effutit. ibid.
Superborum potentia à Deo comprimitur. n.18
Superbia & homicidium Dei vindictam citò ſentiant. c.42.ſ.8.n.4
Superbia etiam in mortuis dominatur. c.49.ſ.23. num.3
Superbos Deus humiliat, & ridiculos oſtendit. c.47.ſ.2.n.3
Superbus ore, ridiculus opere. c.50.ſ.3.n.5
Superbia Euangelio & fidei cõtraria. c.36 ſ.1.n.16
Superbia hæreticorum maximè propria. cap.37. ſect.1.num.6
Superbia impudens ante Deum humiliatum. ibid.
Superbus, ac luxurioſus indiuidui comites. c.34. ſect.6.n.8

Supplicatio.

Supplicationes fidelium exercitus in cœlum depræliantes. c.49.ſ.4.n.34
gratiſſima Deo publica fideliũ Supplicatio. n.35
humiliati, & deprecantes publicè fideles Deo gratum exhibent ſpectaculum. ibid.
proſtratæ in templis animæ Deo ſunt iucundiſſimæ dapes. ibid.

Supplicium.

Supplicium debitum pro Deo & pro lege exercendum. c.33.ſ.11.n.8
Supplicium diuinum malos cohibet. c.34.ſ.6.n.2
Suppliciis noſtris materiã nos ipſi damus. ſ.9.n.5
ratione, & conſilio puniendum, non furore vindictæ. cap.49.ſ.3.n.4
Supplicium dirigitur ad emendationem. n.5
blandum, paternum, ſalutare Deus infert peccatori Supplicium. c.49.ſ.1.n.20
Supplicium multa cum conſideratione inferatur. num.19
vnius Supplicio cæteri corriguntur. c.49.ſ.1.n.7
ſagitta Supplicium, culpa ſcopus. c.50.ſ.3.n.3
Supplicium Sodomiticæ turpitudinis. cap.34.ſ.1. num.3

Sopor.

Sopor peccantium ipſa perditio æterna. cap.33. ſect.7.num.6

Somnium.

Somnij Ioſeph explicatio. c.37.ſ.3.n.13
Somnij Ioſeph ſacramentum in Chriſto completum. ibid.

Stuprum. Stuprator.

Stuprator ſub mortem contremiſcit. c.34.ſ.4.n.11
Stuprator eluſa puella profugit. ibid.
Stuprator cogendus ad coniugium. n.15

Struthio.

Struthionis ad fœtum vtilis durities. cap.34.ſ.8. num.2

Strages.

Strages inaudita ſeculis. c.35.ſ.5.n.3

Sublimitas.

Sublimitas per deſcenſum aſcendit. c.32.ſ.7.n.15

Sybilla.

Sybilla Virginem cum infante oſtendit Cæſari. c.33.ſ.11.n.18

Synagoga.

Synagoga ſinum impietatis. c.35.ſ.2.n.4
Synagoga adultera inſtar Ægyptiæ. c.39.ſ.6.n.29
Synagoga pallio ſcripturæ ſuam tegit cæcitatem. ibidem.
Synagoga primò mortua, deinde mortifera. c.35. ſect.11.num.14
è Synagoga mortua prodit vita. ibid.
Synagogæ feritas. c.34.ſ.6.n.13
Synagogæ perfidia & impudentia. n.14
è Synagoga mortua prodit vita. cap.35. ſect.11. num.14
Synagoga primò mortua, deinde iam mortifera. ibidem.

Status.

Statu diſpares viri, merito pares. c.35.ſ.9.n.2
Status moribus, non ſtatu mores, honorantur. c.41.ſ.1.n.2
Statum quemlibet quatuor maximè perturbant. c.45.ſ.2.n.9

Sumptus.

Sumptus moderanti ſatis eſt quod habet. cap.33. ſect.6.num.3

Suſanna.

Suſanna ſilentio ſe defendit. c.39.ſ.7.n.16

T.

Taciturnitas.

TAciturnitas hoſtis timenda. cap.33. ſect.2. num.4

Templum.

Templum.

Templum primum ab Argonautis extructum. c.35.ſ.1.n.11
Templa in Dei honorem extructa. ibid.
Templum cum puritate adeundum. ſ.2.n.9
Templorum apud Chriſtianos opulentia. n.16
in Templo ſacramenta pœnitentiæ & Euchariſtiæ ſumenda. ſ.4.n.1
in Templo cum Deo ſolo agendum. ſ.5.n.19
in Templo ante oculos Dei cum timore aſſiſtendum. ibid.
Templum Salomonis turris Ader. ſ.13.n.1
Templa fidelium portus. c.49.ſ.13.n.10
Templum Salomonis bis inſtauratum. ſ.9.n.5
Templum Zorobabelis glorioſius, quàm fuerat Salomonis. n.4
Templum Zorobabelis præſentia Meſſiæ fecit glorioſius. ibid.
Templo nulla gloria, nulla felicitas Iudæis ex ingreſſu Alexandri. n.8
Templum Ieroſolymæ inſtaurari cœptum diuinitùs deſtructum. c.49.ſ.9.n.9
Templa Chriſtiana typicè torcularia in Pſalmis. c.46.ſ.vnica.n 7
Templum adeundum, adoranda Euchariſtia, orandúmque pro bono rerum euentu. ibid.
qui Templum non adit ad diuina myſteria, deſertor, & proditor Chriſti eſt. n.8
Templum Salomonis in tribu Beniamin. cap.49. ſ.22.n 6
Templa Dei caſtra. ſ.4.n.35
Templum domus maieſtatis Dei. ſ.6.n.13

Tempus.

Tempore multa curantur. c.37.ſ.4.n.1
Tempore affectus animi mutantur. ibid.
Tempus conſumit odium, & amorem. ibid.
Tempus morborum animi medicus. n.2

Tentatio.

Tentationis procella. c.33.ſ.6.n.14
Tentatio victa rurſus inſurgit. ſ.7.n.3
Tentatio carnis periculoſa. c.34.ſ.2.n.1
Tentatio carnis ſine ſpeciali Dei auxilio non vincitur. ibid.
Tentationibus carnis nemo auſit vltrò ſe tradere. ibid.
Tentatio carnis ſtatim comprimenda. cap.34.ſ.7. num.16
Tentationum carnis mira peruicacia. cap.39 ſ.1. num.4
Tentatio carnis materia triumphorum. n.5
in Tentatione quid prudenter conſiderandum ac prouidendum. ſ.4.n.10
Tentatio Interdum importuna vincit. ſ.5.n.4
Tentatrix importuna ad vim accedit. ſ.6.n.13
à Tentatione proripit ſe prudens. cap.49.ſect.20. num.12
vbi ſumma difficultas, ibi remedium præſentiſſimum. n.7
ſine Tentatione nullum bonum poſſidemus. c.49. ſect.31.num.6
Tentatis perfugium Chriſti vulnera & Virginis vbera. n.7
à Tentatione ad Chriſti vulnera confugiendum. ibidem.
vbi Tentatio, ibi Dei conſolatio. c.49.ſ.6.n.9
ſuos in Tentationibus conſolatur Chriſtus. ibid.

Terra. Terrenus.

Terrena diuinis præferre, ineptia, riſúſque eſt. c.33.ſ.9.n.16
Terræ meliorem partem comedunt infideles. c.36.ſ.1.n.6
in Terra omnia caduca, ſine lucro: in cœlo æterna, cum fructu. c.41.ſ.1.n.8
in Terra nihil diuturnum ac permanens. cap.49. ſect.22.num.1
in Terra optima ſumus peſſimi cultores. cap.43. ſ.1.n.7
Terreſtrium rerum damna maximè nunc dolemus, & iccircò in his punimur. c.47.ſ.3.n.2

Terror.

Terror Panicus. c.34.ſ.5.n.1
Terrore ſubito diſſipati exercitus. ibid.
Terror Dei quid ſit. ibid.
Terror Dei deſcribitur. ibid.

Thamar.

Thamar partus humiliat ſuperbiam Iudæorum. c.38.ſ.vnica.n.1
Thamar non crematur, quia ex illius ſanguine naſciturus Meſſias. n.17

Theatrum.

Theatra mimorum publica damnantur. cap.34. ſect.2.num.6
Theatrum mimorum partus diaboli, offenſio Dei. ibid.
in Theatris animarum naufragia. n.9
Theatrum damnatorum à S. Inquiſitione inter Catholicos celeberrimum. c.49.ſ.1.n.32

Theodoſius.

Theodoſij Imperatoris mira patientia. cap.33.ſ.2. num.4

Thronus.

Thronus Salomonis. c.41.ſ.6.n.8

Timor. Timere.

Timor vanus. c.35.ſ.3.n 1
Timor ex infirmitate. ibid.
Timet peccator vt puer. ibid.
Timor laudabilis. n.2
Timendus Deus à Regibus. ibid.
Timor cum prudentia. n.4
Timore Deus homines inſtruit. ſ.10.n.3
Timor nimius in Iacub. n.10
Timor & rigor in lege Moſaïca. c.47.ſ.1.n.6
Timeat ſibi quiſque ex aliorum ruinis. c.33.ſ.6. num.13
Timore Dei cohibetur concupiſcentia carnis. c.34.ſ.5.n.33
Timoris ſagitta carnem transfigit ac perimit. num.24
Timor filialis animam conſeruat, ſeruátque puram. n.25
Timor ſeruilis minoris laudis. ibid.
Timor Dei etiam pœnarum vtilis & ad gratiam dux. ibid.
Timor puellis valdè neceſſarius. ibid.
ibi Timor, vbi opes. n.36
Timore Dei purgantur peccata. c.35.ſ.10.n.6
Timor infamiæ cohibet à flagitio. c.37 ſ.8.n.2
Timor & pudor continent & ornant hominem. c.39.ſ.3.n.1
Timor inferni cohibet concupiſcentiam. ibid.
Timere debet qui Deum amat. ibid.
Timendum maximè à diabolo poſt victoriā. ibid.
Timor peccatori remedium. n.2
Timor & pudor comites indiuidui. ibid.
Timor inferni extinguit libidinem. ſ.6.n 36
Timor Dei libidinem extinguit. ſ.5.n.13
Timor mutum reddit. c.45.ſ.1.n.8

Tribulatio Tribulari.

in Tribulationibus diuina gratia. c.35.ſ.1.n.4
Tribulatio valdè vtilis. ſ.6 n.4
ex Tribulatione puritas. ibid.
Tribulatio accendit deſiderium Dei. n.12

in Tribulatione clamandum ad Deum. ibid.
Tribulationibus expiantur delicta. ſ.7.n.6
Tribulatio datur ad coronam. n.7
Tribulatio ſalutaris contra ſuperbiam. ſ.8.n.6
Tribulationibus anima probata Deo eſt in deliciis. c.35.ſ.9.n.7
Tribulatio diuini amoris ſignum. n.8
in Tribulationibus Dei fauor. ibid.
Tribulatio ſalutaris homini. ibid.
Tribulatio hominis grata Deo. ibid.
Tribulari vtile hic eſt, vt in æternum gaudeamus. n.9
Tribulatum hominem à Deo derelinqui blaſphemia eſt dicere. n.10
Tribulatio vtilis homini. n.11
Tribulationes permittuntur ad patientiam. c.39. ſ.1.num.1
Tribulatos quaſi è ſalo excipit Dei miſericordia. num.4
Tribulatio ipſa ſignum Dei præſentis. ſ.7.n.20
Tribulatio iuſti exercitatio militaris. cap.41.ſ.2. num.1
Tribulatio certamen virtutis. n.2
Tribulatio ſignum Dei præſentis. n.3
Tribulatione oppreſſi non meminimus Dei præſentiam. ibid.
Tribulatio mentem premit, memoriam adimit. ibidem.
Tribulatis Deum adeſſe certo certius. n.4
in Tribulatione mira hominis conſternatio. ibid.
Tribulatio etiam pro delictis patienti vtilis & glorioſa. n.8
Tribulari ſinit nos Deus vt eleuet & ornet. c.41. ſ.4.n.10
Tribulatio dat vires orationi ad Deum. ſ.5.n.1
Tribulatio Deum ſubuenire compellit. n.2
Tribulatio parit honorem & gloriam. ibid.
Tribulationem patienter tolerans triumphat. ibidem.
Tribulatio cum patientia trophæum aduerſus diabolum. ibid.
in Tribulatione felicior iuſtus, quàm impius in proſperitate. n.3
Tribulatio acuit oculorum ſenſum. cap.42.ſect.1. num.6
Tribulatio pœnitentiam parit. ibid.
Tribulationis fructus pœnitentia. n.10
Tribulatio doctrina optima. n.11
Tribulatio ſalutem animæ parit. ibid.
Tribulatione peccata expiantur. cap.42. ſect.1. num.8
ſalutaris plerunque Tribulatio. n.4
in Tribulationibus gloria ſeminatur. cap.49.ſ.19. num.6
Tribulatio peccatori ſalutaris. c.50.ſ.3.n.25
Tribulationes ſanctorum omnibus fructuoſæ. c.33.ſ.3.n.3
Tribulatio ipſa cum patientia ratio eſt impetrandi auxilij. c.49.ſ.20.n.14
ætate & vexatione meliores efficimur. cap.42.ſ.2. num.20

Tributum.

Tributa principis ad libitum. c.32.ſ.5.n.7
Tributa grauia & plurima tyrannorum. c.33.ſ.6. num.2
Tributa ſuper pauperes incidunt. ibid.
Tributa plena violentiis. c.34.ſ.5.n.14
Tributa ſunt aliquando licita & iuſta. c.49.ſ.14. num.19
Tributa pauperes, non diuites opprimunt. n.18
graue onus agricolarum ex Tributis. ibid.
Tributorum pœna moleſtiſſima. n.19
Tributa ſoluit Chriſtus ad ſolatium pendentium; & documentum exigentium. n.20

Turca.

Turcarum imperij obſcura & vilia primordia. c.48.ſ.2.n.21
Turcarum imperij origo & proceſſio. ibid.
Turcarum furor contra Eccleſiam Chriſti. ibid.
quandiu durabit imperium Turcarum. n.22
Turcarum imperij extrema vaſtitas. ibid.
Turcarum imperium ad Catholicos Chriſti fideles reducendum. ibid.

Turpitudo.

Turpitudinis turpitudo ipſa pœna eſt. c.49.ſ.5. num.1
Turpitudo ſupplicium idololatriæ. ibid.
Turpitudo merces idololatriæ. n.2
Turpitudo & hominem, & terram fœdat. ibid.
Turpitudinis miſerandum ſacrificium. cap.34. ſect.1.num.9
Turpitudo inceſtus exprimi verbis non poteſt. c.49.ſ.1.n.24

Terra.

Terrarum inuentio. c.36.ſ.1.n.7

Tyrannus.

Tyrannorum infelix exitus. c.32.ſ.7.n.5

V.

Vates.

Vates qui & coniectores apud antiquos. c.41. ſect.3.num.3

Venalis.

Venalis ſcientia, & ſententia. cap.32. ſect.5. num.7

Venia.

Venia iniuriæ facilè à Deo, difficile ab homine impetratur. cap.34.ſ.9.n.18
Venia petenti concedenda. n.12
Veniam etiam victis in tormentis Deus concedit. c.35.ſ.8.n.8

Verba.

Verbo humanus, facto beneficus ſibi deuincit animos. c.45.ſ.2.n.8
Verba turpia nimis infamant. cap.39. ſect.6. num.13
Verba turpia indicant effluentem animæ turpitudinem. ibid.
Verborum turpium fœtor execrandus. ibid.
Verba turpia peſtis gratiæ. n.14
Verba turpia ſimul cum actibus turpibus inueniuntur. ibid.
Verba turpia, vti & blaſphemiæ pariter damnantur. ibid.

Verbum diuinum.

Verbum caro factum tollit excuſationem peccandi per carnem. c.39.ſ.3.n.14
Verbi ex Virgine incarnatio prædicitur. c.49.ſ.7. num.7
Deus Verbum animam & corpus etſi per mortem ſeiuncta non dimiſit. ſ.12.n.6
Verbi diuini generatio ex Patre. ſ.21.n.9
Verbi incarnati generatio ex matre. ibid.
quæſtio circa incarnationem Verbi. n.11
Verbum humanitati vires dabat ad patiendum, ſed declarationem parti inferiori denegabat. c.39.ſ.7.n.25

Verecundia.

Verecundia pulchrum omnibus ornamentum. c.38.ſ.3.n.2

Vermes.

Vermes.
Vermes terræ fumus affectu. c.35.ſ.14.n.11
Veritas.
Veritatem ſtultus inquirit,eam tamen odit.c.46. ſ.vnica.n.14
Veſtales.
Veſtalibus commendatur obliuio ſeculi. ſ.4.n.3
Veſtes.
Veſtium ornatus in altaribus,& in ſacerdotibus. ſ.2.n.15
Via.
Via facilis ad Deum. c.32.ſ.13.n.8
Via in cœlum ſpiuis, in infernum conſtrata floribus. c.35.ſ.9.n.11
Vicarius.
Vicarius deſtruens Eccleſiam. c.32.ſ.9.n.9
Vicarij prauum exemplum. ibid.
Vicarij abſente prælato præſentia nihil efficit. c.41.ſ.7.n.11
Victoria. Victor. Vinco.
quod non Vincamur,Dei eſt. c.39.ſ.3.n.8
Victoria hominis de carne à Deo eſt. n.9
quod Vincimus Dei eſt. num.12
Vincimus potiùs fugiendo, quàm colluctando. ibid.
Victoriæ noſtræ tota laus Dei eſt. ibid.
fugiendo Vincimus hoſtem. c.49.ſ.15.n.12
Vincit Eccleſia precibus & eleemoſynis. ſ.4.n.26
Victores incauti à victis interdum opprimuntur. ſ.16.n.4
Iidem vno die Victores & victi. c.49.ſ.22.n.1
Vinci paucos à multis,militem à duce, aliquale ſolatium. c.34.ſ.9.n.5
poſt Victoriam periculoſa ſocordia.c.49.ſ.22.n.4
Videre.
Videre idem quod præliari. c.33.ſ.13.n.2
Videre culpa eſt,non autem videri. c. 39. ſect.2. num.11
Vidua.
Vidua iunior recipiatur à parentibus. c. 38. ſect. vnica.n.9
Vidua iunior difficilè ſe continet. ibid.
Vidua caſta triumphis & coronis nobilitata.ibid.
Viduarum tutor Deus. num.10
Vidualis continentiæ obſeruatio priſcis ſeculis. num.14
Viduæ annis & moribus graues. c.41.ſ.7.n.4
Vigilantia.
Vigilantia patris,& prælati. c.32.ſ.6.n.1
Vigilantia omnibus indicitur. num.2
Vigilantia in tentationibus. ibid.
Vigilantia in prælatis neceſſaria. ibid.
Vigilantia in periculis, ibid.
Vigilantia ſuperioris erga ſubditos. ſ.9.n.2.& 6
Vilitas.
Vilitas propria ſemper recolenda. c.32.ſ.4.n.2
Vilitas propria ſuperbos humiliat. num.4
Villauiſſoſa.
ex Villauiſſoſa quatuor ſimul Academiæ Conimbricenſis profeſſores. c.35.ſ.5.n.9
Villauiſſoſa ſedes Ducum Brigantiæ. ibid.
Vinum.
Vini oblatio in lege Moyſis. ſ.9.n.13
Vini vires magis in Chriſti oculis exprimuntur. c.49.ſ.12.n.16
Vindicta. Vltio
Vindicta hominis inſaturabilis. cap. 33. ſect. 2. num.6
de Vindicta mundi doctrina. ibid.
Vindicta nobilis parcere victis. num.8
ad Vindictam pronus homunculus. nu.10
Vindicta,iræ,furiæ ab orco. num.11
Vindex inimici aduerſatur diuinæ bonitati. ſ. 8. num.2
Vindicta barbara iniuriæ. c.34.ſ.9.n.14
Vindicta egregia de peccatis. c.35.ſ.4.n.7
Vindicantis ſe de peccato audacia. num.9
Vindicta Chriſtiano indigna. c.40.ſ.2.n.15
Vltio non ſumenda de inimicis. c.45.ſ.1.n.9
Vltio certa de homicidio. c.42.ſ.2.n.12
Vlciſci neſcit iuſtus. c.50.ſ.3.n.5
Vlciſci nec iuſti,nec hominis eſt. num.6
qui Vlciſcitur fera eſt non homo. ibid.
Vindictæ cupidum ſummè Deus execratur. c.37. ſ.5.num.12
grandis Vindicta parcere ſubiectis. cap. 42. ſ. 1. num.10
Vir.
Viri celebres aut ſine liberis,aut cum illis infauſti. c.34.ſ.4.n.1
Virgo. Virginitas.
Virgo Deum pariens, ſummum miraculum.c.32. ſ.3.n.13
inter Virginem, & nuptum comparatio. ſect. 4. num.10
Virginitatis encomia. ſ.12.n.13
Virginitas omni ex parte integra commendatur. num.14
Virginitas coniugio ſublimior. ibid.
Virginitas ſuadetur,non iubetur. ibid.
cum Virginitate accedendum ad nuptias.cap.34. ſ.1.n.10
Virginalis ſtatus excellentia. ibid.
Virgo fugiat virorum aſpectus. ſ.8.n.5
Virgo, moribus, quàm coloribus pulchrior. ibid.
Virgo laudabilior non ornata. ibid.
Virginitas typicè nauis. c.35.ſ.2.n.18
Virginitatis mirum ſtudium. ſ.13.n.5
Virginibus commendatur latere ac neſciri.ibid.
Virginum choro cæteri collætantur in cœlo. c. 37.ſ.2.n.15
Virginis conceptus & partus ſignum contradicibile. ſ.5.n.20
Virginis conceptus & partus ſupra rationem & ſine exemplo. ibid.
Virginum violatores iniuſti malè pereunt. c. 49. ſ.3.n.1
Virginitatem inſigniter commendat quòd ſit in matre Dei. c.49.ſ.19.n.9
Virginalis partus Deiparæ aſtruitur. ſect. 7. numero 7
Viriatus.
Viriatus nonniſi dolo cæſus à Romanis. c.34.ſ.7. num.2
Viriatus bello inuictus. ibid.
Virtus.
Virtutis meditator Iacob. c.35.ſ.7.n.9
Virtus laborioſa. ibid.
Virtutis ſumma cura & ſtudium. ibid.
ad Virtutem ſummus labor. num.10
Virtutum fiunt paulatim incrementa. n.11
Virtus princeps,duaque negotiorum. ibid.
ſine Virtute nihil rectè geritur. n.12
ſine Virtute non conſtat architectura. ibid.
Virtus aurea ab infantia. ibid.
Virtus argentea in ſenibus. ibid.
Virtus in ſenio comparata ſyderibus. n.13
ad Virtutem pueri iuuenéſque excitantur. ibid.
Virtus paucorum præſtat, quàm multorum numerus. ſ.8.n.5
Virtus non creſcit cum multitudine. n.6

Virtutis propria conditio ſemper in maius accreſcere. num.10
Virtuti temporali cur æternum præmium redditur. ibid.
Virtus Dei gratia informata ſemen habet æternitatis. num.11
Virtus per orationem accreſcit. ibid.
Virtus ipſa homini præmium. c.32.ſ.2.n.11
Virtus vnde difficilis. ſ.3.n.1
Virtuti terminus nullus. ibid.
ex Virtutis actione lucrum. ibid.
Virtutis ſimulator. num.11
Virtutis opera occultanda. c.32.ſ.9.n.3
Virtus eminet in aduerſis. ſ.7.n.3.& n.5.& c.39. ſ.4.n.9
Virtus ſua ſe prodit luce. ſ.9.n.3
Virtus ipſa ſui præconium. ibid.
Virtus ſpectanda potiùs, quàm ætas. c.33. ſect. 4. num.7
Virtutes per Chriſtum ſuanes. ſ.7.n.8
Virtutes Chriſto nuptæ exuberarunt. n.9
Virtus prima & ſumma, eſſe à mundo alienum. ſ.9.n.12
Virtus nunc rara, latiùs inundant vitia. ſ.10.n.4
Virtus amat ſecretum. n.7
Virtus in ſecreto naſcitur & conſeruatur. ibid.
Virtus etſi non amori, admirationi tamen eſt omnibus. c.34.ſ.8.n.3
Virtus omnem ornat ætatem. c.37.ſ.1.n.3
Virtuti nulla ætas inepta. num.4
ex Virtute paucorum maior gloria, quàm dedecus ex multorum lapſu. c.39.ſ.3.n.4
Virtus non eſt quæ non depugnet, impugnetur, & exerceatur. ſ.5.n.1
Virtus exercita eminet. ſ.5.n.11
Virtutes non celebrarentur, niſi impugnarentur. ibid.
Virtus rara, ideóque pretioſa. ſ.6.n.5
Virtus ſtat in acie. ſ.7.n.9
Virtus odit deſidiam & quietem. ibid.
Virtus exigit vegetum ſenem, & iuuenem maturum. ibid.
Virtutem mundus irridet. num.10
Virtus cibus cœleſtis. ibid.
Virtutem perſequamur fugientem. n.11
inter Virtutem & vitium pugna. ibid.
pro Virtute contra vitium pugnat iuſtus. ibid.
Virtutem diabolus tentat naſcentem opprimere. num.12
Virtuti & virtutis amatoribus indictum bellum. num.13
Virtus in mundo habetur odio & ludibrio. ibid.
Virtus in tribulatione clarior. num.17
Virtus eadem ſemper ſplendeſcit. num.14
Virtutem locus nec minuit, nec obſcurat. cap.40. ſect.1.n.1
Virtutis exemplum potentiſſimum. ibid.
tres Virtutes in homine erga Deum hoſpitem. c.41.ſ.1.n.3
in Virtutibus creſcere quotidie proprium iuſtis. c.35.ſ.7.n.2
Virtutibus animæ conditur corpus ne malè oleat. c.50.ſ.3.n.37
Virtus per opera ſe prodens triumphat de diabolo. num.13
ad Virtutis opera vnanimis debet eſſe omnium conſenſio. c.49.ſ.1.n.6
magna Virtus & felicitas hominis in honore non inuideri, nec odio haberi. cap. 45. ſect. 2. num.7
Virtus etiam abdita non poteſt latere. cap. 37. ſect.2.n.13
Virtus nullibi effugit inuidiam. ibid.
Virtus in aduerſis faciliùs conſeruatur, quàm in proſperis. ſ.6.n.12
Virtus etiam in ſeruis mira potentia. cap.39.ſ. 1. num.5
Virtus priorum iuſtorum longæuitate vitæ commendatur. c.49.ſ.23.n.8
Virtutes ſanctorum imitandæ. c.50.ſ.1.n.2
vnius Virtus totam nationem nobilitat, vitium infamat. c.49.ſ.15.n.19
Virtus magna vtilitati proximorum propria commoda poſthabere. ſ.16.n.2
ad Virtutem ſummus labor. c.35.ſ.7.n.10
in Virtute inſtandum vſque ad coronam. n.14

Viſitator. Viſitare.

Viſitet ſuam prouinciam prælatus. cap.41.ſect.7. num.9
Viſitatores parum aut nihil efficiunt. ibid.
Viſitatores congerendæ pecuniæ ſtudent. ibid.
Epiſcopus inuitatus & cogitur ad Viſitandam diœceſim. num.10
Viſitatores non ad diteſcendum, ſed ad laborandum mittuntur. ibid.
Viſitatores interdum Verres & verricula. ibid.

Vita. Viuus. Viuere.

Vita præſens ad laborem & certamen. c.32.ſ. 10. num.15
Viuit fruſtrà qui non prodeſt aliis. ſ.13.n.8
Vita & conuerſatio ſimiles. nu.14
Vita iuſti peregrinatio. c.33.ſ.9.n.12
Vitæ breuitas. c.35.ſ.6.n.14
Vita nobis commendata reperitur in morte. ibid.
in Vita nihil diuturnum, nihil longum. ibid.
Vitam ſibi longam nullus promittat. ibid.
Vita bona bonam emit mortem. num.15
ex Vita actiua in contemplatiuam profectus.ſ. 7. num.9
Vita actiua eſt lucta, contemplatiua verò corona. c.35.ſ.7.n.14
Vita contemplatiua præmium actiuæ. ibid.
Vita contemplatiua ſuccenditur ad actiuam.ſ.8. num.11
Vitæ contemplatiua & actiua ſimul iungendæ. n.12.& ſ.14.n.5
Vita humana ex gaudio & dolore conſtans.ſ.10. num.2
in Vita nullum bonum diuturnum. ibid.
in Vita ſeſe læta & triſtia alternant. num.6
Vitæ longæ ſtulta ſpes. ſ.11.n.9
in Vita incedimus inſcij de præcipitio mortis. num.11
Vita eſt ad mortem via. ſ.12.n 4
in Vita nihil vel lætum, vel triſte perdurat ibid.
Vita in gloria ſimilis vitæ pecudum. num.12
Vitæ actiuæ opera non relinquenda. ſ.14.n.3
Vita locata nobis à Deo eſt. num.9
in Vita inquilini & viatores ſumus. ibid.
Vitæ ſumus redemptores. num.10
Viuimus quaſi non morituri. ibid.
Vitæ ratio reddenda in morte. ibid.
Vitæ omnia ſunt inſomnia. ibid.
Vita prorſus euaneſcit. c.35.ſ.14.n.12
in quo Vita conſiſtit. num.13
Vitæ ſine meritis vacui dies. num.19
Vita plena contemnendo & tolerando. n.20
Vita diſpar bonorum & malorum c.36.ſ.1.n.15
Vita mala dedecorat ſanctum nomẽ.c.17.ſ.1.n.20
Vita benè inſtituta non eſt fœdanda.c.39.ſ.4.n 18

Vita velut imago picta. c.40.ſ.1.n.1
Vita amara, vertus dulcis fructus. n.17
Vita vacua ſine meritis. c.35.ſ.4.n.19
Vita vrbana ſummè inquieta. c.49.ſ.14.n.7
Viuit quietè qui ſanctè viuit. n.11
Vitæ huius multa & varia pericula. ſ.15.n.10
Vita peregrinatio & via. c.47.ſ.1.n.12
omnia cum Vita ſimul fugiunt. ibid.
non quieſcendum animo & affectu in rebus huius Vitæ. ibid.
Vitam præcidunt dolor, mœror, luctus. n.14
Vita via & nauigatio. ibid.
Miraculum eſt quòd homo innumeris vexatus miſeriis viuat. n.16
ne momento quidem ſtamus & quieſcimus. n.14
Vitam hominis miſeram infinita mala impugnant. n.16
nullus in Vita immunis à miſeriis & doloribus. n.17
malis Vitæ compulſus homo ad Deum confugit, & in Deo ſpem collocat. ibid.
Vita nocturnæ tempeſtati ſimilis. ibid.
Vita perdit onis lata & delicioſa. c.49.ſ.12.n.3
inter Vitæ pericula delectatur imprudens. c.50. ſ.1.n.4
Vita maiorum ſpeculum diſciplinæ. c.49.ſ.1.n.7
Vitam otioſam vti ſuperfluam Deus præcidit. n.30
Vitam benè exercitam & pro Deo expoſitam Deus producit. ibid.
Vitæ ſceleratæ perfecta emendatio. c.44.ſ.vnica. n 2
Vita gratiæ omni ſtudio conſeruanda. c.45.ſ.1. n.2
Vita cum terrenis bonis & corporis naufragium. c.49.ſ.10.n.3
Vita, quæ in æternitatem tendit, exigit à nobis caſtitatem.n.23
ſummum Vitæ diſcrimen. c.50.ſ.2.n.23
Vita priuata ſecurior. c.32.ſ.6.n.13
bene Viuentibus datur benè mori. c.50.ſ.1.n.10
Vitæ puritas potior eſt in bellatoribus, quàm arma, ſcientiæ, & fortitudo. c.35.ſ.5.n.5
iudicium ſiniſtrum de Vita & moribus aliorum. c.45.ſ.1.n 6
ea ſuo quiſque ingenio dimetitur. c.50.ſ.3.n.2

Vitium.

Vitia addiſcuntur. c.32.ſ.2.n.2
Vitia in conſuetudine prodeunt. ſ.13.n.15
cum Vitiis iuge bellum. c.33.ſ.7.n.5
ad Vitium propenſio eadem omnibus, ſed non idem velamen vitij. ſ.10.n.2
Vitia in vrbibus contra Deum equo & curru bellum faciunt. n.6
Vitium facilè addiſcitur, & latè vulgatur. ſ.11. n 6
Vitia digniorem magis dedecent. c.34.ſ.5.n.20
Vitia aliena cum timore & humilitate inſpicienda. ſ.9.n.15
Vitium facilè contrahitur & vulgatur, difficilè exuitur. c.35.ſ.7.n.10
Vitia pueris imbibita pertinaciter perſeuerant. n.13
cum Vitiis luctator dignus honore. n.14
Vitia fidelium noſtri temporis. ſ.8.n.7
Vitium faciliùs, quàm virtus, communicatur. c.39 ſ.6.n.22
à Vitio, & ab ſpecie vitij fugiendum. c.37.ſect.1. n.10
Vitia aliena non euulganda. c.40.ſ.2.n.14
Vitia more peſtis facile vulgantur & inficiunt. c.38.ſ.vnica.n.4
Vitia ſua cognoſcens de alienis non aget. num. 14
Vitia naturam hominis deturpant, & immutant. c.48.ſ.2.n.1
Vitia proximorum occultanda & curanda. n.6
Vitia aliena tegit & excuſat iuſtus. ibid. & c.45. ſ.1.n.6
Vitia aliorum, propriáque ſilentio tegantur. c.45. ſ.2.n.1
Vitia aliena euulgandi morbus noſtræ ætatis inſanabilis. ſ.2.n.3
Vitioſus aliena vitia rimatur & euulgat. ibid.
Vitiis aliorum noſtra ſolamur & excuſamus. ibi.
malignum iudicium, linguáque in bonis ac malis aliorum. ibid.
ad noſtra Vitia cœci, vel blandi iudices. n.4
ad aliorum Vitia lynces & Rhadamanti. ibid.
Vitium turpius in alio, quàm in nobis iudicamus. c.50.ſ.3.n.21
praui ad noſtra & aliena Vitia iudices. c.45.ſ.2. n.4
grauioribus repleti Vitiis aliena minora carpunt. ibid.

Vnicornu.

Vnicornu per virginem intercipitur. c.31.ſ.13. n.20

Voluptas.

Voluptas carnis pabulũ ignis æterni. c.32.ſ.7.n.6
ſine Voluptate non viuitur. ſ.10.n.10
Voluptas vera à facie Dei. ibid.
Voluptas humana faſtidio eſt. n.11
Voluptas diuina expers faſtidij. ibid.
Voluptas Dei perennis in cœlo, non in terra datur. n.15
Voluptas meretricula deceptrix. c.43.ſ.1.n.7
Voluptas aqua ignem eructans. ibid.
contra Voluptatem armamur in baptiſmo. ibid.
Voluptas pomum Sodomiticum. n.8
Voluptas ardentior in fœmina. c.34.ſ.1.n.1
Voluptas virtutum virus, vitiorum fomes. ibid.
Voluptatis breuitas. ſ.3.n.6
Voluptas metropolis vitiorum. n.7
Voluptas emollit, & obdurat. n.8
Voluptas Deo execrabilis. ſ.4.n.7
Voluptas animabus noxia. ibid.
Voluptas inſidiatrix. ibid.
Voluptatis triſtes exitus. n.8
Voluptas vbique dominatur. ſ.8.n.6
Voluptas Dei initio laborioſa vitam præſtat. c.35. ſ.6.n.7
Voluptas mundi ad finem perimit. ibid.
Voluptas mala dementat & illaqueat. ſ.10.n.3
Voluptas carnis quantum noceat. n.4
ex Voluptate mala ſummum damnum. ibid.
Voluptate carnis fugacius nihil. n.5.
Voluptas deceptrix & fucatrix. ſ.12.n.5
Voluptas mortis fabricatrix. c.39.ſ.4.n.11
Voluptas in epulis indigna homine. c.40.ſ.2.n.4
Voluptas carnis amariſſima. c.49.ſ.15.n.7
Voluptas carnis difficilè vincitur. n.11
Voluptas carnis ſerpens nocentiſſima. ibid.
Voluptas carnis fugiendo vincitur, in lucta vincit. ibid.
Voluptas carnis doloribus carnis caſtigatur. c.37. ſ.6.n.1
Voluptatum mortificatio eſt præludium martyrij. c.49.ſ.19.n.7

Voluntas.

Voluntas hominis diſpoſita ad Dei dona. c.40. ſ.1.n.11

Vota.

Vota facilè fiunt in periculo, ſed difficile ſoluuntur. c.35.ſ.5.n.13

Vrbs.

Vrbes magnæ, lebetes, ollæ, cacabi carnis. c.39, ſ.6.n.12

Vxor.

Vxoris ſumptus immoderati opprimunt virum, c.34.ſ.9.n.8

Vrſi.

Vrſi duo Veſpaſianus & Titus Iudæam lacerarunt. c.49.ſ.9.n.10

Vlyſſes.

Vlyſſes fundator Vlyſſiponis. c.46.ſ.vnica.n.15

Vrbana.

ex Vrbanis negotiis ad rura prudentes ſeſe interdum colligunt. c.49.ſ.14.n.8

Z

Zacharias.

Zachariæ ſanguis efferbuit vſque ad vindictæ tempus. c.39.ſ.4.n.4

Zara.

Zara typus populi Iudaici. c.38.ſect.vnica.n.21

Zelus.

Zelus contra diabolum, & peccatores. c.49.ſ.14. n.23

proximorum ſaluti, bonóque incumbere. ibid.

Zeli ſancti eſt perire malle, quàm perdere. ſ.11. n.9

Zelus aliorum cum propria cuiuſque cura. c.32. ſ.6.n.13

Zelus animarum. ſ.13.n.5

Zelus animarum in Angelis. ibid.

Zelat Chriſti honorem Ioannes Baptiſta. n.6

Zelus animarum commendatur. n.9

Zelus proximorum commendatur. c. 33. ſect.2. n.15

Zelus contra peccatores prudenter moderandus. c.34.ſ.9.n.13

Zelus ſalutis animarum commendatur. c.35.ſ.8. n.11

Zelus in vindicandis delictis ſit Dei, cum iuſtitiæ modo. c.49.ſ.3.n.5

laudabilis Zelus, laudabilior humilitas. c.50.ſ.3. n.28

APPEN

APPENDIX AD INDICEM QVÆ EST SINTENTIARVM.

A.

IN Armis præcipuaaus viri generoſi. cap.49.ſect.7.num.
maior ex Armis, quàm ea cæteris rebus gloria. ibid.
Auaritia turpis hominem detupat. c.47.ſ.a.n.a
difficilè curatur Auaritia. ibid.
Plerque à carne, quàm à pecuta caſtiores. ibid.
Miraculum inter opes, theſaui ſque fidelem purúmque eſſe. n.4
Animæ quiſque ſuæ curam habat, & hæredibus non credat. ſ.3.n.16
Angelorum malorum pati conſetium cum bonis cœlum non potuit. n.19
Actio gratiarum erga Deum homini fructuoſa, num.23
Qui ab aulis principum ſemotus viuit, felix eſt. c.49.ſ.13.n.4
in Aduerſis triplex conſolatio ſolatur hominem, c.48.ſ.2.n.15
Animarum pericula multò plura, quàm viri. c.41. ſ.7.n.12
Accuſatio contra bonos haud facilè ecipienda. c.42.ſ.a.n.a
erga Angelum cuſtodem gratus. c.48.ſ.a.n.7
Animæ ſuæ prudens in vita prouidet, & non credit hæredibus. c.50.ſ.2.n.23

B.

BOna terræ ſunt aliena, breuia, & à Deo data, & ablata. c.4.ſ.1.n.15
Bonorum temporalium iactura non commouentur Chriſti fideles. ibid.
in Bellis Chriſtianorum contra infideles ſint innocentia vitæ, & iuſtitia cauſæ. n.26
Bayæ captæ ab hæreticis recuperatio. n.27
Bona corporis non animæ apud ſtultos laudantur. c.41.ſ.1.n.2

C.

CRudelitas hominis barbara. c.37.ſ.5.n.13
Crudelitas in homine deteſtabilis. c.49.ſ.3. num.2
vel ipſam ſpeciē Crudelitatis Deus execratur. ibi.
Culpa non caret, qui cùm poſſit, non liberat innocentem. c.42.ſ.2.n.22
Caritas hominis erga inimicos admiranda. c.45. ſ.1.n.9
pro Chriſto quotidiè ſubeūda mors. c.49.ſ.1.n.38
Culpa leuior grauiorum, quæ præceſſerant, vindictam pertrahit. ſ.2.n.5
Caritas Dei erga homines admirāda. c.47.ſ.1.n.10
Chriſtus ſuam maieſtatem occultauit, vt poſſet humiliari. n.5
Chriſtus in cruce ſiniſtrum habuit oculum apertum, dextrum clauſum. c.46.ſ.vnica.n.16
Chriſtus pro vnoquoque paſſus eſt ac ſi ſolus quiſque foret. c.50.ſ.3.n.9
Carcerem in multis leuiorem Deus reddidit Ioſeph. c.39.ſ.7.n.2
nihil omnino ſunt qui non credunt in Chriſtum. c.49.ſ.5.n.18
Cœcitas Iudæorum argumentum fidei. c.46.ſect. vnica.n.17
grauis Calamitas interdum ex leui caſu. c. 49. ſ. 15.n.9

D.

DOlor grauior nullus, quàm ea filij cariſſimi obitu. c.47.ſ.1.n.14
Dolor Regis, quòd ſit moriturus. n.11
Deo ſoli præferri non debet pietas patris. ſ.3.n.21
qui contra Deum loquitur, verè ſaxeus eſt. c.49. ſ.4.n.18
Deus iugiter laudandus pro acceptis beneficiis. c.49.ſ.1.n.32
Dolor apud prudentes præcipuus de peccato. n.9
Dolor nimius, & nimium gaudium efficiunt idem. c.45.ſ.2.n.14
Difficile bellum cum hoſtibus animæ. ſ.6.n.6

E.

in EPiſcopatu plerique perierunt ſalui qui ſe ab illo abdicarunt. c.49.ſ.5.n.20
Eccleſiæ Chriſtianæ terminus nullus. c.49. ſ. 11, num.18
Eccleſia Chriſti donis Regum locupletata. c.47. ſ.a.n.6
Eccleſiæ monile ſunt iuſti. c.49.ſ.12.n.13
infelicem habet exitum qui Eccleſiam, & Clerum impugnat. ſ.4.n.35
Eccleſiæ redditus conuerti malos in vſus indecentiſſimum eſt. ſ.4.n.12

F.

FIlius maledictione patris ſæpè feritur. cap.49. ſ.1.n.6
Frattum caritas grata mortalibus. c.44.ſ.vnl.n.12
Filij corona & ornamentum parentum. c.50. ſ.2. num.1

G.

GEntilium ritus & mores Chriſti fides ſuccidit. c.49.ſ.11.n.13
ad Gratiam conſeruandam duo maximè iuuant. c.45. ſ.1.n.1

H.

HIeremiæ iubetur prædium emere imminente excidio Iudææ. c.50.ſ.1.n.12
Hæreticorum cum Deo per Eccleſiam reconciliatio. c.50.ſ.3.n.32
qui de locupletādo Hærede ſolicitus ſuam negligit animam, infelix ac clemens. c.49.ſ.1.n.11
Hieruſalem proditionis in Chriſtum damnata & euerſa. c.49.ſ.9.n.7
Humilitas neceſſaria conſtitutis in Eccleſiaſtica dignitate. ſ.4.n.14
Humilitatis affectu plerique aut non acceptarūt, aut renunciarunt dignitates. ſ.5.n.18
Humiliatio ſimul & eleuatio admirabilia pueri IESV in præſepio. ibid.
Homunculus ne diuina iudicia ſcrutetur. c.48. ſ.2.n.9

Hominum

Huminum bencuulentia quibus cumpateiut artibus. c.45.ſ.2.n.8
quantum quis deſcendit per humilitatem, tantum per virtutes aſcendit. c.42.ſ.2.n.12

I.

IVdæi fermentum habent, nun frumentum. cap. 42.ſ.3.n.4
Iudæorum abiecta natio. c.44.ſ.vnica.n.8
Iudæorum diſperſio per gentes. c.49.ſ.21.n.19
Iudicij dies horribilis. n,21
Ioſeph humilitas in faſtigiu hunoris. c.47.ſ.8.n.4
Ioſeph maior felicitas, quàm fratrum excepto aduentu Meſſiæ de tribu Iudæ. c.49.ſ.21.n.10
verè iuraſſe oſtenditur Ioſeph. c.42.ſ.1.n.12
Ioſeph conſtantia, modeſtia, pluréſque aliæ virtutes. c.45.ſ.1.n.16. & caritas erga inimicos. c.50. ſ.3.n.16
Iacob iuſto remiſſior erga filios. c.48.ſ.3.n.8
Iudæis fons gratiæ exſiccatus. c.49.ſ.8.n.9
Iabboc fluuius. c.32.ſ.6.n.1
Iuſti viri futuros euentus ſpeculantur. c. 37.ſ. 6. num.13
Iuſtus vir erga inimicum humanus & gratus. c.45.ſ.1.n.9
Iuſtis ad laudem accedit, quòd homines ſunt. c. 50.ſ.1.n.2
Iuſtus vt arbor iuxta fontem diuinæ gratiæ. c.49, ſ.19.n.10
Iuſti decora occultant, vilia ſua produnt. c.47.ſ.1. num.4
nulli excuſatio Iuſta de malo. c.50.ſ.1.n.2
Imperare, & eminere non eſt Dei fauor. c.36. ſ.2. num.13
Imperia mundi à Deo nihili æſtimantur. ibid.
Ingratitudo ſumma Iudæorum. c.31.ſ.6.n.31
Ingratitudo hominis erga Deum ſtulta & impia. c.48.ſ.2.n.8
per Incarnationem Verbi homo prælatus Angelo. c.48.ſ.2.n.10
Inuidia odiúmque inter fratres & cognatos. c.49. ſ.5.n.4
ſupra Inuidiam eminere, ſumma eſt felicitas. ibid.
Inuidentis linguam cohibere difficillimũ eſt. ibid.
Inuidia inter fratres ardet. n.6
ab Inimico taciturno diligenter cauendum. c.50. ſ.3.n.4
Ieroboam infidus & impius. c.45.ſ.2.n.9
Iuuenum inanis oſtentatio. c.49.ſ.1.n.5
Ignorantiæ nemo non ſubiectus. c.50.ſ.5.n.10

L.

LEx Chriſti pacis & amoris. c.49.ſ.3.n.3
in Locis amœnis plures & pulchriores naſcuntur, ac diuturnius viuunt. c.49.ſ.17.n.3
Laus vnius viri redundat in totam nationem. ſ.18.n.2
Lingua terribilis, dextra ridicula. c.50.ſ.3.n.5

M.

MIniſtri de alieno liberales eſſe non debent. c.47.ſ.2.n.5
Mortis typus maris rubri tranſitus. ſ.3.n.8
Miraculum ſummum ab Apoſtolis prædicatum Euangelium in mundo recipi. c.49.ſ.6.n.13
Meſſiam è grano vitæ colligũt gentes. c.42.ſ.3.n.4
Mortuorum magna nimis obliuio. c.50.ſ.2.n.12
Magiſter cœlum diſcipulis vti ſyderibus adornatum. c.49.ſ.3.n.19
Mortui parentis obliuio in filio ſtupenda. c.50. ſ.2.n.24

O.

ORatione præmiſſa rem aggredi maioris momenti oportet. c.46.ſ.vnica.n.1
Oculorum modeſtia commendatur. ib

P.

in PAſſione Domini mira pietas & caritas effulſit. c.49.ſ.7.n.9
Pax egregiè deſcribitur aquis expreſſa. c. 42. ſ.1. num.10
Pudor eſt Prælatos ſuis Eccleſiis abeſſe; at nec in aulis principum verſari. c.41. n.11
à Prælato mira eſt adhibenda cura diligentiáque in zelo animarum. n.12
in Prælato pulchra ſeueritatis cum manſuetudine connexio. c.42.ſ.2.n.22
Paſtoralis vita præſidium ad regendum homines. c.37.ſ.1.n.11
Pax in ore, odium in corde, malum omnibus execrabile. c.49.ſ.1 n.7
augetur quod Pauperibus impenditur. ſ.4.n.36
Peccantium miranda vnio. n 6
Peccatoris fœtor etiam diabolo intolerandus. c.50.ſ.3.n.21
qui de Peccato gloriantur, in infernum præcipites ruunt. c.49.ſ.2.n.15
Pietas erga parentem commendatur. ſ.1.n.6
Paterni amoris demonſtratio erga filium de patre bene meritum. c.49.ſ.1.n.5
Peccata propria prodere, & decantare ſumma eſt impudentia. c.49.ſ.2.n.13
Primi in quocunque ſcelere autores grauiſſimè puniuntur. c 49.ſ.2.n.3.& 5
Plaga ranarum fœda, & importuna. c.49.ſ.13.n.4
ſuaſor ſceleris grauius Punitur. n.4
Peccata infidelium aliqualiter excuſat ignorantia. ibid.
furentis impetus Ira omnia conculcat. n.9
ad Peccandum prima præludia in oculis. n.20
Peccata ſubmerſa ſunt in profundum mare ſanguinis Chriſti. ſ.28.n.20

S.

SAnctorum negotium amatorium. c. 32. ſ.10. num. 10
Suſpecta ea, quæ aliena iudicia refugit. c.49.ſ.5. num. 10
Spiritus duplex Eliæ, duplicatus rigor. c.47. ſ.8, num.7
Summa ſtultitia ſimulque impudentia ſcribere & legere res amatorias & obſcœnas. c.49.ſ.2.n.13
Stultus ſuo abundat iudicio. ſ.5.n.9
Stultorum infinitus eſt numerus, qui malè viuere, & benè mori volunt. c.50.ſ.1.n.10
Stultus diuitem ſui facit hæredem. ſ.2.n.9
Scripta etiam fabularum celebrantur. c.35.ſ. 12. num.12
Superbia cum ſtultitia coniuncta. c.48.ſ.2.n.5
Sol abſtulit diem pendente in cruce Conditore. c.49.ſ.8.n.1
Spineæ coronæ myſterium. ſ.10.n.5
Simeonis tribui datum eſt munus erudiendi pueros in pœnam flagitij. c.49.ſ.3.n.20.& n.17
Simeon Sacerdos & in lege doctor certus de tempore aduentus Meſſiæ. ſ.9.n.14
Simeoni fit reuelatio de ortu Meſſiæ. n.16
Simeon in templo Virginem cum infantulo contemplatur. n.17
Simeonis deſiderium, precéſque ad videndum Meſſiam. n.16
Simeon Infantem IESVM amplexatur. ſect.10. num.2
quo quiſque Separatior, eò ſanctior. cap.49.ſ.21. num.12
Satyrus S. Ambroſij frater per Euchariſtiam è naufragio euaſit. c.49.ſ.6.n.20

Synagogæ vineæ non matuuerunt raceni. ſect. 7.num.4
Summa ſtultitia & impudetia eſt exemplis bonorum non moueri. c.49.ſ.1.n.30
Sociari ad malum improbornos verò in bonum haud conuenire.pudo: eſt ſ.2.n.2
Sterilis interdum felicior. ſ.1.n.8
T.
S. TRinitatis myſterium ſcrutabile. c. 49. ſ. 20.n.15
Trinitas tota fauit Ioſeph vtpte figuræ Chriſti. ibid.
Triumphus Chriſti & Martyrum. c.49.ſ.7.n.4
Tributa immodica Rege indina. c.41.ſ.n.22
Deus non niſi de virgine voluit naſci. c. 4. ſ. 4. num.22
V.
ex VIrgine matre concepo & natiuitas argumentum diuinæ maieſtatis. cap. 4. ſect.8.num.11
Virtutum & virtutis ſectatores riſui habere, extrema impudentia eſt. ſ.2.n.20
Vulnera Chriſti aperturæ & cælaturæ petræ.ſect. 13.n.14
intra Vulnera Chriſti à diabolo tuti quieſcimus. ibid.
Vulnus in latere Chriſti dulce nobis & ſalutare. c.50.ſ.3.n.25
in Vindictam homo furens nec modum, nec menſuram habet. c.49.ſ.3.n.6
Vitæ emendatio maturus pœnitentiæ fructus. ſ.6.n.19
Victus quotidianus iuſto non deeſt.cap.43.ſect.2. num.3
Viuus prudenter ſibi per eleemoſynas parat exequias. c.50.ſ.2.n.8
felices exequiæ, vbi pauperes tutorem & patronum lamentantur. ibid.
Viciſſitudo rerum eſt in ſalutem ſeruis Dei. c.49. ſect.22.num.3

FINIS.

618846

[illegible]

D29.

Digitized by Google